



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>














SYMBOLARVM
IN P. VIRGILIVM MA-
RONEM LIBER XI.



Ad sextum Aeneidos.



SYNOPSIS.



Vum primùm Cumas est delatus Aeneas, nihil duxit antiquius, quam ut ad Sibyllam, pro eo ac pater Anchises mandauerat (mandauit autem lib. s. ubi se illi secundum quietem obiecit) accederet: quo eius ductu ad infera loca perueniret. Ingressus autem Dianæ lucum, in quo Dædalus fabricarum ingeniosissimus delubrum Phæbo construxerat, admirandoq; artificio, & argumentis electioribus eiusdem fores celauerat, in contemplanda calatura diutius immoratur: quem superueniens Sibylla, sacra iubet Apollini facere: post quæ, perductis ad antrum suum Troianis, enthusiasmum patitur, id est, diuino quodam furore percussa immutatur penitus. Eius hortatu, Aeneas dat se in preces, Phæbum, deosq; ab gente Troiana alieniores, adeoq; vatem ipsam orans, uti tandem miseriarum, calamitatumq; modus sit, liceatq; promissis in Latio gaudere sedibus, optatamq; à tot ærumnis requiem aliquando adipisci. Lato-nigenis, Apollini puta, & sorori Dianæ, templum, Sibyllæ cultum, ac sacerdotes instituturum vo-uet. Eam ventura prædicere aggredientem, Apollo coërcet. Patefcunt speluncæ ostia, siue aditus: inde voces feruntur, ex quibus Troiani discunt, asperiora longè in terra se perlaturos, quàm adhuc in fluctibus pertulerint. Bellis conflctaturos grauissimis, subsidia conquisturos, victoria demum potituros. Postquam in placida mentis statum redijt vates, Aeneas ab ea contendit, uti viam sibi ad inferos præmonstrare ne grauetur: patrem quippe conuentum velle, cuius iussu, auctoritateq; ad ipsam sese attulerit. Respondet, indagandam arborem: defractum ex ea ramum aureum pro munere offerendum Proserpinæ: sepulturæ commendandum Misenum, cuius morte classis funestata sit. His ad rem collatis, ire ipsum ad inferos, & redire posse: aliter non posse. Tristes eo nuntio Troiani, de Miseni morte, inquam, eius cadauer inuestigatū, secus littus inueniunt. Ille siquidem fastidio, & superbia elatus, deos marinos cantu prouocauerat, à quibus in pœnam submersus interierat. Conclamant lugubriter Troiani: persoluendis accinguntur exequijs, Aenea præfecto operarum, summoq; curatore videlicet. Cum arborem illam, vnde ramum peteret aureum, nimio opere Troianus heros aspectare cuperet, ducibus columbis duabus prævolantibus, eidemque insidentibus eum reperit. Ritu Romano funeri datur opera, cremato corpore cineres colliguntur, sub monte tumulus excitatur, cui remus, & tuba, more illius sæculi usitato (indicia nimirum artium à Miseno in vita cultarum, à quo etiam mons ille vocabulum obtinuit ad posteros) superimponuntur. Ad sacrificium Aeneas se comparat. Sequitur Auerni lacus, quæ ad inferos descendens patet. Ibi hostias mactante Sibylla, mugit tellus, arborum cacumina quatuntur, furie ululant.

ululant. Illa nonnihil trepidantem Æneæ animum confirmat, & ad loca illa horridula progredientem, eius latus tegens comitatur. Per tenebras incedunt. Subterraneos illos deos poëta inuocat, quæ de plagis inferis accepit, expositurus. Prima est descriptio vestibuli, in quo varia portenta, pestesq; habitantes ordinatim referuntur. Altera Acherontis fluminis, & Charontis portitoris, à quo innumerabiles animæ transuehuntur. Neque tamen omnes, quæ ad ripam confluunt: sed ea tantummodo, quæ quò minus transportentur, nihil impedit. Quod quidem quale sit, Sibylla docet. In illa multitudine quosdam Æneas de suorum numero naufragio perditos conspiciat, & inter hos nauiculatorem Palinurum, à quo genus mortis cognoscit, & in quam de Apolline suspicionem venerat, ea se exoluit. Hunc Palinurum, quia necdum sepultus, Sibylla ad inferos peruenire non posse, ab intersectoribus eius tumulum erectum, & Palinuri nomine locum cognominatum iri asseuerat. Viso Ænea, Charon in iram prorumpit, virum repellere studet: quia scilicet non viuis, sed vmbriis duntaxat ea regiones permeabiles sint. Se quidem non neminem viuum, animo tamen inuito, ac repugnante transuexisse. Verùm quia dijs nati erant, facere aliter nequiuisset. Hic Sibylla Charontem propter gladium, quo accinctus erat Æneas, omni timore alicuius iniuria, violentiù impetus liberat: quare eò veniat rationē affert, ramum aureum profert, cuius ille intuitu recreatus, ambos in cymbam accipit. Egressi in ripam, Cerberū latrantem exaudiunt, obiecta ossa Sibylla belluam consopit. Ordines deinceps nouem, totidem circulis discreti enarrantur. In primo infantium collocantur animule. In altero, qui falsis criminibus circumuenti, capitalem sententiam exceperunt. In tertio, qui lucis huius tadio capti, mortiferas sibi manus attulerunt. In quarto, quos amoris insania ad interitum perduxit. In quinto viri fortes. In sexto fontes, quales sunt parricide, proditores, &c. ubi etiam versantur ipsi iudices, qui pœnas infligunt. In septimo beatorum animæ. In octauo expiantur manes. In extremo habitant expiati. Contingit autem post annos mille huiusmodi purgatarum animarum in corpora reuersio. Deinde seorsum nonnullas illustres fœminas nominatim edit, quas ad mortem crudelis ille amor dederit. In Dido ne haud sane vulgari cum suauitate heret aliquandiu. Ad virorum fortium sedem Æneas progreditur, cum Troianis init colloquium: præsertim cum Deiphobo, qui modum suæ necis docet. Posthac duplex iter Æneæ Sibylla ostendit: tartari ad sinistram, ubi pro meritis scelerati cruciamentis subiiciuntur: Elysij ad dextram, quò illum tendere cupit. Depingitur locus, indicaturq; cogi ibidem improbos, tormentis subactos, confiteri perpetrata dum viuerent maleficia, & scelera, quò confessi postmodum in tartara deuoluantur. Reclusis tartari portis, Sibylla quinam ibidem torqueantur significat, & in primis de quibusdam gigantibus refert. Monetur Æneas, uti Proserpine ramum aureum tradat, quem in limine affigit, ac versus Elysium viam carpit, cuius facies subiicitur. Ad Anchisen à Musæo deducuntur, qui filium summa latitia, & lacrymis persusus excipit. Ille causas sui aduentus aperit, patrem complexu stringere frustra studet. De animis ad lethæum flumen frequentibus causam inquirat, & rem audit. Duçto principio à Syluio Æneæ ex Lauinia posthumo, posteritas Troianorum usque ad Marcellum Octauia, sororis Augusti adolescentem filium recensetur. Hic magna pars Romanæ historiæ inclusa est, & interpretibus maxima datur euagandi occasio. Ad extremum Æneas percepta propagatione generis sui, rebusq; futuris sibi intellectis, unà cum virgine vate, eburnea porta remissus, in luminis oras reuertitur. Nunc, ab eruditis huic libro præ alijs impertita encomia, visum est faciundum, ut attexeremus.

SERVIVS.

Torus quidem Virgilius scientia plenus est, in qua hic liber possidet principatum, cuius ex Homeri Odyss. λ. pars maior sumpta est, & dicuntur aliqua simpliciter, multa de historia, multa per scientiam theologorum, philosophorum Ægyptiorum: adeo ut pletiq; de his singulis huius libri, integras scripserint *Virgilias*.

RHODIGINVS.

Sextus liber, tanquam Virgilianæ doctrinæ thesaurus longè clarissimus, mortalis naturæ continet rationem, & sub poetico figmento, animæ declaratur origo, & qualitas.

MODICIVS. CAP. VII.

Neque septem Homeri, neque omnis Græciæ, si in vnum vires omnes suas conferat, sextum librum Æneidos vnquam adæquauerit. Si inferorum Homerica descriptio cum Virgiliana conferatur, plumbum cum auro purissimo æquus lector collatum esse iudicabit: & montani pastoris tugurium, cum domo vrbanæ hominis, plena dignitatis.

NASCIM-

NASCIMBÆVS.

Anteponendus est hic liber cæteris sine controuersia, in quo splendor reuera omnigenæ doctrinæ, eruditionisq; mirum in modum elucet: & in ijs, quæ ad rhetoricam, dicendiq; facultatem pertinent, si in reliquis libris copiosus est, & grauis, in hoc certe est admirandus. Doctrina libri Platonica est: nam ex aliquot Platonis dialogis, ex Phædone imprimis, & Axiocho, adde etiam ex Apologia, alijsq; locis multa desumpta sunt.

FABIVS PAVLINVS HEBDOMAD. VIRGILIAN. LIB. I.

Quæ, licet omnia (philosophia, mathesis, theologia, omnes illustres scientiæ) in singulis huius poetæ libris eniteant, in vno tamen hoc multo vberius, & velut in propria sede, ac regno dominantur, qui omnium est optimus, atque pulcherrimus. De quo non indocti quidam homines ita iudicauerunt: vt eum dicerent tantum cæteris libris Virgilij antecire, quantum ipse Virgilius cæteros omnes post se poetas Latinos reliquit. In hoc sanè sunt omnes ornati, graues, elaboratiq; versus, in quibus succus ille, & sanguis manet incorruptus, naturalisq; inest, & non fucatus nitor. Incitatus quidem, velut amnis abundans fertur, nullis tamen salebris, sed sedato quasi alueo per tacitum (vt de Gange dixit ipse) decurrit, clarissimisq; verborum luminibus omnia distinguit, & sententiarum, quas nescio vnde ex abdito eruit, pondere, ac grauitate sustentat. In hoc libro omnium laudandarum artium infinita pæne vis, & materia continetur. In hoc omnis philosophia, & omnis inferiorum, ac cælestium rerum natura comprehenditur. In hoc doctrinarum omnium mira quædam latent arcana, atque mysteria, quæ doctis tantum viris patere consueuerunt. Quare exclamat in hoc potissimum libro, sub Sibyllæ persona, *procul è procul este profani*. Hæc igitur paucis sunt nota: pauci sunt, qui Maroniani carminis quasi medullas peruideant, vt iure optimo de eo possimus illud vsurpare, quod de Atticis oratoribus dixit Cicero: huius poetæ vim esse ignotam, notam gloriam. Alterum enim omnes intelligunt, nihil esse hoc præstantius: alterum paucissimi, quæ sit eius vis, ac doctrina.

EXPLANATIONES.



SIC FATVR LACRYMANS, classiç; immittit habenas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci
Anchora fundabat naues: & littora curuæ
Prætexunt puppes. iuuenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium: quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis: pars, densa ferarum
Tecta, rapit syluas, inuentaq; flumina monstrat.

SIC FAT. LACRYM.) De lacrymis heroum disse-
ruimus lib. I. ibi, *Constitit, & lacrymans, &c.* Hosce duos
versus ex fine quinti in hunc librum à Tucca, & Varo
translatos fuisse, & codices manuscripti, & veterum in-
terpretum auctoritas fidem facit. Nam æquum fuerat,
vt sine nauigationis Æneæ etiam libri finis clauderetur:
præsertim cum iam initium nauigationis factum esset.
Verum, quia principium istiusmodi, *Obuertunt pelago
proras*, Virgilianæ maiestati parum conuenire videba-
tur, placuit viris illis doctissimis, vt tale esset initium.
[*Probum, & alios reliquisse in fine superioris libri hosce duos versum,
affirmat Seruius. Sed eos demprudenter ad initium huius esse trans-
latos, quia & cōmuniō poematis videatur melior, & Homer. expri-
mat, qui sic in Odyss. cepit. οὐ φῆτο δαρυχίων.*] Exorditur ergo
à simplici explicatione: nam quid simplicius, aut etiam
quid nudius dici potest, *Sic fatvr lacrymans*? Nascimb.

CLASSIQUE IMMITTIT HABENAS) Vt ali-
quid nudæ simplicitati dignitatis adderet, à propria ad
translatam dicendi formam se transtulit, cum ait *classiç;
immittit habenas*, instruit classem. Translatio ab equis
sumpta, quæ superiorem sermonis humilitatem tem-
perat: nam poetarum oratio, vt Aristot. in poeticis au-
ctor est, neque humilis, neque obscura, aut nimium
elata esse debet: cuius rei non ignarus poeta noster,
passim proprias rerum voces metaphoris miscet, vt
neque perspicuitas absit, neque dignitas, sublimitasq;
orationis desideretur. Nascimb.

Quid sit classi habenas immittere, docet hunc in
modum cap. 35. Modicius. Palinurus in fine lib. 5. à
Somno præceptus datus in vndas, reuulsum clauum se-
cum trahit: Æneas sentit nauim fluitare amisso guber-
natore, & gubernaculo. Ipse regit nauem: quod vt fa-
cere possit, nouum clauum pro amisso immittit naui:
quia vt equus regitur habenis, sic nauis clauo dirigitur.
Classem autem pro naui dixit: quia qui nauim præto-
riam regit, quam cæteræ naues sequi iubentur, classem
regit. * Alij pinguiore Minerva per habenas accipiunt funes nau-

aticos, sine oras, quibus in littore, seu ripis alligari solent naues, ut ab-
ripiantur. Vnde oram soluere apud Quintil. τὴν ἀναγκήν. Græcè.
Immittit ergo habenas classi, est, solutus funibus porro nauigat. Ser-
uius tamen per metaphoram hanc funes intelligit, quibus fortasse
vela tendebantur.

Pierius lib. 48. in Fræno. Quia funem ex corio pri-
mum fuisse constat, & naues apud Homerum *σπῆρδοι*
βόσσοι ligantur, funes interdum habenas vocitari com-
perias. Hinc Virgilius vetustatis amator habenas dixit,
cum funes intelligeret velo regendo aptos, vt Cælius
Urbanus antiquus Grammaticus interpretatur. Quan-
quam eruditissimi nostro tempore sunt, qui habenas
metaphoricè pro clauo positas accipiunt. Immittere
habenas, mittere, permittere, seu remittere idem sunt:
valent enim laxare, & concedere habenas. Allegoricè
vñs est eodem loquendi modo Lucretius.

*Arboribusq; datum est varijs exinde per auras
Crescendi magnum immixtis certamen habenis.*

Hoc est, arboribus datum est à natura, vt certatim, &
hilariter, & sine vlla mora, vlloue impedimento cre-
scerent. Sed & Virgil. in 5. audaciore metaphora, Vul-
canum per naues furere immixtis habenis, *furit immix-
tis Vulcanus habenis Transstra per, & remos, & pictas a-
biect puppes.*

ET TANDEM) Ad Æneæ desiderium *tandem*,
retulit, olim venire in Italiam cupientis. Infra *jam tan-
dem Italia fugientis predimus oras*. Sic & Catullus in
nuptiali carmine.

*Vesper adest iuuenes, consurgite, vesper Olympo
Expectata diu vix tandem lumina tollis.*

Hoc ex opinione, non ex veritate dictum esse, omnib;
perspicuum est: etenim omnis mora longa cupienti.

EUBOICIS CVMARVM ALLAB. ORIS) Sic in 3.
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris. Ibid. *Ignariq;
via Cyclopium allabimur oris*. Et lib. 9. ergo *alis al-
lapsa sagitta*. Et in 10. *totumq; allabi classibus aquor*. Et,
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu. Appellere,
& appellari

& appellari similiter ad littus pertinent. Turneb. lib. 29. A ma manu, innumerabiles Armeniorum copias fudit. Cap. 24. * *Cumani* appellat *Euboicas* oras, quia *Cumani* fuerunt *Chalcidensium* colonia: *Chalcis* autem ciuitas *Eubœa*. Complures fuisse *Chalcidensium* colonias, & in his etiam *Olynthum*, docet in argumento 1. *Olynthiaca* *Libanius*.

OBVERTUNT PELAGO PRORAS) Nautæ ad littus appulsam nauim in proram conuertebant, non solum vt ad reditum, & aliam navigationem parati essent: verumetiam id sibi ominantes. Valer. Flaccus lib. 5. atq; illi dextra sine versa magistri Protinus in proram redijt ratis omine certo. Ita hic quoque, nam longius erant progressuri, ad agrum Laurentum. Turneb. lib. II. cap. 8.

TVM DENTE TENACI) in primo dixit, *vinco* non alligat anchora morsu. Dentes enim non solum quibus atteritur cibus: sed omne quo aliquid excutari, vel teneri potest, Virgilius dici voluit. Georg. lib. 2. de falce, & curuo Saturni dente relictam Persequitur vitem, attendens. Nonius.

ANCHORA FVNDAB. NAVES) ita sentiendum est dici, quod stabiliat nauigia, eisq; pro quodam firmamento subiecta sit, vt fundamenta esse solent deorsum iacta. Hoc dicendi genus in epistola posuit Paulinus, Huius nauem in quodam insulæ loco, quem ad puluinos vocant, ne similiter illideretur, anchoris fundare conati sunt. Turneb. lib. 13. cap. 21. * *Licet etiam cum Scelig. in Poet. sic explanare. Fundabat, id est, fistebat, quod enim infundo est, non mouetur. Anchora autem fundo committit naues. Per nauem, & anchoram, tutela, & præsidium inuoluitur. Sola anchora est periculum: Etiam in sacra littera. Paulus ad Hebræos cap. 6. Qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus anima tutam, ac firmam. Chrysost. concione 3. in Lazarum. Conscientia increpatis sacra est anchora, qua nos nequaquam sinit in peccatorum profundum absorberi. Vide adagium, Sacra anchora.*

LITTORA CVRVÆ PRÆTEX. PVPPE) Sic Eclog. 7. Hic viridis tenera prætexit arundine ripas. Alibi dixit vulgatius, stant littore puppes.

IVVENVM MAN. EMICAT ARDENS) Relictos enim senes cum inualida, & imbelli turba in 5. dixit.

*Longanosq; senes, ac fessas aquore matres,
Et quidquid tecum inualidum est, metuensq; pericli
Delige, &c.*

Manus sæpe in eo ponitur, in quo copiar, seu exercitus: multitudinem, inquam, militarem significat. Cic. ad Att. lib. 16. Romam venit cum magna manu. In Catilin. Populi Romani exercitus eodem duce, non maxi-

Cæs. de bell. Ciuil. lib. 5. ibi sarcinis exercitus relictis, ipse cum expedita manu proficiscitur circum villas frumentatum. Sallust. in Catilin. Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias pop. Rom. parua manu fuderit. Hinc manum cogere, manum facere, manum habere, manum confirmare. *Emicare* est subsultare, corpore exilire. *Ardens* malim hic exponere, alacris, animosa, cupida, quam festinans. Et si nō nego illud 1. *Æneid. instant ardentes Tyrii* sic posse accipi. &

LITTVS IN HESPER.) in Italicum littus: Italia enim Hesperia, de quo nomine alibi dictum.

QVÆRIT PARS SEMINA FLAMMÆ) Semina flammæ, inquit Turneb. lib. 13. cap. 21. vocat Maro scintillas, quæ excutuntur, quæ fomentis exceptæ, & cremijs flammam excitant, vt meritò eius semina dici debeant. *σπέρμα πύρρος σόζεν* dicunt Græci.

ABSTRVSA IN VENIS SILICIS) Plerique reuera quædam in lapidibus esse ignis semina docent. Ego Alexand. Aphrodis. suscribo. καὶ αὖθις συναχθεὶς βία πύρρον, ὡς ὑπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν λίθων μετὰ συλλεγμένου αἵματος. οἱ δὲ φασὶ καὶ αὐτὸ κατ' ἐξέρχεται συμπρατίνει. Galenus ignem in corporibus *δυνάμει εἶναι, καὶ ἐν ἐργασίᾳ* probè sentit. Brod. lib. 5. cap. 36. Adde, Georg. lib. 1. *Abstrusum in venis silicis excuderet ignem.* Et 1. *Æneid. Ac primum silicis scintillam excudit Achates.*

PARS Densa FER. T. RAP. SYLVAS) sylvas ferarum tecta, inquit, rapit, & flumina monstrat. *συναρπάσσει*, à toto pars non sylvas rapit: sed ligna ex sylua. Tale illud ex 1. *Æneid. Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus In puppim ferit.* Non enim totum fuit pelagus, quod nauim excussit: sed pars pelagi. Densa ferarum tecta sylvar, *ἐνέχυρον* est. Nam in syluis frequentia sunt ferarum lustra, & auium nidi. Nascimb.

INVENTAQVE FLVMINA MONSTRAT) Cui monstrat flumina? *Æneæ*, inquit interpres, ad se expiandum, qui morte Palinuri funestatus fuerat. Arguta sanè interpretatio. Ego verò *monstrat* subaudio alter alteri, non absque lætitiæ signo, cum locum nacti fuerint valde opportunum, regionemq; beneficio naturæ sibi valde commodam, rebusq; necessarijs abundantem. Idq; ex more militari dictum arbitror: nam militibus præcipua cura est, & esse debet, vt aliquando liberius viuendi facultatem habeant. Liuius, Vegetius. Hæc Nascimb.

- At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
10 Præsides, horrendæq; procul secreta Sibyllæ,
Antrum immane petit: magnam cui mentem, animumq;
Delius inspirat vates, aperitq; futura.
Iam subeunt Triuix lucos, atq; aurea tecta.
Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna,
15 Præpetibus pennis ausus se credere cælo,
Infuctum per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce.
Redditus his primùm terris tibi, Phœbe, sacrauit
Remigium alarum: posuitq; immania templa.
20 In foribus lethum Androgeo: tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum: stat ductis sortibus vrna.

Contra

Contrà elata mari respondet Gnosia tellus.

Hic crudelis amor tauri, suppositaq; furto

- 25 Pasiphae, mistumq; genus, prolesq; biformis,
Minoratrus inest, Veneris monimenta nefandæ,
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

ARCES QVIBVS ALT. APOLLO PRÆSID.) A
Apud Cumas in arce Apollinis templum est. Altus autem vel magnus, inclytus: vel ad simulacri magnitudinem retulit, quod constat esse altissimum. Seruius.

HORRENDÆ QVÆ PROCVL. SE. SIBYLLÆ)
Iustinus Martyr Exhort. ad gentes, in extremo libro, nostræ religionis restem Sibyllam quoque Cumæam nominat, & ex eius carminibus, ut cognoscere veritatem velint, illis suadet. De qua quoniam minimè protrita, ac vulgaria quædam narrat, & quæ ad locum huius libri de vaticinijs eius in antro, & per folia descriptis, nec deinde ijsdem folijs in ordinem reuocatis, postquàm ea ventus turbauerit, non parum faciunt, statui ea ad verbum pro Symbola hic inferere. Incepit autem vir sanctus ab eius origine, in hunc modum. Poteritis etiã facile partem aliquam religionis nostræ discere, vel è priscis Sibyllæ oraculis, prope ad propheticam doctrinam accedentibus. Hanc aiunt à Babylone oriundam, Berosi rerum Chaldaicarum scriptoris filiam, nescio quomodo in Campaniam delatam, & Cumis oracula solitam reddere, ad sextum à Baijs lapidem, quod oppidum celebratur propter aquas calidas. In ea vrbe spectauimus locum quendam, instar amplissimæ basilicæ, cauatum ex vno saxo solido, rem admiratione dignissimam, vbi oraculum eius fuisse narrant indigenæ, sicut acceperunt à suis maioribus. In eius antri meditullio monstrantur putei tres, eodem in saxo aperti: quorum aqua lotam, aiebant in penitissimam eius antri cellam solere secedere, ac mox in antro medio sublimem sedentē effari oracula. Huius fatidicæ Sibyllæ inter multos alios scriptores, & Plato in Phædro meminit, & ut mihi videtur, propter eius oracula, & vaticinios, diuinitatem tribuit: viderat enim euentus respondere huius antiquis prædictionibus: cuius rei miraculo in Menone dialogo vates sic ad verbum laudat. Meritò igitur diuinos vocabimus vates, de quibus loquimur, nò mediocriter afflatos numine, quo rapiuntur, quando magno successu dicunt, faciuntq; res maximas, quas nequaquam intelligunt. Quibus verbis aperte significat Sibyllina oracula. Hæc enim scripta sua non cortigebat, nec expoliebat, sicut poetæ faciunt, quando metrorum à se rationem exigunt: sed tantisper, dum numine afflaretur, vatem agebat, quo mox cessante, nihil eorum carminum meminerat: & hæc est causa, cur non seruata sint omnia. Id ipse Cumis audiui ab his, qui me deducebant visendi gratia locos, vbi vaticinabatur, ostendentibus, & quandam vnam lenticularem ahenam, in qua reliquias eius aiebant conditas. Inter cætera referebant, se accepisse à maioribus, eos qui petebant oracula, homines fidi sæculo natos, sæpe deprauasse metra: ideo in nonnullis desiderari diligentiam, quod vates ad se reuersa immemor fieret eorum, quæ cecinerat: notarij verò in describendis laberentur per imperitiam.

HORRENDÆ) venerandæ, vt, *Horrendum flamma, & religione parentum*. Sic l. Æneid. *horrentique atrum nemus imminet umbra*, vbi Seruius, horror plerumque ad odium pertinet, plerumque ad venerationem, vt hoc loco.

PROCVL) hand longè. Procul enim est, & quod præ oculis est, & quod porro ab oculis. Vnde & duplicem habet significationem, & iuxta, & longè. Seruius.

MAGNAM MENTEM, ANIMVMQVÆ) Accipit hæc vulgò intelligo ex congeminatione vocum, idem declarantium, quod tamen secus est, nisi fallor: neque enim hic idem mens, quod animus, valet: nec *μενς* *λογια* est vlla; sed mens pars animi est: animus tota anima, vt apud Catullum. *Mens animi tantis fluctuat, ipsa malis*. Viden' hic mentem, animi partem disertè censer? quomodo hic à Marone dici, quid prohibet? Turneb. lib. 28. cap. 44.

Certum est, hæc duo, *mens, animus* coniunctim poni à probatis scriptoribus, siue idem ex geminatione, seu *ἐκ διπλοῦς*, siue diuersum significant. Horat. epistola 14. lib. 1. *tamen istuc mens, animusq; Fert*. Terent. Eunuch. *mala mens, malus animus*. Etiam ita copulantur, vt alterum patrio casu efferatur. Lucretius. *Perturbata animi mens in mœrore, metusq;*. Plaut. *Nul- lam mentem animi habeo: vbi sum, ibi non sum*. Catull. ad Ortalum. *Nec potis est dulces Musarum expromere factus Mens animi*. &c.

TRIVIA LVCOs) Trivia dicta est Diana, quod in triuijs coleretur, vt ait Varro. Græci *τρίδιον*, & *τρίο- σιμη* eadem ratione vocant. Alij, quod in cælo, in terris, apud inferos eius sit potestas. Vide plura apud Gyrard. Syntag. 12.

ATQVÆ AVREA TECTA) Non quod esset totum aureum illud templum, sed magnificentia illius ostenditur. Aureum enim interdum, quod pretiosum est, sicut aurum.

DÆD. FVG. MENOÏA REGNA) Dædalus cum è regia stirpe eius gentis, qui Melionidæ sunt appellati, ortum duceret, non magis artis præstantia, quam erroribus, & casuum varietate, multa fuit apud gentes nominis celebritate. Is enim, quum occiso sororis filio (propter artificij inuidiam, quod is primum ferram inuenisset) quam patrijs legibus noxam meruisset, probe nosset, in Cretam ad Minoem confugit, vbi & regi ipsi, & eius filiabus miri operis signa fecit, sicuti Homerus in Iliade memoriæ prodidit. Verum postea à Minoe capitalis fraudis damnatus, & è vinculis cum filio elapsus, Inycum (ea Siciliæ vrbs erat) euasit ad regem Cocalum. Et ea fuit Siculis cum Minoe bellandi causa, quod poscente Minoe Dædalum sibi dedi, Cocalus recusasset, &c. Pausan. lib. 7.

De nomine Dædali hæc scribit idem auctor in Bæoticis, vbi de ligneo simulacro in fœminæ formâ efficto, ac vestimentis velato, quam se pro Iunone Iupiter vxorem ducturum simulabat, rem ridiculam planè memoriæ tradidit. In eius rei memoriam festos celebrant dies, Dædala quæ nuncupantur, quod prisci lignea signa, Dædala vocitabant. Quod sanè nomen antè Athenis natum Dædalum Palamaonis filium, vsurpatū crediderim: quin à Dædaleis, ligneis scilicet simulacris, non autem proprio, ac germano nomine, Dædalo ipsi cognomen fuisse impositum arbitror. * *Litteris proditum est, hunc Dædalum architectum fuisse eximium, primumq; adificanda*

S*

canda navi rationem excogitasse, & inde de pennis eius, Volatusque natum commentum. De quo, id est, de eius fuga cum filio Icaro, Ovid. Metamorph. lib. 8. Hyginus cap. 10. Plura 4. Georg. ibi, & Dædala fingere tecta. De eius laudibus, & causa fuga Diodor. lib. 4. cap. 13.

PRÆPETIBVS PENNIS) Reprehendit Hyginus Virgilium, quasi improprie, & inscite dixerit *præpetibus pennis*. Nam præpetes, inquit, aues ab auguribus appellantur, quæ aut opportunè præuolant, aut idoneas sedes capiunt. Non aptè igitur vsum verbo augurali existimauit in Dædali volatu, nihil ad augurum disciplinam pertinente. sed Hyginus nimis hercle ineptus est, cum, quid præpetes essent, se scire ratus est, Virgilium autem, & Trimatium doctum virum ignorasse, qui secundo Iliadis, victoriâ volucrum præpetem appellauit, in hoc versu: *Dum dat vincenti præpes victoria palmam*. Cur autem non Q. quoque Ennium reprehendit, qui in annalibus, non vt Virgilius, pennas Dædali præpetes, sed longè diuersius inquit, *Brundisium pulchro præcinctum præpete portu*? Et si vim potius, naturamque verbi considerasset, veniam prorsus poetis daret, similitudine, ac translatione verborum, non significatione vtentibus. Nam quoniam non ipsæ tantum aues, quæ prosperius præuolant, sed etiam loci, quos capiunt, qui idonei, felicesque sunt, præpetes appellantur: idcirco Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis, in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. Gell. lib. 6. cap. 6. * Inter adagia legitur, Dædali ala: quando quissiam, aliquis negotio conficiendo haud satis idoneum, artus alium, auxiliumque accessionem adiungit: aut cum impulsus necessitate, ad noua consilia confugit.

AVSVS SE CREDERE CÆLO) Vfus est verbo credere pro committere. Aliàs non simpliciter committere, sed fidei committere significat. Lib. 4. Æneid. *solum nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus*. Terent. *illi credunt consilia omnia*. Idem, *cuius tu fidem in pecunia perspexeris, ei verere pecuniam credere*? Horat. Ode 3. lib. 1.

*Navis, quæ tibi creditum,
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor.*

INSVETVM PER ITER) non enim homini, sed volucris aer pro habitatione, à deo datus est. Ouid. 1. Metamorph. *Terra feras cepit, volucres agibilis aer*. Horat. Ode 3. lib. 1.

*Expertus vacuum Dædalus aera
Pennis non homini datis.*

GELID. ENAVIT AD ARCTOS) ad septentrionem, ubi vtraque vrsa. Et de volatu dixit *enavit* à nare, quomodo de naue, *volat uncta carina*. Permutantur itaque hæc duo.

REMIGIVM ALARVM) Tralatè dictum à Virgilio, magnos auctores sequuto, neque Latinos tantum, verum etiam Græcos, poetas tamen illos omnes: neque enim inueni scriptorem vllum, qui in soluta oratione hac metaphora vsum sit. Vnde Quintilianus in agendo se illam non fuisse vsurpaturum tradidit, quum apud poetam hanc ipsam suspiciat, ac valde speciosam dicat. Non primus tamen Virgilius similitudinem harum rerum vidit, & à nauibus ad aues, ac quod denique volaret, id nomen traduxit. Nam & Lucret. lib. 6. de volucris agens, *Remigium oblita pennarum vela remittunt*. Et Plaut. in Amphit. cum Sosiam hero se purgantem inducit, qui putabat se cædi, quod lentè iter fecisset, *non ocyus quini, si me Dædaleis tulissem remigijs*. Sed præter hos poetas, quos imitari facile potuit Virgilius, cum eius-

dem linguæ essent, Æschylus etiam in Agamemnone aptissime vsum est hac translatione, cum primum Chorum eius fabulæ, simili declarantem profectiorem Attidarum cum exercitu è Græcia ad Helenam armis recuperandam, induxit ita loquentem.

Τέρον αἰγυπίων, οἱ τ' ἐκπαλίσως
Ἀλγεσι παίδων. ὕπατοι ληχέων
Ἰσπερ γὰρ ἐρῆμοῖσιν ἐρεσσομένοι
Πόνον ὀβελίζων ὄλεσ' αἰέτες.

Illos enim inquit cum classe ad Troiam euntes, similiter fecisse, arque accipitres, qui amissis pullis, longè à nidis illis sublimè volantes, ac remis alarum remigantes, gyrum conficiant, atque aerem questu impleant. Vt patet igitur, ita egregiè Æschylus hanc rem tractauit, vt non minus ab eo, quam Latinis, cum Græcos, & imprimis tragicos libenter legeret, atque æmuleretur, Virgilius id accepisse existimandus sit. Victor. lib. 25. cap. 23. * Milui, inquit Plin. lib. 10. cap. 10. *videnter artem gubernandi docuisse cauda flexibus, in calo monstrante natura, quid opus esset in profundo*.

Remigium alarum, id est, alas ipsas. metaphora à velis remigantium. Vela enim appellat alas naui, non remos. Sic in 3. Georg. *Tentamusque viam, & velorum pandimus alas*. Propert. lib. 4. eleg. 6.

*Nec te quod classis centenis remiget alis
Terreat, innito labitur illa mari.*

POSVITQUE IMMANIA TEMPLA) Conditor templi Cumani, & ædificatorem Dædalum nominat, de quo & Aufonius in Mosella, Idyllio 9.

*Non hoc spernet opus, Gortynius aliger adis
Conditor Euboica, casus quem fingere in auro
Conantem Icaros, patrij pepulere dolores.*

Turneb. lib. 19. cap. 17. * *Silui eandem fabulam afferens, Hic pro nubiuago gratus pia templa meatu Instituit Phœbo, atque audaces exiit alas*.

Immania templa, id est, ingentia, immensa. Lucret. lib. 5. *& ignes Passim per calis voluunt se immania templa*. Arnob. lib. 6. *Templa enim hæc quid sunt? Si humanam infirmitatem roges, nescio quid immane, atque amplum: si deorum potentiam metiaris, &c.* Varro lib. 6. de ling. lat. docet, templum tribus modis dici, à natura, vt templa cæli: in Hecuba, *O magna templa calis commixta stellis splendidis*: ab auspicio, in terra: vt in Peribæa, *Scrupea saxa Bacchi templa prope aggredditur*: à similitudine, sub terra: vt in Andromacha, *Acherusia templa, alta Orci saluete infera*. Idem ibidem paulo ante profert hunc versum, nescio cuius, nisi forte sit Ennij. *Unus erit quem tu tolles in carula calis Templa*. Ex Lamb. in Lucret. Super ista voce *templum* multa sane eruditè differit Delrius noster Comment. in Senecam pag. 217.

IN FORIBVS LETHVM ANDROGEO) Pasiphaen Minois Cretensium regis uxorem peperisse Minotaurum, opera Dædali, qui eam in vaccam ligneam inclusit, notum est ijs, quibus fabulæ non ignotæ sunt, nec esse debent. Argenti occasio quæ fuerit, è Seruio discas licet. Taurum fuisse nomen adulteri, cui succubuerit Pasiphae, tradit etiam Festus. Qui item, cur inter signa militaria Minotauri effigies haberetur, causam indicat his verbis: quod non minus occulta esse debent consilia ducum, quam fuit domicilium eius labyrinthus. Lucianus de Astrologia, huius commenti aliam occasionem tradit. Fieri potest, inquit, vt Pasiphae quoque, cum ex Dædalo (quem

(quem ibidem insignem astrologum fuisse autumat) A de tauro audiuiſſet inter ſtellas apparente, deſque ipſa aſtologia, in artis amorem venerit. Ob id exiſtimant factum, vt Dædalus illam tauro copularit. Huic monſtro in Labyrinthum incluſo, (quem etiam Dædalus fecit) Minos, adiuuante oraculo coegit Athenienſes in annos ſingulos ſeptena pueroꝝ, totidem puellarum corpora ad deuorandum mittere, idq; per nouennium, propter Androgeum filium videlicet in pugna ab illis interemptum. Hygin. cap. 41. Quomodo interfectus ſit, & de pœna iſta Didorus quoq; lib. 4. cap. 6.

Iſocrates Encomio Helenæ, præclara Theſei facinora commemorans, eumq; cum Hercule comparans, huius monſtri, pœnæ, & libertatis per Theſei magnanimitatem adeptæ meminit in hæc verba: *οὐκ ἴσθ' αὖτις ἄνθρωπος, &c.* Latine. Circa eadem tempora, quum monſtrum illud in Creta educatum, atque ex Paſiphae ſolis filia natum extitiffet, cui tributi nomine noſtra vrbs bis ſeptenos pueros ex oraculo mittebat, quum videret eos duci, toto populo comitante, ad necem indignam, certumq; interitum, & viuentes adhuc lugeri pro mortuis: tanta indignatione exarſit, vt potius eſſe duxerit emori, quàm viuere turpiter: & imperare ciuitati, quæ tam miſerabile tributum hoſtibꝝ pendere cogeretur. Conſenſo igitur vnà cum illis nauigio, & ea natura ſuperata, quæ quidem è viro, & tauro conflata eſſet, tantoq; robore polleret, quanto par eſt eam, quæ talibus corporibus conſtat: non pueros ſolum paren- C ribus incolumes reſtituit: ſed vrbeſ etiam tam iniuſto, tamq; acerbo, & ineuitabili edicto liberauit. Hactenus Iſocrates.

Lege inſuper Plutarchi Theſeum. Extra ſortem ſe obtulit, & ad illos pueros monſtro obijciendos ſeſe adiunxit. Factum eius idem Plutarchus expendit, & laudat in Romulo. Tradit idem auctor, nauigium quo cum impuberibus Cretam nauigauit, & ſaluus redijt, ad Demetrii Phalerei ætatem Athenienſes conſeruallè, veteri materiæ integram aliam ſufficientes, itaque coagmentantes, vt philoſophis in diſputatione de ijs quæ augentur, ambiguitatis exemplum hæc nauis præberit, quod alij eandem manere, alij non eandem con- D tenderint. De eadem Plato in Phædone, ſolitos Athenienſes quotannis coronatam Delphos mittere, ibiq; Apollini ſacrum facere, ex voto nimirum, quo ſe obſtrinxerant, ſi Theſeus cum illis adoleſcentibus rediſſet incolumis.

Hoc tributum lamentabile appellat Ouidius, qui etiam de cauſſa, & ædificatione Labyrinthi 8. Metamorph. in hæc verba:

*Crenerat opprobrium generis, ſædumq; patebat.
Matris adulterium monſtri nouitate biſformis.
Deſtinat hunc Minos thalami remouere pudorem,
Multipliciq; domo, cæcisq; includere teſtis.
Dædalus ingenio fabra celeberrimus artis
Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non ſecus ac liquidis Phrygius Maandrus in undis
Ludit, & ambiguo lapſu reſluitq; fluitq;
Occurrenſq; ſibi venturas aſpicit undas:
Et nunc ad montes, nunc ad mare verſus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias, vixq; ipſe reuertit
Ad limen poſuit: tanta eſt fallacia teſti.*

Ipſe quoque Virgilius noſter de eodem lib. 5.

*Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in altis
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;*

*Mille vijs habuiſſe dolum: quæ ſigna ſequendi
Falleret indepreſſus, & irremediabilis error.*

Ouid. narrat tertio quoque anno, illa, de quibus dicebamus, corpora Minotauro obijci ſolita, & tertia demum ſortitione inter alios (Catullus ait, ſponte ſua) Theſeum in Cretam profeſtum, cum eo congreſſum, illum confeſſiſſe, & ope Ariadnes Minois filiz ſaluum euaiſſe.

*Quo poſtquam geminam tauri, inuenisq; figuram
Clauiſit: & Alæo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia ſors annis domuit repetita nomenis:
Janua difficilis filo eſt inuenta reſiſto,*

Res varijs, aut magnis difficultatibus impedita, vnde ſe quis extricare haud facile queat, ſolet prouerbio vocari Labyrinthus. Porro quomodo Virgilius in foribus templi iſta cælaſſe Dædalum, ſic Catull. in veſte ſtragula Thetidis excellenti artificio intexta fuiſſe canit in nobiliſſimo illo poemate, quod falſo Argonautica ab imperitis Grammaticis inſcriptum eſt, cum de nuptijs Pelei, & Thetidis inſcribendum ſit, & inſcribatur hodie. Verſiculos de Theſeo, & corporibus iſtis, de monſtro, & Labyrintho apponam.

*Ille tempeſtate ferox, & tempore Theſeus
Egreſſus curuiſ è liſtoribus Piræi
Attigis iniuſti regis Gortynia teſta.
Nam perhibent olim crudeli peſte coactam
Androgeonea pœnas exoluere cadis,
Electos inuenes, ſimul & decus innuptarum
Cecropiam ſoliſtam eſſe dapem dare Minotauro.
Queis anguſta malis cum mœnia vexarentur,
Ipſe ſuum Theſeus pro charis corpus Athenis
Proicere optauit potius, quam talia Cretam
Funera Cecropia nec funera portarentur.*

Infra.

*Sic domito ſanum proſtravit corpore Theſeus
Nequidquam vanis iactantem cornua ventis.
Inde pedem victor multa cum laude reflexit,
Errabunda regens tenni veſtigia filo,
Ne labyrinthis è flexibus egredientem
Teſti fruſtaretur inobſeruabilis error.*

Addam coronidis loco, ſollemnem fuiſſe antiquis morem, operoſè, & ambitioſè templorum portas facere, quales ab Herode in templo Hieroſolymitano factas memoriæ prodidit Iosephus Antiquitat. lib. 15. cap. 14. & de bello Iudaico lib. 6. cap. 6. Eas cælatura nonnunquam, aut ſculptura hitoriarum inſignium ſpectabiliores ſolebant reddere. Virgilianas fores ſtudioſè imitatus eſt Silius, lib. 3. dum Herculei apud Gaditanos fani fores eiufdem labores inſertos habuiſſe canit.

*In foribus labor Alcide Lernaæ recisſis
Anguibꝝ Hydra iacet, nexuq; elixa leonis
Ora Cleonæ, &c.* *

E

PENDERE POENAS) ſoluere ſignificat, ab eo quod ære graui cum vterentur Romani, penſo eo, non numerato, debita ſoluebant. Vnde etiam penſiones dictæ. Pœnas pendere propriè dicitur, qui ob delictum pecuniam ſoluit, quia penſo ære utebantur. reliqua apud Feſtum deſiderantur.

STAT DVCTIS SORT. VRNA) Pueros illos, puellasq; Athenienſium Minotauro obijciendos nonnulli ſorte duci, vt hic Virgilius: alij à Minoe deligi ſolitos aiunt. Similiter locutus eſt lib. 2. *Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos.* Super tauro, & Paſiphae plura eclog. 6. Vide & Hygini cap. 40.

Magnum reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti, ambagesq; resoluit,

- 30 CÆCA REGENS FILO VESTIGIA. tu quoq; magnam
Partem opere in tanto, sineret dolor, Icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patriæ cecidere manus. quin protinus omnia
Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates
35 Afforet: atq; vnà Phœbi, Triuiæq; sacerdos,
Deiphobe, Glauci, fatur quæ talia regi.

MAGNUM REG. SED ENIM) Reginam hinc intellige Ariadnen, regis Minois filiam, quæ Theseum adamauit, eumq; seruauit ab interitu, dum eum, ipsa prius docta à Dædalo, docuit quemadmodum filo alligato, ex anfractibus Labyrinthæis regredi posset: qua de re Catull. cuius est, *Errabunda regens tenui vestigia filo*, à quo suum Virgilius quasi mutuatus est, *cæca regens filo vestigia*. Hanc perfidus ille, cum ei matrimonij fidem dedisset, in insula Dia dormientem deseruit, quam Liber vxorem duxit. Eius perfidiæ pœnas illi apud Catullum vide quas imprecetur. Multa & varia de Theseo, & Ariadna Plutarchus in Theseo.

Sic Polyxena apud Euripidem in Hecuba se reginam vocat, hoc est, regis filiam. *ἐν νεκροῖσι γὰρ δὴ καὶ κληθεῖαι, βασίλισ' εἶσ' ἀσχύνομαι*. Idem in Phœnissis Antigonen Laij filiam *ἄνασσαν*. Item & Antigone Oedipodis filia apud Sophoclem se reginam appellat. *Λύσσεια δὴ τις οἱ κορινθίαι τὴν βασίλειαν μὲνιν λοιπὴν*. Nempe prius omnes regij generis personas pari honore, & nomine designabant. Sic & *ἄνακτες* reges, & regum filij, & Cæsares, vel regum fratres. Aristot. de Cypriorum politia. *καλεῖνται οἱ μὲν οὐ καὶ ἀδελφοὶ τῶν βασιλέων, ἀνακτες. αἱ δὲ ἀδελφαὶ, καὶ γυναῖκες, ἄνασσαι*. German.

TV QVOQVE MAG. PARTEM ICARE) Quæ præcepta puero dederit pater, pennis ceratis volatum inituro: & quomodo velut prælagus futuræ calamitatis, eundem lacrymans osculatus sit, videbis apud Nasonem 8. Metamorph. casus quidem infælicis Icarj hisce carminibus exprimitur.

*Tabuerant cere, nudos quatit ille lacertos,
Remigioq; carens, non vllas concipit auras:
Oraq; cerulea patrium clamantia nomen,
Excipiuntur aqua: qua nomen traxit ab illo.*

Meminit & Silius lib. 12.

*Natum etiam docuit falsa sub imagine pluma
Attentare vias volucrum: lapsusq; solutus
Pennarum remis, & non felicibus alis
Turbida plaudentem vidit freta.*

De eodem casu Icarj, in quo ipso etiam facti temeritas notatur, ita Horat. Ode 2. lib. 4. qua Pindarum laudat.

*Pindarum quisquis studet amulari,
Iule, ceratis ope Dædalea
Nascitur pennis, vitæ daturus
Nomina ponto.*

²Vt enim alicubi ait Ouid. *Icarus Icarij nomina fecit a-*

quis. Sane Icarium mare est pars Ægæi. Cæterum Lucianus de Astrologia fabulam huius Dædalei volatus, casumq; Icarj ad scientiam astrorum mythologicè referendum putat: & cum ipse esset eius admodum peritus, eadem instituisse filium, qui cum iuuenili calore, & temeritate motus, non ea disquireret, quæ conueniebat, sed ultra animo sese attolleret, delapsus à vero, tota aberrasse via, & in mare, hoc est, in rerum immensam profunditatem præcitem decidisse. Hæc ille.

QVIN PROTINVS OMNIA) Versus est dactylus, quoniâ vltima sede dactylum habet: sicut spondaicus dicitur, qui in quinta spondeum. Talis ille in Georg. *Et spumas miscent argenti, vinâq; sulphura*. Secutus est Homerum, pariq; licentia & acephalos, & longiusculos, delicijsq; profluentes imitatus est. Crinit. lib. 24. cap. 7. Errat cum vulgo Grammaticorum Crinitus. Doctiores asserunt, nunquam in fine hexametri collocari dactylum. Sed cum vna syllaba sit longior, tum illa aug. cum initio sequentis versus à vocali, aut diphthongo inchoati per synaloephen, aut æthliplin coalescit, vt, *Inseritur verò ex factu nucis arbutus horrida*: sequitur enim, *Et steriles platani*. aut certè, si sequens versus initium habet consonantem, dactylus ille præcedentis vltimus per synizesin ad spondaicam dimensionē redigetur, vt in hoc omnia pro omnia. *Quin protinus omnia Perlegerent oculis*. Hypermetri versus rectius nominantur, Dactylici nō recte. Sed vide Erythrel in Virgil. prolegom. Multa ille de nothis pedibus apud eum, & licentia eiusdem in carmine isto heroico.

PERLEGERENT OCVLIS) Verbum græcum *γέγραπται* scriptorum, pictorum, sculptorum est. *γέγραπται* cum ad scriptores refertur, exponitur, descriptio: cum ad pictores, & sculptores, designatio. Vides quemadmodum Maro nos ter hoc loco lectionem quoque ad picturam transtulerit, dum eam perlegi dixit: vt minus mirere, vocem *γέγραπται* eodem accommodari. Immo enim uero quia *γέγραπται* & *γέγραπται* etiam ad picturam pertinent, non solum ad litteras, fecit illis lectionem quoque communem Virgilius.

NI IAM PRÆMISSVS ACHATES) *καὶ τὸ πρῶτον*: nusquam enim legitur Achatem ad Sibyllam præmissum fuisse. Venit igitur ad Æneam Sibylla, cuius proprium nomen, genus, & officium poeta describit. Nam Deiphoben, Glauci filiam, Phœbi, & Dianæ sacerdotem appellat. Nascimb.

NON HOC ISTA SIBI TEMPVS SPECTACVLA POSCIT:

Nunc grege de intacto septem mactare iuuenkos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.

- 40 Talibus affata Æneam (nec sacra morantur
Iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.

Excisum

- Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
 Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum:
 Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
 45 Ventum erat ad limen, quum virgo: poscere fata
 Tempus, ait, Deus, ecce Deus. Cui talia fanti
 Ante fores, subito non vultus, non color vnus,
 Non comptæ mansere comæ: sed pectus anhelum,
 Et rabie fera corda tument: maiorq; videri,
 50 NEC MORTALE SONANS, afflata est numine quando
 Iam propiore dei. Cessas in vota, precesq;,
 Tros, ait, Ænea? cessas? neq; enim ante dehiscit
 Attonitæ magna ora domus. & talia fata,
 Conticuit: GELIDVS TEVCRI PER DVRA CVCVRRIT
 55 OSSA TREMOR: fuditq; preces repectore ab imo.

NON HOC ISTA SIBI TEMP. SPECTAC. PŌS.) A sententiā indicandam, & ad silentium etiam indicendum pertinent: id quod facile etiam liquet ex illo Ouid. Metamorph. lib. 15. *En denses est, dens est, animis, linguisq; faneto, Quisquis adest, dixit.* Nascimb.
 Legimus, deos aliquoties tantum Idibus vaticinari: nonnunquam diei vel prima, vel postrema parte. Vnde est in iure *fissus dies*, id est, non totus religiosus: quem nunc ostendit, dicens: non oportere Æneam religiosam diei partem perdere, id est, oraculo congruam. Seruius. Vel sic, cum Nascimb. Honeſta obiurgatio. In rebus inanib; ostendit non esse terendum tempus: sed sacris vacandum potius, dum per occasionem temporis licet, ne forte ea omiſſa, frustra oraculum adeat.

GREGE DE INTACTO SEPT.) Gregem intactum appellat pecus, quod opus non fecit, neque iugo subiectum fuit. Nam tale pecus ad rem diuinam purum esse putabatur: aliter, non putabatur. Turneb. lib. 13. cap. 21. Rursus idem lib. 18. cap. 2. De hostijs iniugibus accipit Macrobius Saturnal. lib. 3. cap. 5. & rectè. impium enim, & nefarium esse videbatur, iuuenem aratorem immolare, vt Theon Arati interpret scribit, quia impietate obſtrungi non videbatur, qui iuuenem nondum domitum, nec laboris socium, nec in dominum munificum mactabat. Sunt tamen, qui iam domitas pecudes sacris non puras censent, vt hominum manu, & labore rustico contaminatas, pollutasq;: & fieri potest, vt superstitiosa potius, quam religiosa antiquitas vtramque causam secuta sit. Hæc Turneb. Vocari autem iniuges hostias dicit Macrobius, quæ nunquam domitæ, ac iugo subditæ sunt.

LECT. DE MORE BIDENT.) Bidentes dictas ait Nigidius apud Gell. lib. 16. cap. 5. quasi biennes. Bidentes primò cum dicerentur, littera immiſſa, longo deinde vsu loquendi corruptam esse vocem, & ex bidentes, bidentes factum.

EXCISVM EYBOICÆ LATVS INGENS) Describitur antrum Sibyllinum à forma, situ, & credita diuinitate. Euboicam rupem per antonomasian, pro Cumæa dixit. Ex Eubœa Cumani.

IN ANTRVM) in similitudinem antri.

OSTIA CENTVM) Numerus certus pro incerto, amplificatio. Vndique ad antrum, seu in centrum, aditus erant.

VOCES, RESPONSÆ) appositio. hæc Montfor.

VNDE RVNT TOTIDEM) Omnia responsa Sibyllæ plus, minusve, centum continentur sermonibus. Vnde Virgil. *Vnde ruunt totidem*, &c. Seruius.

DEVS ECCE DEVS) Verba Sibyllæ, quæ repetitionem, siue *παλλογίαν* habent, ad subitana numinis præ-

sententiā indicandam, & ad silentium etiam indicendum pertinent: id quod facile etiam liquet ex illo Ouid. Metamorph. lib. 15. *En denses est, dens est, animis, linguisq; faneto, Quisquis adest, dixit.* Nascimb.

NON VULTVS, NON COLOR VNVS, NON COMPTÆ) Enargia, siue euidencia in his inest verbis: repræsentant enim rem excellenti modo, quod notauit Scalig. in Poet. Lucanus. *stat nunquam facies*, pro eodem dixit. Statius de Thiodamante lib. 10. Thebaid.

— *Et trepidas incertos sanguine reddit,*

Exhauritq; genas, acies huc errat, Et illuc,

Sertaq; mixta comis sparsa cernice flagellat.

De comis simile quiddam Tibull. lib. 2. eleg. 6. de eadē loquens, *factauit fusas Et caput ante comas.* Fanaticam describit Sibyllā his, & sequentibus verbis. Dicti fanatici à fano, homines numine afflati, græcè *ἐρῆοι*, *θεοφορέμαιοι*, q; nō sponte sua, sed de diuino numine ferantur. Tales erant Galli matris deūm Cybeles, qui ideo Corybantes, quasi furibundi saltantes. In sacris enim suis caput quassabant, & vrinantium more in caput se iactabant. Liuius. decad. 4. lib. 8. Galli matris magnæ, à Pessinunte occurrere cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis victoriam dare. Idem lib. 9. de bello Macedonico, de Bacchanalibus loquens. Viros velut mente captos cum iactatione fanatica corporis vatem vaticinari. Quintil. lib. 11. Frequens etiam capitis nutus, non caret vitio: adeo caput iactare, & comas excutientem rotare, fanaticum est. Budæus in Pand.

ET RABIE FERA CORD. DOM.) Horat. Ode 16. lib. 1.

Non Dyndimene, non adytis quasit

Mentem sacerdotum incola Pythius,

Non Liber æquæ.

NEC MORTALE SONANS) est quod legimus. Æneid. *nec vox hominem sonat.* Seneca Oedipo, vbi oraculum acceptum narraturus est Creon Oedipo.

Incipit lethæa vates spargere horrentes comas,

Et pati commota Phœbum: contigit nondum specū:

Emicat vasto fragore maior humano sonus.

CESSAS IN VOTA. P) Terent. Heaut. *Cesso pulsare ostium vicinum?* Aliquis cessare dicitur, inquit ibidem Donatus, cum tardat ad aliquid celeriter peragendum. Virgil. *cessas in vota, precesq;?* Cessat desidiosus, requiescit defessus. Estimulat Æneā ad concipiendas preces, à necessario, quod alioqui fores antri diuini, seu numi-

ne pleni, fatidici, non patebunt, nec ille responsa ac-
cepturus sit. Troianis porro horrorem, ac metum incu-
tit tanta vultus, colorisq; mutatio, nec vis ante mo-
tiones corporis tam portentosa, & vox humana au-
gustior.

NEQUE ENIM A. DEHIS. ATTON. M. ORA DOM.)
Attonitum, inquit Turneb. lib. 28 cap. 44. non est du-

Abium dici, vt Græcè *ἄβυμ*. Sed hic de æde intelli-
go fumosa, & fatidica, & vaticinante, & oraculum ha-
bente: quod furore concitatos, prælagos futuri reddat.

GELID. TEUCRIS PER. D. CVCVR. OSSA TREM.)
Horrescunt Treiani, non propter imperatas Æneæ
preces, & vota: sed propter varios, monstrososq; Sibyl-
læ motus.

- Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manusq;
Corpus in Æacidæ: magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te: penitusq; repostas
60 Massylûm gentes, prætentaq; syrtibus arua:
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenuis fuerit fortuna sequuta.
Vos quoq; Pergamæ iam fas est parcere genti,
Dijq;, deæq; omnes, quibus obstitit Ilium, & ingens
65 Gloria Dardaniæ. tuq; ô sanctissima vates
Priscia venturi, da (non indebita posco
Regna meis fati) Latio considerare Teucros,
Errantesq; deos, agitataq; numina Troiæ.
Tum Phœbo, & Triuiæ solido de marmore templa
70 Instituum, festosq; dies de nomine Phœbi.
Te quoq; magna manent regnis penetralia nostris.
Hic ego namq; tuas sortes, arcanaq; fata
Dicta meæ genti ponam: lectosq; sacramento
Alma viros. folijs tantum ne carmina manda:
75 Ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
Ipsa canas, oro. Finem dedit ore loquendi.

PHOEBE GRAVES. T. SEMP. MISER. LAB.) B
A communi ad separatam transit beneficiorû enume-
rationem: & ab insigni beneficij munere exorditur:
nam quò maiori alio Troianos beneficio afficere pote-
rat, quàm Ilij oppugnatorem, actotius Troiæ regionis
exterminatorem de medio tollere? Et quanquam Pa-
ris id fecisse videatur, tamen Phœbus ipse manum illi-
us, ac telum direxit in corpus Achillis, aliter enim vir
pæne inuulnerabilis occidi non poterat. Ouid. *At post-*
quam cecidit Paridis, Phœbiq; sagittis. Nascimb.

DARD. QVI PARID. DIR. TELA IN CORP. ÆA-
CID.) C
Cum ægerimè pateretur Neptunus ab Achille
sibi interfectum Cygnum filium (quem ne etiam ar-
mis spoliaret, eum in auem sui nominis transmutauit)
& plurimum Hectoris nece (quem similiter Achilles
interemerat) doleret, Apollinem fratrem rogauit, quo-
niam cominus nequiret cum eo concurrere, ipse ho-
minem vlcisceretur. Paruit oranti Apollo, & immistus
Troianis, Paridis arcum in eius corpus obuertit, cuius
sagitta ictus cecidit. Hoc totum ab Ouid. lib. 12. Meta-
morph. in calce descriptum est sic:

*At dens aquoreas qui cuspide temperat undas,
In volucrem corpus nati Cycneida versum.
Mente dolet patria, senumq; perosus Achillem,
Exercet memores, pluiquam ciuilitas, iras.
Jamq; ferè tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonsum compellat Smynthea dictis,
O mibi de fratris longe charissime natis,*

*Irrita qui mecum posuisti mania Troia,
Esquid, ubi Asiæ casuras aspicias arcus,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Milia casa dolos? ecquid (ne persequar omnes)
Hectoris umbra subit circum sua Pergama tracti?
Cum tamen ille ferox, belloq; cruentior ipso
Vixit adhuc operis nostri populator Achilles.
Dei mihi se, fæxo, triplici quid cuspide possim,
Sentiat: at quoniam concurrere cominus hostis
Non datur, occulta nec opinum perde sagitta.
Annuit, atq; animo pariter patriuq; suoq;
Delius indulgens, nebula velatus in agmen,
Peruenit Iliacum, mediaq; in cade virorum,
Rara per ignotos spargentem cernit Achinos
Tela Parin, fassusq; deum: quid spicula perdis
Sanguine plebis ait? si qua est tibi cura tuorum,
Vertere in Æaciden, cesosq; vlciscere fratres.
Dixit, & ostendens sternentem Troia ferro
Corpora Peliden, arcumq; obuertit in illum,
Certaq; lethifera direxit spicula dextra.
Quo Priamus gaudere senex post Hectora posset,
Hoc fuit, ille igitur tantorum victor Achille
Victus a timido Graia raptore marita.
At si famineo fuerat tibi Marte cadendum,
Thermopontiaca mallas cecidisse bipenni.*

Horatius quoq; carmine sæculari, quæ est Ode 6. lib. 4.
D Apollinem de Achille ab eo, seu opera eius interfecto
extollit magnificè: fuit enim hoc illi gloriosum, cum
Achil-

Achilles esset terror Phrygum, & Troiæ prope victor, A
vt ibi dicitur. De vulnerato igitur, & in terram cadente,
ac moriente sic ait:

*Ille mordaci velut icla ferro
Pinus, aut impulsæ cupressus Euro
Procidit læte, posuitq; collum
Pulvere Tenere.* 35

Homerus similiter sæpe Paridæ sagittarium inducit.
2. Iliad. *παρδαλέην ὁμοίαν ἔχων, καμπύλα ῥόζα.* Et Euripid.
Oreste. *ἄς ἔχνη δ' τοξότας παύεις.* Apollo autem
semper à Troianis habitus inter *ἀγῶνις δαίς*, vt qui vel
Homeri constantissimo testimonio, pro Troia steterit.
Calab. autem lib. 3. *ἀνδραποῦ* Apollinem narrat calca-
neum Achillis telo fixisse. German.

TOT MAR. INTRAVI. D. TE PEN. REPOST. MAS. G)
His versu lucem accipiens ex illis, qui sunt lib. 7.

Septima post Troiæ excidium iam vertitur ætas,
Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa,
Sideraq; emensæ ferimur: dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem, & volumus vndis.]

Aliud Apollinis beneficium recenset, quod si principia
nauigationis Troianorum consideres, *ἡ δὲ τὸ σιωπῶν*
intelligendum est: Æneam duce Apolline, id est,
monitu Apollinis nauigasse: hac enim de re nihil extat,
præter illud ex. 3. *Diuerſa exilia, & desertas querere terras
Augurijs agimur diuinum.* Sed meli⁹ est, vt ad illud Apol-
linis vaticinium referatur, *antiquam exquirite matrem.*
Quod verò ait, *maria obeuntia terras*, proprio epithe-
to maris vsus est, cuius est, terras includere, & cingere.
Per Massylum gentes, & syrtibus arua prætenta, Afri-
cam significauit, accessu difficilem. Nascimb.

VOS QVOQVE PERGAM. SI FAS EST. P. G.
DIIQVE DEÆQVE OM.) Petit Æneas, vt iam tan-
dem propitij velint esse Troianis dij omnes, qui se ab
illis læsos æstimarūt, verbi causa, Neptunus, & Apollo
mercede fraudati sunt à Laomedonte, Iuno, & Pallas
spretæ ab Alexandro præ Venere. Iuno insuper læsa rap-
tu Ganymedis, qui contempta Hebe eius filia, Io-
ui fuit à poculis. Ex Homero maximè discas, qui dij, de-
que, & quàm infensi Troianis fuerint. De iisdem 2. Æ-
neid. generatim, & summatim, *Apparent dira facies,
inimicæq; Troia Numina magna deum.* Inuocat etiam
Sibyllam ipsam, ab eaque cognoscere de Italia tenenda
cupit, quæ quidem sibi fato debeatur: quamobrem se
rem optare æquissimam. Errantes dij, & agitata numi-
na Troiæ, sunt victi illi penates, quos classe vehebat se-
cum, & quos Latio inferre desiderabat, 35

PHOEBO, ET TRIVIÆ TEMP. INSTIT. FE-
STOSQVE DIES) Deludis Apollinaribus intelligunt,
quod ait, *festosq; dies de nomine Phœbi*, quos quidem
Augustus instituit. Festus autem, est sollempniter lætus,
& feriatus.

TE QVOQVE MAG. MANENT) Cum triplex fuerit
inuocatio, Apollinis, deorum Troianis inimicorum,
& Sibyllæ, huic tantum, & illi pollicetur munera, cui
tamen sororem adiungit. Reliqua, *Hic ego namq; tuas
sortes*, &c. sunt de libris Sibyllinis Romæ honorificè in
templo, diligenterq; asseruatis. De Sibyllis, & libris eo-
rum dictum Eclog. 4. Dicemus tamen hic quoque non-
nulla ex P. Manutio in epist. 4. Cic. lib. 8. XV viri cu-
stodiebant libros Sibyllinos, à Cumæa Sibylla Prisco
regnante Romam allatos. Fatales vocabantur, quod fa-
ta, id est, immutabilem Iouis voluntatem prædicerent.
Ad eos, quasi ad oraculum, XV viri adibant, cum dij im-
mortales publicè consulendi essent. Historiam Gell. lib.
1. cap. 19. ex antiquis annalibus exposuit. Dio lib. 39. sa-
cerdotes nominat custodes horum versuum, Cicero in-
terpretes lib. 1. De Diuinat. Quo in loco Decemviri,
non Quindecimviri appellantur. Sed veritatem aperit
distinctio. Nam superioribus temporibus decemviri li-
bros Sibyllinos custodiebant, Ciceronis ætate, atque
etiam aliquot post sæcula, quindecimviri, quod Auso-
nij poetæ in Grypho versibus constat.

*Atq; trifatidica nomen commune Sibylla,
Quarum tergemini fatalia carmina libri,
Quos ter quinorum seruat cultura virorum.*

Suctonius fatales libros vocat.

FOLIIS NE CARMINA MANDA) Repetamus
locum è lib. 3. ex oratione, seu vaticinio Heleniad Æne-
am, qui hunc declarabit.

*Huc ubi delatus Cumeam acceſſeris urbem,
Diuiſosq; lacus, & auerna sonantia syluis,
Insanam vatem aspicias, quæ rupe sub ima,
Fata canit, folijsq; notas, & nomina mandat.
Quæcumq; in folijs descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclufa reliquit:
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verum eadem verso tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes:
Nunquam deinde cano volitantia prendere saxo,
Nec renocare situs, aut inungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibylla.*

Quid mysticè voluerit sibi his verbis Æneas, folijs ne
carmina manda, consule Pierium lib. 53. in Ficu.

RAPID. LVDIB. VENTIS) Proprietatem trahunt
ludibria à leui, ac sine pondere, & contemnendo: aut,
quod magis verum, à ludicro. Nonius. Horat. Ode 14.
lib. 1. tu, nisi ventis Debes ludibrium, cane.

IPSA CANAS) Canunt poetæ. Sed qui oracula ede-
bant, cum id versibus facerent, dicti sunt canere. 3. Æ-
neid. *Sola mihi tales casus Cassandra canebat.* Ennius 1.
Annali: *Versibus quos olim Fanni, vatesq; canebant.* 35

At Phœbi nondum patiens, immanis in antro
Bacchatur vates: magnum si pectore possit
Excussisse deum. tanto magis ille fatigat

- 80 Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premendo.
Ostia iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte sua, vatisq; ferunt responsa per auras:
O tandem magnis pelagi defuncte periclis:
Sed terra grauiora manent. in regna Lauini
85 Dardanidæ venient (mitte hanc de pectore curam)
Sed non & venisse volent. bella, horrida bella,

Et Ti-

- Et Tiberim multo spumantem sanguine cerno.
 Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
 Defuerint. ALIVS LATIO IAM PARTVS ACHILLES,
 90 Natus & ipsa dea. nec Teucris addita Iuno
 Vsq̃uam aberit, quum tu supplex in rebus egenis,
 Quas gentes Italum, aut quas non oraueris vrbes?
 Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris,
 Externiq̃ iterum thalami.
 95 TV NE CEDE MALIS: SED CONTRA AVDENTIOR ITO,
 Quam tua te fortuna finet. via prima salutis,
 (Quod minimè reris) Graia pandetur ab vrbe.

PHOEBI NOND. PAT. IN ANTRO BACCHAT.) A spectra ob oculos versari solent. Bellum autem designat, quod Troiani cum Rutulis in Italia gesserunt Turno duce. Et bellum hoc cum bello Græcorum apud Troiam, locum cum loco, ducem cum duce comparat. Italicum Achillem vocat Turnum, quem perinde nobilem esse vult, ut Achillem, quia æquè matre dea natus, ut dicitur lib. 10. *Cui Pylamni auctus, cui diua Venilia mater.* Accedit Iunonis odium, quæ etiam in Italia, eorum studebit exitio. Sequitur triplex cohquestionis locus ex adversa Troianorum fortuna. Quod supplex, Æneas, quod in summa rerum egestate, quod plures orare cogetur. Et quoniam tanti belli causam exquirere posset Æneas, occupat, *Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris.* Vti prius Helena hospita, sicutum Lavinia erit mali Troianorum causa, de quo lib. 7. Nascimb.

* *Lucan. lib. 5. de Phamone, Delphi oracula reddente.*

Spumea tunc primum rabies vefana per ora
 Effluit, & gemitus, & anhelio clara meatu
 Murmura, tunc mæstus vastus ululatus in antris,
 Extremæq̃ sonant domita iam virgine voces.

OS RABID. FINGIT PREMENDO) Plaut. in Amphit. *Illic homo me interpolabit, meumq̃ os finget de- nudo.* Græci *σοῦν*, os formare, fingere, componere dicunt: & Plato in Cratilo, *σοῦμα πλάττειν.* Est igitur sensus, format & componit os ad id tantum enuntiandum, quod opus esset. German.

O TAND. MAG. PELAG. DEF. PERICLIS)
Facit & Tibullus Sibyllam Ænea vaticinantem futura lib. 2. eleg. 5.

Impiger Ænea volitantis frater Amoris,
 Troica qui profugis sacra vehis ratibus.
 Iam tibi Laurentes assignat Iupiter agros:
 Iam vocat errantes hospita terra lares.

Et qua sequuntur.) A commiseratione orditur, quam commouet à præteritis, & amplificat à futuris Troianorum calamitatibus. Defungi, inquit Budæus in Pand. est explicari negotio aliquo, aut molestia, & finem ei imponere. Liuius lib. 3. defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere. Idem decad. 4. lib. 9. Tempestas cum magnis procellis coorta, coegit plerosque tabernacula in foro statuere: eadem paulo post, cum vndique diffrenasset, sublata, defunctosq̃ fato vulgò ferebant, quod inter faralia vates cecinissent, necesse esse tabernacula in foro statui. Defunctos fato id est solutos, exensptos, nec ultra illi fato obnoxios. *ἀπαλλάττω*, & *ἀπαλλάττω* id à Græcis dicitur. Propterea defuncti absolute dicuntur, qui mortem obierunt, quasi æternis sæculi liberatos, & exemptos significemus. Defunctumque etiam more Græcorum pro cadauere intelligimus substantiuè, ut illi *νεκρὸν*. Copiosius ista, & plura super hoc verbo Budæus, quem uti legas, te horror.

BELLA HORRID. BELLA) τὸ αἰσίορ, cur venisse nolent: & vritur *παλλογία* ad grauitatem, & horrorem futuri belli amplificandum: & ut qualis, quantusq̃ futurus esset huius belli horror ostenderet, Tiberim, inquit, multo sanguine spumantem cerno. Vbi non sanguine tantum dicit, sed multo sanguine, nec rubentem, sed spumantem. Utq̃ certa, & indubitata se referre ostendat, ait, cerno. Nam vatib⁹ rerum, quæ futurae sunt,

speetra ob oculos versari solent. Bellum autem designat, quod Troiani cum Rutulis in Italia gesserunt Turno duce. Et bellum hoc cum bello Græcorum apud Troiam, locum cum loco, ducem cum duce comparat. Italicum Achillem vocat Turnum, quem perinde nobilem esse vult, ut Achillem, quia æquè matre dea natus, ut dicitur lib. 10. *Cui Pylamni auctus, cui diua Venilia mater.* Accedit Iunonis odium, quæ etiam in Italia, eorum studebit exitio. Sequitur triplex cohquestionis locus ex adversa Troianorum fortuna. Quod supplex, Æneas, quod in summa rerum egestate, quod plures orare cogetur. Et quoniam tanti belli causam exquirere posset Æneas, occupat, *Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris.* Vti prius Helena hospita, sicutum Lavinia erit mali Troianorum causa, de quo lib. 7. Nascimb.

ALIVS LATIO IAM PART. ACHILL.) Valde cum hoc loco congruit dictum quoddam Annibalis de Q. Fabio Cos. qui Tarentum recepit à Carthaginensibus. Verba Liuij annuero lectori de lib. 27. Dum hæc Tarenti aguntur, Annibal ijs, qui Cauloniam obsidebant, in deditionem acceptis, audita oppugnatione Tarenti, dies noctesq̃ cursim agmine actō, cum festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset, Et Romani, inquit, suum Annibalem habent. Eadem, quæ ceperamus, arte, Tarentum amisimus. 36

ADDITA IUNO) id est, inimica, & infesta. Quis non existimet, poetam arbitrio suo nouum verbum sibi voluisse fabricare? Sed nō ita est. Nam quod ait, *nec Teucris addita Iuno Vsq̃uam aberit*, id est, affixa, & per hoc infesta, hoc iam dixerat Lucilius lib. 14. his verbis.

*Si mihi non pretor fiet additum, atq̃, agitet me,
 Non male sic ille, ut dico, me extenderat vnus.*

Macrob. lib. 6. cap. 4.

TV NE CEDE MAL. SED CONTRA) Cohortatio ad constantiam in rebus afflictis, & ambiguis, in quibus vir fortis, & sapiens palmam debet imitari, quæ contra pondus impositum nititur, & quod amplius premitur, hoc magis exsurgit. Toto cap. 4. libri, Cur bonis viris mala accidant, demonstrat Seneca, virtutem nisi aduersis non cognosci. Ex quo mandentur memoriæ vna, & altera sententia. Miserum te iudico, quod nunquam fuisti miser. Transisti sine aduersario vitam: nemo sciet quid potueris, ne tu ipse quidem. Gaudent magni viri aliquando rebus aduersis non aliter, quam fortes milites bellis.

QVOD MINIME RERIS) Quis enim facile profuturos sibi credat inimicos? Quis salutem speret ab ijs, qui sibi exitium ante importauerant?

GRA-

GRATA AB VRBE) Euander quippe Græcus utrans, Æneam in Tusciam mittit, ubi copiz parata du-
bem à se conditam, & ab auo Pallanteum appellatam, cem extermem expectantes, ipse ei filium Pallantem
non longè ab ijs locis, in quibus nunc Roma est habi- cum quadringentis equitibus adiungit. Vide lib. 8.

- Talibus exadyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages: antroq; remugit,
100 OBSCVRIS VERA INVOLVENS. ea fræna furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.
Ut primùm cessit furor, & rabida ora quierunt:
Incipit Æneas heros. NON VLLA LABORVM,
O VIRGO, NOVA MÎ FACIES, INOPINAVE SVRGIT:
105 OMNIA PRÆCEPI, ATQVE ANIMO MECVM ANTE PEREGI.
Vnum oro (quando hîc inferni ianua regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso)
Iread conspectum chari genitoris, & ora
Contingat: doceas iter, & sacra ostia pandas.
110 Illum ego per flammæ, & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagiq; minas, cæliq; ferebat
Inualidus, vires vltra, sortemq; senectæ.
115 Quin, ut te supplex peterem, & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat. natiq; patrisq;,
Alma, precor, miserere. potes namq; omnia: nec te
Nequicquam lucis Hecate præfecit auernis.
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,
120 Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit:
Itque reditq; viam toties. quid Thesea, magnum
Quid memorem Alciden? ET MÎ GENVS AB IOVE SVMMO.

HORREND. CANIT AMBAG.) Horrendas Troia-
nis, ijsdemq; obscuras. Quod autem Apollo per sacer-
dotes suas obscura caneret, ideo λεῖλα, id est, obliquus,
& perplexus dictus est. Nascimb. Remugit, frenâ, stimu-
los, metaphoræ ab animantibus.

VT PRIMVM CESSIT FVROR) frustra hîc philoso-
phatur Seruius. Expono, ubi primùm mentem recepit,
ubi εἰς νοῦν ἤλθε ille quieuit, & corporis quoq; secuta est
tranquillitas. *

NON VLLA LABO. NOVA MÎ FACIES) Hinc appa-
ret faciem non solum in hominum corporibus (quod
Gellius quoque annotauit lib. 13. cap. 29.) sed etiam in
alijs rebus dici: quapropter & hîc facies laborum, &
infra lib. 7. Æneid. scelerum facies, armorum facies, &
consilij facies apud Tacitum. Nascimb. * Adde ex Cice-
rone Philipp. 1. Legatus enim senatus faciem secum attulerat. Off.
lib. 1. formam, & tanquam faciem honesti vides. pro Flacco. fate-
antur in Meandri persona expressam esse faciem ciuitatis.

OMNIA PRÆCEPI, ATQVE ANIMO) Præcipere,
atque præsumere oportere sapientem omnia, quæ ho-
mini acerba, & grauiâ accidere possunt: taliq; præme-
ditatione leuiora illa, & perpeſſu faciliora effici, dispu-
tatum est copiosè à Cic. 4. Tuscul., allatiq; versus Euri-
pidis è Theseo, & Terentij è Phormione, quibus id
confirmaretur. Virgilius autem Æneæ suo, quem om-
nis virtutis exemplar esse voluit, ut cæteras laudes, ita

B hanc quoq; tribuit, ut cum his verbis de se videntem fe-
cit: qui quidem videri non immeritò possit hoc ex Æ-
schylo sumpsisse, apud quem Prometheus ita loquitur.

Καὶ τοι τί φημί; πάντα προξέτισμαι
Σκαθρῶς τὰ μέλλοντ', εἰδὲ μοι ποταίνων
Πῆμ' εἰδὲν ἤξει. Id est.

Quamquam quid aio? cuncta præconi optimè
Futura, nec ventura calamitas mihi
Inopina quisquam est.

Muret lib. 5. cap. 12.

More suo, id est, sapienter, ac prorsus Stoicè hunc
etiam locum tractat Seneca epist. 76. in extrema. Cum
voles veram hominis æstimationem inire, & scire qua-
lis sit, nudum inspicere. Ponat patrimonium, ponat ho-
nores, & alia fortunæ mendacia: corpus ipsum exuat,
animum intueri, qualis, quantusque sit, alieno, an suo
magnus. Si erectis oculis gladios micantes videt, & si
scit sua nihil interesse, vtrum anima per os, an per iugu-
lum exeat, beatum voca. Si, cum illi denuntiata sunt
corporis tormenta, quæ casu veniunt, & quæ potentio-
ris iniuria, si vincula, & exitia, & vanas humanarum
formidines mentium securus audit, & dicit,

— non vlla laborum.

O virgo noua mî facies, inopinave surgit,
Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.

T*

Tu ho-

Tu hodie ista denuntias: ego semper denuntiaui mihi. A
Hominem parauit ad humana. Præcogitati mali mollis
ictus venit. At stultis, & fortunæ credentibus omnis
videtur noua rerum, & inopinata facies. Magna autem
pars est apud imperitos, mali nouitas. Hoc ut scias, ea
quæ putauerunt aspera, cum assueuere, patiuntur. Ideo
sapiens assuescit futuris malis: & quæ alij diu patiendo
leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. Audimus ali-
quando voces imperitorum dicentium. Nesciebam, hoc
mihi restare. Sapiens scit sibi omnia restare. Quidquid
factum est, dicit, sciebam. Idem epist. 108. Nemo non
fortius ad id, cui se diu composuerat, accessit, & duris
quoque, si præmeditata erant, obstitit: at contra, impa-
ratus, etiam leuissima expauit. Id agendum, ne quid no-
bis inopinatum sit: & quia omnia nouitate grauiora
sunt, hæc cogitatio assidua præstabit, ut nulli sis malo
tyro. Theseus quoque, apud tragicum Senecam in Hip-
polyto ad Nuntium.

*Ne metue clades fortiter fari asperas,
Non imparatum pectus arumnis gero.*

Hunc ipsum poetæ nostri locum affert Donatus super
illo Terentij, Phormione.

*Meditata sunt mihi omnia mea incommoda,
Hæc si redieris, &c.
Horum nihil quidquam accidet animo nouum.*

VNUM ORO, QUANDO HIC INFER. IANVA REG.)
Ouidius, qui in ultimis Metamorphoseon libris quasi
quandam epitomen Æneidos contexuit, comprehen-
dit hanc orationem Æneæ, Sibyllæ promissum, & ra-
mum aureum, descensum, colloquium cum Anchise
apud inferos hisce carminibus.

*Littora Cumarum, vinacisq; antra Sibylla
Intrat, & ut manes adeat per Auerna paternos
Orat. At illa diu vultum tollere moratum.
Erexit: tandemq; deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maximo, cuius
Dextera per ferrum est, pietas spectata per ignes.
Pone tamen Troiane metum: potiere petitus,
Elysiaq; domos, & regna nouissima mundi,
Me duce, cognosces, simulacraq; chara parentis:
Inuisa virtuti nulla est via, dixit, & auro
Fulgentem ramum sylua Junonis auerna
Monstrauit, insitq; suo diuellere trunco.
Paruit Æneæ, & formidabilis Orci
Vidit opes, atavosq; suos, umbramq; senilem.
Magnanimi Anchisa: didicit quoque iura locorum,
Quæq; nouis essent adenda pericula bellis.*

Silius quoque lib. 13. Scipionem Africanum maiorem,
patrem, & patrui, quos in Hispania cecidisse intel-
lexerat, apud inferos conuenientem, & se illorum al-
loquio consolantem introducit, & Virgilij vestigijs, ut
semper, insistit.

VNUM ORO) non, solum, sed præcipuum: ut,
vnam Posthabita coluisse Samo. Paludem deinde pro la-
cu posuit: nam Auernum significat, quem vult nasci de
Acherontis æstuarijs.

TENE BROSA PALVS) nigra, per quod altam
intellige.

ACHERONTE REFUSO) Plaut. genere scæmi-
neo extulit Acheron, Capt. Verum enimvero, nulla ada-
quæ est Acheruns Atq; ubi ego fui.

SACRA OSTIA) aut venerabilia, aut exe-
cranda: sicut de tartaro dicturus est, *Sacra panduntur
porta.*

ILLVM EGO PER FLAM. ET MILLE SEQ.)

Vide 2. Æneid. ab illis Verbis. Ergo age chare pater, ceruici impo-
nere nostræ, &c. & totum tertium.) Meritum approbat pa-
tris, ut iustum videatur esse desiderium.

EX HOSTE RECEPI) liberaui, ut lib. 1. *frugum
receptas.* Et plus est ex hoste, quam ex hostibus.

ILLE MEVM COMITATVS ITER) Non spe salu-
tis, sed mei causa, ut lib. 2. *Cedo equidem, nec nate tibi
comes ire recuso.*

FEREBAT) ut ante morte præuentus sit, quam
ferre desineret: & mirè imperfecto vsus est tempore,
ac si diceret, adhuc, si viueret, ferret.

SORTEMQVE SENECTÆ) Quia senectæ fors est
quies, & otium, sicut pueritiæ ludus, amor adolescen-
tiæ, ambitio iuuentutis. Ergo aliud ferebat pater, quam
sors exigebat senectæ. Hucusque Seruius.

QVIN VT TE SVPPLEX PET.) Sicenim An-
chises lib. 5. per quietem visus Æneæ filio.

*Disis tamen ante
Infernas accede domos, & Auerna per alia
Congressus pete nate meos. non me impia namq;
Tartara habent, & qua sequuntur.*

ALMA PRECOR MISERERE) Petitioni obsecratio-
nem adiungit, quod facilius impetret. Addit locum à fa-
cili. *Lucos auernos accipe,* per quos erat descensus ad
inferos. Atque ita Sibyllæ potestatem exaggerat, ut quæ
pro arbitrio suo ad inferos accedere possit.

SI POTUIT MAN. ARCESS. CONIUG. ORPHEVS)
Suam petitionem honestam esse exemplis comprobat
à minore ad maius, ex vi rerum, & personarum dedu-
ctis: nam uxorem ab inferis reuocare maius est, quam
videndi tantum patris causa inferos petere: & Æneas
Thesei, atque Orphei comparatione dignior est: nam
proximè dicturus est, *& mi genus ab Jone summo.* Nascim.
* Fabulam Orphei inter alios enarrat Virgil. 4. Georg. sub finem,
vbi quod de eodem attulimus, qua huic etiam loco faciunt.
Et Ouid. Metamorph. lib. 10. De cithara autem eiusdem, cuius hic
cum honore meministi Gates noster, proferemus ex Manilij lib. 1. per-
elegantibus versiculos, qui ad locum illam Georgicorum etiam pote-
runt accommodari. Vbi igitur phænomena, sine signa Septentrio-
nalis recenset, sic ait:

*At Lyra diductis per cælum cornibus inter
Sidera conspiciunt, qua quondam ceperat Orpheus
Omne quod attigerat cantu, manesq; per ipsos
Fecit iter, domuitq; infernas carmine leges.
Huic cælestis honos, similisq; potentia caussæ
Tunc siluas, & laxa trahens, nunc sidera ducit,
Et rapit immensum mundi reuolubilis orbem.*

Has comparationes cum Orpheo, Polluce, The-
seo, Alcide ita considerat Macrobius lib. 4. cap. 5. Sunt &
in arte rhetorica ad pathos mouendum etiam hi loci,
qui dicuntur circa rem, & mouendis affectibus perop-
portuni sunt. Ex quibus primus est à simili. Huius spe-
cies sunt tres, exemplum, parabola, imago. Ab exem-
plo, *Si potuit manes, &c.* Hæc enim omnia misericor-
diam mouent: quoniam indignum videtur negari sibi,
quod alij indultum est. Deinde vide, unde auget inuidi-
am. *Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus.* Habes caus-
sam disparem: manes illic coniugis, hic patris: illic ar-
cessere, hic videre. *Threicia fretus cithara.* Hic miseri-
cordiam eius irrisit. *Si fratrem Pollux alterna morte re-
demit, itq; reditq; viam totius.* Hoc iam à modo. Plus
est enim læpe ire, quam semel. *Quid Thesea, magnum
Quid memorem Alciden?* Hic propter egregias perso-
nas non habuit, quod inueniret, vel quod augeret:
verum quod in illis elucebat, hoc sibi iactat cum illis
esse commune, *& mi genus ab Jone summo.*

SI FRAT,

SI FRAT. POLLUX ALTERNA MORTE RED.)

Homero de iisdem fratribus Odyss. 2.

Ἀλλ' οὐ μὲν ἑλὼς ἰτιγήμεροι, ἀλλ' οὐδ' αὖτις

Τιβηταί, τιμὴν δὲ λαλόχῃσιν ἰὼν σταίειν.

Virgilium Ciri. Illi etiam alternas fortiti viuere lucas. Aptum huc, quod ait in Asinaria Argyrrippus Philenio,

Ego te? quam si intelligam deficere vita, iam ipse

Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.]

Altero exemplo ostendit, accessus ad inferos sibi negari non debere: in quo, si personarum vim spectes, à minori argumentatur: si rerum, à maiori ad minus. Nam hominem à morte redimere maius est, quàm si alloquendi hominis causa inferos petas, quod vult Æneas. Nascimbæn.

ITQVE, REDITQVE VIAM TOTIES) Stat lib.

1. Thebaid. de Furiâ. *neg. enim velocior vllas Itq, reditq, vias.* Castor, & Pollux dum alienas sponsas rapiunt (Phœben, & Ilairam Leucippi filias) esse gemini deficiunt. Nam dolore iniuriæ concitatus Idas, alterum gladio transuerberauit, & eodém poetæ alternis viuere, alternis mori narrant: vt iam non sint deorum tantum, sed omnium mortalium miserrimi, quibus semel mori non licet. Hos tamē Homerus ambos simpliciter (non vt poetæ solent) mortuos esse testatur. Nam cum faceret in muris assidentem Helenam Priamo, cunctos Græciæ principes recognoscere, solos autem fratres suos requirere, subiecit orationi eius huiusmodi versum. *ὦς φάτο, τὸς δ' ἦδ' ἔτι χαλκήρεα φασίχο' αἶα.* Lactant. lib. 1. cap. 10. * *Homero ἰτιγήμερος nuncupauit, quod alternis*

diebus morerentur. Seruimus hoc ideo censet fictum, quia horum stellas se habens, vt occidente vna, oritur altera. Idas qui cum Lynceo ambiebat quas dixi Virgines, Castorem raptorem occidit, quem ob id iratus Iupiter fulminauit, Pollucisq, optionem dedit, vt in immortalitate solus viui sceleris, an eam cum fratre disidere: maluit alternis viuere. Hac breuiter ex Gyrard. Synag. 5. Castor ἱπποδάμῳ, id est, bonum eques, Pollux, πύξ ἀγῶνς, bonum pugil dicitur Homero Odyss. 2. Vno nomine Castores saepe audiunt, & græcè δῖοι τῦχοι Iouis proles, ex Leda videlicet: quamquam Pollux tantum, & Helena ex Ioue, Castor & Clytemnestra ex Tyndareo nati perhibentur: & illi immortales, hi mortales.

QVID THESEA, MAG. QVID MEM. ALCIDEN)

Hic Theseum inter eos nominat, qui ad inferos adierunt, & redierunt: postea tamen infert, *sedet, æternumq, sedebit Infelix Theseus.* Qui ergo fieri potuit, vt æternum apud inferos sedeat, si redijt? Notauit hoc Hyginus, referente Gellio lib. 10. cap. 16. putauitque correcturum fuisse, nisi mors eum occupasset. Respondet huic reprehensioni Montfortius, lege si otium est.

Alia per comparisonem inculcat exempla. Petierunt, hi duo inferos, Theseus, & Hercules, sed non pietatis causa, quomodo Æneas. quomodo igitur? Theseus, vt Proserpinam Plutonis coniugem, Alcides, vt Cerberum tricipitem abduceret ad superos. Si igitur impietati patuerunt inferi, quanto magis pietati patere debent? Tum per *ὡς ληΐν* occurrit Sibyllæ. Dicat enim illa, eos genus trahere à dijs. Et ego, inquit genus à Ioue duco: quippe nepos eius, ex filia Venere. Nascimbæn.

Talibus orabat dictis, arasq; tenebat.

125 Tum sic orsa loqui vates: fate sanguine diuûm

Tros Anchisiade, FACILIS DESCENSUS AVERNI:

NOCTES, ATQVE DIES PATET ATRI IANVA DITIS:

SED REVOCARE GRADVM, SVPERASQVE EVADERE AD AVRAS,

HOC OPVS, HIC LABOR EST. PAVCI, QVOS ÆQVVS AMAVIT

130 IVPITER, AVT ARDENS EVEXIT AD ÆTHERA VIRTVS:

DIIS GENITI POTVERE. tenent media omnia syluæ,

Cocytusq; sinu labens circumfluit atro.

Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est,

Bis stygios innare lacus, bis nigra videre

135 Tartara, & infano iuuat indulgere labori:

Accipe, quæ peragenda prius.

TALIBVS ORAB. DICTIS, ARASQVE TENEB.)

Qui magno affectu, & studio deos colebant, aut in magno periculo erant, vt deorum fide tuti essent, aut à dijs magni periculi liberationē petebant: aut aras, aut diuorum simulacra complectebantur. Etiam aras tenebant in religiosissimo iureiurando. In 12. *Tango aras, mediosq; ignes, & numina testor.* Vide ibi annotata. Plaut. Rud. Gr. *Tange aram hanc Veneris.* Lab. *Tango.* Gr. *per Venerem iurandum est tibi.* Turneb. lib. 26. c. 2. Vide lib. 4. Æneid. ad illa, *Talibus orantem dictis, arasq; tenentem.* Meminit & Horatius huius moris, in supplicatione tangendæ aræ videlicet, Ode 23. lib. 3.

Immunis aram si tetigit manus:

Non sumptuosa blandior hostia

Mollibet auersos penates

Farre pio, & saliente mica.

FACILIS DESCENSUS AVERNI) siue auerno, vt etiam legi docet Seruius, exponens, ad auernum. Bion dicebat, facilem esse ad inferos viam. Nam illuc homines abire clausis oculis. Lusi in ambiguo: mor-

Cuius quippe oculi clauduntur. Festus, Manale putabant esse ostium Orci, per quod animæ inferorū, ad superos manarent, qui dicuntur manes. * *Qui hoc ad deterrendos homines à sceleribus adhibere vult, poterit in eo declarando quamvis copiosus esse. Si enim vitia, & flagitia sine magistro discuntur, vt scripsit Seneca, & eos ad inferos mittunt: si peccare, & deum offendere facillimum est: descendere ad illos sempiterni ignis cruciatum, non erit admodum laboriosum, ac difficile.*

SED REVOCARE GRADVM, SVPERASQ;) Lactant. lib. 6. cap. 24. appositè vsus est hoc versu, *Sed revocare gradum, &c.* cum de pœnitentia loqueretur, qua se, qui peccarunt, in pristinum gradum apud deum restituant: nemo enim potest esse tam prudens, tam circumspectus, vt non aliquando labatur. Et idcirco deus imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit portam salutis, vt huic necessitati, cui fragilitas nostra subiecta est, medicina pœnitentiæ subueniret. Ergo quicumq; aberrauerit, referat pedem, seq; quamprimum recipiat, ac reformet. *Sed revocare gradum, superasq; evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est.* Degustatis enim malè iucundis voluptatibus, vix diuelli ab his possunt.

T* 2

Facilius

Facilius recta sequerentur, si earum suauitates non at-

Ad confirmandam Virgilij sententiam aliquot poetarum græcorum versiculos citat Vrsin. nos latino- rum testimonia recitemus. Tibull. lib. 4.

*Cum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante via.*
Catullus.

*Quinunc it per iter tenebricosum,
Illuc, unde negat redire quenquam.*
Seneca Hippolyto.

— non unquam amplius
*Connexa tetigit supera, qui merfuit semel
Adijt silentem nocte perpetua domum.*

Idem Hercule Oetæo. *Vnde non unquam remeavit vllus.* Hac de causâ, quod, inquam, difficile sit inde reuocare gradum, nonnulli clauem attribuere Plutoni, significantes, qui apud inferos semel concluderentur, eos redire amplius non posse. Etiam in ore vulgi est, in inferno nulla est redemptio. ☞

PAUCI QUOS ÆQVVS AM. IVP.) Quos Iupiter benignitate sua retinuit, ne vitij corrumpentur, sed ad virtutes expergiscerentur: qui virtute heroica, & diuina præditi sunt. Nascimb.

ARDENS VIRTVS) non enim frigidi virtutem capessunt, sed feruidi, & ardentes animo. Hinc Georg. 3.

*Sin, has ne possim natura accedere partes,
Frigidus obfiterit circum præcordia sanguis.*

DIIS GENITI POTVERE) in quibus semen diuinum est, cuius stimulo ad virtutes assiduo excitantur.

A Nascimb. * *Proverbiali schemate, ad commendationem Demosthenem hoc usurpauit Plinius ep. 2. lib. 1. Tentari enim imitari Demosthenem, semper tuum: Caluum nuper meum, figuris duntaxat orationis. Nam cum tantum verbum pauci quos æquus amauit, assequi possunt. Quod etiam ad rem quamcumque, difficilem torquere licet.*

QVOD SI TANTVS AMOR) Ostensa difficultate negotij, paulatim delabitur ad propensionem sui erga illum animi declarandam: nam quod petit Æneas, se benignè, præstituram innuit, cum quid ei agendum sit, præscribit. Non adeo differunt ab his illa lib. 2.

*Sed si tantus amor casu cognoscere nostros,
Et breuiter Troia supremum audire laborem.*

BIS STYG. INNARE LACVS) nunc, & post mortem. Quod autem dicit Ouidius, ait Seruius, Æneam inter deos relatum, non mirum est: nam vt supra diximus, necesse est etiam relatorum inter deos, apud inferos esse simulacra, vt Hercules, Liberi patris, Castoris, & Pollucis, vt est apud Homer.

*Κάτορα δ' ἰνπρόδαμον, ἃ πρὸς ἀχάδων πολυδύλεια,
Τὸς ἀμφοὺς ζῶντας καὶ χθὺς φρεσὶ ζῶσιν αἶα.*

INSANO IUVAT INDVL. LABORI) *insano labori*, vel maligno, vel, non sano consilio suscepto. Etenim inferos adire, nulli ferè emolumento, magno autem detrimento esse potest, quod nec Homerus tacuit Odyss. 12. ex quo fortasse hic locus.

*Σχέτλιοι, οἱ ζῶντες ὑπὸ ἡδέσι δῶμ' αἰδέοι,
Διδανίης ὅτι τ' ἄλλοι ἀπαξ θήσονται ἀνθρώποι.*

Sed tamen Æneæ magno futurum erat vltui, inferos adire, vt sui generis propaginem cognosceret: propterea ait, *inuia indulgere*. Nascimb.

----- LATET ARBORE OPACA

AVREVS ET FOLIIS, ET LENTO VIMINE RAMVS,
Iunoni infernæ dictus sacer: hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus vmbrae.

140 Sed non antè datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore foetus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit. primo auulso, non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.

145 Ergo altè vestiga oculis, & ritè repertum
Carpe manu. namq; ipse, volens, facilisq; sequetur,
Si te fata vocant: aliter, non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.

Præterea, iacet exanimus tibi corpus amici,
150 (Heu nescis) totamq; incestat funere classẽ,
Dum consulta petis, nostroq; in limine pendes:
Sedibus hunc referantè suis, & conde sepulchrò.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunt.

Sic demum lucos Stygios, regna inuia viuis

155 Aspicias. dixit, pressoq; obmutuit ore.

LATET ARB. OPACA AVR.) Vide Seruium, Crinit. C Proserpina: Iuno Matuta, Leucothea. At summus Iu-

lib. 10. cap. 6. & Hartungum Decur. 2. cap. 7. num. 6.
IUNONI INFERNÆ DICT. SACER) Vt autem Iouis nomen multis tribuebatur: nam Iupiter Latialis, erat Latinus, interprete Festo: Iupiter indiges, Æneas: Iupiter Stygius, Erebi: Pluto: sic Iuno Lucina, Diana est: Iuno mulierum, veluti Genius virorum: Iuno infera,

piter, Iupiter imperator, Iupiter præpotens, & Iupiter absolutè dicebatur. Sic Iuno sine adiectione, & Iuno regina. Ergo hic perspicuè Iuno inferna, est Proserpina. Turneb. lib. 28. cap. 44.

TELLVRIS OPERTA SVBIRE) Nihil temerè, aut inconsideratè à Virgil. dicitur: omnia proprijs, & ac-

commo-

commodatis ad id, quod agitur, vocibus exprimentur: A & vbi id minimè putes, aliquid plerunq; reconditè eruditionis laret, vt in istis versibus. Nemo, quod sciam vererum, ac ne Fuluius quidem, aut Gellius notarunt, cur operta telluris dixerit. Bonam deam, & Tellurem eandem esse, vel ex Macrobio constat. Vbi autem Bonæ deæ fiebat, opertum vocabant, quo viris ingredi nefas erat. Cic. 1. epist. ad Att. quasi in operto dicas fuisse. Et in Paradoxis. Vt, si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. Iam igitur constat, cur telluris operta dixerit. Muret. lib. 14. cap. 2.

AVRICOMOS FOETVS) sic & Apollo, Mercurius, Bacchus à poetis *ἄρυσκομος* appellatur: *ἄρυσκος* ἢ *κόμης*. German.

HOC. SIBI. P. SVVM. F. PROSERP. MVN.) Quorundā opinio est, ideo ramo aureo inferos peti, quod diuitijs facile mortales intereunt. Tiberian. *Aurum, quo pretio referantur limina Ditis*. Seruius. Quidā putant hunc ramum aureum significare prudentiam, ac proinde eū iure optimo deæ sapientissimæ (qualis à Platone in Cratylo Proserpina describitur) offerri, eique sacrum esse. Ex hac opinione, id quod mox sequitur, *primo auiuso non deficit alter*, explicabimus, prudentiam hominis esse huiusmodi, vt nulla exercitatione minuat, sed augetur potius. Nascimb. * *Claudian. 2. de rapta Proserp.*

Est etiam lucis arbor prædiues opacis,
Fulgentes viridi ramos curuata metallo,
Hæc tibi sacra datur.

RITE REPERTVM CARP. MANV) Ritè carpe, non, ritè repertum. Sequetur autem facile eum, quem fata vocant, id est, cui in fatiis est eum carpere. Quod sequitur, *aliter non poteris*, enallage personæ est, secundæ pro tertia, poterit quis: nam vt de Æneâ dicatur solo, non proccedit. Seruius.

PRÆTEREA IACET EXANIM. TIBI. C. AMICI, HEV NE-
scis) *μολέειν* facit ad alterum præceptum, de Miseno sepeliendo: de cuius casu commiserationem mouet. Et

grauiter quidem feritur Æneas hoc nundo, quod, cum audiat signum doloris apponi, heu, cum exclamatione, summæ virtutis virum extinctum esse suspicari potest: nondum enim sciebat quis esset. Nascimb.

TOTAMQVE INCESTAT FVNERE CLASSEM) Quemadmodum domus, vbi aliquis extinctus iaceret, tota polluta esse credebatur, ideoq; ramus cyparissinus præ foribus affigebatur, ne fortè flamen Dialis per imprudentiam ingressus pollueretur: sic tota etiam classis, tanquā vnum corp⁹, & vna domus incestata putabatur. Nascimb. Vox enim incestare, incestus, nō semper nefarias inter coniunctas personas nuptias aspicit, vt apud Lucret. lib. 1. de Iphigenia.

Sed casta incestæ, nubendi tempore in ipso,
Hostia concideret maculat incesta parentis.
hoc est, piaculariter, & præter fas, & morem. German. * *Incestum, quod non est castum, & auctore Seruio, qualibet pollutio. Tibull.* Num feror incestus sedes adijisse decorum?

NOSTROQVE IN LIM. PENDES) Pendere hoc loco valet, sollicitum esse.

SEDIBVS NVNC REFER ANTE SVIS) Simpliciter, sepeli, terra enim sedes est cadauerum. Vide infra,

*Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.*

Nā quod Seruius ita exponit: apud maiores enim omnes in suis domibus sepeliebantur, nullius momenti est, & huc non pertinet. Videnihilominus Alex. ab Alex. Clib. 6. cap. 14. & ibid. Tiraquell.

EA PRIMA PIACVLA SVNTQ) Horat. Ode 28. lib. 1. *teq; piacula nulla resoluent*. Piacula autem dicebantur victimæ, quibus facinus expiatur admissum. Item piacula sunt propriè hostiæ, & libamenta, quibus aliquid iuitur, & expiatur, expurgaturq; fraus aliqua, & scelus. Turneb. lib. 26. cap. 26. Nonius, piare, expiare, purefacere.

REGNA INVIA VIVIS) præter paucos, quos supra recensuit.

Æneas mœsto defixus lumina vultu
Ingreditur, linquens antrum, cæcosq; volutat
Euentus animo secum: cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.

- 160 MVLTa INTER SESE VARIO SERMONE SEREBANT:
Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum
Diceret. atq; illi Misenum in littore sicco,
Vt venere, vident indigna morte peremptum:
Misenum Aeoliden, QVO NON PRÆSTANTIOR ALTER
165 ÆRE CIERE VIROS, MARTEMQVE ACCENDERE CANTV.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.
Postquam illum victor vita spoliavit Achilles,
Dardanio Æneæ sese fortissimus heros
170 Addiderat socium, non inferiora sequutus.
Sed tum fortè, caua dum personat æquora concha,
Demens, & cantu vocat in certamina diuos,
Æmulus exceptum Triton (SI CREDERE DIGNVM EST)
Inter saxa virum spumosa immerferat vnda.

MORSTO DEFIX. LVN. VVLTV) Defixa habens lumina, humi puta, quod mœrentis animi argumentum

Deprendas animi tormenta latentis in agro

T*

Corporis

*Corpore, deprendas & gaudia: sumit utramq;
Inde habitum facias.*

CÆCOS EVENTVS) cæcos, quia quem perdidisset, necdum sciebat.

PARIBVS CVRIS) pari sollicitudine, & mærore, συμπαρόν.

VARIO SERMONE SEREBANT) Σπερμολογία, & σπέρμιν λόγος græcè. Hinc propriè dictus est sermo, qui inter duos seritur, & inter vtrumque agitur. Seruius.

MISENVN AELIDEN) Eroten librarium Virgilij, & libertum, exactè iam senectutis tradunt referre solitum, quondam in recitatio, eum duos dimidiatos versus hoste ce complexis ex tempore, *Misenum Aeliden*: Et, *Aere* *ciere viros*: statimque sibi imperasse, ut vtrumque volumini adscriberet. Donatus.

ÆRE CIERE VIROS) Æneatores generatim vocat Suetonius in Iulio, qui classicum canunt, siue id tuba, siue cornu faciant: neque enim tubam à cornu materia, sed forma distinguebat. Ouid. l. i. *Metamorph.* *Nō tuba directi, nō aris cornua flexi, Non galea, non ensis erat.* Æneatores tamen Festo dicuntur propriè cornicines, qui cornu canunt. Hæc Torrentius in cap. 32. Adde ex Lipsio de Militia Rom. lib. 4. dial. 10. tubam, lituum, cornua, buccinam omnia hæc exære fuisse, & vniuersæ æneatores appellatos, qui ijs canerent. Verba Suetonij, si quis desiderat, hæc sunt. Ad quem (arundine canentem) audiendum, cum, præter pastores, plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interq; eos & æneatores, rapta ab vno tuba, prosiliuit ad flumen, & ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam. Vtitur & Ammianus hac voce. Æneatorum accentu signo dato progrediendi ad pugnam.

Ex eo quod æneatores isti alios ad pugnandum concitant, cum ipsi non pugnent, apologū excogitauit non insulsum Ælopus, quo docemur, multo esse nocentiores, ac sceleratores, qui potentes ad male faciendū incitant, quam priuatos homines, qui alijs dant malū. Tubicen prælio peracto captus ab hostibus, cum ad necem raperetur, orabat, ut se vita donarent: quippe qui neminem occidisset, ac præter æs illud nihil possideret. Ideo, inquiunt illi, magis te iugulabimus, quia cum ipse non pugnes, omnes alios ad pugnam exsuscitas. Hæc fabula etiam in seditiosos quosdam concionatores torquetur: qui cum præter linguam nihil habeant, tamen totas prouincias ad arma concitant.

ET LITVO PVG. INSIG. OB. ET HASTA) Quum sint multi, quia alios in furorem concitent belli, ipsi tamen pugnare aut nolint, aut non possint: laudatur Misenus, quia faciebat, quod per tubam alios hortabatur. Fuerat autem Hectoris commilito, cuius magnitudo si consideretur, intelligitur qualis etiam Misenus iste fuerit. Nullus enim cuiquam comes, aut amicus efficitur, nisi qui fuerit studiorum affectu non dispar. Laudatur item ex eo Misenus, quod nunquam ei societas, nisi cum præcipuis fuerit. Post mortem enim Hectoris, quem Achilles occidit, coniūxit se Æneæ, non inferiori virtute, vel factis. Donatus.

Horat. Ode l. lib. i. *Multos castra inuuant, & lituo*

At tuba Permissus sonitus. Inuenalis Sat. 14.

— aut longos castrorum ferre labores

*Sipiger, & trepido soluunt tibi cornua ventrem,
Cum lituis audita.*

Tuba pedites, equites verò lituo ad pugnam aduocari, sæpe notatum est. Translatè dixit M. Tullius, lituum professionis, pro impulsore, ad Attic. lib. ii. Q. F. lituum meæ professionis fuisse, &c. Lituus, inquit Festus, appellatus est, quod litis sit testis. Est enim genus buccinæ incuruæ, quo qui cecinerit, liticen dicitur. Ennius, *Inde loci lituus sonitus effundit acutos.*

POSTQ. ILLVM. V. V. SPOL. ACHIL.) vt describitur Iliad. 22. Post mortem Hectoris secutus fuit arma Æneæ, qui ab Hectore secundo planè, immo alter Hector. Laudes Miseni huc spectant, vt obliquè indicet, in bello multa vana geri, & inanem gloriam, atque iactantiam plerosq; mortales plus quam veram virtutem sectari. Montfortius.

FORTE CAVA DVM. P. ÆQVORA CONCHA) Homeri interpretes scribit, ante inuentam à Tyrrhenis tubam, prius eos eius loco concha solitos vti: ex ea consuetudine, concham Maro pro tuba posuit hoc versu, *Turneb. lib. 38. c. 44.* Vocem *personat*, agendi significatu posuit etiam infra, *latratu regna trifauci Personat.* Sic Horat. lib. i. epist. 1. *Est mihi purgatum crebro qui personat aurem.* Alioqui personare propriè, & vltatè, est sonitum acceptum reddere, vel sonitu compleri. Hor. Ode 17. lib. i.

Vicung, dulci Tyndari fistula

Valles, & Vstica cubantis

Lenia personuere saxa.

Et l. 2. Sat. 6. *simul domus alta molossis Personuit canibus.*

ÆMVLVS TRITON) Æmulus, est inuidus. Virgil. lib. 5. *amula nec dum Temporibus geminis canebat sparsa senectus.* Sic isto loco. Æmulus aliquando est sectator, vel imitator. Cic. pro Marcello. illo æmulo, atque imitatore studiorum meorum. Virgil. lib. 10. *Spemq; meam, patria que nunc subit amula laudi.* Sallust. Histor. lib. 3. Sed Pompeius à prima adulescentia, sermone fautorum similem fore se credens Alexandro regi, facta, consultaq; eius quidem æmulatus erat. Nonius.

EXCEPTVM) Excipere, est opprimere, vel circumvenire. Lib. 3. Æneid. *& scelerum furis agitatius Orestes Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras.* Eclog. 3. *Non ego te vidi. Damonis, pessime, caprum Excipere insidiis?* Vide quæ vtrobique annotauimus.

Exceptum dixit, vt feram venabulo (est enim verbum venatorium) quæ dum feritate sua plurimum se posse arbitratur, sic incauta ruit in ferrum, & poenam suæ temeritatis expendit. Ostendit autem poeta (his verbis, *si credere dignum est*) se dubitare, vtrum homo tantæ extiterit audaciæ, qui deos in certamen prouocaret. Donatus. * *Prouocauit Marcius Satyrum canem iibia Apollinem à quo victum, & excoctum est.* Metam. lib. 6. *Addit Diodorus lib. 5. panisuisse crudelitatis huius. Quamobrem raptis cithara fidibus, aliquandiu cantu musico abstinuisse.* Prouocauit Pieri filia Musas à quibus superata, & impica transformata fuit, Metamorph. lib. 5. *Hic, similibusq; commentis monemur sapientes, ne cum dijs pugnemus, id est, ut nos ipsos nowerimus, & maiora vtriusque ne sentemur, quod non sit sine magna mercede stultitia.*

175 Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
Præcipuè pius Æneas. tum iussa Sibyllæ,
Haud mora, festinant flentes, aramq; sepulcri
Congerere arboribus, cæloq; educere certant.
Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum.

Procum-

- 180 Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
Fraxineæq; trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.
NEC NON ÆNEAS OPERA INTER TALIA PRIMVS
HORTATUR SOCIOS, PARIBVSQVE ACCINGITVR ARMIS.
- 185 Atq; hæc ipse suo tristi cum corde volutat,
Aspectans syluam immensam, & sic ore precatur.
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto, quando omnia verè
Heu nimium de te vates, Misenæ, locuta est.

MAGNO CLAMORE PREMERE.) dolore, fletu, & lamentatione.

PRÆCIP. PIVS ÆNEAS) Æneas ut primus est inter Troianos, sic ei præcipua erga alios tribuitur pietas. Vnde & in l. Æneid. de illo. *Præcipue pius Æneas nunc actus Oronti, Nunc Amyci casum gemit. Nascimb.*

IVSSA SIBYLL. FESTINANT) Festinare verbum agendi hoc loco, ut lib. 4.

— deus aethere missus ab alto
Festinare fugam, tortosq; incidere funes
Ecce iterum stimulat.

Sic usurpatum propere, lib. 9. an sese medios moriturus in hostes Inferat, & pulcrum prope et per vulnera mortem. Festinant ergo, festinanter exequuntur.

ARAMQVE SEPVLCRI CONGERERE ARBOR.) Non solum secundum ipsa sepulcra, sed in ipsis sepulcris aras antiqui statuebant, in quibus DD. manibus sacra opportunè fierent. German. * *Aram sepulcri congerere arboribus, nihil vult aliud, quam pyram congestis arboribus struere, ad corpus Miseni ibidem tanquam in ara comburendum. Et quia hoc quoddam genus sepulcra erat (cisi postea conderentur cineres) vocat aram sepulchri ipsam pyram.*

PROCVMB. PICEÆ, SON. ICTA. S. ILEX) Locus ab Homero Iliad. 4.

Οἱ δ' ἴσαν ὑλόβους πελάκας ἐν χερσὶν ἔχοντες.
Ἄλλ' ὅτε δὴ κρημὸς περὶ σταλὸν ἴδοντο,
Ἄλιν' ἀεὶ δρὺς ὑψικέρας τανακτὶ χαλκῷ
Τάμνον ἐπειγόμενοι. ταὶ δὲ μεγάλα κλυτὰ τεύχεα
Πίπλον.

Quos versus imitatus est Ennius in 6. Annal.

Incedunt: arbuta præalta securibus cadunt:
Percellunt magnas quercus, excinditur ilex:
Fraxinus frangitur, atq; abies consternitur alta:
Pinus procera pernerunt: omne sonabat
Arbutum fremitu syluæ frondosæ.

Piceæ procumbunt, quod arbor illa pingui abundans resina, & pice, flammam faciliè concipit, & reliquam pyrae materiam faciliè succensura sit. Turneb. lib. 13. cap. 21.

Aduocemus locum vatis nostri geminum huic, ex lib. II. vbi Troianorum, Latinorumq; corporibus cremandis similiter arbores cæduntur:

Per sylvas Tencri, mistiq; impune Latini.
Errare inguis: ferro sonat icta bipenni
Fraxinus, enertunt altæ ad sidera pinus,
Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Ibidem Silij imitationem lectori ante oculos statuiamus. Obseruat & Statiu 6. Thebaid. ad Archemori funus, sed longè copiosius hæc transtulisse Hieron. Columna. in 6. Annalem Ennij. Considera.

Hic labor abscessam Nemeen, umbræq; Tempe
Præcipitare solo, lucosq; ostendere Phæbo.

Sternitur ex templo veteres in cadua ferro
Sylua comas, larga qua non opulentior umbra
Argolicos inter, salusq; educta Lyceos
Extulerat super astra caput.

Et deinde

— cadit ardua fagus,
Chaoniumq; nemus, brumaq; illæsa cypressus.
Procumbunt piceæ flammis alimenta supremis,
Orniq; iliceaq; trabes, metnendaq; succo
Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus, atq; situ non expugnabile robur.
Huic audax abies, & odoro vulnere pinus
Scinditur, acclinant intonsa cacumina terra
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus ulmus.
Dat gemitus tellus.

Tribus his ultimis verbis efficacius perstrinxit, quod Ennius pluribus, dum inquit, *omne sonabat Arbutum fremitu syluæ frondosæ*. Homerus verò icinius, ταὶ δὲ μεγάλα κλυτὰ τεύχεα Πίπλον. Porro Enniani versus aspero consonantium concursu, horridum arborum cadentium fragorem summo artificio imitantur.

ADVOLVUNT ORNOS) quod propter ingentium illarum arborum magnitudinem, & pondus, ad pyram volentes trahere cogerentur, cum ferre non possent. Et Georg. 3. *Aduoluere focus ulmos, igniq; dedere.*

ÆNEAS OP. INTER TAL. PRIMVS) Etiam magnis Viris laudi dandum est, dum aut res, aut casus tulerit, si ad sordidam quoq; vilemque operam conferendam descenderint. Alphonsum regem Neapolitanum ab equo descendere, in viam cænosam inferre sese non puduit, ut rustici, atq; imbecilli senis prolapsus sub onere asellum cauda subleuaret. Carolus Princeps Nauarræ, etiā infimis, ac sordidis homuncionibus opem ferre non recusabat, cum ipse morbi cuiusdam abditi medicamenta teneret. Iouian. de Beneficentia.

Videas laudari duces, atque imperatores, qui sese militibus nonnunquam, suæ dignitatis velut immemores, ferendis laboribus, atque oneribus, aliisque rebus vilibus obeundis, ac patiendis exæquant, eorum sibi studia vehementius conciliant. De Agesilao Xenophon libello, quo vno, ut affirmat ad Luceium M. Tullius, in eo rege laudando facile omnes imagines omnium, statuasque superauit. Harum autem rerum portionem maiorem accipere eum haud pudebat: in æstate quidem solis, in hyeme verò frigoris. Quod si quando nimio labore exercitum defatigari contingeret, laborabat ultra & ipse præter cæteros, putans omnia talia leuamenta esse militibus.

De Antonino Severi filio hæc in historiam suam retulit Herod. lib. 4. Ipse nullum non militæ munus promptè obire: & siue quid fodiendum foret, primus fodere: siue

siue pons flumini imponendus, aut extruendus agger, Aprecipere filio adhuc impuberi.

siue quod opus manuum faciendum, aut labor subeundus, primus omnia occupare, tenuiq; mensa, ac lignolis poculis, vasisque esculentorum contentus esse, panemque etiam temerè factum comesse: quippe tritico, quantum satis vni foret, sua manu molito, massaq; inde facta, atque in carbonibus decocta, vesci solitus, omnia denique elegantiora aspernari, & vilissimis quibusq;, ac vel pauperissimo, gregarioque milite facillimis uti. Tum commilitonem quam Principem appellari se malle, ac plerunque iter facere perinde atque ipsi, pedibus ambulans, raroque vehiculum conscendere, aut equum: sibi ipsi portare arma: nonnunquam etiam signa militaria longissima, & aureis ornamentis pregrauia, B ac ne robustissimis quidem militibus facilia, ipse humeris subire. Ob hæc igitur, aliaq; huiusmodi, ut hominè militarem diligere eum suus exercitus, & ut virum fortem admirari: quippe instar miraculi videbatur, tantulæ hominem staturæ, tantis laboribus esse parem.

Sueton. de Germanico in Caligula, cap. 3. Cæsum clade Variana veteres, ac dispersas reliquias vno tumulto humaturus, colligere sua manu, & comportare aggressus est. Traianus Aug. semper pedibus cum exercitu iter faciebat, pedibus, ut illi, flumina transibat. Traditum à Xiphilino, eademq; ab eodem de Adriano. Marius Romanum ducem, præterquam quod de fragilitate, & tolerantia cum gregarijs militibus certaret, etiam in fossis, aggeribusque ducendis operam communem præstitisse refert in eius vita Plutarchus. Herodian. in Anton. Car. Quippe gratissimum est Romanis spectaculum, si in victu eodem dux, ac miles pane vesca-
tur, vel humili in toro quietem capiat, vel ducendæ fossæ, & vallo iaciendo vnà cum militibus manum admoueat. Siquidem non perinde Imperatores qui honores, & pecuniam largiuntur eis, ut laboris, & periculi socios venerantur. Immo maiore amore prosequuntur consortes laboris, quam ipsorum ignauitæ indulgentes. Locus elegantiss. extat apud Claudian. Paneg. in 4. consulat. Honorij, vbi inducitur Theodosius inter alia hæc

*Non tibi regificis tentoria larga redundant
Deliciis, neque imbellis ad signa ministros
Luxuria armata trahat: non flantibus Austris
Nec fluminis cedas: non defensora calorem,
Aurea summoncant rapidos umbracula soles,
Inuentis utare cibis: solabere partes
Æquali sudore tuas. si collis iniquus,
Primus ini: syluam si cadere pronocat usus,
Ne pudeat sumpta quercum strauisse bipenni:
Calcatur si pigra palus, tuus ante profundum
Præterea sonipes, flauio tu protere curra
Herentes glacie: liquidos tu scinde natatu.
Nunc equus in medias equitum te consere turmas:
Nunc pedes assistas pediti: tum promptius ibunt,
Te socio: tum conspicuus, gratumq; feretur
Sub te teste labor.*

HÆC IPSÆ SVO. T. CVM COR. VOLVT.) quæ sequuntur, cogitat apud animum suum. Locus præbet occasionem ita reputandi. Docuerat cum paulo ante Sibylla, latere in arbore ramum frondenti metallo. Itaq; aspectu syluæ, dum pio officio incumbit, memor monitorum, optat nunc illum sibi obuiam dari. Ex casu Miseni colligit, nihil vani habere oraculū de ramo. Montfortius.

SI NUNC SE NOBIS) Si, particula est optantis, morte Græcorum, qui ἰδε, & ἰδε dicunt, ἀλλ' ἢ ὄφελος, vti nam. Persius Sat. 1. *Ab si fas dicere, sed fas.* Et Sat. 2.

— ὄφελος.

*Ebulles patris præclarum funus, & ὄφελος
Sub rastris crepet argenti mihi seria, dextro
Hercule.*

Quin & ὄφελος solum optantis est. Lib. 5. *nec vincere certo, (Quamquam ὄφελος) sed vincant quibus hoc Neptunus dedisti.* O si, verò optantis, & precantis est. Lib. 8. *O mihi præteritos referat si Jupiter annos.* Et Horat. Sat. 6. lib. 2. *ὄφελος angulus ille Proximus accedat, qui nunc deformat agellū, O si urnam argenti fors qua mihi monstrat, &c.*

- 190 Vix ea fatus erat, geminæ quum forte columbæ
Ipsa sub ora viri cælo venire volantes,
Et viridi sedere solo, tum maximus heros
Maternas agnoscit aues, lætusq; precatur:
Este duces, ὄφελος si qua via est, cursumq; per auras
195 Dirigite in lucos, vbi pinguem diues opacat
Ramus humum: tuq; ὄφελος dubijs ne defice rebus
Diua parens. sic effatus, vestigia pressit,
Obseruans quæ signa ferant, quò tendere pergant:
Pascentes illæ tantum prodire volando,
200 Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde vbi venêre ad fauces graueolentis Auerni
Tollunt se celeres, liquidumq; per aera lapsæ,
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt,
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.
205 Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbor,
Et croceo foetu teretes circundare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca

Illice:

Ilice: sic leni crepitabat bractea vento.

210 Corripit extemplò Æneas, auidusq; refringit
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibyllæ.

GEMIN. CVM FORTE COLVM.) Auguria aut A oblatiua sunt, quæ nō poscuntur, aut impetratiua, quæ optata veniunt. Hoc ergo quia oblatium est, ideo dixit *forte*. Bene autem à columbis Æneæ datur augurium, & Veneris filio, cui propter fœtum frequentem, & coitum sunt consecratæ, & regi: nam ad reges pertinet columbarum augurium: quia nunquam solæ sunt, sicut nec reges quidē. Ita Seruius. Confirmat Pierius Hieroglyph. lib. 22. Annumerantur, inquit, columbæ inter eos alites, qui regibus auspicia faciunt. Hinc Maroniano Æneæ columbæ geminæ à matre in auspicium missæ. Et Cæsari inde originem trahenti prospero fuisse ostento, cum palmam eam nidis frequentare cœpissent, quam ipse castris locum capiens, inter sylvas, B quas cædebat, repertam conseruari, ut omen victoriæ iusserat. Ea enim de causa mirum, & inusitatum videbatur, quod id auium genus duram, & asperam frondem studiosè solet euitare. Vide cætera ibid. de Diadumeno, & Seuero Imp.

IPSA SVB ORA VIRI) ne si longius volarent, non ad eum pertinere viderentur. Nam moris erat, ut captantes auguria, certa sibi spatia designarent, quibus volebant videnda ad se pertinere: quod spatium totum, templum appellatur, & extremæ partes antica, & postica vocabantur. Seruius. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 13.

MATERNAS AG. AVES) maternas aues, à matre missas. Et alioqui columbas Veneri sacras esse non ignoras. causam paulò ante indicauimus. Sequitur petitoria oratio brevis, uti se ad ramum aureum deducant: simul etiam matris auxilium implorat in re dubia, & difficili. *

Quod finxit Æneæ optanti auxilij aliquid, ut ad aureum illum ramum perueniret, idq; à dijs immortalibus votis petenti, apparuisse geminas columbas volantes, quæ locum ostenderent, Apollonius quoq; in 3. Argonaut. canit, aspectu eius auis iussos ab augure Mopso heroas illos bene sperare: demonstratumque illis esse, respondere id signum prædictioni Phinei, qui affirmarat, reditum illorum è periculosa illa expeditione positum esse in voluntate Veneris: ipsius namque deæ sacras esse illas aues, quod his etiam verbis poeta maximus testatus est. Interpret etiam Græci poetæ testimonium Apollodori citat, è libro *ὧνεί δῖον*, tradentis, dictam esse Veneri columbam, quod libidinosa inprimis sit auis, unde quoque ipsi nomen impositum sit in græco sermonè, à copioso coitu: & (ut loquitur) *ὡαὲν τὸ ὡείσσω ἐπ' αὐτῇ*. Victor. lib. 3. cap. 14.

Explicans quæ sint animæ alæ apud Platonē Rhodigin. lib. 17. cap. 15. inter cætera inquit. Aut planius, animæ alas contemplatiuam intelligamus virtutem, atque item moralem, quas veritatis, diuinarumque rerum cōtemplatione, ac intuitu reciperet, quemadmodum terrenarum appetitione, atque caligine amiserat. Porro apud optimum maximū poetam columbas geminas ad aureum ramum inueniendum duces, non aliud quam hæc alas esse contenderim, quibus connitentibus, erigitur mens ad sapientiam, quia amor diuinorum eximius alis præstat alimenta, quibus surrigimur, mox & in Deum transimus. Quam rem illa significat:

*Tollunt se celeres, liquidumq; per aera lapsa.
Sedibus optatis gemina super arbore fidunt.*

DVBII NE DEF. REB. DIVA PAR.) Hoc deo vnusquisque nostrum dicere meminerit, cum in rebus arduis, difficilibus, perplexis, periculosis versatur. Illo quippe præsentē, adiuvantēque, nihil non expeditum atque facile: contra, eodem auxilium negante, omnia durissima, ac difficillima futura sunt. Quam sint miseri, qui à deo destituuntur, per similitudines aliquot Philo demonstrat, lib. Quod deterius potiori insidietur. Si nauim mari iactatam gubernator deserat, an non necesse est eam aberrare? si quadrigas auriga in Circensibus, an non necessum est eas turbatas ferri cursu deuio? Si ciuitas destituatur magistratibus, aut legibus, nonne illa ciuitas malis opprimetur maximis? Natura comparatum est, corpus absente anima, animam absente ratione, rationem destitutam virtute interire funditus. Quod si hæc singula rebus suis destituta nocent tantopere, quantam miseriam in à deo destitutis agnoscimus? quos ille auersatus, tanquam desertores ordinis, exterminauit procul à sanctissimis suis legibus, indignos sua prouidentia habitos.

VESTIGIA PRESSIT OBSERVANS) His dictis, Æneas continuit gradum, quonam volarent, tanquam augurium captaret, obseruans. Et alioqui seruari de caelo dicuntur augures. Columbæ, qui mos est auium ferè, pascendo porro volabant, seu vicissim pascendo, volandoq; prodibant, quousque oculi intuentium sequerentur. *Oculi sequentium*, qui oculis sequuntur. Similia lib. 1. annotauimus, ibi, *Prospèctum latè, pelago petit*. Adde ex Varrone lib. 6. de ling. lat. ex Andromacha Ennij: *Acherusia templa alta Orci saluete infera Quæquà intuemur oculis*. *

AD FAVCES GRAVEOLENTIS AVERNI) exhalat enim aqua sulphurea tetrum odorem, ut aerem ea suffumigatione inficiat. De hoc lacu infra dicitur.

DISCOLOR VNDE AVRI PER RAMOS) Discolor, quia ex viridi arbore alius color refulsit. Auram auri pro splendore dixit. Horat. pro oris nitore, venustate, elegantia. Vterq; metaphoricè. Ode 8. lib. 2.

*Te suis matres metuant innuencis;
Te senes parci, miseraq; nuper
Virgines nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos.*

Quin & aurum dicitur à splendore, qui est in eo metallo. Hinc & aurarij dicti, quorum fauor splendor reddit.

Manilius de ariete aureo. *testis sibi laniger ipse, Cum vitreum fundens aurauit vellere pontum*. Illud *aurauit*, quæ audax verbi fictio videtur esse, cum taurum inaurare, deaurare, aliq; consimilia rectè dicantur, in vetere quodam libro extare testor. Paulo diuersius Virgilius, neq; tamen minus audaciter. *Discolor unde auri per ramos aura refulsit*. Lud. Cartio lib. 1. cap. 20.

BRVMALI FRIGORE VISCVM) id est, brumali tempore, tunc enim maturum est viscum, & auri imitatur colorem: nam noua fronde viret. Nascitur autem de fimo palumbium, & turdorum in certis arboribus. Plin. lib. 16. cap. 44. Satum viscum nullo modo nascitur, nullamque propriam sedem habet, sed in aliena viuit. Oritur maxime in quercu, robore, ilice, pruno syl-

V*

no syluestri, ac terebintho: cuius truncos instar he- A
deræ circundans, vsu temporis arborem ipsam enecat.
Paret igitur ex his, quid sit, quod ait poeta, *quod non
sua seminat arbor.*

TERRESTRES TRUNCOS) Teres est rotundum
cum proceritate. Eclog. 8. *Incumbens tereti Damon, sic
capit, olivæ.*

FROND. OPACA ILICE) Illicem vnam opta-
uit poeta, cui decus aurei rami tribueret, non è frugi-
feris aliquam, quod sui gratia, non præmij, virtus sit
expetenda. Magnum enim sibi abundè præmium est
virtus: quæ caussa fecit, vt ex coronis, quas honoris
caussa dedit antiquitas, nulla æstimatione censeretur,
&c. Calcagnin. lib. 1. epistolicar. quæst. ep. 2.

LENI CREP. BRACŒA VENTO) Bracæa re-
nuissima lamina, *ἐν τῷ βραχίονι*, quod ex *ἰχθῆρι*, à crepi-
tando. Isid. lib. 16. Crepitabat tanquam bractea. Nam
eius folia ea subtilitate natura produxerat, vt aura spi-
rante, quasi bractea crepitarent. Nascimb.

CORRIPIT EXTEMPLŒ, AVIDVSQVE REF.)
Et verbum *extemplŒ*, & adiectivum *avidus*, expressius
Æneæ cupiditatem auellendi rami declarat, quæ tanta
erat, vt quamvis facillè sequeretur defringentis ma-
num, tamen illi cunctari videretur. Ita locus exponen-
dus est, ne coarguatur mendacij Sibylla: dixerat enim
suprà, *namq, ipse volens, faciliusq, sequetur Si refatu vo-
cant.* Inuentum itaque mox ad Sibyllam defert, quid
enim in sylva diutius moraretur? 34

- Nec minus interea Misenum in littore Teucris
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
Principiò pinguem tædis, & robore secto
215 Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt: decorantq; super fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & athena vndantia flammis
Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt.
220 Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt:
Purpureasq; super vestes, velamina nota,
Conijciunt. pars ingenti subiere pheretro
Triste ministerium, & subiectam, more parentum,
Auerſi tenuère facem. congesta cremantur
225 Thurea dona, dapes, fuslo crateres oliuo.

CINERI INGRATO SUPREM. FEREB.) Cinis B
ingratus est, gratiam non sentiens. Sic & in Copa. *Quid
cineri ingrato servas benevolentia ferta?* Sic Propertius in-
gratum Iomnum dixit, officia nō sentientem. *Omniaq;
ingrato largibar munera somno.* Catull. quoque. *Omnia
sunt ingrata, nihil fecisse benigne est.* German. * *Es noſter,
Æneid. 12.* quæcunque Latine Magnanimi Iouis ingratum ascen-
dere cubile. *Non enim habuit gratiam Iunoni, quæ ibidem fidem
Sæxiam semper Iovi præstitisse videri vult, cum ipse pellicum com-
plurimum complexus quaſſerit.*

FROND. AT. INTEX. LAT. ET PERAL. ANTE CVP.)
Fronde atræ, sunt aptæ ad funera. Cupressus autem
ideo ad funera adhibebatur, vel quod cæsa non repul-
lulat: vel quod per eam funestata ostenditur domus:
sicut lætam indicant frondes festæ. Varro tamen dicit,
pyras ideo cupresso circundari, propter grauem vſtrin-
gidorem, ne eo offendantur populi circumstantis coro-
næ: quæ tamdiu stabat, respondens fletibus præfixæ,
id est, planctuum principi, quandiu consumpto cada-
uere, & collectis cineribus, dicebat nouissimum ver-
bum, Illicet, quod ire licet significat. Infrà, *dixitq; no-
uissima verba*, id est, illicet. Hæc Seruius.

Morem hunc tangit quoq; Statius lib. 6. Thebaid.

*Tristibus interea ramis, teneraq; cupresso
Damnatæ flammæ torus, & puerile pheretrum
Texitur.*

Existimat Lambinus, potius initid cadaueri adhi-
beri ceptam idcirco, vt corpus humanum ab animo
quoque iam derelictum, diutius seruaretur, ac mane-
ret incorruptum. Vt autem Maro feralem hanc arbo-
rem, sic Horatius inuisam dixit.

— neque hæc, quas colit, arborum.

Te præter iniisus cupressos

Ulla breuem dominum sequetur.

Et Ode. 5. Epod. funebres.

Iubet sepulchris caprificos eruas,

Iubet cupressos funebres.

Virgil. lib. 3. Æneid. atram. *Stans manibus ara, Cerele
mæſta vittis, atraq; cupresso.* Plinius præterea eam arbo-
rem Diti sacram esse ſcribit: & Seruius Proſerpinæ di-
catam esse notat.

DECORANTQVE SUPER FVLG. ARMIS) Fortium
virosum, inquit Donatus, cum ipsis funeribus arma a-
pud veteres consumebantur.

CORPVSQVE LAVANT FRIG. ET VNGVNT)

C Sumptum ex Iliad. 6.

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ ζῆσαν ἴδωσ' ἐνὶ ἡνίπτι χαλκῷ,

Καὶ τόλῃ δὴ λυσσὼς ἤλειψεν ἅπ' ἀλκίῃ, &c.

Turneb. lib. 28. cap. 44.

De lotione corporis exanimi, & vnditione Ennius,
*postumq; tyranni Tarquinij corpus bona femina lauit, &
unxit.* Horatiani versus sunt ex Ode, qua *οἰζονύβητος*
veniam à Canidia venefica petit.

Unxere matres Ilia additum feris

Alistibus, atq; canibus homicidam Hectorem:

Postquam relictis manibus rex procidit

Hæc pernicious ad pedes Achilles.

Vbi, tametsi primo verbo veteres quidam libri habe-
ant *luxere*, & eam scripturam Homerus confirmet,
apud quem Iliad. 6. Hectorem lugent Hecuba, Andro-
macha, aliaq; mulieres deflent, & lamentantur, tamen
lectio hæc *unxere*, non est repudianda: cum constet,
vngi solita apud antiquos cadauera, vt diutius integra
conser-

conferuarentur: eiusq; muneris muliebrem curatio- nem fuisse, vt ex Ennio, & Horatio patet. Itaque & vr- banus scurra Martialis non inurbanum dictum ex eo duxit.

*Qui non cenat, & vngitur, Fabulle,
Hic verò mihi mortuum videtur.*

Et quidam græcus epigrammatum scriptor ait, malle se viuum madere vnguentis, & vino, quam vtrumque seruare ad exequias suas. Muret. lib. 3. cap. 19.

Plin. in naturali historia dicit, hanc esse causam, vt mortui & calida abluantur, & per interualla conclamentur, quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere. Denique refert, quendam superpositum pyræ, in ipsis ignibus erectum esse, nec potuisse liberari. Vnde & seruabantur cadauera octo diebus, & calida abluebantur, & post vltimam concla- mationem comburebantur. Hæc ex Seruio.

Beroald. annotat. in Seruium, nusquam hoc à Plinio scriptum asseuerat. Ego vero me legere apud eundem commemini. lib. 7. c. 52. Auiola consularis in rogo reuixit: & quoniam subueniri non potuerat, prævalente flamma viuis crematus est. similis causa in L. Lamia prætorio viro traditur.

Idem Seruius in illud 4. Æneid.

*----- date, vulnera lymphis
Abluam, & extremo si quis super halitus errat,
Ore legam.*

notat, lauare cadauera proximis cõcedi solitum. Vnde queritur mater Euryali lib. 9. *nec vulnera laui, Veste te- gens.* Quare autem vngerentur etiam cadauera, Donatus rationem statuit hanc, vt celerius arderent.

FRIGENTIS) id est, mortui. Sic frigus pro mor- te Horatio sat. 1. lib. 2. *& maiorum nequis amicus Frigo- re te feriat.* Lucret. lib. 4. *namque iaceret Aeterno cor- pus persusum frigore lethi.* Et lib. 3. *ne quisquam experti- tus extat, Frigida quem semel est vitæ pansa sequuta.* Vide & 12. Æneid. vñsu penult. *ast illi soluantur frigo- re membra.* 38

PYRVPREASQUE SVP. VESTES VELAMINA) De vsu purpuræ in funerib; meminit Suetonius in Cæ- sare, cap. 84. Intrà lectus eburneus, auro, & purpura stratus. Lilius lib. 34. Purpura viri vtemur, &c. nec id vt viui solum habeant tantum insigne: sed etiam vt cre- mentur cum eo mortui. *Velamen, & velamenta,* poetæ præsertim crebrius dicunt pro vestibus, & velare pro vestire, 1. Æneid. *Et circum textum croceo velamen a- cantho.* Ouid. 2. Metamorph.

*Parrhasis erubuit, cuncta velamina ponunt:
Vna moras querit, dubitanti vestis adempta est.*

Iustinus lib. 1. de Semiramide. Igitur brachia, & crura velamentis, caput tiara regit. Et lib. 2. Priusquam aduer- sus calorem, vel frigus velamenta corporis inuenirentur. Suadeo legas torum cap. Alex. ab Alex. nempe 7. lib. 3. quod est de apparatu, & cærimonijs, & pompa fu- nerum: vbi multa ex hoc ipso libro, & Seruio interpre- te posita. 38

PARS INGENTI SVBIERE PHERETRO) Quod Vir- gilius pheretrum vocat, Sueton. lectum in Iulio, Tacitus lib. 2. Annal. torum, Propert. vtroque vsus est eleg. 13. lib. 2.

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno,

Nec sit in Astatico mors meanixa toro.

Torrent. in Sueton. Alludere videtur, inquit Germ. ad Romanorū in clarorum virorum funeratione cõ- suetudinem, quæ inoleuerat, vt etiam pheretrum im- peratorij honoris, humeris subiretur primi nominis militum, atque adeo equestris, & patriciæ dignitatis.

Græcum autem esse pheretrum, & latinos dicere capu- lum, monet Seruius. Et Nonius, capulus, seu capulum à capiendo dictum ait. Nam sarcophagum, id est, sepul- chrum veteres capulum dici voluerunt, quod corpora capiat. Festus autem, capulum & manubrium gladij vo- catur, & id quo mortui efferuntur, vtrumq; à capiendo dictum. Sanè à capulo fit capularis. Inde capularis se- nex, id est, Acheronticus, & *τυμβολόγος*.

SVBIECTAM AVERSI TEN. FACEM.) Antiquo- rum sepultura fuit rogos, seu pyra, quod neminem fu- git, qui vel primoribus labris gustauit litteras. Quem morem cur non seruauit Ægyptij, atque Persæ, indi- cat causam Herodotus Thalia, siue libro 3. his verbis. B Cambyfes, simulatq; in ædes Amasis ingressus est, im- perauit eius cadauer è conditorio afferri: deinde pro- latum verberibus cædi, ac vellicari, & stimulis pungi, omni deniq; modo vexari. Quod facientes, postquam defatigati erant (nam cadauer, vt pote salitum, resiste- bat, nec quidquam omnino elidebatur) iussit cremari, haudquaquam saniora iubens: quia Persæ deum ignem esse arbitrantur, & apud neutros moris est cremare ca- dauer hominis. Apud Ægyptios autem, quia persua- sum habent, ignem animatam esse belluam, & omnia quæ nascuntur deuorare, & postquam deuorando fue- rit expleta, vnà cum ipsa re emori. Non est verò con- suetudo apud eos, hominem mortuum belluis traden- di, tum ob id, tum ne humatus deuoretur à vermibus. Hactenus Herodoti verba.

Cur autem auersi, face quam tenebant, propin- qui pyram incendebant? Prisci, inquit Donatus, cum ignem rogis inferebant, non sub oculis suis, propter pellendum doloris argumentum, sed à tergo suo, vt di- citur, faces apponebant. Philoctetes in Hercule Oe- tæo, exponens quo pacto Hercules in rogo mortalita- tem exuerit, de semet. *Tremente pinum dextera ardente impuls.* Vbi hæc in Comment. Delrius. Moris fuit, vt qui defuncto maiori necessitudine deuincti essent, a- uersi rogo flammam inferrent, vel facem impellerent. Lucret. lib. 6. de consanguineis agens, *Subdebantq; fa- ces multo cum sanguine.* Meminerit moris, de Valeri- orum, & Fabriciorum funeribus agens Plutarchus in Problem. Rom. quæst. 79., & Dio, qui in Seueri funere filios eius scribit pyram accendisse. Denique Herodia- nus est auctor, in magnifica illa Imperatorum conse- cratione, principio facem ab imperij successore taber- naculo admoueri solitam, mox à cæteris ignem subdi. Seneca, vt vidisti, Philoctetæ, hæredi, & successoriar- morum Hercules hoc munus tribuit.

THYREA DONA DAP. FVSO CRAT. OLIVO) Quæ hic de thure, dapib; oliuo adiungit Virgileæ mu- nera proprie inferiæ dicebantur. Quæ de re elegans est locus Scæuolæ. I. C. L. ult. de auro, argento, mundo legatis. Mulier quædam decedens, testamento ita scrip- serat. Funerari me arbitrio viri mei volo: & inferri mi- hi, quæcunq; sepulturæ meæ causâ feram ex ornamen- tis. Verba sunt testatricis, volenti sibi inferri ornamen- ta, quibus culta efferretur mortua, quemadmodum etiam vrendam vestem poetarum princeps noster in Miseni, Homerus in Patrocli funere ostendit. Vide Ti- raquell. in Alexand. lib. 3. cap. 7. * *Differens de salicincto Arabia Plin. lib. 12. cap. 18. Beatam, inquit, illam fecit hominum etiam in morte luxuria, qua dijs intellexerat genita, adhibens vrendis defunctis. Periti rerum asseuerant, non ferre tantum an- nuo festi, quantum Nero princeps nouissimo Poppæ suæ die concre- mauit. Estimentur postea toto orbe singulis annis tot funera, acervatimq; congesta honori cadauerum, qua dijs per singulas mi- cas dantur. Nec minus propitijs erant mola salsa supplicanti- bus, immo vero (vt palam est) placatiories. Porro dona cum ad odo- rem,*

rem, tum ad gustum pertinentia in regum inſci ſolita, multū præſerea auctorum, poetarumq; locū probari facile poſſeſt. Vide Ioan. Bernartium in 6. Thebaidos Statij. Quod ſi anniverſaria fierent

A exequia, ſuper aras extruſſas ea dona deponebantur. Virgil. lib. 8. Nec non & ſocij, quæ cuique eſt copia, læti Dona ferunt, onerantq; aras, maſtantq; iuvencoſ.

Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Reliquias vino, & bibulam lauere fauillam:
Ossaq; lecta cado texit Chorinæus ahenō.
Idem ter socios pura circumtulit vnda,
230 Spargens rore leui, & ramo felicitis oliuæ:
Lustrauitq; viros, dixitq; nouissima verba.
At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaq; arma viro, remumq; tubamq;
Monte sub ærio, qui nunc Misenus ab illo

235 Dicitur, ÆTERNVMQVE TENET PER SÆCVLA NOMEN.

RELIQUIAS VINO, ET BIBVLAM) E fine B chilles, Iliad. 4. Hectoris, fratres, & socij, Iliad. 9. Pro-
Iliad. ubi scribitur, πρῶτον μὲν ὅλα περιεγὼν ὄβριον αἶθρο-
πι οἶνον, &c. Turneb. lib. 28. cap. 44. Nomine reli-
quiarum intellige ossa, quæ nō consumperat flamma,
de quib⁹ mox sequitur, *Ossaq; lecta cado*, &c. Non vino
tantum, sed & lacte ablui, & linteis euentilata sicari so-
lebant ossa. Tibull. lib. 3. eleg. 2.

*Præfata ante meos manes, animamq; precata,
Persuasaq; pias ante liquore manus,
Pars qua sola mei superabit corporis, ossa
Incincta nigra candida veste legant.
Et primum annos spargant collecta Lyæo,
Mox etiam nixeo fundere lacte parent.
Post hac carbasseis humorem tollere velis,
Atque in marmorea ponere sicca domo.*

OSSAQVE LECTA CADO TEXIT) Legebantur ossa mortuis. Homer. Ἡῶδεν δῆτοι λόγον μιν λυκ' ὄσ' ἀχλαῖν. Propert. *Ossaq; legisti non illa ætate legenda*. Seneca lib. 2. de Ira, cap. 33. Dignus fuit, cui permetteret à conuiuio ad ossa filij legenda discedere. Atque hoc quamlibet multis veterum testimonijs confirmari potest. Interdum etiam viuis leguntur, quibus scilicet exciduntur. Seneca de Providentia, sub initium. Sed si cogitaueris tecum, remedij causa quibusdam & radi ossa, & legi, & extrahi venas &c. Hæc Muret. in Notis ad Senecam.

De more isto legendorum ossium egit distribu-
tè, & absolute homo maximè industrius ille Delrius, Comment. in Hercul. Oetæum Senecæ. Transcribemus totum. Vtriusque parentis, præsertim matris officium fuit, cremata ossa, & reliquias legere, & collectas asportare. Tibull. *nō hic mihi mater, Quæ legat in mæstos ossa perusta sinu*. Seneca de Alcmena matre Herculis.

— *sed quid hoc? mæstam intuo
Sinu gerentem reliquias magni Herculis,
Crinemq; iactans squalidum Alcmenæ gemis.*

Profert etiam locum Senecæ philosophi, quem paulo ante legisti. Et illum de Cōsolat. ad Elbiam, cap. 2. Modo in eundem sinum, ex quo tres nepotes emiseras, ossa trium nepotum recepisti. Legebant ergo, & in sinum E collecta referebant matres. Parentum ossa, si deerant parentes, filij legebant. Propert. lib. 4.

*Ossaq; legisti, non illa ætate legenda,
Patris, & in tenuis cogeris ire laræ.*

Vel eorum penuria alij hæredes. Martial. lib. 8.

*Ossaq; defuncti licet olim non legat heres,
Hoc sibi iam Picens præstitit officium.*

Vel alij propinquiore, amicioresque, ut Patrocli A-

pert. lib. 1. eleg. 17. Hostia ait:

An poteris siccis mea fata reponere ocellis?

Ossaq; nostra tuo nulla tenere sinu?

Tibullus Næxæ lib. 3. *ossa Incincta nigra candida veste legant*. Principum, & Imperatorum reliquias legebant Consules, vel maiores ordines, ut ex Herodiano constat, & Sueton.

PURA SOCIOS CIRCVCNTVL. Vnda) Plaut. in Amphit. *Quæso, quin tu istanc iubes pro cerita circumferri?* dictum, est pro lustrari, & lustratione curari. Qui enim id faciebant, certum cartmen insufurrabant, & tæda, scilla, ouis, sulphure, alijsque circumpurgabant, C quod περιεγὼν Lucian. dicit, ita scribens in τιννομαν-
τιᾷ. Εὐχόμενοι τε, καὶ ἀπύμαστοι, καὶ περιεγὼντες δαδί, σπινθὴν, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, αἷμα καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ἰκρίων ὑπάλον δοῦντες. Idem etiam περιεβάρειν Græci dicunt, & περιβάρειν & περιεβάρειν, qui circum lustrat, & circumpurgat: quod quia res certæ, certaq; februa circumferebantur, circumferre latini vocauerunt. Itaque apud Maronem, circumferre vnda, est vnda purgare. Turneb. lib. 9. cap. 10. Idem lib. 13. cap. 21. Græcis etiam dicitur περιεγὼν, quia circumferebantur lustramina ei, qui expiabatur. Sed & περιεγὼν dicebatur, qui domum, aut concionem, urbemq; lustrabat, in quo nomine inest & circuitus quædam, & ambitus significatio. Circumferre, inquit Nonius, est lustrare. Lucil. sat. lib. 2. *Tum forte omnia sint circumlata*. Plaut. Amphit. suprà recitauimus.

SPARG. RORE LEVI, ET RAMO FEL. OLIVÆ) à quibusdam explicatur, aspergens: ac rum legendum videtur quibusdam, *è ramo felicitis oliuæ*: sed sine immutatione sparsionē aquæ ramo factam intelligemus. Quo ramo aspergebantur, à quibusdam rosmarinus, ut Georg. 2. *Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat*. Et quanquam ad sensum accommodatius est, aquæ asperginem, & rorem intelligere: tamen aspergillum partim è rore marino, partim ex oliuæ felici fuisse factum, non incertum omnino sit existimare. Aspergillum tamē potius è lauro fieri solebat, ut apud Iuuenal. sat. 2. *lustrari si qua darentur Sulphura cum tadis, & si foret humida laurus*, id est, aqua perfusa, & madens ad aspergendum, & purgandum. Felicem porro oliuam ad oleastri discrimen, qui infelix est, dicit, ut, *Infelix superat folijs oleaster amaris*. Etenim infelix oliuæ est. Aspersione autem aquæ fieri solitam illam purgationem, docet Pollux lib. 8. cap. 8. καὶ οἱ δὲ τὴν οἶνλα, &c. Apud Maronem tamen non tantum aqua mundantur, eluunturque, ut quidam censent, sed etiam lustramine februantur, expurgan-

purganturque, ut cæda, ouis, sulphure, aut exverris, cum addit, *lustranturque viros*. Sed Donatus, *lustranturque demor* legit, & aquæ purificationem hominum, & domorum fuisse dicit. Nam ante Maro de hominibus. *Idem ter socios* scripserat, & ut, *lustranturque viros* retineas, nihil est necesse nouam purgationem excogitare. Turneb. lib. 13. cap. 21.

Constat dijs superis sacra facturum, corporis ablutione purgari, & c. lege, quæ ex Macrobio afferimus, in illud, *Dic corpus properas, fluminali spargere lymphâ*, supra lib. 4. Sed & cum facit Æneam apud inferos ratum Proserpinæ consecratum offerentem, ita refert. *Occipias Æneas aditum, corpusque recenti spargit aqua*. Macrobi. Saturnal. lib. 3. cap. 1.

DIXITQUE NOVISSIMA VERBA) Puta, *ilicet*, ut supra monuimus. Hoc enim verbo post tumuli cærimonias dimittebant præsentem. Hac voce frequenter vitur Terentius, cum finem rei significare vult, ac proinde licere abire, re omni perfecta. In Eunuchis, *actum est, ilicet*. Phormione, *Hoc nihil est, ilicet*. Vbi Donatus, *ilicet* semper finem rei significat. Idem in Andriam, enarrans eum locum, *Quid ego audio? actum est*: in summa, ait, rerum desperatione ponitur *actum est, ilicet*.

Græci, cum sacris operati essent, missum populû faciebant: nec abeundi potestas prius cuiquam erat, quam sacrificulus pronuntiasset, *λαοὶς ἀφαισι*, id est, populis missio, quod Latini vno verbo *ilicet* dicebant, quod est, ire licet. Vnde & nunc sub sacri finem solet sacerdos dicere, *Ite, missa est*: missam, ut videtur, pro missione accipiens: quo exemplo & Cyprianus remissam peccatorum, pro remissione scripsit. Videtur ergo à parte totum sacrificium missa appellatum. Sed hæc sententia parum est probabilis, à recedendi facultate inditum nomen sacrificio, & Græci ipsi non *ἀφαισι*, sed *λαοσυργίαν* id appellant: quod nomen propriè id exprimit, quod Hebraicè missa sonat. Est enim Mus apud

Hebræos, unde missa formatur, munus personale tributi, censusque offerendi: & missa, ipsa oblatio, quæ domino suo fit, propter debitum personale, ut in Deuteronom. cap. 16. habetur. Credendum itaque est, priscos Christianos, qui origine Iudæi erant, sua voce id sacrum appellasse, quam deinde Latini receperunt: sicut & pascha: nec enim *πάσχα* est deductum: sed ab Hebræorum sermone, quo transitus significatur, phasce inquam. Quod ergo in fine sacri ponuntur *he missa est*: perinde est, ac si diceretur, *ilicet*, oblatum est. Hæc, paucis, studio breuitatis nimirum, ex Alciati Parerg. iuris lib. 7. cap. 10.

INGENTI MOLE SEPULCRVM) Sepulcrum B *ἀνθρώπων* quod sine re pulchra sit. An quodd ibi sine pulsu sint, id est, mortui? An quodd illic animæ à viuis sepeliantur, id est, separentur? Donatus in And. Terentij. Locus ex Homero, apud quem lib. 12. Odyss. Vlysses cum socijs Elpenori sepulcrum erigit, in eiusque vertice remum figit.

Αὐτὰρ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τ' ἔχρη', καὶ τεύχεα νεκρῶ,
τύμβον χεύαλλες, καὶ ἐπὶ σάλυν ἐρύχαιες
Πήξαν ἀχελύται τύμβον εὐνῆρας ἐρετμὸν.

SVAQUE ARMA VIRO REM. TVB.) *Mos antiquus, in sepulchris tumulis instrumenta eius artis, quæ tum viuum illo exercuisset. Vide lib. 3. ἀνθολογίας.* Notauit Sueton. in Augusto, eum classem Miseni, & alteram Rauennæ, ad tutelam superi, & inferi maris collocasse. Et Tacitus 4. Annal. de iisdem. Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud, & Rauennam præsidebant. Liqueat igitur, apud Misenum, pulcherrimo sinu classem stetisse. Hoc Virgilius doctè indicauit, cum Misenum illic sepelit Æneas, *Imponit suaque arma viro, remumque, tubamque*. Nam & remum, & tubam dat, præsignificans, locum hunc futurum, ubi & remiges, & milites in classe essent. Milites, quos tuba notat. Hæc Lipsius lib. 1. de Magnitud. Romana, cap. 5.

His actis, properè exequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, vastoq; immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris:
Quam super haud vllæ poterant impunè volantes
240 Tendere iter pennis, talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat:
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.
Quattuor hîc primùm nigrantes terga iuuenços
Constituit: fronti q; inuergit vina sacerdos,
245 Et summas carpens media inter cornua lætas
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten, cæloq; Ereboq; potentem.
Supponunt alij cultros, tepidumq; cruorem
Suscipiunt pateris. ipse atri velleris agnam
250 Æneas matri Eumenidum, magnæq; sorori
Ense ferit, sterilemq; tibi Proserpina vaccam,
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras:
Et solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue superq; oleum fundens ardentibus extis.

EXEQ. PRÆCEPTA SIBYLLÆ) Præceptum Sibyllæ, D descensus ad inferos. cui perficiendo dat operam, fuit illud: *Duc higras pendæ, caprima piacula sunt*. Transiit poeta ad *ἰδμενέαν*

SCRUPEA SPELVNCA) saxosis, atque asperis lateribus.

V* 1

TVTA)

TVTA) quia hinc lacu, hinc sylvis cingitur.

NIGRO LACV) aut profundo, aut inferorum vicinitate atro. Haftenus Seruius.

HAVD VLLÆ POTER. IMPVNE VOL. TEND. ITER) Affirmat idem de quibusdam specubus Seneca, quod hic Virgil. de suo, Natur. lib. 3. cap. 21. In quosdam specus, qui despexere, moriuntur: tam velox malum est, ut transvolantes aues deiciat: talis est aer, talis locus, ex quo lethalis aqua destillat. De huiusmodi locis Lucretius quoque lib. 6.

*Nunc age, auerna tibi quæ sint loca cunq, lacuq,
Expediam, qualis natura predita consent.
Principio quod auerna vocantur, nomen id ab re
Impositum est, quia sunt anibus contraria cunctis,
E regione ea quod loca cum aduenere volantes,
Remigij oblata pennarum vela remittunt,
Precipitesq, cadunt, molli cernice profusa
In terram, si forte ita fert natura locorum:
Aut in aquam, si forte lacus substratus auerno est.
Qualis apud Cumas locus est, montemq, Vesenum,
Pompeij calidis ubi fumant fontibus aucti.*

Lucretius non de vno certo auerno, sed de omnibus, & de genere ipso auernorum disputat, quod perspicuum est. Genero autem explicato, singularis auerni, eiusque noti exemplum proponit. Ita Lambin. * De tali quodam auerno Diadorm lib. 2. cap. 4. Hunc prope fontē (Asphaltis apud Babylonem) est hiatus haud magnus, sed virtute mirabili. Eicit enim odorem sulphureum, ac grauem, quo transeuntes animantes interficit. Ita enim anhelitus comprimit, & spiritus intercluso, abreptis sperandi facultate, mors subito consequatur. De hoc eodem Xiphilum eadem in Troiano.

QUAT. NIGRANT. TERGA IUVENCOS) Diti patri de nigra pecude rem sacram faciebant, eidemque pocula mista mero, & lacte libabant. Tibull.

*Interea nigras pecudes promistite Diti,
Et niues lactis pocula mista mero.*

Statius 4. Thebaid.

*Velleris obscuri pecudes, armenta,q, sisti
Atra monea, quacunq, gregum pulcherrima cernix
Ducitur.*

Taurus autē propria fuit Plutonis victima. Horat. Ode 14. lib. 2.

*Non si tricenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem.*

Plutona tauris.

Obseruant etiam eruditi sacrorum, & cum his Grammatici, quod sterilibus pecudibus, & iuuenicis, & vino, melle, lacte Diti sacra fieri sint solita. Lilius Syntag. 17.

FRONTIQUE INVERGIT VINA SACERD.) in 4. paulo aliter, sed eodem sensu, media inter cornua fundit. Id ad probationem hostiæ, ritu antiquæ religionis retulit, quæ auctore Plutarcho ita fiebat, ὡς γὰρ περὶ θύμῳι, καὶ καλὰ σπένδοντες ἐν ἁλίᾳ τῷ λόγῳ τὴν περὶ τοῦ μῆλιος: οἱ δὲ ἱερεῖς, καὶ ὅσοι δύνανται τὸ ἱερεῖον, καὶ καλὰ σπένδον, & reliqua. Vide Turneb. lib. 13. cap. 21. * Est tamen nonnunquam in profanis verbis vergere. Lucret. lib. 5.

Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venenum Vergebant, nunc dant alijs sollertius ipsum.

Plant. Curcul. Ipsum expeto tangere, inuergere in meliorem.

CARP. MED. INT. CORNVA SET.) Priusquam iugularetur victima, pili in vertice ei euellabantur. Cuius ritus meminit Plomerus, Iliad. ε. ἐκ κορυφῆς τὰ μὲν τέλῃ, ex capite pilos euellabat. Euripid. in Electra, μοσχίαν τέλῃ λαμῶν, vitulinum pilum euellens. [Er Vasius offer lib. 12. cum agit de hostijs in fœdere faciendo, & tempora ferro Summa notant pecudum.] Fuit autem id indicium victimæ deuotæ iam, & à profanis vsibus separatæ. Mincego

Aputo sollempne etiam esse sacerdotibus, & receptum hodie, in vertice tonsuram fieri. Polydorus tamen aliam causam recitat lib. 4. cap. 8. Hartung Decur. 2. cap. 7. [Verba Polydori, quibus Veriore huius rasiura causam puto contineri, hæc sunt. Commune institutum omnibus insigne est & vertex rasius, præcipuum sacri, profaniq, capitis discrimen, qui admonet sacerdotes, spretis omnibus humanis voluptatibus, oportere celestia tantum meditari. Lege qua deinceps sequuntur eodem cap.] Græci hoc ἀρχαῖαι dicunt, immolationem, seu sacrificium incipere. Mox hoc à sacerdote facta, iugulabatur hostia à victimarijs, vel popis.

HECATEN CÆLOQVE, EREBOQVE POTENTEM) Apud inferos Hecate seu Proserpina, in cælo Luna: & quia numen magicum est, ad inuocationem magarum, necromantiam exercentium videtur respicere. Montfortius.

SVPPONVNT ALII CVLTROS) id est, iugulant. Antè enim securi, aut claua prostratam fuisse victimam, postea iugulatam suppositis cultris, accipimus. Est enim cultros supponere, quod ὑποτίθαι σφαγίδας Dionysius dixit, sub collo, & iugulo ponere, quod est iugulare. Sed iugulare in sacris ne dicerent, cauebant, cū ominis mali verbum sit, & sacra esset viriaturum inauspicata voce. Sed & quod diximus, hostias ante solitas feriri clauis, aut securibus à ministris, indicat Iuuenal. Sat. 12.

*Sed lata ostendens Clitumnipascua sanguis
Iret, & a grandi cernix ferienda ministro.*

Turneb. lib. 13. cap. 21. & lib. 15. cap. 12.

Aliquantò clarius exponit Delrius Aduersar. in Oedip. Senecæ, quid sit cultros hostiæ supponere. Veteres dijs superis sacrificaturi, victimarum resupinatorum iugulum sursum conuertebant: inferis autem, earundem collum deorsum, terram versus deprimebant. Cū ergo Virgilius loquatur de inferorum sacrificio, rectè dixit supponunt, quia sic culter iugulo victimæ quodammodo supponebatur. Rectè etiam Seneca, *Iuuenca ferro semes imposito induit* (sic enim legendum, pro, opposito) cum agat de superiorum sacrificio, quo culter hostiæ collo quodammodo imponebatur. Porro qui victimam cædebant, victimarij, cultuarij, popæ, agones dicebantur.

IPSE ATRI VELL. AGNAM ÆN. ENSE FERIT) Præterea heroico ritu, ipsi qui sacrificabant, etiam hostias cædebant, quod hic aperte, ac dilucide describitur. Idem in fœdere fortasse ab Æneæ, & Latino factum est lib. 12., etsi obscurius id scribitur, nec satis exprimitur. Apud Homer. 3. Iliad. fœdere percuriendo id facit Agamemno. ἦ καὶ ἐπὶ σφαγῆς ἀρνῶν τὰ μὲν πλεῖστα χαλκῷ. Turneb. lib. 15. cap. 12.

EV MENID. MATRI) Eumenidas deas esse credebant, Noctæ, & Acheronte genitas, quæ homines atrocibus turpificatos vitijs, & quæ sequuntur ex Mureto in Catull. lib. 4. Æneid. ibi, *ultricesq, sedent in limine Dite.*

MAGNÆQVE SORORI) Nomine magnæ sororis quidam intelligunt Terram, cum nox nihil aliud, quam terræ umbra sit, cuius interuentu, solis aspectus, radijque adimuntur. Ita Montfort.

STERIL. TIBI PROSERP. VACCAM) Sterilem vaccam, quæ nunquam genuit. Ideo autem sterilem, quod ab inferis nihil nascitur. Macrobius. Proserpinæ porcā dicit iugulari, at Maro vaccam, cui ad stipulatur Prudentius contra Symmachum.

*Raptu ad tartarei thalamum Proserpina regis,
Placatur vacca sterili cernice resecta.*

Nascimban. * Tauras, vaccas steriles dici existimabant: hæc de causa, quod non magnam, quam iuvare pariant. Festus.

NOCTVRN. INCHOAT ARAS) Nocturnas aras intelligo, in quibus res diuina noctu fieret, non interdum: quod

quod recepti moris, & ritus erat in Plutonis sacris. Valerius de Plutonis, Proserpinæ sacris lib. 2. cap. 1. Hostias nigras, quæ antiquis furæ dicebantur, Tarenti immolauit, ludosq; & lectisternia continuis tribus noctibus, quia totidem filij periculo liberati erant, fecit. Turneb. lib. 28. cap. 44.

ET SOLID. IMPONIT TAUR. VIS.) maiora sacrificia innuit, quæ ὁλοκαυτώματα. & ὁλοκαυτώσεις: integra enim victima offerebatur. Imponere etiam verbum sacrorum est, vt dare, reddere, porricere. Virg. 1. Æneid. aut supplex arii imponat honorem? Georg. 2. Inde neque impofitis ardent altaria fribus. Et in 4. Æneid. cū dona im-

Aponere arii. Nempe imponere est ἐπὶ τὰς βωμὰς ἐπιτίθεισθαι, vt Halicarnass. lib. 7. vel τοῖς βωμοῖς ἐπιτίθεισθαι, vt Herodian. lib. 5. loquitur. Briffon. Formular. lib. 9.

Alijs idcirco videtur dictum, Et solida imponit, &c. quodd in sacrificio inferorum, quale hic conficitur, hostia integra comburebatur. Seneca Oedipo, de huiusmodi sacris loquens, Solidasq; pecudes vris, & multo specum saturat cruce.

PINGVE SUPERQVE OLEVM) vt vinum, sic oleum in sacris infundebatur ad flammam, credo, augendam. Superque oleum fundens melis est, pro, superfundens.

- 255 Ecce autem primi sub lumina solis, & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Sylvarum: visæq; canes vlulare per vmbram,
Aduentante dea. PROCVL Ô, PROCVL ESTE PROFANI,
Conclamat vates, totoq; absistite luco:
260 Tuq; inuade viam, vaginaq; eripe ferrum:
NVNC ANIMIS OPVS, ÆNEA, NVNC PECTORE FIRMO.
Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducem haud timidus vadentem passibus æquat.

ECCE AVTEM) Rem quandam magnam, & in-B
speratam designat particula Ecce. Iam si, quæ ab Homero Odys. 9. cum ijs, quæ à poeta nostro dicta sunt, conferantur, ingens similitudo, ratione tamen diuersa reperietur. Nam Vlysses ibi monitu Circes, hic autem Æneas Anchisæ patris: Vlysses per necromantiam, & scyramantiam, quibus & mortui suscitantur, & vmbræ ab inferis euocantur, vt Elpenoris, Anticleæ, Tirefiæ: Æneas per mortui Miseni exequiarum celebrationem, & per multa varij generis sacrificia, quæ Homeri procul dubio ῥαυίαν, vt Cicero vocat, adumbrant, ad inferos tendunt. Nascimb.

PRIMI SVB LUMINA SOLIS) more Romano accipiendum est, apud quos à media nocte dies incipiebat: nec aliter intelligi potest, nam huiusmodi sacra noctu fiebant. Nascimb.

Quod autem hæc duo nomina coniungit lumina solis, idque pro sole ipso, quadam periphrasi, vt item lib. 8. Surgit, & aetherij spectans orientia solis Lumina, sequitur Lucretium, qui id sæpius facit. Lib. 1. per te quoniam genus omne animantium Exoritur, visisq; exortum lumina solis. Rursum infra. Nec foret omnino calum, neque lumina solis. Lib. 2. hæc ætra rarum Sufficiunt nobis, & splendida lumina solis. Ibid. Nam cum cecigeni, solis qui lumina nunquam Affexero. Homer. Odys. 1. alibi. φάος ἡλιόιο, id lumen est, solis.

VISÆQVE CANES VLVLARE) Donat. in illud D
Terent. Eunuch. Audire vocem visâ sum modo militis. Omnes sensus visâ dicuntur, ab eo quod est certissimum oculorum. Ergo visâ sum, sensu. Deinde hoc Virgilianum adiungit pro confirmatione scilicet. Credidit vetustas, aduentante dea ad sua sacra, aut precibus euocata Proserpina, vel Hecate (eadem enim est) in eius comitatu esse canes, Horat. Sat. 8. lib. 1. serpentes atq; videres Nocturnas errare canes. Seruius, cantes, furias interpretatur. Sed Theocritus Pharmaceutria canes simpliciter accipere videtur, cum scribit, τῶ χθονία ἰκάνη, τὰν δὲ σκύλας τεμύεσσι. Apollonius quoque lib. 3. eius canes χθονίους κύνες vocat. Hecate quoque canum mentio est apud Orpheum. σάινος δὲ σκύλας ἀεττοῖοι. Et

apud Tibull. lib. 1. eleg. 2. Sola feros Hecate perdomn-
isso canes, terram tremere, audiri latratus canum, fulgo-
rem tædarum cerni, ea adueniente scilicet. Turneb. lib.
13. cap. 12. & lib. 15. cap. 8. lib. 28. cap. 44.

PROCVL, Ô PROCVL ESTE PROFANI) Ad
Æneæ comites hoc dicitur. Apud Græcos ad sacrificiū
accessurus sacerdos, hoc primum præfari solitus fuit, τίς
τῆς, quis hic? Qui verò intererant sacris, referebant,
πολλοὶ καὶ ἄλλοι, quod est dicere, multi & boni. Quin il-
lud quoque in sacris dictum observant scriptores, quod
legitur apud Callimachum in Hymnis, ἵκε ἵκες ὄνις
ἀλτρεῖς. Polluti enim homicidio, aut humano infecti
sanguine, ceterisq; eiusmodi scelerib; inquinati, à sacris
arcebantur: neue aras contingerent, aut sacrificio in-
teressent, publicis legib; prohibebantur. Euripid. Ione.

Τὸς μὲν γὰρ ἀδίκους βωμὸν οὐχ ἔστιν ἵκεῖν,

Ἀλλ' ἐξελαύνειν, ὅστις γὰρ φαίνεται καλόν.

De Druidis Cæsar lib. 6. Belli Gall. Si quis aut priua-
tus, aut populus eorum decreto non steter, sacrificijs
interdicunt. Hæc pœna apud eos grauissima est. Qui-
bus ita est interdictum, si numero implorum, ac sceler-
atorum habentur: ab ijs omnes decedunt, aditum eo-
rum, sermonemque defugiunt: ne quid ex contagione
incommodi accipiant. Neque ijs præsentibus ius reddi-
tur, neque honos vllus communicatur. Suetonius Ne-
rone, cap. 34. Peregrinatione quidem Græciæ Eleusi-
nijs sacris, quorum initiatione impij, & scelerati voce
præconis submouerentur, interesse nō ausus est, vt ma-
trixida videlicet. Sanè apud Græcos legimus, sacra quæ-
dam ἀέελλα nuncupata, in quibus interesse profanis
haud fas erat: vt βέελλα, ad quæ etiam profani admitte-
bantur. Ad sacra ergo ἀέελλα alluisse Maronem ex-
istimat. German. * Hinc sollempni verborum formula, quæ
non initiati à sacris arcebantur, quamam gratam respondere, docet
Barnab. Briss. Formular. lib. 1. Latiorum poematum ibid. profe-
runtur, Virgil. consuetudine, Ovidij, Silij Iuuenalis, Claudiani,
Calpurnij, Horatij.

Egrege Plato, & prudenter alicubi docet, non ef-
se illa populo aperienda, & inuulganda, quæ sacra, & ar-
cana in mysterijs sunt: quoniam indignum prorsus, ac
fœdum sit, ab eiusmodi hominibus ea illotis manibus
tractari

TVTA) quia hinc lacu, hinc sylvis cingitur.

NIGRO LACV) aut profundo, aut inferorum vicinitate atro. Haecenus Seruius.

HAUD VLLÆ POTER. IMPVNE VOL. TEND. ITER) Affirmat idem de quibusdam specubus Seneca, quod hic Virgil. de suo, Natur. lib. 3. cap. 21. In quosdam specus, qui despxere, moriuntur: tam velox malum est, ut tranfluolantes aues deiiciat: talis est aer, talis locus, ex quo lethalis aqua destillat. De huiuscemodi locis Lucretius quoq; lib. 6.

*Nunc age, auerna tibi quæ sint loca cumq; lacusq;
Expediam, qualis natura predita consensit.
Principio quod auerna vocantur, nomen id ab re
Impositum est, quia sunt anibus contraria cunctis,
E regione ea quod loca cum aduenere volantes,
Remigij oblita pennarum vela remittunt,
Precipitesq; cadunt, molli cervice profusa
In terram, si forte ita fert natura locorum:
Aut in aquam, si forte lacus substratus auerno est.
Qualis apud Cumas locus est, montemq; Vesuvium,
Pompeij calidis ubi fumant fontibus aucti.*

Lucretius non de vno certo auerno, sed de omnibus, & de genere ipso auernorum disputat, quod perspicuum est. Genero autem explicato, singularis auerni, eiusque noti exemplum proponit. Ita Lambin. * De tali quodam auerno Diadormi lib. 2. cap. 4. Hunc prope fontē (Asphaltis apud Babylonem) est hiatus haud magnus, sed virtute mirabili. Eicit enim odorem sulphureum, ac grauem, quo transeuntes animantes interficit. Ita enim anhelitus comprimitur, & spiritus intercluso, abreptis sterandis facultate, mors subito consequatur. De hoc eodem Xiphilinus eadem in Troiano.

QVAT. NIGRANT. TERGA IUVENCOS) Diti patri de nigra pecude rem sacram faciebant, eidemque pocula mista mero, & lacte libabant. Tibull.

*Interea nigras pecudes promittite Diti,
Et nives lactis pocula mista mero.*

Statius 4. Thebaid.

*Velleris obscuri pecudes, armenta q; fisti
Atra mones, quacumq; gregum pulcherrima cernix
Ducitur.*

Taurus autē propria fuit Plutonis victima. Horat. Ode 14. lib. 2.

*Non si tricenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem*

Plutona tauris.

Obseruant etiam eruditi sacrorum, & cum his Grammatici, quod sterilibus pecudibus, & iuuenis, & vino, melle, lacte Diti sacra fieri sint solita. Lilius Syntag. 17.

FRONTIQUE INVERGIT VINA SACERD.) in 4. paulo aliter, sed eodem sensu, media inter cornua fundit. Id ad probationem hostiæ, ritu antiquæ religionis retulit, quæ auctore Plutarcho ita fiebat, ὅδ' ἔστι περὶ θυμίων, καὶ χαλασθέντες ἱερῆα, καὶ χαλὰ σπένδοντες ἐναυλία τῷ λόγῳ τῷ τῷ περὶ τοῦτον: οἱ δὲ ἱερῆς, καὶ ὅσοι δὲ φασὶ τὸ ἱερῆον, καὶ χαλασθέντες, & reliqua. Vide Turneb. lib. 13. cap. 21. * Est tamen nonnunquam in profanis verbum vergere. Lucret. lib. 5.

Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venenum Vergebant, nunc dant alijs sollertius ipsum.

Plaut. Curcul. Ipsum expeto tangere, inuergere in meliorem.

CARP. MED. INT. CORNUA SET.) Priusquam iugularetur victima, pili in vertice ei euellabantur. Cuius ritus meminit Homerus, Iliad. ε. ἐκ κεφαλῆς τὰ μνη τεύχεα, ex capite pilos euellebat. Euripid. in Electra, μοσχίαν τεύχεα λαμῶν, vitulinum pilum euellens. [Et Gaster noster lib. 12. cum agit de hostijs in facere faciendo, & tempora ferro Summa notant pecudum.] Fuit autem id indicium victimæ deuotæ iam, & à profanis vsibus separatæ. Minc ego

Aputo sollempnē etiam esse sacerdotibus, & receptum hodie, in vertice tonsuram fieri. Polydorus tamen aliam causam recitat lib. 4. cap. 8. Hartung Decur. 2. cap. 7. [Verba Polydori, quibus Veriorem huius rasiuræ causam puto contineri, hæc sunt. Commune imitatio omnibus insignis est Vertex rasiuræ, præcipuum sacri, profaniq; capitis discrimen, qui admonet sacerdotes, spectis omnibus humanis voluptatibus, oportere celestia tantū meditari. Lege qua deinceps sequuntur eodem cap.] Græci hoc ἀρχαῖον dicunt, immolationem, seu sacrificium incipere. Mox hoc à sacerdote facto, iugulabatur hostia à victimarijs, vel popis.

HECATEN CÆLOQVE, EREBOQVE POTENTEM) Apud inferos Hecate seu Proserpina, in cælo Luna: & quia numen magicum est, ad inuocationem magarum, necromantiam exercentium videtur respicere. Montfortius.

SVPPONVNT ALII CVLTROS) id est, iugulant. Antē enim securi, aut claua prostratam fuisse victimam, postea iugulatam suppositis cultris, accipimus. Est enim cultros supponere, quod ὑποτίθειν σφαγίδας Dionysius dixit, sub collo, & iugulo ponere, quod est iugulare. Sed iugulare in sacris ne dicerent, cauebant, cū ominis mali verbum sit, & sacra esset vitiatum inauspicata voce. Sed & quod diximus, hostias ante solitas feriri clavis, aut securibus à ministris, indicat Iuuenal. Sat. 12.

*Sed lata ostendens Clitumnipascua sanguis
Iret, & a grandi cernix ferienda ministro.*

C Turneb. lib. 13. cap. 21. & lib. 15. cap. 12.

Aliquantō clarius exponit Delrius Aduersar. in Oedip. Seneca, quid sit cultros hostiæ supponere. Veteres dijs superis sacrificaturi, victimarum resupinatorū iugulum sursum conuertebant: inferis autem, earundem collum deorsum, terram versus deprimebant. Cū ergo Virgilius loquatur de inferorum sacrificio, rectē dixit supponunt, quia sic culter iugulo victimæ quodammodo supponebatur. Rectē etiam Seneca, *Iuuenca ferro semes imposito induit* (sic enim legendum, pro, opposito) cum agat de superiorum sacrificio, quo culter hostiæ collo quodammodo imponebatur. Porro qui victimam cædebant, victimarij, cultuarij, popæ, agones dicebantur.

IPSE ATRI VELL. AGNAM ÆN. ENSE FERIT) Præterea heroico ritu, ipsi qui sacrificabant, etiam hostias cædebant, quod hic apertē, ac dilucidē describitur. Idem in fœdere fortasse ab Ænea, & Latino factum est lib. 12., etsi obscurius id scribitur, nec satis exprimitur. Apud Homer. 3. Iliad. fœdere percutiendo id facit Agamemno. ἦ καὶ ἐπὶ σφαγῆς ἀρῶν τὰ μνη νηλεὲς χαλκῷ. Turneb. lib. 15. cap. 12.

EV MEN ID. MATRI) Eumenidas deas esse credebant, Noctē, & Acheronte genitas, quæ homines atrocibus turpificatos virijs, & quæ sequuntur ex Mureto in Catull. lib. 4. Æneid. ibi, *ultricesq; sedent in limine Dira.*

MAGNÆQVE SORORI) Nomine magnæ sororis quidam intelligunt Terram, cum nox nihil aliud, quam terræ umbra sit, cuius interuentu, solis aspectus, radij q; adimuntur. Ita Montfort.

STERIL. TIBI PROSERP. VACCAM) Sterilem vaccam, quæ nunquam genuit. Ideo autem sterilem, quod ab inferis nihil nascitur. Macrobi. Proserpinæ porcā dicit iugulari, at Maro vaccam, cui ad stipulatur Prudentius contra Symmachum.

*Rapta ad tartarei thalami Proserpina regis,
Placatur vacca sterili cervice resecta.*

Nascimbæn. * Tauras, vaccas steriles dici existimabant: hæc de causa, quod non magni, quam iuvare pariant. Festus.

NOCTVRN. INCHOAT ARAS) Nocturnas aras intelligo, in quibus res diuina noctu fieret, non interdiu: quod

quod recepti moris, & ritus erat in Plutonis sacris. Vnde Aponegetas aris. Nempe imponere est ἐπιτίθειν, ut Halicarnass. lib. 7. vel τοῖς θυμῶν ἐπιτίθειν, ut Herodian. lib. 5. loquitur. Briffon. Formular. lib. 9.

Alijs idcirco videtur dictum, *Et solida imponit*, &c. quod in sacrificio inferorum, quale hic conficitur, hostia integra comburebatur. Seneca Oedipo, de huiusmodi sacris loquens, *Solidasq; perinde uris, Et multo specum saturat cinere.*

PINGVE SUPERQVE OLEVUM) ut vinum, sic oleum in sacris infundebatur ad flammam, credo, augendam. Superque oleum fundens tmetis est, pro, superfundens.

- 255 Ecce autem primi sub lumina solis, & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Sylvarum: visæq; canes vlulare per vmbram,
Aduentante dea. PROCVL Ô, PROCVL ESTE PROFANI,
Conclamat vates, totoq; absistite luco:
260 Tuq; inuade viam, vaginaq; eripe ferrum:
NVNC ANIMIS OPVS, ÆNEA, NVNC PECTORE FIRMO.
Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducem haud timidus vadentem passibus æquat.

ECCE AUTEM) Rem quandam magnam, & in- B speratam designat particula *Ecce*. Iam si, quæ ab Homero Odyss. n. cum ijs, quæ à poeta nostro dicta sunt, conferantur, ingens similitudo, ratione tamen diuersa reperietur. Nam Vlysses ibi monitu Circes, hic autem Æneas Anchisæ patris: Vlysses per necromantiam, & scyramantiam, quibus & mortui suscitantur, & vmbræ ab inferis euocantur, ut Elpenoris, Anticleæ, Tiresiæ: Æneas per mortui Miseni exequiarum celebrationem, & per multa varij generis sacrificia, quæ Homeri procul dubio *νεκύων*, ut Cicero vocat, adumbrant, ad inferostendunt. Nascimb.

PRIMI SUB LUMINA SOLIS) more Romano accipiendum est, apud quos à media nocte dies incipiebat: nec aliter intelligi potest, nam huiusmodi sacra noctu fiebant. Nascimb.

Quod autem hæc duo nomina coniungit *lumina solis*, idque pro sole ipso, quadam periphrasi, ut item lib. 8. *Surgit, Et atherij spectans orientia solis Lumina*, sequitur Lucretium, qui id sæpius facit. Lib. 1. *per te quoniam genus omne animantium Exoritur, visitq; exortum lumina solis*. Rursum infra. *Nec foret omnino calum, neque lumina solis*. Lib. 2. *hæc ætra rarum Sufficiunt nobis, Et splendida lumina solis*. Ibid. *Nam cum cecigeni, solis qui lumina nunquam Aspexere*. Homer. Odyss. 1. alibi. *ἡλιος*, id lumen est, solis.

VISÆQVE CANES VLVLARE) Donat. in illud D Terent. Eunuch. *Audire vocem visa sum modo militis*. Omnes sensus visa dicuntur, ab eo quod est certissimum oculorum. Ergo visa sum, sensi. Deinde hoc Virgilianum adiungit pro confirmatione scilicet. Credidit vetustas, aduentante dea ad sua sacra, aut precibus euocata Proserpina, vel Hecate (eadem enim est) in eius comitatu esse canes, Horat. Sat. 8. lib. 1. *serpentes atq; videres Nocturnas errare canes*. Seruius, canes, furias interpretatur. Sed Theocritus Pharmaceutria canes simpliciter accipere videtur, cum scribit, *τὰ χθονία ἔχοντα, τὰν δὲ σκύλας τευμοσίη*. Apollonius quoque lib. 3. eius canes *χθονίους κύνες* vocat. Hecate quoque canum mentio est apud Orpheum. *σαῖνοι δὲ σκύλας περπολοί*. Et

apud Tibull. lib. 1. eleg. 2. *Sola feros Hecate perdomnisse canes*, terram tremere, audiri latratus canum, fulgorem tædarum cerni, ea adueniente scilicet. Turneb. lib. 13. cap. 12. & lib. 15. cap. 8. lib. 28. cap. 44.

PROCVL, Ô PROCVL ESTE PROFANI) Ad Æneæ comites hoc dicitur. Apud Græcos ad sacrificiū accessurus sacerdos, hoc primum præfari solitus fuit, *τὴ τῆς*, quis hic? Qui verò intererant sacris, referebant, *πολλοὶ καὶ γαθοὶ*, quod est dicere, multi & boni. Quin illud quoque in sacris dictum obseruant scriptores, quod legitur apud Callimachum in Hymnis, *ἵκεν ἵκεν θεῖς ἀλτρεῖς*. Polluti enim homicidio, aut humano infecti sanguine, ceterisq; eiusmodi scelerib⁹ inquinati, à sacris arcebantur: neue aras contingerent, aut sacrificio interessent, publicis legib⁹ prohibebantur. Euripid. Ione.

Τὸς μὲν γὰρ ἀδίκους θυμῶν ὕχ' ἔξιν ἔχον,

Ἀλλ' ἐξελάνθον, ὅσιν γὰρ φαίνεν καλόν.

De Druidis Cæsar lib. 6. Belli Gall. Si quis aut priuatus, aut populus eorum decreto non steterit, sacrificijs interdiciunt. Hæc pœna apud eos grauissima est. Quibus ita est interdictum, si numero implorum, ac sceleratorum habentur: ab ijs omnes decedunt, aditum eorum, sermonemque defugiunt: ne quid ex contagione incommodi accipiant. Neque ijs præsentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur. Suetonius Nerone, cap. 34. Peregrinatione quidem Græciæ Eleusinijs sacris, quorum initiatione impij, & scelerati voce præconis submouerentur, interesse nō ausus est, ut matricida videlicet. Sanè apud Græcos legimus, sacra quædam ἀέελλα nuncupata, in quibus interessē profanis haud fas erat: ut βέελλα, ad quæ etiam profani admitterentur. Ad sacra ergo ἀέελλα allussisse Maronem existimat. German. * Hinc sollemni verborum formula, quæ non initiati à sacris arcebantur, quamnam gratæ respondēant, docet Batrab. Briss. Formular. lib. 1. Latiorum poematum ibid. profertur, Virgil. consuetudine, Ovidij, Silij Iuuenalin, Claudiani, Calpurnij, Horatij.

Egregiè Plato, & prudenter alicubi docet, non esse illa populo aperienda, & inuulganda, quæ sacra, & arcana in mysterijs sunt: quoniam indignum prorsus, ac fœdum sit, ab eiusmodi hominibus ea illotis manibus tractari

tractari, quæ initiatis duntaxat animis, & expiatis patre debent. Ex quo meritò laudati sunt Pythagorici philosophi, qui propria dogmata, & præcepta inter suos tantum seruantes, nemini alteri indicabant: quod Hebræi etiam in legibus diligentissimè obseruant. Virgilius, qui mores varios, ritusque, ac religiones optimè tenuit, nō temerè hoc ad Sibyllam retulit. Idem ex Eleusina Cereris initijs assumptum à poeta est, in quibus (vt veterum probat auctoritas) eos duntaxat admitterebant, qui forent initiati, quod ab ipso præcone agebatur, procul esse profanum vulgus acclamante. Vnde illud Flacci perelegans, Ode 1. lib. 3. *Odi profanum vulgus, & arceo.* Crinit. lib. 6. cap. 3.

Profanum, ait Macrobius lib. 3. Satur. cap. 3. omnes pene consentiunt id esse, quod extra fanaticam causam sit: quasi porro à fano, & religione secretum. Cuius significatus exemplum consecutus est, cum de luco, & aditu inferorum, sacro utroque loqueretur. Eò accedit, quod Trebatius profanum id propriè dici ait, quod ex religioso, vel sacro in hominum vsum proprietatemque conuersum est, quod vel apertissimè poeta seruauit in 12.

Fanne precor miserere, inquit, tuq; optima ferrum.

Terra tene, colui vestros si semper honores,

Quos contra Aenea da bello fecere profanos.

Dixerat enim, *Sed stirpem Tencris nullo discrimine sacra sustulerant.* Vnde ostendit, propriè profanum esse, quod ex sacro promiscuum humanis vñibus accommodatum est.

Subiungam nonnulla ex Budæo in Pand. super hoc vocabulo. Fana à fando, quòd ea Pontifex certa verba fando dedicat, auctore Felto. Inde profani dicti sunt, βέβηλοι, ἀμύητοι, qui sacris imiati non erant, quod Virgil hic significat. Nunc laicos vocamus, quasi populares. Laicum enim vulgò atrectabile significat: sicut sacrum dicitur, & sanctum, cuius tactu populo interdi-

ctum est. Sic laici panes 1. Reg. cap. 21. ad sacrorum differentiam. Et Ezechielis vltimo, profana vrbis propriè accipiuntur pro ijs partibus, quæ vñibus populi, & vñi promiscuo dicata sunt. Propterea profanos appellauit vbiq; homines sacris non initiatos. Non enim libens facio, vt græcis verbis utar, vbi latina suppetunt, idem significantia.

INVAD. VIAM VAGIN. ERIPERE FERRVM) Spiritale dæmonum corpus magna parte vbiq; sensibile est natura, & absque medio tangit, videt, audit: sed tactum patitur, & perinde ac solida, diuisum dolet: eo tamen interstitio, quod solida intercisa, ac reuulsa aut persanantur nunquam, aut vix contingere id potest. Resectum verò dæmonicum corpus coit rursus, recreaturque aeris modo, aut aquæ, & id quidem celeritate incredibili. Interim tamen dolet insigniter, dum peragitur dissectio. Quò fit, vt ferri aciem reformident, declinentq; quantum possint maximè. Propterea qui exagitare dæmones moluntur, enses, ac tela studiosè præterdunt, ex qua veterum, & quidem Platoniorum doctrina Platonius poeta noster ita scripsit. Rhodigin. lib. 2. cap. 8.

NUNC ANIM. OPVS AN. N. PECT. FIRMO) In rebus periculosis, & arduis licebit hortatoribus occinere hunc versiculum ijs, quos hortamur ad egregia facinora, *Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.* Vox animi numero multitudinis in eo dicitur, in quo spiritus, caudacia, alacritas, &c. Inde facere alicui, & dare animos. Similis versus, in eandem videlicet sententiam, paræmiacus, *audendum est dextra, nunc ipse vocat.*

FVRENS) plena deo, & furenti similitis.

DUCEM HAUD TIMID. PASS. AQUAT) Quod Aeneas ducem æquat passibus haud timidis, laus est à constantia, & magnanimitate. Nam si timuisset, vt meritò poterat illis locis, ponè subiisset, vestigia obseruasset antecedentis. De Ascaniolo in 2. contrarium, *sequiturq; patrem non passibus æquis.*

- Dij, quibus imperium est animarum, vmbraeq; silentes:
 265 Et chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia latè,
 SIT MIHI FAS AUDITA LOQVI, sit numine vestro
 Pandere res alta terra, & caligine mersas.
 Ibant obscuri sola sub nocte per vmbas,
 Perq; domos Ditis vacuas, & inania regna.
 270 Quale per incertam lunam sub luce maligna
 Est iter in syluis, vbi cælum condidit vmbra
 Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

DII QVIB. IMP. EST ANIMAR.) Dicturus poeta, D quales esse infernæ sedes asserantur, & quæ illic iuxta animas gerantur, & multa descripturus incognita viuentibus, ne temerarius iudicetur, veniam à dijs inferis postulat, asserens, non se auctore, sed alijs proferentibus scripta, vel dicta narraturum. Posset enim in utroque reprehendi, quod viuus incognita viuus pro veris assereret: aut præceps, si effunderet vera, quæ occulta esse deberent, nec in vulgus exire.

SIT FAS AUDITA LOQVI) Theseus in Hercule Fur. narraturus Herculis descensum ad inferos, ibique gesta.

*Fas omne mundi, teq; dominantem precor
 Regno capaci: teq; quam tota irrita
 Quæsiuit Aetna mater: ut intra abdita,
 Et operta terris liceat impune eloqui.*

Audita dicit, non cognita: quasi innuere velit, quæ de inferis narrantur, poetarum insomnia, atque aniculationum (vt inquit Cicero) deliramenta esse. Sic enim credidit antiquitas, licet Plato de inferis multa scripserit. Seneca in Consolat. ad Martiam. Illa quæ inferos nobis faciunt terribiles, fabula est. Adeas Macrobius in som. Scipionis, lib. 1. cap. 10. Nascimb.

IBANT OBSCURI SOLA SVB NOCTE) ἰνυλάγμωρος, pro ibant soli sub obscura nocte.

PERQVE DOM. DITIS VACVAS, ET INANIA REG.) Significare videtur poeta, vmbas, & imagines mortuorum esse inanes. Sic Horat. Ode 4. lib. 1. exilem dixit domum Plutonium, quia manes sunt, & vmbæ, quæ illam domum incolunt, exiles, & tenues, & aspectum oculorum fugientes.

PER INCERTAM LVNAM) Non satis explanant hoc

hoc Seruius, & Donatus. Perspicue, & verè Montfortius. Incertam lunam, dubiam lunam, per subiectas nubes interceptam, neque apparentem. Incertam lunam coitum fortassis lunæ rectius acceperimus, quo tempore noctes sunt tenebrosissimæ. Nam tum globus lunaris foli obiectus lucem concipit quidem illam, sed non conspicuam, ut rectè luna incerta appellari queat.

Nascimb. exponit, *incertam lunam*, sine lunæ lumine, quomodo lib. 3. dixit,

Tres adeo incertos caca caligine soles

Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

[Sed quomodo quæso est lux maligna, si nulla penitus est? Ma-

*Aligna certè à malo cadit: quod malum est, ipsum aliquid est. Ergo suboscutam, imperfectam lucem, malignam dixit. Quam autem hic malignam lucem, lib. 9. sublustrem noctis umbram, id est, non penitus illustrem vocauit. Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra Prodidit immemorem.] Talem porro lucem, malignam scilicet, etiam Statius expressit 4. Thebaid. *vacuusq; silentia seruat Horror, & exclusæ palles mala lucis imago.**

REBUS NOX ABSTVL. ATRA COLOR.) Rebus nox colorem aufert: nam luce intercedente aspiciamus. Hinc alibi, *jam sole infuso, iam rebus luce reiectis*. Et est noctis descriptio quædam periphrastica: nihil quippe secundum physicos aliud est nox, quàm umbra terræ.

- Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci,
 Luctus, & vltrices posuere cubilia curæ:
 275 Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus,
 Et Metus, & malesuada Fames, & turpis Egestas:
 (Terribiles visu formæ) Lethumq; , Laborq; :
 TVM CONSANGVINEVS LETHI SOPOR, & mala mentis
 Gaudia: mortiferumq; aduerso in limine bellum:
 280 Ferreiq; Eumenidum thalami, & Discordia demens,
 Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

VESTIB. ANTE IPSVM, PRIMISQVE) Cùm Virgilius Æneam suam, tanquam hominem pium à contagione atrocis visus apud inferos vindicauerit, & magis eum fecerit audire reorum gemitus, quàm ipsa videre tormenta, in ipsos verò campos piorum libenter induxerit, cur hoc tamen versu ostendit illi partem locorum, quibus impij cohibebantur? *Vestibulum ante ipsum*, &c. Ad hunc nodum soluendum, necessarium erit legere, quæ à Gellio lib. 16. cap. 5. & à Macrob. Saturnal. lib. 6. cap. 8. de voce *vestibulum* disputata sunt, quæ quidè nos descripsimus in illum locum 2. Æneid. *Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine Pyrrhus*. Gellij in extremo capite verba sic sonant. Non enim vestibulum priorem partem domus infernæ esse dicit, quod obrepere potest, tanquam si ita dicatur: sed loca duo demonstrat esse Orci fores, vestibulum, & fauces: ex quibus & vestibulum appellat ante ipsam domum, & ante ipsa Orci penetralia: fauces autem vocat iter angustum, per quod ad vestibulum adiretur.

Huius vestibuli meminit item Plato in Axiocho, vnde totus fere hic inferorum ordo, quo utitur poeta, sumptus videtur. Quod ferreis claustris, atque clauibus obfirmatum ipse memorat. Nascimb.

Vestibula quidam putant sub ea proprietate distincta, quod in primis ingressibus, & in spatijs domorum Vestæ, hoc est, aræ, ac foci soleant haberi. Inveniuntur etiam apud veteres doctos, vestibula ob id dicta, D quodd in his locis ad salutandos dominos domorum, quicumque venissent, stare solerent, dum introeundi daretur copia. Atque ob hanc constitutionem, & quasi stabulationem, primos ingressus domorum vestibula nominatos. Cicero *μεταφωκῶς* dixit in Orat. Vestibula nimirum honesta, aditusque ad causam faciet illustres.

Seruius hoc loco super voce vestibulum ita differt. Vestibulum non habet proprietatem etymologiæ, ut ait Varro: sed fit pro capto ingenij. Dicitur enim vestibulum, quod vestiatur ianuam. Alij vestibulum à Vesta dictum volunt: nam illi ianua consecrata est: a-

B lij, quod nemo illic stet. In limine solus est transitus. Vt enim vesanum non sanum, sic vestibulum non stabulum. Ouid. lib. 6. Fast. vestibulum à Vesta nomen accepisse ait.

Hinc quoq; vestibulum dici reor, unde precamur Quæsumus, Vesta est, qua loca prima tenet.

IN FAUCIBVS ORCI) Orcum quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum Vragum, quod &, u, litteræ sonum pro, o, efferebant, & per, & litteræ formam nihilominus, g, vsurpabant. Sed nihil affert exemplorum, ut ita esse credamus, nisi quod is deus nos maximè vrgeat. Hæc Festus. Orcum censet Seruius eundem esse cum Plutone, & posuisse videtur Virgilius deum pro loco, quomodo & Horatius dixit *sub fone frigida*, cum aerem intelligeret. * *Moment eruditiores, orcum genere nostro dici ipsum locum inferorum: Orcum genere Virgilis esse nomen ipsum dei, Plutonis videlicet. Sicut Calus significat deum a calum Verò deorum superiorum habitaculum, & sedem.*

LVCTVS, ET VLTRICES CVRÆ) Congerie prosopopœias monstrorum diuersorū enumerat, quæ vestibulum tenent inferorum. [Quem locum haud neglexit Seneca. Nam in Hercule Furente sic narrat Theseum Amphitryonis veneris cum Hercule ab inferis,

Palus inertis fœda Cocyti iacet,
 Hic vultus, illic luctifer bubo gemit,
 Omenq; triste resonat infaultz strigis.
 Hærent opaca fronde nigrantes comæ,
 Taxo imminente, quam tenet segnis sopor,
 Famesq; mœsta tabido rictu iacens:
 Pudorq; serus conficios vultus tegit:
 Metus, Pauorque, Funus, & frendens Dolor,
 Aterq; Luctus sequitur, & Morbus tremens,
 Et cincta ferro Bella: in extremo abdita
 Iners Senectus adiuuat baculo gradum.

Equidem poetarum de numero hunc, & Silium præcipuos, & cupidissimos Maronis imitatores existimauerim. Nec tamen id mihi studio est, ut oratione eorum imitationes, cum innumera sint, lectori exhibeam.] Singulis conuenientia iungit epitheta. Et sunt hæc potissimæ pestes humanæ vitæ, quibus & animi, & corpora conficiuntur. Magna est in luctu acerbitas: sed maior in illis infelicitibus conscientijs, quæ

X*

exad-

exadmissis sceleribus oriuntur: ex sunt Furia, quæ homines semper facibus ardentibus insectari videntur. Poenam semper ante oculos versari putant, qui peccarunt, inquit Cicero pro Milone. Plutarchus de sera numinis vindicta, Ego, si dicere fas est, flagitiosos, perditos, ac facinorosos neque aliquo siue deorum, siue hominum indigere ultore arbitror, sed perniciosam ipsorum vitam omni improbitate corruptam, ac refertam, satis, superq; ad seipsam torquendam sufficere. Rursum. Si quis nihil aliud improbis in hac vita accidere affirmaret, quam quod scelerum conscientia, flagitiorumq; recordatione assidue torquentur, cognosceret profecto, acerbissimè ratione propria illorum affligi animam.

PALLENTE S QVE MORBI, TRISTIS QVE SENECTVS) Metonymia, ut in his quæ sequuntur, efficiens nimirum pro effectu. Morbus pallidos efficit. Senectus merito tristis, propter multa incommoda, quæ senes circumveniunt. Recurre ad illud locum 3. Georg. *subeunt morbi, tristisq; senectus.*

ET METVS, ET MALESVADA FAMES) Metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile videatur. Hoc supplicium est Tantali, qui metu supra caput impendentis, iam iamq; ruentis saxi cruciatur. Fames dicitur male suada, translatione à rebus ratione præditis ad rem inaniam. Sic Lucret. lib. 1. *Vitis autumnus fundi suadente videmus.* Plaut. Capt. *Odi ego aurum, multa malis sepe suasisse perperam.* Idem Lucretius sic usus est verbo imperare. lib. 5. *Nec minus in certo dentes cadere imperas atas.* Per famem igitur ad furta, rapinas, peruria homines impelluntur.

TURPIS EGESTAS) Lucret. lib. 3. *Turpis enim fama, & contemptus, & acris egestas semota ab dulci vita, stabiliq; videntur, Et quasi iam lethi portas cunctarier ante.*

Turpes facit egestas, quia causa est hominibus, ut in se turpitudinem admittant. Quam multi pecunia vendiderunt pudicitiam, famam, patriam, & quod omnium est dirissimum, deum quoque, ob egestatem scilicet? *✠*

CONSANGVINEVS LETHI SOPOR) Somnus est mortis frater, ex Homero, Iliad. ̐.

Εἰδ' ὅτῃ ἐνυκλίο κασιγνήτῳ θανάτῳ.

Occurrit Somno, qui Mortis frater habetur.

• πάλαι δὲ μὴν ὅτῃ καὶ θανάτῳ διδυμάσιν. Quasi gemellos, & vno partu, eademq; matre editos facit: immo, ut Turneb. observavit, lib. 28. cap. 43. scribit Hyginus, Nocte & Erebo natos fuisse Lethum, & Somnum.

Consanguinei dicuntur fratres, Papinius, *Et consanguineo gliscis regnare superbus Exule*, id est, eiecto fratre Polynice. Claudian. lib. 1. de rapt. Proserp. *Te consanguineo recipit post fulmina fessum Iuno sinu.* Certe Iupiter Iunonis frater est. Consanguineo igitur sinu, est sororio sinu. Sophocles in Aiace *ἐνυκαίον*, id est, consanguineum dixit Aiaci fratrem Teucrum. Iam Somni sororem esse Mortem, canit etiam Hesiodus. Et Seneca ad Somnum, *Frater dura languide mortis.* Ianus Parrhasius in Claudian. dictum locum.

Gorgias Sophista iam annis grauis admodum, cum ægrotus somno altiore vrgeretur, forte è familiaribus quidam accessit, qui interrogaret, quomodo se haberet. Tum ille, iam me Somnus fratri suo incipit commendare. *ἦ δὴ μὲν ὁ ὕπνος ἀρχὴν τοῦ θανάτου τῷ ἀδελφῷ.* *Ælian.* lib. 2. var. histor. cap. 35. Coluthus *ἐνυκαίον* vocat. Ouid. imaginem mortis, *Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago?* Spartani quoque Somni, & Mortis simulacra, teste Pausania, simul posue-

runt. Sopor & somnus non raro mortem denotant, ut etiam vox, *quies.* Consule lib. 12. in illud, *Olli dura quies oculos, & ferremus virget Somnus.* *✠*

ET MALA MENTIS GAVDIA) Libet audire Senecam, ita scribentem initio epistolæ 59. Scio, inquam, & voluptatem (si ad nostrum album verba dirigamus) infamem esse, & gaudium nisi sapienti, non contingere. Est enim animi elatio, suis bonis, viribusque fidentis. Vulgò tamen sic loquimur, ut dicamus magnum gaudium nos ex illius consularu, aut ex nuptijs, aut ex partu vxoris percepisse: quæ adeo non sunt gaudia, ut sæpe initia futuræ tristitiæ sint. Gaudio autem iunctum est, non desinere, nec in contrarium verti. Itaq; cum dicit Virgilius noster, *Et mala mentis gaudia*, disertè quidem dicit: sed parum propriè: nullum enim malum gaudium est. Voluptatibus hoc nomen imposuit, & quod voluit, expressit: significauit enim homines malo suo lætos.

Quod obscurius dicit Seneca, dicendum est apertius. Mala gaudia sunt, de quibus sacræ loquuntur litteræ. Qui lætantur, inquit, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.

Non ita Dardanio gaudisus Atreida triumpho est,

Cum caderent magni Laomedontis opes,

Nec si errore ex alto latatus Vlysses,

Cum tetigit chæra litora Dulichie.

Nolo reliqua gaudia immensa dicere, quibus ille scotator suum comparat, & præfert: sequitur enim,

Quanta ego præterita collegi gaudia nocte.

Immortalis ero, si altera talis erit.

Itane homo impurissime, ac perditissime, tu ista ratione immortalitatem quæris? Quid ille auarus apud Horatium? quam gaudet argento suo? *populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi, simul ac nummos contempler in arca.* Quid Ergasilus parasitus in Captiuis? quam suo ventri gratulatur, dum vadit Hegioni nuntiare aduentum filij, quem in publica celoce in portu primus conspexerat?

Iuppiter supreme seruas me, meaq; auges opes.

Maximas opimitates, opiparæq; offers mihi:

Laudem, lucrum, ludum, & omni festiuitatem, ferias,

Pompam, penû, potationes, saturitatem, gaudium, &c.

Postquam verò audito nuntio respondit Ienex, *Eternum tibi dapinabo cibum, si vera autumnas*, eumque domum suam misit, iuuat audire, quemadmodum ille propter rem cibariam sibi creditam non secus, quam Alexander Magnus de Indijs triumphatis exulter:

Dij immortales, iam ut ego collos pratruncabo tergo-
(ribus?)

Quanta pernis pestis veniet? quanta labor lardo?

Quanta sumini absumedo? quanta callo calamitas?

Quanta lanijis lassitudo, quanta porcinarijis?

Possem ire per reliqua flagitia, & exemplis in medium prolatis, ista mala mentis gaudia demonstrare, sed ista sufficiant. Quin ipse quoq; Seneca, hac eadem epistola, gaudium verum, nisi ex virtutum conscientia, nullum cōtingere cuiq; differit, quæ verba nos infra ponemus, ad illa Deiphobi, *Namq; ut supremam falsa inter gaudia noctem Egerimus nostri.* Videtur item sancta scriptura gaudium propriè in bonis ponere. Nam apud Elaiam cap. 58. legimus, non est gaudere impijs, dicit dominus. Sic legit D. Augustin. Ciuitat. lib. 14. cap. 8. vulgò, non est pax impijs. Sed eodem redit. *✠*

FERREI QVE EVMENID. THALAMI) Furia nunquam nupserunt, unde igitur thalamos accipimus? Sed accipiendum, in quibus natæ sunt, &c. Seruius. Melius Nalcimb. Thalami impropriè pro sedibus positi sunt.

Et scitè

Et scitè de domicilijs meminit Furiarum, non de Furijs, A quia huc, illuc mittuntur Furia: & si forte apud inferos morantur, non nisi rarò in vestibulo domus Plutonis, licet illic sedes habeant, sed in tartaro frequentius diuersantur, vt sceleratos suis flagellis crucient, vt de Tisiphone infra dicetur. Nascimb.

DISCORDIA DEMENS) Discordiam in Furia morem formauit antiquitas. Eam in Satyrico, quo loco bellum civile inter Cæsarem, & Antonium detestatur, ita describit Petronius Arbiter. *Intremuere tuba, ac scisso Discordia crine*, &c. reliqua adduximus Eclog. 1. super illo, *en quo discordia ciues Perduxit miseros*. Scissam ei pallam affingit poeta noster lib. 8. Aristides quoque his ferme verbis. Discordia, & seditio supino est capite, labris liuentibus, oculis strabis, putridis, tume-

factis, lacrymis subinde fluentibus, manibus incontinentibus, mobilibusque, gladium intus ad pectus ferens, tenuibus, & obliquis innixa cruribus, & pedibus, eam, ceu rete, caligo, & tenebrae circumuolant: & reliqua quæ idem scripsit. Notissimum est, quomodo in nuptijs Pelei, & Thetidis in conuiuium iniecerit potum, cuius inscriptio, *ἡ γὰρ λαβὴ*, pulchra accipiat: quia videlicet eò vocata non fuerat cum deabus ceteris, quod mysterio non vacat. *Dementem* nominat, quia vel in dementibus tantum existit, vel quia dementes facit. Secundum Stoicos facile est huius epitheti, & in hoc, & in alijs peccatis rationem reddere, qui dicunt, omnes stultos insanire. Omnes autem non sapientes, id est, non bonos (idem enim bonus, qui sapiens) esse stultos. ✽

In medio ramos, annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens. quam sedem somnia vulgò
Vana tenere ferunt, folijsq; sub omnibus hærent.

285 Multaq; præterea variarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, Scyllæq; bifformes:
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lerna,
Horrendum stridens, flammisq; armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiæq;, & forma tricornis vmbra.

290 Corripit hinc subita trepidus formidine ferrum
Æneas, strictamq; aciem venientibus offert.
Et ni docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat volitare caua sub imagine formæ:
Irruat, & frustra ferro diuerberet vmbas.

IN MED. RAM. ANNOSAQ.) A descriptione vestibuli venit ad interiorè partem, quæ non esset sub tecto. Fuit, inquit, illic ulmi arbòr annosa, & perinde ingens, ingentibus ramis effusa, & opaca frondibus. Non enim omnes arbores sunt eiusmodi. Hic vult esse errores, qui occurrunt dormientibus per phantasmata. Donatus.

QUAM SEDEM SOM. VULGO. V. TEN.) Animum intemperatum, dum etiamnum agit in corpore, talem esse veteres sentiunt, vt consopitam in eo rationem esse intelligant, vel affectui prorsum mancipatam, vnde ineluibils ad corpora vergens concipiatur habitus, qui in naturam euadat quodammodo. Proinde hinc graphicè appingens Orpheus ita canit. *ἄφροντοι τ' αἰδώς φύλαι, καὶ δῆμον ὀνειράων*. Frangi nequeunt Plutonis portæ, intus agit populus somniorum. De animo ita affecto, grauissima est ex 7. de repub. Platonis sententia: dormire illum in hac vita, & quidem profundius, ac prius, quam omnino expergeat, demigrare. Post obitum verò etiamnum altissimo premi sopore. Quin & insomniorum absurdissima exterreri specie, quam rem sub tartari nomine intelligi voluit. Philosophi verò sententiam aptissimè Platonius poeta in uolucro, quamuis obscuriore, expressit, cum inferorum vestibulum, ac ingressum primum ita descripsit. Rhodigin. lib. 10. cap. 9.

Inter coniectores somniorum receptum est, vt quæ post vina & cibos, quæue repetito somno eueniunt insomnia, quæue fiunt, cum folia ex arboribus decidunt, ea plerunq; vana existimari. Alex. ab Alexand. lib. 3. cap. 26.

FERUNT) Rectè dixit *ferunt*, memor, se supra dixisse, *Sit mihi fas audita loqui*, nec debuit auctor esse in incertis, vel fabulosis potius, & falsis. Donatus.

CENTAURI IN FOR. STAB.) Totum hunc locum de monstris istis, considera mihi, quemadmodum adumbrarit Sannazarius lib. 1. de partu Virginis.

*Tum variae pestes, & monstra horrenda Diis
Ima petant: trepidant, Briareia turba, Cerastra,
Semiferumq; genus Centauri, & Gorgones atra,
Scyllæq;, Sphingæq;, ardentiaq; ora Chimæra,
Atq; Hydra, atq; canes, & terribiles Harpyia.*

Centauri animantes habiti sunt ex equo, & homine commisti, de quibus hunc in modum Lucret. lib. 4.

*Nam certè ex vno Centauri non sit imago,
Verum ubi equi, atq; hominis casu conuenit imago,
Hærescit facile extemplo, quod diximus ante.*

Rursum lib. 5. tale animal naturâ fuisse negat: & existere neutiquam posse, argumentis docet.

*Sed neq; Centauri fuerunt, neq; tempore in vlla
Esse queat duplici natura, & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta potestas,
Hinc illinc paruis vt non sic esse potis sit, &c.*

Nominatim recenset poetas, medicos, philosophos, theologos Delrius Comment. in Hercul. Fur. qui centauros nec fuisse, nec generari, aut viuere posse contendunt. pag. 278.

SCYLLÆQ. BIFORMES) Hoc monstrum describitur lib. 3. Æneid. vide in Eclog. 6. symbolam super illo, *Quid loquar aut Scyllam Nisi*, &c. Item ab Homero Odyss. µ.

*Ἐὐθα δ' οἰὲ σκύλλα ναίει, δεινὸν λαλαῖσα:
Τῆς ἥτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νοσηλαῖς
Γίνετ', αὐτὰ δ' αὖτις ὅλωρ χαλὸν, ὅδ' καὶ τίς μιν
Γηθήσειεν ἰδὼν, ὅδ' εἰ δειὸς ἀνιέσειεν, &c.*

Id est. Hic autem Scylla habitat, horribiliter latrans. Cui vox est tanta, quanta catuli recens nati: ipsa autem

monstrum est malum: neque quisquam ea visa, lætatus fuerit, ne si deus quidem ei occurrat. Lucretius etiam lib. 5. ubi probat nullum animal posse ex duorum generum animantibus creari, proinde nec Centauros, nec Scyllas.

*Aut rapidis canibus succinctus semimarinis
Corporibus Scyllas, & cetera de genere horum,
Inter se quorum discordia membra videmus.*

Bene plurali usus est, *biformes*. Nam Scylla filia Nisi secundum alios in auem conuersa est, secundum alios in auem, secundum alios in piscem. Ergo etiam ipsa biformis fuit, sicut hæc in Sicilia freto. Dictum est autem per poetæ scientiam. Seruius.

ET CENTVM GEMINVS BRIAREVS) Propter centum brachia. Hunc gigantem Ioui aduersus Palladem, Iunonem, & Neptunum, reliquosq; deos, qui in eius tyrannidem cōiurauerant, fuisse auxilio, fabulatur Homerus 1. Iliad. vide Natal. Comitum lib. 2. cap. 1. De eodem est lib. 10. *Ægeon qualis, centum cui brachia dicunt, Centenasq; manus*. Hesiodus narrat hunc cum Gyge, & Carro socijs propterea orci vestibulo custodes adhibitos, ne vincula Titanes frustrarentur. ✱

BELLVA LERNÆ) Hydram alij centum fuisse capitum aiunt, alij octo, è quibus vnum erat immortale. Cum hoc monstro multum, diuq; conflictatus est Hercules, propterea quod vno reciso capite, plura renascerentur. Vide Chiliasten, adagio, Hydram secas.

FLAMMISQVE ARMATA CHIMÆRA) Homerus de chimæra sic Odyss. ζ. *αἰεὶ δὲ λέων, ὀπίθην δὲ ἀεγὼν, μέσση δὲ χίμαιρα*. Virgil. rursus lib. 7. de Turno armato.

*Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Ætneos efflantem faucibus ignes.*

Lucret. lib. 2. *Tum flammam tetro spirantes ore Chimæras*. Versiculum Homeri dimidiatum, ut solet, citat M. Tullius lib. 2. epist. ad Atticum. Quod de Q. F. epistola scribis ad me, quæq; fuit *αἰεὶ δὲ λέων, ὀπίθην δὲ* quid dicam nescio. Lucret. lib. 5. eundem versiculum interpretatur, ubi nimirum probat, Chimæram nunquā extitisse; hoc argumento, quod cum poetæ fabulentur, eam flammam ore efflare solitam, constet autē Chimæra ex leone, dracone, capra: leones proinde, ut cæteræ animantes à flamma ledantur. Ex Lamb. in Lucret. Sed ipsos versus en accipe.

*Flamma quidem verò quum corpora fulua leonum
Tam soleat terrere, atq; urere, quam genus omne
Visceris in terris quodcunq;, & sanguinis extes:
Qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una
Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra
Ore foras acrem efflaret de corpore flammam?*

GORGONES, HARPYIÆQVE) Gorgones tres fuere sorores, Phœrcynis filia, Euryale, Stheno, & Medusa, quarum capita draconum squamis obsita fuisse dicuntur, dentes maximi, suum instar. Item manus, & alæ, quibus per aera ferri dicebantur, & in se intuentes in saxa vertere. Ex tribus verò Medusa mortalis fuisse fertur, ideoq; à Perseo decollata, &c. Vide Gyr. Syntag. 5. Natal. lib. 7. cap. 12. De Harpyijs dictum lib. 3. lege Gyr. Syntag. 6. in Furijs.

FORMA TRICORPORIS VMBRÆ) Geryon fuit rex

Hispaniæ triplici corpore, Chrysaoris, & Callirrhœos filius. Hic boues alebat, qui hospites vorabant. Canem item habebat duorū capitum in Erythræa, ac septicipitem draconem ex Typhone, & Echidna genitum, qui boues ipsos custodiret. Habuit verò suæ crudelitatis ministrū impigrum, atq; diligentem Eurytionem, &c. Natalis lib. 7. cap. 1. Cur fictum, tria habuisse corpora, vide Gyr. in Hercule, pag. 553. p.

STRICTAMQVE ACIEM VEN. OFFERT) Homerus Odyss. λ. ita fingit Vlyssē ad inferos descendentem timuisse, ferrumq; nudasse, cum mortuorum umbras, seu animas apparere vidisset. Nascimb.

Offert strictam aciem venientibus Æneas, non ad feriendum, sed ad repellendas umbras: vnde & offert dixit: sacerdos autem ferire prohibet. Ita Seruius. Hæc nescio quam cum sensu poetæ concordent: percussurus utique fuerat, nisi Sibylla ictum inanem futurum, & aerem verberaturum monuisset. Pugnare secum videtur Seruius. Si enim non ad feriendum offerebat strictum gladium, non erat cur cum sacerdos ferire prohiberet. ✱

DOCTA COMES) rerum gnara, sapiens, & diuinæ voluntatis conscia.

TENVES SINE CORPORE VITAS) Eleganter, & verè ipsas animas appellat vitas. Sic in 12. *Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras*. Hoc est argumentum, quo Augustinus potissimū animi immortalitatem confirmat. Nam cum animus, inquit, sit per se ipsum vita, non capit vita interitum: sicut nec lux obscuritatem, fortitudo imbecillitatem, veritas falsitatem: corpus autem in eo differt, quod non à seipso, sed ab alio sumit vitam, id est, ab animo: nimirum igitur, si illo recedente extinguitur, tanquam à vita deseritur: animus autem, qui vitam per se habet, non potest extinguī: quandoquidem nemo seipsum deserit. Et pulchrè D. Bernhard. Vita, inquit, anima est, viuens quidem, sed seipsa, & per hoc non tam viuens, quàm vita, ut propriè de ea loquamur. Inde est, quod infusa corpori viuificat illud, ut sit corpus de vitæ præsentia non vita, sed viuens. In hoc autem gerit anima similitudinem quandam cum deo, quod non solum est vita, sed etiam viuificans. Sequitur etiam, ut sit immortalis: quoniam cum sibi ipsi vita sit, sicut non est quo cadat à se, sic non est quod cadat à vita. ✱ *Veruntamen quæ sequuntur in Virgilicis sonant, quasi animæ imaginū earum, quæ è speculis redduntur, essent similes, quæ tamen si nostram speciem referant, ad motus, actionesq; imitentur, corporea tamen natura, quæ tactui subiaceat, sunt expertes. Im Hieron. Columna ad illud Ennij ex Hecuba, falso sanguine imagines mortuorum. Ex quo etiam clares, quid velint poeta, cum eas vocant umbras, & simulacra luce carentium.*

CAVA SVB IMAG. FORMÆ) Cauum proprietates est sinuosi, & concaui, ac per hoc sine dubitatione corporalis. Virgil. verò de incorporalibus, quæ sunt inania tantum, vel obscura, dici posse testatur hoc quidem loco, & lib. 10. *Tum dea nube cava tenuem, & sine viribus umbram, &c.*

IRRVAT, ET FRVSTRA FER. DIVERB. VMBRAS) Enallage temporis, pro irruisset, diuerberasset: sed frustra, cum substantiæ sint plane corporis expertes, quæ nec sensu aliquo tangi, nec lædi possunt. Montfortius.

295 Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas:
Turbidus hîc cœno, vastaq; voragine gurgēs
Æstuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam.

Portior

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
 Terribili squalore Charon, cui plurima mento
 300 Canicies inculta iacet, stant lumina, flamma:
 Sordibus ex humeris nodo dependet amictus.
 Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat,
 Et ferruginea subuectat corpora cymba,
 IAM SENIOR, SED CRUDA DEO, VIRIDISQVE SENECTVS.

HINC VIA TART. Q. F. ACHERONT.) Eodem ordine vsus est Plato in describendis inferorum locis in Axiocho, cum ait. Vestibula autem, quæ aditus ad Plutonis regnum, ferreis sunt claustris, atque clauibus obfirmata, aperientem illa fluuius Acheron excipit: post quem Cocytus est: eos ubi quis traiecerit, ad Minoem, & Rhadamantum est accedere necesse, &c. Hic *vegeas in stygis paludis* mentio fit, quam turbidum gurgitem vasta voragine appellat, id quod facile intelligi potest, quod paulo infra ait Sibylla, *Cocytus stagna sua videt, stygiamq; paludem*. Huiusmodi igitur est horum fluuiorum situs. Acheron est, quem poeta de tartaro sentit exire: huius æstus stygiam facit paludem: de styge nascitur Cocytus: quæ si allegoricè interpreteris, Acheron absque gaudio significat. Qui gaudio caret, ista tristitia afficiatur necesse est, quod per stygem designatur, *ὁ δὲ στυγὴν δίκταν*. Tristitia luctui proxima est, qui Cocyti nomine intelligitur, *ὁ δὲ κόκυτος*, id est, lugere. Nascimb.

PORTITOR HAS HORREND. AQ. ET FLVM. SER.) Seneca Hercule Furiente hanc imaginem Charontis depinxit, sanè feliciter, res ipsa docebit.

*Hunc seruat amnem, cultu & aspectu horridum,
 Panidosq; manes squalidus gestat senex:
 Impexa pendet barba, deformem sinum.
 Nodus coerces, concana lucent gena,
 Regit ipse conto portitor longam ratem.*

Idem Oedipo.

*Quiq; capaci turbida cymba
 Flumina seruat, durus senior
 Nauita Charon.*

Portitores sunt telonarij, qui portum obsidentes, omnia scrutantur, ut ex ijs vestigal accipiant. Nonius.

Etiā Propert. portitorem vocat Charontem lib. 4. eleg. 12.

*Vota mouent superos, ubi portitor ara recepit
 Obserat herbosus lurida porta regos.*

Iuuenalis porthmea græco nomine appellauit, *tetrumque non itius horret Porthmea*, à *πορτῆμα*, quod est trajicio, transfreto. Vnde Ouid. de ariete, qui Phryxum gestauit, & Hellen pauidam in mare deiecit, à quo casu Helle ponto nomen est, ita cecinit. *Mox ubi nubigena Phryxi, nec portitor Helle*. Nam ut Phryxi, quem transfretauit, portitor fuit, ita Helles *πορτῆμας*, id est, transfretator non fuit, quia eius ergo lapsa in mare decidit. Ut portitor à portando habeat significationē, formam verò à portu, & de eo qui naui freta, vel flumina cymba, aut lintre trajicit, apud poetas dicatur. Hæc Erythræus indice.

CVI PLVR. M. CAN. INCULTA IACET) barbam ha-

A bebat effusam, canam, sed neglectam, non illam comibat, ut hodie quidam solent: sed tamen etiam hodie senes hanc curam in posterioribus habent: quippe senectus deliciarum solet esse incuriosior.

STANT LUMINA FLAMMA) id est, pleni sunt oculi flammis, flammant oculi. Sic lib. 12. *iam pulvere calum stare vident*, id est, oppletum puluere. Lucilius, pectus sentibus stare, id est plenum esse. Turneb. lib. 28. cap. 32.

SUBVECTAT CORPORA CYMBA) Testatur Lucianus, dialogo de luctu, id moris fuisse apud antiquos, ut obolum numisma perexiguum in os singulis mortuis includerent, quod naulum esse Charontis arbitrabantur. Is autem numulus danace à Græcis dicebatur, ut gestatur Callimachus. Aristophanes autem in Ranis, duos obolos postea naulum eiusdem fuisse scripsit. Neq; tamen ea parua mercede semper contentus fuit: sed aliquando ab Atheniensium imperatoribus, ne illi æuari multitudini cogerentur, auctum est Charonti stipendium, & vsque ad triobolum peruentum. Tanta fuit antiquorum nonnullorum dementia, ut inferos etiam auaritia, & nummorum desiderio vexari, arbitrati sint. Hæc carptim ex Natali Comite, lib. 3. cap. 4.

IAM SENIOR, SED CRUDA. D. VIRID. SEN.) Huiusmodi senectus est illi, qui apud Euripid. Iphigenia Aulidensi ab Agamemnone euocatus, ita glorians respondet.

*Μάλα τὸ γῆρας τὸ μὲν αὐτῶν,
 Καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ὅθι πάρεστιν.
 — mea namq; est
 Multum impigra, vigilq; senecta,
 Sic, ut & ipsis constet, & adsit
 Vigor, atq; acies sua luminibus.]*

Hic senioreni quispiam intelligeret, qui iam 45. annum excessit: nam ab hac ætate seniores dicebantur apud Romanos. In iuniores enim, & seniores diuidebantur Romani. Quam in sententiam discedere videtur Seruius. Mihi tamen videtur senior esse, qui progressiori esset ætate, cum scribat, *cui plurima mento Canicies inculta iacet*, sed ætatem bene ferret, ut senectus cruda videretur, & viridis: cruda autem est, non matura, sed viridis adhuc. Nam matura dicitur in ijs, qui ea prope confecti sunt. Cruda senect. quæ ante diem venit Hesiodo, cum ait, *καὶ ὅμῳ γῆρας δάκνῃ*: vnde & *ὁμογῆρας* Turneb. lib. 22. cap. 18.

Tacitus in vita Agricola: quibus cruda, ac viridis senectus, clari bello, haud dubiè huc respiciens. Galen. lib. de conseruanda valetud. triplicem facit senectutem: primam dicit vocari crudam, & ab ea *ὁμογῆρας*: secundam circiter annum sexagesimum, à qua *γῆρας*: tertiam decrepitam, à qua *σενίλιος*. German.

305 Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
 Matres atq; viri, defunctaq; corpora vita
 Magnanimùm heroum, pueri innuptæq; puellæ,

X* 3

Impo-

Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum:

QVAM MVLTa IN SYLVIS AVTVMNI FRIGORE PRIMO

- 310 LAPSA CADVNT FOLIA: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
Stabant orantes, primi transmittere cursum:
Tendebantq; manus ripæ vltioris amore:

- 315 Nauita sed tristis NVNC HOS, NVNC ACCIPIT ILLOS:
Ast alios longe summos arcet arena.

HVC OM. TVRBA AD RIPAS) Huc, ad Charon-A rem concurrebat omnis animarum turba, vt eius ministerio vltius trajiceretur. Memorat deinde quorum essent animæ, varios gradus. Vltimos cū miseratione nominat. Durum est enim iuuenes mori, qui sibi adhuc, & suis, & patriæ prodesse potuissent. Quam funestum parentes interesse funeribus liberorum, curare tam duras exequias, & ardentes aspicere? Donatus.

IMPOSITIQVE ROG. IUVEN. A. ORA. PAR.) Catull. In Egnatium, seu pij ad rogum filij Lugeatur, orba cum flet vnicum mater.

AVTVM. FRIG. P. LAPSA CAD.) Extremitatem autumnii vult ostendere, nam prima pars eius feruet, vt, totoq; autumnii incanduit aestu. Sanè sciendum secundum Plinium, folia autumnali tempore cadere, quia omnis tunc in arboribus humor æstatis calore inuenitur exhaustus. Ergo cadunt, non quia tunc exficari incipiunt: sed quia omnis deest humor. Seruius. * Diligens imitator Maronis Claudianus, ecce quam doctè, atq; dentè ad insitutum suum hac accomodat lib. 3. de raptu Proserp. ad quam videndam, ait animarum ingentem factum concursum, eumq; persimili comparatione illustrat.

— hæc fatus ouantes

Exhortatur equos, & tartara mitior intrat.

Conueniant animæ, quantæ truculentior Auster Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas. Cunctaq; præcipiti stipantur tartara cursu, Insignem visura nurum.

QVAM MVLTÆ GLOM. AVRS) Bene rebus volitantibus comparauit animas, quia & ipsæ volant. Seruius. Similis comparatio est apud Senecam in Oedipo. Nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas Permutat hyemæ alas, & calum secans Tepente Nilo pensat Arctos arctos.

Lucan. lib. 5. Strymona sic gelidum, bruma pallente reliquas Poterat Nile gruas.

STABANT ORANT. PRIMI) Stabant, & rogabant. totum ad obsequium supplicum. Quod rogabant, vt præ alijs, & quam primum trajicerentur, omnis mora erat ipsis longa: adeo ripam vltiorem desiderabant, cuius desiderij causas Sibylla mox edicet. Necessè autem fuit, propter cymbæ paruitatem iterum, iterumq; paucos accipere: in quibus tamen adhuc delectum habebat. Par erat, qui multo priores ad inferos venerant, eos etiam prius transuehi, quos cū nosset Charon, alios longè à littore, seu ripa ad quā stabant, repellebat, vt cæteris esset locus. 36

Æneas (miratus enim, motusq; tumultu)

Dic, ait, ô virgo, quid vult concursus ad amnem?

Quid uerpetunt animæ? vel quo discrimine ripas

- 320 Hæc linquunt, illæ remis vada liuida verrunt?

Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos.

Anchisa generate, deûm certissima proles,

Cocyti stagna alta vides, stygiamq; paludem,

Dij cuius iurare timent, & fallere numen.

- 325 Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataq; turba est:

Portitor, ille Charon: hi, quos vehit unda, sepulti.

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluentia

Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.

Centum errant annos, volitantq; hæc littora circum:

- 330 Tum demum admissi, stagna exoptata reuifunt.

QVID VULT CONCVRS. AD AM. QVIDVE PET.) Cuius erant, adiungit, portitoris, fluuiorum, paludisq; nomen, quæ tamen ad quæsitâ plurimum faciunt. Inter initia beneuolentiam Æneæ colligit, quam ex præstantia generis iugaliuor commendat. Quod nimirum Anchisæ filius, illius, cum quo commune parentis Non dedignata est nomē habere Venu, vt ait quidam. Quod deûm certissima proles. Hoc amplius est. certissima verò, quia nonnulli ad gloriam generis sui, se è numinib; genitos mentiuntur, vt de Romulo, & Alexandro M. legimus, quorum

LONGÆVA SACERDOS) Cur dicatur longæua, lege fabulam planè fabulosam apud Seruium. Quæsitis Æneæ breuiter respondet, & pluræ etiam quam quæsi-

tu erant, adiungit, portitoris, fluuiorum, paludisq; nomen, quæ tamen ad quæsitâ plurimum faciunt. Inter initia beneuolentiam Æneæ colligit, quam ex præstantia generis iugaliuor commendat. Quod nimirum Anchisæ filius, illius, cum quo commune parentis Non dedignata est nomē habere Venu, vt ait quidam. Quod deûm certissima proles. Hoc amplius est. certissima verò, quia nonnulli ad gloriam generis sui, se è numinib; genitos mentiuntur, vt de Romulo, & Alexandro M. legimus, quorum

quorum ille Martis, hic Iouis Ammonis videri filius volebat. Sic alibi. *Salve vera Iouis proles*. Vera, non simulata, legitima, germana. Nascimb. Seruius.

DII CVIVS IVRARE TIMENT) Statius lib. 8. Thebaid. *Et Styx per iuriam diuinum*. Arguis. Homer. Odyss. 4.

Ἰσὼ δὲ τὸ δὲ γαῖα, καὶ ἕρην· εὐρὺς ὑπερθεῖν,
καὶ τὸ καὶ ἑρμῆον συγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος
Ὀρμος, διπλάσιον τε πάλιν μακρότερος θεοῖσι.

Apollon. 2. Argon.

Ὡς φασὶν λαοὶν συγὸς ὤμοσεν, ἥ τε θεοῖσι
Πύρην πάλισσιν, ὀπιιδάτη τε τέτυκ).

Ausonius in Monosyllabis. *Quid piat diuinum, per iuriam nocticolor Styx*. Apuleius lib. 6. Metam. Dii etiam, ipsi- B que Ioui formidabiles aquas stygias, vel fando comperisti? quodque vos deieratis per numina deorum, deos per stygis maiestatem solere? Apollo, siue Sol apud Ouid. 2. Metamorph. ad Phaetontem filium, cui quiduis daturum promiserat, quod ille petiisset: petiuit autem adolescens inconsideratus, ac temerarius ad vnu diem moderamen currus eius.

*Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Ne dubites, dabitur (stygias iuranimas undas)
Quodcumq; optaris: sed tu sapientius opta.*

Quod si qui per aquam stygiam peierassent, ad certum tempus deorum reliquorum epulis, & consuetudine multabantur. Plura de his, & quamobrem hic honor C Stygi habitus, Natalis Comes libro 3. cap. 2. quem leg.

Ceterum, quia sanctiores etiam Christianorum litteræ deum nō commentitium, sed verum, & vnicum iurare affirmant, disputat de eo sapienter Philo Hebræus, in libro de sacrificijs Abelis, & Caini, an verè id illi conueniat: quoniam plurimis videtur non esse id illi proprium. Iusiurandum enim intelligitur testimonium dei de re ambigua, deo autem nihil est incertum, aut dubium: quin etiam alios in cognitionem veritatis conatur inducere. Ipsi certè nullo teste opus est: nec enim est alius deus huic honore par. Ne quid dicam de teste, quod in quantum testimonium exhibet, maior est eo cui datur testimonium: alter enim opis indiget, alter fert. At quod opem fert, fide dignius est eo, quod hoc indiget. Sed nihil est præstantius summo illo rerum auctore, quia ne conferendum quidem quidquam, immo neque paulo deterius: sed toto genere demissum infra deum inuenitur, quidquid est. Et homines, ut fides ipsis habeatur, ad iusiurandum confugiunt: Deus vel simpliciter loquens fide dignus est. Itaque verba eius, quantum ad certitudinem, nil à iuramento differunt. Ita fit, ut sententiæ nostræ fides ex iureiurando accedat, ipsi vero iuramento, ex deo. Nō enim propter hoc deo creditur: sed hoc per deum confirmatur. Cur igitur vati nostro (Moyse) visum est iurantem eum introducere: ut infirmitatem creaturæ coargueret, & conuictam consolaretur. Non poterat enim anima nostra semper in promptu habere, præcipuam illam de Deo sententiam, non esse eum homini similem, ut transcendamus, quidquid prædicatur de homine: sed quia maxima ex parte affines sumus reum mortalium, & præter eas nihil cogitare possumus, neque proprios morbos egredi: sed induti rebus mortalibus, tanquam cochleæ, eisque harum in morem inuoluti, easdem de illo beato, immortalique, quas de nobis opinio- mes habemus, verbis quidem negantes deum humana forma præ-

ditum, re autem, ab impietate quorundam, qui affectus ei tribuunt, non alieni, utcumque tergiuerlamur: ideo manus, pedes, introitum, exitum, odium, alienationem, auersationem, iram ei assignimus, affectus nihil ad auctorem illum suum pertinentes, in quibus & iusiurandum est, quo subleuatur nostra infirmitas. Idem auctor lib. 2. Allegoriarum legis, sapienter demonstrat quomodo absurdum nō sit, deum per semetipsum iurare ac sibi met testimonium ferre, ab eo loco: Aiunt sanè iusiurandum testimonium esse dei de re, &c.

INOPS, INHYMATATQVE TURBA) Inhumatam turbam vocat, quæ legitima caruit sepultura: inopem, quæ etiam imaginaria, seu cenotaphio, & vult hanc tantum valere, quantum illam.

PORTITOR ILLE CHARON) Portitores qui dicerentur, paulò antè ex Nonio tradidimus. Cic. 4. de Repub. Nolo enim eundem populum imperatorem, & portitorem esse terrarum. De Offic. Primum improbantur ij quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum. Portoria erant pecuniæ, quæ portitoribus pendebantur, id est ijs, qui mercedes ex mercibus in portum deuehendis exigebant, unde circumuectionis quoque portorium celebratum est. Nonius, & Festus.

QVAM SEDIBVS OSSA QUIERVNT) quam sepultura affecti fuerint. Sepulchrum quippe est propria mortui cuiusque sedes. Sic supra de Miseno, *Sedibus hunc refer ante suis*, cum illum sepeliri iuberet. Per soporem Achilli obiectus Patroclus apud Homerum Iliad. 4. orat, ut se ocyus sepulchro commendet, ne ab ostio inferorum diutius excludatur. Vmbas, & manes ob stare sibi insepulto, quo minus fluiuium infernum traijciat. Hinc se per vastas Orci solitudines errare, & vagari. Stat. lib. 1. Thebaid. de vmbra Laij:

— *Et extinctum nati quem vulnere nondum
Ulterior Lethæ accepit ripa, profundi
Lege Erebi.*

CENTVM ERRANT ANNOS) Centum annos errare ideo dicit, quia illi sunt legitimi vitæ humanæ: quibus completis, potest anima transire ripas, id est, ad locum purgationis venire, ut redeat rursus in corpus: seu ita. Numeri quos vniuersos dicim⁹ (denarius, centenarius, millenarius) purgationi, & emaculandis dicantur animis, ut labes ex peccato inusta, concretaque prorsum, eluenda significetur, ut candidissima æternitatis luce perfrui valeamus: quæ depuratum modo, extersumque nitidius admittat. *Æthereum sensum, atq; aurai simplicis ignem*. Propterea reconditoris scientiæ poeta nobilis, Platoniorum mysterijs ampliter imbutus ita pronuntiat, *Centum errant annos, volitantq; hæc littora circum*, &c. Et alibi ad eundem sensum, *mille rotam voluere per annos*. Rhodigin.

TVM DEM. AD. STAG. EXOPT. REVIS.) Centum annis exactis, ad Lethen, & Styga reuertuntur, quarum desiderio tot annos captæ fuerunt, & per eas transuehi cupierunt.

Constitit Anchisa latus, & vestigia pressit,
Multa putans, sortemq; animo miseratus iniquam.
Cernit ibi mæstos, & mortis honore carentes,
Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem:
335 Quos simul à Troia ventosa per æquora vectos
Obruit Auster, aqua inuoluens nauemq; virosq;
Ecce, gubernator sese Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper cursu, dum sidera seruat,
Exciderat puppi, medijs effusus in vndis.

Hunc

- 340 Hunc vbi vix multa mœstum cognouit in vmbra,
Sic prior alloquitur. Quis te Palinure deorum
Eripuit nobis, medioq; sub æquore merfit?
Dic age. namq; mihi fallax haud antè repertus,
Hoc vno responso animum delusit Apollo:
345 Qui fore te ponto incolumem, finesq; canebat
Venturum Ausonios. en hæc promissa fides est?

CONSTITIT, ET VESTIG. PRESSIT) Non est *ταυ-
ταλογία* sed *τὸ κοῤῥῆσις*, ad gressus compressionem, al-
terum ad animi cogitationem refertur: solent enim
cogitabundi pedē figere, & consistere aliquando: ideo
sequitur, *multa putans*. Nascimb.

MVLTA PUTANS) *ἀπαίσῃς*, pro reputans. Te-
rent. *Dum hæc puto, præterij imprudens villam*, pro re-
puto. Putamus enim instantia: reputamus præterita.
Donatus in Eunuchum.

SORTEMQVE ANIMO MISERAT. INIQVAM)
Sors iniqua quæ sit, ex superioribus patet. Mortis ho-
nor sunt exequiæ, & pompa funebri, quali sepultus est
Misenus. De naui Orontis habes libro 1. *Vnam qua Ly-
cios, fidumq; vehebat Orontem*, &c. Rectorem illius iam
cognoscis dictum Leucaspim, de quo ibi dicitur, *pro-
nusq; magister Voluitur in caput*. Equora ventosa vo-
cat, quia plurimum ibi venti dominantur. Catull. *Quæ
simul ac rostrois ventosum proscidit æquor*. Nascimb.

SESE PALINVR. AGEBAT) ægre se mouebat: ægre
enim se tardi, & tristes dicuntur. Et fortasse à physica
ratione tractus est sermo: nam agitur corpus animi iu-
dicio. Nascimb.

QVI LYBICO NVPER CVRSV) Adeas licet lib. 5. in
extremo, ab illo loco, *famq; ferè media cali nox humida
metam Conrigerat*.

VIX MVLTÀ MOÏSTVM COG. IN VMB.) Totus
Platonius est in hoc libro Maro noster, & hîc maximè
Platonis sententiam sequitur, de anima vitij inquinata.

Quæ, donec in sordibus inuoluta est, obscura existit,
vixq; agnosci potest: vbi vero per purgationem è sordi-
bus emerferit, clarius sit. Cum igitur Palinurus ad pur-
gatoria loca nondum transierit, quid mirum, si eum ag-
nouit Æneas? Est autem oratio Æneæ partim petitoria,
partim expostulatoria. Primum enim ab eo quærit, ut
perierit. Deinde se ab Apolline delusum fuisse conque-
ritur. Orditur à commiseratione, cum ingenti doloris
affectu. Et videtur sentire, deos tum Palinuro, tum sibi
iratos fuisse. Et occurrere innuit, Apollinis oraculum nō
semper esse verum. Nascimb.

QVIS PALIN. DEOR. ERIP. NOR. MED.) Poetis
familiaris fuit Dijs suis tam mala, quam bona omnia ac-
cepta ferre. Virgil. alibi. *Quis deus Italiam, quæ vos de-
mentia adegit?* Ouid. *Quis deus hunc formosis*, inquit,
iniquus Perdere vult? Liuius Andron. in Odyssæa. *In-
ferus, an superus tibi fert hæc funera Vlyxæ*. Anchilochus
τοῖς θεοῖς τῷδε νόσφι. Adde Senecam Thyeste *Quis male
deorum Tantalum vinas domos Ostendit iterum?* Ibidem
hæc Delrius.

HOC VNO RESPON. AN. DEL. APOLLO) In hoc
tantum mentitus est mihi Apollo. quomodo deluserit,
mox exponitur. Veruntamen euenit quodd prædixerat,
tamen non eo sensu, quo Æneas, & Palinurus capie-
bant verbum. Sed fuit mos oraculi illius, ambigua re-
sponsa dare. Diabolus enim quamuis ab initio mendax
fuerit, & pater mendacij, noluit tamen videri menti-
tus. ✱

- Ille autem, Neq; te Phœbi cortina fefellit,
Dux Anchisiade, nec me deus æquore merfit.
Namq; gubernaculum multa vi forte reuulsum,
350 Cui datus hærebam custos, cursusq; regebam,
Præcipitans, traxi mecum. maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
Quam tua ne, spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis naui surgentibus vndis.
355 Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto
Prospexi Italiam, summa sublimis ab vnda.
Paulatim adnabam terræ, iam tuta tenebam:
Ni gens crudelis madida cum veste grauatum,
360 Prensanterq; vncis manibus capita aspera montis,
Ferro inuasisset, prædamq; ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, versantq; in littore venti.

NEQVE TE PHOEBI CORTINA FEFEL.) De fide D
oraculi primum respondet. Cortina est tripus, seu vas
aureum, tribus pedibus sustentatum, in quo sedentes
Phœbades vaticinabantur. Et quia huiusmodi tripodes,

seu cortinæ Apollini Delphico dicari solebant, alio no-
mine Delphicæ nuncupatæ fuerunt. Plin. lib. 34. Ex ære
factitauerunt & cortinas, tripodum nomine, Delphicas,
quoniā donis maximè Apollinis Delphici dicabantur.

Expo.

Exponit deinde casum suum, suamq; de Ænea sollicitudinem, & animum plenum pietatis in ipsum ostendit, qui de eius, quam de sua salute magis anxius fuerit. Et tempestatis, periculi que sui magnitudinem exaggerat à diurnitate temporis. Sequitur *πρότερον* præter spem, à Lucanis enim cum ad littus adnataisset quia luctum aliquod inde expectabant, fuit crudeliter interfectus, & rursus in undas abiectus. Nascimb.

VIX LVMINE QVARTO P. ITAL.) Lux & lumen pro die sumuntur, quoniam sine luce, & lumine dies non est. Sic infra, *Quin & supremo cum lumine vita reliquit.* Tuscul. 3. *Namq; nimis multos atq; omni luce cadentes Cernimus.* Idem pro Milone: Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij. Ouid. 4. Fast.

*Restat ut inueniam, quare toga libera detur
Luce geri pueris, candide Bacche, tua.*

Pro Rabirio Cic. ex Ennij Medea. *Si te secundo lumine hic offendero.* pro secundo die. Paul. Manut. in Milonian. Sic Catull. de dijs. *Nec se contingi patiuntur lumi-*

ne claro, id est, claro die, ut Germani, *am hellen liechten tag.*

PRENSANTEMQVE MANV CAP. ASP. MONTIS) identidem apprehendere conantem. Summum conatum signat in luctando circa promontorium. Montem item saxum vocat *ὑπερβολικὸς*. Accipere possumus, inquit Donatus, aspera saxorum, quæ ex radicibus montis, quasi cum quibusdam capitibus in mare tenduntur, quæ apprehendere, & ibidem adhærescere nitebatur.

NUNC ME FLVCT. H. VERS. IN LIT. VENTI) Me, id est corpus meum, quod insepultum iactatur fluctibus, & modò ad littus propellitur, modò à littore in altum repellitur. Eadem pæne est Palinuri oratio cum illa Polydori in Hecuba Euripid. sic enim ille de suo corpore.

*Κοίμαι δ' ἐπ' ἀλάϊς, ἄλλοτ' ἐν πόντῳ σάλα
Πολλοῖς δαυλοῖς κυμάτων φορέμενον.
Nunc super arena littoris iaceo, hæc enim
Æstu per aquor huc, & huc veetus ago.* ✱

Quod te per cæli iucundum lumen, & auras,

Per genitorem oro; per spem surgentis Iuli,

365 Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram

Inijce (namq; potes) portusq; require Velinos.

Aut tu, si qua via est, si quam tibi diua creatrix

Ostendit, (neq; enim, credo, sine numine diuûm

Flumina tanta paras, stygiamq; innare paludem)

370 DA DEXTRAM MISERO, & tecum me tolle per undas,

Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

QVOD TE PER CÆLI IVCVNDVM) Sophocleam B imitationem obseruat Nascimb. Lib. 2. Æneid.

*Quod te per superos, & conscia numina veri
Per, si qua est, qua restas adhuc mortalibus usquã
Insemerata fides, oro.*

Quem locum vide cum symbola. Sic lib. 3. Achæmides.

—— per sidera testor,
*Per superos, atq; hoc calispirabile lumen,
Tollite me Tencri.*

Horat. similiter.

*Quod te per genium, dextramq; deosq; penates
Obsecro, & obtestor, vite me redde priori.*

AVT TV MIHI TERRAM INIJCE) Vide supra: quam sedibus ossa quierunt. De terra mortuis iniicienda Phocylides, γὰρ ἀνὴρ ἐπιμοιρᾶται ἀπαρχαῖοις νεκροῖσι. Et Sophocles. ληπὴ φεύγοντι ὡς ἄγος κόνις ἐπὶν. Dionysius de Horatio lib. 3. ἀλλ' οἱ παριόντες αὐτὴν ἐρριμένον ἐν τῷ διερχόμενῳ χωρίῳ, λίθους ἐπιφορῶντες, καὶ γῆν, ἐκείνου ὡς πῶμα ἔρμιον κηδόμενον. Quibus è verbis intelligimus, hoc genere sepulture qui præteribant, in eos uti solitos, quos propinquus nemo funerabat. Festus porro præcidaneam porcā dicit, quæ immolabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, id est, glebā non obiectisset: hoc intelligo de genere sepulture, quod per iniectionem glebæ fiebat: quod genus omnium infimum erat, usurpabaturque, cum quis in cadauer insepultum iniecerat. Nam insepultum relinquere, nefas habebatur, quod porca expiandum esset, id est, piaculāribus sacris soluendum. Horat. Ode 28. lib. 1. *licebit iniecto ter pulvere curras.* Inexpiabilem pæne fraudem fuisse id non facere, ostendit.

*Negligis immeritis nocituram,
Postmodo tæpatis fraudem committere, fors &
Debita iura, vicesq; superba
Te maneat ipsum, precibus non linquar inultis,
Teq; piacula nulla resolvent.*

Turneb. lib. 16. cap. 22. Et lib. 25. cap. 6. Idem Comment. in Varro. de ling. lat. Qui Romanus vltus est, aut in sepulturam abiecta gleba non est, humatus non dicitur. Festus in vocabulo præcidanea, scribit obiecta, Virgil. iniecta. Sed & Cic. 2. de leg. Et quod nunc communiter in omnibus sepulchris ponitur, ut humati dicantur, id erat proprium tum ijs, quos humus iniecta contegeret.

C Sepulcrum ante non est, quàm iusta facta, & corpus incensum. Humatos propriè dicebant, quos humus iniecta contegeret. Eum morem ius pontificale confirmat. Nam prius quàm iniecta gleba est, locus ubi crematum corpus est, nihil habet religionis: iniecta gleba tumulis & humatum est, & gleba vocatur, ac tum denique multa religiosa iura complectitur. Ex hoc vero ritu copiosius explicato, enarratur amplius hic locus Maronianus, in quo plus iusto inarescunt interpretes. Impium porro censebant, viso cadauere insepulto non inieciisse puluerem, quod in Antigone indicat Sophocles, & Arthenis Buzyges eos esse execratus, qui inhumatum corpus neglectui habuissent. Iam & Græci hinc sepulcra dicunt *ἥμα*, hoc est eria, ut Theocriti interpres scribit in Pharmaceut. *ἡμα τὴν ἐπὶ τὰ νεκρὰ ἔργον.* Id est, ab ea, quæ mortuis iniicitur terra, quam vocant eriam. Sunt qui eria opinentur dici non surrecta, sed iacentia sepulcra. Rhodig. lib. 17. cap. 21.

PORTVSQVE REQUIRE VELINOS) Hyginus, ut refert Gell. lib. 10. cap. 16. reprehendit Virgiliū, & cor-

Y*

& correcturum fuisse existimat hunc locum. Quo, inquit, modo aut Palinurus nouisse, aut nominare potuit portus Velinos, & Æneas ex eo nomine locum inuenire, quum Velia oppidum, à quo portum, qui in eo loco est, Velinum dixit, Seruio Tullio regnante Romæ post annum amplius sexcentessimum, quàm Æneas in Italiam venit, conditum in agro Lucano, & eo nomine appellatum sit? Inscitissimè igitur petit, ut Æneas portum Velinum requirat, cum id nomen eo tempore fuerit nulquam gentium. Neque simile illud videri debet, quod est, in primo carmine, *Italiam fato profugus, Laviniaq; venit Littora*. Aut quod æque est in 6. libro, *B. Chalcidicæq; leuis tandem superastitit arce*, quoniam poetæ concedi solet *ἡ δὲ ὁρμή* historię dicere ex sua persona, quæ facta ipse postea scire potuit: sicut Virgil. sciuit de Lauinio oppido, & de colonia Chalcidensi. Sed Palinurus qui potuit scire ea quæ post annos sexcentos facta sunt? Nisi quis eum diuinasse apud inferos putat, perinde ut animæ defunctorum solent. Sed etsi ita accipias, quamquam non ita dicitur, Æneas tamen, qui non diuinabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum, cui nomen tunc, sicuti diximus, nullum usquam fuit?

Defendit tamen poetam Ionianus in Antonio his verbis. Quasi verò poetis permissum non sit, quæ etiam ad sua tempora in carmine referre, ut locorum, ut fluminum nomina, ut armorum genera. Dicat mihi velim Hyginus, cur non etiam accusat Virgilium, quod Æneam, qui Troianus esset, latinè loquentem inducat? Facessat igitur diligentia tam arcessita, & huiusmodi multa permittantur poetis. In quæ etiam volentes incidunt, non rerum ignorantia decepti.

Iuuat his annectere, quæ disserit Scalig. Poet. lib. 3. cap. 49. *Πρόληψις* latinè anticipatio, præsumptio, alia oratorum est, alia poetarum. Illa sit, cum præripimus id, quod ab aduersario adduci potest. Hæc, quoties poeta personæ suæ circumstantias attribuit ei personæ, & loco, cui per se non competunt. Circumstantia personæ multiplex est, atque inter cæteras tempus, & ea quæ ad sæculum cuiusq; pertinet. Idcirco si dicam, expugnatum oppidum bombardis Æneæ tempore, *ἡ δὲ ὁρμή* erit, siue præsumptio: propterea quod quæ bellica tormenta sic vocant, tunc non erant, nunc sunt. Vtuntur autem ea figura duobus modis: vnus est mollior, quum poeta loquitur. *Italiam fato profugus, Laviniaq; venit Littora*. Etenim illò cum appulit Æneas, nondum Lavinia littora dicebantur. Hoc tamen tolerabile est: subintelligas enim, quæ postea Lavinia dicta sunt. Alter modus duriusculus, vbi poeta personæ attribuit orationem, quæ mentionem faciat cuiuspiam rei tunc non existentis: aut si erat, nequaquam eo nomine vocabatur, sed illam appellari facit. Sic Palinurus, exempli gratia, Æneam rogat, ut suum corpus afficiat sepultura, designat locum: *portus*, inquit, *requirere Velinos*. Portus quidem erat, nomen autem aliud. Est igitur anticipatio, quia Virgilij tempore sic nominabatur. Durior autem est, ut dicebamus: quippe loquitur Palinurus, cui oratio è re ipsa, quæ suo tempori conueniret, attribuenda erat.

Meminit etiam Turneb. reprehensionis huius Maronianæ lib. 22. cap. 1. & affirmat, excusari poetam posse ex vocabuli notatione & significatione, quod Velinus sit palustris. Igitur perinde est, ac si diceret, requirere portum palustrem, vbi meum reperies cadaver. Velinus enim ab *ἑλῶ* deducitur.

Adnotatum à Græcis, Triptolemi temporibus Pythia primum cœpisse, annis post Orestem propemo-

dum sexcentis. Fingit tamen in Electra Sophocles Clytemnestræ nuntiari, Orestem in Pythicis perijisse certaminibus: quod ab interpretibus est animaduersum. Proinde excutiant ingeniosi, ecquid aduersus Gellij supercilium tueri hoc exemplo Virgilium queamus. Sic in Hercule Fur. apud Senecam Iuno. *Hinc clara gemini signa Tyndarida micant*, cum nondum essent nati diolcuri illi, id est Castor & Pollux. vocatur *ἀναγκισμὸς* hæc figura. Quanquam excusari potest aliunde hoc exemplum, quia Iuno, ut dea, præscire futura potuerit.

Accedat responsum Alciati Iureconsulti clarissimi. Regula est (inquit Parergon lib. 5. cap. 21.) iuris nostri certissima. Ex præsentis in præteritum præsumi: ut scilicet quod hodie est, & olim fuisse credatur: cui locum esse in ijs tradiderunt, quæ verisimiliter mutationis alicuius periculum non subeunt. Qui ergo fluuij, aut montes nunc sunt, & à creatò orbe verisimile est fuisse: quod natura rerum perpetua sit, licet vrbes ab hominibus conditas ante eorum conditores certum sit non fuisse: nec puto hac in re quemquā hæsitaturum. Quæ ratione defendi potest Virgil. tum hic, tum 3. Æneid. ibi, *Apparet Camarina procul, campi, Geloi, Arduus inde Acragas*. Non de ipsis oppidis loquitur, sed de campis, & fluminibus, quæ procul dubio semper fuerant. Veliam à fluuio eam præterlabente dictam esse auctor est Stephanus, dictione *ἑλῶ*: ut rectè possimus portum intelligere, quem fluuius ille facit. Sic & Camarina palus, seu fluuius est, sicut & Gela, & Acragas: etenim, ut Duris inquit, plurimæ Siculorum vrbes à fluminibus nomen sumpserunt, ut Syracusa, Gela, Imera, Selinus, Phænicis, Eryce, Camarina, Acragas. Dictus autem est fluuius Acragas ab Acragante, Iouis & Asteropes Oceanitidis filio, ut scribit Stephanus. Polybius fluuium ipsum, itemque ciuitatem à campis eius regionis nomen sumpsisse mauult, quæ *ἀκράγην* dicebatur *ἡ δὲ ἐν γῆ*, propter terræ bonitatem.

Modicius cap. 2. poetam hac ratione defendit. De Carthagine, quam Dido annis trecentis post Æneam condidit, nemo Virgilium reprehendit, quin etiam laudant omnes, quod rem bello Punico, inter Romanorum, & Carthaginensium conuicia fictam ita exornarit, ut pro vêtō habeatur. De Velia ratio quædam melior est: ad quam nos hoc pronuntiatum apportamus. Vbi causa nominis antiquissima fuit, potuit & nomen ipsum antiquissimum esse: ex quo dicimus poetis licere vrbes, quæ nomen à montibus, fluuijs paludibus, & fontibus habent, antiquiores, quam historici dicunt, facere. Lege quæ sequuntur. Extrema verba capitis hæc sunt. Palinuri corpus à ventis versabatur in littore, iuxta portum, qui erat in Lucanis. Ut inueniretur, erat portus ille aliqua appellatione declarandus. Quid aliud potuit Virgil. quam uti eo nomine, quod propter originem potuit antiquissimum esse?

DIVA CREATRIX) omnium animalium, ut videte est in præmio Lucretij: aut Æneæ creatrix, siue mater. Hoc melius, id quod ex lib. 8. patet, vbi ad Euan-drum Æneas de signo cælitus à Venere dato propter arma, quæ filio afferebat, *Hoc signum cecinit missuram dina creatrix*.

NEQVE ENIM SINE NUMINE DIVVM) Renouat locum à facili per coniecturam ex diuinitate Æneæ: ex qua colligitur argumentum à maiore. Si diuinitate, deorumque nutu ductus, hæc inferorum loca subire potuisti, quanto magis opem mihi ferre poteris?

DA DIX:

DA DEXTRAM MISERO) Fidei, & auxilij si- A
gnum dextra. Vide Pierium lib. 35. in Manu. Petit igi-
tur opem sibi ferri.

SEDIBVS VT SALTEM PLACIDIS IN MORTE)
Quo pacto hæc intelligenda sint, ex responso Sibyllæ
patet, *Tu stygias inhumatus aquas, &c.*

Talia fatus erat, cœpit cùm talia vates.

Vnde hæc, ô Palinure, tibi tam dira cupido?

Tu stygias inhumatus aquas, amnemq; seuerum

375 Eumenidum aspicias? ripamue iniussus abibis?

Desine fata deum flecti sperare precando.

Sed cape dicta memor, duri solatia casus.

Nam tua finitimi, longè lateq; per vrbes

Prodigijs acti cælestibus, ossa piabunt,

380 Et statuent tumulum, & tumulo sollemnia mittent:

Æternumq; locus Palinuri nomen habebit.

VNDE HÆC, Ô PALINURE, TIBI) Importunam B
Palinuri petitionem Sibylla reprehendit *ad vñ*,
Nam fieri non posse, vt inhumatus transeat ad inferos.
Consolatur eum tamen, vt in mœrore suo aliquid vo-
luptatis capiat. Pronunciat enim populos, à quibus oc-
cisus est, illisq; etiam finitimos, prodigijs è cælo terri-
tos, eius necem sacrificijs tandem expiaturus, tumu-
lumq; erecturos, & locum eius nomini perpetuum di-
caturos. Nascimb.

DESINE FATA DEVM FLECTI SPER. PRECANDO)
Seneca hoc dictum *Desine fata, &c.* ad mortem æqua
mente subeundam (in quo genere argumenti frequen-
tissimus est) aptissimè transfert epistola 77. verba re-
citabo. In hoc punctum coniectus es, quod vt exten-
das, quousque extends? Quid fles? quid optas? Per-
dis operam, *Desine fata deum flecti sperare precando.*

Rata & fixa sunt, atque magna, & æterna necessitate
ducuntur. Et ibis quod omnia eunt. Quid tibi nouum
est? ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc
matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, omnibus
post te. Series inuicta, & nulla mutabilis ope illigat, ac
trahit cuncta, &c.

PRODIGIJS ACTI CÆLEST. OSSA PIAB.) Monstra,
prodigia, portenta quid distarent, supra ex Nonio. De
historia hoc traxit, inquit Seruius: Lucanis enim pesti-
lencia laborantibus, respondit oraculum, manes Pali-
nuri esse placandos. Ob quam rem non longè à Velia
& lucum ei dederunt, & cenotaphium.

ÆTERNVMQ. LOCVS PALINVR. NOM.) Sicut mons
Misenus à Misenò, Caieta à nutrice Ænez, vt est prin-
cipio septimi.

HIS DICTIS CVRÆ EMOTÆ, PVLVSQVE PARVM PER

CORDE DOLOR TRISTI: gaudet cognomine terra.

Ergo iter inceptum peragunt, fluuióq; propinquant.

385 Nauita quos iam inde vt stygia prospexit ab vnda

Pertacitum nemus ire, pedemq; aduertere ripæ:

Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat vltro.

Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,

Fare age quid venias: iam istinc & comprime gressum.

390 Vmbrarum hic locus est, somni noctisq; soporæ:

Corpora viua nefas stygia vectare carina.

Nec verò Alciden me sum lætatus euntem

Accepisse lacu: nec Thesea, Pirithoumq;:

Dijs quanquam geniti, atq; inuicti viribus essent.

395 Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit,

Ipsius à folio regis traxitq; trementem:

Hic dominam Ditis thalamo deducere adorti.

HIS DICTIS CVRÆ EMOTÆ) Multum valuit Si-
byllæ oratio ad sedandum Palinuri dolorem, etsi eum
non depulit. Lætatur etiam, quod nomen suum apud
superos immortale futurum intellexit.

ERGO ITER INCEPTVM PERAG.) Cùm igitur,
quod pro ergo ponitur, nonnunquã etiam idem quod
inde, vel postea valeat in antiquis, testibus Grammaticis,
quid verabit, ne & ergo, pro deinde positum hoc

Clodo credamus? De igitur exemplum in Plauti Am-
phit. legitur.

Sin aliter sent animati, neq; dent que petant.

Sese igitur summa vi, virisq; eorū oppidū expugnassere.
Iam in Casina dicit Murrina, *Mox magis cū otium eris,*
igitur tecū loquar. Sic videtur locutus Prop. eleg. 2. lib. 3.

Hic erat affixis viridis spelunca lapillis,

Pendebantq; cauis tympana pumicibus.

Y* 2

Ergo

*Ergo Musarum, & Sileni patris imago
Fictilis, & calami Pan Tegeae tui.*

Quid quoddam etiam graecum tra plerumque Cicero pro
ergo vertit: Canterus lib. 4. cap. 26.

QUISQVIS ES, ARMATVS QVI) Quum duo ve-
nissent, commotionem suam in eum direxit, quem vi-
dit armatum: nouerat enim violentiam tacite, qui sunt
armati, saepius inferre. Et quis non moueretur, videns
tacitos venire per occulta nemorum, & propinquare
iuuenem stricto mucrone? Donatus.

Talis est oratio, qualis personae conuenit nauticae,
quam supra descripserat: solent enim nautae imperiosi
esse. Adde quod est apud inferos nauta, ubi nulla hu-
manitas est, sed superbia crudelitas, & arrogantia viget.
Videt ergo Aeneam à longè venientem, & imperiosa,
atque tyrannica hac oratione alloquitur, *Fare quid ve-
nias*. Immo etiam addit, *& comprime gressum*. Attamen
crudelis, & pæne inhumanus nauta tam superbæ, atque
imperiosæ interrogationis causam assignat. Putat enim
eò venisse Aeneam, ut transferatur ad inferos, coniectu-
ramq; trahit ex antecedentibus: nam & alij olim viui
homines eò venerant, Hercules, Theseus, Pirithous:
quos summa cum animi sui molestia inuitus vexerat.
Quamobrem edicit hunc esse locum umbrarum: quin
etiam rem exaggerat ab indecenti, dum sequitur, *Cor-
pora viua nefas*. &c. Rectè corpora viua dixit: nam sunt
etiam corpora mortuorum: quæ sunt ipsæ umbræ, & C
simulacra quædam, quæ videri possunt, ut antea ex Pla-
tone ostendimus. Hanc rem non ignorauit Homerus,
qui Iliad. 4. Patrocli umbram ira loquentem fecit, τῆ-
λέ μιν εἴργουσι ψυχὰς εἰδὼλα χαμόνων. Nascimb.

NEC VERO ALCID. ME SVM LÆTATVS) Cum
Hercules ad inferos descendit, Charon territus, eum
statim suscepit: ob quam rem anno integro in compe-
dibus fuit. Ideo ergo non lætatus, propter supplicium
scilicet suum. Iam Thesei pater habitus est Neptunus.
Pirithoum Iouis nepotē esse, inde constat, quod Ixion
eius pater, Iouis est filius, Seruius.

NEC THESEA, PIRITHOVMQVE) Scribit
Plutarchus in vita Thesei, duarum maximarū urbium
duos conditores spurios fuisse, Romulum Romæ, The-
seum Athenarum: qui cum spurij, & obscuri ambo fo-
rent, quia tamen armis, virtutibusq; egregij erant, à
dijs immortalibus prognati sunt existimati. His acce-
dit & Hercules, ad cuius templum spurij deferabantur,
quod & ipse similes natales habuerit, quamuis Ioue
genitus crederetur. Sed dixerit aliquis, quomodo Ioue
genitus Pirithous, quem constat Ixionis filium, Phle-
giæ nepotem fuisse, impijssimorum parentum? vnde
& φλεγῆων Græci dicunt, pro impiè agere. Respondeo,
non Ixionis, sed Iouis filium fuisse Pirithoum: etenim
à mythographis Græcis traditum est, cum Iupiter Dian
Ixionis coniugem amaret, in equum se transmutasse,
& circum eam saltantem, pudicitiam eius attentasse:
vnde natus infans dictus est Pirithous ὁ δὲ Περῖθου,
quod est circum, & in orbem saltare. Alciat. Parerg.
lib. 10. cap. 8. * *Ut ad Herculem, Romulum, Theseum reuer-
tamur, quos furto conceptos esse narrauimus, in his profecto, &
alijs nonnullis, etiam nostra, & superioris ætatis viri bellicosius me-
quaquam valuisse cernimus, quod est à Plutarcho libello de edu-
candis liberis persapienter dictum, & ibi qd, qui egregios generare
liberos cogitant, præcipit, ne cum quibusvis mulieribus conueniant,
quales sunt pellices, & meretrices. Ratio subiungitur. Ex concubi-
nis enim, & pellicibus nati, sunt abiecti, & humiles animi, &
illos probrum, ac indelebilis macula comitantur, faciliq; in iurgijs
obijciuntur. Ingeniis autem, & illustribus nati, spiritus gerunt ex-
cellos. De Romuli factis legatur Plutarchus, Linum præceteris: de
Theseo idem Plutarchus, qui etiam exponit, quopaucille cum Pi-*

*Arithoo in amicitiam venerit. Diadorm lib. 4. cap. 6. Eius labores
recensens Hyginus cap. 28. huius descensum rapienda Proserpina non
meminit.*

TARTAREVM ILLE MANV CVSTODEM) τὸ αἴτιον
est, cur non libenter eos vexerit, quod ex eorum auda-
cia, & temeritate deducit. Nam Hercules, inquit, Cer-
berum abduxit. Theseus, & Pirithous Proserpinam
tentarunt abducere. Herculis factum ab adiunctis ex-
aggerat. Non enim simpliciter canem ab eo abductum
dicit, sed custodem tartareum: nec solum, sed qui
vinculis retinebatur: nec duxisse placidè, sed traxisse:
& quod magis etiam refert, à folio ipsius regis, atq; dei.
Nascimbæn.

Iuno apud Sententiam Hercule Furente, de eodem
multa conquerens inter cætera hoc quoque facinus,
& hanc audaciam non tacet.

— nec satis terra patent,
*Effugit ecce limen inferni Iouis,
Et opima vincti regis ad superos refert.
Parum est reueris, fœdus umbrarum peris.
Vidi ipsa, vidi nocte discussa inferum,
Et Dite domito, spolia iactantem patri
Fraterna, cur non vinctum, & oppressum trabis
Ipsum catenis paria sortitum Ioui?
Ereboq; capto potitur, & retegis Styga?
Patefacta ab imis manibus retro via est,
Et sacra dira mortis in aperto iacent.
At ille, rupto carcere umbrarum, ferox
De me triumphat, & superbifica manu
Atrum per urbes ducit Argolicæ canem.
Viso labantem Cerbero vidi diem,
Pausidmæq; solem,*

Herculis opera abstractum ex obscuris Erebi pene-
tralibus tricipitem Cerberum, patefactam ab Hercule
philosophiam, quæ prius in arcanis delitescbat, Græci
quidam significare hieroglyphicòs existimant. Ea, vna
cervice contenta, tribus distinguitur partibus, quarum
vna Rationi, Naturæ altera, tertia Moribus inseruit.
Lege quæ sequuntur apud Pierium lib. 5.

HI DOMIN. DITIS THAL. DED. ADORTI)

Apud poetas dicitur de vxoribus. Ouid. 3. Trist. *Nun-
cier huc aliquis dominam venisse, resurgam*. Et hoc loco
Seruius, de Græco tractum est, qui vxorem Διόποινας
dicunt. Apud iureconsult. de Legat. Puto abste domi-
na vxor. Epiet. αἱ γυναῖκες τοῦθις ἀπὸ τερσασσικαῖδης ἐτὼν
ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κτεταὶ χαλνται. Exempla non pauca ex
poetis recitat Tiraquell. in 5. leg. Connubial. à num.
12. Sed etiam à non poetis vocatas dominas certum est,
& ibidem docetur. Plin. quoque lib. 33. cap. 3. fœmi-
nas indiscriminatim dominas appellat, cum inquit: &
inserta margaritarum pondera è collo dominarum au-
ro pendencia. Lege ipsum Tiraquellum.

Solebant item amantes appellare dominas ami-

E casuas. Tibull. eleg. 5. lib. 1.

*Sepe aliam tenus, sed iam cum gaudia adirem,
Admonuit domina, deseruitq; Venus.*

Horat. Ode 12. lib. 1. *Me dulcis domina musa Licymnia
Cantus*. Eodem nomine Augustæ, & Reginz voca-
bantur, id est regum, & imperatorum vxores. Mar-
tial.

Noh aliena videt, sed amat Proserpina raptas.

Ille tibi dominam concilianit amor.

id est, Proserpinam vxorē Plutonis. Idem. *Deq; Palati-
nis domina quod serica pralis*. id est, Augustæ. Rhodigin
lib. 24. cap. 17. Turneb. lib. 21. cap. 6. Quod impera-
trices dominæ appellarentur, clarum testimonium pe-
tere licet è Claudio Suetonij. Occisa, inquit, Messalina,
paulò

paulò postquam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit. Quamquam Lipsius hic dominam pro vxore appellatam vult. Sed vt vxores vniuersè vocabantur dominæ, sic etiam interdum inuenias maritos, appellatos dominos. Lib. 4. *Æneid. cōnubiana nostra quoq; Reppulit, ac dominum Ænean in regna recepit.* Ipsi Imperatores posterioribus sæculis se dominos appellari sustinuerunt. Quò respexit forsitan Virgilius, & Æneam dominum, non maritum, sed rerum potentem, & velut quendam Africæ dominum *ἡπρωτὸς*, & per contemptum ab Hiarba nominari fecit.

Verba Diodori sunt lib. 4. cap. 6. Pirithous cupi-

ens Proserpinam vxorem habere, consilium cum Theſeo communicauit. Verùm cum propter rei impietatem à proposito eum auertere conaretur, vbi eum perſeuerantem, inque iurifiurandi vim ad Proſerpinae raptum se adigi vidit, coadiuorem se præbuit. Cum ad inferos descendissent, vterque ibi captus est. Sed postmodum in gratiam Herculis Theſeo liberato, Pirithous apud inferos detentus, suæ temeritatis pœnas sempiternas luit. Quidam ſcriptores tradiderunt, ambos inde rediisse. De raptu autem ipsius Plutonis, cum descriptione camporum, vnde eam rapuit, legendus Diodorus libro 5. cap. 2. Claudian. Ouid. libro 5. *Metamorph.*

Quæ contra breuiter fata est Amphryſia vates.

NULLÆ HIC INSIDIÆ TALES: abſiſte moueri:

400 Nec vim tela ferunt: licet ingens ianitor antro

Æternùm latrans exangues terreat vmbraſ:

Caſta licet patrui ſeruet Proſerpina limen.

Troïus Æneas pietate inſignis, & armis,

Ad genitorem, imas Erebi deſcendit ad vmbraſ.

405 Si te nulla mouet tantæ pietatiſ imago,

At ramum hunc (aperit ramum, qui veſte latebat)

Agnoscaſ. tumida ex iratum corda reſidunt.

Nec plura hiſ. Ille admirans venerabile donum

Fataliſ virgæ, longo poſt tempore viſum,

410 Cæruleam aduertit puppim, ripæq; propinquat.

Inde aliaſ animas, quæ per iuga longa ſedebant,

Deturbat, laxatq; foros, ſimul accipit aluëo

Ingentem Æneam: gemuit ſub pondere cymba

Sutiliſ, & multam accepit rimola paludem.

415 Tandem tranſfluuium incolumes vatemq; virumq;

Informi limo, glaucaq; exponit in vlua.

AMPHRYſIA VATES) Sibylla vates Amphryſia à Marone vocatur, quod inſtinctu Apolliniſ aſſlaretur, qui aliquando apud Amphryſum flumen armentū Admeti pauerat. Turneb. lib. 1. cap. 22.

NULLÆ HIC INSIDIÆ TALES) Pates, quæ erant Æneæ, Sibyllæ dantur: nam interrogatur Æneas, Sibylla reſpondet. Ita opus fuit, ſicque negotij *τὸ ὑπὸν* requirebat. Nam cum Sibyllæ verbis maior, quam Æneæ fides adhiberi deberet, fiebat etiam, vt Charon paciore animo, quæ ab ea dicerentur, auditurus eſſet. Hac igitur diuiſione potiſſimùm vitur, vt Charontis obiecta primùm reſellat, deinde proſectio- nis Æneæ ad inferos cauſam exponat. Sane optima hæc diſponendæ orationiſ ratio fuit, vt ab obiectorum confutatione auſpicaretur: nam cum obieciſſet Charon, quæ Hercules, & alij fecerant, eademque inſidiarum ſuſpicionem agitaretur, obiecta prius reſellenda, omniſque illi auertenda ſuſpicio fuerat, quàm ſui aduentuſ cauſam exponeret. Quod ſi aliter feciſſet, auditorem vtiq; perpetuo aduerſarium habuiſſet. Eodem ordine dicendi Ilhoneuſ vitur. 1. *Æneid.*

*Non noſ aut ferro Libycoſ populare penateſ
Venimus, auſ raptas ad liſſora vertere pradæ,*

Næſcimb.

INGENS IANIT. ANTRO ÆTHER. LATRANS) De latratu Cerberi, eiſque cuſtodia inſrâ, non longè.

*Cerberuſ hac ingeſ latratu regnat trifauci
Perſonat, aduerſo recubans immaniſ in antro.*

Seneca Hercule furente.

*Hic ſauuſ vmbraſ territat Stygiuſ caniſ,
Qui terna vaſto capita concutiens ſono,
Regnum tneitur.*

Tibull. lib. 1. eleg. 3.

*Tum niger in turba ſerpentum Cerberuſ ore
Stridit & iratuſ excubat ante foræ.*

Propert. lib. 3. eleg. 4.

*Num tribuſ infernum cuſtodit faucibuſ antrum
Cerberuſ.*

CAſTA SERVET PAT. LIMEN) Per Æneam quidem non abripietur, vt violetur Proſerpina, cuiuſ patruſ Pluto, idem & marituſ: eſt enim Cereriſ, & Iouiſ filia, cuiuſ frater Pluto. Georg. 2. *Caſta pudiciſſiam ſeruat domuſ.*

TROÏUſ ÆN. VIRT. INSIG. ET ARM) Quia dixerat Charon, Herculi, & alijs propter diuinitatem inferoſ paruiſſe, Sibylla huic parti reſpondens, nullam quidem diuinitatiſ Æneæ mentionem facit, ſed hunc ſummum pietatiſ erga patrem affectum obijcit, qui in hominem cadere non poteſt: vt inde quoque Æneam diuino ſemine oriundum cogitare poſſet. Inquit igitur, ſi te tanta pietas non mouet, quaſi dicat, quæ te mouere, ſatiſque diuinitatiſ illiuſ tibi fidem facere deberet. Sequitur,

Y* 3

quitur, *Atrium hunc agnoscas*. Cum enim hoc im-
mensa pietatis indicio, Charonti diuinitatis Æneæ fi-
dera facere non posset, ramum illi ostendit aureum, ut
à signo probet, eum dijs amicum esse, & ob virtutes su-
as ad id dignitatis, & diuinitatis fastigium euectum fuis-
se, ut ipse quoque inferos adire, & ad superos redire pos-
sit. Ramus enim aureus sapientiam, summamque illā
prudentiam significat, quæ in homine perfecto, omni-
busque virtutibus cumulatissimo tantum existit, ad
quam illi soli peruenire videntur posse, de quibus supra
poeta.

— *pauci, quos æquus amavit*
Jupiter, aut ardens exiit ad aethera virtus,
Dijs geniti potuere.

Nascimb.

EREBI DESCEND. AD VMB.) Erebum Virgilius
interdum obscuritatem quandam esse describit apud
inferos, cum ait, *Erebi descendis ad umbras*. Interdum
flumen eiusdem loci, dicens, *Et magnos Erebi tranan-
imus amnes*. Varrò verò Erebo natam Noctem ait. Vnde
est & illud: *Erebi creata fuscis crinibus nox, te inuoco*.
Festus. Sed quisquis poeta dixit, *Erebi creata*, &c. in-
terpretari voluit, quod toties Græci poetæ dicunt νύξ
ἐρεβώ. Scalig. F. ibid.

VENERAB. DON. PAT. VIRGÆ) Fatalem virgam
vocat, quoniam fato Æneæ debebatur: dixerat enim
Sibylla supra, *namque ipse volens, faciliusque sequetur Sise-
ta vocant*. Hanc virgam ait Charontē admiratum, quip-
pe post tot annos iterum visam: paucis enim donatur.
*Quia pauci boni, pauci sapientes: cum contra malorum, fultu-
rumque plena sint omnia.*

CÆRVL ADVERTIT PUPPIM) Habet magnam
elegantiam hoc verbum *adverso*, cum casu, & sine casu
Lucret. lib. 5. *Actius aduertunt animos ad religionem*.
Plaut. Capt. *Adverte animum suum*. Tacitus Annal. Ve-
lut in vrbe victa facies, gemitusque, etiam militum au-
res, oraque aduertere. idem lib. 2. Octo aquilæ petere
sylvas vilæ, aduertere imperatorem.

PER IVGA LONGA SED.) Iuga græcè dixit. Zuyā
enim dicunt, quæ transtra nominamus.

LAXATQVE FOROS) Fori nauium latera concaua,
à ferendo onere dicta, siue ab eo quod incessus ferat, vel fo-
ris emineant. Id. lib. 19. cap. 2. Lib. 4. *implesemque foros
flammis*. Et Georg. 4. *Complebuntque foros, & floribus hor-
rearexent*, pro locis alueorum. Solipater docet, foros
in nauibus esse, vbi nautæ sedent. Ennius numero sin-

gulari extulit. *multa foro ponit, & agea longa repletur*.

ALVHO) cymba, nauicula Propert.

*Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina,
Portabat sanctos aluens ille viros.*

GEMVIT SVB POND. CYMBA) Cum studiose fe-
cerint aliquot eruditi homines, ut indicarent locos
Homeri, quos Virgilius imitatus esset, multos tamen
(neque aliter fieri in tanta copia potuit) prætermiserunt,
qualis hic est. Ita enim Iliad. 1. cum insiliret Minerva in
currum Diomedis, gemitisse sub tanto pondere axis fa-
gineus dicitur.

Η δ' ἐς δίον ἐλαυε παρὰ Διοτρίδα δῖον
ἐμμελῆα δα. μῆα δ' ἐλεγε φήγινος ἄλκον
Βεδοσύνῃ δυνὴν γὰρ ἄγαν δῖον, ἄδεα τ' ἄειρον.

B

Muret. lib. 8. cap. 5. Quo pacto hunc ipsum Homeri
locum Syraculanus quidam, homo vrbani, & Home-
ricorum poematum gnarus in Platonem conuerterit,
cum is crebris à Dionysio epistolis in Siciliam accersit-
tus, veniens sederet in curru, aurigante ipso Dionysio
vide Ælian. lib. 4. cap. 18. Imitationem Senecæ consi-
dera de Hercule cymbam Charontis ingrediente.

*Scanditque puppem, cymba populorum capax,
Succumbit uni, sedet: & grauior ratis,
Viring, lethæ latera titubanti bibit.*

SVTILIS) Cymbam Charontis facit futilem no-
uitatis aucupio, & miraculo, quod poetarum proprium
est. Tales fuisse naues Britannorum quorundam Plini-
us scribit, lib. 7. cap. 56. his verbis. Etiam nunc in Bri-
tannico Oceano vitiles corio circumfuto fiunt. Iterum.
Ad eam Britannos vitilibus nauigijs corio circumfuto
navigare. Turneb. lib. 28. cap. 45.

GLAVCAQVE EXPONIT IN VLVA) Vlutatum, &
accommodatum valde huic rei est verbum *exponere*.
Vtitur eodem poeta lib. 10. *fecios de puppibus altis Ponti-
bus exponit*. Cæf. lib. 3. de bell. Civili. Quibus regionibus
exercitum exposuisset. Horat. lib. 1. Satyr. 5. *quarta vix
demum exponimur hora*. Porro fucus marinus al-
gæ species est, quæ & vlua dicitur, hoc tantum inter se
differentes, quod hæc, palustris, lacustris, fluuiati-
lisque sit: illa verò in mari, aut ad eius littora dun-
taxat proveniat. Quod discrimen illo vulgari versiculo
inducitur. *Alga venit pelago, sed nascitur vlua palude*.
Vnde Virgil. non hic modo, sed 2. etiam Æneid. vluz
facit mentionem. sic n. de se Sinon: *Limosaque lacu
per noctem obscurus in vlua Delirui*. Plin. lib. 13. cap.
23. & 26. cap. 10.

420 Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.
Cui vates horrere videns iam colla colubris,
Melle soporatum, & medicatis frugibus offam
Obijcit. ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam, atque immania terga resoluit
Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.

CERBER. HÆC ING. LATRAT. REG. TRIF.) E Echidna genitus, inferorum custos, in spelunca qua-
dam ante fores Plutonis recumbebat, qui omnibus in-
gressuris humanissime blandiebatur, at neminem pa-
tiebatur exire: sed omnes egressuros altissimis, & maxi-
me horrendis latratibus deterrebat. Ex eius capite an-
gues densissimi pro villis pendebant. Totum denique
dorsum pro villis serpentes habuisse, & anguinea ipsam
catena vinctum fuisse videtur significare Tibullus.

— & non lætabile murmur
Tergemini canis, aduerso qui carceris antro
Excubat infomnis semper, tictuque trifauci
Horrendum stimulantem fame sub nocte profunda
Personat.]

Vbi flumina illa inferna mortuorum animæ traieci-
sent, tum Cerberus canis atrocissimus, Typhone, &

*Nec canis anguineo redimitus terga catena,
Cuius sunt lingua, tergeminumq; caput.*

Et de tribus capitibus etiam Sophocles in Trachinijs. Tricipitem fingi Cic. quoq; 1. Tuscul. affirmat. Hesiodus in Theogonia quinquaginta ei capita attribuit. Itacius centum capita habuisse scribit. Certe Horatius quoque lib. 2. Carmin. belluam centicipitem appellat. Hæc diffusius Natal. Comes lib. 3. cap. 5. * *Vide quæ paulo antea dixeris poetæ de Cerbero posuimus. Quod serpentes haberet pro Gullu, Medusæum monstrum appellatur ab Ouidio. Terna Medusæi vincire guttura monstri. De usu vocis personat, diximus supra. caua dum personat æquora concha.*

MELLE SAPORATAM, ET MED. FRVG. OF-
FAM) Melle animaduerti veteres in omni opere dul-
ciario solitos esse uti, ut nos saccharo. Saccharum enim
prisci non nouerant. Itaque eius condimento saporis
gratiam palato parabant, & quæ tristioris erant, & ama-
rioris saporis, melle, quo minus homines offenderen-
tur, condiebant, & imbuebant. Sic medicamentorum
virus emendabant. Lucret. lib. 1.

*Sed velut pueris absinthia terra medentes.
Cum dare conantur prius oras pocula circum-
Contingunt mellis dulci, flavoq; liquore.*

Quod si beneficium soporis in melle inesset, quid alijs
frugibus opus esset? Saporata igitur melle offa dicitur,
& medicatis frugibus, non quod frugibus saporata sit,
sed hoc dictum accipitur, ut illud in 7. *Ipse Quirinali li-
tuo, paruaq; sedebat Succinctus trabea*, non enim succin-
gi poterat lituo. Sic in 3. *domus sanie, dapibusq; cruentis*:
quo genere loquendi Maro utitur. In multis tamen co-
dicibus non me præterit, *medicatam frugibus* reperiri.
Quoddam Pierius annotauit, & nostram sententiam ma-
gis confirmat. Nam si frugibus medicata sit, non erit

A saporata melle. Apud Valer. Flaccum lib. 1. etiam Me-
dea melle venena temperat, & condit ad draconis epu-
las. *Et dabit hesterno liuentia mella veneno.* Sed & quod
nostram causam adiuuat, mellita placenta mortuis dari
solebat, quæ Cerbero offerretur, ut placaretur, quod
Suidas tradit. Iam Septimius Florens, & Ammianus,
qui poetis vocabulis delectantur, saporare ex isto Ma-
ronis loco sumpsisse videntur: quorum ille sic in li-
bro de spectaculis scribit. Nemo venenum tempe-
rat felle, & elleboro: sed conditis pulmentis, & bene
saporatis, & plurimum dulcibus id mali iniicit. Et iste
lib. 31. in vita visi sunt sua asperi, ut neque igni, neque
saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agre-
stium, & semicruda cuiusvis pecoris carne vescantur.
Turneb. lib. 28. cap. 45. * *Quod saporatam legit, non saporata-
tum, auctorem habet peructum Prisciani librum, Ego tamen
in Virgilij contextu vocem saporatam censui retinendam, quia com-
munis est lectio.*

TOTOQUE INGENS EXTENDIT. ANTRO)
Non poterat melius, nec breuius Cerberi magnitudi-
nem corporis explicare, quam cum ait, toto antro se
illum extendisse: nam quæ immanitas corporis illi-
us iudicari debet, qui extentus totum antrum occupat?
ita quoque de Tityo inferius. *Per tota nouem cui iugera
corpus Porrigitur.* Sic de Polyphemo in 3. *Monstrum, hor-
rendum informe, ingens, cui lumen ademptum, Trunca ma-
nu pinus regit.* Nascimb. * *Melius exprimit vastitatem corporis
Polyphemi. Et ad Virgilij Verba de Cerberi magnitudine accom-
modatum est, quod de eodem Polyphemo paulo ante legitur, quodq;
Nascimb. præter se miror.*

Nam simul expletus dapibus, vinoq; sepultus
Cetuiem inflexam posuit, iacuitq; per antrum
Immensum,

Occupat Æneas aditum custode sepulto:

425 Euaditq; celer ripam irremcabilis vnda.

Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,

Infantumq; animæ flentes in limine primo:

Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos

ABSTVLIT ATRA DIES, ET FVNERÈ MERSIT ACERBO.

430 Hos iuxta falso damnati crimine mortis.

Nec vero hæc sine sorte data, sine iudice sedes.

Quæsitur Minos urnam mouet, ille silentum

Conciliumq; vocat, vitasq; & crimina discit,

CUSTODE SEPULTO) Sopito, & instar mor-
tui iacente. Sic somno vinoque sepultum aliquem dici-
mus.

VAGITVS) Vagire ab hædis, ut alias quosdam
ab animalibus voces ad homines translatus autumat
Varro de ling. lat. lib. 4. quod & Plautus prologo Pæ-
nuli insinuat, ubi nutrices à caueæ confessu admonens
discedere, vel potius eò non venire, ait,

*Nutrices pueros infantes minutulos
Domi ut procurent, nè quæ spectatum afferant,
Ne & ipse sitiant, & pueri peritent fame,
Neue surrientes hic quasi hædi obuagiant.*
Hieron. Columna, in Frag. Ennij

INFANT. ANIMÆ. FLENT. IN. LIMIN. PRI-
MO) Decem portas inferorum statuit Silius, lib. 13. &
quæ hominum genera singulis recipiantur. Infantibus
octauam regionem tribuit. Hic inferorum locus pri-
mus quidem est ordine, sed infimus dignitate, ideo

Diure datur infantibus, qui cum virtutis fuerint expe-
tes, nullo dignitatis, honorisque præmio digni vide-
bantur. Supplicia tamen non merebantur, quia vitio-
rum fuerunt exortes. Quamobrem Plato dial. 10. de re-
pub. exponens quæ Erus de inferis retulerat: de his ve-
ro, inquit, qui statim ac nati sunt, decedere, aut bre-
ue tempus vivere, quædam parum digna memoria
recensebat. Adde etiam, quod primus locus, primum-
que inferorum limen iure illis per similitudinem de-
beretur, qui naturæ, atque vitæ quasi limen attigerunt.

AB VBERE RAPTO) Sueton. Calig. cap. 7. Ex ea
(Agrippina) nouem liberos tulit. Quorum duo infan-
tes adhuc rapti, vnus iam pueralescens. Non absq; multa
commiseratione scriptum hoc à Marone. Vagitus autē
est infantum proprius: vagorem nominat Lucret. lib.
2. quem mox ut effusi sunt è materno utero, incipiunt
edere. *miscetur funere vagor, Quem pueri tollunt visen-
sa luminis ora.* Est verò appositissimum ad quintum, &
sextum

sextum versus Maronis, quod in 3. Tusculan. scriptum A legimus à M. Tullio, in quo studet sanare ægritudinem, Loquens igitur de ea, quæ ex immatura morte concipitur, idem, inquit, si puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant: si verò in cunis, ne querendum quidem. Atqui ab hoc acerbius exigit natura quod dederat. Nondum gustauerat, inquit, vitæ suauitatem: hic autem sperabat magna, &c. Vide 3. Epigram. Tit. *us ppeu.* ✱

ABSTULIT A TRA DIES) Quid est quod doctissimo poetarum Maroni, qui infantes mortui sunt, eos dies ipsa abstulisse dicitur? Existimo eum ad consuetudinem, & ad opinionem veterum respexisse, apud quos qui iuvenes maturam (vt videbatur) mortem obierant, abescente cælo, ante solis exortum à propinquis efferrī solebant: q̄ nefas opinarentur, tanti mali, tantæque calamitatis spectatorem, ac testem esse solem. Atque eam ob causam dies ipsa eos auferre, ac rapere dicebatur: quodd vt primum dies apparere cœperat, auferebantur. Qua de re ita Eustathius. *οσοι γαρ οτι τες τοις οντος εμα ημερα οι παροικοντες, ος μη ανελκον ον ηληθ διαθηναι τοις οντος χαλδν. διδ χει ελγελιο αρπαζεν αυτους η ημερα.* Sic raptum ab Aurora, quæ eadem & dies est, Orionem fabulantur. Atque hoc colore vsus & Nero, cum Britannicum fratrem suum, qua nocte veneno sustulerat, ea ipsa humandum curauit. Qua de re ita prudentissimus historię scriptor Tacitus. Nox eadem necem Britannici, & rogi coniunxit. Et paulò pòst. Festinationem exequiarum edicto Cæsar defendit, id à maioribus institutum referens, subtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus, & pompa detinere. Muret. lib. 13. cap. 2.

Atra dies, infausta: sic enim Macrobius docet libro 1. Saturnal. cap. 15. atros dies dici infaustos. Docent idem alij, qui de atris diebus loquuntur. Forsitan etiam respexit ad morem Cretensium, dies lætos albis calculis, infelices, & aduersos nigris signantium.

FALSO DAMNATI CRIM. MORT.) Cur falsò damnatis iuxta infantes detur locus, causam nullam reperio: nisi forte, quemadmodum infantes absque crimine sunt: sic hi falsi criminis expertes. Nascimb.

Cur maioris contumeliæ sit, falsis quempiam notare criminibus, quam vera delicta obijcere, causam his verbis indicat Arnobius lib. 4. Quod enim sis, dici, & quod esse te sentias, morsum habet minorem, testimonio tantæ cognitionis infractum. Illud vero acerbissime vulnerat, quod inurit innoxios, & quod decus nominis, atq; existimationis infamat.

QUÆSITOR MINOS VRNAM MOVET) Quæstor is dicebatur Romanis, qui quæstionem habebat, hoc est, qui inquirendum curabat, de crimine, de eoque iudicium exercendum. Hinc quæstor sedebat pro tribunali, iudices autem in subsellijs, omniaque ferè in potestate habebat. Soluebat concilium, cum volebat, & dabat veniam abeundi coactis iudicibus: quod interdum iudices rædio affecti postulabant, horam non expectantes. Pro Muræna. Cogendi iudices inuiti, retinendi contra voluntatem. In Vatinius. Quæro ex te, Vatini, num quis in hac ciuitate post urbem conditam Tribunos plebis appellarit, ne causam diceret: num

quis reus tribunal sui Quæstoris ostenderit, eumque videtur, subsellia dissiparit, urnas deleuerit: ad hanc similitudinem (inquit Alconius) Virgilius Minoem iudicem apud inferos, tanquam prætor sit rerum capitalium, Quæstorem appellat. Dat ei sortitionem vbi urnam nominat: dat ei electionem iudicum, cum dicit, *Conciliumq; vocat*: dat cognitionem facinorum, cum dicit, *vitæq; & crimina discit*. Budæus annot. posterior. in Pandect.

Tres statuuntur communi poetarum sententia inferorum iudices, Minos, Æacus, & Rhadamantus. De Rhadamanto postea hoc eodem lib. *Gnosim hæc Rhadamantus habet durissima regna*, &c. De Æaco tacer, de quo nos aliquid ex Isocratis Euagora lib. 1. *Æneid.* super illis. *Sanus ubi Æacida telo iacet Hector.* Meminit & duorum tantum Cic. 1. Tuscul. Fortasse etiam inexorabiles iudices, Minos, & Rhadamantus: apud quos nocte L. Crassus defendet, nec M. Antonius: nec, quoniam apud Græcos iudices res agitur, poteris adhibere Demosthenem: tibi ipsi pro te erit, maxima corona, causa dicenda. De Quæstore Minoë, non dispar locus ex hoc Virgiliano, vt puto, expressus est apud Papium lib. 4. Thebaid.

*Arbiter hos dura versas Gortynius urna,
Vera nimis poscens, adigitq; expromere vitas
Vsq; retro; & tandem pœnarum lucra fateri.*

Et apud Hor. est huius iudicis mentio. Ode 7. lib. 4. *Cum semel occideris, & de te splendida Minos Fecerit arbitria.* Idem Statius Plutoni hæc partes dat, tanquam inferorum regi, eidemq; furias assistentes, Minoæ verò, & Æacum consiliarios facit lib. 8.

*Dux Erebi populos poscebat crimina vitæ,
Nil hominum miserans, iratusq; omnibus umbris.
Stant furia circum, variæq; ex ordine mortis.*

Paulò post.

*— inxtra Minos cum fratre verendo
Jura bonus meliora monet, regemq; cruentum
Temperat.*

Tres nominat Seneca Hercule Fur. vbi Theseus tam luculenta oratione inferos describit.

*Non vnus alta sede Quæstor sedens
Iudicio trepidus sera sortitur reis.
Auditur illo Gnosim Minos foro,
Rhadamantus illo, Thetidis hoc audit focer.*

Socer Thetidis est Æacus, cuius filius Peleus eam sortitus est deam vxorem.

De rebus Minois, si quem delectabit, legat Diodor. lib. 5. cap. 15. Plato ait, Euroῖας ab Æaco iudicari, à Rhadamanto Asianos, à Minoë, si quid incidisset ambiguum, dissolui. ✱

Omnis autem hæc de Minois urna fictio, ex veterum more nata, qui, vt pleraque sortibus decernebant, ita à iudicijs etiam sortes non repellebant. Cic. 7. in Verrem. Quod ab eo pridie, cum multis lacrymis eum oraret, impetrare non potuerat, id ei postero die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex urna tres, ijs, vt absentem Heraclium condemnent, imperat: itaque condemnant. Horatius. *Cernim iratus leges minitatur, & urnam.* Ioan. Bernartius in 8. Thebaid.

Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum

435 Infantes peperere manu, lucemq; perosi
Proiecere animas. quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores:

• Fata

Fata obstant, tristiq; palus innabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet,

SIBI LETHVM INSONTES PEPERERE MANV) A

Virgil. Gerg. Aut mihi presenti peperissem vulnere lethum. Catull. de nupt. Ipse suum Theseus pro charis corpus Athenis Projicere optauit. Multi è veteribus laudauerunt mortem illam, quam quis in calamitate, ærumnisque constitutus, sua sibi manu afferret, vt quæ non nisi à magnanimis, & fortibus viris perferri posset. De qua Seneca epist. 12. 17. 24. 58. 59. 70. 71. 78. Vocabant autem tempus illud Græci, cum afferre sibi manus sine reprehensione quis posset, ἑλθοντες ἐξ αὐτῶν: quod valet, adeptum esse causam iustam, mortem sibi consciscendi: ἐξ αὐτῶν enim ἑλθοντες, significat educere se ex hac vita, tanquam è custodia, vt Plato quoque locutus est in Phædone. Concessisse quoque Epicurum, cuius ratio mollis, & enervata videbatur, consentaneam hanc ἐξ αὐτῶν, sua-
B sisseque illis, qui doloribus grauib, iisdemque perpetuis premerentur, vt hoc pacto illos fugerent, verbis his Ciceronis intelligitur lib. 1. de finibus à Luc. Torquato prolatis: vbi de fortitudine disserit: Ad dolores ita paratus est, vt meminerit, maximos morte finiri: paruos, multa habere interualla requietis: mediocriura nos esse dominos, vt si tolerabiles sint, feramus: sin minus, æquo animo è vita, tanquam è theatro exeamus. Hæc, & alia eodem pertinentia Viêt. lib. 6. cap. 11.

Plin. epist. 22. lib. 1. Nuper me (Titus Aristo) paucosque mecum, quos maxime diligit, aduocauit, rogauitque, vt medicos consuleremus de summa valetudinis, vt si esset insuperabilis, sponte exiret è vita: sin tantum difficilis, & longa, resisteret, maneretque. Dandum enim precibus vxoris, dandum filiz lacrymis, dandum etiam nobis amicis, ne spes nostras, si modo non essent inanes, voluntaria morte desereret. Id ego arduum inprimis, & præcipua laude dignum puto. Nam impetu quodam, & instinctu procurrare ad mortem, commune cum multis: deliberare verò, & causas eius expendere, vtque suaserit ratio, vitæ, necisque suscipere consilium, vel ponere, ingentis est animi. Est tamen huiuscemodi mors voluntaria amicis luctuosa. Quare idem rectè epist. 12. lib. 1. Decessit Corelius Rufus, & quidem sponte, quod dolorem meum exulcerat. Est enim luctuosissimum genus mortis, quæ non ex natura, nec fatalis videtur. Nam vtrunque in illis, qui morbo finiuntur, magnum ex ipsa necessitate solatium est: in ijs vero, quos accersita mors auferret, hic insanabilis dolor est, quod creduntur potuisse diu viuere.

De moribus Indorum differens Q. Curtius lib. 8. Vnum agreste, & horridum genus est, inquit, quos sapientes vocant. Occupare fati diem pulchrum: & viuos se cremari iubent, quibus aut segnis ætas, aut incommoda valetudo est: expectatam mortem pro dedecore vitæ habent. Nec vllus corporibus, quæ senectus soluit, honos redditur. Inquinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit.

Ac nunquam licitum esse cuiquam, vlla de causa semet occidere, docet ille totius Græciæ vir sapientissimus Plato in Phædone, à statione militari deducta similitudine. Ex eodem locum eundem tractat i. Tuscul. M. Tullius. Docet præterea August. Ciuit. lib. 1. cap. 17. 20. 25. Et quoniam in hac culpa valde illustres sunt Cato, & Lucretia, certum est attexere sanctissimi scriptoris de vtroque grauissimum iudicium. De Catone igitur sic ille cap. 23.

De cuius facto quid potissimum dicam, nisi quod amici eius, etiam docti quidam viri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant, imbecillioris, quam fortioris animi facinus esse censuerunt? quo demonstraretur non honestas turpia præcauens, sed infirmitas aduersa non sustinens. Non igitur satis sapienter factum, cum eum i. Off. laudat Cicero hoc facinore, docetque propter incredibilem grauitatem, quam ei natura tribuisset, moriendum potius, quam tyranni (Cælaris) vultum aspiciendum fuisse. Potestne dici grauitas, quæ aduersis rebus frangitur, succumbit?

De Lucretia cap. 19. Quod seipsam, quoniam adulterium pertulit, etiam non adultera occidit, non est pudicitiz charitas, sed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis alienæ in se commissæ, etiam si non secum: & Romana mulier laudis auida, nimium verita est, ne putaretur, quod violenter esset passa cum viueret, libenter passa, si viueret. Vnde ad oculos hominum mentis suæ testem illam pœnam adhibendam putauit, quibus conscientiam demonstrare non potuit. Sociam quippe facti credi erubuit, si, quod alius fecerat in ea turpiter, ferret ipsa patienter.

Lubet nihilominus Lactantium audire contra ἀνθρώπους, & crudelissimos suimet ipsorum carnifices ita differentem lib. 3. cap. 18. in quo & Catonis stultitia reprehenditur, & nominatim multi accusantur.

Multi ergo ex ijs, qui æternas esse animas suspicabantur, tanquam in calum migraturi essent sibiipsis manus attulerunt: vt Cleanthes, & Chrysippus, vt Zeno, & Empedocles, qui se in ardentis Aetna specum intempesta nocte desecit: vt cum repente non apparuisset, abiisse ad deos crederetur. Ex Romanis Cato, qui fuit in omni vita sua Socratica vanitatis imitator. Nam Democritus in alia fuit persuasione. Sed tamen Sponte sua letho caput obrulit obuius ipse. Quo nihil sceleratius fieri potest. Nam si homicida nefarius est, qui hominis extinctor est, eidem sceleri obstrictus est, qui se necat, quia hominem necat. Immo verò maius esse facinus existimandum est, cuius vltio soli deo subiaceat. Nam sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus, statursus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis assignatum est, eiusdem iussu nobis recedendum est, qui nos in hoc corpus induxit, tandem habituros, donec iubeat emitti. Et si vis aliqua infiratur, æqua mente patiendum est, cum extincta innocentis anima inulta esse non possit, habeamusq; vindictam magnum, cui soli vindicta integra semper est. Homicida dicitur omnes illi philosophi, & ipse Romana sapientia princeps Cato, qui antequam se occideret, perlegisset Platonis librum dicitur, qui est scriptus de æternitate animarum, & ad summum nefas philosophi auctoritate compulsus est. Et hic tamen aliquam moriendi causam videtur habuisse, odium seruitutis. Quis Ambraciorum ille, qui eundem librum perlegisset, precipitem se dedit? verisimile nullam aliam ob causam, nisi quod Platoni credidit. Execrabilis prorsus, ac fugienda doctrina, si abigit homines à vita. Quod si scisses Plato, atque docuisses, a quo, & quomodo, & quibus, & quæ ob facta, & quo tempore immortalitas tribuatur, nec Cleombrotum impegisses in mortem voluntariam, nec Catonem: sed eos ad vitam, & iustitiam erudisses. Nam Cato mihi videtur causam quaesivisse moriendi, non tam vt Casarem fugeretur, quam vt Stoicorum decretis obtemperaret, quos sectabatur, nomenq; suum grandi aliquo facinore clarificaret: cui quid malè accidere potuerit si viueret, non inuenio. C. enim Casar, vt clemens erat, nihil aliud efficere volebat, etiam in ipso belli civilis ardore, quam vt bene mereri de repub. videretur, duobus optimis ciuib, Cicerone, & Catone seruatis.

Extat item præclara oratio Iosephi lib. 3. de bello

Z*

Iudaiæ

Iudaico, cap. 19. qua vititur aduersus socios, cum quibus A tur verustissimi Romani, vt ne eis quidem iusta facerent. Seruius in Schedis: Varro ait suspendiosis, quibus iusta fieri ius non sit, suspensis oscillis, veluti per imitationem mortis parentandum esse. Artemidorus lib. 1. ἀτιμότε καὶ θυγὰς γυνήματα, ἀναρτί(ας) ταυτὸν, ἐταλύνθη τὸν βίον, ὡς μηδὲ ἀποθανὼν ἔχειν ὄνομα. τῦτος γὰρ μόνος ἐν νεκρῶν δαίπνοις ἢ χαλῶσιν οἱ περσέωνες. In charistijs enim, & parentalibus, omnium carorum iam vita functorum nomina ciere solebant. Aufonius. *nomina tantum Voce ciere suis sufficit tumulis*. Scalig. in Festum. * *Poteramus in hoc argumento aduersus auloφόνους, & suaves carnifices orationem longius producere, & plurimum sapientum proferre sententias, miseros per se liquida, nos parciores esse cogisset: & doctiores norunt, vnde plura sibi petant.*

Facit item ad rem cap. 2. lib. 4. apud Muretum, quod totum adscribemus. Cum vulgò crederetur, viri fortis esse, mortem sibi consciscere potius, quam graue aliquod, & acerbum malum perpeti: sapienter animaduertit Aristoteles, falsam esse illam hominum opinionem, eosque, qui ita facerent, non modo fortes, sed ignauos, paruique animi habendos pronuntiavit. Docent enim, se id quod fugiunt, ferre non posse, neque pares esse ei casui sustinendo, propter quem vitam relinquunt. Id autem effeminatam potius animi molliciem, quam magnitudinem arguit. Disputauit eadem de re doctissimè, ac sapientissimè August. multisque rationibus ostendit, Lucretiam, Catonem, ceterosque eiusmodi frustra in hystoijs à fortitudine laudari. Longius etiam progressus, demonstrauit nullam esse posse bono, ac sapienti viro ἐξ αἰσῶν, vt Stoici loquuntur, ἔλεγον. Sed & Euripides id antè docuerat: qui Hercule primo facit succumbentem magnitudini eius doloris, quem hauriebat è cæde vxoris, & liberum, quam ipsemet furore diuinitus immisso correptus perpetrauerat: & ob id è vita discedere meditantem: deinde redeuntem ad se, & mutantem consilium, verentem ne id sibi ignauiz adscriberetur, si lucem relinqueret, tanquam ægritudini impar ferendæ. Aristoteles ita de hac re scribit lib. 3. νικομαχίαν. τὸ δ' ἀποδνήσκον, φεύγοντα πνίαν, ἢ ἔρῳα, ἢ τι λυπηρὸν, ἢ ἀνδρείον, ἀλλὰ μᾶλλον δειλὸν. μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ δειπνοτά, καὶ ὅχι ὅτι χαλὸν, ὑπομένει, ἀλλὰ φεύγειν καλόν. Euripidis autem versus hi sunt.

Ἐσκαψάμεν ὃ καίπερ ἐν χαοῖσιν ὦν,
Μὴ δειλία ὄφρα τιν' ἐκλιπὼν φάσθαι.
Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις ὅχι ὑφίσταται,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἀνδρὶ δύναμις προσήναι βέλθαι.

Sed & apud Martialem memini esse epigramma quoddam in hanc sententiam: cuius hæc clausula est.

*Rebus in angustiis facile est contemnere vitam:
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.*

Adde his omnibus pro auctario ex Festo. Carnificis loco habebatur, qui se vulnerasset, vt moreretur. Cuius moris originem explicat vetus scriptor Gellius Eumina, apud Seruium Danielis nostri. Tarquinius, inquit, Superbus, cum cloacas populum facere cogeret, & ob hanc iniuriam multi se suspendio necarent, iussit corpora eorum cruci affigi. Tunc primum habitum est turpe, mortem sibi consciscere: vt non tantum de eo, qui se vulnerasset, vt moreretur, intelligendum sit, sed de eo, qui quouis modo mortem sibi conscisceret. Quare adeo huiusmodi abominaban-

Qui se ipsi inter fecerunt, thorum catalogum texit Hyginus. Ægeus Neptuni filius in mare se precipitauit, vnde Ægeum pelagus est dictum. Euhenus Herculis filius, in flumen Lycormam se precipitauit, quod nunc Chrysorroas appellatur. Ajax Telamonis filius, ipse se interfecit propter armorum iudicium. Lycurgus Dryantis filius obiecta infania à Libero, ipse se interfecit. Macareus Æoli filius, propter Canacen sororem, id est sponsam, ipse se interfecit. Agrius Parthaonis filius, expulsus à regno à Diomede, ipse se interfecit. Cæneus Elati filius ipse se interfecit. Menæceus Iocastæ pater se de muro precipitauit Thebis, propter pestilentiam. Nisus Martis filius, crine fatali amisso, ipse se interfecit. Clymenus Cænei filius rex Arcadiæ, ipse se interfecit, quod cum filia concubuerat. Cinyras Paphi filius rex Assyriorum, quod cum Smyrna filia concubuerat. Hercules Iouis filius, ipse se in ignem misit. Adrastus & Hipponous eius filius ipsi se in ignem iecerunt, ex responso Apollinis. Pyramus in Babylonia ob amorem Thybes ipse se occidit. Oedipus Laii filius propter Iocasten matrem ipse se occidit, ablatis oculis.

Idem de his quæ se ipsas interemerunt, ita scribit. Hecuba Cissei filia, siue Dimantis, vxor Priami, in mare se precipitauit, vnde Cynæum mare est dictum, quoniam in canem fuerat conuersa. Ino Cadmi filia, in mare se precipitauit cum Melicerta filio. Anticla Autolyti filia, mater Vlyssis, nuntio falso audito de Vlysse, ipsa se interfecit. Schenobœa Iobatis filia, vxor Proeti, propter amorem Bellerophontis, &c.

PAUPERIEM ET DVROS PERFERRE LAB.) Bene profectò iunxit labores cum pauperie, & insinauit, qui essent propriè pauperes, qui scilicet manu victum tolerant, & laboribus suis sese alunt, ac vix habent, quo necessitatem expleant, aut certe nihil fere præter necessaria possident. Hi pauperes. Egentes, vel egeni, quibus nec necessaria suppeditant. Eadem differentia est inter πένους, & πτωχός, quorum prius pauperi, posterius egenti, seu mendico respondet. Hoc discrimen apertissime traditur ab Aristophane in Plauto. Paupertas est, ait Seneca, epist. 87. non quæ pauca possidet, sed quæ multa non possidet. Ita non ab eo dicitur, quod habet, sed ab eo, quod ei deest. Facilius quod volo exprimeret, si latinum verbum esset, quo πτωχία significatur. Hanc paupertati Antipater assignat.

NOVIES STYX INTERFVSA) Statius lib. 2. Thebaid. *Styx inde nouem circumflua campis Hic obiecta vias torrentium incendia claudunt.* Philosophema Rhodigini super nouenatio isto, descripsimus i. Æneid. ad illud, de fonte Timauo, *Vnde per ora nouem vasto cum murmare,* &c. inde assumes, si placebit. lege etiam, quæ à Germano in hunc locum de nouendialibus sacris scripta sunt.

Nec pro-

- 440 Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylva tegit. curæ non ipsa in morte relinquunt.
- 445 His Phædræ, Procrinque locis, mœstamque Eriphylen
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit,
Euadnenque, & Pasiphaen: his Laodomia
It comes, & iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

LUGENTES CAMPI) Lugentes campos vocat à luctu, quo quidam propter turpem, fœdamque libidinem, ob quam nonnulli etiam sibi mortem consciuerunt, miserè cruciantur. In quibus luctu, præteritæ libidinis recordatione marcescentes, sunt conclusi. Latitudine campi multitudine amantium, eorumque in quibus libido dominata est (late enim patet hic morbus) ostendit. Ibi enim magnitudine loci opus est, ubi numerus hominum ingens existit. Montfort. Nascimb.

DURVS AMOR) immitis, inexorabilis. concinit illud Propert. *Durum in terris nihil est quod viuat, amante*, propter duritiem amoris videlicet, cuius tyrannidem nemo melius Plauto descripsit, idque non vno loco. Atqui sæpius appellatur mollis, tener, blandus, dulcis. Non igitur durus, asper, immitis, intractabilis. Respondet idem Plautus pro me.

Namque, ecce amor melle, & felle est fecundissimus. Gustu dat dulce: amarum ad satietatem usque aggerit.

Et Lucret. lib. 4.

Nequicquam, quoniam medio de fonte leporum, Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.

Lege quæ sequuntur. ✱

TABE PEREDIT) corpore defluente paulatim. Hinc ille se in exiles artus tenuatū dicere poterat, cuius est etiam hoc, *Et cur sim toto corpore nullus ego*. Hanc crudelem tabem, & carnificinam satis, ut opinor, depingit in Mercatore Plautus sub Charini adolescentis persona:

Súmne ego homo miser, qui nusquam bene queo quiescere?

Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi est.

Ita mihi in pectore, atque in corde facit amor incendiū. Ni oculos lacryma defendant, iam ardeat credo caput.

Potestne quæso, qui sic ardet, non liquefcere, non tabescere? ✱

SECRETI CELANT CALLES) amantibus secreta cōueniunt loca. Nam cum omnes qui malè agunt, oderint lucem, tum maxime qui amoribus fruuntur, non id in propatulo faciunt, ne arguantur eorum opera. Potest etiam videri alludere ad lupanaria, quæ plerumque non in locis celebribus, sed in infrequentibus, & in ciuitatum angulis sunt. ✱

MYRTEA SYLVA) aptè, est enim myrtus sacra Veneri, Venus amorum præses.

CURÆ NON IPSA IN MOR. RELIN.) Habent peractorum imaginem criminum. Sicut de pijs dicturus est, *Quæ gratia currum, armorumque fuit, &c.* Et cum mors finis ærumnarum sit, ipsi ne post mortem quidem vacant doloribus. est *ad id* à dolorum, & ægritu-

dinis perpetuitate. Nascimbæn. * *Non in hoc tantum flagitij genere, sed in quibuscumque, sceleribus verum est, Curæ non ipsa in morte relinquunt: nam Verminis eorum non moritur, qui eos in omnem æternitatem rodit, nec erodit.*

HIS PHÆDRAM, PROCRINQUE LOCIS)

Norunt vel barbari, qui græcæ linguæ expertes non sunt, quæ de Phædræ amore, & nutricis audaci obsequio vulgata sunt. Est verò etiam apud Troezenios Hippolyti tumulus, de quo hæc ipsi tradiderunt: Theſeum, cum Phædræ ducturus esset, veritum, ne qui gignerentur liberi, aut ipsi Hippolyto, aut illis Hippolytus imperaret: ob eam rem Hippolytum Troezenen ad Pittheum amandasse, tum ut apud illum educaretur, tum vero ut in eius regnum succederet. Posthæc cum Theſeus Pallantem, & eius filios res nouas molientes occidisset, Troezenem, ut de cæde purgaretur venisse, ubi tunc primùm Phædræ visum Hippolytum, eiusque amore inſanientem, de morte consciscenda sibi consilium cepisse. Myrtus adhuc apud Troezenios ostenditur, perterebratis vndique folijs: eam sane talem ab initio fuisse negant, sed ex amoris ægrimonia Phædræ crinali acu folia traieciſſe. Hæc Pausanias lib. 1. Vide item Diodorum lib. 4. cap. 6. * *Extat Hippolyti tragedia Euripidis, in qua huius fœmina iugulatio, ac mors ipsa, qua semet ipsa multauit, luculenter describitur. In eadem tragedia legimus de tabellis ab illa impura relictiſ, quibus Hippolytum, cum ipsa eum expugnare non potuisset, ut oppugnatorem pudicitia sua accusat. Huiusmodi exempla 8. annotauit Muret. in Varijs lect. lib. 1. cap. 12. quibus quinque adiecit Canterus. lib. 6. cap. 1. Fabulam Procridis, cuius aliena testis specie Cephalus maritus pudicitiam attentauit, & parum constantem inuenit, habet apud Ouid. Metamorph. lib. 7. Eandem perspicue, & fuse exponit Hygin. cap. 189. Eandem breuiter Apollod. lib. 3.*

MOESTAMQUE ERIPHYLEN CRVD. NATI VVL.)

Amphiarus augur, cum sciret, si ad Thebas oppugnatum illet, se inde non rediturum, celauit se, conscia Eriphyle coniuge sua Talai filia. Adrastus Argiuorum rex, ut eum inuestigaret, monile aureum, & gemmatum muneri dedit lorori suæ Eriphylæ. Cuius doni illa permulsa illecebris, maritum prodidit. Amphiarus Alcæoni filio præcepit, ut post mortem suam, à matre pœnas expeteret. Ille, patre apud Thebas hiatu terræ absorpto, matrem iugulauit, quem deinde Furia exagitarunt. Sic Hyginus cap. 73. Cum porro filij, ut parentum mortem vlciscerentur, rursus communi consilio contra Thebas arma pararent, Apollo consultus responderat, vrbe posituros, si Alcæonem Amphiarai filium sibi ducem creassent. Ille dux factus, deum & de bello, & de matre Eriphyle ad patrem vindicandum interficienda consuluit. Respondit Apollo, vtrumque faceret, eam enim non solum monile ad patrem, sed peplum quoque ad filium occidendum accepisse. Venerem aiunt quondam Hermionæ Cadmi, & monile

Z* 2 donasse

donasse, & peplum. Ambo hæc habuit Eriphyle: alterum à Polynice, alterum à Thersandro Polynicis, quod filium ad expeditionem Thebanam hortaretur.

Anaximenes Lampfacenus celeberrimum idcirco Eriphyles fuisse scribit monile, quia rarum admodum eo tempore aurum apud Græcos reperiebatur: erat enim res tunc maxime admiranda, si quis poculum vel argenteum conspexisset. Philippum quoque regem, magni Alexandri patrem, auream phialam, quam habebat exiguam, semper sub puluino tenere solitum Durius testatur Samius. Herodotus Heracleotes, argenteam fuisse phialam asserit, quæ in medio auream agnam haberet. Athenæus lib. 6. cap. 4.

De Alcæone autem matricida, simulque de monili Eriphyles describemus quædam, quæ leguntur apud Pausaniam in Arcadicis. Alcæon etiam Amphiarai filius Psophide sepultus est. Eius tumulus neque magnitudine, neque vilo ornatus genere insignis. Creuerunt circa eum cupressi eo usque, ut earum proceritate etiam mons is, qui Psophidi imminet, superetur. Eas non cædunt, quod Alcæoni sacras putant: easdemque Virgines indigenæ appellant. Enimvero Alcæon occisa matre Argis fugiens, Psophidem, quæ tunc Phegia, à Phegio nominabatur, se recepit: ibi Phegei filiam Alpheisibæam duxit uxorem, cui inter cetera nuptialia dona, decantarum etiam illud monile dedit. Vbi verò in Arcadibus domicilium habenti insanix morbus non decessit, ad Apollinem Delphos veniens, responsum accepit, in eam terram ei migrandum, quæ omnium esset recentissima, quamque mare edidisset, postquam se ille Eriphyles matris sanguine polluisset: neque enim eò maternas diras ipsum consecuturas, &c.

De terra ista recentissima ei habitanda, quod dicit Pausanias, melius ex lib. 2. Thucydidis intelligas. Fama est, inquit, Apollinem Alcæoni, filio Amphiarai, cum à cæde matris incertis locis erraret, hanc terram habitandam significasse, cum moneret eum, fieri non posse, ut à terroribus Furiarum liberaretur, priusquam talem terram inueniret, in qua habitaret: quæ tunc cum matrem interficeret, nondum à sole inspecta, nec adhuc terra fuisset, cum omnis reliqua terra illi propter cædem matris Eriphyles polluta esset. Dubitanti igitur, & desperabundo, vix tandem in mentem incidit hæc terra, quæ alluione Acheloi interea accreuerat, locique satis esse videbatur, in quo habitaret, postquam à cæde matris per longum tempus hinc inde etroribus iactatus esset. Quapropter sede constituta circa Oeniadum, præfuit ibi, & ab Acarnane filio suo regioni nomen imposuit.

De Eriphyla Cic. 4. Verrina in hunc modum. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut cum vidisset monile, ut opinor, ex auro, & gemmis, pulchritudine eius incensa, viri salutem proderet. Similis istius cupiditas: hoc etiam acrior, atque insanior, quod illa cupiebat id, quod viderat: huius libidines non solum oculis, sed etiam auribus excitabantur.

Eriphyles ob maritum monilis causa proditum à filio interemptæ, totiusque domus perditæ, meminit Horatius Ode 16. lib. 3.

— concidit Anguria
Argini domus, ob lucrum.

450 Inter quas Phœnissa recens à vulnere Dido
Errabat sylua in magna, quam Troiæ heros

Demersa excidio.

Propert. eleg. 10. lib. 2. *Aspice quid donis Eriphyle inuenit amaris.* Et rursus lib. 3.

*Tu quoque, ut auratos gereres Eriphyla lacertos,
Dilapsis nusquam est Amphiarau equis.*

Ouid. lib. 1. Amor.

*Ex quibus exierat traiecit corpora ferro
Filius, & pœna causa monile fuit.*

Sulpitius Lupercus.

*Sic latebras Eriphyla viri patefecit, ubi aurum
Accepit turpis materiam sceleris.*

EVADNENQUE) Euadne Iphiclis filia, Capanei coniux, virum ardentissimo amore dilexit. Cuius apud Thebas interitum cum accepisset, dolore obruit. Deinde in eundem se rogam, quo cadauer eius cremabatur, coniecit. Apollodorus lib. 3.

ET PASIPHAEN) De Pasiphaë multa satis hoc ipso libro, & in Eclog. 6.

HIS LAOD. IT COMES) Laodamiam novam nuptam suam, ad bellum Troianum abiens Proteusilaus deseruit. Qui postea cum primus omnium è naui in terram desiluisse, ab Hectore occisus est. Eius mortem Laodamia impatientissime tulit. Dialogus est Luciani tomo 4. ubi Proteusilaus à Plutone, adiutus Proserpinæ comprecantis auctoritate, vnum diem ad illam reuiscendam impetrat. Vide nihilominus, si placet, Hygin. cap. 103. & 104. De hac fœmina, eiusque parum felici coniugio, & amore in virum memorabili Catull. eleg. ad Mallium.

*Coniugis ut quondam flagrans aduenit amore
Protesilaam Laodamia domum.*

*Inceptum frustra, nondum quum sanguine sacro
Hostia caelestes pacificasset heros.*

*Nihil mihi tam valde placeat Rhamnusia virgo,
Quod temere inuitis suscipiatur heris.*

*Quam ieiuna pium desideret ara cruorem,
Docta est amisso Laodamia viro:*

*Coniugis ante coacta non dimittere collum,
Quam veniens una, atq. altera rursus hyems*

*Noctibus in longis audium saturasset amorem,
Posset ut abrupto vivere coniugio:*

*Quod sciant Parca non longo tempore abesse,
Si miles murosisset ad Iliacos.*

*Quo tibi tum casu pulcherrima Laodamia,
Ereptum est vita dulcius, atq. anima*

*Coniugium. tanto te absorbens vortice amoris
Æstus in abruptum detulerat barathrum,*

*Quale ferunt Graij Phœneum prope Cyllenæum,
Siccari emulsa pingue palude solum.*

NUNC FOEM. CÆNEVS) Cænis virgo Thessala, à Neptuno subacta, ab eo impetrauit, ut in virum verteretur, ne vulnerari posset. Schol. Apollon. Tandem in nuptijs Pirithoi à Centauris, cum præ se omnes despiceret, congestu arborum oppressa interiit. Vide Metamorph. lib. 12. * De famini mutatione in sexum Virikem Plin. lib. 7. cap. 4. Vbi plura exempla recensentur. Notum est item quid fabula nungitur de mutatione Tiresia. Puerum quendam Bonenensis transisse in Virginem tradit Ausonius. Vide Tiraquellius. leg. Connubial. numer. 100. & deinceps. Qui porro factum sis, & Canem diceretur invulnerabile, docet Palephatus, quem consules, si vales.

Vt pri-

- Ut primum iuxta stetit, agnouitq; per vmbram
Obscuram, (qualem primo qui surgere mense,
Aut videt, aut vidisse putat per nubila Lunam,) 455
Demisit lacrymas, dulciq; affatus amore est.
Infœlix Dido, verus mihi nuncius ergo
Venerat extinctam, ferroq; extrema securam.
Funeris heu tibi caussa fui. per sydera iuro,
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
460 Inuitus regina tuo de litore cessi,
Sed me iussa Deum, quæ nunc has ire per vmbras,
Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam,
Imperijs egere suis: nec credere quiui,
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem?
465 SISTE GRADVM, TEQVE ASPECTV NE SVBTRAHE NOSRO.
Quem fugis? extremum fato quod te alloquor, hoc est.

INTER QVAS PHOENISSA) Phœnissa, vt Threïssa, Anificat. Catull. *Venisti? ô mihi nuntij beati.* Idem. *Cum subito affertur nuntius horribilis.* Quæ autem ex Tibul-
Libyssa, Cilissa.

ERRAB. SYLVA IN MAGNA) Pulchrè *grabat*, inquit, in sylua magna, vt quasi incertum esset, quem circulum posset tenere, quia & amauerat, & se interemerat. Notandum etiam, cum supra masculino genere vsus sit, *Hic quos datus amor*, &c. nunc tantum femininarum exempla poni, non quod desint viri: sed elegit sexum impatientem ad amandum. Seruius.

QVALEM PRIMO. Q. SVRG. MENSE) Primo mense, primos dies mensis intelligit, primo ortu, cum iam apparere plena incipit: idq; Græcæ gentis more quæ à noua luna eum auspicabatur. Apollon. 4. Argonaut. à quo id excerptit Virgil.

Τὸς ἰδὲν, ὅς τις τὴ νύξ ἐν ἡμέλῃ μὴνν,
ἦ ἰδὲν, ἢ ἰδὲν ἔπαυσε καὶ ἰδὲν αἰ.

Brod. lib. 1. cap. 26. * *Dictum est primo mense, sicut prima platanæ, primoribus digitis, primo vere, & multa huiusmodi, in quibus vocabulum primo non ordinem, sed partem denotat.*

INFÆLIX DIDO, VERVS MIHI NVTIVS) Purgat se Didoni Æneas de caussa necis illius, per translationem criminis ex iudiciali assumptiua. Factum quidem confitetur, deseruisse videlicet, sed per necessitatem excusat, culpamque omnem in deorum voluntatem, & imperium confert. Multum etiam ad innocentiam suam ei persuadendam valet, quod non sine lacrymis eam potest affari. Orditur per commiserationem ex infelicitate Didus. Sic enim caussa requirit, vt per indicium doloris, animum illius à se magnopere alienatum conciliet, & ad hoc ipsum erumpentes lacrymæ faciant. Cognoscit autem nunc denum verum fuisse nuntium eius de morte, non quod aliquis ei nuntiauerit, sed ad ignem referendum est, de quo in 5. *Mœnia respiciunt, quæ iam infelicio Elisa Collucet flammis.* Dubitauit enim hætenus de illo nuntio: nunc eum fuisse verissimum intelligit. Nascimb.

Falluntur, qui nuntium neutro genere vsitatum esse putant, pro re; quæ nuntiatur. Nuntius enim in masculino, & eum qui nuntiat, & rem nuntiatam sig-

nificat. Catull. *Venisti? ô mihi nuntij beati.* Idem. *Cum subito affertur nuntius horribilis.* Quæ autem ex Tibul-
lo, & Lucretio afferuntur exempla, nihil probant: siquidem in illis nuntium, & nuntia, tanquam adiectiuum nomen est, vt Grammatici appellant. Ex Muret. in Catull. & Lamb. in Horat.

PER SUPER. ET SI QVA FIDES) *Per superos*, &c. valet, per superos, & inferos. Per superos & si quod apud inferos iusiurandum est, religiosaq; affirmatio, & asseueratio. Turneb. lib. 23. cap. 3. Obseruanda autè hoc loco Grammatica anomalia in particula, *per*, frequens apud Maronem. Repete quæ notauimus lib. 2. ibi, *Per si qua est, quæ restat adhuc mortalibus usquam Intemerata fides.*

INUITVS REG. TVO DE LITT.) A Catullo sumpsit: ille namque elegia de coma Berenices. *Inuitus regina tuo de vertice cessi.*

ASPECTV NE SVB. NOSTRO) pro aspectui. Cæsar in libris ijs, quos de Analogia scripsit, ornatu, dominatu, & huius generis alia, sine, i, littera dicenda censet. Vide Gell. lib. 4. cap. 16. Antiqui in quinta inflexione libenter ablatiuum pro datiuo vsurpabant. Exempla collegi alio loco. Adde hæc. Varro lib. 4. de ling. latin. Prætor dictus, qui præiret exercitu. Veget. lib. 1. cap. 9. sed & cursu præcipue assuefaciendi.

QVEM FUGIS?) Est emphasis in illo pronominè *quem*: tui, quod in se est, amantissimum, tuamq; vicem dolentem vnice, quod ipsæ lacrymæ profusæ, & tam dulcis sermo, quo te sum affatus, testari possunt. Da igitur paulum operæ mihi. sequitur *aitiologia*.

EXTREM. FATO. Q. TE ALLOQ. HOC EST) Hoc ait esse extremum verbum, quod eam in vita sua alloquatur, idque sibi fato concessum, ac proinde æquum putat, se audiri. Post mortem verò suam tenebit alium circulum, viris fortibus, non amantibus assignatum. Seruius. Soph. in Aiace. *αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀνδρὶς ὄντα.* Et paulò post *τὸ δὲ ὅμῳ αἰὲς τῶν ὄντων.* German.

Talibus Æneas ardentem, & toruà tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymasq; ciebat.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:

Z*

3

NEC

- 470 NEC MAGIS INCEPTO VULTVM SERMONE MOVETVR,
 QVAM SI DVRA SILEX, AVT STET MARPESIA CAVTES,
 Tandem proripuit sese, atq; inimica refugit
 In nemus umbriferum: coniux vbi pristinus illi
 Respondet curis, æquatq; Sichæus amorem.

ARDENTVM) ira vtiq; ex quo sequebatur, ut A totuissimo cū vultu intueretur, & id ipsum perspicue, quæ sequuntur verba, indicant.

LACRYMASQVE CIEBAT) Leniebat quidem, seu potius lenire conabatur animum Didonis: lacrymas autem non illi ciebat, sed sibi, id est, novas lacrymas fundebat: & qui lacrymans cœperat sermonem, eundem cumulus lacrymis finiebat.

TORVA TVENTEM) Id est, toruē, nomen pro adverbio, figura poetis Græcis, & Latinis frequentissima. Nam & ipse dixit, *transversa tudentibus hircus*. Sic acerbā fremens, acerbā tonans, crebrā fremit, serā comantē Narcissum, multā gemens, quod quinquies vsurpauit, multā reluctanti, vanā tumentum, flos apprimā tenax. Quæ omnia in accusatiuo plurali, generis neutri adverbialiter posita sunt. Sed non min⁹ frequenter eundem casum singularem generis item neutri, pro suis quemque adverbij vsurpauit, ut, *toruūq; repente clamat*, magnū stridens, horrendū stridens, quod bis dixit: Horrendū sonuere arma, horrendū insonat armis, læuū intremuit, inpletū lacrymans, immanē spirans, supremū congemit, longū vale, longū lætabere, æternū vale, lugubrē rubent cometæ. Sed & hæc inter adverbialiter prolata Seruius annotauit. *Nauibus infandū amissis*, pro, infandē. Et, *sum pendere pœnas Cecropida iussi, miserū, septena quotannis Corpora*. Et, *miserabile casis Hostibus insultans*, pro miserabiliter. Quanquam possunt etiam esse interiectiones dolentes: quod magis mihi placet: nec Seruius non agnoscit. Illud verò notabilius, quod Lucretius in 6. per initia dixit, *neq; te in promissis plura morabor*, id est, plus. Erythræus.

QVAM SI DVRA SILEX) Nutrix in Hippolyto apud Senecam, posteaquam iuuenem flectere non potuit, ad quod volebat.

*Vi dura cautes undiq; intractabilis
 Resistit undis, & lacescentes aquas
 Longè remittit: verba sic spernit mea.*

Et in Agamemnone. *nihil ille motus, ardua ut cantos.* Ouid. 2. Metamorph. *Quæ pater haud aliter, quam canis mariora ponti Excepit.* Euripid. Medea. *ὡς δὲ πῆτερ, ἢ θαλάσσι κλύδων ἀκνεί.*

Comparatio à scopuli immobilitate deducta, & egregiè sanè duram Didonem, atque animo immobilē, duritiæ, immobilitatiq; animi Æneæ, ex æquo respondere facit: nam ut Æneas nullis Elisæ fletibus mouetur in quarto: ita vicissim hoc in loco Elisæ Ænea lacrymante, atq; etiam orante nihilo magis mouetur. Quamobrem & Æneam quercui, cum ait,

Ac veluti annosam valido cum robore quercum.

Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc

Ernere inter se certant:

Et Didonem hic silici comparauit. Nascimb.

Transtulit ad Didonem, quæ Odyss. λ. de Aiace aduersus Vlyssē scripta sunt. Fugit enim eius colloquium, quia ille sibi causā interitus.

*ὦς ἐφάμην, ἐδὲ μ' ἔδδ' ἀμείβετο, βῆ δὲ μετ' ἄλλας
 Ψυχὰς εἰς ἕρεος γαλῶν καὶ αὐθιγνῶν.*

Seruius.

TANDEM PRORIPUIT SESE) Augmentum iræ suæ Æneam refugiendo testata est: & ut fuerat inimica, ita discessit. Dicitur ad quem locum, in nemus umbriferum, seu frondosum ad Sichæum suum, qui vnum cū ea gerebat animum, & amore mutuo, consimiliq; tenebatur. Donatus.

CONIUX VBI PRIST. ILLI RESP. CVRIS) Extor amantibus viris, vnius tantum mentionem facit, nempe Sichæi. Fortasse, quia fæminæ ardentius amant, quā viri: cumque Sichæus Didonem non minus diligeret, quā à Didone diligeretur (vnde sequitur, *illi Respondet curis*) hoc vno vsus est viri amantis exemplo: quod etsi alia perdidit amantiū reperiri possent exempla, hoc tamen fuit poetæ aptius, cui vtriusque, Sichæi videlicet, & Didus historiam iam antea scribere contigerat. Nascimb.

- 475 Nec min⁹ Æneas casu percussus iniquo,
 Prosequitur lacrymans longè, & miseratus euntem est.
 Inde datum molitur iter: iamq; arua tenebant
 Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.
 Hic illi occurrit Tydeus: hic inclytus armis
 480 Parthenopæus, & Adraști pallentis imago.
 Hic multum fleti ad superos, belloq; caduci
 Dardanidæ: quos ille omnes longo ordine cernens,
 Ingemuit, Glaucumq; Medontaq; Thersiloichumq;
 Tres Antenoridas, Cereriq; sacrum Polybœten,
 485 Idæumq; etiam currus etiam arma tenentem.
 Circumstant animæ dextrā, læuaq; frequentes.
 NEC VIDISSE SEMEL SATIS EST: IUVAT VSQVE MORARI,
 ET CONFERRE GRADVM, & veniendi discere causas.

PROSEQ.

PROSEQ. LACRYM. LONGE) Admodum dolēbat Æneas, desertum se ab ipsa, atque contemptum, tamen quam longissimè conspectum oculi ferebant, eam lacrymans, & ingemiscens prosequēbatur, homo videlicet ad *εὐπράδην* propensissimus. Inde iter cœptum prosequitur. Donatus.

ULTIMA ARVA) vltiora, seu ad quæ vltima veniunt, quæ vltima possident post mortem viri fortes. *Tydeus* Altheæ, & Oenei filius, Diomedis pater, quem bello Thebano Menalippus extinxit. *Parthenopæus* Menalippi, & Martis, siue Melanionis filius, qui Thebana bella puer admodum petijt.

ADRASTI PALLENT. IMAGO) Rex Sicyonis primum fuit, post Argiuorum, socer Tydei, & Polynicis. quod autem ait *pallens*, aut adiunctum est vmbre: aut ad illud respexit, quia in bello Thebano consumptis sex ducibus, solus aufugit: fugæ autē comes pallor. Seruius.

HIC MVLTVM FLETI AD SVPEROS) Generatim, ibi erant, inquit, Troiani qui propter memoriam virtutis suæ, quoniam pro patria strenuè pugnando occubuerant, apud superos, apud viuos, (nos enim comparatione inferiorum superi sumus) magnum sui desiderium reliquerant, & multis erant lacrymis defleti. Horum erat longus ordo, id est, ingens multitudo. Per

tres Antenoridae multi tres proximè nominatos accipiunt, Glaucum, Medontem, Thersilochum: sed ab Homero refelluntur, qui Archilochum, Acamantem, Helyconem vocat. *Cereris sacrum*, id est, sacratum Polybarten, cum quadam nota illius deæ dictum, quæ tueri sacerdotem suum non potuit, aut noluit. Idæus viuens fuerat auriga Priami. Videbat igitur eum eodem mōnere occupatum apud inferos, quo fuerat apud viuos: sed Æneam animæ innumeræ adibant, nec poterant eius aspectu satiari, & auebant eas aduentus eius in loca illa cognoscere, quas videbant singulares, & maximas esse oportere. Donatus, Seruius.

CIRCVMSTANT ANIMÆ DEXTRA) Manifestum est, poetam Æneæ his verbis, *Circumstant anima dextra*, &c. laudem singularem quæsisse: nisi enim vir magnus, & admirabilis fuisset, totique ciuitari Troianæ propter virtutem, humanitatemque charissimus, & desideratissimus etiam mortuis, nunquam ad eum visendum tantus animarum concursus esset factus: nunquam extitisset illius iterum, iterumque videndi, & alloquendi tanta cupiditas. Sed hoc iam nosti, Virgilium studere hoc vnum, vt ex omni parte Æneam aperte, latenterque efferat, & deum apud lectorem faciat. ✱

- At Danaûm procures, Agamemnoniæq; phalanges
 490 Vt videre virum, fulgentiaq; arma per vmbas,
 Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
 Ceu quondam petiere rates: pars tollere vocem
 Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes.
 Atq; hîc Priamiden laniatum corpore toto
 495 Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
 Ora, manusq; ambas, populataq; tempora raptis
 Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
 Vix adeò agnouit pauitantiem, & dira tegentem
 Supplicia, & notis compellat vocibus vltro.

AGAMEM. PHALANG.) Ad Menelaum potissimum pertinēbat iniuria raptæ coniugis Helenes. Tamen frater eius Agamemno ad munus imperatorium visus est aptior. Ergo illi commissæ omnes copię: illi ceteri duces paruerunt. Optat autem propter oneris magnitudinem, & filię necem, quæ postulabatur, carere isto honore. Vide Euripidis Iphig. Aul. Menelaus tamen infra ibidem ei arrogantiam exprobrat, qui dignitatem hanc ambiuerit: eaq; adepta, superbus euaserit. ✱

INGENTI TREPIDARE METV) Mira laus Æneæ, quem oportuit viuus Græcis maximo terrori fuisse, cum etiam mortui, & corporibus exuti eum præ timore fugiant, eiusque conspectum ferre nequaquam possint. Deturpat Græcos vt ignauos, & imbelles. De illorum fuga ad naues, compellente Hectore, Homerus Iliad. 6. & noster Æneid.

INCEPT. CLAM. FRVSTRATVR HIANTEs) Stat. lib. 4. Thebaid. *Et falso clamore leuissimas Intendunt sine pace manus.* A natura spirituum, qui nihil aliud sunt, quam substantiæ incorporeæ: quare sonū edere haud valent. organa enim vocis defunt. Depingit ceu penicillo in tabula, animas ora in hiatum temere deducētes sine sono. Montfortius.

Cum ageret hilarè Saturnalia Athenis cum sodalibus suis Gellius, fuerunt inter alias quæstiones hi versus Ennii, vno verbo multifariam concinniter implicati ad

Cenarrandum propositi, nec tamen in eodem capite 2. videlicet lib. 18. eorum allata enarratio, sine explanatio. Versus hi sunt.

Nam qui lepide postulat alterum frustrari,

Quem frustratur, frustra eum dicit, frustra esse:

Nam qui sese frustrari quem frustra sensit,

Qui frustratur, is frustra est: si non, ille est frustra.

Hos in hunc modum explicauit Muretus, vt memoriæ prodidit eius auditor Iosephus Castilio, in Varijs lectionib. Qui vult alium lepide fallere, dicere non debet, errare, ac falli eum, quem ipse fallere cogitat. Nam ubi quis sentit frustra alium operam dare, vt se fallat, cum, nisi is, cui dolus tenditur, fallitur, is ipse frustra est, qui eum frustrari volebat. Frustrari, est fallere. Frustra esse, falli, ac decipi. Hoc ego *θεωρημα* tum quia liber Castilionis nondum apud nos vulgatus est, tum propter Mureti gratissimam omnibus politionum doctrinarum amatoribus memoriam, Symbolis nostris inferendum putauit.

LANIATVM CORPORE TOTO) Πάθος ex habitu, & forma corporis: quod per effictionem totum deturpatum fuisse describit. Platonice igitur designat corpus, id est, simulacrum corporis, à morte eundem apud inferos habitum retinere, quem homine viuente possederat. Nascimb.

Sic miseram in modum laniatus est, vt adulter Hele-

Helenæ, quod crudelitate, & immanitate supplicij pasceret animum suum Menelaus. Adultero abscinduntur nares apud Martialem, & apud Athenæum lib. 12. Scythæ omnium, ad quos veniebant, nares amputabant, *πάλιν*, inquit, *αδρότερον* ἢ ὅς ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου τὰ εἶνα. Turneb. lib. 28. cap. 46. Fuit insigni immanitate tyrannus Epiri Echetus, qui hospites, & aduenas omni partium extremitate decurtabat. vnde & *ἰχθυῖος* prouerbio cessit. German.

Ex Virgiliana narratione, id est, ex his, & qui deinceps sequuntur, versibus, occasio nata est Ausonio epithij in Deiphobum, quod adscribimus.

Proditus ad pœnam scelerata fraude Lacena,

Et deformato corpore Deiphobus:

Non habeo tumulum, nisi quem mihi voce vocantis

Et pius Æneas, & Maro composuit.

Sed cur prætermittamus Tryphiodorum? is in hunc modum de interitu Deiphobi.

Deiphobi interea (Paridis post funera fratris

Tyndarida iniustus sibi iunxerat ille hymenæus)

Indomito ad sedes grassantes Marte renebant,

Armipotens Laertiades, & Rex Menelaus:

Quales brumali miseræ sub nocte cruenta

- 500 Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucris,
 QVIS TAM CRUDELES OPTAVIT SVMERE POENAS?
 CUI TANTVM DE TE LICVIT? mihi fama suprema
 Nocte tulit, fessum vasto te cæde Pelasgum
 Procubuisse super confusæ stragis aceruum:
 505 Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
 Constitui, & magna manes ter voce vocaui.
 Nomen, & arma locum seruant, te amice nequiu
 Conspicere, & patria decedens ponere terra.

DEIPHOBÆ ARMIP. GENVS ALTO) Deiphobum Cpenor Odyss. λ. ne θεῶν μῆνιμα sit, inhumanatus perhorrescit. Brod. in 3. Epigram. Græcorum.

CRVDEL. OPTAVIT SVM. POENAS) Crudeles pœnæ, quoniam crudeliter sumptæ, à crudeli videlicet, notus, & frequens tropus. Convenienter definitioni crudelitatis locutus est poeta, quam his verbis lib. 2. cap. 4. de Clementia concepit Seneca. Est atrocitas animi in exigendis pœnis. Ibidem. Crudelitas est inclinatio animi ad asperiora. ✱

TVMVLVM RHÔTEO IN LITT. INANEM CONSTIT.) Quorum corpora non inueniebant, seu haberi non poterant, ijs cenotaphium, seu imaginarium sepulchrum extruebant antiqui, ne defunctorum animæ aliquot annos ad inferorum fluminum ripas vagarentur. Tantum autem, ait, Seruius, valebat inanis, quantum plena sepultura, quæ circa absentum cadauer, eorumque, qui in peregrina regione obijissent, corpora, quibusdam solemnibus sacris fiebat. Istuc apertè hoc loc demonstrat Virgilius, & Palinurus in sexto, honorarium sibi tumulum ab ipso Ænea constitui postulavit. Insepultos autem ab aliarum, animarum consortio repelli conqueritur Homericus Patroclus Iliad. 4. El-

Cade lapsi fido quando custode carentes
Depradantur onas, morsu laniansq, voraci,
Spem dominiq, gregiūq, & inania onilia linqunt.
Sic illi innumeros (duo tantum quamlibet) hostes
Congressi infasta miseræ cede sub umbras.

Infra.

deprensū deniq, Atreides

Deiphobum mediam rigido ferit ense sub aluum.

Intestina solo effudit quo vulnere, & hepar,

Jam studiūq, gubernandorum oblitus equorum.

Deposuit in mados vita cum lumine fastus.

PAVITANTEM, ET DIRA TEG. SVPPLICIA) præ pudore nolebat agnosci. per supplicia, intellige vulnera. Deiphobus autem nihil admilerat, ut supplicij dignus esse videretur: sed occultè Græcis indignatur poeta, qui hominem innocentem, ac strenuū pro patria pugnantem tali supplicio crudeliter affecerint, quale ne scelestis quidem, ac nequam hominibus inferri solet. Nascimb.

NOTIS VOCIBVS) quippe qui inter se ob communem non solum patriam, sed cognationis, & affinitatis iure notant optimè.

Vetustissimi moris fuit, inquit Iouian. lib. de Magnificencia, in honorem amici, ac bene meriti cuiuspiam viri, sepulchrum illi statuere. Non quod conditi essent illic eius cineres, atque ossa: sed memoriæ tantum id tributum, illustrandique nominis eius gratia. Quæ re contigit eiusdem per sepe viri diuersis in locis plura etiam sepulchra inueniri. Sueton de Druso. Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem statim die quotannis decurreret, & Galliarum ciuitates publicè sacrificarent. Hic honor etiam militibus in acie cæsis habebatur. Xenophon. lib. 6. de expeditione Cyri. *Δεῖνός τ' ὅς ἐκ τῶν ἐδῶν αὐτοῦ γὰρ ἰθαίαν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύνατο κἀλλίστα: ὅς δὲ μὴ ἐνεῖχον, καὶ ἀρίστους αὐτοῖς ἐποίησαν μάχα, καὶ πέναν μάχων, καὶ τεράτους ἐπέθεσαν.* Tacitus. lib. 1. Annal. Primum extruendo tumulo (Varianis legionibus) cespitem Cæsar posuerat. Et lib. 2. Tumulum tamen nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram Druso sitam dissecerant. Monumentum eiusmodi honorarium fieri Martiæ legioni, quæ ad Mutinam occubuerat, suadet M. Tull. 14. Philipp. Est & hoc memoria haud indignum, quod de Pythagoreis prodiderunt Origenes lib. 1. contra Celsum, & Clemens Alexand. lib. 5. Strom. Consueuerant illi quoque tumulum inanem, ut vocat Maro, hoc est, cenotaphium extruere ijs, qui vel descuissent à familia, & secta Pythagoræ: vel mysteria illa philosophiæ, quæ arcana habere debuerant, temere euulgassent. Hos pro mor-

mortuis ducebant. Budæus in Pand. cenotaphia hodie *A voce ciemni.*

vocari posse funerum expositorum imagines, quas representationes in anniuersarijs exequijs dicimus.

MANES TER VOCE VOCAVI) De ritu manes vocandi ad tumulum, scripta quædã à nobis 3. Æneid. ad illa, *animamq; sepulcro Condimus, & magna supremũ*

NOMEN ET ARMA LOCVM SERVANT) pro, locus servat nomen, & arma: nõ quidem vera arma tua: vnde enim illa nancisceret? sed picta arma, quæ pro veris essent. Locutus est sic etiam principio septimi. *Et nunc servat honos sedem tuum.*

- Atq; hic Priamides: NIHIL Ô TIBI AMICE RELICTVM EST,
 510 OMNIA DEIPHOBÔ SOLVISTI, & funeris vmbri:
 Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ
 His mersere malis: illa, hæc monumenta reliquit.
 Namq; vt supremam falsa inter gaudia noctem
 Egerimus nosti: & nimium meminisse necesse est,
 515 Cum fatalis equus saltu super ardua venit
 Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo:
 Illa chorum simulans, euantes orgia circum
 Ducebat Phrygias: flammam media ipsa tenebat
 Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat.
 520 Tum me confectum curis, somnoq; grauatum
 Infelix habuit thalamus, pressitq; iacentem
 Dulcis, & alta quies, placidæq; simillima morti.
 Egregia interea coniunx, arma omnia tectis
 Emouet, & fidum capiti subduxerat ensen:
 525 Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit:
 Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
 Et famam extinguere veterum sic posse malorum.
 Quid moror? irrumpunt thalamo: comes additur vnâ
 Hortator scelerum Æolides (DII TALIA GRAVIS
 530 INSTAVRATE, PÏO SI POENAS ORE REPOSCO.)
 Sed te qui viuum casus, agere fare vicissim,
 Attulerint: pelagine venis erroribus actus,
 An monitu Diuum? an quæ te fortuna fatigat,
 Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires?

NIHIL Ô TIBI AMICE RELICTVM EST) B Fecit noctis commemorationem, & adiecit signa eius, Hoc est plenè gratias agere, vt quod Æneas asseruit factum propterea, quia corpus eius inuenire non potuerit, quod sollemni ritu condidisset, Deiphobus diceret cumulare sibi satisfactum. Primò quæsiuit Æneas, quis auctor fuisset deformitatis eius: deinde retulit, se ei constituisse sepulchrum honoris causa, licet imaginarium. Deiphobus responsurus. (quoniam suprema honorificentia potior erat) ei prius responderet, & gratias agit. Deinde de auctore poenarum suarum narrare aggreditur. Fata, & mulier pessima, ac sceleratissima, Helena, inquam, quam mortuo Paride duxi, me sic multarunt. Donatus.

DEIPHOBÔ SOLVISTI, ET RVN. VMBRIS) C Signare dicit, solvisti: quæ enim soluuntur, antea debebantur. Et quoniam debentur quædam mortuis à viuis, præsertim amicis, & cognatis, vt exequiæ, inferiæ, sepultura, & cærimoniarum denique ad manes placandos, idcirco dicuntur iusta, græce τὰ νόμιμα. Est enim quædam iustitia seruanda etiam erga defunctos. Et lex vetus, Deorum manium iura sancta sunt. 34

SVPRM. FALSA INTER GAVD. NOCTEM)

Sapiens nunquam est sine gaudio. Gaudium hoc non nascitur nisi ex virtutum conscientia. Non potest gaudere nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. Quid ergo? inquis. Stulti, ac mali non gaudent? non magis, quam prædam nacti leones. Cum fatigauerunt se vino, & libidinibus: cum illos nox inter vina defecit, cum voluptates angusto corpori, vltra quàm capiebat, ingestæ, suppurare cœperunt, tunc exclamant miseri Virgilianum illum versum, *Namq; vt supremam falsa inter gaudia noctem Egerimus, nosti.* Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia, & quidam, tanquã supremam, agunt. Illud gaudium, quod deos, deorumq; æmulos sequitur, non interrumpitur, non desinit. Desineret, si sumptum esset aliunde. Sed quia non est alieni muneris, nec arbitrij quidem alieni est. Quod non dedit fortuna, non eripit. Hæc Seneca epist. 59.

Repete locum superiorem, & mala mentis gaudia,

Aa*

vbi

vbi alias Senecæ sententias protulimus. Fuerunt igitur A gaudia ista falsa, quia stultorum gaudia, capta ex delectatione sensuum, communia cum brutis animantibus. Virgilius tamen ideo forsitan falsa nominat, quoniam dolum Græcorum respicit, quo decepti, cum nimirum eos abijisse putarent, qui latebant apud Tenedum, & eadem nocte reuersuri, urbemq; deleturi erant, se omni generi lætitiæ, voluptatisq; dediderunt. Et quia causa gaudendi vera non fuit, ideo non verum, sed falsum gaudium. ✱

CVM FATALIS EQVVS SALTV) Fatifer, exitiabilis equus. De fatali equo, eiusq; vtero, armatorum referro, lib. 2. *uterumq; armato milite complent. Scandit fatalis machina muros, Fæta armis, mediâq; minans illabitur urbi.* Posteriores versus de illis Ennianis tractos vult Macrob. quos lib. 2. recitauimus: nam & ibi commodè ponuntur, *Aut hac in nostros, &c.* Saltu dixit, quoniam equum vocarat, cum machina illa saltare, vtpote lignea non posset. Allusio est igitur.

EVANTES ORGIA CIRCVM DVCEB.) Rem verisimilem facit ab occasione religionis. Helena, vt Græcos in equo latentes, quos optimè sciebat, alloqueretur, sacra se facturam simulauit, & ascitis quibusdam Troianis mulieribus, ipsa chorum ducebat, equumque ligneum ter ambiens, vt ait Homerus Odyss. 4. proceres Græcorum in aluo equi latentes nominabat, cui respondere volentes quidam, ab Vlyssæ prohibiti sunt. Huc alludens, & tamen aliud dicens poeta, Helenam facit Orgia simulantem, & chorum matronarum ducentem: vt per speciem religionis, Troianis imponat: hoc est, vt Græcos signo luminis ex arce vocet in perniciem Troianorum. *Euantes*, Euoè canentes, vt Bacchicæ mulieres in sacris suis consueuerunt. Nascimbæ. * *Euan & num est de Bacchi nominibus. Ouid. 4. Metam. Nyctæliuq; Eleusq; parenis, & Iacchus, & Euan. Stat. in Syl. Bassaridum iactator Euan. Factum à bacchantum clamore. Hinc Baccha Euantes. Propert. Egit vt euantes dux Ariadna choros, Sil. lib. 1. Non ille euantes Massylæ palluit iras.*

TVM ME COMECTVM CVRIS) Excusat factum, quod somno se tunc dederit, cum maxime vigilia opus esset, à multitudine curarum, ex pristino bellorum tumultu, quibus grauiter oppressus, facile solutus est in somnum. Hoc etiâ modo factum Helenæ magis verisimile fit: dormiente enim coniuge, facilius illa Græcos domum recipere poterat. Nascimb.

EGREG. INTEREA CONIVNX) Nupsit Deiphobo post mortem Paridis Helena. Deiphobus autem germanus Paridis. Helenam quoque Hectoris frater, post interfectum ab Oreste Pyrrhum, Andromacham, quæ cum Hectoris fuerat, uxorem duxit, vt Sidimus lib. 3. Enumerat alios Tiraquell. in 7. leg. Connub. num. 50. qui fratrum coniuges Sidimus sibi desponderint. Nam viuarum nuptias sibi iungere, grauissimum scelus aut habitum est semper, aut haberi debuit. Hebraei licuit tunc inire matrimonium cum defuncti fratris uxore, si ille decessisset absq; liberis. Christiani legibus neutro modo fæ. Nec hoc loco dicit nomen eius, sed quod est grauius, matrimonij vocabulum posuit sanctum, & religiosum, & quod inuiolatum deberet existere, vt eo detestabilior teneatur, quæ coniugij fœdera sic prodidit, quod ipsum vox egregia insinuat, est enim ironica. Ergo hæc, inquit, mihi non sentienti, arma, ipsumq; enslem subduxit, in quo poteram fiduciam

habere salutis meæ. Vocat Menelaum, satisfactura ei hoc modo pro scelere suo, quasi violata matrimonij sanctitas, vllam satisfactionē posset admittere. Irrumpunt ipsum Menelaus, & Vlysses inuentor ille fraudum, ac scelerum, in quo iacebam cubiculum, & me, vt cernis, tam fædè mutilant. Hoc non dicit aperte, quia in promptu erat, quid fecissent sibi: & generatim à dijs scelerum vltoribus similia optat, vnde talis vxor, tam infida, tam crudelis, & tam læui inimici prodierint. Donatus.

CAPITI SVBDVXERAT ENSEM) Terentius Eunuchus. *Et cum eo clam subduxisti mihi.* Vbi Donatus, furtim subtraxisti mihi, & hunc ipsum Maronis locum profert. Vide Alciati Parerg. lib. 5. cap. 4. Quatenus scenæ, aut argumento seruiendum sit. Hoc enim quod Deiphobus ab uxore Helena se proditum, & Troianis obiectum dicit, cum tamen in 2. Æneid. in regia Priami dicatur inuenta, capta vrbe, zelotypiæ maritali adscribendum putat.

INTRA TECTA VOCAT MENEL.) Cum hic locus pugnare videatur cum illo, qui est lib. 2., vbi non in Deiphobi, sed Priami ædibus reperta Helena dicatur, ostensum illic, quomodo conciliari possint, & sublata discrepantia.

SCILICET ID MAG. SPERANS FORE MVN.) Duas causas proponit: maritum sibi hoc modo deuincire voluit: & adulterij apud eum offensionem tollere. Sed hoc nimis stultè.

PIO SI POEN. ORE REPOSCO) Non dubitat, an piè faciat, hosti pœnas imprecando; sed præmolliet imprecationē, quasi dicat, atrociter quidem, sed tamen piè, ac legitime se facere, cum tam sceleratè ipse immerens tractatus sit. ✱

HORTATOR SCLER. ÆOLIDES) Æolides Æoli nepos, cuius mater Anticlea, antequam Laertæ nuberet, à Sisypho Æoli filio compressa fuit. ✱

SED TE QVI VIVVM CASVS) Audisti, inquit, casus meos: etiam ipse vicissim refer, qui te casus viuum ad inferos miserint, an pelagi erroribus huc veneris, non rectà ad inferos, sed ad locum, vbi inferorum descensus est, ad Auernum: an dij, an aliqua fortuna te compulerit adire hæc horrida, & tenebrosa loca. Quæsit ista Deiphobus: sed Æneæ responsionem optimo consilio poeta præterijt, ne rebus, propter quas ventum fuerat, mora prolixior fieret: vel repeterentur ea, quæ superius dicta sunt. Sed tamen Æneam non fecit negasse responsum. Interuenit enim interdictio Sibyllæ, quæ cum videret diem labi, fabulas omnes, & moras abscedit. Donatus.

VT TRISTES SINE SOLE DOMOS) Ex Odyss. 1.

Τῆς αὐτῆς δὲ δύστην ληπὼν φάος ἡλίου

Ἥλιδες ὄφεα ἰδὺς τέκνας, καὶ ἀτερπέα χῶρον;

Vt autem sine solo domos, sic Euripid. *ὄκλον ἀνάλιον*, & in Alcest. *ἀνελίος οἶκος*. & in Hercule *ἀνελίος μυχός*. Homer. Odyss. 11. *γαῖαν ὑπὸ στυγερῇ ἀφικόμεν*. German.

LOCA TVRBIDA) in quibus fontium clamoribus, & pœnis tumultuantur omnia.

535 Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium ætherio cursu traiecerat axem,
Et fors omne datum traherent per talia tempus,
Sed comes admonuit, breuiterq; affata Sibylla est.

Nox

Nox ruit Ænea, nos flendo ducimus horas:

540 Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas:

Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit,

Hæc iter Elysium nobis: at læua malorum

Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Deiphobus contrà: Ne sæui magna sacerdos,

545 Discedam, explebo numerum, reddarq; tenebris.

I DECVS, I, NOSTRVM, MELIORIBVS VTERE FATIS.

Tantum effatus, & in verbo vestigia torfit.

HAC VICE SERMONVM) verborum, & ser- A Hæc est igitur naturalis vere mors, cum finem corpo-
monum ista vicissitudine.

MED. ÆTHERIO CVRSV TRA: AXEM) Hinc colligunt interpretes, noctem civilem à meridie, sicuti diem à media nocte Romanos inchoasse. Vide Gellium lib. 3. cap. 2.

TRAISCERAT) Traiscere vocabulum propriè nauticū, cum quippiam in littus, ripamve ulteriores transuehitur, habetq; sub agendi significatione frequenter duos accusandi casus, ut apud Cic. Rhodanum copias traiecit. Aliquando tamen ablatiuo contentum est. Liuius. amnem vado traiecit. Sed per metaphoram, ut hic quoque, ad caelestia refertur. Cic. de diuinat. Assyrij traiectiones, motusq; stellarum obseruauerunt. Sed & ad alia quoq; transfertur. Propert. lib. 1. eleg. 16.

O utinam traiecta cana, mea uocula, rima

Percussas domina uertat in auriculas.

German.

SED COMES ADMONUIT) Sibylla, quæ ideo Æneæ fuerat iuncta, ut in omnibus instrueret ignorantem, commonuit fabularum tractationibus occupatum, intelligens totum diem minimis, & inutilibus narrationibus posse consumi. vsa est breuitate sermonis, ne moras, quas remouere cupiebat, ipsa plurimum loquendo nutrebat. Donatus.

NOX RVIT ÆNEA) Admonet Sibylla Æneam, ne statutum sibi tempus otiosis colloquijs conterat, quia breue est, nec ultra noctis spatium, quod iam dimidium præterierit, extendatur. Nascimb.

LOCVS EST, PARTES VBI SE VIA .F. IN AMB.) Docet Crinitus lib. 5. cap. 11. hæc Virgilium à Xenocrate, & ipsum à Gobrya mago transtulisse in Axiochū. Lege totum caput. Loca beatorum à dextris statuuntur, damnatorum à sinistris: quemadmodum in sacrosancto Evangelio dicitur, hædos fore à sinistris, oues autem à dextris. *Impia tartara*, quæ continent impios, nota figura. ✱

NE SÆVI MAGNA SACERD.) Sæuire χαλῶναι, sæuus χαλῶνς, difficilis, immitis. Inde etiam sæuitia asperitas quædam, & iracundia, χαλῶνς. Terent. And. *Sh ne sæui tantopere*. Quo loco monet Donatus, ne, imperatiuo magis, quam coniunctiuo adiungi.

EXPLEBO NVMERVM, REDDARQ. TENEB.) Constat numerorum certam, constitutamq; rationem animas sociare corporibus. Hi numeri dum supersunt, perseverat corpus animari: quum vero deficiunt, mox arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa constabat. Et hoc est, quod fatum, & fatalia vitæ tempora vocamus. Anima ergo ipsa non deficit, quippe quæ immortalis, atq; perpetua est: sed impletis numeris corpus fatiscit: nec anima lassatur animando, sed officium suum deserit corpus, cum iam non possit animari. Hinc istud doctissimi vatis, *explebo numerum, reddarq; tenebris*.

ris solus numerorum suorum defectus apportat: non cum extorquetur vita corpori, adhuc idoneo ad continuationem ferendi. Macrobi. in Som. Scip. lib. 1. cap. 13. Rhodigin. lib. 22. cap. 6.

Ne sæui, inquit Deiphobus, ô Sibylla. iam iam abibo, ne vobis in mora sim scilicet, hincq; discedam in tenebras, ut ibi annorum numerum ad eluendas culpas meas mihi destinatum compleam. Locus profectò est intellectu difficilis, ex penitioribus diuini Platonis mysterijs erutus, & à nullo hætenus (quod ego viderim) recte explicatus. Scire igitur oportet, animas cum è corporibus excefferint, in varijs, iuxta Platonis doctrinam, purgatorijs supplicijs versari: nam peccatorum maculas idcirco doloribus Plato aboleri docet, quia videlicet voluptatibus inoleuerint. Ad purgandas itaque animas, culpasq; delendas, Plato ipse numero vititur denario, nunc simplici, nunc multiplici, ea ratione, ut triplici gradu, qualemcunque animorum culpam elui, purgariq; posse existimet: decenario, centenari, millenari: nam pro quolibet voluptatis gradu, decem adhibet tormenti gradus. hinc fit, ut summa supplicij animarum longitudo, absoluta; delictorum purgatio millium annorum spatio finiatur. Quæ cum purgatæ fuerint, tunc maxime aptæ videntur, ut rursus in humana transmigrent corpora. Primus doloris, siue supplicij gradus, numeri est decennarij: secundus centenarij: nam si denarius numerus in se ducatur multiplicando decies decem, ex eo nascitur centenarius: tertius millenarij: si enim computes decies decem decies, millenarium cõficiet numerum. Propterea de quibusdam animis, ad quos purgandos centum opus erat annis, à poeta dictum est, *Centum errant annos*. De quibusdam verò alijs, qui absoluto annorum spatio indigebant, dicturus est.

*Hæc omnes ubi mille rotam voluere per annos,
Lethaum ad fluvium deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores supera ut connexa reniscant,
Rursus incipiant in corpora velle reuerti.*

Inquit ergo, *explebo numerum, reddarq; tenebris*. *Explebo* hic esse videtur in sensu. Nam illud posterius dictum fuit, quod prius dicendum fuerat: nam prius tenebris reddatur, quam numerum annorum compleat necesse est. Sit igitur sensus: à vobis discedam, in tenebrasque, ibiq; annos purgationis meæ explebo. Si verò *explebo* non probes, sic accipito. explebo annorum numerum, quo expleto reddar tenebris. id est, rursus humanum corpus occupabo. Nam anima humano inclusa corpori, tanquam in carcere terribissimo, densissimisq; in tenebris versari, oblescereq; videtur. Lege Platonis dialogum de iusto, ibiq; Græcos interpretes, sed Marfilium in primis Latinum interpretem. Nascim.

Seruius, *explebo numerum*, minuat numerum. Causam tacet. Est autem hæc Deiphobus cum Ænea, & Sibylla

bylla numerum constituebat ternarium, quo inferi tri-
stantur, ut superi numero impare gaudent. Dixit igitur
Ne sequi magna sacerdos, discedam, minuat numerum
ternariū, quem hic constitui nefas est. Modicius cap. 35.
I DECVS, I NOSTRVM, MEL. VT. FAT.) Cum duobus

Allocutus est diuerso genere. Placuit iratam vatem, &
Æneæ felicia optauit, & prospera: sed breuiter, ne lo-
quendo pluribus, moras neceret, quod reprehenderat
Sibylla. Donatus.

Respicit Æneas subito, & sub rupe sinistra
Mœnia lata videt, triplici circumdata muro,
550 Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa ingens, solidoq; adamante columnæ:
Vis ut nulla virum, non ipsi excindere ferro
Cælicolæ valeant: stat ferrea turris ad auras:
555 Tisiphoneq; sedens palla succincta cruenta,
Vestibulum in somnis seruat noctesq;, diesq;.
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera: tum stridor ferri, tractæq; catenæ.

MOENIA LATA, TRIPL. CIRCVND. MVRO) Descri- B
ptio loci, quaestioibus, & supplicijs rectè conueniens.
Nam triplici muro erat clausus, ne reis esset elabendi
ocasio. Porta eius adeo dura, & firma, ut neq; humana,
neque diuina vi conuelli, frangiq; posset. Omnia flu-
uius ambibat, saxis, & vorticibus flammeis copiosus,
qui transiri propter rapacitatem, & saxa, quæ voluebat,
propterq; incendia non posset. Turris illic fuit educta
in altitudinem nimiam, tam fortis, ut ferreis saxis vide-
retur extructa. In foribus Furia fuit, egressus diligenti
cautela custodiens, die, nocteq; continuè peruigil, fla-
gellis terribilis, & armata serpentibus. Quid illic non
crudele, ac triste poruisset esse, ubi nihil gerebatur, nisi
quod tormenta monstraret, aut pœnam? Denique ge-
mitus, & sonitus verberum, & tractarum catenarum
stridor auditus, quid ageretur euidentissimè nuntiabat.
Donatus.

FLAMMIS TORRENTIBVS) quia rapidus & igneus,
ideo in morem torrentis, qui rapidè fertur, ambit flam-
mis suis mœnia illa Phlegethon.

SOLIDOQVE ADAMANTE COLUMNÆ) Adamas ex
re dictus, quod nulla vi domari, hoc est vinci, frangi-
q; possit: à verbo *δαμάζω*, seu *δαμάω*, quod domare signi-
ficat, & particula priuante, a. Lucet. lib. 2.

In quo iam genere inprimis adamantina saxa

Prima acie constant, ictus continere suum.

Sic Plin. de adamantibus lib. 37. cap. 4. Incudibus de-
prehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum utrinq;
dissulteret. Ex Lamb. in Lucret. * *Hircino tantum sanguine*
cedere adamantem proditum est. Vnde D. Cyprianus lib. de duplici
martyrio, efferas nationes, quas Romani nunquam frangere, vel
domare potuerint, Christi sanguine aut esse emollitas. Nullus ada-
mas corde saxo peccatorum durior. Hoc igitur cor ferreum, cor saxu-
um, cor plusquam adamantinum emollit sanguis Christi.

NON IPSI EXSCIND. FERRO CÆLICOŁÆ) Ampli-
ficatio plane incredibilis: quid enim diuina potentia
non possit?

STAT FERR. TVRR. AD AVRAS) prodigiola alti-
tudo indicatur.

PALLA SUCCINCTA CRVENTA) Ouid. de e-
dem Tisiphone.

Nec mora, Tisiphone madefactam sanguine sumit
Importuna facem, fluidoq; cruore rubentem.
Induitur pallam, tortoq; incingitur angue.

TVM STRID. FERRI, TRACTÆQVE CATENÆ)
Intellectio: nam ex stridore ferri, & tractis catenis di-
ros cruciatus damnatorum animorum accipimus, qui-
bus *ἀγέλην* exercentur. Est autem nominandi ca-
sus *catena*, non gignendi: vna enim catena tantum so-
num non posset edere. Montfort.

Constitit Æneas, strepitumq; exterritus hausit.
560 Quæ scelerum, facies? ô virgo effare: quibusue
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tum vates sic orsa loqui. Dux inclyte Teucrūm,
Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sed me cum lucis Hecate præfecit Auernis,
565 Ipsa deūm pœnas docuit, perq; omnia duxit.
Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna,
Castigatq;, auditq; dolos, subigitq; fateri
Quæ quis apud superos, furto lætatus inani
DISTVLIT IN SERAM COMMISSA PIACVLA MORTEM.
570 Continuò fontes vltix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, toruosq; sinistra

Inten-

Intentans angues, vocat agmina sæua sororum.
Tum demum horrissono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ, cernis custodia qualis
575 Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet sedem. tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantùm, tenditq; sub vmbras,
Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.

STREPITVM QVE EXTERRITVS HAVSIT) ὤσσειν in sensu: nam primo auribus strepitum hausit, deinde exterritur.

QVA SCHEL. FACIES, QVIBVSVE QVIS) Narrandi materiam Sibylla præbet. Tria potissimum percontatur: species scelerum quibus supplicijs multentur: postremò, quis sit plangor ille, qui ex intervallo audiatur.

DVX INCLYTE TEVCVRVM, NVLLI FAS CASTO) Respondet Sibylla, primum Æneæ beneuolentiam sibi concilians, commendatione virtutis, & gloriæ illius, ex rebus ab eo præclare gestis. *Castus*, Latinis qui Græcis ἀγρός. Vide plura in 3. Æneid. super illo, *Hæc casti maneat in religione nepotes.*

SCELERAT. INSIST. LIM.) Limen ideo sceleratum dixit, quia Furiarum sedes est in limine, ut lib. 4. *Vlricusq; sedens in limine Dira.* At sedes ea Furiarum vocatur scelerata Ouid. lib. 4. *Metamorph.*

*Carcere ante fores clausus adamante sedebant,
Deq; suis atros petebant crinibus angues.
Quam simul agnorum inter caliginis umbras,
Surrexere dea: sedes scelerata vocatur.*

German.

SED ME CVM LVCIS HECATE) Occurrit obiecto *ῥαία* *ῥαία*. Quæri enim poterat, unde hæc ipsa cognouisset. Refert ergo se hæc omnia edoctâ à Proserpina, & illius ductu loca illa subterranea suis oculis perlustrasse. Sic maiorē sibi fidē, auctoritatēq; conciliat. Nascimb.

GNOS. HÆC RHAD. H. DVRISS. REGNA.) *Sic. Thebaid.*

Arbiter hos dura versat Gortynius vna,
Vera nimis poscens, adigitq; expromere vitas
Vsq; retrò, & tandem pœnarum lucra fateri.]

Retaliatio, siue pœna rationis, vulgò Rhadamantheum iudicium dicitur, ut est apud Aristotelem Ethic. Nicom. lib. 5. cap. 5. de quo elegans extat Hesiodi carmen.

Εἰνα πᾶσι τὰ κ' ἐπεί, δίκην τ' ἰθὺν γένοιο.

Lex recta est, cum quis patitur, quæ fecerit ipse.

Erasmus Rhadamantheum iudicium de incorruptis, & seueris prouerbialiter dici existimat. Sed magis specialis est interpretatio, quæ ex Aristotele adduxi. Plato de leg. lib. 12. solitum finire controuersias Rhadamanthum ait, iuramento per deos delato: quod nemo sit adeo impius, qui non putet deos esse: unde Rhadamantheum iudicium videtur dici, non solum quod incorruptum est, sed quod confestim, & absq; mora fertur. Alciar. Parerg. lib. 9. c. 8.

Quæ Maro de iudiciis inferorum, & criminibus hominum dicit, videtur sumpsisse ex Axiocho Platonis, ubi Socrates hæc sibi à Gobrya Mago narrata memorat. Vestibulum, quod aditus patet ad Plutonis regiâ, claustris ferreis firmari, atq; sepi: tum vero fluuium Acherontē occurrere, deinde Cocytum: quibus traiectis, ad Minorem, & Rhadamanthum deduci oporteat, in eum locum, qui campus veritatis appellatur. Ibi iudices sedent, qui quam quisq; vitam egerit eorum, qui illuc veniunt, quibus in studiis versatus sit, dum in corpore esset, quæ-

stionē habent. at nullus ibi mendacio relictus est locus. CASTIG. AVDITQVE DOLOS) prius utiq; audit, deinde castigat. *ὑπερλογία*. Existimo autem ad verba referri *τὸ castigat*: ut intelligamus cum fontes etiam verbis atrocibus increpare.

SVBIGITQ. FATERI) Pro cogit, frequenter positi cernas probatis scriptoribus. Noster lib. 5. *Et classe subegit Amisæ socios ignota linquere terra.* Lib. 7. *nec fluctibus actos Atræ subegit hyems vestris succedere terris.* Sallust. Catilin. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Sæpe Tacitus. Vi amoris subactus: Et, operas arenæ committere subegit. Liuius. Quæ subactus iniuria, inquit, contra P. Rom. bellum tam infesto animo susceperisset.

APVD SVPER. FVRTO LÆT. INANI) Prouerbum est, Tempus omnia reuelat. Gellius lib. 12. cap. 12. in hanc sententiam versus Sophoclis produciens, admonet quendam veterem poetarum Veritatem temporis filiam vocasse: quod licet aliquandiu lateat, progressu tamen temporis in lucem emergat. Hoc ipsum voluit Thales, cum dixit, tempus esse sapientissimum, utpote quod cuncta reperiatur, eruatque. Huc allusit Virgil. Vide plura in Chiliad.

Furto inani, latebra non valde profutura, quippe quæ fuerat publicanda post mortem. Seruius. Donatus in Eunuch. Terentij: Omne malum factum dicitur furtum, citat hunc Maronis versum. Furtum hic non accipit pro ablatione rei alienæ, inuito domino: sed pro omni noxa mala, furtim, & in operto perpetrata. Montf.

COMMISSA PIACVLA) Piacula vocantur sacra, quæ fraudem, aut scelus, aut flagitium expiant. Commissum autem piaculum est, cum id factum est, cuius causa piaculum dandum, facienda sacra piacularia, ut cum fraus commissa est, aut facinus. Sic commissæ stipulatio dicitur à Iureconsultis. Turneb. lib. 28. cap. 46.

DISTVLIT IN SERAM MORTEM) Non est sensus, distulit pœnitentiam delictorum suorum, usq; ad tempus mortis, ut iam moriturus ea expiaret, quomodo quidam Christiani parum Christianè faciunt: sed distulit eo usq;, donec differendo moreretur. *Bis in den todt hinein.* A morte autem non pœnitentiæ, sed iustitiæ diuinæ locus est. Et cum in inferno nulla sit redemptio, è carcere illo purgatorio non datur exire ante solum quadrantem nouissimum.

YLTRIX ACCINCTA FLAGELLO TISIPH.) Adest Furia, reos flagello circumsecans, intentans angues, vocans sorores, ut tormentorum metu formido eorum augeatur.

AGMINA SÆVA) cum de duabus loquatur, ut lib. 1. de ventis quatuor, *illi agmine facto Quæ data porta, ruunt.* Et lib. 2. de duobus serpentibus, *illi agmine cernit Laocoonta petunt.* ubi impetus intelligendus est tantus, quantus esset alicuius multitudinis. Sunt tres Furæ, Alecto, Tisiphone, Megæra, quarum mythologiâ vide apud Fulgentium lib. 1. Phurnutus Furiâ dicit esse peccatorum examina.

examinatrices. Dictas Megaram, Tisiphonen, Alecto, A sophisticas ait nugas significari. Hydram Pausanias vno quod odio, ac punitione persequantur homicidas, idq; sine vlla intermissione factitantes. Reuera esse venerandas, & Eumenides, quod naturæ benignitatem ad homines dirigant, vindicando scelera.

TVM DEMVM HARRISONO) Mittuntur, inquit, post verbera ad æternum supplicium, & est secutus ordinem iuris antiquum. Nam post habitam quæstionem in Tulliano, ad vltimum supplicium mittebantur. Alij volunt, Sibylla loquente, portam esse patefactam, & hoc ex persona poetæ dictum: alij continuant narrationem. Seruius.

CERNIS CUSTODIA QVALIS) Sibylla aliud ex alio auget per ratiocinationem: sic enim Quintilian. appellat id confirmationis genus. Nam ex forma, & aspectu Megaræ, quæ in vestibulo est tartari, facile perspicere potest, qualia sint impijs in tantaro parata supplicia. Quamquam autem Hydram antè in aditu inferorum posuit, cum ait, *Et centum geminus Briareus & bellua Lerna*, tamen cum ibidem etiam thalamos Furiarum esse dixerit, *Ferreaq; Eumenidum thalami*, quas tamè hic rursus constituit, intelligendum est, ex opportunitate temporis, & rerum necessitate huc, illuc acciri (vt apud hunc poetam passim videre est) hæc, & illa incolere loca. Ergo Hydra cuius sedes in aditu inferorum est, & in tartaro etiam quandoque deorum voluntate versatur: vt quia sauior est, & perniciosior Furijs, grauiore etiam cruciatu impios afficiat. Nascimb. Hydræ significatum, cuius vno præciso capite anguineo, alia, atque alia è vestigio repullularunt, multi alijs, atque alijs modis interpretati sunt: nos ea contenti sumus expositione, quam Plato Euthydemo posuit, vbi per eam, perinde ac per cancrum,

tantum capite præditam scribit: sed enim Pisander Camirzus multa illi capita tribuit. Alcæus *ἑντακάραλον* vocat, *πεντηκοντάκαραλον* Simonides, quem Maro sequitur. Sed enim hi vsi sunt numero multitudinem significante, more poetico: numerus enim nouenarius, neque non quinquagenarius ex ijs sunt, qui multa significant: vt illud apud eundem Maronem, *Quinquaginta intus famula*, pro, plurimæ. Pierius lib. 16. in Hydra.

TVM TARTARVS IPSE BIS PATET IN PRÆCEPS) Vertit locum ex Homero, Iliad. A.

Ἡ μιν ἑλὼν, ῥίψω ἐς τάρταρον ἡερῆντα,
Τῆλε μάλ' ἢ χι βᾶθυσον ὑπὸ χθονὸς ἐπὶ βέρεθρον,
Ἐνθα σιδιρηαὶ τὰ πύλαι, καὶ χάλκεα ὕδρε
Τόσσον ἐνερθ' αἰδέω, ὅσον ὕρατος ἐς τὸ πῶ γαίης.

Huiusmodi quiddam protulit Lucret. lib. 4.

*At conlectus aqua digitum non altior vniuit,
Qui lapides inter sistit per strata viarum,
Despectum præbet sub terras impete tanto,
At terris quantum calis patet altius hiatus.*

Ursin.

QVANT. AD ÆTHER. CÆLI SVSP. OLYMP.)

olympum dici pro cælo, ab altitudine montis olympi, vel pueri Grammaticis primum imbuti sciunt. Olympi autem sunt plures hoc nomine dicti montes, è quibus palmam celsitatis obtinet Thessalicus. De notatione vocis olympi hæc Etymologus. *Ὀλυμπός* δύο σημαίνει, τὸ ὕψος, καὶ τὸ ὑψηλότερον ὄρος τῷ Ὀλύμπῳ. ἢ τὸ πᾶν τὸ ὀλο-
λαμπής εἶναι τοῖς ἄστροις. ἢ τὸ πᾶν τὸ ὀλλύνει τὸς ἀπὸς δὲ τῷ κρῦναι. καὶ ἡ μὲν πρώτη ἐτυμολογία μόνον τῷ τῷ ὕψος ἀρμόζει σημαίνοντι. ἢ τὸ ἑτέρον καὶ τῷ ὄρει, ὡς ἀρχινοῦν, καὶ ὕψος μάλιστα ὀλί.

- 580 Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloïdas geminos, immania vidi
Corpora: qui manibus magnum rescindere cælum
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.
585 Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammæ Iouis, & sonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis urbem
Ibat ouans, Diuûmq; sibi poscebat honorem,
590 Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit (non ille faces, nec fumea tædis
Lumina) præcipitemq; immani turbine adegit.

HIC GEN. ANTIQ. TERRÆ TIT.) Descripto tartari carcere, speciatim enumerat, quos ob quas impietates, graues superis pœnas dantes illic viderit. In prima autem acie collocat Titanum gentem nefariam, quos ob singularem in deos impietatem in fundo imo luctari dicit. Montfort. & addit multa de Titanibus.

HIC ET ALOÏDAS GEN.) Aloïdas Otum, & Ephialten accipimus, Aloei, & Iphimedie Neptuni filie filios, mita corporum proceritate, quippe qui singulis mensuris nouem digitis crescerent. Hi montes montibus imponentes, in cælum ascendere, ac Iouem detrudere sunt conati. Apud inferos ad columnam aë-

Disi alter ab altero serpentibus sunt deligati. Hyginus cap. 28.

Apolod. lib. 1. Neptuni filios facit, qui quotannis latitudine cubitum, longitudine vnam increuerint. Nono anno adeptos latitudinem cubitorum nouem, vlnarum totidem, bellum Ioui intulisse, cælumq; per montes montibus impositos ascendere conatos. Præterea gloriatos, se de mari continentem, de continente mare facturos. Ephialten Iunonem, Otum Dianam coniugem sibi depoposcisse. Martem in vincula coniecisse, &c.

De iisdem Lucianus in Charonte, tom. 2. Οἱ μὲν

216

οὗτος ὁ ποιητὴς φησὶ τὸς Ἀλκίονος υἱέας, &c. Homerus poeta A Iam, Salmoneus alter, paræmiæ specie vsurpatur à dicit Aloei filios, cum & ipsi duo essent, adhæc pueri, statuisse olim unâ cū radicib⁹ Ossam euulsum Olympo superimponere, deinde & huic Pelion: quod arbitrareretur hoc pacto sufficientem se gradum, & ascensum in cælum habituros. Verum hi adolescentuli impij cum essent, audaciæ suæ pœnas dederunt. Idem, vt Dido ne, Veneri filix narrat Iliad. 4. Marrem vinculis constrictum, totos tredecim menses in custodia habuerunt. Claudian. de bello Getico, eorundem his versibus meminit:

*Quid mirum si regna labor mortalia vexat?
Cum gemini fratres, genuit quos asper Aloius
Martem subdiderint vinculis, & in astra negatas
Tentarint munire vias, steteritq; reuulsis
Panè tribus scopulis, caelesti machina bello.*

VIDI ET CRVD. D. SALMONEA POENAS)

Salmoneum Æoli filium quiddam bombardis simile, quo Iouis fulmen imitaretur, adinuenisse autumant. Lege cap. libro 1. apud Magium. Crinitus lib. 2. cap. 10. Sallustiani cuiusdam loci imitatione hæc dixisse Virgilium scribit. Hyginus cap. 61. hæc habet de Salmoneo. Salmoneus Æoli filius, Sisyphi frater, cum tonitrua, & fulmina imitaretur Iouis, sedens in quadriga, & faces ardentes in populum immitteret, & ciues: ob id à Ioue fulmine ictus est. Vide Apollod. lib. 1. Vide insuper quæ diximus in 1. Georg. ad illum versum, *Ipse pater media nimborum in nocte cornusca Fulmina molitur dextra.* * Inter epitaphia 3. Anthol. est etiam huius Salmonei, si nimen dicendum est hoc nomine. Loquitur enim statua, qua de calo videtur fuisse facta. Versum hac est sententia. Manu Polycleti Thasi me laborauit. Sum autem Salmoneus ille, qui contra Ioum tonitrua insanit. Et in me iam apud inferos versantem rursus in statua persequitur, ac me fulminat, odio scilicet habens vel ipsum mortuum simulacrum meum. Contine flammam Iupiter, dimitte iram: sum enim scorum inanimatus, cum anima carentibus signis noli deligere. Habet tibi versus gratos.

*Χεῖρ με πολυκλαίτη θάσις κέμει, εἰ μὴ δ' ἰκύνῃ
Σαλμωνίδος, θεοδίαίς δὲ θιός ἀλημάνη
Ὅς με καὶ εἰς αἰδῆν πορεύει πάλλει, καὶ με περισυνοῖς
Βάλλει μετὰν με καὶ λαλίων τῶποι.
Γογγύζῃ περσέφω, μέδεις χόλον· αἰμὴ γὰρ ἄπνους
Ὅσποδός. ἀψύχους εἰκόσι μὴ πολίμει.*

Salmoneus, inquit Iunius Adag. Cent. 1. adag. 1. filius fuit Æoli Elidis reguli, ex Laodice Aloei, qui curruum rotas æreis canthis obmunitas, super pontem æneum, quem construxerat, agitalle, ad imitanda vera tonitrua, & immixtis in homines facibus, neci eos dedisse legitur. Valerius Flac. lib. 1. *Salmoneum nondum ille furens, quum fingeret alti Quadrifida trabe tela Iouis.*

Iam, Salmoneus alter, paræmiæ specie vsurpatur à Symmacho, de supra modum superbo, & elato. Verba eius sunt ad Theodosiū Imp., vbi deprecatur honorarij vehiculi vsus, ista. Absit, vt moderator vrbis liberæ, atque ideo deuotæ, tanquam Salmoneus alius inuehatur. Eunapius Sardonius in chronographia, de Eutropio Eunuchō, aduersus quem inuectiæ extant Claudiani poetæ. Τὸ ἰκύνει κρότον ἐς πόσον δὲ καλίσσειεν ἅπαντα, καὶ καλεῖσθαι πρὸς, ὥστε ὁ μόνον Ρώμην ἢν αὐτὸς, ἀλλ' ὁ καὶ μὲν Σαλμωνίδος μικρὸν τι χεῖμα πρὸς αὐτὸν ἦν. Id est, illius potentia adeo concussit omnia, & tonitru quodam percussit, vt non modò Rufinus esse re ipsa deprehensus fuerit, sed fabulosus ille Salmoneus nihil fuerit, præ isto, &c.

B DIVVM POSCEB. HON.) Propriè vsus est verbo, *posco*. Nam auctore Donato in And. Terentij, petimus precari, poscimus imperiosè postulamus iure. Volebat ergo Salmoneus à suis proaltero Ioue haberi.

AT PATER OMNIP. D. INTER N V B. TELVM CON-
TOR.) Lib. 1. Æneid. de Pallade in sacrilegum suum animaduertente.

Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem.

Disiectisq; rates, enertisq; æquora ventis.

Lucret. lib. 5. de fulminato à Ioue, & in terram excusso Phaëthonte.

At pater omnipotens, iratum percitus acri,

Magnanimum Phaëthonta repens fulminis ictu

Desturbauit equis in terram.

C Quid. 2. Metamorph. *At pater omnipotens, &c.* post aliquot versus sequuntur hæc:

Intonat, & dextra vibratum fulmen ab aure

Misit in aurigam, pariterq; animaq; rotisq;

Exiit, & sensu compefcuit ignibus ignes.

NON ILLE FACES, NEC) Sententia loci est, Iouè non simulato, fictoque fulmine Salmonei commentum, imitationemque contriuisse, sed vero, genuinoq; fulmine, vt quod ἐργασικώτερον sit, & vehementius, penetratiusque, hanc interpretationem suggerente Lucretio lib. 2.

Perfacile est animiratione exsoluere nobis,

Quare fulmineus multo penetratius ignis,

Quam noster fluat è tadis terrestribus ortus.

Dicere enim possis, caelestem fulminis ignem.

Subtilem magis è paruis constare figuris,

Atq; ideo transire foramina, quæ nequit ignis

Noster hic è lignis ortus, tadamq; creatus.

Quæ respondere videntur huic Maroniano, *faces, nec fumea tadis Lumina, &c.*

595 Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum

Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus

Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco

Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis

Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto

600 Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;?

Quos super atra silex iam iam lapsura, cadenti

Imminet assimilis. lucent genialibus altis

Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ

605 Regifico luxu: Furiarum maxima iuxta

Accubat, & manibus prohibet contingere menfas,

Exurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.

TITYON

TITYON TERRÆ OMNIPAR. ALVMNVM) Omni-
parentem terram vocat etiam Lucret. lib. 5. *παμμήτορα*.
Ovid. 2. Metamorph. de eadem loquens, *Sustulit om-
niferos collo tenuis arida vulnus*. Poetæ Græci terram istis
adiunctis ornare solent. *πασίεστος, ζῶδωτος, παλαιοτάτος, παρδωτος*.

Pherecydes Syrus Terram voluit omnium re-
rum esse principiū, & in eam cuncta resolui, quod sensit
etiam Xenophanes, cuius hic versus à Sex. Empirico
refertur. *Ἐν γῆς γὰρ δὴ πᾶσι, καὶ οἱ γὰρ πᾶσι τὰ πάντα*.
Idem Orpheus in hymnis, cum Terram deam vocat,
beatorum, atque mortalium matrem, omnia nutrien-
tem, omnia dantem, fruges proferentem, ac omnia la-
befactantem.

*Γαῖα δ' αὖ, μήτηρ μακρῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων,
Πασίεστος, παρδωτοτάτος, τλασφόρος, παλαιότατος.*

Homerus quoq; in hymnis dicit, Terræ esse, vitam da-
re, & auferre. *οὐδ' ἔχεται δῶναι θάνατον, οὐδ' ἀφαιεῖν*. Non
sunt his dissimiles Lucretiani versus, lib. 6.

Præterea pro parte sua quodcumq; alit, auget, -

Roditur: Et quoniam dubio procul esse videtur

Omniparens: eadem rerum commune sepulcrum.

Philo lib. *περὶ κοσμοποιίας*, posteaquam multa præclara
de mulieris, & terræ similitudine in fœtus productione
differuit: Mater, inquit, terra esse videtur: quam obrem
& antiquis illis visum est, ut, *Δημήτηρ* appellaretur, cō-
posito è matre, & terra nomine (quasi *γημήτης*.) Non e-
nim terra mulierem, ut dixit Plato, sed mulier terram
imitatur, quam poetæ rectè omniparentem, frugiferā,
Pandoramque nominare consueuerunt, ut generatio-
nis, perpetuationisq; causam, tam stirpium, quam ani-
malium. Lucretius. lib. 5. *omnibus omnia large Tellus ip-
sa parit*. Eribidem, *ut merito maternum nomen adepta
Terra sit, è terra quoniam sunt cuncta creata*. Cornelius
Labeo ex Pontificum Indigitamentis, Terram, inquit
Bonam esse dictam, quod omnium nobis ad victum bo-
norum causā sit: & *Opem*, quod ipsius auxilio vita con-
stet. Hieron. Columna in Fragmenta Ennii ex Epich-
armo.

ROSTROQUE IMMAN. VULT IMMORT. IE-
CUR.) De vulture Plutarch. in Romulo. Est animal præ-
ter cætera innocentissimam, nec satis, vel plantis, vel
pecori incommodat. Cadaveribus tantum vescitur, ni-
hil quod viuat, perimit, neque ei nocet. Volucris ob
cognitionem abstinet etiam mortuis, quum aquilæ, &
noctuæ, & accipitres sui generis aues inuadant, & in-
cerimant vel viuas. Iam volucres aliæ fere oculis nostris
obuersantur, vulturis rarum est spectaculum, neque
quenquam temere, qui pullos vulturinos conspexerit,
inuenias. Immortale autem iecur, quoniam semper re-
ficitur, ut nunquam desit, quod abrodatur. Ovidius ita
explicauit.

Sic inconsumptum Tityi, semperq; renascens

Sic peris, ut possit saepe perire iecur.

Ennius, *Vulturis in syluis miserum mandebat ho-
monem*. Humana cadauera auidissimè appetit vultur.
Vnde pulcherrima translatione in eos, qui hæreditari-
bus inhiant, Vulture, cadauer expecta. Ad quod respi-
ciens Martialis ait, *Cuius vulturis hoc erit cadaver?*
Hinc etiam qui seditiones excitant, ut ciuium cruore se
repleant, vulturij dicuntur. M. Æmilius Scaurus ait. 2.
contra Q. Cæpionem, Nefarius, inquit, vulturius, pa-
triæ parricida. Cicero in Pisonem, prouinciæ vulturius.
Plaut. Trinummio, pro turpis lucri auido, ac rapaci ad-
modum accepit.

Tum autem sunt alij, qui te vulturinum vocant:

Hæstus ne an cinis comedis, parui pendere.

Ennii versum Seruius sic legit, *Vulturum in campo mise-
rum mandebat homonem*. Hæc Hieron. Colum. in pro-
latum Ennii carmen.

Non de nihilo est, quod eximij poetæ ex intera-
neis visceribus iecur tantopere conuelli, & lacerari scri-
bunt. Qui de rebus physicis differunt, aiunt voluptatē,
cæterasque concupiscibiles affectiones in iecore con-
sistere. Itaque in sacra scriptura sub affectuum mortifi-
catione, iecur iubetur deo à sacerdotibus offerri, & ig-
ne incendi. Locus expressus ex II. Odyss. ubi etiam cau-
sa adiungitur huius supplicij, nimirum quia Latonæ stu-
prum inferre conatus sit, [*Ἰωνὸν ὁρῶντα σκίλλος, καὶ Ἡγί-
μον σκίλλος cap. 55. quæcum se de Latona pellice sua viciis comaretur.*]

B & ob id incontinens vocatur ab Horatio Ode 4. lib. 3.

*Incontinentis nec Tityi iecur
Reliquit alci, nequitia additis
Custos.*

Homeri versus sunt hi.

*Καὶ Τίτυν ὄδον γαίης ἱεκυδὸς ὕδρ,
Κείμενον ἐν δρυὶν, ὅδ' ἐπ' ἐντὶ καίτο πύλας.
Τῷτα δὲ μιν ἐχέτερος παρμένει ἥπαρ ἱκεῖον,
Δέρλεον ἔσω δύνοντες· ὅδ' ἔκ ἀπαμύνηο χερσὶ.
Ἀπὸ γὰρ ἤλκυες Διδὸς κυδρὴν παρὰ κούρην.*

Id est. Tityon vidi terræ gloriosissimum filium in cam-
po iacentem: ille autem vsque ad nouem terræ iugera
porrigebatur: vultures autem duo vtrinque assidentes
ei iecur rondebant, pellem penitus subeuntes, ac pene-
trantes: at ille manibus eos repellere non poterat. Nā
Latonam Iouis amicam venerandam rapuerat. Tibull.
lib. 1. eleg. 3.

*Porrectumq; nouem Tityum per iugera terre,
Assiduus atro viscere pascit aues.*

Animaduerte Virgilium, & Tibullum de vno vulture
loqui, qui eius iecur carpat, Homerum de duobus. Lu-
cret. autem libro 3. hanc fabulam de Tityo exagitat, ac
refellit, quandam allegoricam explanationem afferens.

*Nec Tityum volucres ineunt Acheronte iacentem:
Nec quod sub magno scrutentur pectore quidquam
Perpetuam atatem poterunt reperire profecto,
Quamlibet immani proiectu corporis extet,
Qui non sola nouem disperfis iugera membris
Obtineat, sed qui terræ totius orbem:
Non tamen æternum poterit perferre dolorem,
Nec præbere cibum proprio de corpore semper.
Sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atq; exest anxius angor,
Aut alia quamvis scindunt torpedine cura.*

In verbis Lucretij, dum ait, cum nouem iugera, disper-
fis membris obtinere, maior est auxesis, quàm in Virgi-
lij. Sic etiam apud Ovid. lib. 4. Metam. *Viscera præbebat
Tityos lanianda, nouemq; iugibus distractum erat.*

Tityi genus, magnitudinem corporis, tormenta-
que describit. Porro animaduertendum est, per Tity-
um, Sisyphum, Tantalum, atque alios designari (vt in-
quit Plato in Gorgia) reges, tyrannos, potentes, ciuita-
tumque gubernatores: qui ob ipsam peccandi licenti-
am grauissima scelera, alij Veneris, alij ambitus, alij su-
perstitionis, alij auaritiæ, aliæque id genus multa com-
mittunt. Sed lege Macrobi. in 1. de Som. Scip. cap. 10.
qui hæc omnia fere, quæ de inferis dicuntur, mysticè
interpretatur. Nascimb.

Hesiodus ait, tantum noctu iecinoris accrescere,
quantū die fuerat absumptum, propterea, quod men-
tis agitatio noctu præcipue vigescit, cogitationesq; &
consilia noctu vndique suggeruntur. Triclinius apud
Pindarum ait, viscera Tityi à serpentibus discerpi, de-
pascique. Vide Hieroglyph. Pierij lib. 18.

ICVA

ISCVR TVND.) Multi, pro, tundens, legunt A secundæ impulsu filijs ex priore susceptis eruiſſet oculos, ipſe quoq; cæcus eſt factus, adhibita Harpyiæ, quæ cibos eius fœdarent, ac diriperent. Quod tamenſi in vita ei contigerit, nihil tamen prohibet, quin poeta fingere poſſit, Phineum iſſdem apud inferos cruciatibus affici. Nam Plato in 10. de repub. ſcriptum reliquit, impios omnium, quæ in vita geſſerunt, poſt tergum apud inferos ſigna deferre, vt pro qualitate delictorum ſit etiam ſupplicij modus. Orion fingitur ab Homero apud inferos etiam venari, & Hercules arcum, & ſagittas tenere, circumq; ipſum auces, leones, apros, cædes, vulneraq; hominum, quos ſuis telis in vita fixerat, quæ de re etiam Virgilius infrà mentionem facit: cur non eadem viuendi conditio Phineo quoque apud inferos exiſtere poſſit? Naſcim. * De Phineo dictum à nobis 3. Æneid. ibi, Phineia poſtquam Clauſa domus, menſasque metu liquere priores. Sen. Herc. Fur. Terretq; menſas auida Phineas auis. Vide ibidem allegoriam fabula explicatam à Delrio in Aduerſar.

QVID MEM. LAPITH. IXIONA, PIRITH.) De Lapithis, & Pirithoo Ouid. 12. Metamorph. De pugna Lapitharum, & Centaurorum in nuptijs Pirithoi mentionem fecit & Horat. Ode 18. lib. 1. Vbi hæc Lamb. Pirithous Ixionis, & Diæ filius, epulum nuptiale Centauris, vt ſibi neceſſitudine coniunctis præbuit. Cum fuſgiſſet autem eum Marti ſacrificare, deum illum irritauit, ſibiq; inſenſum, ac inimicum reddidit. Ita Centauri plus nimis poti, ſibi ipſi temperare nō potuerunt, quin ingenio ſuo indulgentes, Lapitharum vxoribus vim inferre conarentur. Lapithæ autem hanc tam atrocem iniuriam, & contumeliam iniquo animo ferentes, atq; vlciſci volentes, magnas Centaurorum ſtrages ediderunt. Ipſam ſponſam auſos attingere docet Propert. lib. 2. eleg. 7.

*Qualis & Iſchomache Lapithæ genus heroïna,
Centauris medio grata rapina mero.*

Et de pugna iſta lib. eod. eleg. 6.

*Aſpera Centauros eadem dementia iuſſit
Frangere in aduerſum pocula Pirithoum.*

Centaurum Pindarus ex Ixione, & nube Iunonis ſimilitudinem gerente natum facit. Pirithous Proſerpinam rapere voluit. Ixion autem non ſolum Iunonem appetijt, ſed & primus eedem perpetrare dicitur, occiſo per ſummam perfidiam ſoceto ſuo.

QVOS SVPER ATRA SILEX IAM IAM LAPSVRA) Quod Virgilius eum mole ſaxi, capiti imminentis, iam iamq; lapſuri, ait cruciari, ſuo quodam iure, quod ab alijs de Tantalō dicitur, ad hunc, & ad Lapithas, & ad Pirithoum tranſtulit, vt notauit Muretus in Tibull. cuius de ſupplicio Ixionis ex communiore ſententia, hoc eſt carmen.

*Illic Iunonem tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri noxia membra rota.*

* Vide Hygin. cap. 62. & dialog. 1. tom. 3. apud Lucianum. De eodem ſupplicio Ouid. Metamorph. lib. 4. Voluitur Ixion, & ſe ſequiturq; fugitque.

AVREA FVL CRA TORIS, EPVLÆQVE) De Tantalō minimè hæc intelligi poſſe, demōſtrat eruditè Naſcim. Ipſe de Phineo, Arcadiæ rege intelligit, qui cum vxoris

Tricliniorum lecti, quomodo eos Cic. lib. 4. in Verrem nominat, magna ex parte è ligno pretioſo erant, affabre facti, aut teſtudinum ſectis laminis, ebore, argento, atque etiam auro veſtiti, aut etiam ſolidi. Vide Plin. lib. 16. cap. 43. & lib. 9. cap. 11. lib. 33. cap. 11. Eos ex argento ſolido Heliogabalum habuiſſe refert Lampridius. Sed multo ante, eos aureos iam in vſu fuiſſe narrat Plin. lib. 37. cap. 2. cum ſcribit Cn. Pompeium in tertio triumpho, quem de piratis, Aſia, & Ponto duxit, lectos tricliniæ tres ex auro ſuſtulſiſſe. Pedes, quibus lecti fulcirentur, & fulcra ex ligno, ære, aut etiam argento erant.

GENIALIBVS TORIS) Geniales tori propriè ſunt, qui ſternuntur puellis nubentibus, dicti à generandis liberis. Seruius.

Aliud eſt facere Genio, ſeu placare Genium, aliud curare genium. Illud, ad ſacrificia, & curationē diuinæ rei perſpicuè pertinet: hoc, ad lætitiā, hilaritatemq; animi, corporis inuitationem, & largioris menſæ apparatus: vnde dicti homines geniales, & genio indulgere: cui, genium defraudare, opponitur. Genium namq; voluptatis quoque deum putabant. Delrius in Med. Senecæ & hæc, & alia ſcitu pulchra de Genio.

FVRIARVM MAXIMA) Tamenſi lib. 3. ſic de Celeno locutus eſt, eamq; Furiarum maximam vocauit, tamen hic non illam, ſed Tiſiphonen intelligit, quæ canina fame ſtimulatum, & appoſitas eſcas deuorare cupientem, elata face, & terribili voce abſterret. *

- Hic, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat,
Pulſatusue parens, & fraus innexa clienti:
610 Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis (quæ maxima turba eſt)
Quiq; ob adulterium cæſi, quiq; arma ſecuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras:
Incluſi, pœnam expectant. ne quære doceri,
615 Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortunæ uerſit.
SAXVM INGENS VOLVUNT alij, radijsq; rotarum
Diſtriſti pendent. ſedet, æternumq; ſedebit
Infelix Theſeus, Phlegyasq; miſerrimus omnes
Admonet, & magna teſtatur voce per vmbas:
620 DISCITE IVSTITIAM MONITI, ET NON TEMNERE DIVOS.
Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem

Bb*

Impo-

Imposuit: fixit leges pretio, atq; refixit.

Hic thalamum inuasit natæ, vetitosq; hymenæos:

• Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.

625 NON, MIHI SI LINGVÆ CENTVM SINT, ORAQVE CENTVM,
FERREA VOX, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possim.

HIC QUIBUS INVLISI FRAT.) Tria scelera duobus primis versibus complexus est. Odium in fratrem, quod tanto est detestabilius, quoniam nihil debet esse fraterno amore coniunctius. Percussionem, vel etiam eadem parentis vtriusvis, & fraudem clienti factam. De qua sic est in XII. ut quidem Seruius recitat. PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FECERIT, SACER ESTO. Si enim clientes sunt quasi colentes, patroni quasi patres: tantundem est, clientem, quantum filium fallere.

Ita natura comparatum est, ut aut nullo modo, aut non nisi toruè in illos, quas odio prosequimur, oculorū acies intendatur: vnde, quos odimus, *innisi* dicuntur. Nutrix apud Euripidem de Medæ in liberos odio, *Στυγὴ δὲ παῖδας, ὅδ' ὁρῶν ἐνερπίζουσα*. Clytemnestra apud eundem, cum Achilli indignata, quod Iphigeniæ filiz nuptias respueret, ait se eū posthac rectis oculis intueri non posse. *ὃ γὰρ ὀρθοῖς ὀμμασιν οὐκ ἐστ' εἶσορῶ*. Plautinus Iupiter sub Amphitruonis persona, cum irata Alcmena colloquens, inquit,

— te volo uxor colloqui:

Quòre auertisti nunc? Al. ita ingenium meum est, Inimicos semper oſa sum obtineret.

Sophocles Aiace, iam mentis compotem inducit secum quærentem, quales oculos patri Telamoni apparet ostendat. Quomodo ille nunquam se nudum (id est, sine præmio re bene gesta) reuertentem intueri sustinebit.

*Καὶ ποῖον ὄμμα παλεὶ δηλώσω φανερὸν
Τελαμῶνι; πῶς με τλήσειαί ποτ' οἰοῖσθαι
Τυμνὸν φανήναι δεισιφύων ἄνθρωπον;*

Est & apud Nonium locus Attij in Erigona, huic non dissimilis, in Porcet.

*Quibus oculis quisq; nostrum poterit illorum obtui
Vultu, quòd iam ab armis anni porcent?*

Tanquā auctarium superaddamus Ennij versus ad hanc rem peraccommodos.

Quis pater, aut cognatus? voles nos contra tueri?

Aduersabuntur semper nos, nostraq; volta.

Ad quem locum, quæ legisti super verbo *innisus*, annotauit Hieron. Columna, cui suum sibi reddimus.

PVLSATVSVE PARENS) Dicamus aliquid de parricidio, parricidis, eorumq; supplicio, quia nos Virgilius admonuit, qui illis quoque locum apud inferos cruciandis constituit. Nam hic *pulsatus parens* ἡ δὲ μένειν, est interfectus parens. Sic eruditissimus vir Hier. Columna, qui & apud Ennium in 1. Annali, illud à Laurentia altrice ad Romulū, postquam ille Remum occiderat, *At hic, quem nunc tu tam toruiter increpauisti*, explicandum putat, obiurgando interfecisti, ut sit per eandem figuram dictum. Est enim ibi increpare minitendo percutere, quomodo irati solent, qui vnā cum contumelijs, & conuiitijs manus quoq; inijciunt, ac laedunt. Sed ad propositum regrediamur.

Hoc tam horribile scelus visum esse Persis, narrat Herodotus lib. 1. ut neminem unquam aut patrem, aut matrem suam occidisse crederent: neminem unquam legitimum, ac germanum filium: sed omnes tales aut suppositios, aut spurios fuisse. Parentibus, ubi à Deo opt. max. dis-

cesserimus, plurimum nos debere, nisi quis humanitatem omnem exuat, nemo ignorat. Itaq; non homines modo sensu quodam arcano, pietatis in parentes, sed etiam nonnulla animantes admonentur. Ciconia enim, ut infantia sue vices rependat, vetulos parentes alit. Vnde & pro iustitia symbolo auis hac merito usurpata est. Nonnulli tamen sprete lege natura, per summam immanitatem parentes suos è medio sustulerunt. Solon nullam in parricidas pœnam decreuit, quòd id scelus neminem præ indignitate commissurum putaret. Idem Romulum respondiſſe Plutarchus auctor est. Plato dialog. 11. de legib. *Quis cadis* (inquit de parricidio loquens) *huiusmodi condemnatus fueris, tam à iudicum ministris, quam à magistratibus occidatur, trahaturq; extra urbem in statutum trinum nudus, ubi singuli magistratus pro vniuersa ciuitate in mortui caput lapidem mittant, atq; ita ciuitatem omnem expient.* Apud Romanos in culleum insuebantur coriacem cum simia, vipera, gallo gallinaceo, & cane, de quibus tamen nihil est apud Cic. in Rosciana: quia videlicet antiquitus solus parricida in culleum insuebatur. Scribit nihilominus Plutarchus C. Vilium post Tib. Gracchi necem, tanquā seditiosum cinem, culleo cum anguib; insutum fuisse. Prius etiam virgis sanguineis cadebantur, non, ut quidem male accipiunt, virgis ex percussu sanguine rorantibus, rubentibusq;: sed quæ essent è sanguineis fruticibus, quorum Plinius meminit lib. 16. cap. 37. Eo autem genere ligni casos fuisse parricidas, tanquā omnium infelicissimo, nocentissimo, ac maximo infami, conijcere licet ex eodem Plinio lib. 24. cap. 10. in hac verba loquente. Nec virga sanguinea felicior habetur. Cortex eius interior cicatrices, quæ præsanare, aperit. Cuius quidem noxa experimento, etiamnum per Italiam virgas huiusmodi, etsi ad cadendū aptissimas, nocuas tamen, muliones, agasonesq; auersantur, nec ijs iumenta, aut pecora agunt. Hæc carptim ex lib. 4. cap. 8. Magij. Narrat etiam Alexand. Neapolit. lib. 3. cap. 5. quorundam gentium in parricidis puniendis consuetudinem.

M. Tullius orat. pro Sex. Roscio Amerino, ut eum innocentem facilius probeat, magnitudinem, & atrocitatem huius criminis, parricidij, inquam, ostendit, ex multis causis, quas oportet concurrere, ut quispiam ad id suscipiendū impellatur, quas in Roscio fuisse negat. Præterea quam magnum, & immane sit, etiā ex supplicij grauitate colligi vult. Verba Oratoris, quamuis non continnata, eodemq; ordine proferemus. In quo scelere, iudices, etiam cum multa cause conuenisse unum in locum, atq; inter se congruere videntur: tamen non temere creditur, neq; leui cōiectura res penditur, neq; testis incertus auditur, neq; accusatoris ingenio res indicatur. Cum multa antea commissæ maleficiæ, tum vita hominis perditissima, tum singularis audacia ostendatur necesse est. Neq; audacia solum, sed summus furor, atq; amentia. Hæc cū sunt omnia, tamen extent oportet expressa sceleris vestigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum: quæ nisi multa, & manifesta sunt, profecto res tam scelestæ, tam atrox, tam nefaria credi non potest. Magna est enim vis humanitatis: multū valet communio sanguinis: reclamationis istiusmodi suspicionibus ipsa natura: portentum, atq; monstrum certissimum est, esse

esse aliquam *hæmæna* specie, ac figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut, propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privaret: cum etiam foras inter sese partus, atque educatio, & natura ipsa conciliet. Multis interiectis rursum ait. Magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternam, maternamque sanguis: ex quo si qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut summus furor, atque amentia consequatur. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, & quæ sequuntur, volo enim esse brevis. Itaque delabor ad ea, quæ sunt de poena huius sceleris, quæ ipsemet magnis clamoribus dicta memorat in oratore perfecto: sed ut ab adolescente tamen non tam re, & maturitate, quam spe, & expectatione laudato. Is (Solon) cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum nihil de eo sanxerit, quod antea commissum non erat, ne tam prohibere, quam admonere videretur. Quanto maiores nostri sapientius? qui cum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in patricidas singulare excogitauerunt: ut, quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ejus magnitudine poena maleficio summoerentur. In sui voluerunt in cullum viuos, atque ita in flumen deijci. O singularem sapientiam, iudices: nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse, & eripuisse, cui repente calum, solem, aquam, terramque ademerunt: ut, qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur? Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestiis quædam, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur: non sic nudos in flumen deijcere, ne, cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, quæ violata sunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem ullam reliquerint. Etenim quid tam commune est, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus electis? Ita viuunt, dum possunt, ut dicere animam de calo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita postremo eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant.

Lycurgus etiam, qui Lacedæmoniis leges dedit, nullum statuit supplicium in adulteros: quoniam ita sibi rempublicam suam instituisse videbatur, ut non esset probabile, quemquam alieni matrimonij infessorem fore. Vnde Gonnadas homo Spartanus, cum ex eo quesitum esset, quamnam poena apud eos adulteri pleterentur: ne sunt quidem, respondit, apud nos ulli adulteri. Tum ille, qui interrogarat. Quid si quis esset? Cogereetur bonum exsoluere ita ingentem, ut Taygetum montem capite supergressus, biberet ex Eurota. At quomodo ullus bos adeo magnus reperitur? Quomodo, subiecit ille, o hospes, ullus Lacedæmonie adulter reperietur?

ET FRAYS INNEXA CLIENTI) Quando, & à quo introducti sint Patroni, & clientes, quod utroque munus fuerit, quoniam à multis ignoratur, & est res scitu dignissima, docebimus ex lib. 2. Dionysij. Si legisti, ne sit graue iterum legere. Αἰσ, & τοῖς τὸ καλόν. Romulus porro postquàm discretuit potiores ab inferioribus, mox legibus latis præscripsit quid utrisque faciendum esset: ut patricij sacra curarent, magistratus gererent, ius redderent, secum rempublicam administrarent, res urbanas obirent: plebeij verò, ab his negotijs immunes (quippe qui talium imperiti essent, nec vacare per inopiam eis possent) agros colerent, pecora alerent, exercerent quæstuosæ opificia: ne seditiones ori-

rentur, sicut in alijs ciuitatibus, dum inferiores à potentioribus cubito protruduntur, aut egeni, ac viles eminentioribus inuident. Commendauit enim patricijs plebeios, optione cuique è vulgo data, ut quem vellet patronum sibi legeret. mos sanè Græcus, & antiquus, quo diu Thessali vti sunt, & Athenienses præsci: sed tum receptus in melius. illi enim superbè utebantur clientibus, opera eis iniungentes, quæ non conueniunt liberis: & si quando iussa non fecissent, intentantes verbera: ad cætera quoque abutentes tanquam empticijs. hos Athenienses δῖτας vocabant, ob ministeria: Thessali verò, πτωχάς, ipso vocabulo fortunam eis exprobrantes. nam πτωχά Græcis significat pauperem esse. Romulus cōtra, & appellatione decora hoc negotium coonestauit, patronatum nominans tutelam pauperum, & abiectorum: & commoda utrisque addidit officia, excogitata ciuili & p̄rhumana copula. Ius illud patronatus à Romulo tunc præscriptum, diuque à Romanis obseruatum, huiusmodi constat officijs. Patronos oportebat clientibus respondere de iure, cuius illi rudes essent, & absentium æquè, ac præsentium curam gerere, facientes quicquid pro filiis parentes solent facere, quod ad pecuniarios contractus attinet: & lites pro clientibus suscipere, si eis contra ius in contractibus afferretur detrimentum: itidemque si in ius vocarentur, sustinere accusatoris impetum: & ut cōpendio dicam, quietem eis, qua maximè opus haberent, parare à priuatis publicisque negotijs. Vicissim clientum erat, patronos in elocandis filiabus iuuare, si eis parum esset pecuniar: & si vel ipsi, vel eorum filij capti essent, pretium hosti dependere: priuatarum quoque litium perditarum æstimationes, & multas publicas pecuniarias pro eis soluere, idque sumptu proprio, non scenore, sed gratis: in magistratibus item, & muneribus gerendis, cæterisque publicis impendijs, sumptuum partem, non minus quam genere propinquos sustinere. Commune autem utrisque erat, ne fas, aut ius esset alteris, accusare alteros, aut aduersum dicere testimoniū, ferruē suffragium, aut censerī inter inimicos. quod si quis deprehensus esset aliquid horum facere, tenebatur lege de proditoribus, quam sanxit Romulus: conuictumque eius criminis cuius fas erat, ut Diti sacrum, interficere. mos enim erat Romanis, quos vellent impune occidi, eorum corpora deuouere deo cuiquam, præcipuè dijs inferis: quod tunc quoque fecit Romulus. quapropter per multas ætates permanit mutua patronorum, ac clientum copula, haud secus quam cognatæ necessitudines, posteris per manus tradita: & maxima laus erat nobilium, habere clientes quam plurimos, non hereditarijs tantum clientelis conseruatis, verum etiam nouis propria virtute partis: ingensque certamen erat utrisque, ne vincerentur mutua gratia, & beneuolentia, dum clientes patronis omnia pro virili obsequia præstare nitebantur, & vicissim patroni nullis corrupti muneribus poterant, ut clientes molestari sinerent. Tanta illis erat in omni vita continentia: & felicitatem virtute, non fortuna metiebantur. Nec tantum in ipsa vrbe plebs sub patriciorum erat patrocinio: sed & coloniarum, & sociarum, atque amicarum ciuitatum, & bello subactarum, suos quæque habebat tutores, ac patronos quoscunque velle à Romanis: & sæpenumero Senatus controuersias ciuitatum, ac gentium ad earum patronos remisit, eorumque iudicia rata habuit. adeoque ab his initijs ex auctoritate Romuli firma Romanis coaluit concordia, ut per DCXX. annos nunquam ventum sit ad sanguinem, & cædem mutuam, multis licet, ac magnis inter plebem, & honoratos exortis

controuersijs de repub. vt fieri solet in omnibus tam paruis, quam magnis ciuitatibus: sed persuadentes atq; edocentes mutuum, & partim concedentes, partim impetrantes à volentibus, ciuilitate componebant expostulationum negotia. ex quo autem C. Grachus tribuniciam potestatem nactus, perturbauit ciuitatis concordiam, nondum desierunt se mutuum occidere, & ex vrbe in exilium eijcere: nullum nefas non audentes ob victoriam. Adi præterea Budæum pag. 270. in Pandect.

AVT QVI DIVITIIS SOLI INCVB.) Crucianur etiam hic, qui suis vtilitatibus omnia metiuntur: alienas plane negligunt, præsertim suorum, id est parentum, cognatorum, & affinium, quorum etiam hodie non parua turba est. Certè Virgil. cum ad opes magnas peruenisset, partem parentibus suis posuit, vt narrauimus in vita eius. ✱

Diuites sunt, non qui diuitias habent, sed qui videntur illis ad opera iustitiæ. Et qui pauperes videntur, eò tamen diuites sunt, quia & non egent, & nihil concupiscunt. Firmianus lib. 5. cap. 16. Cic. pro Cluent. Hic ille plenus, improbiſſim⁹, quæſtu iudiciario paſtus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe iam, atque animo incubaret, cõtrahit frontem. Liuius lib. 8. ab V. C. Liberes fœnore plebem Romanam, & istos incubantes publicis theſauris ex præda clandestina euoluas: *ἐνδούρους, ἐνδούρους. Ponere*, ad opes applicauit & Val. Maxim. tit. de Abſtinentia. Deinceps ex ijs vocemus, quorū animus aliquo in momẽto ponendi pecuniam, nunquam vacauit. German.

QUIQUE OB ADVLTERIVM CÆSI) Quas importet calamitates, quantaq; cum nequitia cõiunctum sit hoc scelus, neminem credo diſerti⁹, & grauius expoſuiſſe Philone illo Hebræo, quem audias licet ita diſſerentem lib. de decalogo. Adulterium, est peccatum grauiſſimum, fontem enim habet amorem voluptatis, quæ & corpus atterit, & robur animi reſoluit, & rem familiarem abſumit, quidquid attigerit, more ignis adurens, & nihil ſaluū relinquens in vita hominum. Hæc adultero perſuadet, vt non ſolum ipſe peccet: ſed & alios aſciſcat in culpæ ſocietatem nefariam, & aduerſam ſocietati legitimæ. Percitus enim hoc cœſtro non poteſt ſolus explere cupiditatem: ſed opus eſt omnino, vt duo ſint: alter quaſi magiſter nequitie, alter diſcipulus rei turpiſſimæ. Nec enim ſolum corpus mulieris impudicæ vitiatur: ſed ſi vera ſatemur, multò prius animus aſſueſcit malis moribus, diſcens modis omnibus auerſari maritum, & odio proſequi: quod tamen malum leuius multo eſſet, ſi non diſſimularetur. Nam quæ ſunt in propatulo, cauentur facilius. Nunc vero vix vllus ſuſpicioni locus relinquitur: adeo ſe malis artibus celat, & obumbrat, ne deprehendatur, plerunq; præ ſe ferens affectum contrarium, & mirificis præſtigijs opinionem amoris ſibi concilians. Eadem certe opera ſubuertuntur tres familiæ. Is, cuius coniugium violatur, nuptialia vota perdidit, & ſpem prolis legitimæ. Nec minus incommodi accipiunt reliquæ duæ domus, adulteri, & adulteræ: quandoquidem replentur ambæ dedecore, contumelia, probrisq; turpiſſimis. Quod ſi numeroſæ fuerint iſtæ familiæ, multis cognationibus, affinitatibusque implicitis, totam ciuitatem accendat hoc flagitium, obambulans per ora ciuium. Permoleſtum eſt enim dubitare de liberis: & quoties parum integra ſeruatur vxoris pudicitia, verus pater certe cognosci non poteſt. Itaq; dum res in obſcuro latet, adulterini ſubrepunt pro legitimis, alienarum familiarum ſinceritatem deprauant, hæreditatem, vt tunc videtur, paternam, alioqui nihil ad ſe pertinentem v-

surpant. Et adulter, postquam illuſa muliere deſpuma- uit feruentem libidinem, & expleuit nefariam cupidi- tatem, abit, ridens læſi mariti ignorantiam: at ille tan- quam cæcus, nihil ſciens de fraude domeſtica, vt pro- priam ſobolem, indulgenter habebit natos ex inſenſiſ- ſimis ſibi hominibus. Quod ſi detegatur iniuria, miſer- rimi erunt, licet inſontes pueri, in neutro accenſendi genere, nec mariti, nec adulteri.

Accusat item iniquitatem huius ſcleris Iſocrat. 3. orat. vbi Nicoclem de ſua temperantia gloriante facit. *ἔτι δὲ τῷ τοιούτῳ*, &c. Adhæc non potui non vehementer illos reprehendere, qui ductis vxoribus, & inita totius viſæ ſocietate, pactis, & conuentis non ſtarent: ſed dum ſuis voluptatib⁹ indulgerent, eos offenderent, à quibus ipſi nulla re offendi ſe vellent: & quam in alijs contractibus æquitatem colerent, ſolas conuentiones cum vxoribus factas violarent. Quæ tanto ſanctius cuſtodiendæ erant, quāto ſunt alijs interiores, & maiores.

Addam pro corollario Lipſium eruditè, vt omnia diſputaſſe ad 4. Annalem Taciti, qua pœna adulteros puniri Romæ receptum fuerit. Opilius quidẽ Macri- nus Imp. vt relatum video à Capitolino, adulterij reos ſemper viuos ſimul incendit, iunctis corporibus. Pit- tacus autem vnus de 7. ſapientibus grauiorem pœnam conſtituit in eum, qui vxorem alienam ad adulterium blanditijs pellexiſſet, quā ſi ei vim intuliſſet: quod vi adhibita, corpus tantum, blanditijs animus quoq; cor- rumperetur. Diodorus lib. 1. parte 2. cap. 2. in recen- ſendis Ægyptiorum legibus hanc aſſert de adulteris, notatu non indignam. Nam ei qui mulierem liberam violateſſet, viriliter exſecabantur, quoniam vno crimine haud parua ſclerā complexus eſſet, iniuriam, corrup- telam, liberorum cõuſionem. Si quis ſine vi adultera- uerat, virgis cedebatur ad mille plagas, mulier naſo mu- tilabatur. Exiſtimabant enim, mulierẽ ſeſe ad illicitam continentiam exornantem, oportere ea parte mutilari, qua maxime facies exornatur.

NEC VERITI DOM. FALL. DEXTRAS) Id propter Me- nam, in quem inuehitur & Horatius, dictum videri po- teſt, qui cum eſſet libertus Sex. Pompeij, à patrono de- fecit, & ad Auguſtum prodita claſſe tranſijt. Quod igitur ſeruus fuiſſet Pompeiorum familiæ, dominū ab eo proditum poëta ſcripſit. Turneb. lib. 22. cap. 1.

Nefcio tamẽ, inquit Germ. an tanto viro mihi in hac parte aſſentiendū ſit, cum iſta interpretatio omnino in inſtitutū Maronis niti videatur, qui in gratiam Auguſti, & Iulæ familiæ hoc totum opus molitus ſit. Itaque ſi Mena à Cæſare ad Pompeium, aut Antonium tranſfu- giſſet, & decore quadraret hæc coniectura, & poëta ea commemoratione, & perfidiæ increpatione Auguſti blandiſſimè auribus ſeruuiſſet: niſi fortalle conſilius Im- peratoris moribus, qui prodicionem quidem amare ſe profiteretur, proditorem execrari, huic audentius Ma- ro crimini inſultauerit. Hæc ille.

Ne hunc quidem locum aſſecuti ſunt interpretes, atque inprimis Seruius, qui quid dicat, proſectò neſcit. Nam quid aliud eſt fallere dexteras dominorum, quam fidem dominis promiſſam fallere? nam dextra olim fi- dei conſecrata fuit. Cic. Philipp. 11. dextræ, quæ fidei te- ſtes eſſe ſolebant, perfidia ſunt, & ſcelere violatæ. Vnde iungere dextram, & dextræ dextram committere, apud poetas ſæpe reperies pro paciſci, & fœdus ferire. Quid. in epiſt. *Hæc ubi pacta fides, commiſſaq; dextera dextra?* Naſcimb.

INCLVSI POENAM EXPECTANT) Hoc de omnib⁹ dictum eſt, quos ſupra cõplexus eſt, non de his tantum proximis. Grauius autem eſt, expectare pœnas, quā lucere.

luere. Nam in expectatione & presens metus est, & dolor futurus, in ipsa autem poena solus est dolor. Seruius.

NE QUARE DOCERI QUAM POENAM) Cur non vult quæri Sibylla de poenarum generibus? quia adhuc iudices capitales de ijs consultant. Redit ad enumerationem suppliciorum interruptam, & videtur loqui de Sisypho, qui, ut scribitur ex Ennio, 1. Tusculan. *versat saxum sudans nitendo, neq. proficit hilum*. Rota ad Ixionem pertinet, cui supra atram silicē imminere dixit.

Iupiter proditus à Sisypho, hoc eum supplicio apud inferos damnavit, ut grande saxum assiduò in montem vrgeat: & cum ad iugum, seu verticē volutarit, relabatur, ut denuo voluendum sit. Lucret. lib. 3. allegoricè ambiciosos putat significari hoc figmento, qui quavis repulsi sapius, non desinunt magistratus, & honores consecrari.

*Sisyphus in vita quoq. nobis ante oculos est,
Qui petere à populo fasces, sanasq. secures
Imbibit: & semper victus, tristisq. recedit.
Nam petere imperiū, quod inane est, nec datur un-
Atq. in eo semper durum sufferre laborem, (quam,
Hoc est aduerso nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen à summo iam vertice rursus
Voluitur, & plani raptim petit aquora campi.*

QUÆ FORMA VIROS) singulis enim scelerib. statuta sunt supplicia: nam morem Romanorum sequitur Ser.

RADIISQVE ROT. DISTRICTI PEND.) Et hoc de C rota, & quod ait Tibullus,

*Illic Junonem tentare Ixionis ausi
Versantur celeri noxia membra rota,*

& Claudianus, *Non rota suspensum præcepit Ixion tor-
quet*, Plautus, *Versor in armis rota*: hæc, & similia nihil ad rotam, Germanicum supplicium, pertinere, nemo non videt: in qua fontes iam datis poenis non plus doloris sustinent, quàm si humi strati iacerent. Et qui fieri per deos immortales potest, ut homo fractis, contusisque tibiarum, brachiorumque ossibus rotam conscendat? Ergo diuersum est ab hoc, quod Græci *τερχον* appellant. Monstrat & hoc Iosephus in τῇ εἰς τὸν Μακκαβ. αβζθ, καθ. θ. Brod. lib. 2. cap. 10.

Scribit Cic. 3. Tuscul. In eo etiam (libro) putatur dicere (Theophrastus) in rotam (id est genus quoddā tormenti apud Græcos) beatam vitam non ascendere. Hoc affici cruciati, *τερχίζεσθαι* dicebatur: eratque rota instrumentum, in quo distento corpore homines torquebantur. Dicitur à Græcis *τερχος βαλανιστικὸν ὄργανον, ὁστίνον τὰ σώματα τῶν βασιλευμένων*. Apud Iosephum in Maccabæis eius supplicij crebra mentio est. Ut illigari igitur mole pedibus appensa, atque innecti rotæ iubetur Maccabæus: ita etiam in gyrum circuli porrigi, ut solutis hinc inde visceribus, venisq. distentis, dolores ipsius, & poenæ crescerent. Iterum, & ut erat affixus rotæ, igni in catasta obijcitur. Rursus, rotæ postmodum affigitur, nec tendi magis iam poterat, quia & partes, & frusta corporis horrendissimo pependere aspectu. Meminit & Aristoph. Pluto. ἐν τῇ τερχὴν δὲ δεισὶν αὐτὸν σπένδοντες εἰπεῖν ἃ παρατρέφουσιν. Ac non dubito, quin hoc tormentū intellexerit Latinus poeta. Turneb. lib. 7. cap. 16. De Ixione putant interpretes dictum, *radiisq. rotarum Districti pendunt*. Georg. 3. de eodem, *tortasque Ixionis angues, Immanemque rotam*. Vide ibidem dicta, & Natal. Comitem lib. 6. cap. 16. Seneca Herc. Fur. *Rapitur volucris tortus Ixion rota*. In quem versum lege scripta à Delrio.

SED ET, ÆTERNVMQVE SED. INF. THESEVS) Interpretationem inconsideratam, & leuissimè dicam, Roberti Tisii super hoc loco, irritidei Sybarissimè Villomarus Animaduers. in

enndem lib. 1. animaduers. 14. Cæterum quid Iouianus in Actio dicat, referamus. Reprehendit Hyginus (apud Gell. lib. 10. cap. 16.) Virgilium, quod cum antè dixisset, Theseum superas euasisse ad auras, post dicat, *sedet, æternumq. sedebit*. Atque Theseus viuus Herculem ad inferos lecutus, inde Hercules ipsius præsidio euasit, ut est in fabulis. Post mortem vero, cum anima eius ad inferos delata esset, nunquam ad viuentes redijt: sed propter filium iniuste occisum sedet illic, atque æternum sedebit, iniquissimam Hippolyti mortem infelicitè deplorans. Rectèque, & antè viuum ab inferis redijisse ait, unde argumentandi locum Æneas cepit: & post, inter eos, qui mortui essent, enumerat. Neque enim sibi hæc aduersantur. Vide in super Alciat. Parerg. lib. 10. c. 8.

PHLEGYASQVE MISERRIMVS OMNES) Phlegyas Lapitharū rex, Ixionis pater, ob iniuriam stupri, filiarū ab Apolline illatam, eius templum incendit: à quo vicissim sagittis confixus, & ad inferos deiectus fuit. Montfort.

DISCITE IUSTITIAM MONITI) Nihil ad conciliandos subiectorum animos tam valet, quam iustitiæ, ac diuini cultus opinio. Prudenter igitur Maro Phlegyam suam inducit, iustitiam, religionemque his verbis colaudantem. Iustitia enim in quo fuerit, eius imperium æquo animo omnes patiuntur, illiusque moderationi sese etiā sponte subijciunt, quod de Cyro illo legimus, quem non iustitiæ solum, sed omnium etiam regiarū virtutum exemplum fuisse, creditum est. Quantum autem ad popularem comparandam beneuolentiam religionis valeat opinio, docuit Macedo Alexander, qui etiam superstitionem laudare solitus est, tanquam per eam in plebis animos, rectores ipsi illaberetur. Qua virtute & Cyrus hic, de quo dixi, & Camillus, & Africanus, & præstantissimi quique viri excelluerunt. Iouian. lib. de Principe. * Porro huic sententia affinia sunt, quæ afferuntur in proverbij, *Factum stultum cognoscit. Euentus stultorum magister*.

Ἡ δὲ μέγιστος γίγνεται ἀνθρώποις πέποις.
Tum iudicant homines, ubi iam poenitet.

VENDIDIT HIC AVRO PATRIAM) Colligent studiosi exempla proditorum istiusmodi. Læthenem quidam insinuari credunt, qui Olynthum prodiderit, de quo Demosthenes *πρὸς τὴν ὀλυνθίου μέγιστον λαδένους φίλον ὀνομάζω φιλήπτου, ὡς πρὸς δὲ οὐκ ὀλυνθίου*. Notauit Vrsin. item hos duos versus pæne integros ex L. Vario translatos, in carmine de Morte.

*Vendidit hic Latium populis, agrosq. Quiritum
Eripuit, fixit leges pretio, atq. refixit.*

Talia, inquam, proditorum exempla ex historiarum monumentis ad vsum suum colligent sibi bonarum litterarum cupidi, & contraria eorum, qui, ut patriam venderent, nullis præmijs adduci potuerunt. In quorū numero virtus Epaminondæ Thebani luceat eximie, de quo ita Probus memorat. Tentata autem est eius abstinentia, à Diomedonte Cyziceno. Narr. q. is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum suscepit. Hic magno cum pondere auri (triginta Darcorum millibus, ut affirmat in apophthegmatis Regum Plutarchus) Thebas venit, & Micythum adulescentulum quinq. talentis ad suam perduxit voluntatem: quæ tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam conuenit, & causam aduentus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coram, Nihil, inquit, opus pecunia est. Nam si ea rex vult, quæ Thebanis sunt vitilia, gratis facere sum paratus. Si autem contraria, non habet auri, atq. argenti satis. Namq. orbis terrarum diuitias accipere nolo, pro patriæ charitate.

FIXIT LEGES PRETIO, ATQUE REF.) Ex eodictum A Semiramis, ab eodem est interfecta. Iustinus lib. 1. De est, *fixit leges*, quod in æs incisæ leges, in publico fixis tabulis proponebantur. Tacitus lib. 2. Aspiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiscitis per fora, & tēpla fixo. Sueton. Romani veteres suas leges ex iure decemvirali promulgatas, atq; in æs incisas in ærarium condebant. Cic. Philipp. 3. Falsas leges, & Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit. Leges autem contra quæ tollebantur, earum æs reuellebatur, refigebaturq;. In vna sententia exemplū vtriusq; verbi Cic. Philipp. Nunc figentur rursus hæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis? Turneb. lib. 25. cap. 30.

Erythræus in Indice. Figi leges dicebantur, cum populo in foro cognoscendæ proponebantur, quod tabulæ æneæ, in quibus incisæ erant, religabantur. Ouid. 2. Metamorph. *nec verba minantia fixo Aere ligabantur*. Vnde refigi dicebantur, cum auellerentur, vt hæc a Virgilio. Quare Venuleius I. C. tit. ad legem Iuliam peculatus: qui tabulam, inquit, æream legem, formamū agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutauerit, lege Iulia peculatus tenetur. Similiter omnia quæcunq; figuntur, cum reuelluntur, refigi dicuntur. Idem Venuleius lib. 43. Quod vi, aut clam lege postrema. Si ad ianuam, inquit, meas tabulas fixeris, & ego eas prius, quam tibi denuntiarem, refixero. Paulus tit. de verborum obligation. lege, Inter, sic ait. Sed & si reficiendæ navis causa omnes tabulæ refixæ sunt. Horat. *quis templis Parthorum signa refixit?* Hinc clauos refixos eleganter appellabimus, quos veteres, populariter dicimus. * *Transit autem à Parrone, sine mutatu est Virgilius hunc locum, teste Macrob. lib. 6. Saturnal.*

HIC THAL. INVASIT NATÆ) Hoc sceleris genus commodè, & eleganter expressit Arnobius lib. 5. patrē cum filia vxoria coniugatione misceri. Exempla quædā proferri possent: sed ita tectū, ac nefarium scelus est, vt à recordatione animus, à cōmemoratione lingua, ab auditione aures refugiant. Par, & æquè execrabilis turpitudine matrū, filios sollicitantiū: Quod cum fecisset Ninys filio

incestis consanguineorum nuptijs, & quid Romanæ grauitati, iustitiæque in hac re placuerit, vide Tiræquell. in 7. leg. Connubial. à numero 32. deinceps. Idē ex Plutarcho, Augustino, & alijs Theologis probas, & iustas rationes affert cōplures, ob quas vetita sint inter consanguinitate coniunctos matrimonia. Vide à numero 45.

AVSI OM. IMMANE NEF.) Hypothesi ad thesin reuocata, concludit æquè esse nefarios, atque impios: & quia peccandi voluntas, nisi sequatur effectus, non vsquequaque hominem punit, sequitur, *an sōq; positi*, vt ostendat eos merito, ac iure puniri, cum non tantum voluntas peccandi, verum etiam actus ipse peccandi in eis extiterit. Nascimb.]

NON MIHI SI LINGVÆ CENTVM) Similiter Georg. 2. *Non ego cuncta meis amplecti verbis opto, Non mihi si lingua centum*, &c. Homeri illos ex 2. Iliad. prope ad verbum reddit.

Πληθὺν δ' ἔκ αὖ ἐγὼ μὲν ἱσχυμαι, ὅδ' ὀνομήνω,
Ὅσδ' εἴ μοι δέχα μὲν γλώσσαι, δέχα δ' ἑβμάτ' εἴην,
Φωνὴ δ' ἄρρηκτο, χάλκεον δὲ μοι ἦτορ ἐσθλόν.

Consimile his illud Ovidianum eleg. 4. lib. 1. Trist.

*Si vox infragilis, pectus mihi firmius ære,
Pluraq; cum linguis pluribus ora forent,
Non tamen idcirco completerer omnia verbis,
Materia vires exuperante meas.*

Idem 2. Fast.

*Nunc mihi mille sonos, quoq; est memoratus Achil-
Vellem Mæonida pectus inesse mihi.* (lat

Silius lib. 4.

*Non mihi Mæonia redeat siglora lingua,
Centenasq; pater dæ Phæbus rumpere voces,
Tot cades proferre queam, quas dextera magni
Consulæ, aut contra Tyria furor edidit ira.*

Hoc autem vatibus solemne esse, & eos tot linguas optare solitos, affirmat Persius initio Sat. 5.

*Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces,
Centum ora, & linguas optare in carmina centum.*

Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos,
Sed iam agè carpe viam, & susceptum perfice munus,
630 Acceleremus, ait, Cyclosum educta caminis
Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas:
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona.
Dixerat: & pariter gressi per opaca viarum,
Corripiunt spatium medium, foribusq; propinquant.
635 Occupat Æneas aditum, corpusq; recenti
Spargata aqua, ramumq; aduerso in limine figit.

PHOBI LONGÆVA SACERDOS) Viuacitas Sibyllæ D prouerbio locum fecit, Sibylla viuacior. Propert. lib. 2. eleg. 24. *At me non atas mutabit tota Sibylla*. Vbi Sibyllæ ætatem, pro quantumuis longa posuit. Vide Seruiū præterea in hunc locum.

CYCLOP. EDUCTA CAMINIS) Hic duas artes Cyclosum miscuit Mæro, fabricam ferrariam, cuius inuentores fuerunt, auctore Plinio lib. 7. cap. 56. & munitionem oppidorum. Nam Aristotele auctore, quod Plinij fide referimus, iidem Cyclopes turres inueniunt. Tiryntia, Pausanias lib. 2. à Cyclopihus munitam fuisse narrat lapideo muro, cuius singulos lapides vix moueri potuisse, protelis mulorū. Sunt qui ab eis munitas dicant etiam Mycenæ. Turneb. lib. 28. cap. 46.

In illud Callimachi, hymno in Dianam,

ὅς σε φάρμακον
Ὅσδ' αὐτὸν μάχα τέξον, ἐμοὶ κύκλωπες διδόντες
Ἀλίστα τεχνήσονται, ἐμοὶ δ' ἐνκαμπὲς ἀμύμα.

non posco pharetram,
Nec telum prægrande, mihi Cyclopes acuta
Spicula iam facient, & neruo flexile cornu,

in hoc, inquit, vir egregie doctus, eius latinus interpret viliter scribit quæ sequuntur. Quidquid vehementer munitum, robustumque esse, nec vlla vi rumpi posse poetæ ostendere voluit, id Cyclosum manibus constructum dicere consueuerunt. Sic vrbs Tirynt Cyclosum opus fuisse dicta: cuius muri (teste Pausania in Corinth.) è rudibus extructi erant lapidibus, quorum singuli

guli ea fuerunt magnitudine, vt ne minimus quidem *Aratur portas, strepitumq̃, & strata viarum.*

eorum, bigis iumentorū moueri loco potuerit. Sic Arguorum mœnia, manibus fabricata Cyclopum Staius prodidit. Sic turris, in qua Danaë inclusa fuit, à Cyclopi- bus facta dicitur. Sic mœnia campi Elysi, Cyclopū edu- cta caminis Virgilius refert. Sic arma Achillis, & Æneæ inuictorum heroum, labores Cyclopum esse feruntur.

OPACA VIARVM) vt strata viarum, vide lib. I. Mi-

CORRIPVNT SPATIVM MEDIVM) Celeritatem gradiendi exprimit, vt alibi, corripuere viam.

CORPVSVQVE RECENTI SPARGIT AQVA) Corpus aqua respergit Æneas, inquinatus enim fuit aspectu tartari. Et spargit, quia inferis sese purgat. Nam simul corpus, & animum istiusmodi ablutionibus, seu asper- sionibus mundari credebant.

- His demum exactis, perfecto munere diuæ,
 DEVENERE LOCOS LÆTOS, ET AMOENA VIRETA
 Fortunatorum nemorum, sedesq̃ beatas.
 640 Largior hîc campos æther, & lumine vestit
 Purpureo, solemq̃ suum, sua sidera norunt.
 Pars in gramineis exercent membra palæstris,
 Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
 Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
 645 Nec non Threicius longa cum veste sacerdos
 Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
 Iamq̃ eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.

DEVEN. LOCOS LÆTOS, ET AMOEN. VIR.) De A. Elysijs Plato in Axiocho. Illos verò, qui boni dæmonis ductum, auspiciūque secuti, vitam essent imitati deo- rum, beatorum, piorumque sedes incolere. Ibi tempe- states anni frugum omnis generis copia, & vbertate a- bundare, fontes aquis limpidissimis scaterere, herbis varijs prata conuestiri. Illic philosophorum scholas esse, theatra poetarum, & circulares choros, musicas auditi- ones, opportunè composita conuiuia, & dapes, quæ vltro ex ipso loco suppeditentur, & immortalē lætitiā, omni denique iucunditate perfusam vitam. Non enim vel iniquum frigus, vel intemperatum calorem ibi do- minari: sed bene temperatum acrem diffundi, subtili- bus solis radijs illustratum. Ibi vero ipsis initiatis quen- dam esse principatum, & sacra dijs rite fieri.

Disputationem de Elysijs ἀλυσίωνες intelligen- do, leges apud Iouianum in Aegidio, ab eo loco, Ego vero, Hieronyme Carbo. pag. 163. 6. Aldinæ edit. De iisdem campis multa præclara, & delectabilia Natalis Comes lib. 3. cap. 19. Et quoniam in insulis Fortunatis crediti sunt esse hi campi, legenda est earundem insula- rum longe pulcherrima descriptio apud Muretum lib. 5. cap. 1. Laudar beata illa arua, & diuites insulas Hora- tius quoque Ode 16. Epod. Meminerunt & Homer lib. 4. Odyss. Strabo lib. 1. Plautus autem non sine sale quo- dam in Trinummo his versibus.

*Sed iste est ager profecto, ut te audini loqui,
 Malos in quem omnes publicè mitti decet:
 Sicut fortunatorum memorant insulas,
 Quò cuncti, qui ætatem egerunt castè suam,
 Conueniunt: contra istos detrudi maleficos
 Equum videtur, qui quidem istius sit modi.*

Occasionem commento huius videtur præbuisse fama quædam, & auditio paradisi, de quo est in sacra Genesi. Vide adhuc de Elysijs Delrii Comment. in Herculem Fur. Pag. 275. Vniuersas carporum illorum felicita- tes summa quadam complexus est hîc versib⁹ Tibul- lus lib. 1.

*Hic choreæ, cantusq̃ vigent: passimq̃ vagantes
 Dulcè sonant tenui gurgure carmen amas.
 Fert casiam non culta seges, totosq̃ per agros
 Flores odoratis terra benigna rosis.*

At iuuenum serios teneris immista puellis
 Ludit: & assidue prælia miscet Amor.

Amœna dicta sunt loca, quod solum amorem præstent, quodque ad se amanda alliciant, id est trahant, vt Gram- matici docent. 38

LYMINE VESTIT PURPUREO) Cic. Phænomenis. *Quam cum perperno vestinis lumine Titan.* Purpureum à poetis pro pulchro poni, ex illius coloris præstantia, & pulchritudine, non ignotum. Testimonia crebra sunt. Notauit Turneb. lib. 28. cap. 46. Adducit non- nulla. Infra. *Purpureos spargam flores.* Et lib. 9. *Purpure- us veluti cum flos succisus aratro.* Lib. 11. *lumenq̃ iuuenta Purpureum.* In quem locum vide Symbolas. 38

Primum videamus quomodo hunc locum ex do- ctrina Platonica illustret. Macrobius in som. Scip. lib. 1. Sic igitur ille, quod quidem ad institutum spectat. Ciuita- tum vero rectores, caterique sapientes, cælum respec- tu, vel cum adhuc corpore tenentur, habitantes, faci- lè per corpus, cælestem, quam pæne non reliquerant, sedem reposcunt. Nec enim de nihilo, aut de vana adu- latione veniebat, quod quosdam urbium conditores, aut claros in repub. viros in numerum deorum conse- crarit antiquitas. Sed Hesiodus quoque diuinæ sobolis assertor, priscos reges cum dijs alijs enumerat, hisque exemplo veteris potestatis, etiam in cælo regendi res humanas, assignat officium.

C Indigetes diui fatis summi Iouis hi sunt:
 Quondam homines, modo cum superis humana tuentes,
 Largi, ac munifici, ius regum nunc quoq̃, natii.

Hoc & Virgilius non ignorat, qui licet argumento suo seruiens, heroas in inferos relegauerit, non tamen eos abducit à cælo: sed æthera deputat his largiorem, & nosse eos solem suum, ac sua sidera profiteretur: vt gemi- næ doctrinæ obseruationes præstiterit, & poetica fig- mentum, & philosophia veritatem. Nunc ad aliorum huius loci explanationes veniemus.

SOLEMQVE SVVM, SVA SID. NORVNT) Vt no- bis noster est sol, nostræque stellæ: sic illis, qui Elysium incolunt, ne quis eos in tenebris degere putet. Tur- neb. lib. 28. cap. 46. Plutarchus comment. de Exilio, Stultitiam, inquit, eius irridemus, qui lunam Athenis meliorem, nitidoremque esse dicat, quam quæ Corin- thi:

thi: & tamen in idem quodammodo vitium incidimus, cum peregrinantes, terram, mare, ærem, cælum, vt diuersa, à consuetis esse contendimus. Non est autem in hunc eundem sensum accipiendum, quod hic Maro dicit. Loquitur enim de inferis, tanquam de orbe alio, ab hoc nostro disuncto, qui & suo sole, suaque luna, cæterisque astris ornatus sit, quæ orbis nostri signis vsquequaque respondeant. Titius lib. 8. cap. 19. * *Pluto raptor apud Claudianum lib. 2. Proserpinam flentem consolans, inter alia sic.*

Amisum ne crede diem: sunt altera nobis
Sidera: sunt orbes alij. lucemq; videbis
Purius, Elysiosq; magis mitabere campos,
Cultoresq; pios. illic pretiosior ætas
Aurea progenies habitat, &c.

IN GRAM. EXER. MEMB. PALÆST.) Hic Grammatici palæstras, luctas accipiunt, à quibus dissentio: intelligo enim gramineas palæstras loca esse herbosa, vacua, in quibus se exercebant ludo, & lucta. Turneb. lib. 28. cap. 46. * *Etiam Mercurialis de arte gymnast. lib. 1. cap. 9. palæstram, ait, accipere pro quocumq; loco exercendi corporibus idoneo, & hunc ipsum locum septem adducit.*

Inualuerat apud multos opinio de animabus, & vmbreis mortuorum: ex siquidem creditæ sunt magna earum rerum copia apud inferos abundare, quarum amore, ac studio, dum in suis corporibus adhuc degerent, tenerentur, seque ijs exercitijs delectare, quæ sibi olim grata præ cæteris fuerant. Qua de re meminit etiam Macrobius. Sed festiuissimi sunt Æschyli versus apud Stobæum, quibus ostendere conatur, Plutonis regnum omnibus diuitijs, & commoditatibus affluere: cuius rei præter cætera argumentum hoc affert, vt dicat;

Οὐ γὰρ αἱ ψαῖες ὕπνῳ ἐσθλατάμηναι
Προκοίμβαν, οὐδ' αἱ κατηλέμηναι,
Εἰ μὴ καὶ αὐτὰς ἐνθάδε πλὴν ἴδωι.

Hoc est: Nunquam enim sic coronis redimiti proponeremur in funeribus, neque vnguentis delibuti, nisi statim, vt descendimus, bibere nos oporteret. Titius lib. 1. cap. 12.

THREICIVS LONGA CVM VESTE SACERD.) Syrma vestis, apud Solinum cap. 56. fluxa vestis, & proluxa, humumque verrens, qualis erat tibicinum, & fidicinum, vt apud Flaccum ad Pison. *traxitq; vagus per*

Apulita vestem. Eandem & Orpheo hic tribuit Maro. Eam etiam Tibullus significare videtur lib. 3. eleg. 4. *Ima videbatur talis illudere palla.* Turneb. lib. 18. cap. 35. & lib. 28. cap. 46.

Longa cum veste, vt pote vates, & musicus: nam longa vestis citharædorum habitus fuit, quod indicare videtur Cornificius ad Herennium lib. 4. cum ait. Vt citharædus, cum prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus varijs intexta, & cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro, & ebore distinctam, &c. Vocat autem sacerdotem, vel quia theologus, vt etiam interpretes admonent, vel quia musicus, vt Cic. & Quintilianus ait: antiquis enim temporib' vates, & sapientes iisdem iudicabantur: quod ideo veteres fecisse videntur, vt musicen cum diuinarum rerum cognitione iunctam esse ostenderent. Nascimb.

OBLOQ. NVM. SEPT. DISCRM. VOC.) est, saltantibus canit, cum hoc loco numeros in saltatione ponat, quippe cum paulo ante dixerit, *pars pedibus plaudunt choreas.* Sic ecloga 6. *Tum vero in numerum Fannosq; feruq; videres Lindere.* Ac sanè numerum in motu Plato, & Aristoteles ponunt lib. 4. phys. cap. 11. Hic tamé satius sit, numeros versus intelligere, & carmina, quibus obloquebatur suos modos, & cantum Orpheus. Turneb. lib. 28. cap. 46. Lucret. lib. 4. *Et citharali quidum carmen, chordasq; loquentes Auribus accipere.*

Lyra heptachordos erat, vnde fortasse hic scriptum à Marone *septem discrimina vocum.* Quod tamen Fulgent. lib. 1. Mythol. aliter explicat. Habet igitur, inquit, musica partes septem, id est genera, diastemata, systemata, phthongos, tonos, metabolas, & melopoecias. Vnde & Virgil. in 6. ait: *Obloquitur numeris septem discrimina vocum,* &c. Turneb. lib. 19. cap. 29.

IAM QVE EAD. DIG. PVL SAT) Id est, intus canit, & foris. Manus enim sinistra carpit chordas digitis, quod intus canere est: nam sibi soli tum canit artifex: manus dextra pectine chordas pulsat, canitque foris, id est, canit quod alij audiant: nec enim tacita est eius, vt sinistra, musica, sed canora. Turneb. lib. 28. cap. 46.

Hic genus antiquum Teucri puchertima proles,
Magnanimi heroes nati melioribus annis,
650 Ilusq;, Assaracusq;, & Troiæ Dardanus auctor.
Arma procul, currusq; virum miratur inanes.
Stant terræ defixæ hastæ, passimq; soluti
Per campos pascuntur equi. quæ gratia currum,
Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitentes
655 Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit ecce alios dextra, læuaq; per herbam
Vescentes, lætumq; choro præana canentes
Inter odoratum lauri nemus: vnde supernè
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.

MAGNAN. HEROES. N. MEL. ANNIS) A quibus E per fuisse existimatur. [Catull. de nupt. Onimis optato seculorum tempore nati Heroes saluete.] Hoc igitur ait, eos eo tempore natos, quo maiori in honore virtus habebatur: ideoque diuino honore dignos iudicatos fuisse: quibus si hoc tempore nasci contigisset, ad tantum honoris fastigium euecti nunquam fuissent. Nascimb.

TROIÆ

TROIAE DARD. AVCTOR) Hic de se vniuersam A regionem Dardaniā appellauit. Condidit primus vrbem Dardaniā, vbi fato functus, & sepultus fuit. Postea à Troe Troia, & ab Ilo postremū Ilium fuit appellata.

ARMA VIRVM, CVRRVSQVE) A signis pacis, quæ potissimum quatuor enumerat, arma, & currus inanes, hastas solo defixas, & pascentes libere, nulloq; hostium metu equos. Notum autem ex Homero, morem tenuisse ijs temporibus, vt duces è curribus pugnarent, quod genus pugnae etiam apud nostrum videre est libris sequentibus. Montfortius.

STANT TER. DEF. HASTÆ) Ex antiquorum consuetudine intelligendum est, qui posteriorem partem hastæ etiam præpilabant ad defigendum humi, quam *ἡσυχία* Græci, & *συνεργία*, & *συνεργία* appellabant. Homerus *ἡσυχία δ' ὅτι ὅτι σὺν ὁρῶν*. Quod Aristoteles sic explicat. *ὅτι τὸ τὸ ἐν ἑαυτῷ, ὅτι τὸ ἐν ἑαυτῷ*. Ita Aristotelis ætate iam mos ille exoleuerat: sed poetæ studiosi vetustatis, & rerum non perinde vilitatum, ad admirationem talia captant, & in vsum reuocant. Turneb. lib. 13. cap. 16.

QVÆ GRATIA CVRR. ARM. FVIT) In Gorgia inquit Plato. Idem mihi videtur circa animam: cuncta enim in ea apparent, quum corpus exuerit, tam quæ ex natura, quam quæ ex affectibus inerant, quæ ob rei cuiusq; studium homo contraxit in animam. Hinc, ni fallor, aperitur egregiè hic Maronis locus. Rhodigin. lib. 10. cap. 9.

NITENTES PASC. EQVOS) Nitentes equos appellat bene curatos, & bene habitis corporib⁹. Horat. in eandem significationem de semetipso lib. 1. ep. 4. *Mepinguem, & nitidum bene curata cute visus*. Æneid. 3. *superog, nitentem Calicolum regi mactabam in listore taurum*.

LÆTVMQ. CHORO PÆANA CAN. INTER ODOR.) Locum assignat poetis separatim inter lauri nemus, quia Phœbo sacra arbor, & ipsi quoque. Rectè etiam ijs mortuis datur inter lauros locus, cum viui ad eorum gloriam, nominisq; immortalitatē designandam, lauro coronentur. Adde quod nullus est aptior poetis lo-

cus, quam nemus vmbrosū, viuis aquis irrigatum. Vnde Horat. fingit eos ambulare per lucos in persona sua, lib. 3. Ode 4.

Andire, & videorpios

Errare per lucos, amana

Quos & aqua subeunt, & aura.

Virgilius tam scientia profundus, quam amœnus ingenio, nonnulla de veteribus verbis, quæ ad proprietatem sacrorū nouerat pertinere, ita interpretatus est, vt mutato verbi sono, integer intellectus maneret. Nam primo Pontificij iuris libro apud Pictorem, verbum hoc positum est, vitulari. De cuius verbi significatu Titius ita retulit. Vitulari est voce lætari. Varro etiam lib. 15. rerum diuinar. ita refert: quod Pontifex in sacris quibusdam vitulari soleat: quod Græci *παυρίζω* vocant. Has tot interpretationis ambages, quam paucis verbis, docta Maronis elegantia expressit? Nam si vitulari, est voce lætari, quod est *παυρίζω*: nonne in cantu læti *παυρίζω* enarratio verbi perfectè seruata? Macrobi. Saturnal. lib. 3. cap. 2.

Rhodigin. lib. 7. cap. 5. ait, cantus diuinis laudibus accomodatos vniuersim quidem dici pæanas, & hymnos: Apollinis tamen aut hyporchemæ, aut pæana dici, atque ea causâ maximè concini solitum, vt vis pestis latius grassantis reprimeretur. Canebatur etiam Pæan ad prosperos rerum euentus. Vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17. Pæan auctore Seruio, propriè Apollinis laudes, quod nunc congruit, propter lauri nemus: abusive omnium deorum: sicut orgia propriè Liberi, abusive omnium deorum sacra.

PLVR. ERID. PER SYL. VOLVIT. AMNIS) Vt in cælo consecrarunt Eridanum astrologi, sic & in Elysijs ponit eum campis Maro, vel cælestis illius Eridani imitatione, vel patriæ commendatione inductus, cum sit in Italia fluuiorum rex. Sic Catonem vmbreis dare iura scripsit, ne Græci tantum exercendis inferorū iudicijs præfecti viderentur: interesse putans ad patriæ ornamentum, & Catonis laudem, hominem Romanum illic iudicare. Turneb. lib. 22. cap. 1.

660 Hic manus ob patriam pugnando vulnere passi:

Quiq; sacerdotes casti, dum vita manebat,

Quiq; pij vates, & Phœbo digna locuti:

Inuentas aut qui vitam excoluere per artes:

QUIQVE SVI MEMORES ALIOS FECERE MERENDO:

665 Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.

OB PAT. PVG. VVL. PASSI) Qui nam digniores D immortalitate, beatorumq; sedibus, quam qui oppositu corporū suorum ab amicis, à cognatis, à consanguineis, à liberis, ab vxoribus, ab vniuersa demum repub. omnia extrema auerunt? qui patriæ potissimum vitam suam, & sanguinem largiuntur? Audi paulisper Ciceronem prædicantem de laudibus legionis Martiæ, quæ ad Mutinam aduersus Antonium perduellem dimicans occubuit. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria potissimum est reddita. Paulo post. Illi igitur impij, quos cæcidistis, etiam ad inferos pœnas patricidij luunt: vos verò, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem, & locum consecuti. Breuis à natura vobis vita data est: at memoria bene redditæ vitæ sempiterna. Laudantur à poetis Græcis 300. Lacedæmonij, qui bello Xerxiano in Thermopylis fortissime pugnares pro libertate Græciæ communis patriæ occubuerunt. Ex Simonide distichum conuertit I. Tusc. Cic. nempe istuc.

*ὦ ἦν δ' ἄστυλον λακιδαιμονίαις, ὅτι τῆδε
Κεῖμεθα, τῆς νεῖων ὑπόμνησις τοῖς πολεμίοις.*

Dic hospes Sparta, Nocte hic vidiſſe ſacemtes,

Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Athenis locus fuit Ceramicus appellatus, in quo columnæ ijs eri-

gebantur, qui pro patria occubuissent, cum inscriptione nominum, & prælio, quo cecidissent, ad eorum memoriam sempiternam. Adijciamus præclaram sententiam de patriæ propugnatoribus, lectam à nobis apud Herodianum lib. 8. Qui pro altero dimicant, cum suæ victoriæ felicitatem ad alios migraturam videant, minus profectò acriter decertant: quippe qui intelligant, se quidem in periculi communionem admitti, cæterum externos victoriæ fructus ad alios peruenturos. Qui autem pro patria pugnant, præterquam quod spe meliore esse debent (neque enim aliena occupant, sed tueri sua contendunt) etiam animo sunt maiore, vt quos non alienum imperium, sed sua quemque necessitas adigat, quoniam scilicet victoriæ fructus ipsis potissimum debeantur. Pro patria aut ceciderunt, aut se deuouerunt, aut vulnera acceperunt. Brutus, Curtius, Ambo Decij pater, & filius, duo Horatij, Philæni fratres, Codrus Atheniensium rex, Cocles, Scæuola, & alij.

QUIQVE SACERD. CASTI) Castimoniam corporis, & animi, lex à sacerdotibus requirebat: sed in corpore potius obseruabatur. Ita ad sacrificium pura sacerdotum vestimenta esse oportebat, id est, non ob-

lit.

lit.

sita, non fulgurita, non funesta, nō habentia maculam. Sic aqua corpus abluebant, & denarias interdum cærimonias, interdum tricenarias obseruabant, decemq; continuis diebus, vel triginta certis quibusdam rebus abstinebant: sic secubabant, & castimoniam in poculis, & vasis quadam superstitione obseruabant.

QUIQUE PII VATES) vaticinantes, quos distinguit ab impijs, & qui mendaci spiritu afflantur, dum addit, *Et Phæbo digna locuti*, id est, vera, haud quaquam vana. Apollinis oracula ob rerum indubitatam fidem, toto orbe celeberrima habebantur.

INVENTAS AVT QVI VITAM EXCOLVERE PER

AARTES) Non Philosophos tantum, vt vult Seruius, sed alios quoque aliarum artium inuentores, quibus vita carere non potest, hominesq; industrios designat. Et multis ob res humanæ vitæ commodas, aut necessarias à se inuentas in cælum datus est ascensus fama, & beneuolentia hominum. Qui autem quæ inuenerint, extant libri Virgilij Polydori. Ad extremum addit beneficos, & liberales, atque officiosos. His omnibus hætenus enumeratis alba vitta cingi tempora, quod eorum immortalitatis signum est. Seu, quoniam horum omnium vita integra fuit, incorruptiq; mores, recte illis candidam vittam tribuit.

Quos circumfusus sic est affata Sibylla,
(Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
Hunchabet: atque humeris extantem suspicit altis)
Dicite faelices animæ, tuq; optime vates

670 Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

ATQVE HVIC RESPONSVM PAVCIS ITA REDDIDIT HEROS.

Nulli certa domus, lucis habitamus opacis,

• Riparumq; toros, & prata recentia riuus

675 Incolimus. sed vos (SI FERT ITA CORDE VOLUNTAS)

Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.

Dixit: & antè tulit gressum, camposq; nitentes

Desuper ostentat: dehinc summa cacumina relinquunt.

HYMER. EXTANT. SUSPICIT ALTIS) Hanc B quem, utpote potiore, circumdederant omnes. Et est clausulam versus, de Platone dici, suspicari videntur interpretes, cum de Musæo accipienda sit, quem eminentem, & extantem turba circumfusa, & corona suspiciebat. Mirantur multi, hic Maronem tam honorifice Musæi meminisse, de Homero siluisse. Ac Græci nonnullam ei liuoris hac de causa labem aspergunt. Certe Silius, cum eundem locum tractaret, Homerum tantis laudibus cumulauit, ut propemodum consecraret. Turneb. lib. 28. cap. 46. * *Suspicio ista Seruij est, cuius hæc sunt verba, humeris extantē suspicit altis, quasi philosophū, ac si diceret Platonem. Nam Plato ab humerorū dicta est latitudine, quam Græci πλάτος vocant. Idem somnium somnias Nascimban.*

Quod si antiquorum extarent monumenta poetarum, fortasse aliquis inueniretur, qui ut argumenti magnitudine cederet, ita cultu, atque prudentia orationis priorem sibi locum vindicare conaretur. Arbitror enim ego Musæi stylum longè esse Homericopoliorem, atque comptiorem. Quod ut clarius pateat, aliquot versus adducere coactus sum. Nam quemadmodum omnes sunt incomparabiles, soliq; è Græcanicis Virgilio digni, ita nonnulli adeo compositi, ut ab eius gentis nullo alio, quàm à Musæo dici potuisse videantur. Quare neque Homerum, neque Orpheum, sed Musæum fecit ille principem Elysiacarum cantionum. Illo igitur versu quid rotundius, elegantius, ornatius, numerosius? αὐτὸς ἰὼν ἐπέης, αὐτὸς ὁλοος, αὐτὸς ματος νῆος. Neque putes hunc solum esse, multi enim alij D sunt, &c. Infra. Quod si Musæus ea, quæ Homer. scripsit, scripsisset, longè melius eum scripturum fuisse iudicemus. Hæc Scalig. Poet. lib. 5. cap. 2. * *Musai nihil exire præter hymnum in Cererem, dicit Pausanias in Atticis.*

TVQVE OPTIME VATES) Musæum separatim interrogat, ipsius enim fuerat præferenda persona,

quem, utpote potiore, circumdederant omnes. Et est sciendū, hoc loco Sibyllam iam à numine derelictam: vnde & interrogat, quod aliàs non faceret. Bene autem & generalitatem, & speciem requirit, ut possit facilius inueniri, nam locus in regione est. Donatus, Seruius.

ILLIVS ERGO VENIMVS) Ergo correptum significat idem, quod apud Græcos οὖν: productè idem quod χέειν, hoc est gratiā: cum scilicet gratia intelligitur pro causa. Sed illud superius etiam sine exemplis notum est: hoc inferius sic formatur: cum dicimus de aliquo, statua donatus est honoris, virtutisque ergo: id est honoris, virtutisque causa. Festus.

NULLI CERTA DOM.) Nulli est certa habitatio, quam animæ tamdiu certam habent, quamdiu in corporibus sunt, post quorum absolutionem vagantur pro vitæ merito in circulis. Monet eos deinde, ut collem ascendant, post quem vbi descenderint, inuenturi sint facili via Anchisen: tum se ipsis viæ ducem præbet, quod maioris erat humanitatis, monstrans eis desuper camporum nitentium latitudinem. Donatus.

RIPARVMQVE TOROS) gramina, quæ in ripis nascuntur.

ET PRATA RECENTIA RIVIS) noua, hoc est, virentia prata riuus. Ita & Horat. nouam frondem pro virenti dixit, Ode 4. lib. 3. *Fronda noua puerum palumbes Texere.* Nascimb.

HOC SUPERATE IUGVM) superare aliquando in eo ponitur, in quo scandere, seu superascendere, seu ascendendo superare & vincere, locum nempe sublimem, aut arduum aliquem, & ascensu difficilem. Ennius. Annali *Cum neq; musarum scopulos quisquam superaret.* Noster Georg. 3. *superans montes, & flumina tranant.* &c.

At pater

- Arpater Anchises penitus conualle virenti
 680 Inclusas animas, superumq; ad limen ituras,
 Lustrabat studio recolens: omnemq; suorum
 Fortè recensēbat numerum, carosq; nepotes,
 Fataq; , fortunasq; virum, moresq; , manusq;.
 Isq; , vbi tendentem aduersum per gramina vidit
 685 Ænean, alacris palmas vtrasq; tetendit:
 EFFVSÆQVE GENIS LACRYMÆ, ET VOX EXCIDIT ORE.
 Venisti tandem: tuaq; expectata parenti
 Vicit iter durum pietas: datur ora tueri
 Nate tua, ET NOTAS AVDIRE, ET REDDERE VOCES.
 690 Sicequidem ducebam animo, rebarq; futurum,
 Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit.
 Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum
 Accipio? quantis iactatum nate periclis?
 Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent?

AT PAT. ANCHIS. PEN. CONVAL. VIRENTI) A flendi iniecit. Ille autem plorabat, habens uxorem ea scientem, quæ viro essent grata, & iucunda. Terent. Heautont.
 Cum hisce versibus conferas licet illos, qui sunt lib. 5. vbi quiescenti Æneæ videtur imago Anchisæ, illumq; , antequam ingrediatur Italiam, ad se ad inferos, Sibylla duce, iubet descendere, & vbi nam se inuenturus, & quid auditurus sit, simul docet. Versus ne diu quæras, ecce hi sunt.

— *Ditis tamen ante
 Infernas accede domos: & Aueria per alta
 Congressus pete nate meos. Non me impia namq;
 Tartara habent, tristeq; umbra: sed amœna piorum
 Concilia, Elysiumq; colo. Huc casta Sibylla
 Nigrantum multo pecudum te sanguine ducet.
 Tum genus omne tuum, & quæ dentur mania discas.* B

INCLUSAS ANIMAS) Aut segregatas animas intelligas, aut secundum ritum antiquum. Multitudinem enim, si numerare non poterant, eam in certum locum per partes includebant, & ita quanta esset videbant. Quod & Xerxes de suo fecit exercitu. Seruius.

LYSTRABAT STD. RECOLENS) De militia tractū, ut etiam quod sequitur, *omnemq; suorum recensēbat numerum*. Imperatores enim lustrant exercitus suos, ac numerum militum recognoscunt.

FATAQVE FORT. VIR. MOR. MAN.) Non numerū suorum duntaxat, sed vitæ etiam, ac mortis rationem, fortunam, mores, potestatesq; , seu virtutem posterorū suorū recensēbat. Nam fato vitæ principium, ac finem, Fortunæ extranea, ut honores, diuitias, nobilitates, & id genus alia veteres adscribebant. Mores ac iura dantur populis: virtute vero propagantur regna. Nascimb.

EFFVSÆ GEN. LACRYMÆ) Lacrymas tum gaudiū, tum dolor, & luctus exprimit. gaudiū, ὁδυσσ. π. ὡς ἄρα φωνήσας ἰδὼν κύσας, καὶ δὴ παρηγῶν δάκρυον ἦκε χάμαζε. id est, sic igitur locutus, filium osculatus est, ex genis autem lacrymam misit in terram. & ὁδ. ↓. Penelopa Vlyssē agnoscens. δάκρυ' ἄσπερ δὲ ἰδὼν δακρύων, ἀμφὶ δ' χεῖρας δειρὴ βάλλ' ὁδυσσ. id est, illacrymata autem, postea rectā ad eum cucurrit, manus autem collo implicuit Vlyss. Ibid. de Vlyssē.

ὡς φάτο· τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑφ' ἱμερὸν ὄρεε γόοιο.

Κλαίει δ' ἔχων ἄλοχον θυμῷ κέδν' εἰδῶν.

Id est, sic locutus est. ei autem tanto magis desiderium

flendi iniecit. Ille autem plorabat, habens uxorem ea scientem, quæ viro essent grata, & iucunda. Terent. Heautont.

*Ubi dicimus rediisse te, & rogare uti
 Venires ad te, mulier telam deserit
 Continuo, & lacrymis opplet os totum sibi, ut
 Facile scires desiderio id fieri tuo.*

Idem in Adelph. Dem. *oh, lacrumo pra gaudio*. Liuius lib. 5. Certatim patribus, plebique manare gaudio lacrymæ. tales fortasse sunt nouarū nuptiarum lacrymæ, aut certæ fictæ. Catull. in carmin. nupt. *At lubet in-nuptiis flecto te carpere quæstū*. Idem de coma Berenices.

*Estne nouis nuptiis odio Venus? anne parentum
 Frustrantur falsis gaudia lacrymulis?*

Exemplum lacrymarum ab ægritudine, aut dolore corporis expressarum extat apud Hom. il. β. vbi de Ther-site loquitur ab Vlyssē percusso. ὁ δ' ἰδὼν θη, δακρυὸν δὲ οἱ ἔκπτε δάκρυ. id est, ille autem incuruatus est, tenera autem ei excidit lacryma. & ὁδυσσ. δ.

Ὅ δ' ἄρα Νέστορος υἱὸς Ἀδμήτω ἔχεν ὄσσε·
 Μνήσῃ δ' ὅδ' ἔλ' ἀδ' θυμὸν ἀμύμον· Ἀντιλόχιον,
 Τὸν ἦ' ἦν ἔκλεινα φαινὴς ἀγλαῆς υἱός.

Id est, neque vero Nestoris filius lacrymarum expertes oculos habebat. Recordatus est enim Antilochi sui ab omni ignominia, & dedecore vacui, seu vigilantis, & strenui, quæ Auroræ lucidæ clarus filius interfecit. Terent. Heautont. *lacrymas excussit mihi*. Cæf. lib. 1. de bell. Gall. Diuitiacus, multis cum lacrymis Cæsarem complexus obsecrare cœpit, ne quid grauius in fratrem statueret. Menelaus apud Euripid. in Helena, ait dici, esse viri generosi, lacrymas in rebus aduersis fundere.

*Καὶ τοὶ λέγουσιν, ὡς πρὸς ἀνδρὲς ἐν γυνῆς,
 Ἐν θυμῷ φαινοῖ δάκρυ' ἀπ' ὀφθαλμῶν βαλεῖν.*

Id est, Atqui aiunt esse viri generosi, in calamitatibus lacrymas ex oculis emittere. Lamb. in Horat. * *Cum sit beatus Anchises, cur ei lacrymas affingit poeta? Iam diximus esse lacrymas etiam latita. Deinde paternum affectum voluit exprimere. Nec ista curiosius discutienda sunt in hoc scriptorum genere.*

ET VOX EXCIDIT ORE) Lib. 2. Æneid. *tantumq; nefas patrio excidit ore*. vbi aliter exponenda est vox excidit, ut orationē illam senis parum meditatam, consideratamq; significet, non enim eam filius rependeret.

henderet. Hic autem *vox excidit ore* pro, locutus est, accipitur. Omnino si quid nostrum iudicium valet, aliud verbum hic fuisset aptius. Quæ enim excidunt, præter mentem, voluntatem, & inconsulto videntur fieri. Nihil autem loquitur hic Anchises, quod dictum nollet. ✽

VENISTI TANDEM) Anchisæ oratio est abrupto inchoata, cum ad præteritum paterni desiderij, tum præsentis lætitiæ affectum, propter aduentum filij declarandum. Nam *vox tandem*, longæ expectationis effectum, cum lætitiæ affectu designat. Valde affectuosa est hæc oratio, immo nil nisi lætitiæ, & dolorem continet: lætitiæ, propter præsentiam filij: dolorem, propter timorē præteritæ calamitatis. Nascimb. Vide colloquium Vlyss. cum Anticlea matre apud inferos, Odys. 1.

TVAQVE EXPECTATA PARENTI) Passerius hic acutè vidit, legendum *spectata*, securus Setuui sententiam, qui *ad expectata*, probata interpretatur, quamvis ex interpretatione constet, *spectata* ipsum legisse, ex illo inferiore loco, *rebus spectata inuenimus*. German. Spectata item legendū censet Ioseph. Scalig.

castigat. in Catull. Sic spectata, & perspecta amicitia. Quæ tralatio est à probationibus operum, quæ spectationes dicuntur à Gellio, & alijs: vel ab auro. Nam spectatores auri sunt *χρυσολατρίαι*.

VICIT ITER DVRVUM PIETAS) Laus Æneæ ingens ex officio pietatis erga patrem, quem nec horror inferorum, nec itineris difficultas retinuit, quo minus paternæ voluntati morem gereret. Nam lib. 5. uti ad se descenderet, ei per quietem mandauerat: meminit in sequentibus etiam crebri occurus paterni, & monitus super hac re.

NOTAS AUDIRE, ET RED. VOCES) Tale illud I. Æneid. ad matrem, & *veras audire*, & *reddere voces*.

TEMPORA DINUMERANS) Dinumerasse se ait tempora, fato scilicet currentia, per quod colligitur Æneam fato ad inferos descendille.

QVAM METVI NE QVID LIBYÆ) Anticlea Homeri non multum diuersa cum filio Vlyssæ: noster verò affectus inserit, à sollicitudine, & pietate patris, & modestè norat consuetudinem filij cum Didone, obliuionemq; regni Italici, in quod fatis vocatus fuerat. Hactenus Nascimb. & Montfortius.

- 695 Ille autem: Tua me genitor, tua tristis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes. DA IVNGERE DEXTRAM,
Da genitor: TEQVE AMPLEXV NE SVBTRAHE NOSTRO.
SIC MEMORANS LARGO FLETU SIMVL ORA RIGABAT.
700 Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprehensa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucrisq; simillima somno.

TVA ME TRIST. IMAGO SÆP. OCCVRRENS) C Anchisæ verbis quam brevissimè responderet Æneas, in primisq; aduentus sui causam assignat: deinde, ut patrem omni sollicitudine liberet, classē in tuto, immo in Italico mari, quod eum fata trahebant, stare nuntiat. Et cum velleret eius apprehendere dextram, simulq; cōplecti ut decebat tam pium filium, tanquam ventum, ac somnium visus est complecti, caret enim anima corpore. Idem ei lib. 2. cum Creusā contigit, quare eodem versus hic repetit ad verbum. Palilogia, *tua, tua imago*, ad significandum eius in patrem affectum, amoremq; facit. *Tristis, μίσθρον μῦθος*, quæ me tristem soleret efficere. Nascimb.

HÆC LIMINA TENDERE ADEGIT) Omissa est præpositio, ad, vel dictum est quemadmodum adigere arbitrum, & similia, egit tendere ad hæc limina, ut præpositio adhæreat ipsi verbo, separata à suo casu.

SALE TYRRHENO) Lib. 1. Æneid. *spumas salis are ruebant*. Lib. 3. *Et salis Ausonij lustrandum navibus æquor*. Alibi, *campos salis are secabant*.

DA IVNG. DEX. DA) iteratio imperatiui, cupiditatis magnæ nota est.

LARGO FLETU SIMVL ORA RIGABAT.) Non dixisset satis, & peccasset etiam, si hoc de fletu omisisset.

- Interea videt Æneas in valle reducta
Seclusum nemus, & virgulta sonantia sylvis,
705 Lethæumq; domos placidas qui prænatat, amnem.
Hunc circum innumeræ gentes, populiq; volabant.
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt varijs, & candida circum
Lilia funduntur: strepit omnis murmure campus.
710 Horrescit visu subito, caussasq; requirit
Inscius Æneas, quæ sint ea flumina porrò,
Qui viri tanto complerint agmine ripas.

IN VALLE REDVCTA) Horat. Ode 2. Epod.
Aut in reducta valle mugientium.
Prospicit errantes greges.
Item Ode 17. lib. 1. *Hic in reducta valle canicula Vi-*

D tabis æstus. Vbi Lamb. vallem reductam appellat, quæ sinus quosdam flexuosos, & recessus habet, in quibus quis à ventis, & iniuria cæli tutus esse queat. Sic Georg. 4. & Æneid. 1. *inq; sinu scindit sese vnda reductos*.

VIRGIL.

VIRGULTA SON. SYLVIS) Virgultum est, Aargentea dicuntur.

quod de radice pullulat. Ramus qui de ipso robore arboris. Virga, quæ de ramis. Propriè autem virgultum appellatur, quod ad radicem arboris nascitur, & quasi inutile, ab agricolis amputatur. Isidorus libro 17. cap. 6.

DOMOS PLACIDAS) id est, campos Elysios, quos antè, amœna vireta dixit.

PRÆNATAT) præterfluit, & contrariè dictum est, nam non natant aquæ, sed nos in illis natamus. Ennium igitur secutus est, qui ait, *fluctuq; natantes*. Sic Seruius. Haud dissimiliter Lucret. lib. 6. *Angebat mare manando, camposq; natantes*. Item, *Aëra permensus multum, camposq; natantes*.

CANDIDA LILIA) Sæpe inuenias hoc, vel simili epitheto affici lilia, propter natium colorem scilicet. Propert. lib. 1. eleg. 20.

Et circum irriguo surgebant lilia prato

Candida, purpureis mista papaueribus.

Et, *Lilia non domina, sint magis alba, mea*. Etiam sæpe

QVÆ SINT EA FLVM. QVIVB VIRI) Εἰρηδὲ id est sermo vnus, per multos versus protensus, in quo tractatur dogma Platonis, quod positum est in Phædone περὶ ψυχῆς. Hoc autem continet. Æneas dum per inferos pergeret, respexit fluuium quendam iuxta nemus labentem, circum quem innumera volitabant animæ, instar apum. Quærit ex patre, quis sit fluuius, & quorum virorum animæ tanta frequentia ad ripas conuehiant, quid uic sibi velint. Respondet pater, Lethæus est: pergunt, autem ut potent, & obliuionē pariantur, ut incipiant in corpora velle remeare. Stupefactus Æneas iterum interrogat, anne animæ, quæ per præteritam vitam tot supplicia pertulerunt, possunt habere votum reuertendi in corpora? Non est verisimile, liberatas de corporis nexu, ad eius carcerem velle reuerti. Suscepta narratione, hoc Anchises exequitur: primo debere fieri, ut redeant, deinde posse, deinde velle. Lege reliqua apud Seruium.

Tum pater Anchises: Animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis vndam

715 Securos latices, & longa obliuia potant.

Has equidem memorare tibi, atq; ostendere coram,
Iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorum:
Quò magis Italia tandem lætere reperta.

O pater, anne aliquas ad cælum hinc ire putandum est

720 Sublimes animas? iterumq; ad tarda reuerri

Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?

ANIMÆ QVIBVS ALT. FATO CORP. DEB.) Quæ Catio, secundum diuinam scripturam: & coagmentata ex elementis. Animus ab omni concretionem materię liber, vno momento omnem mundum peragere potest. Sed tarditas corporis cum quoque in actionibus eius tardior sæpe facit: vnde sequitur infra, *quantum non noxia corpora tardant*. [Horat. lib. 2. Sat. 6. Ducere follicitæ iucunda obliuia vitæ. Idem Ode 14. Epod.]

Pocula Lethæos ut si ducentia somnos

Arenæ fauce traxerim.]

Postea Anchises ingentem suæ cupiditatis affectum ostendit: cuius rei causam assignat, ex commodo, & iucunditate Æneæ, vnde est beneuolentiæ locus, ex significatione paterni amoris in filium. Magis lætabitur Æneas, se peruenisse ad Italiam, cum tot viros illustres ex suo genere propagandos, tantasque sanguini suo accessiones præparatas esse cognouerit. Nascimb.

AD CÆLVM HINC IRE) ad superos, in vitam istam. Nos quippe collati cum inferis, sumus superi.

SUBLIMES ANIMAS) Vel ad sublime cælum ut sit hypallage: vel sublimium, id est, illustrium animas.

AD TARDATA CORPORA) quia terrena habi-

ta ex elementis. Animus ab omni concretionem materię liber, vno momento omnem mundum peragere potest. Sed tarditas corporis cum quoque in actionibus eius tardior sæpe facit: vnde sequitur infra, *quantum non noxia corpora tardant*.

QVÆ LVCIS TAM DIRA CVPIDO?) Lux significat vitam quoque, ut etiam lumen. Hinc carentes lumine, & callos lumine pro mortuis poetæ dicunt: & lumina, aut lucem relinquere, mori. Virgil. lib. 4. *Quò magis inceptum peragat, lucemq; relinquat*. Ennius. *Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit*. Catull.

Nobis cum semel occidit brevis lux,

Nox est perpetua una dormienda.

Nonius, *ubi bipedes volucres lino linquunt lumina*. Ex Muret. in Catull.

Cupido pro cupiditate apud Horat. ponitur semper masculino genere. *Fervet avaritia, miseroq; cupidine pectus*. Rurilius. *At bona pars hominum decepta cupidine falso*. Eandem significationem habet ἀφροδίτη apud Euripid. Iphigen.

Μέμνηται δ' ἀφροδίτη ἑλάνων σεσλή,

Πλεῖν αἰς τάχιστα βασιλεύων ἐπὶ χθονά.

Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
Suscipit Anchises, atq; ordine singula pandit.

Principiò cælum, ac terras, camposq; liquentes,

725 Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra

Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
 Inde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volantûm,
 Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
 730 Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
 Seminibus: quantum non noxia corpora tardant,
 Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.
 Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq;: nec auras
 Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.

DICAM EQVID. NEC TE SUSPENS.) Lucret. lib. 6. *Expediam, neq; te in promissis plura morabor.* Est & oratorum: ne diutius vos suspensos teneam. multis enim locis Virgilius noster oratoria quædam loquendi generat sectatur.

PRINCIPIO CÆLVM, AC TERRAS) Affinia sunt illa Ciceronis de consularu suo.

*Principio ætherio flammatus Jupiter igni
 Vertitur, & totum collustrat lumine mundum,
 Mentemq; diuina cælum, terrasq; petessit,
 Quæ pectus sensus hominum, vitasq; retentant.
 Ætheris æterni septa, atq; inclusa cavernis.*

Multo etiam similia hæc Manilij lib. 1.

*Hoc opus immensi constructum corpore Mundi,
 Membraq; Natura diuersa condita forma
 Aëris, atq; Ignis, terra, pelagiq; iacentis
 Vis anima diuina regit, sacroq; meatu
 Conspirat deus, & tacita ratione gubernat,
 Et multa in cunctis dispensat fœdera partes,
 Alter ut alterius vires faciatq; feratq;
 Summaq; per varias maneant cognata figuras.*

Ex adytis Academiz, vt alia permulta, hæc transtulit. Siquidem à Platone philosopho assertum est, Deum ipsum, cum molem hanc totius orbis construere, atque disponere decreuisset, animam quandam, seu spiritum, vel rationem excogitasse, cuius sapientia vniuersus ferè orbis aptissime componi, atq; adornari posset, & ad rerum ordinem, & ad singularem decorem. In qua sententia & Mercurius Ægyptius fuit, &c. Crinit. lib. 6. cap. 12.

Cæterum ad hos versus copiosè illustrandos, legendum cap. 14. lib. 1. in Som. Scip. apud Macrobius. Platonizat enim hic, vt sæpe alibi, & in hoc sexto potissimum noster Virgilius, quod iam ante non semel dictum memini. Lactantius ille quasi quidam fluuius eloquentiæ Tullianæ, vt de eo prædicat D. Hieronymus epist. ad Paulin. lib. 1. cap. 5. vbi testimonia poetarum, ac philosophorum de vno deo querit: nostrorum primus Plato, inquit, non longe fuit à veritate, cuius de lummo deo, quem spiritum, ac mentem nominauit, hæc verba sunt, *Principio cælum, ac terras, &c.* Ac ne quis fortè ignoret, quisnam esset ille spiritus, qui tantum haberet potestatis, declarauit alio loco (Georg. 4.)

*— deum namq; ire per omnes
 Terrasq; tractusq; maris, cælumq; profundum.
 Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
 Quemq; sibi tenuis nascentem arcessere vitas.*

Versus porrò illos, *Principio cælum, ac terras, &c.* adducit etiam Hieronymus, comment. in Ezechielem cap. 40. Spiritum autem, & mentem vocarunt deum etiam Stoici, vt Plutarchus testatur.

Sed idem Lactant. lib. 7. cap. 3. eosdem versus Maronis alio, & quidem impio sensu acceptos reprehendit, si nimirum ita deum per mundum intelligamus dif-

fusum, vt mundus velut eius pars sit, velut hominis corpus. Deus, inquit, est diuina, & æterna mens, corpore soluta, & libera. Cuius vim, maiestatemque quoniam intelligere non poterant, miscuerunt eum mundo, id est, operi suo: Vnde est illud Virgilianum, *totamq; infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.* Si fecit mundum, fuit ergo sine mundo. Si regit, non vtrique sicut mens corpus regit, sed tanquam dominus domum, nauimque gubernator, auriga curum, &c.

Loquitur & Aristoteles libello de mundo in hanc sententiam de deo. Quod in naui gubernator est, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu, hoc deus est in mundo. Nisi hac tenus interest quod labor, & motus multiplex illos exercet, & curæ angunt variz: cum huic illaborata succedant omnia, omnis molestiæ expertia, citraque corporis infirmitatem: quippe cui in loco stabili, immotoque collocato, omnia mouere, & circumagere pro arbitratu liceat, quo libitum est cunque, & quomodo libitum est, idque diuersis in formis simul, atque naturis.

Aliam eiusdem Lactantij memorabilem, & ad Maroniana verba peraccommodatam sententiam ponemus ex lib. 1. cap. 5. Poetæ, quamuis deos carminibus ornauerint, & eorum res gestas amplificauerint summis laudibus, sapissime tamen contententur, spiritu, vel mente vna contineri, regique omnia. Nec à poetæ sensu discrepat acutè, sapienterque dictum à Minutio Felice in Octauio. Nos gentes, nationesq; distinguimus: deo vna est domus mundus hic totus. Reges tantum regni sui per officia ministrorum vniuersa nouere: deo indicij opus non est. non solum in oculis eius, sed & in sinu eius viuimus. Quid tam geminum Paulinæ sententiæ: in ipso viuimus, & mouemur, & sumus.

His adijce quæ traduntur à Seneca Natural. lib. 2. cap. 45. Eundem, quem nos Iouem, intelligunt (poetæ) custodem, rectoremque vniuersi, animum, ac spiritum, mundani huius operis dominum, & artificem, cui nomen omne conuenit. Vis illum fatum vocare? non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum. Vis illum prouidentiam dicere? rectè dicet. Est enim cuius consilio huic mundo prouidetur, vt inconcussus eat, & actus suos explicet. Vis illum naturam vocare? non peccabis: Est enim, ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu viuimus. Vis illum vocare mundum? non falleris. Ipse enim est totum, quod vides, totus suis partibus inditus, & se sustinens vi sua. Vide Pierium lib. 14.

CAMPOS QVE LIQVENTES) Vox æquor, cum in mari propriè dicatur, propter æqualitatē scilicet, transfertur tamen etiam ad terrestres campos (vt omitam, ad aërem quoque, cælumque transferri) vnde illa, æquora campi, & Ciceronis, patentium camporum æquo-

æquora. Sic contra vocem *campus*, quæ propriè de terra dicitur, poetæ ad mare transtulerunt. Lucretij est, *natantes campi*.

*Tum magis expressus salsis de corpore sudor
Augebat mare manando, camposq; natantes.*

Quæ verba quoniam ei pulcherrima visa sunt, mutatus est Virgilius, eandemq; elocutionem proprio Marte diuersis modis locupletauit, modo liquentes campos, modo salis campos, modò arua Neptunia dicens. Plaut. Trinum. Cæruleos campos. Hieron. Colum. in 2. Annal. Ennij.

LVCENT. GLOB. LVNÆ) Si elementa, multo magis corpora cælestia, solem, lunam, sidera, aliaque multa, ex anima mundi animari existimandum est.

TITANIAQVE ASTRA) Titanem existimat Pausanias virum solertem fuisse, temporum obseruatorem: vnde eum solis fratrem vulgò dictum. Atque hinc non obscura coniectura nascitur, cur astra Titania hic poeta nominarit. Montfort.

SPIRITVS INTVS ALIT) Anima in medio rerum posita res ipsas viuificat.

MENS AGITAT MOLEM) Vt animæ mundanæ, quæ per artus, id est, per elementa, quasi mundi ipsius membra, diffusa est, dignitatem excellentiamque ostenderet, mentem appellauit: nam mens, vt philosophi asseruerunt, potior animæ pars est, &c. Vide Nasimb.

MARMOREO FERT MONSTRA SVB. ÆQ.) Mare vocatur marmoreū à coloris similitudine. Monstra intelligit piscium species diuersissimas, nonnullas etiam reuera monstrosas, vt balenarum.

IGNEVS EST OLLIS VIGOR, ET CÆL. ORIGO) Verè cælestis origo hominū animis, quib; nihil excellentius, nihil admirabilius. Euripides certe animū ausus est deū vocare. Vigorem autem animæ alio epitheto melius declarare non potuisset. Quid enim igne viuudum magis? quid *εσφαλότερον*? Quidam philosophi animam igneam fecerunt: siue ignem, non elementarium, sed puriorem, ac tenuiorem quendam, qui dicitur æther. Cic. 1. Tuscul. Zenoni Stoico animus ignis videtur. Ennius D. ex Epicharmo, *Terra corpus est, at mentis ignis est*. Vbi mentis dictum in recto casu pro mens, teste Prisciano lib. 7. ✱

QUANTVM NON NOX. CORP. TARD.) Qui omnia (inquit D. Augustinus) animæ ex corpore putant accidisse, in errore sunt, etiam si luculentis versibus Platonis sententiam secutus Maro id comprobauit. Nam corruptio corporis est quæ aggrauat animam peccatricem: sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem. Quod tamen corpore obsepta rationalis anima, modò mirandum veritatis lumen percipiat minus, hinc effici eruditorum coniectatio est, quia minimam ad id habeat proportionem: quippe est anima forma quædā corpori mancipata: lumen vero illud forma est, à corporum penitus dissita commercio. Propterea in Metaphys. Aristoteles: intellectus noster se habet ad ea, quæ sunt manifestissima in natura, tanquam naturæ oculus ad solis lumen. Sed & in metaphor. Auicenna. Quemadmodum paralytici lingua humore præpedita quodam, certum in prægustando saporis sensum minùs agnoscit: sic & humanus intellectus ob mortalis nexū corporis, quasi paralyticus occæcat in ijs, quæ incorporea sunt omnino, ac æterna. Ad quæ forsitan reflecti etiam Pythagoricum illud valeat. *συμφορεῖν τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα εἶναι πρῶτον*. calamitatem animæ primam esse corpus ipsum. Rhodigin. lib. 6. cap. 10.

Quantum verò nobis ad animi submissionem, modestiamque in omni vita prodesse queat, terrenæ originis nostræ recordatio, diffuse nos docet Magnus ille Basiliius Homil. 11. in Hexaëmer. Partem aliquam à principio his Symbolis adscribam, idq; eo libentius, quod eas non solum ad doctrinam, verum etiā ad probos, Christianosq; homine dignos mores prodesse studeo, quod iam sæpiusculum animaduertere potuisti. Sic ergò Basiliius.

Acceptit Deus puluerem è terra: Et, fecit Deus hominem. Quando poteris obliuisci tui ipsius? Tunc obliuiscere tui ipsius, quando recesseris ex hac terra. Si vero nunquam deseris hanc terram, sed illi veluti concorporatus es, & omnino adaptatus, in terra deambulas, in terra cōquiescis, in terra tuo iure viuis, quicquid siue magni, siue parui momenti facis, in terra facis, è vicino habes vnde humilitatis tuæ admonearis. Conuiciaris, & exandescis? Vnde tibi hæc animi exandescencia? Ex intentata ignominia? Ignobilitatis opprobriationem non tulisti. Confestim ebulliuit animi indignatio. Contendis maiora regere conuicia, quàm acciperis. Oculos demitte, & cessabit animi commotio. Terram aspice, & cogita, ignobilitatem mihi obiecit, qui è terra sum factus. Minoris me fecisset, si eam, cuius ego sum, obiecisset. Non enim obiecit, quòd è terra sum, sed ex homine. Quanto vero pretiosior est animatus homo tellure, quæ pedibus calcatur? Ego vero antiquam respicio matrem, videlicet terram. Itaq; nihil habet ignominie, quòd seruo patre natus, sed honoris est, quod animatus factus sum. Ille vero me putat magno à se probro affectum esse, non animaduertens, quòd in eo me magis honorauit, quod vituperij causa obiecit. Ego namque non ignarus naturæ meæ, noui quis sim, & vnde sum. Ad hunc modum, si ex terra nos factos esse recordabimur, nunquam permittet ista recordatio, vt obtineat in nobis animi commotio. Opem ferat rationi tellus, perpetuò præsens, & admonens. Si quando ad concupiscentiam aliquam inhiaueris, cogita quomodo hinc sis decessurus. Si cogitaueris, quòd dissolendus es in terram, cessabit insana concupiscentia. Terra es, & in terram abibis. Recordare quod breui salientia illa, & inflammata membra, aut ipsa, quæ nunc est, carnis concupiscentia, non erit membris dissolutis, & in terram redactis. Memore esto, quæ sis natura, & languescet omnis ad malum impetus. Ista recordatio nobis aduersus quoduis peccatum cautio sit, & custodia. Finxit Deus hominem puluerem è terra. Bona est humilitas, cognata, & ingenita est ista recordatio. Si dixisset, finxit deus hominem, sumpto è cælo materia, quando illum contemplati fuisset, vt admoneremur nostræ naturæ? Adest nobis in promptu vilitatis nostræ admonitio, ex ijs videlicet, quæ pedibus calcamus. Ad terram despice, & cogita, quòd ex eo formatus es, qui terræ cognatus est, & vili conditione. Quid nobis contempnibilis? Quid dignius fieri poterit, quàm vt nos ipsos nihili faciamus?

Est & hoc D. Basilij in eadem Homilia. Si ad naturam illius (hominis) tantum respexeris, nihil, nulliusq; momenti est homo: si vero ad honorē, quo diuinitus est cohonestatus, magnum quid est homo, &c. Gregorius Nyssenus irridet eos, qui ex eo declarant hominis præstantiam quòd sit *μικρόκοσμος*, minor, seu parvus quidam mundus. Ipse in eo omnem eius præstantiam sitam contendit, quòd ad similitudinem dei procreatus. Lege cap. 17. de creatione hominis.

Existimat Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromat. potestas quoq; Græcos, dum suos heroas nominant *θεοειδεις*, id est, deiformes, & *δious*, id est, diuos, & *ἀνθρῶπινους*, hoc est, deo æquales, & *δὴ μὴτιν ἀτάλαντους*, id est, consilio Iouis pares, & *θεοὶ ἐναλίγκια μὴδὲ ἔχοντες*, id est, quorū similis prudentia diuis, & *θεοκλεις*, id est, deo similes, circumrosisse (hoc enim verbo vtitur) id est, allusisse, quamuis nescientes ad illud, quod à Moyse dictum legimus, *ad imaginem, & similitudinem dei*.

IGNEVS EST OLLIS VIGOR, ET CÆL. ORIGO) Terent. Adelph. *Et sēni animam primūm exstinguerem ipsi, qui illud produxit scelus*. Quem ad locum Donatus, Bene, inquit, exstinguerem, quia ignis est. Virgil. *Ignem est ollis vigor*. Et Heroës, quod Seruius monet in 1. Æneid. quia credebant igneam animam aquis exstingui, id genus mortis impense horrebant. Democritus etiam, quo fortasse respicit, animam ignē statuit seseq; maxima agilitate mouentē, & aliud. Arist. lib. 3. de anima. De origine animi nostri cōuenienter Virgilio Lucret. lib. 2.

Deniq;

Deniq, celesti sumus omnes semine oriundi: Omnibus ille A si sapientem. Stultum autem non nisi cupere, letari, metuere, contristari. Et illas tres esse constantias, has autem quatuor, perturbationes secundum Ciceronem, secundum plurimos autem passiones. Veruntamen apud optimos scriptores hæc verba indifferentia reperiuntur, & vtriusq; generis æquè in malo, & bono ponuntur. Volunt, cauent, gaudent & boni & mali: cupiunt, timent, letantur & boni, & mali: sed illi bene, isti male, sicut hominibus seu recta, seu peruersa voluntas est. Ipsa quoq; tristitia, pro qua Stoici nihil in animo sapientis inueniri posse putauerunt, reperitur in bono, & maximè apud nostros. Nam laudat Apostolus Corinthios, quod contristati fuerat secundum deum. Hæc ex Augustin. Ciuit. lib. 14. cap. 8. Vide etiam 3. Tuscul. M. Tullij.

HINC METVUNT, CVP. DOL. GAUD.) Quas Græci appellant *εὐφροσύνη*, latine autem Cicero constantias nominavit, Stoici tres esse voluerant, pro tribus perturbationibus in animo sapientis, pro cupiditate voluntatem, pro lætitia gaudium, pro metu cautionem: pro ægritudine verò, vel dolore, quem nos vitandæ ambiguitatis gratia, tristitiâ malimus dicere, negauerunt esse posse aliquid in animo sapiētis. Voluntas quippe, inquiunt, appetit bonum, quod facit sapiens. Gaudium de bono adepto est, quod vtiq; adipiscitur sapiens. Cautio euitat malum, quod debet sapiens euitare. Tristitia porro, quia de malo est, quod iam accidit, nullum autem malum existimant accidere posse sapiēti: nihil in eius animo pro illa esse posse dixerunt. Sic ergo illi loquuntur, ut velle, gaudere, cauere negent ni-

CLAVSÆ TEN. ET CAR. CÆCO) Plato, *εὐφροσύνη* καὶ *δολος*. Et Græci corpus *σῶμα*, quasi *σώμην* appellant. Vtrumque sentiunt melius, qui dissolui cupiunt, & esse cum Christo: quibus corpus hoc pro carcere, & catenis est, pro tenebris, pro sepulcro, pro morte. In quorum persona exclamat ille sanctus, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, &c. Multum incola fuit anima mea.

- 735 Quin & supremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitusq; necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
740 Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes
Suspendæ ad ventos: alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
QUISQVE SVOŚ PATIMVR MANES. exinde per amplum
Mittimur Elysium: & pauci læta arua tenemus:
745 Donec longa dies perfectō temporis orbe
Concretum exemit labem, purumq; reliquit
Ætherium sensum, atq; aurai simplicis ignem,
Has omnes, vbi mille rotam voluere per annos,
Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno,
750 Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

SUPREMO LVN. VITA REL.) Cum supremum vitæ diem egerunt, cum eos dies cum vita defecit. Docemus alibi vocem *lumen* poni in significato diei: sicut sæpius tenebræ ponuntur pro nocte, cuius sunt propriæ, ut lux diei.

NEC FVND. OM. CORP. EXCED. PESTES) Huc referri possunt illa Ciceronis in somnio Scip. Namque eorum animi, qui se voluptatibus corporis dederunt, earumque se quasi ministros præbuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus obedientium, deorum, & hominum iura violarunt, corporibus elapsæ circum ipsam terram volutantur, nec in hunc locum, nisi multis exagitata sæculis reuertuntur. De exagitatione ista, versibus infra sequentibus, Ergo exercentur, &c.

Occurrit tacitæ cogitationi. Ergo hac custodia liberatæ, recta ad originis principia reuertuntur sordibus purgatæ? Non, ait: nam anima patriæ suæ oblita, longo viū exitum horret, corporisq; sordibus immerfa, propemodum in pecuinam naturā est transformata. At

hora fatali cum emigrare velit nolit cogatur, per indignationem discedit. Immo ne post mortem quidem potest à corpore discedere: sed aut circa cadaver suum obuerfatur, aut noui alicuius corporis captat domicilium &c. Vide Macrob. Corporeas pestes venustè vocat illas maculas animi, quas è corporis societate contraxit.

ERGO EXERCENTVR POEN. VET. MAL.) Hic fortasse quispiam dixerit, si est immortalis anima, quomodo patibilis inducitur, ac pœnæ sentiens? Si enim ob merita punietur, sentiet vtiq; dolorem, atque ita etiā mortē. Si morti non est obnoxia, ne dolori quidem. Patibilis igitur non est. Huic quæstioni, siue argumento à Stoicis occurritur. Animas quidem hominum permanere, nec interuentu mortis in nihilum resolui: sed eorum, qui iusti fuerunt, puras, & impatibiles, & beatas ad sedem cælestem, vnde illis origo sit, remeare, vel in campos quosdam fortunatos rapi, vbi fruuntur miris voluptatibus: impios verò, quoniam se malis cupiditatibus inquinauerunt, mediam quandam gerere inter immor-

immortalem, mortalemque naturam, & habere ali-
quid imbecillitatis ex contagione carnis: cuius deside-
rijs, ac libidinibus addictæ, ineluibilem quandam fu-
cum trahant, labemque terrenam: quæ cum temporis
diuturnitate penitus inhæserit, eius naturæ reddi ani-
mas, ne si non extinguibiles in totum, quoniam ex deo
sunt, tamen cruciabiles fiant per corporis maculam,
quæ peccatis iniusta, sensum doloris attribuit. Quam
sententiam poeta his verbis explicauit. *Quin & supre-*
mo. &c. Hæc propemodum vera sunt. Anima enim,
cùm diuortium fecit à corpore, est, vt ait idem poeta,
Par leuibus ventis, volucrisq, simillima somno. Quia spi-
ritus est, & ipsa tenuitate incomprehensibilis, sed no-
bis, qui sumus corporales, deo autè, cui subiaceret, posse
omnia, comprehensibilis. Hæc ex Lactant. lib. 7. c. 20.

Audiendus est nobis etiam D. Augustinus Ciuitat.
lib. 21. c. 13. Platonici quidem, quamuis impunita nulla
velint esse peccata, tamen omnes pœnas emendationi
adhiberi putant, vel humanis inflictas legibus, vel di-
uinis, siue in hac vita, siue post mortem, si aut parcatur
hic cuique, aut ita plectatur, vt hic nō corrigatur. Hinc
est Platonis illa sententia, vbi, cum dixisset de terrenis
corporibus, moribundisq; membris, quod animæ siue
metuant, cupiantq; &c. securus adiunxit: *Quin & su-*
premo cum lumine vita reliquit, id est, cum die nouissi-
mo reliquit eas ista vita, *Non tamen omne malum,* &c.
quæ deinceps septem versibus sequuntur. Qui hoc opi-
nantur, nullas pœnas, nisi purgatorias volunt esse post
mortem, vt quoniam terris superiora sunt elementa,
aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum mundetur per expia-
torias pœnas, quod terrena contagione cōtractum est.
Aer quippe accipitur in eo, quod ait, *Suspensa ad ven-*
tos. Aqua in eo, quod ait, *sub gurgite vasto.* Ignis autem
suo nomine expressus est, cum dixit, *Aut exurit*
igni, &c.

Credebant olim manes occisorum pauorem in-
ijcere peremptoribus, si per vim, & insidias perempti
essent: ideo piacula ad eos placandos adhibebant. Ideo
autem istuc credebant, quia corporeis affectibus ani-
mas à corpore seiunctas, vt hoc loco poeta indicat,
penitus destitui non putabant. Sed Theologi, & eorum
princeps D. Thomas quæst. 19. de anima, & mat. 2. de
virtutibus, quæst. 4. & alibi, prodiderunt post mortem
potestates sensitiuas aboleri, superesse vero in anima
duntaxat, tanquam in principio, aut radice. Essentiam
namq; animæ potentiarum esse radicem, ideoque eam
irasci, & concupiscere posse, si iterum corpori indatur.
Si ergo iam à corpore anima sit secreta, interfectori
non succenserebit, nec irascetur, quod corpore careat,
corde, & sanguine, in quibus iræ est officina, cum ira
teste Aristot. sit accensio, vel feruor sanguinis circa cor.
Magius lib. 3. cap. 5.

Pœnas dicit expiatorias, quibus expiatur ad sua
principia remigrent puriores. Et tria potissimum enu-
merat pœnarū genera, ignem, aquam, & ventum, quo
nomine aerem intelligit. Vide Montfort.

QUISQUE SVOS PATIMVR MANES) Non
eminentem in fronte sententiam suam, sed in recel-
sa abdita, & in interius penetrale tectam continet
hoc hemistichium. Ego sic intelligo. Cum infesti mor-
tūorum manes viuus esse quibuldam censerentur, à
quibus in vita læsi fuissent, & eos pœnis exagitare,
vt est in 1.

Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero: dabis improbe pœnas.

Ouid. in Ibin.

Tunc quoq, factorum veniam memor umbra tuorum,
Insequar & vulnus offesa forma tuos.

Eodem quoque modo cum apud inferos supplicia, pœ-
nasque luant animi, eos dici suos pati manes, vt qui-
dam in vita à lemuriis, & laruis, vmbriisq; vexantur.
Ausonius eodem modo locutus est Ephemeride. *tor-*
menta, sanguis gehennæ. Anticipat, patiturq, suos mens con-
scia manes. Turneb. lib. 22. cap. 1. Putat autem idem lib.
28. cap. 46. ista, *exinde per amplum Missimur Elysium,*
& pauci lata arua tenemus, per interpositionem inter-
calata esse. Et illa, *Quisq, suos patimur manes,* cum his
coniungi debere, *Donec longa dies,* &c. Seruius expli-
cat manes, pœnas, & supplicia varia, quæ sunt apud
manes.

ÆTHERIVM SENS. ATQVE AVRAÏ) Alludit
ad Academicorum placita, qui singulares animorum
naturas, quibus à mundi natura quartum assignabant
locum, statis, ratisq; temporum curticulis, in superis
locis consistere, & confectis orbis annorum periodis,
corporum desiderio, vel fati necessitate ad generatio-
nem delabi censuerunt, & corporis contubernio, &
colluue inolescere, & oblimari. German.

LETHÆVM AD FLVIVVM) Poetæ cum scirent
hoc sæculum malis omnib; redundare, obliuionis am-
nem induxerunt, ne malorum, ac laborum memores
animæ reuerti ad superos recusarent. Quod eos velle,
& supra Æneas mirabatur, *O pater, anne aliquas,* &c.
Ignorabant enim quomodo id fieri oporteret: itaque
renasci eas putauerunt, & denuo ad vterum reuolui,
atque ad infantiam regredi. Vnde etiam Plato de ani-
ma differens, ex hoc ait posse cognosci animas esse im-
mortales, atque diuinas, quod in pueris mobilia sunt
ingenia, & ad percipiendum facilia, quod ea quæ dif-
ficult, ita celeriter capiant, vt non tunc primum illa di-
scere videantur, sed recognoscere, atque reminisci: in
quo vir sapiens, poetis ineptissimè credidit. Lactant.
lib. 7. cap. 22.

Idem philosophos de *μίσμη-λύχνη* ita exagitat lib.
3. cap. 18. Alij autem contraria dixerunt, superesse ani-
mas post mortem, & hi sunt maxime Pythagorici, ac
Stoici: quibus etsi ignoscendum est, quia verum sen-
tiunt, non possum tamen non reprehendere eos, qui
non scientia, sed casu inciderunt in veritatem. Nam
cum timerent argumentum illud, quo colligitur neces-
se esse, vt occidant animæ cum corporibus, quia cum
corporibus nascuntur: dixerunt non nasci animas, sed
insinuari potius in corpora, & de alijs in alia migrare
corpora, nisi videantur fuisse ante corpora. Par igitur,
ac prope similis error est partis vtriusque. Sed hæc in
præterito falsa est, illa in futuro. Nemo enim vidit, q
est verissimum, & nasci animas, & non occidere: quia
cur id fieret, aut quæ ratio esset, homines nescierunt.
E Commentitia illa opinio de animarum traductione
profecta à Pythagora, seu Orpheo, grauissimis testibus
non caruit: & in primis Platone, qui in Phædro, Phæ-
done, Timæo, extremo de Repub. multa conserpsit,
quæ ex cœnosis huius *μίσμη-λύχνης* lacunis hausit:
vnde limpidos suæ philosophiæ fontes conturbauit.
Eademq; nota iniustus fuit etiam Empedocles, qui se
aliquando puerum, puellam, fruticem, auem, rum
etiam piscem fuisse asseuerauit. De hac animarum im-
migratione in varia corpora Ennius cecinisse testatur
Lucretius lib. 1. *An pecudes alias diminuit insinuat se,*
Ennius vt nosser cecinit. Qua quidem opinione imbu-
tus, Homeri animam in se aduolasse scripserat. Sic enim
Horatius lib. 2. epist. *Ennius & sapiens, & fortis, &*
*Dd**
aliter

aliter Homerum, &c. Hæc strictim ex Hieronym. Colum. explicationibus in fragmenta Annalis i. Enniani. Vide ibidem plura, si est animus.

Bibebatur duplici de causa aqua Lethæi fluminis: tum vt obliuiscerentur animæ illarum deliciarum, quibus fruebantur in campis Elysijs: tum etiam, vt fierent immemores earum molestiarum, quas antè in vita pertulissent: quarum rerum si perdurasset memoria, nemo reperiretur, qui veller reuiuiscere: aut qui, cum primum posset, non vel sibi ipse manus inferret: sed hoc quò minus fiat, natura repugnat: alterum deos iu-

bere dicebant. Quis enim eorum, qui mortui sunt, vellet, si posset, in hanc vitam plenam molestiarum redire, in tot animi perturbationes, corporisq; incommoda, nisi grauissimis supplicijs apud inferos vrgeatur? Nam quanto diuturnior est hominum vita, tanto fit maior incommodorum cumulus. Sunt filiorum, amicorum, propinquorum mortes, facultatû iacturæ, honorum repulsæ, infamia, morbi, vulnera, discordiæ, lites, quæ tanto plura videre necesse est, quanto diutius viuas. Natal. Comes lib. 3. cap. 20.

Dixerat Anchises: natumq; vnaq; Sibyllam
Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantem:
Et rumulum capit, vnde omnes longo ordine possit
755 Aduersos legere, & venientum discere vultus.
Nunc agè, Dardaniam prolem quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustres animas, nostrumq; in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.

CONVENTVS TRAHIT IN MEDIOS) Conuentus quatuor modis intelligitur. Vno, cum quempiam hominem ab aliquo conuentum esse dicimus: altero, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locum: tertio, cum à magistratibus iudicij causa populus congregatur: quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum, supplicationis, aut gratulationis causa colligitur. Festus.

TURBAMQVE SONANTEM) Sic de animis, & manibus loquitur, quos stridere etiam dicit Homerus: τὰ δὲ τοῖς ἑσθαι ἔπος. Seruius autem turbæ perpetuum ait esse epitheton. Aut puta animas sonare dictas, propter festinationem. De Harpyiis in 3. *Turba sonans pradam pedibus circumuolat vncis.*

ADVERSOS LEGERE) ante oculos positos circumlustrare.

NUNC AGE DARDAN. PROLEM) Redintegrat docilitatem, qua, quid nunc eum sit edocturus, proponit. Sunt autem potissimum tria: posteritas, posterorum laudes virtusq;, & fata Æneæ de bellis ingru-

entibus. Montfortius.

Quomodo Maro saluo decoro, & fide historica sub persona Anchisæ Romanorum animas recensere, designare, & indicare Æneæ potuit, qui necdum nati essent, cum absurdum videatur, Romulum, aut Numam apud inferos demonstrare, qui nec in humanis, nec genitura adhuc vlla fuerint? Fortasse poeta à parte nostri meliore, anima scilicet, indiuidua denominauit, non à corpore, & cum Platonis in Phædone locum imitatus est, vbi ζῷον, & πνεῦμα opponit, mutuoque se consequi docet, animosq; ex disciplina Pythagoræ vices alternare, & varia sortiri corpora, hinc ex superis ad inferos migrare, in alia corpora temporis intervallo aliquo remigraturos: vt mirum non sit, si Anchises factorum peritus filio aperuerit, quæ, quibus personis, & nominibus deuotæ, destinataq; iam tum essent apud inferos animæ. Locus autem Platonis sic habet. πάλαιος μὲν ἐστὶ τις λόγος, &c. Recolendum autem id, quod prius paulo, Maro ex decretis Pythagoræ dixit, *anima quibus altera fato Corpora debentur.* German.

760 Ille (vides?) pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima forte tenet lucis loca: primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget
Sylvius, Albanum nomen, tua posthuma proles:
Quem tibi longæuo ferum Lauinia coniux
765 Educet syluis regem, regumq; parentem:
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.

PURA IUVENIS QUI NIT. HASTA) Hastam puram Donatus, Seruius, & cum eis Rhodigin. lib. 21. cap. 16. atque etiam Turneb. lib. 29. cap. 1. & Lipsius de Milit. lib. 5. dial. 17. qui est de præmijs militariibus, interpretantur, sine ferro, quod fuerit præmium apud maiores, eius, qui tunc primum vicisset in prælio, sicuti scriptum in libris de gente populi Rom.

Melius, opinor, Lipsius ex Polybio, non ob facinus in legitima, & communi pugna (cuius enim manus ibi torpeant?) sed si quis extra ordinem, aut in singulari pugna eiusmodi facinus ediderit, eum donari hasta.

Festus, Romani viros fortes sæpe hasta donarunt. Caro apud eundem, hastas donaticas, aliosq; honores. Pergit Lipsius. Istæ sine ferro erant, eoque puræ Latinis dictæ: sicut argentum purum, cui nihil insculptum: vestis pura, cui nihil è purpura attextum. Sueton. Claudio. Quem Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donauit. Propert. lib. 4.

Sed tua sic domitis Parthæ telluris alumnus,

Pura triumphantes hasta sequatur equos.

German. in Comment. Hasta pura est ἀναιμὸς, ἡ ἀναιμὰ ὁ λόγος: explicandum proinde, incruenta. Pro-

per

perit. *Sed ma sic domitis, &c.* hoc est, innoxia, & incru-
enta. Dehortatur siquidem Lycotam puella à certami-
nis discrimine, & alea. Antiquis pura hasta, & parma al-
ba, insignia, indiciaque tyronum. * *Sed si erat insigne ty-*
ronum, cur non sine ferro? Cecinisse palinodiam in Paralipom. &
cum Sernio, Turneboq, maluit exponere, pura, id est, sine ferro.

Adde adhuc ex Turnebo, unde profecit etiam
Lipsius. Locus purus apud architectonicos scriptores,
non ædificatus, ut area. Columellæ purum solum est,
sine herba, opponiturq; graminoso, & nouali: sic e-
nim ait lib. 6. ille quam maximè subactò, & puro solo
gaudeat, hic nouali, graminosoque. Lana pura, purga-
ta, quæ soloci opponitur. * *Memoratu dignu profecto, quod*
de Sicinio Dentato Plinius scriptum reliquit, hastu puru viginti do-
natum.

SYLVIUS ALBANVM NOMEN TVA POSTHYMA
PROLES) Nomen Albanum hic pro viro, seu homine
Albano ponitur: quæ quidem phrasis de Græcorum
fontibus profluxit. Sic enim Aristides inter cæteras
caussas, cur duas reipub. species enumerasset. *τεῖτον ὄνο-*
μα διανοηστία ὄντα, ἃ χεῖρον ἀγορεύει. Similiter in Diris
dixit, *& felix nomen agelli.* Tibullus item, *nec fidum fa-*
mina nomen. Ausonius quoq; nomen Iberum dixit vr-
bem Emeritam, & se ipsum, in Mosella, nomē Latium.
Nec aliter est intelligendū, quod apud Horat. 3. Carm.
inquit Europa, *pater ὁ relictum Filia nomen.* Quod cum
non animaduertissent quidam, nomen aliquando in
numen commutarunt. Ouid. quoque epist. Ariadnes
eādē figura dixit.

Nam pater, & tellus in isto regnata parenti
Proditæ sunt factò, nomina chara, meo.

Quin etiam Hebræis hæc periphrasis est familiaris. Eo-
rum quidem Grammatici, deum *יְהוָה* nomen vo-
cant. Canter. lib. 1. cap. 10. * *Sernium nomen vulgari intel-*
lectu, quia, inquit omnes reges Albani deinceps ab eo Syluij dicti
sunt. Testis accedat Livius, cuius hæc sunt lib. 1. Syluius deinde re-
gnat, Ascanij filium, casu quodam in syluiu natus. Is Æneam Syl-
uium creat: is deinde Latinum Syluium. Mansit Syluium postea
omnibus cognomen, qui Alba regnarunt.

Non videntur hæc conuenire. Nam si hic Syluius,
ut est in veteribus annalibus, post mortem patris natus
est, ob eamq; causam prænomen ei impositum hoc
fuit, qua ratione subiectum est: *Quæ tibi longæuo seruum*
Launius coniux Educet syluius? Hæc enim verba signifi-
care videri possunt, Ænea viuo, ac iam sene, natum ei
Syluium, & educatum. Cefellius Vindex ita locum ex-
plicabat. Posthuma proles non eum significat, qui pa-
tre mortuo, sed qui postremo loco natus est, (ut scribas
postumus, sine aspirationis nota) sicut Syluius, qui Æ-
nea iam sene, tardo, seroque partu est editus. Verum
huius historiæ nullum idoneum auctorem nominat.
Syluium porro post Æneæ mortem, ut diximus, natum
multi tradiderunt. Apollinaris Sulpitius, quia ita scri-
ptum esset, *Quem tibi longæuo,* non autem, *sene,* sic ex-
plicabat, conuenienter historiæ, tibi in longum iam
æuum, & perpetuum recepto, immortalq; factò. An-
chises enim, qui hæc dicit filio, sciebat eum, cum ab
hominum vita discessisset, immortalem indigetem fu-
turum, & longo, perpetuoq; æuo potiturum. Hoc sanè
Apollinaris argutè. Sed aliud tamen est longæuum, ali-
ud perpetuum. Neq; dij longæui appellantur, sed im-
mortales. Gellius lib. 2. cap. 16.

Facit iniuriam Sulpitio Gellius, & Virgilium in-
defensum relinquit. In longæuo namque etiam perpet-
ui notio inest aliquando: ipsiq; dij longæui dicuntur.
Æschylus in septem ad Thebas, *Δαίμονες ἐχέοντες οὐρανὸν*
ἔσθ' ἑταίροις τοῖς ἀνθρώποις δαίμονες. Id est, Inuictum manibus

A signum, mortalibusque, & longæuis dijs. At Æschy-
lus poeta Græcus est. Quasi verò Virgilius à græco
fonte multa rerum vocabula non detorserit, idq; per-
missum nō doceat Horatius in arte poet. Ianus Parrha-
sius epistol. quæst. epist. 34.

Si quis vtriusque sententiam, Cefellij, & Apolli-
naris diligentius perpendat, inquit Canterus lib. 7. cap.
10. maiora reperiet à Cefelliana, quam ab altera ratio-
num momenta stare. Nam quæ huius vocis *posthu-*
mus, etymologia traditur, locum in latina lingua nul-
lum habere potest: idq; cum alijs de caussis, tum quod
veteres non posthumus, sed postumus dixerint, quem-
admodum ex antiquis monumentis constat. Et illud
B Horatianum, Posthume Posthume, emendatius habe-
tur in manuscriptis Postume Postume. Deducitur au-
tem postumus à præverbio post, velut ab extra extu-
mus, à citra citumus. Quocirca rectè Syluius postuma,
seu postrema proles (quæ & proculus vocabatur, si
Paulo, & Festo credimus) dicitur, quod ultimo loco na-
tus sit. Quanquam porro minus vltatum in ea notione
verbum hoc videri possit, non tamen est aded latinis
auribus ignotum. Vñus Tertullianus, diligens antiqui-
tatis inquisitor, lib. contra Gnosticos. Nam de scorpio
loquens, ait, cauda erit, quodcunque de postumo cor-
poris propagatur, & verberat. Præterea non hoc solum
extat in Virgil. rarum vocabulum. Quod autem ex hi-
storia obijcitur, Syluium post Æneæ mortem natum,
faciunt ineptè, qui à poeta, quasi à teste (ut aiunt) ve-
ritatem requirunt: nec id meminerunt, historicæ fidei
poeticam libertatem fortiter opponi posse. Iam vero
quodd addit Virgil. *longæuum,* & *seruum,* ea duo verba
sententiam nostram omnino confirmant. Cui enim
longæuo nascitur filius, is auo utique nascitur. Nam
quod Apollinaris longæuum exponebat indigetem, at-
que immortalem, id est tam absurdum, quàm quod
maximè: quemadmodum nec ipse Gellius dissimulat.
Seri porro vocabulum solet ijs tribui, quos Græci *μ-*
αλγύτης vocant, & qui senibus parentibus, vel auis na-
scuntur. Catull.

Nam neq, tam carum confecto atate parenti
Una caput, seri, nata, nepotis alit.

Ausonius Protrepico. *pappos, auiaq, trementes Antefe-*
runt patribus seri nona cura nepotes. Quare cū nec postu-
mus, & serus filius, nec longæuo patri, nisi viuo nasca-
tur, non videtur cur postuma proles dici Virgilio non
debeat ea, quam Æneas extremo vitæ tempore postre-
mam ex vxore suscepit. Negare tamen nolo, postu-
mos vocari etiam eos, qui post mortem patris nascun-
tur: sed ut postremò (mortuus enim nihil procreat am-
plius) non ut post humatum patrem editos. Nam cum
effætus mortuo, quantum ad generationem, cōpare-
tur: æquè potest vtrius natæ proli postumi nomen
conuenire.

Postumus censetur, scribit Turneb. lib. 18. cap. 1.
etiam qui post factum testamentū natus est, etiam viuo
patrefamilias. Sed & qui post alios liberos, vltimusq;
gignitur, quod hic accipiendum cenfeo. Sequitur enim
explicitio, *Quem tibi longæuo,* &c. Atque hanc senten-
tiam meam confirmat eruditissimus poeta Ausonius
epist. 17. ac postumum explicat supremum.

Ut quondam in alba montibus
Supremus Ænea satus.

Sanè in iure ciuili, ait Alcianus Parerg. lib. 8. cap.
13. proprie accipitur posthumus pro eo, qui post huma-
tionem patris natus est, quod & Plautus in Aulularia
sentit.

*Qui post mediam aetatem ducit uxorem domum
Si eam senex intra annū pregnantem fortuito fecerit,
Quid dubitas, quin fiet paratū nomē puero posthumus?*
Non tamen negauerim, cum postumum dici, qui postremo loco natus est, post conditum patris testamentum, &c.

LONGÆVO SERVUM) Philo lib. de Abrahamo. Serō natos, inquit, parentes impotentius adamant, vel quia diu desideratos: vel quia nullam prolem sperant

Apostea, natura iam effusa: quippe quæ extremum attigerit terminum.

EDVCET SYLVIS) Liuius lib. 1. Syluium hunc facit Ascanij filium, Æneæ nepotem, casu quodam in sylvis natum, & ideo sic appellatum. Virgilius vult ipso met Æneæ iam sene progenitum. Quo pacto autem in sylvis eum mater ediderit, & quomodo Ascanio in regno Albano successerit, cum ille tamen filium sustulisset Iulium, discendum ex Dionysio lib. 1. 14

- Proximus ille Procas Troianæ gloriæ gentis:
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet
Syluius Æneas, pariter pietate, vel armis
770 Egregius, si vnquam regnandam acceperit Albam.
Qui iuuenes quantas ostentant, aspice, vires.
At qui vmbrata gerunt ciuili tempora quercu,
Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces:
775 Pometios, Castrumq; Inui, Bolamq;, Coramq;.
Hæc tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.

PROXIMVS ILLE PROCAS) Regum Albanorum series videatur apud Liuium, & Dionysium. Procas hic Syluius proximus intelligendus est in campis Elysijs: ætate enim ab eo multum distat, decimus tertius videlicet, aut decimus quartus ab eo. Procas fuit pater Numitoris, Numitor auus Romuli, & Remi. Ex Proca igitur non ita remotè orti sunt, cum eorum fuerit proauus, quem Troianæ gentis gloriam vocat, quoniam eius nepotum sanguine ea vehementer illustrata est. Virgilius in enumerandis Albanorum regibus ordinem temporum neglexit. Nam Syluius Æneas secundum genealogiam Liuianam, Ascanij nepos fuit.

QVI IUVENES QVANTAS OSTENT. ASP. VIR.) Clausula huius narrationis: nihil enim memorabile ab Albanis regibus gestum, quamobrem in eorum catalogo recensendo immoretur. Obiter ergo quædā monumenta à diuersis posita, vrbes, & arces nominat, quarum tempora ideo dicit querna corona fuisse vmbrata, quia cum vrbes illas condiderint, & muniuerint, ciues suos quodammodo ab hostiū incurfantium manibus liberarunt. Montfort. Nascimb.

VMBRATA CIVIL. TEMP. QVER) Statius Thebaid. 6. — prior omnibus Idas

*Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis
Protulit.*

Ciuica, dicendum erat, pro, ciuili. Contrà Horatius ciuicum motum, pro ciuili bello dixit.

*Motum ex Metello consule ciuicum,
Bellig. causas, & vitia, & domos, &c.*

- Quin & auo comitem sese Mauortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educat. viden' vt geminæ stent vertice cristæ?
780 Et pater ipse suo superū iam signet honore?
En huius, nate, auspicijs illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit olympos:
Septemq; vna sibi muro circundabit arces,
Felix prole virū: qualis Berecynthia mater
785 Inuehitur curru Phrygiæ turrata per vrbes,

Ciuilis autem quercus, est ciuica corona, quam ciuis ciui, a quo seruatus est in prælio, hoste simul occiso, testem vitæ, salutisque perceptæ dat. Et fit è fronde querna, quoniam cibus, victusq; antiquissimus quercus capi solitus sit. Cur ob causam dictam hoc coronæ genus daretur, Plutarch. Quæstion. Rom. quæst. 92. has causas adducit. Vel quod vbique copia in expeditionib; est quercus. Vel quia Ioui & Iunoni sacra est ista corona, quib; dijs urbium tutelam adsignant. Vel quia prisca est hæc Arcadum consuetudo, quibus aliqua est cum quercu cognatio. Primi enim hominum è terra nati creduntur, sicut quercus inter stirpes prima. Fit etiam ex ilice, quod genus superiori proximū est: sicut scriptū est in quadam comædia Cæcilij. *Aduehuntur,* inquit, *cum lignea corona, & chlamyde, dijs vestram fidem.* Vide plura apud Gellium lib. 5. cap. 6. De coronarum militarium generibus, si lubet, vide Alex. ab Alexand. cum Tiraquello, lib. 4. cap. 18. Lipsium de Milit. Rom. lib. 5. dial. 17. qui etiam adducit versus Claudiani è. 3. de laud. Stiliconis.

*Mos erat in veterum castris, vt tempora quercu
Velaret, validis fuso qui viribus hoste,
Casarum potuit morti subducere cinem.*

Plin. lib. 16. cap. 4. in cuius extremo hæc leguntur de corona querna, eademq; ciuica. O mores æternos, qui tanta opera, honore solo donauerint, & cum reliquis coronas auro commendarent, salutem ciuis in pretio esse noluerunt: clara professione, seruari quidem hominem nefas esse lucris causa.

Lætadeūm partu, centum complexa nepotes,
Omnes cælicolas, omnes supera alta tenentes.

VIDEN' VT GEM. STENT VERT. CRISTÆ?) HO-A

rat. Ode 2. Epod. *ut gaudet insitina decerpens pyra?* Te-
rent. Heautont. *Eia ut elegans est?* Horat. Ode 11. lib. 1.
Vt melius, quicquid erit pati? Iubaudi, est. Catull. *Ispe-*
ter, ut tersti lumina sape manu? Tullius ipse sapius sic
loquitur. Vt efferuntur lætitia, cum vicerint? Vt pudet
victos? Vt se accusari nolunt? Vt cupiunt laudari? lib. 5.
de finib. Cn. autem noster (ō rem miseram, & incredi-
bilem) vt totus iacet: 7. ad Att. In his, & similibus, par-
ticula, vt, comparisonem significat, posita pro, quā,
vel, quantō, & desiderato substantiuo.

ET PATER IPSE SVO) Quasi diceret, Viden'
vt Mars ipse Romuli pater filium iam superūm, & deo-
rum numero adscriptum suo honore, & diuinitatis, &
cognominis faciat insignem? Diuinitatis quidem, vt
diuini honores illi tribuantur, vt templum illi conda-
tur, flamen creetur, dies festus instituitur. Cognomi-
nis vero, vt non secus, ac pater, Quirinus posteris no-
minetur, & loca publica Mons, & Porta inde appellen-
tur. Mars autem Quirinus dicitur Varroni lib. 4. de
lingua latin. Seruio hoc ipso lib. & alijs. Paulus Meru-
la in Frag. Ennij.

De apotheosi Romuli, hæc Liuius lib. 1. His im-
mortalibus editis operibus, cum ad exercitum recen-
sendum concionem in campo ad Capræ paludem ha-
beret, subito coorta tempestas, cum magno fragore,
tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, vt
conspectum eius concioni abstulerit: nec deinde in
terris Romulus fuit. Romana pubes sedato tandem pa-
uore, postquam ex tam turbido die, serena, & tranquil-
la lux redijt: vbi vacuam sedem regiam vidit: etsi satis
credebat Patribus, qui proximi steterant, sublimem ra-
ptum procella: tamen velut orbitatis metu iccta, mæ-
stum aliquandiu silentium obtinuit. Deinde à paucis
initio facto, deum deo natum, regem, parentemque
urbis Romanæ saluere vniuersi Romulum iubent: pa-
cem precibus exposcunt, vti volens propitius suam
semper sospitet progeniem.

ILLA INCLYTA ROMA) Adi lib. 1. vbi illustratur
hic versus, *Romanos rerum dominos, &c.* lib. 7. *nunc ma-*
xima rerum Roma colit. Item Ecloga prima illum, *Ve-*
rum hac tantum alias inter caput extulit vrbes. Sed per-
gratum me, cum omnibus elegantiorum studiorū cul-
toribus, tum præcipuè græcæ linguæ deditis facturum
opinor, si Erinnæ Lesbæ, poetriæ nobilissimæ grauem
sane Odam de laudibus Romæ hic attexuero, in qua
cernas vtrumque pulcherrimè cantari, & imperij magni-
tudinem, & prolem Martiam, quam & in primo signi-
ficauit Iupiter illis, & *Manoria condet Mœnia.* Est autē
Erinnæ poetriæ illius, quæ sub Pompeij, aut circiter æ-
uum floruit, vt credit Lipsius lib. 1. de Magnitud. Rom.
cap. 2. cuius etiam interpretationem subnectemus.

Χαίρει μοι Ρώμη θυγατὴρ Ἀχαιῶν, *Filia o Martii, mihi Roma salus,*
Χρυσέμιλον, δαΐφρον ἀνασσα, *Aureo Regina decora cultu,*
Σταθὸν ἢ ναὶς ἐπὶ γαῖς ὀλύμπου *Qua velin terra stabiles olympi*
Ἄϊον ἀθεύουσι. *Incolis arces.*
Σοὶ μέγα πρῶτον δίδωμι κόρυς *Nam dedisti soli tibi cana Parca*
Κόρυς ἀπὸ βασιλῆος δρχαῖς, *Regni sceptrū, minime atteren-*
Οφθαλμοὶ ποιεῖν τοῖς ἔχουσιν ἔχουσι *Vt potes rerū dominum vna, (dū*

Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem,

Romanosq; tuos. hic Cæsar, & omnis Iuli

790 Progenies, magnum cæli ventura sub axem.

Hic VIR, hic EST, tibi quem promitti sapius audis,

Dd* 3

Ἀγριανὴν. Imperatorem.

Σὺ δ' ὑπὸ ζευγλῇ κεκλιμένην λαπαδίαν *Ad tuū currū, retinente framo,*
Στήρι γαίης, καὶ πολέως θαλάσσης *Colla telluris, & thalassæ, ponti*
Σφίγγει. *Εὐ δ' ἀσφαλὶος κυβερνῆς* *Illigas, & tu populos gubernas*

Ἄστια λαόν.

Fitma per eunum.

Πάντα ὃ σφάλλων ἐμύγισθ' αἰών, *Ipsa, qua gaudet variare cūctā,*
Καὶ μεταβάλλων βίον ἀδούτ' αἰῶνος, *Rei, transformans hominū,*

(Vetustas,

Σοὶ μέγα πλεῖστοι ὄρεα δρχαῖς *Spiras hac vni tibi semp aurā à*
Οὐ μεταβάλλει. *Puppe secundam.*

Ἡ γὰρ ἐκ παλαιοῦ σὺ μέγα κεκλιμένη *Deniq; in cūctis populis valens*
Ἀνδρῶν ἀρχαῖος μέγας λαχὺς, *Procreas bellis sololē, & q; latet*
Εὐσχεῖν δαμνῶν ὅπως ἀνείσα *Surgit è terra seges, ipsa abundas*
Καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν. *Frugè virorum.*

SEPTEM CIRCVND. ARCES) Montes dicuntur ab 2-
lijs, ab Horatio in carmine sæculari, colles: vocat nihi-
lominus ibidem arces. Sunt autem Palatinus, Quirina-
lis, Auentinus, Cælius, Viminalis, Elquilinus, Ianicu-
lus, propter quas septem gemina nonnunquam dicitur.

QUALIS BEREYCYNTH. MAT. INVEHITVR) Lib. 9.

Ipsa deūm fertur genitrix Berecynthia magnū Vocibus his
affata Iouem. Ibid. *Tympana vos, buxusq; vocat Berecyn-*
thia matris Idae. Lib. 3. dicitur mater cultrix Cybele: ab
alijs Dyndimene, vt à Catullo, & Horatio. Item Cybe-
le, & magna mater, & deūm mater. Eandem dixerunt
esse Tellurem, quare eam turritā vocat Virgilius. Huius
mythologiam persequitur in 2. Lucret. ad istū modum.

Quare magna deūm mater, materq; ferarum,
Et nostri genitrix hac dicta est corporis vna.
Hanc veteres Graiūm docti cecimere poeta
Sublimem in currū bijugos agitare leones:
Aëris in spatio magnam pendere docentes
Tellurem, neq; posse in terra sistere terram.
Adiunxere feras: quia quatuor effera proles
Officiis debet molliori victa parentum.
Muraliq; caput summum cinxere corona:
Eximij munus locis quod sistit in orbes.
Hanc varia gentes antiquo more sacrorum
Ideam vocitant matrem, Phrygiæq; catervas
Dant comites, quia primum ex illis finibus edunt,
Per terrarum orbem fruges capisse creari.
Gallos attribunt, quia numen qui violarint
Matris, & ingrati genitoribus inuenti sint,
Significare volunt indignos esse putandos.
Vnam progeniem qui in oras luminis edant.
Tympana tenta tonant palmis, & cyrābala circum
Concava, raucifonog, minantur cornua cantu:
Et Phrygio stimulat numero cana tibia mentes:
Telaq; præportant violenti signa furoris:
Ingratos animos, atq; impia pectora volgi
Conterrere metu quæ possint numine diuæ.

Et quæ sequuntur.

LÆTA DEVM PARTV, CENT. COM. NEP.) Fœcundā
Romanorū prolem non cum fœcunditate prolis Bere-
cynthiæ comparat: esset enim iniqua comparatio: sed
ostendit urbem Romam ita lætari multitudinē ciuium
suorum, vt Cybele filiorum suorum fœcunditate gau-
det. Nascimb.

OMNES COELICOLAS) ἐγαίοντες, ἐγαίιδες.

SUPERA ALTA TENENTES) ὀλύμπια δώματ' ἐχούσας.

ARGO

- Augustus Cæsar Diuum genus: AVREA CONDET
 SÆCULA QVI RVRSVS Latio, regnata per arua
 Saturno quondam: super & Garamantas, & Indos
 795 Proferet imperium. iacet extra sidera tellus,
 Extra anni, solisq; vias, vbi cæli fer Atlas
 Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
 Huius in aduentum iam nunc & Caspia regna
 Responsis horrent diuū, & Mæotica tellus,
 800 Et septemgemi turbant trepida ostia Nili.
 Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
 Fixerit æripidem ceruam licet, aut Erymanthi
 Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu:
 Nec qui pampineis victori iuga flectit habenis
 805 Liber, agens celfo Nysæ de vertice tigres.
 ET DVBITAMVS ADHVC VIRTVTEM EXTENDERE FACTIS?
 Aut metus Aufonia prohibet consistere terra?

HIC CÆS. ET OMNIS IVLI PROGEN.) Descripta A
 vrbe, eiusque felicitate propter virtutem tot illustrium
 virorū, comparatione amplificata, primo loco princi-
 pes maximarum rerum auctores celebrat, hoc est, Cæ-
 sarem Dictatorem, & Augustum, idque duplicem ob
 causam: tum vt Iulij progeniem spectandam obijciat,
 tum vt principi suo aduletur, sub quo imperiū P.R. erat
 longè amplissimum. Neque obstat quidquam, quodd
 postremos serie in prima statim acie ponat. Nam lauda-
 to vrbe conditore, rectum fuit, & decorum, vt monar-
 chæ amplissimi imperij cum eo coniungerentur. Quin
 & illud addendum est, si series regum, & clarorum im-
 peratorum seruanda fuisset, ipsa narratio lectorem ad
 Cæsarum laudes suspensum teneret: & legendis præ-
 cedentium encomijs fessum, minus ad postremorum
 laudes affectum versaret. Montfortius.

AVGVST. CÆS. DIVVM GEN.) Antiqui honore numif-
 matū decorabatur, qui vel doctrina, vel imperio excel-
 lerent. De Homero à Chijs, Sapphone à Mitylenæis Vir-
 gilio à Mantuanis sic honorato alibi dictū est. Plurium
 vero Principū imagines per huiusmodi monumenta
 innotuere, neque nummis tantum, verum etiam gem-
 mis expressæ. Octavianus Augustus nummum cudit, in
 quo singula ex vtraque parte capita, atque ea quidem
 pulcherrimè elaborata. Eorum alterius inscriptio est.
 DIVVS IVLIVS: alterius, AVGVSTVS DIVI F. Quam
 quidem inscriptionem multis alijs in monumentis v-
 surpauit, vt in lapidibus, qui ruinarum iniuriam effuge-
 runt, passim Romæ legitur. Cui vt ab blandiretur Maro,
 Diui eum genus appellauit. In antiquissimis enim Ro-
 manæ bibliothecæ codicibus habetur, AVGVSTVS CÆ-
 SAR DIVI GENVS. Pierius lib. 32.

SVPER ET GARAMANTAS ET IND. PROF. IMP.)
 Prorsus arbitror Silium lib. 8. cum vnum post hominū
 memoriam eloquentissimum Ciceronem plenis buc-
 cis prædicare vellet, hunc locum de Augusto, qui com-
 plexurus esset imperio suo ipsos orbis terminos, animo
 agitalse, & eum in re longe alia æmulatum esse. Versus
 ita sonant.

*Ille super Gangem, super exauditus & Indos
 Implebit terras voce, & furialia bella
 Fulmine compestet lingua, nec deinde relinquet
 Par decus eloquij cuiquam sperare nepotum.*

Quod ait, *proferet imperium*, sic apud Ovid. Me-
 tamorph. lib. 5. Venus Cupidini, *cur non matrisq; tu-
 umq; Imperium proferis?* Sic Tacitus lib. 1. Bellum ea tem-
 pestate nullum, nisi aduersus Germanos supererat, a-
 bolendæ magis infamiae, ob amissum cum Quintilio
 Varo exercitum, quàm cupiditate proferendi imperij.
 Linius lib. 38. alio modo loquitur. L. Scipio regem o-
 pulentissimum orbis terrarum deuicerit, imperium
 populi Romani propagauerit in vltimos terrarum
 fines.

IACET EXTRA SID. TELLVS) Nulla tellus est,
 quæ non subiaceret sideribus: vnde peritè addidit, *Extra
 anni, solisq; vias*, vt ostenderet duodecim signa, in qui-
 bus est circulus solis. Significat autem Maurorum Æ-
 thiopiam, vbi est Atlas, de qua ait Lucan.

*Æthiopumq; solum, quod non premeretur ab illa
 Signiferi regione poli, nisi populi lapsi
 Vltima curuati procederet ungula Tauri.*

Seruius, Donatus.

Quid tum porro, si quædam tellus iacet extra si-
 dera, extra anni, solisque vias? &c. subaudiendum uti-
 que, quod antecedit, nempe, eò quoque, sicut super
 & Garamantas, & Indos Augustum Cæsarem prolaturum
 esse imperium. Quin etiam (vt sequitur) Caspia,
 & Scythiæ, & Ægypti regna, disjunctissimas, & remo-
 tissimas terras in ditionem suam redacturum. Nec vi-
 detur Virgilius ordinem in his locis, vt viciniore, & no-
 tiora nobis prius appellaret, seruare debuisse (Mauri-
 tania siquidem propior nobis est, quam India.) Licuit
 enim, vt poetæ, non vt geographo, confusius loqui: cum
 hoc vnum ei propositum esset, latitudinem, & magni-
 tudinem imperij Augusti futuram ostendere, quod re-
 motissimis, & minus remotis locis nominandis est asse-
 cutus. Verum enim vero super his versibus, *iacet extra
 sidera tellus, Extra anni, solisq; vias*, &c. vir litterarum,
 litteratorumque cupidissimus, & inclitæ familiæ suæ
 flos, ac lumen M. Vellserus quippiam nouum ingeniosè
 commentatus est, & mihi id in quæstione posuit: quod
 ipsum ego dissoluendum eruditioribus proponam, ali-
 ud enim quam quod dixi, non occurrit: vt autem eius-
 dem verbis.

Quæro igitur, inquit, quis horum versuum sen-
 sus. Veteres enim interpretes, cum recentes non viderent

rim, ieiunè in ijs versati. Seruius Maurorum Æthiopiā A explicat, vbi est Atlas. Verum Virgilius paullo ante Garamantas, & Indos remotissimos nominauerat: quid sit ergo, cur tanto deinde hiatu, & tam grandi præloquio Atlantem proximiorē, longēque notiorē subiungat? Prætereo, quod inepta est ratio, quam adducit Seruius, cur Atlas extra solis vias situs dicatur, neque ei comprobandæ Lucani carmen rectè acceptum facit. Aliquanto aptius, opinor, Donatus. Vult esse vltius aliquid poeta, quod sol nesciat, & mundus excludat, vbi est, inquit, Atlas baiulus cæli. Quænam verò ista sit tellus, adhuc quærendum. Mihi vix dubium, Virgilium vndiquaque doctissimum, & Platonis valde studiosum, Atlanticas ex Timæo, & Critia fabulas habuisse in animo. Et quidni illic cæliferum Atlantem statuat, vbi Plato montes locat magnitudine, & pulchritudine supra omnes orbis? Quamquam, vt hoc etiam priuatim non respexerit, credibile est, eum & Insulæ, & Oceani Atlantici nomen hac circumlocutione significasse. Sed cur extra sidera? Poetica illa amplificatio, vt auditorum cogitationes attolleret. Sic nescio quis ad Claudium Cæs. victa Britannia,

Ilha procul nostro semosa, exclusaq; calo,

Alluitur nostra victa Britannus aqua.

Item, *Sol citra nostrum stetit imperium.* At Plato Atlanticam insulam iam olim eluione aquarummersam scripsit. Poeta, vt mihi videtur, id argumentum nihilominus ad ornatum sui operis transferre potuit. Deinde, vt Atlantica perierit, non perierunt reliquæ insulæ, ad quas ex Atlantica, neque item continens, ad quam ex insulis nauigatio, vt apud hunc ipsum Platonem est. Omnino apparet, non ex Platone tantum, sed plerisque etiam alijs, tenuem aliquam famam de nouo orbe, quem dicimus, auorum memoria reperto, ad veteres antiquissimis temporibus permanasse. Quod facit insula à Carthaginensibus reperta, cuius meminit Aristoteli: siue Theophrast. de mirabil. adscult. Sileni fabula, quam Ælianus lib. 3. cap. 18. Variæ hist. ex Theopompo narrat. Et magna deniq; continens Plutarchi, in libello de facie orbis lunæ. Neque existimo ambigendum, Virgilium eò trahendum.

AXEM HVM. TORQ.) Ad cæli reuolutionem respexit, cum ait *torquet*, quod facile intelligitur ex Ennii versu, vnde hic factus. *Qui cælum versat stellis fulgentibus aptum.*

STELLIS ARDENTIBVS APT.) quoddam ardere videntur, aut quod secundum quosdam igneæ naturæ sint. Ennius Annali 10. *Aur nox præcessit, stellis ardentibus apta.* Lucret. lib. 5. de veste. *Purpurea atq; auro, signisq; ingentibus apta.* His omnibus locis libenter se lecturum ait Hieron. Colum. in. Annal. Ennii *haptum* cum nota videlicet aspirationis, pro *aptum*, hoc est inflammatum, & incensum, ab *ἀπν* accendo: tum quod Ennius non infrequenter græcis vocibus vsus est: tum etiam Pierij testimonio, qui eam vocem in peruetusto Virgilij exemplari hoc modo scriptam reperisse affirmat. Seruius eam *ἀπν* & *ἀπν* coniunctum & vicinum, interpretatur.

ET CASPIA REGNA) Caspij, & Scythæ horrent responsis diuū, id est, consternati sunt, prænuntiato sibi iam ab oraculis aduentu Augusti, à quo in potestatem redigantur.

ET SEPTEMG. TVRB. TREPID. OSTIA NILI) De Nilo Catull. *Sine qua septemgeminus colorat Ægæora Nilus.* Virgil. centumgeminum Briarea, à centum manibus, & tergeminum canem Cerberum, à tribus caputibus dixit. Multa huius generis poetæ.

De ostijs huius fluminis Seneca Natural. lib. 4. cap. 2. his verbis. Sic quoque cum se ripis continet Nilus, per septem ostia in mare emittitur: quodcunque elegeris ex his, mare est. Multos nihilominus ignobiles ramos in aliud, atque aliud litus porrigit. Diodor. lib. 1. cap. 3. hæc septem ostia nominatim recenset. Primum ad orientem vergit, quod Pelusiæ vocant, secundum Taniticum, deinde Mendeficum, Phæneticum, Sebenniticum, Bolbiticum, Capopicum, à nonnullis Herculeum nominatum. Sunt & alia ostia manu facta, de quibus scribere nihil necesse est.

Verbum *turbant*, hoc loco absolutum est, pro, turbas excitant, tumultuantur. Sic Terent. Phorm. *Dum nereducant, turbent porro, quantum velint.* Turbent, inquit Donatus, id est, errent, & tumultuentur. Lucret. lib. 2. *Corpora qua in solis radijs turbare videntur.* Eod. lib. infra, *Aur ex offensus cum turbant corpore in ipso Samina.* Et lib. 6. *Dissimiles inter se res turbareq; mittas.* Et lib. 5. *finis hæc violentis omnia verti Turbinibus, finis incertis turbare procellis.* Eadem quoque forma extulit Tacitus lib. 3. Neque decorum principibus, si vna, alteraue ciuitas turbet, omissa vrbe, &c. Ex quo illud impersonale apud Virgil. Tityro. *vndiq; totis Vsq; adeo turbatur agris.* Vbi alij male scribunt, turbantur. Ex Germano, & Lamb. in Lucret.

NEC VERO ALCID. TANTVM TELL. OBIVIT) Vagum appellat Horat. quia multa maria, multasque terras peragruerit. *πολύπλοχτο* Græcis.

Hæc arte Pollux, & vagus Hercules

Innixus, arces attigit igneas.

FIXERIT ÆRIPEDEM CERVAM LICET) Virgilium Priscianus æripidem, pro, æripidem, tetrasyllabum pro pentasyllabo protulisse refert. Æripidem nemo est qui non, moti æris, ac venti instar celerem exponat. Græci *ἀλλόποδα* maiore cum enargia dicere possent. Ego tamen æripidem à voce *æ*, æris, despecto: nam & Græcis *χαλκίπους ἱππὺς* appellatur, & equi *χαλκίπους* Homero Iliad. 3. *ὡς ἵππων ἰπ' ὄχεσσι τυύσαστο χαλκίποδι ἵππων. τίλεσι σαρρόποδα.* Brodæus lib. 2. D cap. 29.

Æripedem pro æripidem per synæresin, seu potius synecphonesin sunt qui dictum accipiunt, quasi cursu cum ventis certantem, seu ventos pedum celeritate æquantem: voce enim æris sapius ventus intelligitur, qui putatus est quibusdā philosophis ær motus, seu agitur. Apronianus æripidem legit sine complexionē, quasi dicat, habentem pedes solidos, & indefatigabiles. Hieron. Columna.

Dixit, vt volunt quidam, ex Græcorum fabulis, qui eam ceruam vocant *χαλκίποδην*, quia talem reuera eam ceruam fingunt fuisse poetæ. Perpetam igitur nonnullos Grammaticos, etiam veteres interpretes esse æripedem *ἀσπίποδα*, aut *ἀσπίποδα*. At vides Ausonium perpetuum epitheton id ceruis attribuere, vt nullus ad fabulas Græcorum perfugio sit locus, cum ait in Gripho, *Vincunt aripedes cerui.* Sed Grammatici nostri temporis, qui hæc notarunt, non raro nugantur. Omnes ceruos poetæ *χαλκίποδες* vocant: neque tantum ceruos, sed omnia, quibus celeritas attribuitur, vt *χαλκίποδες ἵπποι* Homerus. Quare rectè Hesychius *χαλκίποδες* interpretatur *ἰχθυόποδες*. Et poeta Tragicus *χαλκίπων ἱππὺν* vocauit, quod interpretes exponit *σπέραι*, *καὶ ἀνοπίδων ἐν τῷ ἵππῳ καὶ τῷ φορῶν*. Scalig. F. Auson. lect. lib. 1. cap. 16. De laboribus Herculis qui fuerint, ex varijs poetis docebimus lib. 8.

NEC QVI PAMP. VICTOR) Bacchus de Indis trium-

triumphauit. Nyfa est mons Indiæ. Eius currus trahitur à tigribus. Idem vini præses, ideo *pampineis habenis*. Est autem India latissima.

ET DVBIT. ADHVC VIRT. EXTEND. FACTIS) Exhortatur Æneam ad virtutem spe, & expectatione tantæ posteritatis, ne bellorum tumultibus perculsus, animum abijciat, sed tanti imperij præsentis fortuna erectus, ferro Italiæ possessionem sibi vendicer. Hortatur autem eum ad virtutem, à fortuna, expectatione amplissimi imperij, & loci nobilitate. Et numero plurali dicit *dubitamus*, quasi ipse quoq; gloriæ filij participes sit futurus. Montfort. Nascimb.

Est tamen generalis sententia, & ad omnes immortalitatis amore inflammandos pertinet, per egregia nimirum facinora, qualia potissimum sunt bellica. Id vt velimus, contendit à nobis Sallustius procemio Catilinarij. Omnes homines, qui sese student præstare cæteris animalibus, summa ope decet niti, ne vitam silentio transeant, veluti pecora, quæ natura prona, atq; ventri obedientia finxit. Sed nostra omnis vis in animo, & corpore sita est animi imperio, corporis seruitio magis vtimur: alterum nobis cum dijs, alterum cum bel-

luis commune est. Quò mihi rectius esse videtur, ingenij, quàm virium opibus, gloriam quærere: & quoniã vita ipsa, qua fruimur, brevis est, memoriam nostri quàm maximè longam efficere. Nam diuitiarum, & formæ gloria, fluxa, atque fragilis est: virtus clara, æternaque habetur. Procemio autem Iugurth. Igitur præclara facies, magnæ diuitiæ, adhuc vis corporis, & alia omnia huiusmodi breui dilabuntur: at ingenij egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Adjiciamus verba Plinij ex Epist. 7. lib. 3. Sed tanto magis hoc quicquid est temporis futilis, & caduci, si non datur factis (nam horum materia in aliena manu est) nos certe studijs proferamus: & quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur. Ilocrates ad Nicoclem. *Μὴ ἀπειδὴς τὴν σαυτὸς φύσιν ἀμα πᾶσαν ἀφελθεῖσθαι, ἀλλ' ἐπειδὴ θνητὸ σῶμα ἐστὶν, ἀθάνατον δὲ ψυχῆς, περιῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον μνήμην καταλείπειν.* hoc est. Ne committas, vt natura tua vniuersa simul intereat: sed quum tibi corpus mortale contigerit, animus immortalis, fac immortalem animi memoriam relin- quas. Aliquid præterea dictum lib. 10. in illud: *sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus.*

- Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? nosco crines, incanaq; menta
810 Regis Romani, primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra
Missus in imperium magnum. cui deinde subibit
Otia qui rumpet patriæ, residesq; mouebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
815 Agmina: quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nunc quoq; iam NIMIVM GAVDENS POPVLARIBVS AVRIS.

RAMIS INSIG. OLIVÆ) Ramis oliuæ insignem Cingit Numam ab Anchise præcognitum, cui ob iustitiam, & integritatem nemo vnquam bellum intulit, ipse vltro pacem semper fouit.

SACRA FERENS) Liuius lib. 1. Omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis sæculis rudem, efficacissimam, deorum metum iniiciendum ratus est. Qui cū descendere ad animos sine aliquo commentu miraculi non posset, simulat sibi cum dea Egeria nocturnos congressus esse: eius se monitu, quæ acceptissima dijs essent, sacra instituire: sacerdotes suos cuique deorum perficere. Liuius.

NOSCO CRIN. INCANAQVE MENTA) Numa canus ab ætate prima, quò respexit Virgilius. Strabo auctor grauissimus, & in priscis monumentis diligens, Tarquinius refert à pueritia fuisse canescentem. Vrbes, inquit, XII conditæ sunt à rege Tarquinio, in quo tam egregia floruit sapientia, vt ab ineunte pueritia canum fuisse referant. Crinit. lib. 4. cap. 15.

Cassiodorus tradit, Senecam inde dici, quoniam cui primo cognomentum id impositum fuit, canus sit natus. Pindar Olymp. Ode. 4.

Φύον) δὲ καὶ γένοις ἐν ἀνδράσι πολλὰ
Θαμὰ, καὶ πᾶσι τὸν ἀλκίαν ἐκινεῖται χεῖρον.

Nasci frequenter iuuenibus canos, & præter tempus congruum ætatis, M. Antonius Delrius in vita Senecæ narrat. Ibid. adolescentem vna nocte, quam mortis metu totam peruigilarat, à medicis enim conclamatus fuerat, incanuisse toto capite, cum vix quintum decimum ætatis annum esset ingressus.

Romanis imperatoribus mos fuit, in aucupanda per sortes fortuna, versibus ad eam rem compositis, vel ex aliquo poeta translatis vti. Illud vulgatum de Cæsare Adriano, cum Virgilianas sortes consularet.

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ

Sacra ferens? nosco crines, incanaq; menta, &c.

Spartianus in Adriano, Crinit. lib. 22. cap. 3. Rem clarè explicat Pierius, lib. 53. in Olca.

PRIMVS QVI LEG. VRBEM FVNDAB.) Liuius, postquam eius inaugurationem exposuit, lib. 1. Qui regno ita potitus, urbem nouam conditam vi, & armis, iure eam, legibusque, ac moribus de integro condere parat.

CVRIBVS PARVIS, ET PAVP. TERRA) Cures oppidum Sabinorum, à quo dicti Quirites. Hoc enim datum est Sabinis Romana vrbe iam cum iisdem communicata. Vnde autem orti Cures, & qui nam fuerint, tradit Dionysius lib. 2. Curibus Sabinis habitasse Numam, testatur & Liuius.

RESID. MOVEB. IN ARMA VIROS) Vt Virgil. resides populos, sic Varro dixit aquam residem, æstuario oppositam. Eodem significato desce dicitur, ac desidia. Quin desidere dictum Suetonio in Cæsare (ne desidere in discrimine sociorum videretur) pro remisso animo esse, atque otiosè agere. Quin & sedere, simplex verbū, vñtatum auctoribus sensu eodem, *Et meliora deos sedet omnia poscens*. Sedere etiam Cic. pro, securè agere, & nihil metuere dixit in Rosciana. Cum etiam, ij qui proscripti erant, sederent. Torrent. in Sueton. * Pro expositione horum versuum erit, quod de Tullo Hostilio tertio Romanorum rege extat apud Linum lib. 1. Hic non solum proximo Regi (Numæ)

(Numa) diffimili, sed ferocior etiā Romulo fuit: tum atq; viresq; A Euripidem.] Popularis auræ nomine, populi leuitas, ac mobilitas significatur, in mandandis magistratibus, in ferendis suffragijs, in conditionibus, & similibus. Hinc illa Ciceronis, ventus popularis, & concionum venti. Epist. 6. ad Curionem. Eorum ventorū, quos proposui moderator quidam, & quasi gubernator. De Aruspicio. Sulpicium longius, quā voluit, popularis aura prouexit. Liuius lib. 42. Perseus magis auræ popularis erat. Horat. Ode 2. lib. 3.

SEQUITVR IACTANTIOR ANCVS) Numæ ex filia nepos fuit Ancus, qualem nobilitatem iactare Tullus non poterat. Medium inter Numam, & Tullum ingenium gessisse, ait Liuius. De eodem Lucretius lib. 8.

*Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit,
Qui melior quam tu multis fuit, improbe, rebus.*

POPVLARIBVS AVRIS) Gaudens popularibus auris, est ἀπολαυστικός, quo nomine vocatur ab Hecuba Vlysses apud

*Nec sumis (virtus) aut ponit securus
Arbitrio popularis aura.*

Hæc, & plura Lamb. in Horat.

Vis & Tarquinius reges, animamq; superbam

Vltoris Bruti, fascesq; videre receptos?

Consulis imperium hic primus, sæuasq; secures

820 Accipiet: gnatosq; pater noua bella mouentes

Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit

Infelix: utcunq; ferent ea fata minores.

VINCET AMOR PATRIÆ, LAVDVMQVE IMMENSA CVPIDO.

Quin Decios, Drusosq; procul, sæuumq; securi

825 Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.

VIS ET TARQ. REGES) Tarquinius intellige B Tarquinius Priscum successorem Anci, & Tarquiniū Superbum eius filium, cui cognomentum facta indiderunt, quintum & septimum, atque adeo vltimum regem Romanorum. Sextum enim, Seruium Tullium nescio quare prætermittat.

ANIMAMQVE SVPERB.) Superbum valet poeticis sæpenumero magnificum, præstans, inclytum, gloriosum, sumptuosum. Sic Horat. Ode 17. lib. 1. *an superbos Tarquini fasces.* Et Ode 11. *Atridas superbos.* Et Ode 25. *superbos triumphos.* Et Ode 4. lib. 2. *panimentum superbum.*

VLTORIS BRUTI) L. Iunius Brutus Tarquinia sorore Tarquinij Superbi natus, quandoquidē parum in iure præsidij cernebat, quod rex tyrannus prudentissimum, & copiosissimum quemq; ē medio tolleret, securitatem à contemptu petiuit, seseq; pro stulto gerens, Bruti cognomentum non recusauit: quo tanquā velamento operiret animum illum parentem Romanę libertatis, quoad tempus venisset. Fuit autē istuc tempus indigna mors Lucretiæ. Ibi tum extractum ē vulnere cultrum, & stillantem sanguine præ se tenens, iusiurandum pulcherrimum iurauit: se Tarquinium Superbum cum scelestā coniuge, omniq; liberorum stirpe, ferro, igni, quantacunque demum vi posset, exatūrum: nec alium quemquam Romę posthac regnare passurum. Inde per præconem coactis Quiritibus, de sceleribus Tarquiniū vehementissime conquestus, effecit, ut imperio regem exuerent, cum coniuge, & liberis exilio afficerent. Primus ipse Consul creatus, L. Tarquinio Collatino marito Lucretiæ collegæ suo persuasit, ut, quoniam esset de regio genere, regiumq; nomen libertati periculosum ferret, exoneraret populum metu, consulatu se vltro abdicaret, ciuitate libens excederet. Parra iam, & constituta libertate, Romani aliquot adolescentes nobiles (in quibus Aquilij, item Virellij, quorum soror cum Bruto erat, atque adeo Titus, & Tiberius eiusdem Bruti filij) æquales, & sodales antea Tarquiniū iuuenem, cum eorundem legatis

de rebus repetendis Romam missis, clandestina consilia de regibus in urbem postlimino recipiendis agitarunt, rescripseruntq; ad litteras, quas ab iisdem acceperant. Re tota per indicium serui cognita, damnati capitis proditores, Consuli Bruto pœnæ capiendæ ministerium à senatu impositum. Is deligatos ad palum filios virgis cædi, & securi percuti magno, constantique animo, vultuque immutato conspexit. Non multum temporis interfluxit, cum Tarquinio corrogatis copiis à Tarquiniensibus Etruscis, & Veientibus ad urbem veniente cum exercitu obuiam processit. Antecedens ipse equitatum suum, Aruntem Tarquinij filium, similiter agminis sui primum equitem offendit. Ibi uterq; alterū concitatis equis hasta transfixit. P. Valerius collega ei funus, quanto cum apparatu potuit, fecit. At nō paulo maius mortuo decus publica mœsticia dedit, eò insignior, quod matronæ annum integrum, ut parentem, violatæq; pudicitia vltorem acerrimum luxerunt. Hæc summam ex Liuiō.

FASCES RECEPTOS) Cum Horat. dicit Ode 12. lib. 1.

an quietum.

*Pompili regnum memorem, an superbos
Tarquini fasces,*

putant quidam, per fasces istos Tarquinij Brutum vltorem, libertatisq; vindicem significari. Erunt igitur Tarquinij fasces, qui Tarquinio erepti sunt. Ut in And. Terent. patris pudor, pro, erga patrem. Huius misericordia, pro, propter eam. Fasces autem, docente Lipsio Elector. lib. 1. cap. 23. erant bacilli aliquot teretes, loro colligati in modum fascis: quorum exemplar frequens in lapidibus, & nummis. Eos bacillos ex vltimo fuisse antiquitus, docere videntur comœdiæ Plauti nō vno loco. Plinius tamen betullam arborem terribilem ait magistratuum virgis: & nescio vniuersè id accipiendum, an ex verbis eius, de Gallia tantum. Italiæ sanè communior vltimus. Fascium inuentum Vetuloniz Etruriæ vrbi adscribit Silius.

Maoniæq; decus quondam Vetulonia gentis,

Ec*

Bis.

*Bi senos primā illa dedit precedere fasces,
Et iunxit totidem, tacito terrore, securus.*

Inde traducti Romam.

VINCET AMOR. P. LAVD. IMMENSA CUPIDO)
Cupido, & amor idem significari videntur, & est diuerſitas. Cupido enim inconsideratæ est necessitatis, amor iudicij. Plaut. Bacchid. *Cupido te conficit, anne amor?* Idem Curcul. discreuit, & vim eiusdem diuerſitatis expreſſit dicens, *Quod Venus, Cupidoq; imperat, suadetq; amor.* Afran. Homine. *Amabit sapiens, cupient cæteri.* Nonius.

Factum hoc considerat Augustin. Ciuitatis lib. 3. cap. 16. Cum, inquit, illud Virgil. laudabiliter cōmemorauit, continuò clementer exhorruit, exclamans, *Infelix, utcumq; ferent ea facta minores.* Quomodo libet, inquit, ea facta posterī ferant, id est, præferant, & extollant, qui filios occidit, infelix est. Et tanquam ad consolandum infelicem subiunxit, *Vicit amor patria, laudumq; immensa cupido.* * *Duplicem causam adducit, amorē patria, & immortalis cuiusdam gloria sitim apud posteros. Propter has Brutus filijs suis proditoribus patria parcendum non putauit: nec omnes, qui audierint, probabunt, nec ipse poeta omnino laudare potest. Nam, si ille apud Terentium ait, pro magno peccato paululum supplicij satis est patri. Patribus alim citra iudicium licuisse capituliter statuere de filijs, probat Budanus annot. post. in Pand. pag. 318. Vide etiam quid de hoc Bruti facto iudices Plutarchus in Poplicola.*

QVIN DECIOS) Decius Mus Cos. bello Latino, collega Manlio Torquato, positus apud Vesperim fluuii castris, cum utriusque consuli somnio obuenerit, eos victores futuros, quorum dux in prælio cecidisset, quum collato cum collega somnio conuenisset, ut cuius cornu in acie laboraret, dijs se manibus voueret, inclinante sua parte, se, & hostes per Valerium Pontificem dijs se manibus deuouit, impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit. Plin. de vir. illust. cap. 26. Cic. 3. offic. & Flor. lib. 1. cap. 14. Liuius lib. 8.

De P. Decio huius Decij filio, qui consul cum Q. Fabio Max. bello aduersum Etruscos, Umbros, Samnites, & Gallos patris exemplo se deuouit, ita scriptum à Liuius lib. 10. Vociferari Decius, quò fugerent? quamue in fuga spem haberent? obſistere cedentibus, ac reuocare fusos. Deinde ut nulla vi perculſos sustinere poterat, patrem P. Decium nomine compellans, Quid ultra moror, inquit, familiare fatum? Datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus. Iam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri,

A ac dijs manibus dabo. Hæc locutus, M. Linius Pontificem, quem descendens in aciem, digredi vetuerat à se, præire iussit verba, quibus se, legionesq; hostium pro exercitu populi Quiritium deuoueret. Deuotus inde eadem prece, eodemq; habitu, quo pater P. Decius ad Vesperim bello Latino se iusserat deuoueri: cum secundum sollemnes preces adiecisset, præ se agere sese formidinē, ac fugam, eademq; ac cruorem, caeleſtium, infernorumque iras: contacturum funeribus diris digna, tela, arma hostium: locumq; eundem suæ pestis, & Gallorum, ac Samnitium fore. Hæc execratus in se, quā confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferensq; se ipse infestis telis, interfectus est. Deuotio autem, qua vltus est Decius pater, his verbis concepta, extat apud Liuium lib. 8. IANE, IUPITER, MARS PATER, QUIRINE, BELLONA, LARES, DIVI NOVENSILES, DII INDIGETES, DIVI, QVORVM EST POTESTAS NOSTRORVM, HOSTIVMQVE, DIIQVE MANES, VOS PRECOR, VENEROR, VENIAM PETO, FERQVE, VTI HOSTES POP. ROM. QVIRITIVM TERRORE, FORMIDINE, MORTEQVE AFFICIATIS. SICVT VERBIS NVNCYPAVI, ITA PRO REPV. QVIRITIVM, EXERCITV, LEGIONIBVS, AVXILII POP. ROM. QVIRITIVM LEGIONES, AVXILIAQVE HOSTIVM MECVM DIIS MANIBVS, TELLVRIQVE DEVOVEO. En habes, lector, deuotionis quandam formulam.

DRVSOSQVE) Duo fuerunt Drusi, alter Hadrubalem vicit. Alter Augusti priuignus, qui Germanos trans Rhenum domuit: quiq; ex equo lapsus, fracto crure interiit.

SEVVMQVE SECVRI ASP. TORQVAT.) Hic Cos. bello Latino, filium suum quod contra imperium pugnaſſet, securi percussit. Liuius lib. 8. decad. 1. Plutarch. in vita Fabij Max. Val. lib. 2. cap. 2. Plin. de vir. illust. cap. 28.

REFER. SIGNA CAMILLVM) Manil. lib. 1. extremo. *Et Ioue qui mernit calum, Romamq; Camillus seruando posuit.* Aſſeruit enim is Iouem, hoc est, Capitolium à Gallis. Et rectè cōditorem Romæ Camillum vocat, qui alter Romulus vulgò dictus fuit. Eius autem victoria fuit velut quædam vrbs *παλιγγενία*. Scalig. F. in Manil. Signa retulit, quæ Galli Senones, duce Brenno, deuictis Romanis abstulerant apud Alliam fluuiū. Lege Plin. de viris illust. cap. 23. & 24. Plutarchi Camillum.

Illæ autem paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies, stragemq; ciebunt?
830 Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monæci
Descendens: gener, aduersis instructus Eois.
Ne pueri, ne tanta animis affueſcite bella:
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis olympo:
835 Projice tela manu sanguis meus.

PARIBVS Q. PVLG. CERNIS IN ARMIS) Transiit ad Cæsarem, & Pompeium, quorum facta, id est, bella ciuilia circumſtantijs exaggerat, perſonis, loco, magnitudine factorum, cum ingenti miſerationis affectu. Paribus autem armis dixit, quia ambo Romani, & am-

borum paria armorum insignia erant, ut apud Lucanum lib. 1. *Signa, paræ aquilæ, & pila minantia pilis.* Iam illud, *dum nocte premuntur*, non simpliciter dictum est, sed alludit poeta ad utriusque fortunæ obſcuritatem. Nam dum Cæſar, & Pompeius humiles extiterunt, cō-

cordi

cordi inter se voluntate fuerunt: vbi vero rerum gestarum gloria clarere cœperunt, tunc maximè animos attollere, & tyrannidem affectare cœperunt. Nascimb. * De causis huius belli civilis multos Lucanus ab initio Pharsalia. In his non postrema, quod Pompeius laudes suas, & triumphos, Cæsaris rebus felicissimè gestis obscurari metueret, & si ipse parem, sic Cæsar superiorem noller.

Tu noua ne veteres obscurant facta triumphos,
Et victis cedat piratica laurea Gallis,
Magne times, te iam series, vsusq; laborum
Erigit, impatiensq; loci fortuna secundi.
Nec quenquam iam ferre potest Cæsare priorem,
Pompeiusque parem: quis iustius induit arma,
Scire nefas: magno se iudice quisq; tuetur.

QVA S FVLGERE) Vtebantur antiqui correpto, quo nos producta vna syllaba utimur. Dicimus enim, ut splendere, sic fulgere. At illis ad significandum hanc è nubibus subitæ lucis eruptionem mos erat, media syllaba correpta, ut dicerent fulgere. Seneca Natural. lib. 2. cap. 56.

SI LUMINA VITÆ ATTIG.) Particula, si, hoc loco non conditionem, sed tempus indicat, ut etiam lib. 5.

Præterea si nona diem mortalibus alium,
Aurora extulerit, radijsq; retexerit orbem,
Prima cito Teucris ponam certamina clasibus.

Catull. Nam si luxerit ad librarium Curram scriinia.
Ex Muret. in Catull. Lumina vitæ, ut Lucret. lib. 1. Vnde animale genus generatim in lumina vitæ Redducit Venerum. Nihil autem aliud est lumina vitæ, quam vita.

AGGERIBVS SO CER ALPINIS) Alpinos aggeres vocat, nam alpius, tanquam aggeribus quibuldam munitur, & circumdatur Italia, quibus à Germania intersepta est. Ab his, iuxta Monæcum, qui est portus Liguriæ, instructus Germanorum, Gallorumque auxilijs descendit in Italiam aduersus Pompeium Cæsar. Pompeius orientalibus auxilijs ascitis occurrit, & ijs quidem maximis: sed quæ magis ad pompam, quam ad victoriam viderentur profutura. Montfortius.

Martial. lib. 9.

Dixerat ð mores, ð tempora Tullius olim,
Sacilegum strueret cum Catilina nefas:
Cum gener, atq; socer diris concurreret armis,
Mæstusq; cinsili cæde maderet humus.

Cæsar socer, Pompeius gener, ducta Iulia, quæ si vixisset, putat eam Lucanus arma utriq; de manibus extorquere potuisse, lib. 1. Pharsalia.

quod si tibi fata dedissent
Maiores in luce moras, tu sola furentem,
Inde virum poterat, atq; hinc retinere parentem,
Armatusq; manus excusso iungere ferro,
Vt generis soceros media iunxere Sabina.
Morte tua discussa fides.

Hos ita inter se comparat Velleius lib. 2. Alterius ducis causa videbatur melior, alterius erat firmior. Hic omnia speciosa, illic valentia. Pompeium senatus auctoritas, Cæsarem militum armauit fiducia. Consules, senatusque, causæ, non Pompeio, summam imperij detulerunt. Nihil relictum à Cæsare, quod seruandæ pacis causa tentari posset, nihil receptum à Pompeianis. Vterque etiam ab eodem historico separatim, & magnifice prædicatur. *

Extollit Iulium Appianus 2. bell. civil. & longa oratione eundem cum Alexandro M. comparat. Principium apponam. Vir per omnia fortunatus, & magnificus, meritoque cum Alexandro conferendus. Ambo fuisse ambitionissimæ, bellicosissimæque, in consilij exe-

A quendis celerissimi, in periculis aggrediendis audacissimi, minimè parcentes suo corpori, nec magis imperatorij artibus freti, quam fortuna, & audacia, &c.

Eundem Plin. lib. 7. cap. 25. hoc afficit præconio. Animi vigore præstantissimum arbitror C. Cæsarem dictatorem. Nec virtutem, constantiamq; nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quæ cælo continentur: sed proprium vigorem, celeritatemque quodam igne volucrem. Scribere, & legere simul, dictare, & audire solitum accepimus. Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare: aut si nihil aliud ageret, septenas. Idem signis collatis quinquagies dimicauit: solus M. Marcellum transgressus, qui vndequadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles victorias, vndecies C. & XCII. M. hominum occisa prælijs ab eo non equidem in gloria posuerim, tantam etiam coactam humani generis iniuriam: quod ita esse, confessus est ipse, bellorum ciuiliū stragem non prodendo. Iustius Pompeio Magno tribuatur DCCCXLV naues piratis ademisse. Cæsari proprium, & peculiare sit, præter supra dicta, clementiæ insigne: qua vsque ad pœnitentiam omnes superauit. Idem magnanimitatis perhibuit exemplum, cui comparari non possit aliud. Spectacula enim edita, effulasque opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare, luxuriæ fauentis est. Illa fuit vera, & incomparabilis inuicti animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scriinijs epistolarum, iterumque apud Thapsum Scipionis, concremassæ ea, optima fide, atque non legisse.

Sequenti cap. laudes Pompeij ponuntur. Verum ad decus imperij, &c. Eundem prædicat copiosè Velleius lib. 2. Cuius viri magnitudo multorum voluminum instar exigit, &c. Infra. Conuerterat Cn. Pompeij persona in se totum terrarū orbem, & pœne homine maior habebatur. Rursum. Huius viri fastigiū tantis auctibus fortuna extulit, ut primum ex Asia, iterum ex Europa, tertio ex Africa triumpharet: & quorū partes orbis terrarum sunt, totidem faceret monumenta victoriæ suæ. Cæsarem idem historicus eodem libro miris laudibus cumulat, & Cicero satis pro M. Marcello. Lucanus ipsummet res ab se gestas magnifice extollentem inducit lib. 2. Pharsal. ab hoc initio.

Heu demens, non te fugiunt, me cuncta sequuntur,
Qui cum signa tuli toto fulgentia Ponto, &c.

NE TANT. ANI. ASSUESCITE BELLA) Hypallage est assuescite bella, pro, assuescite animos bellis. Assuescite autem, pro, assuefacite dictum. Sic & Georg. 3. dehinc vbi libera colla Sernisio assuerint.

NE V PAT. VALID. IN VISCERA) Per prosopopœiam patriæ personam, viuumque corpus affingit, quod bellis ciuilibus dilaniatur. Facit huc initium Lucani.

Bella per Emathia plusquam ciuilia campos
Iusq; datum sceleri canimus, populumq; potentem
In sua vittrici conuersum viscera dextra.

Plusquam ciuile bellum est, ut scribit Isidor. lib. 18. cap. 1. vbi non solum ciues concertant, sed & cognati: quale natum est inter Cæsarem, & Pompeium, quando gener, & socer inuicem dimicauerunt. Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicauit, & pater aduersus filium arma portauit. Lucan. in fratrem ceciderunt præmia fratris. Item, cui cernix cæsa parentis Cederet. Petronius Arbiter, carmine de mutatione reipub. tres duces Romanos nominat, qui omnes bello & armis, seu ferro, tandè misere perierint, seu propter bella, & arma trucidati sunt, Crassum, Pompeium, Iulium.

Ec* 2

Tru

*Trox tulerat Fortuna duces: quos obruit omnes
 Armorum strue diuersa feralis Enyo.
 Crassum Parthus habet: Libyco iacet aqnore Magnus,
 Iulius ingratis perfudit sanguine Romam.
 Et, quasi non posset tot Tellus ferre sepulcra,
 Diuisit cinera. Hos gloria reddit honores.*

TV PRIOR PROIICE TELA SANG. MEVS) Quod priorem arma ponere vult Cæsarem, innuit singularem eius clementiam, quâ plenis buccis Orat. pro M. Marcello prædicat Cicero. Dignum memoratu, quod in

APOTAPCIO narrat Xiphilin. vnde mansuetudinē viri cognoscas. Cæsar inuentas in scrinijs Pompeij literas, quibus multorum in illum beneuolentia, in Cæsarem odium significabatur, neque legit, neque descripsit: sed statim combussit, ne commotus grauius aliquid committeret. Hinc permultos sibi deuinxit. Poetæ sæpius sanguinis voce progeniem nominant. Horat. Ode 20. lib. 2. *non ego pauperum Sanguis parentum.* Et carmine sæculari, *Clarus Anchisa, Venerius, sanguis,* de Augusto.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
 Victoraget currum, cæsis insignis Achiuis.
 Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenæ,
 Ipsumq; Æaciden, genus armipotentis Achilli,
 840 Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineræ.
 Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossæ relinquat?
 Quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,
 Scipiadas, cladem Libyæ? paruoq; potentem
 Fabricium, vel te sulco Serrane ferentem?
 845 Quò fessum rapitis Fabij? tu Maximus ille es
 VNVS, QVI NOBIS CUNCTANDO RESTITVIS REM.

TRIUMPH CAPIT. AD ALTA CORINTHO) Corinthum describit Strabo lib. 8. De conditore huius urbis, & nomine Velleius ita lib. 1. Paulo ante Aletes sextus ab Hercule, Hippotæ filius, Corinthum, quæ antea fuerat Ephyre, claustra Peloponnesi continentem, in Isthmo condidit. Neque est quod miremur ab Homero nominari Corinthum. Nam ex persona poetæ & hanc urbem, & quasdam Ionum colonias, ijs nominibus appellat, quibus vocabantur ætate eius: multò post Ilium captum conditæ.

Qua porro ratione urbs eadē tam opulenta euaserit, indicat Thucyd. lib. 1. Nam Corinthij, inquit, cum urbem in Isthmo sitam tenerent, semper habuerunt forum frequens rerum venalium. Græci enim olim magis terra, quam mari congregiebantur, & qui in Peloponneso, vel extra habitabant, per ipsorum terram præcipuè inter se commercare solebant. Vnde Corinthij opibus præpotentes facti sunt, id quod etiam veterum poetarum elogia indicant. Nam diuitem in poematis appellant hanc ciuitatem. Græci enim postquam crebrius nauigare cœperunt, & iam ipsi re nautica melius instructi, piraticam sustulerunt, atque hoc emporio ab utraq; parte uti cœperunt, diuitiarum affluentia potentem tenuerunt hanc urbem.

Horatius bimarem, id est, διθάλασσαν, vel, ut quidam malunt ἀμφιθάλασσαν vocat, Ode 7. lib. 1. Causam euerfionis Cic. in Maniliana dicit fuisse, quod legati Romanorum essent ibi appellati superbioribus. Et totius Græciæ lumen appellat. In Offic. aliam causam ponit, opportunitatem loci maximè, ne posset aliquando ipse locus Corinthios ad bellum faciendum adhortari. Euerit L. Mummius eodem anno, quo Carthago condita, & dictus est Achaicus. Fuit autem adeò rudis, ut cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas, ac statuas in Italiam inde portandas locaret, iuberet prædici cōductoribus, si eas perdidissent, nouas redituos.

Præclara quædam Strabo lib. 8. de tabulis Corin-

thiacis. Idem. Pleraque & præstantissimorum donationum quæ Romæ sunt, Corintho allata fuerunt: quædam etiam circum vicinæ urbes adeptæ sunt. Mox de negligentia Mummi harum rerum subiungit. Triumphum Romanorum alibi descripsimus. De curru, & coronâ laurea Tibull. lib. 1. eleg. 7.

*At te victricis lauros, Messalla, gerentem,
 Portabat niveis curru eburne equis.*

Formula, qua triumphatores Imperatores in Capitolio dijs ob victoriâ gratias agebant, hæc erat. GRATIAS TIBI IVPITER OPTIME MAXIME, TIBIQUE IYNONI REGINÆ, ET CÆTERIS HVIVS CVSTODIBVS, HABITATORIBVSQVE ARCIS DIIS LVBENS, LÆTVSQUE GRATIAS AGO, RE ROMANA IN HANC DIEM, ET HORAM PERMANVS, QVOD VOLVISTIS, MEAS SERVATA, BENE GESTAQUE, EANDEM ET SERVATE, VT FACITIS, FOVETE, PROTEGITE PROPITIATI, SVPPLEX ORO. Principio autem pompæ, in Vaticano sic precabantur *Di: nati, & imperio quorum nata, & aucta est res Romana, eandem placati, propitiatiq; servate.* De origine, & notione vocabuli *Capitolium* satis multa diximus lib. 9. ad illud, *Dum domus Aeneæ Capitolii immobile saxum.*

ERVET ARG. IPSVMQVE ÆACIDEN) Errasse in his versibus Virgilium dixit Hyginus, ut quidem narrat Gellius lib. 10. cap. 16. confudisse enim & personas diuersas, & tempora. Nam neque eodem tempore, neque per eosdem homines cum Achæis, & Pyrrho bellatum est. Pyrrhus enim, quem dixit Æaciden, de Epiro in Italiam transgressus, cum Romanis depugnauit aduersus Manium Curium in eo bello ducem: Argium autem bellum, id est, Achaicum, multis post annis à L. Mumio imperatore gestum est. Potest igitur, inquit, medi- us eximi versus, qui de Pyrrho importune immixtus est, quem Virgilius proculdubio, inquit, exempturus, fuit. Atque accusatio quidem hæc est. Nunc defensionem Iouiani ex Antonio eius dialogo producamus.

Non possum non admirari, etiam ad risum vsque tum Hyginum, tum Gellium, qui studio quodam reprehendendi præcipites, in maximos errores inciderunt.

Pri.

Primum quod de Pyrrho dictum, non de Persa rege. Aliquid fingere concessum est. Romani Græcos debellarent: Virgilius non dissentit. Verum illi non debellarent, ut Troianorum, à quibus oriundi erant, iniurias vlciscerentur: sed suas, quia Græci à Romanis Macedonum tyrannide liberati, & donati libertate, in benefactores ingrati, contumaces, & rebelles fuerant. Virgilius tamen illos aurore iniurias per quandam confectionem, quam Logici concomitantiam vocant, vltos esse rectè dixit. Anchises igitur apud inferos, ut Poeta fingit, Æneam consolatur, afficit lætitia, addit ei ad labores perferendos alacritatem: quia Romani ex Troianis orituri eruent, & euerrent Argos, Mycenæ, & genus Æacidarum, & Troianorum iniurias vlciscerentur. Sic etiam libro primo Æneid. Venerem Troianorum calamitatibus dolentē, Iupiter his versibus consolatur.

Et Persen proani stimulantem pectus Achillis,

Quiq; tuas proanum fregit, Achille, domos.

Hoc igitur superato, regnoque Æacidarum deleto, populus Romanus videri potuit Troiæ ruinas vltus fuisse. Deinde non animaduertēte, induci à Virgil. Anchisen nequaquam singulos referentem, qui ab Æneâ originem ducturj essent, sed quosdam tantum, neque tempus, ordinemq; seruari: quippe cum de Cæsare, atque Pompeio, antequam de Fabio, Marcello, Scipionib⁹, mentionem faciat. Satis enim habebat Anchises, quibusdam nominatis, quibusdam à rebus gerendis significatis, spe, atq; gaudio futuræ stirpis Æneam implere. Quare cum dicit,

Ille triumphata Capitolia ad alta Corinthe

Victor ager currum, casis insignis Achinis,

potest iure videri Mummiū, qui Achaicus cognominatus est, quique Corinthum sustulit, significare. Post verò cum addat, *Erue ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenæ*, alium profectò significat. Et hic quidem Paulus est, qui Persen vicit. Quanquā autem Paulus neq; Argos euerit, neq; Mycenæ, hoc tamen ut Æneam soleatur, ab Anchise dicitur, cuius ipsius posterij euerfuri essent Argos, siue Achaicum, quæ arx videbatur Achæorum, quorum principes aduersus Troianos coniurauerant, siue Thessalicum, quando ducum Thessaliæ virtus in eo bello plurimū enituerit, & Mycenæ Agamemnonis patriam, qui fuit Græcorum, ac belli dux. Quocirca dum Virgilius non minus imprudenter, quam impudenter accusant vterque, & Hyginus sententiæ huius aduersus Maronem auctor, & suffragator eius Aulus, in errorem maxima animaduersione dignum incidere.

Alciatus Parerg. iuris lib. 5. cap. 21. Iouiani sententiam non satis probat, cum non iisdem ducibus Persen, & Achæi sint superati. Satis ergò erit de Persis filio Andronico intelligere, qui & Pseudophilippus dictus est, & vltimus regum Macedonum fuit: quem Q. Cæcilius Metellus vicit, cepitque, & de eo triumphauit. Idemque Achæos cum Bæotijs, & Chalcidensibus superauit ad Thermopylas, Critolaumq; eorum ducem adegit, ut veneno sibi mortem conscisceret, ut Pausanias in Achaicis scribit, & historiæ lib. 50. & 52. T. Liuius est auctor. Videtur ad Maronianum carmen alluisse & Germanicus Cæsar quodam græco eleganti epigrammate, quod Thomas Morus sic conuertit.

Manorij genu Heftor aue, si quid sub humo audis,

Respira, & patria nomine cresce tua.

Illijs urbs colitur, nunc insculta gens colit illam,

Quam tu Martem minor Martis amica tamen.

Myrmidones periere, ades, & dic Heftor Achilli,

Esse sub Æneadis vndiq; Thessaliam.

Placitum est his etiam Modicij responsionem, eruditam, & probabilem attexere, quæ est eius libelli, quo Virgilius à calumnijs vindicat, cap. 3. Virgilius cum res multas de Romana historia singulis tantum verbis attingeret, non induit historici personam, cuius interest rerum, & temporum ordinem seruare: sed licentiæ poetica vsus, quædam disiuncta temporibus, quia euentus similia fuerunt, & ad eundem finem potuerunt referri, rectè coniunxit. Satis enim est Poetæ, in summa rerum veritatem retinere: in partibus aliud

Aliquid fingere concessum est. Romani Græcos debellarent: Virgilius non dissentit. Verum illi non debellarent, ut Troianorum, à quibus oriundi erant, iniurias vlciscerentur: sed suas, quia Græci à Romanis Macedonum tyrannide liberati, & donati libertate, in benefactores ingrati, contumaces, & rebelles fuerant. Virgilius tamen illos aurore iniurias per quandam confectionem, quam Logici concomitantiam vocant, vltos esse rectè dixit. Anchises igitur apud inferos, ut Poeta fingit, Æneam consolatur, afficit lætitia, addit ei ad labores perferendos alacritatem: quia Romani ex Troianis orituri eruent, & euerrent Argos, Mycenæ, & genus Æacidarum, & Troianorum iniurias vlciscerentur. Sic etiam libro primo Æneid. Venerem Troianorum calamitatibus dolentē, Iupiter his versibus consolatur.

veniet lustris labentibus ætas

Cum domus Assaraci Phthiam, clarausq; Mycenæ

Servitio premet: & vltis dominabitur Argis.

Venus, & Æneas Achillem oderant, cuius patria fuit Phthia: Diomedem, qui imperauit Argis: & Agamemnonem, qui regnavit Mycenis, præcipuos Troianorum hostes, & euerfiores. Phthia in poetarum nugis fuit vrbs magna, & memorabilis nullam ob aliam causam, nisi quia Achillis patria fuit. Apud Historicos, & Geographos fuit vicus ignobilis, cuius nullum prorsus vestigium Romani Thessaliæ debellantes inuenerunt: Mycenæ ducentis annis antè, quàm Romani Græciam occuparent, Argiui deleuerant. Virgilio tamen licitum fuit Phthiam seruitio pressam fingere, & Mycenæ erutas, quas Romani nusquam inuenerunt: & erutos Argos, qui cum Achæis à L. Mumio pugna victi portis apertis sese victoribus Romanis dedentes, ab illis sunt seruati: hæc autem, ut vltio euidentior appareret: ingeniosè, prudenterque ficta sunt ad Romanorum pietatem in Troianos auos amplificandam. Curij Dentati victoria pulso Pyrrho ad vltionem Troianorum non pertinuit: sed Romanorum, quibus bellum intulit. Pyrrhus à Tarentinis in Italiam euocatus prima pugna Romanos vicit: alterius pugna dubia fuit victoria: Pyrrhus tamen superior est habitus: tertia pugna victus à Curio excessit Italia. Non est erutus, id est euerfus, non domitus, non regno spoliatus: quod regnum filij post eum tenere: & genus Æacidarum permansit. Rectè Seruius Grammaticus dixit, in illis verbis *Ipsamque Æaciden*, subintelligendum esse *& ille*, quasi dicat, & ille eruet ipsum Æaciden. Declaro. Pater, qui filio secum spectanti in promiscua turba aliquot homines porrecta manu, atque intento digito monstrat: non necesse habet de singulis, dicere ille, & ille: quod hæ voces in gestu positæ sint: nam in scena quædam sine verbis gestu significantur & intelliguntur. multa enim verba gestu adiuvantur: etenim manus porrecta, & digitus intentus satis docilem reddit auditorem, ut ad illum, & illum oculos referat, quem narrator demonstrat. In sermone poetico non semper tam clara expectanda est rerum distinctio: ut in soluta oratione: sed quædam sunt (ut diximus) subintelligenda. Erui non propriè dicitur de homine, sed de loco, ut de patria: nisi quia aliquando homines pro rebus, & res pro hominibus ponuntur, ut in secundo libro, Vcalegon ardens pro domo ardente. Sic eruet ille ipsum Æaciden, qui Ambraciam Pyrrhi patriam extincto genere Æacidarum expugnabit: & is Fuluius Nobilior fuit. Paulus etiam Æmilii Perse Macedonum rege victo, Epirotarum, quibus olim Pyrrhus imperauerat opida septuaginta diripuit, multaque hominum millia vendidit. Itaque à Fulvio, atque Æmilio verius, quàm

à Curio Dentato erutus, & euerfus fuit Pyrrhus, id est A
Pyrrhi patria, regnum & genus vniuersum Æacidarum:
nam Epirotæ pro Achille, & Neoptolemo Troiæ e-
uerforibus, vt Poeta significat, pœnas luerunt. Quapro-
pter ex illis verbis, *Et ille eruet ipsum Æaciden*, non so-
la ignominia Pyrrhi ex Italia pulsi, sed etiam extrema
patriæ, regni, & generis ruina intelligenda est. Quema-
dmodum, Ænea, Græci Troiam patriam nostram fun-
ditus euerterunt: sic Romani à nobis oriundi eruent,
& euerterent Argos, Mycenæ, & ipsum Pyrrhum mag-
num bellatorem de genere Achillis cum patria, regno,
stirpe, atque vniuersa gente Æacidarum. Si quis Hygi-
ni consilium secutus hunc versum eximat, (quem ille
importunum vocat) summam rei venustatem, gratiam-
que tollit: sensum pulcherrimum peruerteret: & Ro-
manorum gloriam, atque in maiores suos pietatem mi-
nueret, atque obscurabit. Non igitur diuersas personas
Virgilius confudit: sed quas non potuisset nisi multis
verbis contra institutam breuitatem nominare, pru-
denter tacuit, & duobus verbis aptissime significauit.

QVIS TE MAGNE CATO TACITVM) Laudes Ca-
tonis Vticensis (hunc enim, non Censorium debemus
accipere) exequitur Velleius lib. 2. his verbis. Hic ge-
nitus proauo M. Catone, principe illo familiæ Portiæ,
homo virtuti simillimus, & per omnia ingenio dijs, quâ
hominibus propior, qui nunquam recte fecit, vt facere
videretur: sed quia aliter facere non poterat cuiq; id so-
lum visum habere rationem, quod haberet iustitiam,
omnibus humanis vitijs immunis, semper fortunam in
sua potestate habuit, &c. Hunc cum Iulio Cæsare com-
parat Sallustius in Catilin.

AVT TE COSSE RELINQVAT) De Cornelio
Cossio adscribemus quæ affert Plin. de viris illustr. cap.
25. Fidenates fidei Romanorum hostes, vt sine spe ve-
niæ fortius dimicarent, legatos ad se missos interfece-
runt, ad quos Quintius Cincinnatus Dictator missus,
magistrum equitum habuit Cornelium Cossium, qui
Larrem Tolumnium ducem sua manu interfecit: de
eo spolia opima Ioui Pheretrio secundus ab Romulo
consecrauit. Liuius de hac cæde lib. 4. in hæc verba. Is
cum ad impetum Tolumnij, quacunque se intendisset,
trepidantes videret Romanas turmas, insignemq; cum
regio habitu volitantem tota acie cognouisset: Hicine
est, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentiū
iuris? Iam ego hanc mactatam victimam (si modo sancti
quicquam in terris esse dii volunt) legatorum manibus
dabo. Calcarib; subditis, infesta cuspide in vnum fertur
hostem, quem cum ictum equo deiecisset, confestim &
ipse hasta innixus, se in pedes excipit. Assurgentem ibi
regem vmbone resupinat, repetiturq; sæpius cuspide
ad terram affigit. Tum exangui detracta spolia, caputq;
abscissum victor spiculo gerens, terrore cæsi regis ho-
stes fundit. De spolijs Ioui dicatis infra idem Liuius.

QVIS GRACCHI GENVS) De inclytissima Grac-
chorum familia Plutarchus in vita Gracchorum. Hic
autem pater potius Titus Sempronius Gracchus, quam
filijs Tiberius, & Caius intelligendi sunt, quorum vter-
que pro seditioso est interfectus. Vide Plin. de viris il-
lustr. cap. 64. & 65. De patre autem cap. 57. De quibus
hisce Gracchis ira Cic. 1. de Orat. in persona Scæuolæ,
Omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vobis duobus,
eloquentissimos audisse, Tiberium, & Caium Sem-
pronios, quorum pater homo prudens, & grauis, haud
quaquam eloquens, & sæpe aliàs, & maximè cenfor-
nis copia, sed nutu, atque verbo libertinos in vrbanas
tribus transtulit: quod nisi fecisset, rempub. quam nūc

vix tenemus, iam diu nullam haberemus. At vero eius
filijs disertis, & omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præ-
sidijs ad dicendum parati, cum ciuitatem vel paterno
consilio, vel auitis armis florentissimam accepissent,
ista præclara gubernatrice, vt ais, ciuitatum, eloquentia
rempub. dissipauerunt. Hæc ille. Habuit uxorem Tib.
Gracchus Corneliam Scipionis Asiatici filiam, ex qua
12. liberos sustulit, quam miro amore dilexit. Vide Alex
ab Alex lib. 1. cap. 18.

DVO FVLM. BELLI SCIPIAD. CLAD. LIBYÆ) Ge-
org. 2. *Scipiadas duos bello..* Et in Culice conuenienter
versui Lucretiano, quem mox proferemus.

Illic Scipiadaq; duces, denotat triumphis

Mania, quos rapidos Libyæ Carthaginiis horrent.

De vtroque Africano loquitur. Manil. *Scipiadaq; du-
ces, fatum Carthaginiis vnum..* Horat. Sat. 1. lib. 2. *Ver-
tus Scipiada, & mitis sapientia Leli.* Lucret. lib. 3. *Scipia-
des belli fulmen, Carthaginiis horror.* Ex eodem genere
est illud 4. Georg. *Cæsar dum magnus ad altum Fulmi-
nas Exphraten..* Cic. pro Cornel. Balbo, imperij nostri
fulmina Cn. & P. Scipiones. Sic Ptolemæus Lagi ne-
pos, Philadelphi frater, dictus est Ceraunos, quod in
bello quasi fulminaret. Sic Clearchus ille Heracleæ ty-
rannus vnum ex filijs Ceraunum nominauit. De mino-
re, qui & Numantinus, adscribam de lib. 1. verba Pater-
culi. P. Scipio Æmilianus, vir auitis P. Africani, pater-
nisque L. Pauli virtutibus simillimus, omnibus belli,
ac togæ dotibus, ingenijque, ac studiorum eminentis-
simus sæculi sui, qui nihil in vita, nisi laudandum aut fe-
cit, aut dixit, aut sensit.

PARVOQUE POTENT. FABRICIVM) Cum à Pyr-
rho perfuga quidam in castra, ad Fabricium venisset, eiq;
pollicitus esset, si præmiū sibi proposuisset, se, vt clam
venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum, & eū vene-
no necaturum, à Fabricio cum custodia ad Pyrrhum re-
missus est. Cic. lib. 3. de Off.

Plurarchus eundem scribit aurum à Pyrrho obla-
tum accipere noluisse, & cum die postero Pyrrhus in-
fisset aulæo interiecto elephantū collocari, deinde sub-
lato elephantus ille supra Fabricij caput immanem, atq;
horribilem vocem emisisset, dixisse, neque heri se ab
auro esse corruptū, neq; hodie à fera exterritum. Horat.
Ode 12. lib. 1. qua heroas, & claros viros laudat,

Regulum, & Scæuros, animaq; magna

Prodigum Paulum superante Pano,

Gratus insigni referam Camæana

Fabriciumq;.

Hunc & incomptis Curium capillis

Vtilem bello tulit, & Camillum.

Sana paupertas, & auitus apto

Cum lare fundus.

VEL TE SVLCO, SERRANE, SERR.) Scribendum
fulcos, sulci enim, vt opinor, rectè, & eleganter dicun-
tur seri. Ita Turneb. Serranus iste prius Attilius dictus,
à serendo cognomen sortitus est. Plin. Serentem inue-
nerunt dati honores Serranum, vnde cognomen. ✱

QVO FESSVM RAP. FABII.) De magnanimitate
gentis Fabiæ, qui sex, & trecenti, omnes patricij, quorū
neminem ducem sperneret egregius quibuslibet tem-
poribus Senatus, sibi solis bellum contra Veientes de-
poposcerunt, & ad vnum omnes occubuerunt, lege
Liuium lib. 2. Vide insuper Plin. de vir. illustr. cap. 14.
Quod vero Liuius ait, vnum duntaxat prope puberem
ætatem ex Fabijs domi relictum, mendacio affine est.
Scilicet, ex tam numerosa familia nulli nisi vni erat aut
impubes, aut adhuc in cunis iacens filius, qui genti re-
stituendæ seminarium esset. ✱

TY MAX.

TV MAX. ILLI ES, VNVS QVI) De Q. Fab. Max. A
ita scripsit Ennius lib. 8. Annal.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem:

Non ponebat enim rumores ante salutem:

Ergo magisq, magisq, viri nunc gloria claret.

Quos versus adducit Cic. 1. Offic. præferens Fabium hunc Callicratidæ Lacedæmoniorum duci, & Cleom-
broto, [qui quod auram popularem nimis amarent, reipub. ca-
lamitatem maximam importarunt, cum videlicet temere, & in-
consulto cum hoste confluentes delecti sunt.] Alludit ad illum,
Vnus homo nobis, &c. Ouid. 2. Fast.

Scilicet ut posset olim tu, Maxime, nasci,

Cui res cunctando restituenda foret.

Transfert eundem ad Bibulum hominem ignauum M. B
Tullius ad Attic. lib. 2. epist. 19. Bibulus in cælo est: nec
quare, scio: sed ita laudatur, quasi *Vnus homo nobis cun-
ctando restituit rem*. Imitatur eundem versum apud
Suetonium cap. 21. Octavianus Aug. epist. ad Tiberi-
um. Hi qui tecum fuerunt, omnes confitentur versum
illum in te posse dici: *Vnus homo nobis vigilando restitu-
it rem*.

Liuius de obitu, & laudibus Fabij lib. 30. in hæc
verba scriptum reliquit. Eodem anno Q. Fabius Max.
moritur, exactæ ætatis, si quidem verum est, augurem
duos, & quadraginta annos fuisse, quod quidam aucto-
res sunt. Vir certe fuit dignus tanto cognomine, vel si
nouum ab eo inciperet. Superauit paternos honores, C
auitos æquauit. Pluribus victorijs, & maioribus prælijs
auius insignis Rullus, sed omnia æquare vnus hostis An-
nibal potest. Cautior tamen, quam promptior hic ha-
bitus fuit. Et sicut dubites, vtrum ingenio cunctator
fuerit, an quia ita bello proprie, quod tum gerebatur,
aptum erat, sic nihil certius est, quam vnum hominem
nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait.

Ex hac Fabij cunctatione natum prouerbum: Ro-
manus sedendo vincit: quo vititur Varro de re rust. lib. 1.
cap. 20. De rebus eius gestis Silius lib. 7. Aptissima au-
tem ad hunc locum, quæ sunt principio libri:

Ac ni sacra seni vis, impressumq, fuisse

*Sistere cunctando fortunam aduersa fouentem,
Vltima Dardanij transisset nominis ætas.
Ille modum Superis in Punica castra fauoris
Addidit, & Libya finem inter prospera bella
Vincendi statuit, inmensum cladibus ille
Hesperijs, lento Pænum moderamine lussit.*

Manil. lib. 1. *Inuictusq, mora Fabius*. & Claudian. de bel-
lo Getico, *Primus fulmineum lento luctamine Pænum,
Compressit Fabius*. Plin. lib. 22. cap. 5. enumerans eos,
qui graminea, seu obsidionali corona donati sint. Data
est à senatu, populoq; Rom. (qua claritate nihil equidè
in rebus humanis sublimius duco) Fabio illi, qui rem
omnem Romanam restituit non pugnando, sed cun-
ctando. Nec data cum magistrum equitum, & exerci-
tum eius seruasset: tunc satius fuit nomine nouo coro-
nari, appellatum patrem ab his, quos seruauerat: sed
quo dictum est cōsensu honoratus est, Annibale ex Italia
pulso. Quæ corona adhuc sola ipsius imperij manibus
imposita est, & q peculiare est ei, sola à tota Italia data.

Ad cunctationem Fabij commendandam, placet
attexere sententiam quandam Vegetij, de lib. 3. cap. 9.
Maximè autem tractandum est, vtrū expediat necessi-
tatem protrahi, an celerius dimicari: interdum enim
sperat aduersarius, expeditionem cito posse finiri: & si
dilata fuerit in longum, aut penuria maceratur, aut de-
siderio suorum reuocatur ad propria: aut nihil magnum
faciens per desperationē abire compellitur. Tunc fra-
cti labore, & tædio plurimi deserunt, aliquanti produnt,
aliquanti se tradunt. Vide in idem cap. Steuechium.
Vide etiam Plutarch. quomodo non ponebat rumores
ante salutem. Versus ille, qui est in 8. Annali apud En-
nium videtur ab illo ipso Fabio pronuntiari, *Certare ab-
nueo, meo legio libem*. Adde adhuc Florum. Prima
redeuntis, seu, vt sic dixerim, reuiuiscantis imperij spes
Fabius fuit, qui nouam de Annibale victoriam com-
mentatus est, non velle pugnare. Hinc illi cognomen
& Reipub. salutare, *Cunctator*. Hæc Florus. Traditum
quoque litteris, appellatum Clypeum, quod eius virtu-
te Romani ab hostium impetu protegerentur.

Excudent alij spirantia mollius æra,

Credo equidem, & viuos ducent de marmore vultus:

Orabunt causas melius: cœliq; meatus

850 Describent radio, & surgentia sidera dicent:

Tu regere imperio populos Romane memento,

(Hæ tibi erunt artes) paci q; imponere morem:

PARCERE SVBIECTIS, ET DEBELLARE SVPERBOS.

EXCVD. ALII SPIRANTIA) Breui digressionē alia D
alijs tribuit. Græcis scientiam, liberalesque disciplinas:
Romanis peritiam tractandorum armorum, gerendæ-
que reipublicæ. Sint sanè apud alias gentes, præsertim
Græcos alij statuarij excellentes, siue deos de ere, siue de
marmore fingant: sint oratores, sint astrologi, mathe-
matici: tuum, Romane, sit gentibus imperare.

MOLLIVS) Dictum arbitror *mollius*, quod cum
rigor sit in materia æris, tamen tanta arte simulachra,
statuæque à Græcis ducentur, vt deposita metalli duri-
tie, & rigore, in mollitudinem viui animantis æs con-
cessurum sit. Horat. ad Pison. *Et molles imitabitur ære ca-
pillis*. Callistratus. *ὁδὸς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ εὐχρηστία τῶν οὐκ ἐν τῷ
κατὰ φύσιν κατὰ φύσιν*. Horat. Sat. 3. lib. 2. *Quod sculp-
tum infabre, quod fustum durius ætæ*. Turneb. lib. 22.
cap. 1.

ORABVNT CAVSAS MELIVS) Propter Græcos

qui sibi semper eloquentiæ principatum vendicarunt:
Cic. in Bruto. Testis est Græcia, quæ cum eloquentiæ
studio sit incensa, iam diuque excellat in ea, præstetq;
cæteris, &c.

DESCRIBENT RADIO) Radius virga est, qua ad
indicandas lineas vtuntur Geometræ. Virg. Eclog. 3. *Et
quis fuit ille Descripsit radio totum qui gentibus orbem?*
Cic. 5. Tuscul. ex eadem vrbe humilem homunculum
à puluere, & radio excitabo, qui multis post annis fuit,
Archimedem.

TV REG. IMP. POP. ROM.) Tibull. *Roma tuum
nomen terris fatale regendis*. Duas res præstantissimas
populo Rom. tribuit poeta, gubernationem politicam,
seu prudentiam imperandi, & belligerandi scientiam,
ac disciplinam. Vtramque Cic. quoque Tuscul. 1. sta-
tim initio. Sed meum iudicium semper fuit, omnia ho-
stros aut inuenisse per se sapientius, quam Græcos:

aut

aut accepta ab illis fecisse meliora, quæ quidem digna A
statuissent, in quibus elaborarent. Nam mores, & insti-
tuta vitæ, resque domesticas, ac familiares nos profe-
ctò, & melius tuemur, & lautius: rem verò publicam
nostri maiores certe melioribus temperauerunt insti-
tutis, & legibus. Quid loquar de re militari? in qua cum
virtute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disci-
plina. Aristides in encomio vrbs Romæ: Quin etiam,
inquit, in militari disciplina reliquorum omnium in-
scientiam coarguistis. Nec enim eam contra hostes dū-
taxat milites, ac duces, sed contra se primū exercere
iussistis. Ita fit, vt quotidie stent in acie, nec vnquam
quisquam loco cedat, sed vt in æterno aliquo choro, sta-
tionem suam quisque cognoscat, atque seruet, & infe-
riori, vt superior non inuidet, ita quibus ipse præest, B
eos rectè gubernet. Atque hoc mihi dolet, id de Lace-
dæmonij prius dixisse, eorum exercitum præter pau-
cos, è ducum ducibus constare: cum id vobis referuari,
ac primū tribui debuerit, quod ille ante tempus pro-
tulit. De disciplina bellica Romanorum scripsimus ali-
bi copiosissimè in dialogo quodam, inde accersas licet,
si quæ præterea desiderabis. Extant item de Militia Ro-
mana lib. 5. Iusti Lipsij, quibus nihil existimo scribi po-
tuisse consummatius. ✠

Romanorum imperium in statua illa, quam vidit
Nabuchodonosor in somnis, significatum est per tibi-
as. Cur id? Quia in tibijs multum est, carnis, & ossis: C
in carne teneritudo, & mollitudo est, in osse duritia,
& firmitudo. Sic in Romanis magna fuit vis, & firmitas
ad eos, qui repugnabant ipsis, frangendos, ac debellan-
dos: magna item humanitas, clementia, fides erga sibi
deditos, & subiectos: quibus de rebus valde laudat Ro-
manos sacra scriptura cap. 8. lib. 1. Machab. Bened. Pe-
rerijs lib. 2. in Danielelem.

PARCERE SVBIECT. ET DEBELL. SVPERB.) Con-
sentiunt mirificè illa Propert. lib. 3. eleg. 21.

*Armis apta magis tellus, quam commoda noxa,
Famam Romanæ non pudet historia.*

*Nam quantum ferro, tantum pietate potentes
Stamus, victrices temperat ira manus.*

Et Horatius Carmine sæculari rogat, vt Augustus Im-
peret bellante prior iacentem Lenis in hostem.

Laudatiunculam Romanæ militiæ contexuit, Lip-
sius lib. 1. de eodem argumento, dial. 1. Eam visum ad
verbum inferere. Quæ gens in militia fortior, aut felici-
or? Delectum vide, nihil accuratius. Ordinem, nihil
aptius. Disciplinam, nihil seuerius, sanctiusque. Itaque
per annos septingentos tot triumphos pœne, quot an-
nos numerant, & imperio suo subiecerunt quidquid
validum, aut bonū in orbe terrarum. Nam alios quos-
dam latius imperasse fortasse dixeris, aut nunc impera-
re (certe magnum nostrum regem) sed in tam sele-
ctis gentibus, aut terris, non dices. Pœnos, Mace-
donas, Assyrios vicerunt, & imperium in eos vsurpa-
runt, qui ante imperarant. Quid Hispanos, aut Gallos?
quos vincere non gloriæ fortassis maioris, sed operæ
fuit. Ita paulatim molem illam maximi secundum deo-
rum opes imperij (Liuij verba agnoscis) constituerunt,
idque in optima Europæ, Asiæ, Africæ parte. Quæ autē
alia re, nisi militia hac, quam laudamus? Nam ingenia,
numerus, robora hominum si vides: singulis, aut om-
nib⁹ sæpe vincebatur: superabat ordo, & disciplina. Er-
go haud vanè olim vaticinatus apud Liuium Romu-
lus: Nullas opes humanas armis Romanis posse resiste-
re. Confecit etiam de re militari veterum Romanorū
summa diligentia, & ordine commodissimo libros se-
ptem Ioannes Antonius Valtrinus noster. Vide cap. 1.
lib. 1. de præstantia militiæ Romanæ.

Sic pater Anchises: atq; hæc mirantibus addit.

855 Aspice vt insignis spolijs Marcellus opimis
Ingreditur, victorq; viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques: sternet Pœnos, Gallumq; rebellem:
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.

860 Atq; hîc Æneas (vnà namq; ire videbat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu)
Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?
Filius? anne aliquis magna de stirpe nepotum?

865 Quis strepitus circa comitum? quantum instar in ipso est?
Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.

INSIG. SPOL. MARCELLVS OPIMIS) M. Marcel-D
lus Viridomarum Gallorum ducem singulari prælio
fudit, spolia legit apud Nolam: Annibalem primus,
locorum angustia adiutus, vinci docuit. Syraculas per
tres annos expugnauit: & cum per calumniam trium-
phus ei à senatu negaretur, de sua sententia in Albano
monte triumphauit. Quinquies Consul, insidijs An-
nibalis deceptus occubuit, & magnificè sepultus est:
ossa Romam remissa, à prædonibus intercepta perie-
runt. Plin. de viris illust. cap. 45. Manil. lib. 1.

Et tertia palma

*Marcellus, Cossusq; prior de regenecato
Certantes Decij votis, similisq; triumphis:*

Inniſſusq; mora Fabius.

Hoc ad laudes Romanorum, qui bello Punico, quod
cum Annibale gesserunt, coeperunt etiā equis superio-
res esse, cum prius eorum robur omne in legionibus
consisteret. Pier. lib. 4. Opima spolia dicuntur ea, quæ
dux populi Rom., duci hostium detraxit. Quorum tan-
ta raritas est, vt intra annos paulo (vt restituit Sigonius)
minus DXXX tantum trina contigerint nomini Ro-
mano, vna quæ Romulus de Acrone Ceninensium du-
ce, Ioui Feretrio tulit, de quo Liuius lib. 1. altera, quæ
Cossus Cornelius de Tolumnio Etruscorū rege: tertia,
quæ M. Marcellus de Viridomaro Gallorum duce, fixe-
runt. M. Varro ait, opima spolia etiam esse, si manipu-
laris

laris miles duci hostium detraxit. Vide Festum, & in A eundem Scalig. F. Tiraquell. in cap. 14. lib. 1. Alexand. Neap.

REM ROMANAM) Imperium Romanum. Ennius. *Moribus antiquis res stat Romana, virisq.*

SUSPEND. PAT. QVIRINO) vt prima fuerint suspenſa Ioui, altera Marti, tertia Quirino, id est Marti, qui præest paci, & intra ciuitatem colitur. * *Verba, quibus Romulus in dedicatione spoliatorum, ac templi, & suu est ad Iouem Feretrum, hæc leguntur apud Linium: Iupiter Feretri, hæc tibi Victor Romulus rex regia arma ferro: templumq. his regionibus, quomodo animo metatus sum, dedico, sedem optimis spolijs, qua regibus, ducibusq. hostium casis, me auctorem sequentes posteris ferent. Vnde dictum Feretrum vide Propert. lib. 4. eleg. 11. Gyr. d. Syntag. 2. pag. 79.*

EGREG. FOR. IUVEN. ET FVLGENTIB. ARM.)
Transit ad Marcellum iuuenem Octauie sororis Au-

gusti filium: & artificiose duos Marcellos confutit, vt alterum ex verustate generis alterius commendaret: sed insuper à forma corporis, & à spe futuri roboris illum laudat: deinde ex eius infausſto euentu, hoc est, acerbo mortis casu commiserationem mouet. Tantæ animi virtuti fortunam inuisuram esse indicium facit, cum ait, *sed frons lata parum.* Strepitus, de quo hîc querit Æneas pro plausu, & fauore populari accipiendus; item pro pompa frequenti Romanorum, qui funus comitatus fuerant. Mirè enim charus erat pop. Romano, id quod in eius funere testati sunt. Seruius enim, & historici auctores sunt, funus Marcelli lectis sexcentis ornatum, curatumque fuisse, hoc honoris genere à Græcorum consuetudine deducto, qui in funeratione, & funebri pompa sæpe tororum mentionem faciunt, &c. Nascimb. Montfort. German.

- Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Ostendent terris hunc tantum fata, neq; vltra
870 Esse sinent. nimium vobis Romana propago
Visa potens, superi, propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille virum magnam Mauortis ad urbem
Campus aget gemitus? vel quæ Tiberine videbis
Funera, cum tumulum præterlabere recentem?
875 Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos, nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
HEV PIETAS, HEV PRISCA FIDES, inuictaq; bello
Dextera. non illi quisquam se impune tulisset
880 Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
HEV MISERANDÆ PVER, SI QVA FATA ASPERA RVMPAS,
Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores: animamq; nepotis
885 His saltem accumulem donis, ET FVNGAR INANI
MVNERE.

OSTEND. TERRIS HUNC TANTVM. FATA) Cdiu: & sæpe in hoc est benè, ne diu. Adde huc illud Adrianus Augustus cum esset matheseos scientissimus, Commodum Ælium Verum, quem successorem sibi delegerat, non diu victurum hoc carmine prædixit, *Ostendent terris*, &c. Et videtur vsurpari posse de his, qui virtutis iam tum studiosi, & magnum quiddam pollicentes, propter eximiam indolem, in ipso ætatis flore rapiuntur. Nec absurdè forsitan sentias, Maronem aludere ad illud Platonis, siue Xenocratis in Axiocho voluisse. Postquam enim senectutis incommoda recensuit, addit hoc. Itaque dij rerum humanarum verè intelligentes, eos, quos præ cæteris hominibus plurimi faciunt, ab hac vita citius liberant, vt quid de morte statuendum sit, suis iudicijs confirmare videantur, & quæ sequuntur. Et Menandri quoque, *ὅς ὁ θεὸς φιλοῦται, ἀνθρώπων ἴσθι*. Quod in Bacchid. Plaut. ita expressit. *Quem dij diligunt, moritur iuuenis*. Cui germanum est hoc è sacris litteris: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Cui rursum bellè concinit hoc Seneca ex epist. 101. *Quam bene viuas, refert, non quam*

Cdiu: & sæpe in hoc est benè, ne diu. Adde huc illud eiusdem ex Consolat. ad Martiam, cap. 23. Ingenia quo illustriora; eò, vt ignis, quod clarior fulsit, eò citius extinguitur. Plin. lib. 7. cap. 51. Censorium Catonem ad filium de validis quoque obseruationem, vt ex oraculo aliquo, prodidisse, senilem iuuentam præmature mortis esse signum. Nec male huc etiam quadrabit illud Albinovani ad Liuiam, de Druso eius filio.

*Quam paruo numero implens principis auro,
In patriam meritis, occubuitq. senex?*

NIMIVM POT. VIS. VOBIS ROM. PROPAGO) Acerbæ mortis Marcelli causam assignat, quam ex deorum invidia deducit, cum epiphonemate commiserationis, dolorisq; plenissimo. Si Marcellus in ætate matura tantum reipub. præstare potuisset, quantam puer spem prudentiæ, ac fortitudinis omnibus afferebat, Romana soboles huius viri virtute humanæ conditionis lineas, vt ita dicam, transisse videretur. Cum ingenti igitur dolore, nec absque indignatione in deos, quasi Romanæ gloriæ invidentes, dictum videri debet.

FF*

PAO-

PROPRIA HÆC SI DONA FUISS.) Propria dona, A
expone diuturna, aut perpetua. Terent. And.

*Ego decorum vitam propterea sempiternam arbitror,
Quod voluptates eorum propria sunt.*

Attius Medea. *Fors dominatur, neque vita ulli propriis in
vita est.* Lucul. Cum sciam nihil in vita proprium mor-
tali datum esse. Virgil. lib. I. *Aeneid. Connubio iungam
stabili, propriamque dicabo.* * A. Horius de bello * Afico.
*Quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decre-
uit.*

QUANTOS ILLE VIRVM CAMPVS AGET
GBM.) Pathos per admirationem à miserabili pom-
pæ funebri facie in campo Martio. Etenim ibi crema-
tus, & sepultus fuit. Campus quidem ipse non edet gem-
mitus, sed frequens pop. Rom. multitudo. metonymia.
Deinde auersio ad Tiberinum, qui in Tiberi ha-
bitare putatur: aut figuratè, deum Tiberinum pro ip-
so anme, cui præsidet. *Funera* appellat omnis generis
mortalium frequentiam, funus in campum Martium
deducendum, & efferendum, tot stratis lectis, de qui-
bus supra: item accumbentium in funebri apparatu,
quem Augustus in extremo officio, mortuo sit præsta-
turus. Montfortius.

TELLVS IACTABIT ALVMO) Alumnus,
& alumna ab optimis scriptoribus patiendi tantum,
non etiam agendi notione usurpata esse voces, hoc
est, pro ijs, qui, quæue aluntur, non etiam pro ijs, qui,
quæue alunt, docet initio variarum lect. suarum Iose-
phus Castilio. Iis respondent nutritor, aktor: & in ge-
nere muliebri, nutrix, educatrix, alitrix. Idem ad testi-
monia, quæ ex Plinio, & alijs no. bene intellecta pro-
feruntur in aduersariam partem, ingeniosè respondet,
partemque veriore plurimis auctorum locis, & ele-
gantibus illustrat, quem lege sis.

HEV PIET. HEV PRISCA FIDES) Exclamationis
caussa dolor est, quod tria virtutum genera, quæ in he-
roibus præcipue commendantur erga patriam, cum
ipso Marcello sint sepelienda, cum ea per mortem præ-
stare patriæ nequeat, pietas, fides, fortitudo, à qua eum
magis commendat per distributionem. Montfort.

SEV SPVMANT. EQUI FOD.) *Vellus equo spumante
Sagea*, lib. 12. Vocabulum fodere, variè iungitur a-
pud Horat. *lænum qui fodiat lænus*, est, extrema manu
pulsio latere qui admoneat, ut illum, & illum saluet, &
prenset. At Plaut. *latus fodere* dixit in Aulul. pro, cul-
tro latus aperire. *Congrio, istuc malefactum arbitror,
quia non lænus fodi.* Virgilius autem armos fodere dixit
de equite calcæria equo admovente. Ex Lamb. in Horat.

SI QVA FATA ASP. RVMPAS) Utinam aliqua ra-
tione fatalem necessitatē posses effugere, tu esses Mar-
cellus alter, & reus nomine. Cæsari Augusto recitauit
ipse Virgilius secundum, quartum, sextum. Sed hunc
præcipue Octaviæ gratia, sororis Augusti, maris Mar-
celli, summæ expectationis adolescentis, qui periit an-
no ætatis 18. successor Augusti designatus. Cum igitur
interesset recitationi Octavia, ad hos de filio suo versus
defecisse dicitur: atque ægrè recreata, dena festertia in
singulos poetæ numerari iussisse, hoc est, 256. corona-
tos, siue daleros 312. ut hac ratione pro versibus vno, &
vigintri (tot enim sunt ab illo, *Egregium forma iuuenem*
&c. ad illum, *Hæu miserande puer*, &c. in quo defecta
corruit Octavia) quinq; millia, ducentos, & quinquaginta coronatos tulerit.

Admiremur hanc tam ingenuam feminæ nobilissimæ, ac iudi-
cio non muliebri prædita liberalitatem, quæ tam ingenti munere
ingenia præclara non posse satis digno pretio honorari, voluit o-
stendere. Nunc si viueret nostro hoc sæculo Virgilius, & quot olim
pro paucis carminibus aureos, pro tota *Aeneide* ferreos, aut plum-

beos nummos acciperet, nonne putas illum magnæ actum gra-
tias? Cur ita? quia cum litteræ generatim hodie frigeant, & prop-
in exilium pellendæ videantur, tum poetica cum poetis suis fame
propemodum emoritur, quando illorum præmia rapiunt alij, qui
aut nihil, aut parum de litteris gustauerunt. Sylla, ut testatur pro
Archia Cicero, cum ei malus de populo poeta libellum subiecisset,
& in eum epigramma fecisset tantummodo versibus alternis lon-
giculis, subitè ex his rebus, quas vendeat, præmium ei persolui
iussit, cum ea tamen lege, ne quid postea scriberet. Existimauit vir
prudens, etiam mali poetæ laborem aliquo præmio prosequen-
dum. Nostri, ne bonos quidem. Audi Plin. epist. 21. lib. 3. Fuit moris
antiqui, eos qui vel singulorum laudes, vel vrbium scripsissent, aut
honoribus, aut pecunia ornare: nostris vero temporibus, ut alia
speciosa, & egregia, ita hoc inprimis exoleuit. Nam postquam de-
simus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus. Con-
sentanea his est Mureti querimonia lib. 4. cap. 1. Non mirum, si
illis temporibus multi, & præstantes poetæ fuerunt, cum, qui ea
facultate excellebant, & maximis muneribus honestarentur, &
honoribus amplissimis maestarentur. Ætate nostra vocalis ille
olim Musarum chorus conticuit: quæque auaritia maris pia po-
tentiorum clausit, eadem venas Heliconij liquoris obstruxit.

Sed eò referat sese, unde aliquantulum deflexit
oratio. Hoc de Virgilio, & Octavia cum à multis pro-
ditum sit memoriæ, & comuni opinione firmatum,
Seneca in Consolat. ad Martiam cap. 2. negat, (quan-
quam dubitare possis, de Virgilijne, an de aliorum ver-
sibus loquatur) quos ab Octavia reiectos dicit. Mihi vi-
sum est totum locum ad verbum transcribere, ut &
qualis hic iuuenis, Marcellus, inquam, fuerit, & quàm
insanibili eum dolore mater defunctum proscuta sit,
perspicue lector intelligat. Octavia amisit filium iuue-
nem, spe certa futuri Principis, Marcellum, inquam,
cui & auunculus, & socer incumbere cœperat, in quem
onus imperij reclinaret, adolescentem animo alacrem,
ingenio potentem, frugilitatis, continentiaque in illis
aut annis, aut opibus non mediocriter admirandæ, pa-
tientem laboris, voluptatibus alienum, quantumque
illi imponere auunculus, & (ut ita dicam) inædificare
voluisset, laturum. Bene iecerat nulli cessura ponderi
fundamenta. Nullum finem per omne vitæ suæ tempus
flendi, gemendique fecit. Nec vllas admisit voces, sa-
lutare aliquid afferentes. Ne auocari quidem se passa
est. Intenta in vnam rem, & toto animo affixa, talis per
omnem vitam fuit, qualis in funere. Non dico, non au-
sa consurgere, sed alleuari recusans: secundam orbita-
tam iudicans, lacrymas omittente. Nullam habere ima-
ginè filij charissimi voluit, nullam sibi fieri de illo men-
tionem. Oderat omnes matres, & in Liuiam maximè
furebat: quia videbatur ad illius filium transisse, sibi
promissa felicitas. Tenebris, & solitudini familiarissi-
ma, ne ad fratrem quidem respiciens, carmina celebræ-
dæ Marcelli memoriæ composita, aliosque studiorum
honores reiecit, & aures suas aduersus omne solatium
clausit, à solemnibus officijs seducta, & ipsum magni-
tudinis fraternæ nimis circumlucens exosa fortunæ,
defodit se, & abdidit. Assistentibus liberis, nepotibus
lugubrem vestem non deposuit, non sine contumeliâ
omnium suorum, quibus salis orba sibi videbatur. Ha-
ctenus Seneca. * *Notabis, lector, singulare luctum immoderati
exemplar in summa, cui iumen solatio multum, si potest in excelsis aza-
rem agens, deesse non poterant.*

De eodè Marcello sic scriptum est à Velleio lib.
2. M. Marcellus sororis Augusti Octaviæ filius, quem
homines ita (si quid accidisset Cæsari) successorem po-
tentia eius arbitrabantur futurum, ut tamen id per M.
Agippam securè ei posse contingere non existimarent:
magnificentissimo munere ædilitatis edito decessit, ad-
modum iuuenis, sane ingenuarum (ut aiunt) virtutum
lætusq; animi, & ingenij, fortunæque, in quam aleba-
tur, capax. De eodem Tacitus lib. I. Ceterum Augustus
subsidia dominationi Claudium Marcellum, sororis fi-
lium

lium, admodum adolescentem, pontificatu, & curuli A
 ædilitate: M. Agrippam ignobilem loco, &c. extulit.
 Baijs obijisse contendit in Commentar. Lipsius, quem
 lege. In eius honorem, & memoriam mater Octauia
 bibliothecam dedicauit, Cæsar theatrum, quod nomi-
 ne Marcelli in scripsit. Auctor Plutarchus in Marcello.

TV MARCELLVS ERIS) Ibidem Plutarchus.
 Clara eius (M. Marcelli) progenies vsque ad Marcel-
 lum sororis Augusti Octauia filium, quem edidit ex C.
 Marcello, pertinuit.

MANIBVS DATE LILIA PLENIS) Lilia poscit
 Anchises, quibus donis nepotis animam cumulet, vt
 inde præreptum iri spem publicam pop. Rom. indica-
 ret. Hinc Flaccus, cum spes nostras sæpe fallere animad-
 uertisset, indolisq; bona de manibus sepe rapi conspex-
 isset, postquam viuax apium dixit, breue mox lilium
 subiecit. Nam cum omnis flos, tum lilium spei hiero-
 glyphicum est. Pier. lib. 55. extremo.

PURPUREOS SPARG. FLORES) De consue-
 tudine sepulcra floribus aspergendi, multa testimo-
 nia veterum scriptorum afferri possunt. Diximus ali-
 quid in locum illum, *Purpureosq; iacit flores*, &c. lib. 5.
 Sueton. Augusto, cap. 18. Per idem tempus condito-
 rium, & corpus Magni Alexandri cum prolatum è pe-
 netrali subiecisset oculis, corona aurea imposita, ac flo-
 ribus aspersis veneratus est. In quem locum vide Tor-
 rentium.

Fuit autem sparsio illa florum recepta etiam in vi-

ais, nempe ijs, quos honore honestos volebant, quos-
 que beneuolentia prosequerantur. Liuius lib. 33. Om-
 nes tendere ad imperatorem Romanum, vt ruente tur-
 ba in vnum, adire, contingere dextram cupientium, co-
 ronas, lemniscosq; iacentium, haud procul periculo
 fuerit. Tacitus lib. 14. Annal. Octauia imagines gestant
 humeris, spargunt floribus. Capitolin. in M. Antoni-
 no. In salatu omen accepit imperij, coronas omni-
 bus in puluinar ex more iacentibus, alia alijs locis hæ-
 serunt, huius velut manu capiti Martis aptata est. Quid.
 de Germanico triumphante

*Quaę, ibi manibus circumplandere tuorum:
 Vndiq; iactato flore tegente vias.*

B Herodian. lib. 1. de Commodi aduentu in urbem. τοῦτον
 δὲ θεαζάμενοι τὸν βασιλῆα οἱ Ῥωμαῖοι ἐνφημίαισι παύσασ-
 παῖς, καὶ στεφάνων, καὶ ἀνθέων βολαῖς ὑπὸ δὲ χροῖο. Lipsius in
 Tacitum.

Alludit, credo Maro Marcellum lugens, ad Græ-
 corum morem, qui conspergere floribus sepulcra ante
 diem morte immatura interceptorum solebant, refe-
 rentes ad momentanei vigoris, & æui breuitatem, quæ
 flores carpit, &c.

ET FVNG. INANI MVNERE) officium enim il-
 lud honorarium Anchisæ ἀποτέτατον non erat, neque
 ad auertendum Marcelli fatum quidquam proficiebat.
 Sic etiam lib. 11. in principio. *vano mæsti comitamur ho-
 nore*. Vano dixit, quod eo in vitam reuocari desiderati
 mortui non possint. German.

----- Sic tota passim regione vagantur
 Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.
 Quæ postquam Anchises natum per singula duxit,

INCENDITQVE ANIMVM FAMÆ VENIENTIS AMORE:

890 Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda,
 Laurentesq; docet populos, urbemq; Latini:
 Et quo quemq; modo fugiatq; feratq; laborem.
 Sunt geminæ Somni portæ: quarum altera fertur
 Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbri:

895 Altera candenti perfecta nitens elephanto:
 Sed falsa ad cælum mittunt infomnia manes.
 His vbi tum natum Anchises, vnaq; Sibyllam
 Prosequitur dictis: portaq; emittit eburna:
 Ille viam secat ad naues, sociosq; reuifit.

900 Tum se ad Caietæ recto fert littore portum:
 Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.

AERIS IN CAMPIS) An quod inanis tota illa
 plaga sit, corporibus carens, animasq; & vmbas aërias
 eorum vice habeat, & aëre vacuo diffusa sit, & obfessa?
 aërem enim inane appellari, non est inusitatum. Quin
 inanitas de mari etiam dicitur. Plin. lib. 6. cap. 1. Non
 fuerat satis Oceano ambisse terras, & partem earum,
 aucta inanitate abstulisse. Nam malè, immanitate scri-
 bitur. An vero quodd in ditione sint Ditis, regiones atræ,
 & caliginosæ, id est, aëriæ? poetæ autem græci ἀερὶα
 quoque αἰθέρα, id est, vias aërias appellant, quæ ad Or-
 cum ferunt. Turneb. lib. 11. cap. 19.

INCEND. ANIM. FAMÆ VEN. AM.) fama enim,
 & gloriosum nomen animos ingenuos ad præclara fa-
 cinora sollicitant. Spes quædam immortalitatis viris

C magnis acerrimus est ad virtutis opera stimulus. ✱

EXIN BELLA VIRO MEM.) Longitudinem
 narrationis in compendium confert: nimis enim lon-
 gum fuisset, si separatim recensere omnia voluisset. Sic
 Terent. And. cum multa de nuptijs dicta fuissent, ne
 nimium actus producerentur, *intus*, inquit, *desponde-
 bitur*, *Intus transigetur, si quid est, quod restat*. Vt igitur
 poeta Anchisen longa suorum nomenclatura quasi de-
 lassatum leuare, lectoriq; etiam consulere videretur, ex
 sua persona cætera ipse breuiter colligit, quæ Anchises
 Æneam longiori oratione admonuisse putandus est,
 bella, quæ gesturus, & cum quibus populis, denique
 modum, quo aut fugere, aut ferre laborem posset.
 Nascimb.

SVNT GEMINÆ SOMNI PORTÆ) Ut inferos A tim inter dormiendum visa somniorum nos laceffant, vt somni portis emissa videantur.

Aufonius in Ephemeride quoque meminit harū portarum, atq; etiam alterius cuiusdam loci in hoc eodem sexto, vbi poeta vltimum sedem constituit vanis somnijs. Enumerat igitur somnia sua partim lata, partim tristia, & hæc auersatur, tandemque somnia quæcunque, quoniam ita luna eis placeat, vt non nisi cum ea veniant, nocturno tempore scilicet ad lunarem polum abire iubet. Habitari enim lunam, ibique montes, ac ciuitates esse garriuerunt quidam ex antiquis. In extremo non vnam vltimum, vt Virgilius, sed vel nemus vltimorum illis incolendum offert, dummodo ijs carere B queat.

Ἀλλὰ φέρε δὲ τάχιστα λιμένα. ταῦτα δ' ἀνέλα
ἴδ' ἵνα καὶ μετόπισθε τῇ ἑπιδόσῃ γυναικί.

Vt tantum non apertè dicere videatur, πᾶς πνεὺς καὶ τοιαῦτα λέγει χειρὸν ἐν ὄρῳ. Summus autem Homericarum virtutum imitator Virgilius, aliam rationem commentus est, qua idem obscurè, ac symbolicè indicaret. Nam cum duas ex Homero hinc quoque portas fecisset, corneam vnam, qua vera, eburneam aliam, qua falsa insomnia mitterentur, Æneam spectatis illis inferorum portentis, porta eburnea egredientem facit, vt sagacibus lectoribus suspicandum relinqueret, talem esse totam illam τῶν ἐσθλοῦν, qualia somnia ex inferis, eadem illa porta exire dixisset. Muret. lib. II. cap. 7.

Sed quia istud de geminis somni portis ab Homero sumpsit Virgilius, valebit in hunc eundem locum Porphyrij explanatio, quam ex eiusdem in Homerum commentarijs affert Macrobius. lib. I. in Som. Scip. cap. 3. his verbis. Latet omne verum: hoc tamen anima, cum ab officijs corporis somno eius paulum libera est, interdum aspicit: nonnunquam tendit aciem, nec tamen peruenit. Et cum aspicit, tamen non libero, & perfecto lumine videt, sed interiecto velamine, quod nexus naturæ caligantis obducit. Et hoc in natura esse idem Virgilius asserit dicens:

Aspice, namq; omnem qua nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam.

Hoc velamen, cum in quiete ad verum vsque, aciem introsipientis admittit, de cornu creditur: cuius ista natura est, vt tenuatum visui peruium sit. Cum autem à vero hebetat, ac repellit obtutum, ebur putatur, cuius corpus ita natura densatum est, vt ad quamvis extremitatem tenuitatis erasum, nullo visu ad vltiora tendente penetretur. Consule insuper Chiliad. adag. Oculis magis habenda fides, quam auribus.

Addamus his Turnebi sententiam ex lib. 4. cap. 14. Ferè putem Somni dictum, pro, somnij, vt dicantur somniorum duæ portæ. Moueor auctoritate Homeri, qui ὄνειρεῖν πύλας scripsit, id est, somniorum portis. Cuius qui negauerit imitatorē Maronem, is eadem licet opera affirmet, nihil intra oleam, nihil extra in nuce duri esse, Quanquam Hesychius, & somnij portas, & somni etiam accipi posse confitetur: cum præser-

Diuinum perhibent vatem sub frondibus vltimi
Vana ignauorum simulacra locasse soporum,
Et geminas numero portas. Quæ fornice eburnea,
Semper fallaces glomerat super æra formas.
Altera qua veros emittit cornea visus.
Quod si de dubijs conceditur optio nobis
Dæse fidem levis melius, quàm vana timeri.
Ecce ego iam malim falli. Nam dummodo semper
Tristia vaneant, potius caruisse fruendis,
Quam trepidare malis. Satis est benè, si metus absit.
Sunt & qui fletus, & gaudia controuersa
Coniectent, varioq; trahant euenta velata.
Ite per obliquos cæli mala somnia mundos,
Irrequieta vagi quæ diffant nubila nimbi.
Lunares habitate polos. Quid nostra subitis
Limina, & angustis tenebrosa cubilia tecti?
Me sinite ignauas placidum traducere nostros:
Dum redeat roseo mihi Lucifer aureus ortu.
Quod si me nullis vexatum nocte figuris
Mollis tranquillo permulserit ære somnus,
Hunc lucum nostro viridis qui frondet in agro
Vltimus, excubijs habitandum dedico vestris.

Quinq; potissimum genera somniandi constituit Macrobius. in Som. Scip. lib. I. cap. 3. ὄνειρον somnium, ὄραμα visionem, χρηματισμὸν oraculum, ἐνύπνιον insomnium, φάσμα, quod Cicero visum appellauit. Est autem insomnium, cum curæ, quales vigilantem fatigauerant, tales se ingerunt dormienti, siue eæ ad animum, siue ad corpus, siue ad fortunam pertinuerint. Quæ quoniam ex habitu mentis quietem, sicut præuenerant, ita & turbauerant dormientis, vnà cum somno auolant, & pariter euanescent. Hinc & insomnio nomen: non quod per somnum videtur (hoc enim est commune huic generi cum cæteris) sed quia in ipso somnio tantummodo esse creditur, dum videtur, post somnium nullam sui vtilitatem, vel significationem relinquit. At falsa quidem hæc esse, insomnia inquam, nec Maro, vt vides, tacuit. Amorem quoque describens, cuius curam semper sequuntur insomnia, ait in quarto, herent infixi potlore vultus, Verbaque nec placidam membris dat cura quietem. Et post hæc. Anna soror, qua me suspensam insomnia terrent? Cælum autem isto loco viuorum regionem vocauit: quia sicut dii nobis, ita nos defunctis superi habemur. * De falsis somnijs, & portis ista eburnea, Horatius, Ode 27. lib. 3.

— vigilans ne ploro
Turpe commissum? an vitijs carentem
Ludit imago
Vana? quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit.

Propert. de Cornea lib. 4. eleg. 7.
Nec tu sperne pijs venientia somnia portis,
Cum pia venerunt somnia, pondus habent.

Libet tandem coronidis loco, hanc eburneam, & cor-
neam portam, Io. Aurati elegia aurea inaurare. Germa-
nus enim peropportune sua succurrit symbola. Nullo
alio libro laxius visus est mihi, ait, effundi in laudēs Iu-
lez familiæ Maro, quàm hoc sexto, per quem passim
vitur superũm, inferũmq; responsis, Anchisæ effatis,
& præsentia, ad constituendam Romani imperij ma-
gnitudinem. quia tamen videri poterat commentum

A poeta agnoscere, & tacitè, de gente Troiana laudes su-
sceptas detetere, & defflorare hoc claudente ferè librũ
versu, quo Æneam portã dimitteus eburna, ex loci, &
Seruij sententia, indecenter superiorum oraculorum
fidem, deformi palinodia conuellit, Ioannes Auratus
consultus, ex hoc ancipiti viæ flexu, eduxit me, filo ita
præcunte.

DE ÆNEÆ PER PORTAM EBVRNEAM EGRESSV

ab inferis. Ad Germanum Valentem Pimpontium Regis à consiliis.

IO. AVRATVS Poeta Regius.

Qui magni tenebras nunc illustrare Maronis
Ausus es, & tanta rupis inire sinu.
Vnde per ora nouem magno cum murmure fontis
Unda sonat, totidem qua facit una lacus:
In quos haud ulli caua mersa profundius urna,
Quam tibi Pimonti, lingua utriusq; decus:
Tunc ultro me sacra vocas ducturus in antra?
An tibi sum visus dignus in illa comes?
An magis in proprium non ambitiosus honorem,
Me quoque partem aliquam laudis habere cupis.
Quamlibet ad montis socius sim debilis alti
Culmina, non dubitem te, comes ire, duce.
Ergo te sequor, & iuga, te præeunte, remota
Scandere prensandis vepribus aggredior.
Magna paro, qua tam multi querenda putarunt.
Illestres, nec adhuc sat reperere, viri,
Prodere: qua fuerit fingendi causa Maroni,
Quod constare sibi non bene, quisq; putet.
Æneam (Elysiis cum iam rediturus ab aruis
Carperet ad superos cum duce vate viam.)
Emissum porta cur vates dicat eburna,
Somnia qua manes mittere falsa solent.
Quò sit ut & possint hinc cetera falsa videri,
Qua de Romanis præcinit ante pater.
Nam si mendacem non dedecet esse poetam.
Mendacem immemorem dedecet esse tamen.
Omnis ut historia ficta consentiat ordo:
Constet & ex omni fabula parte sibi:
At mihi si fas est secreta recludere vatis:
Altaq; tam docti pandere sensa viri:
Mæonida pariter Graij, Latiiq; Maronis
Orgia, (sit procul hinc turba profana) canam.
Mæonides antro Nympharum fingis Ulyssem.
Ingressum porta, qua Borealis erat.
Altera nam Australis, qua non mortalibus ullis
Pernia, sed solis est incenda deis.
Ha gemina porta respondens scilicet illis,
Somnia vera quibus, falsaq; missa volant.
Cornea, quã veris facilis datur exitus umbris,
Australi porte conuenit una Deum.
Qua Borealis habet nomen, respondet eburna:
Qua, meant homines, somnia falsa meant.
Es quia corpus erant hominum mortale Sibylla,
Æneaq; simul vera, nec umbra lenis:
Porta mortales exire decebat eburna:
Cornea nam veris manibus una pater.
Nec tamen hinc possunt Anchisæ falsa videri
Dicta, quod Æneæ falsa vel umbra foret.
Anchisæ namq; umbra fuit sine corpore vera:
Et verum dixit vera quod umbra fuit.
Vera namque dei sunt umbra: fallere nec dijs
Fas est: sed veros dicere vera decet.
Somnia & ipsa deum sunt vera signa figura:
Falsa quibus vita est, somnia falsa homines.

FF* 3

Nec

*Nec veris, falsiq; idem patet exitus umbris,
 Id quod & his verbis innuit ipse Maro.
 Nulli fas casto sceleratum insistere limen,
 Nam scelerata hominum, castaq; turba Deum.
 Nec dissentit ab his divini charta Platonis,
 Antri qua geminas differit esse fores.
 Penè sui vertens ad verbum carmen Homeri,
 Diversaq; deum dans, hominumq; vias.
 Sunt animis gemina veniunt dum in corpora porta,
 Exceduntq; illis: hec Borea, illa Noti.
 Per Boream veniunt cum corporis antra capeffunt:
 Oëlipedis cancri quæ inber acre micat.
 At redeunt calo, quæ stas Capricorne, per Austrum:
 Mortifer est Ausster, vivificus Boreas.
 Testis eris quod deficiens animus quoq; statum
 Australi, Borea flante recolligitur.
 Mori & ad astra viam, sedes aperitq; deorum:
 Sedem ad mortalem vita sit ipsa via.
 Viventes morimur, morientes vivimus: umbra
 Falsa sumus vini, veraq; post obitum.
 Diis quoque sunt umbra, qui sunt sine corpore, vera:
 Falsa sunt umbra, quas graue corpus habet.
 Aeneas qualis, qualis fuit umbra Sibylla:
 Cornea cui clausa est, portaq; eburna patet.
 Sed me nunc satis est digito monstrasse latebras
 Antri: plura sibi, qui vult, inde petat.
 Porphyriumq; simul comitem sibi vatis in antrum
 Jungat, ut & nobis possit habere fidem.
 Virgilium sinxisse sibi constantia, cum dijs
 Cornu, sed non dijs sculptile donat ebur.
 Hactibi Pimonti si non, & qualia vellem,
 Qualia nunc possum consule missa boni.
 Donec & in nostro tibi pars ponatur Homero:
 Cuius in antra sacra est impetus ire mihi. &c.*

Hactenus Germanus ex Aurato. Consule etiam lib. 59. A
 apud Pierium, super veris, falsisq; somnijs. p. 431.

ILLE VIAM SECAT AD NAVES) Dixit, secare
 viam, ut Euripides Phœnissis. ὁ τὴν ἐν ἀέρι νῆγρῳ τέμ-
 νων ὁδόν. Sic Posidippus in epigramm. τὸν τῆς θύρας
 τέμνει τοῖς ποταμοῖς. Rursum lib. 12. Sic Turno, quacunq; viam
 secat, agmina cedunt. Et Georg. 1.

Haec inter mediamq; dua mortalibus agris

Munere concessa divum, & via secta per ambar.
 Lucret. lib. 6. de aqua marina per terræ meatus colata.
 inde super terras redit agmine dulci: Qua via secta semel
 liquido pede detulit undas. Alibi noster, scindere viam,
 dixit.

AD CAIETÆ PORTVM) Vide initium libri se-
 quentis. Sed αὐλητικῶς accipiendum, id est, tum enim
 hoc nomen nondum habebat.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Laus Deo.





SYMBOLARVM
IN P. VIRGILIVM MA-
RONEM LIBER XII.

Ad septimum Aeneidos.

SYNOPSIS.



*H*omerus noster Mantuanus Aeneidem suam, id quod in Prodidagmatis docere meminimus, simulacrum quoddam, paruum illud quidem, atq; modicum, ex bipartito Homeri opere, eoq; longo admodum, & è libris eius plurimis, puta, ex Iliade, & Odyssea, cum ingenio, & iudicio (quorum utrumq; maximum illi contigit) cum labore præterea, diligentiaq; vix imitabili effingere omni ope, industriaq; contendit. Sed cum hæc sedata, civilis, & tanquam comica: illa contrà, fremitus, ac tumultus plena, prorsus bellica, tragediæq; similis videatur: hæc Ulyssis prudentissimi viri, in patriam redire enixissimè laborantis varios errores, variosq; casus: illa præliorum dimicationes apud Troiam, & funera utrinque facta pertractet, Latinus vates ordine permutato, prius Odyssea, quam Iliadis imaginem quasi expingere instituit: ac prioribus quidem libris sex virum, Troie qui primus ab oris, multum terra, mariq; rebus aduersis exercitus in Italiam aliquando profugus venisset: totidem sequentibus arma, & eundem heroem multa bello passum, donec urbem, potitus videlicet Lauiniae connubio, constitueret, admirabiliter descripsit. Quocirca, qui liber ordine septimus numeratur, idem huius augustissimi, æternumq; memorandi poematis alterum dimidium exorditur: quandoquidem initia, causasq; bellorum omnium comprehendit, & in extremo, (ut Homerum Iliad. lib. 2. fecisse manifestum est) catalogum haud ita breuem, earum urbium, atque ducum contexit, qui belli societatem cum Turno aduersum Troianos coiuerunt. Istuc verbis planissimis Marq; ipse, non longè à principio monet:

— & primæ reuocabo exordia pugnae.
Tu vatem, tu diua, mone. Dicam horrida bella,
Dicam acies, actosque animis in funera reges,
Tyrrhenamq; manum, totamq; sub arma coactam
Hesperiam.

Sed. utilissimum fore autumo, τὸ ὑποκείμενον totius libri huius particulatim lectori, & ἀναλυτικῶς ad cognoscendum proponere. Ab inferis regressus Aeneas, dataq; ad sepulturam Caieta nutrice sua, à qua usque hodie eius loci oppidum Caieta vocabulum tenet (id quod ad venerande anus illius immortalitatem proficit) insulam Circes triuenefica, ut Plautinè dicamus, Neptuni favore feliciter præteruehitur. Etiam tum voces sociorum Ulyssis, cantionibus, & pharmaciis magæ illius in bestias conuersorum ibidem exaudiebantur, erantque metu suspense Troianorum mentes, ne quo infortunio eodem appulsi, pari calamitate mactarentur, &

Gg*

ipse

ipsi quoque leones, canes, lupos, urfos, porcos, asinos induerent. Verum, ut dicebamus, à Neptuno adiuti, locum periculosissimum celeri cursu legerunt. Postera luce venti, quasi iam suis partibus perfuncti siluere, viditque prospectu capto Æneas lucum vastum, & per illum undas suas in mare deuoluentem Tiberim. Eò remis contendens, aduerso flumine in Latium, atque adeò in agrum Laurentem exscensionem facit. Deinceps à poeta huius libri argumentum proponitur, de quo nos supra. Nam status rerum & tempora Latij, quæ fuerunt Troianis aduenientibus, non æquè multam eius partem obtinent. Latinus Fauni filius, Pici nepos, Saturni pronepos tum regnabat, cui stirps virilis nulla: sed unica tantum filia, eaque viro tempestiua, nomine Launia: quam inter alios ex vniuersa Italia nobilitatis amplissimæ iuuenes, etiam Turnus Rutulorum Rex in matrimonium petebat, & ei (utpote Venilia sororis suæ filio) Amata regina, puella mater studebat impensius, generumque exoptabat omnimodis. Atqui fata extero, & nominatim Ænea illam despondebant. Huc quippe duplex prodigium in regia conspectum, unum de apum examine, lauri cacumen occupante: alterum de comis Launiae innoxia flamma exardescens, tum corpus eius totum inuoluentibus, ignemque totis adibus, cum omnium stupore dispergentibus pro certo pertinere, consultus à Latino Faunus respondit: addens, connubium illud, familie suæ sempiternæ futurum gloriæ: quando Ænea, Troianorumque posteri, terrarum domini olim salutandi essent. Oraculum hoc fama mox per urbes distulit. Sub arboribus corpora curantes, cum rei cibaria penuria compulsi, ipsas quoque mensas paniceas absumerent, ab Ascanio vaticinij Celenus Harpyiæ admonentur, illius nempe in 3.

Italiam cursu petitis, ventisque vocatis
Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.
Sed non antè datam cingetis mœnibus urbem,
Quam vos dira fames, nostræque iniuria cædis
Ambefas subigat malis absumere mensas.

Inde latitia viris oboritur, quia se nunc demum tot exantlatis laboribus excitanda urbis potestatem nacturos animaduertunt. Hinc etiam regionem sibi iam pridem promissam, ac destinatam præsentem præsentem consalutant, & Anchisæ nihilominus, cum Celenus prædictione ad vnguem consentiens præsenso, ab Ænea, ad gaudium nimirum exaggerandum in medium profertur. Dij item terræ tutelares, ac præsides religiosè saluantur. Jupiter è celo signum faustum mittit, ac bonæ spei complet animos. Diuersi loca exploratum concedunt, gentis, urbis, fluuij, stagni nomina renuntiant. Postea legati centum, cum muneribus ad Latinum, de pace, & societate concilianda mittuntur. Æneas interea urbem pro tempore designat, & aliquod adificationis dat initium. In suburbano Laurenti iuuentus vario ludicrorum genere, laudabili maiorum instituto exercetur. Regia magnificentissima, regis cultus qui fuerit, declaratur. Vocat intrò Legatos Latinus, ac se famam Troianorum accepisse testatus, causam legationis exquirat. Ilioneus orator altius ducto principio, respondet, locum oppidi extruendi rogat, se beneficii in perpetuum memores, gentem suam Latinis honori, præsidioque futuram pollicetur. Rex letabundus petita concedit: quin etiam ipsi Ænea filiam uxorem, oraculi auctoritati obsecutus offert: videndique hominis, & alloquendi desiderio se ictum ostendit. Legatos pro numero toridem equis eleganter instructis muneratur: bigas seorsum, magno pretio comparatas, ad Æneam aduectandum transmittit. Porro fatalis Troianorum aduersaria, & inimica Juno tam secundis illorum euentis indolecens, & se usque ad id temporis in persequendis, diuexandisque insontibus actum egisse (quia eos perdere funditus non potuisset) ingemiscens, Aleto furiam ab inferis, ad pacem disturbandam, bellumque accendendum euocat. Illa Amatam iam antea Teucris insensam aggreditur, coniectoque in mulierem serpente, eam furentem, & insanam efficit. Primum vafre dissimulans animum, pacatus apud maritum agit: fortunisque Launiae suæ illacrymat, ut quæ aduena, & exuli uxor committenda sit: argumenta dissuadentia colligit, contraria dissoluit. Vbi se frustra esse intelligit, persona deposita, per oppida & sylvas, instar Menadis, cum globo faminarum simili peste concitatarum

tatarum discursat. Deinde Aleto vetula, Junonia sacerdotis formam in se capeffens, Turnum ad Troianos, unaq; Latinum bello acerrimo laceffendos, ac naues incendio disperdendas instigare molitur illa quidem: sed ab heroe cordato, ut curiosa, & fatua exploditur. Qua contemptione irritata, facem in eum contorquet. Is repente furore tanto inflammatur, ut aliud quam bellum, cades, & sanguinem cogitare nihil possit. Ergo suis arma statim indicit. Nondum quiescit Furia. Ad Troianos abit, venantem Ascanium observat, canes eius in ceruum cicuratum, & à Tyrrhæ armentarij liberis nutritum, præsertimq; à Sylvia filia in delicijs habitum, irritat. Hunc Ascanius sagitta figit: fixus ceruus domum venit: gementi, ac propemodum ploranti simillimus ob dolorem vulneris. Re agnita, puella rustica pagum omnem clamoribus suis ad facinoris ultionem conciet. Tyrrhus quoque non deest sibi, & Aleto de fastigio stabuli classicum canit. Agrestes undique cum telis, quæ ira monstrauerat, sese effundunt: Troiani æquè haud segniter Ascanio suo auxilium apportant. Dirigitur acies, nec iam perticis, rastris, sudibus, sed struictis mucronibus decertatur. Occumbit Almon filiorum Thyrrhi maximus, & cum eo Galefus, Ausoniorum agricolarum copiosissimus. Aleto Junoni excitatam tragædiam, conflictumq; primum gratulans, ad maiora spondet operam. Feruntur in urbem cadauera. Latinum rustici obtestantur, uti se ultorem iniuriarum profiteatur: ad idem Turnus eum etiam atque etiam sollicitat: regiam cingunt, consensu bellum flagitant. Rex fatorum, pactaq; memor amicitiae, constanti voluntate repugnat, ac tandem se cogit testatus, ipsum Turnum (quod euentus postea docuit) magno hanc temeritatem, piaturum prænuntiat. Juno huic negotio velut proma conda, per se belli portas referat: quem morem prius exponit Virgilius. Fremit, & in arma ruit tota pene Italia, urbiumq; alia istuc, alia aliud telorum genus studiosè parat, ac providet. Postmodum duces cum locis, è quibus quisque venerit, percensentur: duces, inquam, qui cum Turno in exitium Troianorum conspirauerant. Caterùm, ne nuda enumeratio parum iucunda veniat lectoribus, quasdam historiolas opune excois inspergit. Camillam quoq; sub finem honorificè tractat, eam à laborum tolerantia, à voluptatum contemptu, à summa pedum celeritate, ab admiratione hominum, ab eximio denique corporis, & armorum ornatu, ac specie dilaudat. Hypothesin sex librorum sequentium habemus summatim apud Ovidium lib. 14. Metamorph. ad hunc modum videlicet.

Solvitur herbofo religatus ab aggere funis:
Et procul insidias, infamataque relinquunt
Tecta deæ: lucosque petunt, vbi nubilus umbra
In mare cum fulua prorumpit Tibris arena:
Faunigenæque domo potitur, nataque Latini,
Non sine Marte tamen. bellum cum gente feroci
Suscipitur: pactaque furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota, diuque
Ardua sollicitis victoria quæritur armis.
Auget vterque suas externo robore vires:
Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur
Castra: neque Æneas Euandri ad mœnia frustra,
At Venulus frustra profugi Diomedis ad urbem
Venerat. Ille quidem sub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliaque arua tenebat.
Sed Venulus Turni postquam mandata peregit,
Auxilium petijt. vires Ætoli heros
Excusat, nec se aut soceri committere pugna
Velle sui populos: aut quos è gente suorum
Armet, habere villos.

Et infra.

Hinc vbi legati rediere, negata ferentes
Arma Ætola sibi, Rutuli sine viribus illis
Bella infasta gerunt: multumque ab vtraque cruoris
Parte datur. Fert ecce avidas in pinea Turnus
Tecta faces: ignesque timent, quibus vnda pepercit.

Postquam deinde navium mutationem in nymphas descripsit, ita pergit.

Spes erat in nymphas animata classe marinas
 Posse metu monstri Rutulum desistere bello.
 Perstat, habetq; deos pars vtraque: quodque deorum est
 Instar, habent animos. Nec iam dotalia regna,
 Nec sceptrum foci, nec te, Lauinia virgo,
 Sed vicisse petunt, deponendiq; pudore
 Bella gerunt. Tandemq; Venus victricia nati
 Arma videt, Turnusque cadit.

EXPLANATIONES.



V quoque littoribus nostris Æneia nutrix
 Æternam moriens famam Caieta dedisti:
 Et nunc seruat honos sedem tuus: ossaq; nomen
 Hesperia in magna (si qua est ea gloria) signat.
 At pius exequijs Æneas ritè solutis,
 Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
 Æquora tendit iter velis, portumq; relinquit.
 Aspirant auræ in noctem, nec candida cursum
 Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.

TV QUOQUE LITTORIBVS NOSTRIS) Fortas-
 sis aliquis putet, improprie caput libri constituisse Vir-
 giliū, quia dixit *Tu quoq;* cum antea versum nullum
 posuisse videatur, vnde hic pendeat. Hoc existimant,
 quia interiecta nesciunt retrahere, vt quod ad tempus
 separatum est, iungant. Iste enim versus, sublato me-
 dio de inferis tractatu, Miseni exequijs iungitur: ab his
 enim discedens carminis cursus, ad eisdem redit, & fa-
 cit integram narrationem, vt rectè posuerit, *Tu quoq;*.
 Melius autem apparebit hæc assertio, si, vnde discesse-
 rit, repetamus.

*At pius Æneas ingenti mole sepulchrum
 Imponit, suaq; arma viro, remumq; tubamq;
 Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
 Dicitur, æternumq; tenet per sæcula nomen.*
 Sequi debuit.

*Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix
 Æternam moriens famam Caieta dedisti.*

Interposita igitur de inferis carmina, quod vnum esse
 oportuit, diuiserunt: sed nunc vnū est, quia vnde se re-
 cessisse meminerat poeta, remeavit. Ergo superioribus
 hæc neçtens, ait *Tu quoq;* littoribus nostris, &c. Donat.

Tu quoque, vti Misenus, & Palinurus Troiani, quo-
 rum ille tubicen, hic naucerus, siue gubernator Æneæ
 fuit. Et à priore quidè cognominatus est Misenus mons
 in Campania, vbi cineres eius conditi sunt: à postero-
 re nomen tulit Palinurus, Lucaniz quoddam promon-
 torium, vbi ei lucus dicatus, factumq; cenotaphium à
 Velinis, ad manes eius placandos videlicet, quem per
 summum scelus occiderant, vt est lib. 6. De nomine lo-
 ci ibidem his verbis.

*Et stant tumulum, & tumulo sollemnia mittent,
 Æternumq; locus Palinuri nomen habebit.*

Huc refer à Germano citata, Statij: *sedes Phrygio quas
 debet alumno Mitis anus.* Et Martialis lib. 10.

*Non blanda Circe, Dardanisue Caieta
 Desiderantur, nec Marica, nec Lyris.*

ÆTERNAM FAMAM) Æternum aliquando est, quod
 finem nullum habet: aliquando, quod finem quidem
 respicit, sed quando, & vbi, nescitur. Notauit ex D. Au-
 gustino Delrius in Herculem Octæum Senecæ, act. 3.

CAIETA) Refert Aurelius Victor ex veteribus li-
 bris, Commentario de origine gentis Rom. Caieta co-

gnomen fuisse, nō nomen: ex eo scilicet inditum, quod
 eius consilio, impulsuq; matres Troianæ tædio longæ
 nauigationis classē incenderint, græca scilicet appel-
 latione, καίνω, quod est, incendere. Rei fides pe-
 nes auctores esto: ego nec affirmo, nec refello. Vide
 quid ex Strabone dicat Vrsin. de huius oppidi nomine.
 A curuitate dictum vult, quod Lacones curua, caieta
 appellent.

SERuat HONOS SEDEM TVVS) Figura notissima
 qua mirè delectatur Maro noster, ὑπανάλη, seu inuer-
 sio, Vt, *Ibant obscuri sola sub nocte*, pro, ibant soli sub
 obscura nocte: *dare classibus Austros*, pro, classes dare
 Austris. Eodem modo hic: *seruat honos sedem tuam*, id
 est, sedes seruat honorem tuum. Manet loco, in quo
 condita iaces, honor tuus, quo tu illum honoras, quia
 te habet, & tu illi nomen das de tuo nomine: seu po-
 tius nomen tuum ipsum, tu, femina non vulgaris, sed
 nutrix viri pietate, prudentia, nobilitate generis præ-
 stantissimi, & qui fundauit Romanum imperium: inde
 tua, & nostra gloria. Tale ἀγρόνυμα est in quodam epi-
 taphio in Euripid. 3. Anthol.

Οὐ σὸν μνημα τὸ δὲ ἐς' ἐνερπίδην, ἀλλὰ σὺ τῷ δῷ.

Τῇ σὴ γὰρ δόξῃ μνημα τὸ δὲ ἀμυτχάου.

*Non est hocce tuum monumentum: tu magis illi es
 Euripide, per te nobilis est tumulus.*

OSSAQVE NOMEN SIGNAT) Dictum à Marone,
 quod sepulchra quædam sunt sine nomine, ignobilium
 capitum, & ingloriorum. At verò Caietæ sepulchrum
 memorabile fuit posteritati, nomenq; habuit. Sic &
 Ouid. cecinit. 12. Metamorph. *tumulo quoq; nomen ha-
 bentis Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.* Verius
 tamen utrobique crediderim de nominis inscriptione,
 quod in tumulis incidebatur, quod non item in vilium,
 & ignobilium hominum bustis fieri solebat. Turneb.
 lib. 21. cap. 22. * Sensus ergo est, tumulo tuo, ó Caietæ, nomen
 tuum incisum est ad perennem tui memoriam. Nomen indicat, cuius
 ossa ibi sunt deposita. Colligantur hinc exempla aliquot eorum, qui
 nutrices suas honorarunt. Insigne quoddam memorat ex Iunio Ro-
 sico Tiraquell. de Nobilit. cap. 20. num. 92. Duobus illis Gracch.
 Tib. & Caio frater mortuus fuit, bellicosissimus. Cui aliquando è
 bello redeuntis, multus hostium spolijs onusto obuiam venerunt ma-
 ter, & nutrix ipsius, quibus munus obtulit, matri quidam annulum
 argenteum, nutrici torquæ aureum. Querente matre, desine queri,
 inquit ille: tu enim me nomen tantum mensibus vtero tuo tulisti.
 hæc

hac me duobus annis uerbis suis sustinuit. Si quid decori hoc in ore habeo, id ei debeo, quia me eo promexit. Si contra aliquid dedecus, id per te factum est, quia me alieno concubitu concepisti. Hac me tumidus lætavit ob voluptatem, quam ex me educando capiebat: tu me concepisti ex voluptate, quam ex alio capiebas. Quod ex te habeo, corpus est ex mihi honesta ratione mihi datum. Quod autem hac mihi sponte detulit, ex animo puro, & sincero processit. Cū infans essem, vix ex utero prolatus, continuo me a tuo consortio, & oculis relegasti. Hac vero ita me relegatum mox obuius Vini blandē excepisti.

HESPERIA IN MAGNA) Magnam vocauit etiam lib. 1. *Sen vos Hesperiam magnam, Saturniaq; arua*, &c. ad discrimen Hispaniæ, aiunt, quæ Hesperia minor, & ab Horatio vltima dicitur. Seruius tamen in locum à me prolatus ita scriptum reliquit, quod verisimilius arbitror. *μεγάλη* enim *Ἰλλὰς* appellata est, quia à Tarento vsque Cumas omnes ciuitates Græci condiderant.

SI QUA EST EA GLORIA) cur sic loquitur? quia *ἐπικλείει*, vt aliàs non semel. Docent autem illi insipientissimi sapientes, eorum quæ hic aguntur, sensum nulum pertinere ad vita functos, ergò nec officiorum funebrium. Huiuscemodi quiddam & Seruius Sulpitius in illa nobili epistola ad M. Tullium, super obitu eius filiiæ Tulliæ. Quod si quis etiam inferis sensus est: qui illius amor in te fuit, pietasq; in omnes suos, hoc certe illa te facere non vult. Epitaphium Caietæ legitur apud Nasonem *Metamorph.* lib. 14.

— *urna q; Æneia nutrix*

Conditæ, marmoreo tumulo breue carmen habebit.

Hic me Caietam nota pietatis alumnus

Ereptam Argolico quo debuit igne cremari. &c.

EXEQUIIS SOLVTIS) Apud Cic. 1. *Tuscul.* exequi, pro funerare legimus, vnde exequiarum nomen, quod inde natum est, quod multi cadauer eius, qui efferebatur, sequebantur.

At qui labores morte sinisset graues,

Eum omnes amicos laude, & latitia exequi.

Turneb. lib. 9. cap. 18. *Funus*, est cadauer iam atdens, quod dum portatur, exequias dicimus: crematū, reliquias, & bustum: conditum iam, sepulcrum. Seruius.

AGGERE COMPOSITO TUMVLI) Dictum est ex Græcorum consuetudine, qui *τάφον χοῦ* *ῥαδα* dicunt. Lucian. *καὶ τὰφον ἰχω* *ῥαμν* *ἐν ἀμύκλαις*. Exaggerare autē terram solebant: quòque altius educebatur, eo honorificum magis erat: atque è tumore illo, moleque terræ latinum nomen *tumulus* partum est. Homerus quoq; eodem modo. *ῥήμω* *ῥ* *σῆμ* *ἰχνα*. Et, *χαυαίης δὲ τὸ σῆμα*. Turneb. lib. 4. cap. 14. Idem lib. 19. cap. 29. & lib. 30. cap. 38. Non ab re dixit Maro. Nam prisci tumulos

A honoratorum multum exaggerabant, id mortuorum honori accedere existimantes, vt apud Æschylum, *πολύχωςον ἂν εἶχες τὰφον* *ῥαπτοῖας γὰρ*. Apud Græcos quoque *χυμὸς τὰφου*, *χωμα* exponitur, id est sepulchri agger, & *χὺμ* *ἢ δὴ* *ῥ* *τύμβος* *χωινυμένη γῆ*. Sed ex Hesychio etiam eandem explanationem confirmare me delectat. *χυμὸς τὰφου* *χωμα*. Iterum, *χὺμ* *ἢ δὴ* *ῥ* *τύμβος* *χωινυμένη γῆ*. Ita Græcus Grammaticus tumulum aggerem terræ interpretatur.

POSTQVAM ALTA QVIERVNT ÆQVORA) Postquam æquor stratum siluit, & ventosi ceciderunt murmuris auræ, vt alibi loquitur.

TENDIT ITER) Passis velis proficiscitur per humidas illas vias, per campos aquarum immensos. Tendere iter poetis relinquamus, oratorū sermo est, itinere quopiam contendere.

ASPIRANT AVRÆ IN NOCTEM) Aura ab ære dicta, quasi ærea, quod lenis sit motus æris. Agitatus enim ær auram facit, vnde & Lucret. *æreas auras*. Ibid. lib. 13. cap. 10. Aura est tenuis, seu lenis ventus, seu ventulus. Auræ poetis sæpe vsurpantur pro ære. Virgil. 1. *Æneid.* *Quem si fata virum seruant, si vespitur aura* *Ætheria*. Ibid. *Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras*.

NEC CAND. CVRS. LVNA NEG.) Propter candorem solet etiam dici argentea: & propter colorem auris, sol vocatur aureus. Sensus est horum verborum, *Ibāt tacita per amica silentia luna*, vt est in 2. Erat nox sublustris. Contrarium, nox illunis. Plin. epist. lib. 6. Vix viam deserueramus, & nox non quasi illunis, & nubila, sed quasi in locis clausis lumine extincto. &c.

TREMULO SVB LVMINE) Sæpe Lucretius splendorem tremorem, vocat.

Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum. &c.
Sub terris ideo tremulum iubar hastat ignis:

Ignis siquidem, cui *ἰσοφῶν* astra putarunt Platonici, tremulas esse flammæ leuitate & calore constat: vnde in Pharmaceut. supra, *corripuit tremulis altaria flammis*. Et D. Propert. *Armorū radijs picta tremebat aqua*. German. * *Quod sæpe facere Lucretium asseuerauit German. Verum est.* Nam & lib. 4. iamq; rubrum tremulis iubar ignibus erigere altē Cum coepit natura. Et lib. 6.

Præterea solis radijs iactatur aqua

Humor, & in lucem tremulo rarefcit ab æstu.

Cic. quoq; lib. 2. de *Consulatu suo*, claro tremulos ardore cometas. A Virgilio redditus est quidam versus Ennianus ex Menalippa, Lumine sic tremulo terra, & caua cærule cadent. Etiam lib. 8. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis Sole repercusso.

- 10 Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Diues inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu: tectisq; superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.
- 15 Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum:
Setigeriq; fues, atq; in præsepibus vrsi
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum.
Quos hominum ex facie Dea sæua potentibus herbis
- 20 Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.

Quæ nemonstra pij paterentur talia Troës
Delati in portus, neu littora dira subirent,
Neptunus ventis impleuit vela secundis:
Atq; fugam dedit, & præter vada feruida vexit.

PROXIMA CIRCÆ) Imprudens Æneas, utpote A deæ patris soror. Alij Æetæ, & Hecates filiam, Medæ sororem esse volunt, ut refert interpres Apollonij in Argonaut. M. Tull. lib. 3. de nat. deor. scribit, Circen, & Pasiphaen è Perseide Oceani filia natus esse, patre sole. De ea sic Homerus Odyss. x.
Κίρκη ἐν πλόκαμος, διττὴ δὲ δὲ ἀνδρῶσσι
Ἀνδροσύγῃσι δὲ ὁλοφρονέει Αἰθιάα.
Ἀμφὶ δ' ἐκ γαίαν φασσι μελέειν ἅλλοισι.

CIRCÆ TERRÆ) De origine Circes discrepant auctorum sententiæ. Hæc cum Sarmatarum regi nupsisset, eumque paulò post venenis extinxisset, & sola regno potita subiectos crudeliter habuisset, pulsa regno, cum parua mulierum manu, in Italiam fugit, & in promontorio, quod ab ipsa postea Circeium dictum fuit, confedit. De eius veneficijs, & mutatis ab ea Vlyssis socijs lege Natal. Comitum lib. 6. cap. 6.

RADYNTVR LITTORA) Sic locutus est lib. 3. Æneid. *Hinc alas cantus, proiectaq; saxa Pachyni Radimus.* De columba volante lib. 5. *Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.* Ibidem. *Radit iter laeuum interior.*

INACCESSOS LVCO) Inaccessibiles, inaccessendos. Nam Vlysses illuc venit. Ergo in accessos, non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus debeat accedere. Vt, *Aut illaudati nescit Enfridis aras,* Georg. I. hoc est, illaudabilis, nam ab Isocrate laudatus est. Seruius.

RESONAT CANTV) resonare facit. Eclog. I. plenè posuit. *Formosam resonare doces Amaryllida syluas.* Quod continenter sequitur, *telesq; superbis,* exponendum, magnificis, sumptuosè ædificatis, quæ superbum queant facere. Nam vox *superbis*, ut alibi monemus, nò ad mores duntaxat, & homines, sed ad inanima quoque per sepe, à poetis præsertim, accommodatur. ✕

VRIT ODORATAM) Hoc ex antiquorum consuetudine dictum videtur, quod ex Homero sumptum est. Ignitabulum enim, vel focum in medijs ædibus habebant, in quo tēdas vrebāt luminis causa, ut narrat Hesychius in vocabulo λαμπτήρ, his verbis. λαμπτήρ, φέγγος, φῶς, λαμπά, ἰσχυρά, ἃ φ' ἡς ἕκαστος εἰς τὸ φωτίζειν αὐτοῖς ἐνεχέειν, & διαδία. Turneb. lib. 4. cap. 14.

NOCTVRNA IN LVMINA) Lucret. lib. 6. *Nonne vides etiam nocturna ad lumina linum Naper ubi extinguitum admonere.*

ARGVTO PECTINE) stridulo, sonanti, ut Seruius. Argutum pectinem videtur poeta vocare, ut radium textorium Græci καρπίδα vocant, ὡς τὸ κάρπιν, à strepitu, quem inter texendum edit. Aut fortasse respexit ad Euripideum illud in Iphigenia Taurica, ἢ δ' ἰσοῖς ἐν καλλιθόγγις.

PERCVRR. TELAS) ἰδὲν ἐπιτοχάμην dixit Homer. Iliad. α.

HINC EXAVDIRI GEMITVS, &c.) Ovid. lib. 14. *Memor.*

Herbiferos adiit colles, atq; atria Glaucus Sole satæ Circes, variarum plena ferarum.]

Homer. Odyss. x.

Εἶθ' ὅτ' ἐν βύσσῃσι τέτυκτα δῖμα δὲ κίρκης,
Ζεῖσοισι λάσσι περὶ σπλάγῃ ἐν χάρῃ,
Ἀμφὶ δὲ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέεσσι, ἢ δὲ λέοντες,
Τὸς αὐτὴ κατέλεξεν, ἐπεὶ κατὰ φάρμακ' ἔδωκεν.

Circe Solis, & Perse filia, Æetæ Colchorum regis, Me-

Id est, Circe compta coma, horribilis dea, soror germana Æetæ perdita cogitantis. Ambo autem à Sole lumē hominibus suppeditante nati sunt. Hæc socios Vlyssis aliquot, qui ea loca, in quibus commorabatur, statim in fues vertit, præter Eurylochum, qui cæteris eius domum ingressis, suspicatus dolum subesse, extra fores remanserat. Auctor Homer. lib. supra citato.

Ἀνδρῶν ἐπὶ δῶκεν, & ἐκπύον, ἀνδρῶν ἐπὶ δῶκεν
Ῥάδον πεπληγῆα καὶ ἀσπασίον ἐργον,
Οἱ δ' οὐκ ἔχον κατὰ δῶκεν, φωνὴν δὲ, δῖμας τε,
καὶ τείχεα. ἀνδρῶν νῆς ἦν ἑμπέδης, ὡς τὸ πάρος περ.

Id est, porro autem posteaquam Circe pharmacum dedit, & illi ebiberunt, tum illa eos virga percussos in harris conclusit. Illi autem suum quidem habebant capita, sed mens eis erat stabilis, ut antea. Dio Chrysost. oratione, *δογμάτων, ἢ περὶ ἀρετῆς*, per Circen putat significari voluptatem, quæ non gladijs, neque hastis, neque bipennibus, neque sagittis homines oppugnat, sed luxu, delicijs, epulis, illecebris, mollitie, rebus Venereis, & similibus illicit in fraudem, inescat, decipit, effeminat, liquefacit, eneruat. Multa alia de Circe, & voluptate ab illo politissimo, & dulcissimo scriptore differuntur. Cicin Diuinat. contra Cæciliū, ad hanc Circes fabulam alludens. Est adhuc, inquit, id quod vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mutius. Quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem?

æquius ad leuandam mulieris calamitatem? vehementius ad quæstoris libidinem coercendam? summè hæc omnia mihi videntur laudanda: sed repente, è vestigio ex homine tanquam aliquo Circæo poculo factus est Verres, redit ad se, atque ad mores suos. Omnino credibile est, Circen illam, si vnquam fuit, mulierem fuisse impudicam, & libidinosam, quæ arte meretricia, blanditijs, & illecebris homines à se illectos, & irretitos, à rebus agendis, & ab officio abduceret, atque ad vitam voluptuariam traduceret, quod & Seruius existimat, sic scribens in hunc locum. Circe ideo Solis filia fingitur, quia clarissima fuit meretrix, & nihil sole clarius. Hæc autem libidine sua, & blanditijs homines in ferinam vitam ab humana deducebat, ut libidini, & voluptatibus operam darent: unde fabulæ datus est locus. Idem voluit Horat. epist. 2. lib. 1.

Sirenium voces, & Circes pocula nosti:

*Quæ si cum socijs stultus, cupidusq; bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors,
Vixisset canis immundus, vel amica luto, sua.*

Bibit tamen Vlysses, ut affirmat Homerus, sed pharmacum illud propter antidotum ipsi à Mercurio præbitum, nihil nocuit. Hactenus ex Lamb. in Horat. Fabulam hanc attingit Tibull. lib. 4.

*Solum nec docta verterunt pocula Circes,
Quamuis illa foret Solis genus, apta vel herbis,
Aptaq; vel canem veteres mutare signas.*

Quid

Quid innuit Circes fabula, inquit Paræmiogra- A
phus, veneficijs homines vertentis in feras, nisi eos, qui
nequaquam ratione ducuntur, quod est hominis pro-
prium, sed totos se dediderunt turpibus affectibus, iam
præter hominis vocabulum nihil hominis habere,
sed ad pecudum degenerasse naturam, puta libidi-
ne in vrsos, somnolentia ignaviaque in feras, ferocia
in leones, atque ita de consimilibus? Quid Vlysses, qui
solus poculo epoto, virgaque monstrifica percussus, nō
est mutatus, nisi firmum illum, & constantem sapien-
tis habitum, qui nec frangi terroribus, nec vllis affe-
ctuum illicijs ab honesto potest abduci? Sunt verò qui
dicunt, rei veritatem ex eo esse inspiciendam, quod Cir-
ce meretrix, quos sibi turpi amore deuinxerat, effecit B
tandem prædatores, viarum obsessores, & homicidas,
nempe quibus nihil superesset ad vitam miseram sus-
tentandam. Quæ vitia, cum potius ferarum sint, quam
hominum, rem totam lepido, & commodo schemate
Homerus, & alij nonnulli è veteribus adumbrarunt. A-
pud Ouid. 14. Metamorph. Macareus, vius de comiti-
bus Vlyssis, Achæmenidem agnoscens, qui cum Ænea
ab eo in fidem receptus nauigabat, & Caietam vnā ve-
nerat, ei exponit, quomodo ad Circen peruenerint,
quales ibi bestias ex hominibus offenderint, quibus il-
la occupationibus cum nymphis suis dedita fuerit, vn-
de veneficium composuerit, qua demum ratione ab ea
transmutati, & postmodum per Vlyssem in pristinam C
formam restituti sint. Carmina ipsa, quamquam com-
plusscula, quoniam Virgilio illustrando mirè faciunt,
mea quidem sententia, & lecta periucunda sunt, non
me pigebit subijcere, & hic quoque, vt aliàs sæpissimè,
à Nasone Symbolam petere.

terris allabimur illis

Quas pcul hinc cernis, procul hinc (mihi crede) viden-
Insula visa mihi: tuq; ò iustissime Troum (da est
Nate dea (neq; enim finio Marte vocandus
Hostis es Ænea) moneo, fuge littora Circæ.
Nos quoq; Circeæ religata in littore pinæ,
Antiphata memores, immanisq; cyclopiæ
Irene gabamus, sed tecta ignota subire
Sorte sumus lecti: fors me, fidemq; Politen-
Eurylochumq; simul, minimiq; Elpenora vini,
Bucq; nouem socios Circeæ ad mœnia misit,
Quæ simul attigimus, stœtinusq; in limine tecti,
Mille lupi, mistiq; lupis vrsq; leaq;
Occursu fecere metum: sed nulla timenda,
Nullaq; erat nostro factura in corpore vulnus.
Quin etiam blandas monere per aëra caudas,
Nostraq; aduantes comitant vestigia, donec
Excipiunt famula: perq; atria marmore tecta
Ad dominam ducunt. Pulchro sedet illa recessu
Sublimi solio: pallamq; induta nitentem,
Insper aurato circumuolatur amictu.
Nereides, nymphæq; simul, quæ velleræ motis
Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt,
Gramina disponunt: sparsosq; sine ordine flores
Secernunt calathis, variisq; coloribus herbas.
Ipsa quod hæ faciunt, opus exigit: ipsa quis usus,
Quoq; sit in folio, quæ sit concordia mistis
Nonit, & aduertens pensas examinat herbas.
Hæc ubi nos vidit, dicta acceptaq; salute,
Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.
Nec mora, misceri tosti iubet bordeæ grani,

Mellaq; vimq; meri cum lacte coagula passo,
Quisq; sub hac lateant furtim dulcedine succos
Adiicit. accipimus sacra data pocula dextra.
Quæ simularenti sitientes hausimus ore,
Et tetigit virga summos dea dira capillos,
Et pudor, & referam, setis horrescere cœpi:
Nec iam posse queri. Pro verbis edere rancum.
Murmur, & in terram toto procumbere vultu,
Osq; meum sensi pando occalescere rostro,
Colla tumere toris: & qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant, illa vestigia feci.
Cumq; eadem passis (tantum medicamina possunt.)
Claudor in antra. suis solum caruisse figura
Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.
Quæ nisi vitasset, pecoris pars vna fuisset
Nunc quoq; setigeri: nec tanta cladis ab illo
Certior ad Circen ultor venisset Vlysses.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant superi, nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitisq; simul celestibus, intrat
Ille domum Circæ, & ad infidiosa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Reppulit, & stritto pavidam deterruit ense.
Inde fides, dextraq; data, thalamoq; receptus
Coniugij dotem sociorum corpora poscit.
Spargimur ignota succis melioribus herba,
Percutimurq; caput conuersa verberare virga:
Verbaq; dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canis, magis hoc tellure lenati
Erigimur, setaq; cadunt, bifidosq; relinquit
Rima pedes, redempt humeri, & subinnata lacertis
Brachia sunt, flentes flentem complectimur illum,
Hæremusq; ducis collo: nec verba locuti
Vlla priora sumus, quam nos testantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora, multaq; præsens
Tempore tam longo vidi, multa auribus hausi.

Lege insuper Commentarium Plutarchi, Quod bruta
ratione vtuntur.

SERA SVB NOCTE RVDENTVM) Ruditus pro-
priè est clamor asinorum, vt grunitus porcorum, vlu-
latus luporum, coax ranarum, quæ omnia sono vocis
constat esse composita. Seruius.

SETIGERIQUE SVES) Lib. 11. Multa bonæ cir-
ca mañantur corpora morti, Setigerosq; suæ, &c. Lib. 12.
Setigera fatum suis, insonsamq; bidentem. Dat idem huic
bestiæ epithetum Lucretius.

IN PRÆSEPIBVS) caucis vbi aluntur, non enim re-
uera præsepia habebant. Seruius.

POTENTIBVS HERBIS) propter vim & potentiam
magicam potentibus, de qua potentia diximus multa
in Eclogam 8. & 4. Æneid.

IN VULTVS AC TERGA FERARVM) Formam
quidem humanam, sensumq; amiserant, mentem reti-
nebant, vt vult Homerus, vt supra vidisti.

PII TROES) Qualis rex, talis populus. Et, Regis ad
exemplum totus componitur orbis.

NEPTVN. VENT. IMPLEVIT VELA) Nunquid in eius
potestati ventus? Nonne dixit sibi sæuum tridentem sor-
te datum, Æolumque ventorum regem appellauit in
primo? An intelligimus id eum impetrasse prius ab
Æolo?

PRÆTER VADA FER. VEXIT) periculosa nauigan-
tibus. τῷσις est.

25 Iamq; rubescebat radijs mare, & æthere ab alto
AVRORA IN ROSEIS FVLGEBAT LVTEA BIGIS:

Quum

- Quum venti posuere, omnisq; repente resedit
 Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
 Atq; hîc Æneas ingentem ex æquore lucum
 30 Prospicit: hunc inter fluuio Tiberinus amœno
 Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
 In mare prorumpit: variæ circumq;, supraq;
 Assuetæ ripis volucres, & fluminis aluéo,
 Æthera mulcebant cantu, luoq; volabant.
 35 Flectere iter locijs, terræq; aduertere proras
 Imperat: & lætus fluuio succedit opaco.

AVRORA IN ROSEIS) Respexit ad Homericum A
 versum Odyss. β. appellat enim Auroram roseos digi-
 tos habentem, id est, formosam. ἡμῶς δ' ἡ ἑρμῆς αὐτὴν
 γάδο δ' αὐτὴν ἡ ὥς. Et hunc eundem versum ad verbum
 alibi ponit. Ex eodem videtur natus ille incerti auctoris,
Et roseis manibus sidera dispulerat. Pacuius in Thye-
 ste, *Non illic luteis aurora bigis.* Lucret. lib. 5.

*Tempore item certo roseam Matuta per oras
 Ætheris auroram deferit, & lumina pandit.*

Vrsin.

CUM VENTI POSVERE) Quieuerant venti, quasi
 iam minimè necessarij, Stat. lib. 1. Thebaid. *Et compres-
 sa metu seruantes murmura venti.* Et lib. 5. *cum fera po-
 nit hyems.* Notum dicit tollere, & ponere freta Horat. B
 Ode 3. lib. 1.

IN LENTO MARMORE) Catull. in Galliambo,
 marmora pelagi. Noster rursus hoc ipso libro, *Quam
 multi Libyco voluntur marmore fluctus.* Marmor mare,
 propter nitorem marmoreo nitore similem.

LVCTANTVR TONSÆ) Ennius. *Ponè petunt, exin
 referunt ad pectora tonsas.* Idem. *Poste recumbite, vestra-
 que pectora pellite tonsis.* Lucret. lib. 2. *Antennas, proram,
 malos, tonsasq; natantes.* Virgil. lib. 10. *socij consurgere
 tonsis.* Tonsa, inquit Festus, remus, quod quasi tondea-
 tur ferro. Tonsæ, vt interpretatur auctor vocabularij
 latinogræci, ῥάται. Ex Lamb. in Horat.

Ennius, *Aliusq; in mari magno vult tenere tonsam.* C
 In quem versum Hieron. Columna: Dicta autem est
 tonsa, non vt vult Festus, quasi tondeatur ferro, cum
 omnia quæ ferro tonderentur, tonsæ appellari possent:
 neq; vt ait Seruius, à decutiendis fluctibus, sicut tonso-
 res à rondendis, & decutiendis capillis: sed à tunden-
 dis fluctibus: vel quia de arboribus fiunt, cum rami de-
 tonsi sunt.

ING. EX ÆQ. LVCVX PROSPICIT) Facilis esse
 potuit luci apparentis inspectus, ex tranquillo pelagi,
 & sereno sole surgente. Inter frondosas, inquit, arbo-
 res ferebatur vorticibus rapidis Tiberinus amœno flu-
 uio, id est vmbroso, quia inter arbores, seu quia per lu-
 cum. Illud etiam ad gratiam eius accedebat, quod non
 erat cœnoscus, sed habebat arenas flauas. Sic autem lætus
 fuit Ænez aduentantis in Italiam ingressus, vt elemen-
 ta ipsa obsequi, & aues gratulaturi viderentur. Do-
 natus.

VORTICIBVS RAPIDIS) I. Æneid. *rapidus vorax
 agnore vortex.*

MVLTÀ FLAVVS ARENA) ob id eum flauum vo-
 cat Horat. Ode 2. lib. 1.

ÆTHERA MVLCBANT CANTV) Non mulcetur,
 quod audiendi sensu non est præditum: sed poetis li-
 bet ita loqui, vt rei suauitatem, magnitudinem, &c. si-
 gnificent.

LÆTVS) Cur enim illo tempore non lætaretur,
 qui factionem lunonis inimicæ, constantia, & virtute
 superasset? Cur non lætaretur visis tot augurijs, ac sig-
 nis futuræ prosperitatis? Cur non lætaretur periculo-
 rum maris omni cura deposita? Donatus.

FLVVIQ SVCCEDIT OPACO) Infra, *muroq; subi-
 bant.* lib. 1. Æneid. *Quis non hic nostris successit sedibus
 hospes?* Eclog. 5. *successimus antro.* Hoc eodē lib. 7. *succes-
 sitq; gemēs stabulis,* de ceruo vulnerato. Opacus Tiberis,
 quippe quem per ingentem luctum profluentem, à dex-
 tra leuæque arborum comæ inumbrabant. Hoc per-
 spicue intelligitur ex illis versibus lib. 8. quando Ænez
 ad Euandrum profectio narratur per Tiberim.

*Olli remigio noctemq; diemq; fatigant,
 Et varios superant flexus, variisq; teguntur
 Arboribus, viridatq; secant placido aquore sylvas.*

- Nunc agè, qui reges Erato, quæ tempora rerum,
 Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
 Quum primùm Aufonijs exercitus appulit oris,
 40 Expediam: & primæ reuocabo exordia pugnae.
 Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella:
 Dicam acies, actosq; animis in funera reges,
 Tyrrhenamq; manum, totamq; sub arma coactam
 Hesperiam. MAIOR RERVMI MIHI NASCITVR ORDO,
 45 MAIVS OPVS MOVEO.

NUNC AGE QVI REGES ERATO) Magno con-D
 filio, & exquisitis inuentionibus Ænez laudes accu-
 mulat. Facit enim noui aduentus eius initium, nouum
 alia pars videatur esse, alia gestorum in Italia. Inuo-
 catio, viri fortitudinem & felicitatem continet. De-
 buir

buit enim posteritas nosse, qualem reipub. statum in Italia inuenerit, ut inde emergat prædicatio eius, cuius virtute multò melior, & felicior facta est. Donatus.

Apollon. 3. Argonaut. *είδ' ἄγε νῦν Ἑρλὼ μὲν ἴσσο, καὶ μὲν ἴσσοι.* Cur potissimum Erato Musam nominet poeta, vide German. Ab *ἔρωτι*, id est, amore nominatam declarat illud Nasonis 2. de Arte. *Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes.* Ex Placiade, & Cornuto alia veriloquia profert Gyrard. quem legere fuerit operæ, Syntagmate videlicet de Musis, ubi & cur no- uem, & unde nomen Musa natum, præclare tradit. Musarum inuenta, munera, numerum, nomina distinctè admodum complexus est his versibus Ausonius.

CLIO gesta canens, transactis tempora reddis.

MELPOMENE tragico proclamat mæsta beatæ.

Comica lasciuo gaudet sermone THALIA.

Dulciloquos calamos EUTERPE flatibus urget.

TERPSICHORE affectus cithara mouet, imperat, auget.

Plectra gerens ERATO, saltat pede, carmine, vultu.

Carmina CALLIOPE libris heroica mandat.

VRANIE calis motus scrutatur, & astra.

Signat cuncta manu, loquitur POLYHYMNIA gestu.

Mentis Apollineæ vis huius mouet undiq. Musas.

In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Huiusmodi inuocatio extat infra hoc eodem libro, eadem de causa, ob rem nempe arduam ac difficilem.

Pandite nunc Heliconæ deæ, cantusq. mouete,

Qui bello excitare reges: quæ quemq. secuta

Complerint campos acies. &c.

ADVENA CLASSEM EXERCITVS) Ad laudem Troianorum pertinet, ut virtute, & prosperitate sua peregrini in locis alienis ingenti fultos familiari substantia superauerint: simulq; etiam illud excusat, quod apud Ilium gestum est. Qui enim Italiam optimam substantia, & viris, armisq; instantem, paruo exercitu, & reliquijs Danaum obtinere potuerunt, possent etiam patriam suam congruè defendere, nisi essent factione

A Iunonis ab effectu opitulationis exclusi. Donatus.

DICAM HORRIDA BELLA) Leuia esse non potuerunt, quæ cum opulentis regibus gesta sunt: nec vnum bellum, sed plura: nec leuia, sed horrida. Donat. * *Non sit absurdum, putare, poetam ad naturam belli respexisse hoc epitheto horrida, & esse generale. Grane enim bellum est, horridum, asperum, sauum, durum.*

DICAM ACIES) Cum acie instructa configitur magna virtutis opus est: quia cominus bellum geritur. Quanta igitur paucorum Troianorum virtus, qui magnas, multas, & instructissimas hostium acies sustinere, & euincere potuerunt? Donatus. * *Acies Isidoro, quod ferro armata sit, & acuminis gladiorum, quem adiunxit illud 2. Æneid. stat ferri acies mucrone corusco, Stricta, parata neci. De B aciebus instruendus fertur Æliani liber.*

ACTOS IN FVNERA REGES) In sua, inquit Donatus, non in Troianorum funera. Quum enim animis ferocitate exagitatis in alienum exitium ruerent, ipsi Troianis è diuerso certantibus ceciderunt.

TYRRHENAMQVE MANVM) Ut poeta Tyr- rhenam manum dixit pro copijs, itidem & Græcis vsi- tatum *χῆρες* in eadem significatione ponere.

TOTAM HESPERIAM COACTAM) Genera- lis ista conclusio, quantum Itolorum metum significat extitisse? Qui cum scirent paucos esse Troianos, non numerum, sed virorum fortitudinem timuerunt. Do- natus.

C. MAIOR RERVM MIHI NASCITVR ORDO) Hoc illi Terentiano in prologo And. comparat Dona- tus. *Verum aliter multo euenire intelligit.* Non enim hoc se elegisse dicit Virgilius, sed quasi ex ipso ordine sibi natum esse.

MAIVS OPVS MOVVO) Donatus ita Compa- rationis ratio ex superiori carmine descendit. In hoc enim librorum ordine, actus superioris temporis fa- cilius inuenitur. Plus est quippe quæsitum virtute, quam fuit illud, quod casibus, & vi maiore constabat amissum.

----- Rex arua Latinus & vrbes

Iam senior longa placidus in pace regebat.

Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica

Accipimus. Fauno Picus pater, isq; parentem

Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus auctor.

50 Filius huic, fato Diuum, prolesq; virilis

Nulla fuit, primaq; oriens crepta iuuenta est.

Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,

IAM MATVRA VIRO, IAM PLENIS NVBILIS ANNIS.

Multi illam magno è Latio, totaq; petebant

55 Ausonia: petit antè alios pulcherrimus omnes

Turnus, auis, atavisq; potens; quem regia coniux

Adiungi generum miro properabat amore:

Sed varijs portenta Deum terroribus obstant.

LONGA PLACIDVS IN PACE REGBAT) D
Et in pace regere populos, & in longa pace, eximia laus, & magna felicitas boni Principis: quem & sui ament, ut parentem, & alieni armis sollicitare non audeant. Nequaquam regit in pace suos, qui multos, & sæpe diuersis supplicijs vlscisci, & capitali etiam poena mul- tare cogitur. Vbi notanda Senecæ illa guome, Non

minusturpia sunt Principi multa supplicia, quam me- dico multa funera. Laudatur ab Herodiano lib. 6. A- lexander Seuerus, qui annis quatuordecim *ἀναιμάντω* gesserit imperium, ne vno quidem occiso: in quo men- dacijs conuincitur à Lampridio: ut omittam, quod Christianos quoque sub eo quosdam martyrio affectos legimus. &c.

Hh*

Hvnc

HUNC FAUNO, ET NYMPHA) Tractat hunc A locum Arnobius lib. 2. ubi de origine deorum contra gentes disputat. Eius verba sequuntur: Quis Iouem cum fratribus genuit? genitalibus Opis admotus Saturnus (ut vos fertis) cælo, atque Hecata procreatus. Quis Picum Fauni patrem, atque auum Latini? Saturnus, ut ijdem vos vestris scriptis, atque auctoribus traditis. Ergo si hæc ita sunt, sequitur ut Picus, & Iupiter germanitatis sibi sociati sint iure, utpote vno ex sanguine, vnoque ex semine procreati. Consentaneum est ita esse quod dicitur. Ab Ioue, & Pico quot sunt generis, atque ad Latinum gradus? trini, ut indicat series, &c.

NYMPHA MARICA) Nominatur etiam ab Horatio. Ode 17. lib. 3. & à Martiale. Ab eadem dictus mons in Campania Maricus. Et cum aliàs vxor Fauni tradatur Fauna fuisse, oportet nos dicere Faunam, & Maricam eandem esse. Immo, ut Lactantius autumat lib. 1. cap. 21. eadem Marica post mortem, quæ Circe. Nam & Romulus, inquit, post mortem Quirinus dictus est, Leda Nemesis, & Circe Marica. Iustinus scorsim sentit à Virgilio, qui Latinum Fauni nepotem facit his verbis. Ex filia Fauni, & Hercule, qui eodem tempore, extincto Geryone, armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat, stupro cõceptus Latinus procreatur. Dionys. lib. 1. Herculis filium facit Latinum. Quod autem Fauni filius sit creditus, inde autumat cõtigisse, quia puellam illam hyperboream, quam pro obfide à patre eius acceptam circumducebat, in Italia grauidam reddiderit, & ita antequam pareret Fauno Aboriginum regi nuptum dederit. sed ut reuertamur ad Lactantium, si eadem Marica quæ Circe, licebit Latinum Circes filium autumare. ✠

SANGVINIS VLTIMVS AVCTOR) Vltimus, id est primus. Sic Catull. in dedicat. phaseli. *ultima ex origine Tussetisse dicit in cacumine.* id est, à prima origine. Sic Terent. Extremam amoris lineam vocauit, quæ prima etiam dicitur, & vltimam plateam: idque quoniam, ut philosophi docent, idem quodammodo est primum, & vltimum. Cic. pueritiæ memoriam recordari vltimam. Muret. in Catull. * *Addo ex Cic. 1. de Off. Efficiturq; id quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, ut vniuersi ex pluribus. Et 3. de Finibus, Eorum dico, qui summum bonum, quod vltimum appellant, in animo ponere. Cuius Nonim.*

PRIMAQUE ORIENS EREPTA IVENT.) In ipsa pueritia: illa enim ætate quodammodo orimur, seu ortum nostrum proferimus. Qua ætate cum parentibus liberi sint charissimi, meritò dicuntur illis eripi, cum moriuntur. Non enim eripitur, nisi quod antè comprehensum retinetur. ✠

SOLO DOMVM, ET TANTAS SERVAB. FILIA SEDES.) *ἑκκλησίαν* virginem significat: non quod orta aut parentibus, aut gentilibus esset, sed quam vniuersum ius succedendi, aut tota hæreditas respiceret: in qua etiam signif. *ἑκκλησία* ab Aristot. in Polit. accipitur: item & 8. Ethicorum. *ἑκκλησίαι γυναῖκες ἀρχαί.* Et Plutarchus. *Οἱ χειμᾶτον ἔνθα λαμβάνοντες ἑκκλησίαι,* quibus *παγκλησία, πανθησία,* hoc est, ἡ πᾶσα κτῆσις, & κληρονομία obuenit, aut obuentura est. Vide autem apud Aristot. lib. Polit. 2. orta bella, & seditiones ex nuptiali caussa, propter orbas, & bene dotatas puellas. German. Nec abludit illud Statij Thebaid. lib. 1.

— *huic primis, & pubescentibus annis*
Mira decore pio, sermabat nata penates
Intemerata toris.

Utrobique autem τὸ seruabat, significat, possidebat.

IAM MAT. VIRO IAM PLEN. NVB. ANNIS) Non est iteratio, ait Seruius, sed secundum ius locutus est, in quo, & ex annorum ratione, & ex habitu corporis ætas probatur. Primum ergo ad habitum, secundum ad annos pertinet. Magius iterationem esse contendit lib. 1. cap. 2. Puellas hæc nobiles, ac viripotentes Græci *βαθύζωνες* appellat. Pindar. Olymp. Ode 3. *ὄν βαθύζων διδύμοις παῖσι Λήδα.* cuius vocis illa ratio est, quod ante primum concubitum zonæ virginalis solutio fieret. Virgilium affabrè imitari, atque exprimere videtur Ouid. lib. 14. Metamorph. de Canente Pici vxore.

Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis,
Preposito cunctis Laurenti tradita Pico est.

Nec longè abest ab eo Claudianus lib. 1. de raptu Proserp. *Iam vicinatore plenè adolenerat annis Virginitas.* Stat. lib. 1. Achilleid. de filiabus Lycomedis

Omnibus eximium forma decus, omnibus idem
Cultus, & expleto teneri iam sine pudoris
Virginis matura toris, anniq; tumentes.

Varro acerbam virginem maturæ opponit, quod notat German. Testis Nonius in voce acerbum. Virgo de conuiuii abducatur, ideo quod maiores nostri virginis acerbæ aures Veneris vocabulis imbui noluerunt. Tertullianus lib. de velandis virginibus, pro virgine habet, & immatura quidem, quæ circumactis mensibus nondum naturæ leges persoluisset, & tum ait ille rem acerbam esse adhuc, ipsamque virginem (haud dubiè Varronis exemplo) acerbam vocat. Quod autem maturas virgines, quamuis virtum non cognouerint, hoc nomine tam nobili, & amabili spoliati, aduersatur consuetudini, & iudicio communi, & cum suis sophismatibus valere iubendus est. Acerbam virginem Horat. Ode 5. lib. 2. immitti vix, & vitulæ, quæ subacta ceruice ferre iugum, & munia comparis nondum valet, eleganter comparauit. Quamquam ex Iureconsultorum sent. mares ducere vxores possint anno 14., fæminæ nubere anno 12., tamen adhuc quæritur, qua potissimum ætate vteruis inire matrimonium debeat. Sententias grauium auctorum producit Tiraquell. in 7. leg. Connub. à num. 39. Memorabile dictum Cleobuli, filias nuptum tradendas ætate virgines, sed prudentia, & sensu mulieres. Quo satis monuit, non esse festinandum ad ista sacra hymenæia.

MULTI ILLAM PETEBANT) propterea scilicet, quod esset vnica, & senis filia, spesque esset regni mox futuri. Erat regis filia, & maiores numerabat reges. Adde, quod etiam eximia erat pulchritudine prædita, sicut in lib. 12. describitur. Hæc omnia ad petendum incitabant. Ob hæc sibi vxorem dari multi nobiles ex omni Italia postulauerant. Donatus.

Propriè admodum dixit, *petebant*: nam & proci à procando, id est, à petendo dicuntur. Catull.

Nulli se dicat mulier me annubere malle,
Quam mihi, non si se Iupiter ipse petat.

Ouid. 1. Metamorph. *Multa illam petiere, illa auersata petentes.* Simili autem sententia vsus est Catullus in carmine nuptiali, quem forsitan imitatus est Virgilius. *Multa illum pueri, multa optauere puella,* loquitur de flore pulcherrimo, qui septis secretus nascitur hortis, &c.

ANTE ALIOS PVLCHERRIMVS OMNES) Non petijisse ante omnes intelligendus est Turnus, sed ante omnes pulcherrim⁹. Heroas suos à pulchritudine com-

commendat Homerus, ut formam videlicet cum virtute, cuius plerumque signum quoddam est, coniungat. Eius exemplo suos ab eadem re Virgil. Turnum, Æneam, Euryalum, Ascanium, Lausum, Pallantem, Herculem, Auentinum, Virbium, Asturem. ✽

TURNVS AVIS, ATAVISQVE POTENS) Nobilitas hoc etiam maior censetur, quod vetustior, eò magis augetur, quod longius procedit. Quare ab antiquitate generis poeta non modo hic Turnum ut nobilissimum, sed etiam in i. Didonem, ibidem Teucrum, lib. 12. Camerem, Murthanumque commendauit. Vide Tiraquell. de Nobilit. cap. 19. à principio.

Auus, inquit Isidorus lib. 8. cap. 5. patris pater est, quasi prope auum. Abauus proauis pater, iam longè ab auo. Atauus abauis pater. Tritauus atauis pater, quasi tetravus, id est, quartus supra auum. Sed tritauus vltimum cognationis nomen est. Porro Nonius atauum ait esse

dictum, quasi tatam aui, id est, patrem. Pueri enim, inquit, paruuli patres tatas, matres mammas appellant. Varro Bimargo. Aui, & atauis nostri, cum allium, ac cæpe eorum verba olerent, tamen optimè animati erant. ** Verumtamen atauos sapimus pro ipsis maioribus indiscriminatim nominari inuenies, & aliquando etiam auos, nota figura. Exemplo sit Horatianum istuc ex Ode 1. lib. 1. Mæcenas atauis edite regibus.*

QVEM REGIA CONIVX AD. GEN.) Quia pulcherrimus, & nobilissimus, meritò illum præ alijs generum regina optabat. Accedebat tertia causa, quæ hic tacetur, propinquitas: erat enim ex sorore nepos, quia Venilia Turni mater Amata germana soror. Cupiebat igitur benefacere suo potius, quàm alieno, quod natura præscribit. ✽

SED VARIIS PORTENTA DEVM) Duo portenta, quæ varios terrores efficiebant, diuersè territabant animos, cum alij hoc, alij aliud timerent.

- Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
 60 Sacra comam, multosque metu seruata per annos:
 Quam pater inuentam primas cum conderet arces,
 Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
 Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.
 Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
 65 Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ,
 Obsedere apicem: & pedibus per mutua nexis
 Examen subitum ramo frondente pependit.
 Continuò vates, Externum cernimus, inquit,
 Aduentare virum: & partes petere agmen easdem
 70 Partibus ex iisdem, & summa dominarier arcem.
 Præterea castis adolet dum altaria tædis,
 Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo,
 Visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem,
 Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari:
 75 Regalesque accensa comas, accensa coronam
 Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
 Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
 Id verò horrendum, ac visu mirabile ferri.
 Namque fore illustrem fama, fatisque caneant
 80 Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.

LAVRVS ERAT TECTI) Quomodo Turni, & Cricomæ ut si per montes flamma uagetur. Lauiniæ coniunctionem portenta deum impederint, & Amata consilium disturbarint, iam exponit.

IN PENETRALIBVS ALTIS) Penetræ est omnis interior pars domus, licet sit inlecta. Vnde laurum fuisse in penetralibus non est mirum. Seruius. Paulus ex Festo, penetralia sunt penatium deorum sacraria. Isid. lib. 15. cap. 4. Penetralia secreta sunt oraculorum, & penetralia dicta ab eo, quod est penitus, hoc est, pene intus.

SACRA COMAM) ita frondes arborum nominantur poetis, comæ inquam. Horat. *Diffugere nives, redeunt iam gramina campis, Arboribusq; coma.* Catull. de buxo, *Loquente sapa sibilum edidit coma.* Noster lib. 12. *posuitq; comas, & brachia ferro.* Lucret. lib. 6. *Lau-*

METV SERVATA) religione seruata, nam metum hic pro religione posuit, ut apud Lucret. Cic. & ipsum Virgil. interdum religionis vocabulum pro metu quodam, & superstitione poni videmus. Causa quare tam religiosè laurus ista seruaretur, & sacra haberetur, subiungitur.

PRIMAS CVM CONDERET ARCES) primas, circa laurum scilicet, cum primum conderet arcem, cum fundamenta foderentur: nam iam ciuitas fuerat: sed Latinus ampliorem fecit. Seruius.

LAURENTIS AB EA NOMEN POSVISSE COLON.) Libenter legerem *Laurentia*, ut sit quasi illud Liuij lib. 1. cui parentes Ascanium dixere nomen. Et nostri, lib. 3. *Æneid. Æneadasq; meo nomen de nomine fingo.* Alioqui

Hh* 2 sensus

sensus est, ab ea lauro posuit nomen colonis, id est, incolis, ut Laurentes dicerentur, & vrbs Laurentū, quod consequitur. Herodianus in Commodō à multitudine laurorum sic appellatum auctor est. Sic enim ait: Tum Commodus (ita scilicet quidam medicinæ periti persuaserant) Laurentum secessit, quod frigidior ea regio sit, sylvisq; & lauro permultis opaca: à quo etiam regioni inditum nomen. ✽

STRIDORE INGENTI) Apum ille stridor propriè bombus dicitur, κατ' ὄνομα τὸ βοῦν.

PEDIBVS PER MVTA NEXIS) Virgil. in extremo 4. Georg. iamq; arbore summa Confluere, & lentis unam demittere ramis. Plin. lib. 11. cap. 17. Tunc ostenta faciunt priuata, & publica, vna dependente in domibus, templisq; sæpe expiata magnis euentibus.

RAMO FRONDENTE PENDIT) Quod in lauro confedère apes, ostenditur aduenarum victoria.

PARTIBVS EX IISDEM) Intelligimus ab infero mari apes venisse, vnde Troiani.

LONGIS COMPRENDERE CRINIBVS IGNEM) Simile prodigium descriptum habes 2. Æneid. de Ascanio, sed hoc amplius in isto, quod à capillis in corpus, à corpore virginis per totam se se regiam flamma diffundit, adustione nulla. Actalis quidè ignis à meteorologicis nominari solet fatuus. Et quomodo ibi Ascanio regnum, ita hîc Lauiniæ vatum testimonio ingens decus portenditur, ut etiam infra ex Fauni responso patet. Loci igitur inter se conferantur. * Decus quidem Lauinia, bellum populo. Ignea portenta ad bellum referunt aruspices. Et incendia belli vocat Maro, & ardere provinciam aliquam bello, rectè dicimus. Cic. in Orat. perf. Vna Gallia communi non ardet incendio. Epist. 1. lib. 4. Orbem terrarum imperijs distributis ardere bello. Pro Ligario: bellum subito exarsit. Nempe si flamma, iam bellum consumit omnia.

NEFAS) aduerbium indignantis, sic lib. 10. Quosque (nefas) omnes infanda in morte reliqui. Et lib. 8. & vltima secum Baltra vehit: sequiturq; (nefas) Ægyptia coniux. Catull. Troia (nefas) commune sepulchrū Europæ, Asiæq;. Idem valet Ciceroni malum. Philipp. 1.

Quæ nam (malum) est ista voluntaria seruitus? Pro Q. Roscio, Quæ (malum) stultitia fuit. In Off. Quæ te (malum) inquit, ratio in istam spem induxit? Eandem vim habet apud Horatium turpe. ✽

Comprehendere crinibus ignem, Hypallage: ignis enim crinem comprehendit. Cæsar, flamma ab utroq; cornu comprehensa, naues sunt combustæ quinque.

FLAMMA CREPITANTE CREMARI) Lucret. lib. 6.

Nec res vlla magis quam Phæbi Delphica laurus
Terribili sonitu flamma crepitante crematur.

Georg. 1. crepitantibus vrere flammis.

ACCENSA CORONAM) Quia legimus Ilionem maximam natarum Priami gestasse sceptrum lib. 1. Æneid. quid ni etiam coronam gestasse putemus, & hunc fuisse morem filiabus regum natu maximis? Lauinia eò iustius, quod sola, & hæres regni erat, nulla prole mascula. ✽

FVMIDA LVMINE FVLVO) fumo inuoluebatur, quem ignis fuluus reddebat.

TOTIS VVLCANVM SPARGERE TECTIS) Incendium belli significat: his enim duobus hoc ab Ascanij augurio distat, fumo, & sparsione flammaram. Seruius. * Vulcanus est ignis, seu flamma, ea figura qua Ceres frumentum, Bacchus vinum, Neptunus mare. Ennius. Cum magno crepitu Vulcanum ventu' vegetat. Quem versus ita legit Turneb. Cum magno strepitu Vulcani ventu' gerit rem. Facetum illud Plauti Amphit. Quò ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?

POPVLO MAGNVN PORTEND. BELLVM) Propter Lauiniam bellum hoc, sequentibus libris descriptum. Propter Helenam decennale Troianū. Propter Theano, à quodam Phocense raptam, totidem annorum bellum cum Phocensibus Thebanorum. Propter Nicetin Apriæ filiam Cambyfes Ægyptis bellum fecit. Vide Athenæum lib. 13. cap. 4. Ante Helenam propter mulieres bella extitisse dicit Horatius sat. 3. lib. 1. ✽

At rex sollicitus monstribus, oracula Fauni
Faridici genitoris adit: lucosq; sub alta
Consulit Albunea: nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuamq; exhalat opaca mephitim.

85 Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus
In dubijs responsa petunt: huc dona sacerdos
Quum tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit,

90 MVLTÀ MODIS SIMVLACRA VIDET VOLITANTIA MIRIS:
Et varias audit voces, fruiturq; Deorum

Colloquio, atque imis Acheronta affatur Auernis.
Hîc & tum pater ipse petens responsa Latinus,
Centum lanigeras mactabat rite bidentes:

95 Atque harum effultus tergo, stratisq; iacebat
Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est.

NE PETE CONNVBIIS NATAM SOCIARE LATINIS

O MEA PROGENIES: THALAMIS NEV CREDE PARATIS.

EXTERNI VENIVNT GENERI: QVI SANGVINE NOSTRVN

NOMEN IN ASTRA FERANT, QVORVMQVE A STIRPE NEPOTES

OMNIA

100 OMNIA SVB PEDIBVS, QVA SOL VTRVNQ. RECVRRENS
ASPICIT OCEANVM, VERTIQUE, REGIQVE VIDEVNT.

AT REX SOLLICITVS MONSTRIS) Atrex, inquit. Non dixit virginis pater, publici status, quam filiae potior fuit caussa: licet ipsius quoque contineretur cura, cuius caput repente flammauerat. Non enim de suscipiendo tantum genero agebatur: sed merus fuerat ex eo, quod vates prænuntiasset, magnam portendi populorum stragem: ipsam tamen fore illustrem, & inclytam. Non igitur vatis responso contentus, Fauni auctoritate certior voluit reddi. Faunus quippe quod fatidicus esset, & pater, videbatur posse certius instruere filium duplici cura suspensum: qui cum iuxta ceteros in respondendo facilis fuit, benigniorem se in suorum causa præbitorum dubitari non poterat. Adjicit, inquit, rex patrios lucos: hoc est, in quibus ille colebatur, & dabat responsa postulanti. Hi luci fuerunt sub alta sylua, quæ dicebatur Albunea: illic erat fons luci numinibus sacer: sed qui exhalaret mephitim sæuam, id est, odorem grauissimum. Donatus.

SVB ALTA ALBUNEA) Reperimus in Suidæ Collectione. Sibyllam quandam Tiburtinam, eamque Albuneam vocatam. Id aliquam fortasse lucem huic loco afferet: nam & fontem vocatum, & deam indigitatam fuisse de nomine illius Sibyllæ verisimile est. Turneb. lib. 30. cap. 5. Sub Albunea, id est, in Albunea, & alta, quia est in Tiburtinis montibus altissimis. Et Albunea dicta est ab aquæ qualitate, quæ in illo fonte est. Sciendum sanè, vnum esse nomen fontis, & sylvæ. Seruius. *Inter amœna loca regionis Tiburtina, quam se Horatius reliquis omnibus quantumcumque laudatis affirmat antepone, numeratur etiam hoc Albunea nomen, Ode 7. lib. 1.*

Nactam Larissæ percussit campus opimæ,
Quam domus Albunæ resonantis.

SÆVAMQVE EXHALAT MEPHITIM) Id est, odorem teterrimum. Mephitis dea odoris grauissimi, & graucolentis.

HVC DONA SACERD. CVM TVL.) Morem describit eo in luco sollemnem. Responsa poscuntur, venit sacerdos ad lucum, affert dona, pecudes cædit, & earum stratis pellibus incubat: ibique dormiens futura somniat, & ventura cognoscit: tantumq; alto premittitur somno, ut instar hominis defuncti iacens, cum ipsis inferis, & cum ipso Acheronte sibi arbitretur esse colloquium. Auditurus enim Deos, & fabulas cum numinibus habiturus, humanum sensum debet dormiendo nescire. Donatus. * *Lib. 4. Æneid.* Vidit, thuricremis cum dona imponeret aras. *Et lib. 5.* Dona ferunt, onerantque aras. *Et lib. 9.* Ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona. *Deniq; vox ista in sacrificijs satis frequens reperitur. Nonim dona, aut, consuetudine haberi, qua aut propitiandis dijs dantur, aut hominibus pro benefactis redduntur. Erant ergo dona, qua poetæ aliis placamina. Cic. 2. de leg. impium ne audere placare donis iram deorum. Plaut. Rud.* Iouem se placare posse donis, hostijs.

OENOTRIA TELLVS) Videi. Æneid. Oenotrij colere viri.

PELLIBVS INCVBVIT STRATIS, SOM. PET.) E Pausanias inquit, existimare se, Amphiaræum interpretandorum somniorum laude excelluisse: quod, inquit, vex eo liquet, quoniam quo tempore in deos est relatus, futurorum cognitionem per somnia constituit. Ad huius item oraculum qui pergit, cum purgari primum oportet: purgatio autem est, ut deo sacra res peragatur: cui, & omnibus quorum nomina in ara sculpta sunt, sacrificant. His peractis, mactatiarictis pellem subterni, atque ita solitos dormire, captantes

somnij significationes. Ad quod alludit multifcius poeta. Legimus item Daunijs, vel Calabris in more fuisse, pellibus incubare, quas melotas dicunt, id est, ouillas, in Podalirij sepulchro: sicq; per quietem oraculis instrui. Rhodig. lib. 27. cap. 14.

Ad hunc eundem locum declarandum, producit hos ex Lycophrone versiculos Brodæus lib. 3. cap. 31.

Δορῆς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμημένους
Χρήσι καὶ ὕπνον πᾶσι νημερτὴν φέρειν.

Zeze vtrumque poetam edidit. Εἰσβάσιν οἱ δαῖνιοι, ἦτοι οἱ χλαυερὶ ἐν μηλωταῖς καθεύδον ἐν τάφῳ τῷ ποδαλίου, καὶ καὶ ὕπνον λαμβάνειν χρησίμους ἐξ αὐτῶν. Strabo lib. 6. hoc attigit. Virgilius autem ποιητικῶς historiam paulum bimmutat. Pausan. in Atticis περιεργασμένων δὲ τύπων, κείνῳ δὲ καὶ αὐτῷ, καὶ τὸ δέμα ὑποστρωσμένοι καθεύδουσιν, ἀναμένοντες δειλῶσιν ὀνείρα.

Lamb. in illud Plauti è Curcul. *Id eò fit, quia hic leno agrotus incubat In Æsculapij fano.* Qui à dijs aliquid petere cogitabant, cubabant in eorum deorum, quorum ope egebant, fanis, aut templis, tanquam responsa ab ijs, vel vigilantes, vel in somnis accepturi. Notat hic Seruius. Cic. 1. de diuinat. Atq; etiam qui præerant Lacedæmonijs, non contenti vigilantibus curis, in Pasiphæ fano, quod est in agro propter urbem, somnandi causa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant. Eodè pertinent illa Strabonis lib. 16. de Mose. *Ἄλλ' ἐφ' ὧν δέιν πᾶσαι,* &c. Etiam ægri in templo Æsculapij incubabāt, ut saltem in somnis moniti, aliquod morbi laxamentum, ac leuamentum ab eo consequerentur.

MVLTa MODIS MIRIS) I. Æneid. *ora modis attolens pallida miris.* Plaut. alicubi, *res nimium miris modis mirabilis.*

ET VARIAS AVDIT VOCES) scilicet propter multa simulacra petentibus oracula apparere solita.

FRVITVRQVE DEORVM COLLOQVIO) pascitur: quod de rebus tantum bonis dicimus.

IMIS ACHERONTA AVERNIS) potestates quæ sunt in Acheronte, ad quem per Auernum venit. D Seruius.

Hic ET TVM) Hic, & tum, inquit, hoc est, hoc loco, atque ipso tempore, quo tot monstra extiterant in causa filiae, ipse pater perrexit ad petenda, vel accipienda responsa: non misit alterum, nec adhibuit aliquem sacris. In tanta causa, tantum diligentiae adhibuit, ut curaret vniuersa per se, nulli habens fidem, plenum exhibens officium & patris, & regis, ac multitudine animalium plenæ venerationis, & negotio tali se exhibens largum: posthabitaque dignitate regia, propter expeditionis effectum, post plumam, post vestes ostro, auroq; fulgentes, plebeio more iacens in pellibus, graui quoque earum odore contentus. Donatus.

CENTVM MACTABAT BIDENTES) Aut pro qualitate fortunæ regis: aut est numerus finitus pro infinito, id est, multas. Seruius. Lepidam disputationem cum quodam Grammatico, super voce, bidentes, lege, si est voluntas, apud Gellium lib. 16. c. 6. P. Nigidius bidentes appellari ait, non oues solas, sed omnes bimas bestias: neq; tamen dixit apertius, cur bidentes. Sed quod ultro existimabamus, id scriptum inuenimus in commentarijs quibusdam ad ius Pontif. pertinentibus, bidentes primo dictas, littera immissa: quasi biennes: tum lon-

Hh * 3 go vsu

go vsu loquendi corruptam esse vocem, & ex biden A nibus bidentes factum, quoniam id videbatur dictu facilius. Hyginus appellari bidentes scripsit, hostias, quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Quæ bidens est, inquit, hostia, oportet habeat dentes octo: sed ex his duo cæteris altiores, per quos appareat, ex minori ætate ad maiorem transcendisse. Quæ opinio, an vera sit, non argumentis, sed oculis iudicari poterit. Hoc caput more suo à Gellio surripuit Macrobius lib. 6. Saturnal. cap. 9.

HARVM EFFVLTVS TERGO) Tergum pro tergo re, ut item lib. 5. terga bouum, cum loqueretur de castibus. Et numerus singularis pro plurali positus est. Quid hoc sit, sequentia mox declarant, *stratusq; iacebat Velleribus*. Et supra, *Pellibus incubuit stratis*. Effultus autem, ut multitudinem vellerum compositorum in modum tori, & inde victimarum numerum conijcias.

THALAMIS NEV CREDE PARATIS) propter Turnum, cui iam desponsa erat Lauinia, ut & Liuius dicit.

OMNIA SVB PEDIBVS) Habere sub pedibus dicuntur, qui domuerunt, qui sunt superiores, qui habent in potestate. Lucret. lib. 1. *Quare religio pedibus subiecta vicissim Obteritur*. Liuius lib. 34. Argos, & Lacedæmonem clarissimas vrbes, lumina quondam Græciæ, sub pedibus tuis relinquemus? Quam bellè autem istis respondent illa lib. 1. *Hic* (Romanis, de his enim loquitur Faunus quoque) *ego nec metus rerum, nec temporapono*. Et paulò post, *Romanos rerum dominos*. Etiam lib. 3. eorum futuræ potentiz, illiusque maximè infertur mentio, nempe in oraculo Apollinis.

Hic domus Anea cunctis dominabitur oris, Et nascinatorum, & qui nascentur ab illis

VT RVMQVE OCEANVM) Vterque oceanus est mare Eoum, & occiduum. Sic apud Horat. Ode 2. lib. 2. *Et uterq; Pænnus seruiat uni*. Id est, Eous, & occiduis, qui Gaditanus est. Turneb. lib. 30. cap. 5. * Sic Ouid. *Metamorph. lib. 1. sub utroque iacentia Phæbo, sub sole oriente, & occidente: sem, quæ sol oritur, quæ occumbit*.

Hæc responsa patris Fauni, monitusq; silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
Sed circum latè volitans iam fama per vrbes
105 Ausonias tulerat: cum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Æneas, primi; duces, & pulcher Iulus
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ:
Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas
110 Subijciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
Et cereale solum pomis agrestibus augent.

SILENTI NOCTE) Nox silens dicitur, quoniam C nia militaris describitur, sicut in 1. nauigantium cœna, aut prandium, *Tum Cererem corruptam undis*. In fine conuiuium regium, *At domus interior*, &c. Gemina his sunt omnimodis, quæ habet lib. 1. Dionysius, *Ἐπειτα αἰσχρονομία αὐτοῖς ἐν τῇ δαίτῃ*, &c.

NON PREMIT ORE LATINVS) quò nimirum à se repelleret filiam ambientes. Speciosiore autem, & grauiorem recusationis suæ causam inuenire nullam potuisset.

LATE VOLITANS IAM FAMA) Fama volat est lib. 3. Æneid. Cur volat? quia est *malum, quo non aliud velocius ullū*. Et per vrbes volat, quoniam vrbanoꝝ aures maximè rumoribus patent: nec vsquam plures rumigeguli, & mendaciorum artifices: vnde etiam quæstum faciunt nonnulli: illiberalem plane, ac sordidum.

RELIGAVIT AB AGGERE CLASSEM) Cæsar belli civil. lib. 3. Neque lignandi, neque aquandi, neque naues ad terram religandi potestas fiebat. Græcis autem *λογυῖν* dicuntur saxa in portu, de quibus naues religari solent: & funem nauticum, quo naues littore religantur, *αἰσχρονομία*, & *αἰσχρονομία* Græci vocant. *αἰσχρονομία*, *αἰσχρονομία* τὸ πειθεῖν αὐτοῖς τὴν ναῦν. Propert. lib. 3. de Poeti naufragio.

*Nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis
Omnia detricto vincula fune cadunt.*

German.

CORPORA SVB RAMIS DEPVNT) Lucret. lib. 1. *hinc fesse pecudes per pabula lata Corpora deponunt*. Et alibi. *Propter aqua riuum sub ramis arboris alta*. Horat. *Longaq; fessum militia latus Depone sub lauro mea*. Cotys Rex Thraciæ circumibat regionem, & vbi videbat loca arboribus confita, & opaca, & aquis irrigua, illic construebat *ισαλβεα*, id est, cœnacula.

INSTITVNTQVE DAPES) His versibus parsimo-

ET ADOREA LIBA) adorea liba erant paniceæ, vel ex panis portionibus præduris, vide infra mox. Adorea quoq; substantiuum genere fœminino laudem, & gloriam veteribus significabat: quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret. Plin. lib. 18. cap. 3. gloriam denique ipsam à farris honore adoream appellabant. Est autem ador vel adoreum farris genus, edor quondam appellatum, ab edendo. Vel quod aduratur, ut fiat tostum: vnde in sacrificio mola salsa efficitur. Festus. Vide Columell. lib. 2. cap. 6. Notat. Scalig. F. in eundem Festum, vocè adorea pro laude capi cœptam esse, postquæ præmiū militib; frumentū erat, parta victoria. Plaut. Amphit. *Qui multa prada, atq; adorea affectis populares suos*. Ador, inquit Nonius, frumeti genus, quod epulis, & immolationibus sacris pium putatur. Vnde & adorare, propitiare, religionis potest dictum videri. Varro de re rust. lib. 1. In loco humidiorē far adoreum potius serunt, quam triticum. Subiungit & hunc Maronis versum.

SIC IVPPIER IPSE MONEBAT) Cum nomine Iouis prisici frequenter prouocabulum, ille, iungebant: idque vel demonstrando faciebant, manum in cælum tollentes, & tanquam illic Iouem ostentantes: vel ita potentiam eius summam, seu præpotens eius numē indicabant. Cum autem multa sint apud Comicos exempla, sunt qui hic legant, *ille*, pro *ipse*, ut id ipsum alijs, quæ

quæ dixi annumerent. Sane quin elegantius, & ἰσχυρί-
αίτε ita legatur, vix est, vt dubitandum sit.

CEREALE SOLVM) Adorea liba mensæ loco Æ-
neæ, eiusq; socios subiecisse epulis, scribit poeta. Nunc
etiam cereale solum appellat, & patulas quadras. Erant
autem mensæ paniceæ, quas Dionysius ἰταλικά κρήνην

πομπέρα πνεύει dixit. Turneb. lib. 30. cap. 5. solum dici-
tur omne, quod aliquod sustinet, vnde & de mari supra
dixit: *Subtrahiturq; solum.* Et Ouid. Metamorph. *Nen
regio foret vlla suis animalibus orba, Astra tenent caelesta
solū.* Ita & hoc igitur loco paniceas mensas cereale solū
vocauit. Seruius.

- Consumptis hîc forte alijs, vt vertere moriūs
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:
Et violare manu, malisq; audacibus orbem
115 Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.
Nec plura alludens. ea vox audita laborum
Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.
120 Continuò, salue fatis mihi debita tellus,
Vosq; ait, ô fidi Troiæ saluete Penates:
Hîc DOMVS, HÆC PATRIA EST. genitor mihi talia namq;
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
Cum te, nate, fames ignota ad littora vectum
125 Accisis coget dapibus consumere mensas,
Tum sperare domos defessus, ibiq; memento
Prima locare manu, moliriq; aggere tecta.
Hæc erat illa fames: hæc nos suprema manebant
Exitij positura modum.
130 Quare agitè, & primo læti cum lumine solis
Quæ loca, quiue habeant homines, vbi mœnia gentis,
Vestigemus, & à portu diuersa petamus.
Nunc pateras libate Ioui, precibusq; vocate
Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.

ORBEM FATALIS CRUSTI) Ad negotium Æneæ
respexit, cui hîc finis erat laborum. Crustum autem, &
crusta pectro genere dicimus, de his quæ comedi pos-
sunt. Horat. *Vt pueris olim dant crustula blandi Docto-
res.* Iuuenal. *Nos colaphum incutimus lambenti crustula
ferro.* Feminino autem genere fragmenta dicimus, quæ
non sunt esui, vt, *Concreverunt subita currenti in flumine
crustæ.* Seruius.

PATVLIS QUADRI) Panis frustis quadratis. An-
te vocauit orbem: quæ duo significatione pugnant qui-
dem, sed vsum eundem habent, vt nimirum sint partes
panis duriores, siue in orbem, siue in quadrum. defec-
tæ, quæ epulis substernantur.

HEUS ETIAM MENSAS) Solent poetæ fabulosa
multa historicis, verisque intexere, Maro præsertim,
qui de appulso in Italiam Ænea non magis poemâ,
quam *μυθιστορία* condidit. Scilicet & hic locus de con-
sumptis à Troianis mensis cum illo Strabonis lib. 13.
consentit. *τὸν δὲ αἰνίαν μὴ ἀγχοῖον,* &c. Vide German.
qui & affinem ex Dionysio locum ad verbum recitat.
Lege etiam quæ ex Lycophrone, & Strabone producit
in medium Vrsin.

NEC PLURA ALLVDENS) nec dixit plura ludens, quo-
modo etiam alludere à Cicerone vsurpatum legimus i.
de Orat. Turneb. lib. 30. cap. 5.

PRIMAMQUE IOQ. AB ORE ER. PAT.) quod eive-
lut è faucibus eam rapuerit, nec expectarit, vt totam
eloqueretur: sed eam ipse velut extraxerit: ita protinus

se eam vocem agnoscere dixit, & omen accipere. Tur-
neb. lib. 30. cap. 5.

Omen est, inquit Scalig. Poet. lib. 3. cap. 6. quod
ab hominis ore excipitur. Eiusmodi est hoc, *Heus etiam
mensas,* &c. Verbum autem *eripuit*, auiditatem no-
tat imponendi finem tot expectationibus. Non est dis-
simile illud, sub. tit. de omnibus apud Val. lib. 1. de Pau-
lo cos. cum ei sorte euenisset, vt bellum cum rege Persa
gereret, & domum è curia regressus, filiulam suam no-
mine Tertiam, quæ tum erat admodum paruula, oscu-
latus tristem animaduertit, interrogauit, quid ita eo
vultu esset: quæ respondit, Persam periisse. Mortuus
erat catellus, quem puella in delicijs habuerat, no-
mine Persa. Arripuit igitur omen Paulus, exque for-
tuito dicto quasi spem certam clarissimi triumphi ani-
mo præsumpsit. Notauit German.

STUPEFACT. NUM. PRESSIT) Animo, & mente inti-
ma complexus est vocē illam Ascanij, & in memoriam
oraculi paterni regrediens, attonito fuit similis.

SALVE FATIS MINI DEBITA TELLVS) Quæ ad
hunc versus, & illos infra,

— & *geniūq; loci, primamq; deorum,
Tellurem, nymphasq; & adhuc ignota precatur
Flumina,*

quæ, inquam, ad hosce versus illustrandos pertinere
possunt, posita sunt ad 5. Æneid. nempe ibi, *Incertus, ge-
niumq; loci, famulumq; parentis esse putet.* Adde locis
ibidem prolatis. Seneca in Agam.

Delu-

*Delubra, & aras calitum, & patrios lares
Post longa fessius spatia, vix credens mihi
Supplex adoro.*

Nonne videtur Catullizare? Sic enim ferè in Sirmionem peninsulam ille. Ouid. i. Fast.

Dij, petitorum dixit saluete locorum,

Tuq; nonos calo terra datura deos:

*Fluminaq; & fontes, quibus utitur hospita tellus,
Et nemorum Nympha, Naiadumq; chori.*

Sic & lib. 6. *Italiam socij lato clamore saluant.* Bona periphrasis, *fatis debita*: ne, ait Seruius, fatalis diceret, quod est medium, & in precibus nihil debet esse ambiguum.

O FIDI TROIÆ SAVETE PEN.) fidi Æneæ, non B Troiæ, quā nequiuertant seruare. Salue terra, mihi fatorum voluntate decreta: saluete penates, qui mihi fidem vera pronuntiando seruastis. Seruius, Donatus.

De dijs salutaris, multa exempla cumulat, ex poetis potissimum, Briffon. Formular. lib. i. num. 33. & deinceps. Et quanquam salutare deos videatur esse, precibus eos adorare, vt vult Don. in Phorm. Terentij, tamen nihil prohibet, etiam salutem dijs simpliciter dictam intelligi Agorastocles in Pœnulo Plauti Veneri salutem dici suis verbis, & rem diuinam fieri suo nomine mandat. Liuius lib. i. Regem, parentemque vrbis Romanæ saluere vniuersi Romulum iubent, pacem precibus exposcunt. lib. 8. Salij ad Herculem, *Salue vera* *Jonis proles, decus addite diuis.* Vide Briffonium.

GENITOR MIHI TALIA) Harpyiæ ista prædictio fuit, lib. 3. Quare videri potest Æneæ, siue potius ipsius poetæ *μημονικὸν ἀμάρτυρα.*

ACCISIS DAPIBUS) Videtur Seruius *accisis*, quod est ambelis agnoscere, si quis eius interpretationem attentius, & acrius perspiciat. Turneb. lib. 30. cap. 5. Considera tu, lector, an hoc velit Seruius. Eius verba hæc sunt. *Accisis* vndique consumptis: & hoc est, apud nos ac, quod apud Græcos *ἀμ*: & hoc accisi, valde vndique cæsi, id est, *ἀμφοτεροι*.

HÆC ERAT ILLA FAMES) Magna confirmatio animorū, quos iste turbauerat casus. Fames ista, inquit, optanda potius fuerat, quam timenda: venit enim cū malorum omnium fine, & aduersis terminum dedit. Hoc sic positum est, vt signum potius videatur, quam pœna. Donatus.

PRIMO CVM LVMINE SOLIS) cum principio lucis, vt Liuius. Primo diluculo, seu, vt Homer. *ἄμ' ἡνίοχου μέγιστος*, & *ἀμ' ἡν* Herodot.

QVIVE HABEANT HOMINES) qui habitent,

A quod frequentatium est. Plaut. Aulul. *Patri, anōq; huius qui nunc hic habes.* Et Trinum. *Vbi adolescens nūc habet? Posticulum hoc recepit, postquam ados vendidit.* Salust. in Catilin. Credo, falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur, diuerso itinere malos à bonis loca, tætra, inculta, fœda, formidolosa habere.

PAT. LIB. IOVI) Vinum in pateris. Defundite vinum è pateris, in honorem Iouis. Vide lib. i. *Dixit, & in mensa laticum libauit honorem.* Morem etiam fuisse in conuiuijs olim, vt non è potu duntaxat, sed de cibis quoq; libarent, & in focum ea ipsa libamenta deferrent, sedè Larium scilicet, ex Halicarnasi. & Silio notat Bernartius ad i. Thebaid. Statij, pag. 41.

PRECIBVSQVE VOCATE ANCHISEN GENITOREM) Bene Iouem & Anchisen coniungit, vt causam oraculi, seu tanquam duos auctores signi, per quod securi sunt effecti. Nam & qui iussit, & per quem iussa ipsa perlata sunt, in honore maximo primi esse debent. Donatus.

Lactant. lib. i. cap. 15. postquam ostendit, quemadmodum homines qui fuerant, dij habiti, & nominati sint, tandem ita subiicit. Sic per populos atque regiones varia sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos Principes cupiunt: & quos alios honores vita carentibus deferant, inuenire non possunt. Præterea pietas eorum qui successerant, plurimum contulit ad errorem, qui (vt diuina stirpe nati viderentur) diuinos honores parentibus detulerunt, deferrique iusserunt. Anne potest aliquis dubitare, quomodo religiones deorum sint institutæ? cum apud Maronem legat Æneæ verba, socijs imperantis, *Nunc pateras libate Ioni, precibusq; vocate Anchisen genitorem.* Cui non tantum immortalitatem, verum etiam ventorum tribuit potestatem.

*Postquam ventos, atq; hac mea sacra quotannis
Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.*

Idem scilicet de Ioue Liber, & Pan, & Mercurius, & Apollo fecerunt, ac postea de his ipsis successores eorum. Huc ipsum Lactantij locū animaduertit Turneb. quod lib. 21. cap. 22.

VINA REPONITE MENSIS) Reponere verbum esse conuiuiale constat. Vnde & lib. 8. *inbor sublatu reponi Pocula.* Hinc fit, vt quidam existimarint repotia dicta, quasi repotia, hoc est, *τὴν μεθόπλον ἡμέραν*, qua apud maritum nouum instaurabatur potatio. German.

Reponite, aut timore verborū Ascanij interrupta renouate: aut frequenter ponite. Seruius. Vt potarent in ipsa lætitia, & essent solo interim vino contenti, quoniam panis decrat. Donatus.

135 Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat: & Geniumq; loci, primamq; deorum
Tellurem, Nymphasq; & adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem, noctisq; orientia signa,
Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem

140 Inuocat, & duplices cæloq; Ereboq; parentes.
Hic pater omnipotens ter cælo clarus ab alto
Intonuit: radijsq; ardentem lucis, & auro
Iple manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
Diditur hic subito Troiana per agmina rumor,

145 Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
CERTATIM INSTAVRANT BPVLAS: atq; omine magno
CRATERAS LÆTI STATVUNT, ET VINA CORONANT.

FROND.

FROND. TEMP. RAMO IMPLICAT) Æneid. 5. *ut- A* que, pro vtrumque, ut Cicero, Binos habebam, iubeo promi vtroque. Item Sallustius, quum de duobus loqueretur: hi vtrique ad urbem imperatores erant.

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto, Aut flore, terra quem ferunt soluta.

Fructuosa est exercitatio, similia à poetis secum repetendo colligere, non in locis modò, rebusq; alijs, sed in generibus etiam loquendi: ut aut tu ipse rem vnam variè, eleganterque possis exprimere, si vltus veniat: aut alios, quemadmodum id fieri queat, erudire.

ET GENIVM QVE LOCI) Cum multa iniungeret socijs, ipse ab obsequijs deorum vacuus esse nò potuit. De genio loci memorauimus lib. 5. ad illud. *incertus geniumne loci, famulumne parentis.* Demus paulum operæ Dionysio. Postquam Laurento appulsi, tentoria fixerunt per littora, cum prius homines ibi siti laborarent ob aquarum inopiã, suauissimi laticis fontes sua sponte è terra visi sunt prorumpere, qui aquationem præbuerunt toti exercitui, & locum illum fecerunt irriguum, fontanis aquis vsq; ad mare decurrentibus. Monstrantur ibidem duæ aræ, quarum altera orientem solem spectat, occidentem altera: vtrumque Troianorum opus. In his Æneam fabulantur deo mactasse primam victimam, in gratiam acceptorum fontium.

PRIMAM QVE DEORVM TELLUREM) Hesiodus Tellurem statim post Chaos natam tradit, neque tamen certos illi parentes tribuit. Omnium deorum parentem vocauit Homer. hymno in eandem.

Χαίρε θεῶν μήτηρ, ἄλοχ' ὄνειαυ' ἀστερόεντο.

Salve magna parens diuinum, ac stellantis Olympi Coniux.

Deorum, & hominum matrem Orpheus,

Γαῖα θεὰ μήτηρ μακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων.

Alma deum mater Tellus, materq; virorum.

Lege Natal. lib. 5. cap. 20. Gyr. Syntag. 4. & 17.

NOCTEM, NOCT. ORIENT. SIGNA) quæ nocte sequatur, ut nymphas, flumina: inuocat enim sibi coniuncta.

IDÆVM QVE IOVEM) Alludit ad Iouem, qui in Ida Phrygiæ præses, & tutelaris deus colebatur.

PHRYGIAM MATREM) Cybelen statim post Iouem inuocat, quæ aliàs Berecynthia.

DVPLICES CÆLO QVE EREBO QVE) duos. cælo autem Venerem, Erebo Anchisen. Seruius super illo 1. Æneid. & *duplices tendens ad sidera palmas.* Duplices, duas, secundum morem antiquum. Nam duplices duas, dicebant, ut hoc loco: & binos duos, & vtro-

CÆLO CLARVS AB ALTO TER INTONVIT) Quare ter? ne si semel factum fuisset, casus putaretur: sed apertis signis monstraretur prosperitas. Sic Donatus. Huiusmodi porro vel tonitrua, vel fulgura, & fulmina cælo sereno portentosa sunt, nec secundum naturam: quamobrem ea fieri negat Lucret. lib. 6.

Deniq; cur nunquam cælo iacit undiq; puro Iuppiter in terras fulmen, sonitusq; profundit? An simul ac nubes succedere, ipse in eas tum Descendit, propè ut hinc teli determines ictu?

RADIIS ARD. LVCIS, ET AVRO NVBEM) Fulmè ipsum, ardentem nubem dicit. Ser. Melius Donatus. Vsq; adeo hilari signo Iouis fauor apparuit, ut nubes non fusca, nec terrea, sed aureo colore apparuisset: quo signo mox compertum est, Æneæ preces auditas. Et hanc ipsam nubem sic Iupiter demonstravit plaudens manu, ut appareret eum excepisse vota, & gratulatum, quod Troiani ad Italiam venissent.

DIDITVR RVMOR) Diditur, id est, distribuitur, dissipatur, non ut vulgus putat, diuiditur. Nam dido verbū integrum, compositum ex di, & do, das: non *διδο* à verbo diuido. Vtitur eo Lucret. locis pluribus. Lib. 2. *dum facile in venas cibus omnis Diditur.* Lib. 3. *Sensiferos motus qua didit prima per artus.* Et Lib. 4. *Inde, quod exprimimus, per caulas omne palati, Diditur.* lib. 5. principio.

Ex quo nunc etiam per magnas didita gentes Dulcia permulcent animos solatia vita.

Noster lib. 8. *tua terris didita fama.* Horat. Sat. 2. lib. 2. *Albuci senis exemplo, dum munia didit.* Ex. Lambert. in Lucret. & Horat.

CRATER. LÆTI STATVNT ET VIN. COR.) Non capita, & colla duntaxat, sed ipsa quoq; pocula coronare soliti sunt antiqui ad hilaritatem conuiuiale videlicet maiorem. Super quare dictum lib. 1. vbi hic idem versus ad verbum legitur in conuiuio Didonis: hoc tantum discrimine, quod pro, *læti*, ibi est *magnos*. Verū enim vero nō defunt, qui vocē *coronare* aliter accipiāt. Nam Athenæus lib. 1. coronari dicit crateras, cum ad summum vsq; labrum implentur vino, atq; ita velut corona imposita cingi videntur. Vnde & *ἀνέσθαι* coronare, id est quod *ἀνέσθαι*: contra, *ἐκείλαι*, quasi dicas excoronare, idem quod *ἐκκεῖναι*, id est, euacuare.

POSTERA CVM PRIMA LVSTRABAT LAMPADE TERRAS

ORTA DIES, urbem, & fines, & littora gentis

150 Diuersi explorant. hæc fontis stagna Numici,
Hunc Tybrim fluuium: hîc fortes habitare Latinos.

Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni

Centum oratores augusta ad mœnia regis

Ireiubet, ramis velatos Palladis omnes:

155 Donaq; ferre viro, pacemq; exposcere Teucris.

Haud mora: festinant iussu, rapidisq; feruntur

Passibus: ipse humili designat mœnia fossa,

Moliturq; locum: primasq; in littore sedes

Castrorum in morem pinnis, atq; aggere cingit.

POSTERA CVM PRI. LAMP.) Cum posterior dies E cura, quæ superiore luce socijs Æneas inuestiganda solis radijs claruisset, successit eorum complendorum mandauerat. Donatus. * *Prima lampade, primis radijs solis,*

quem Phœbæ lampadem nūminat lib. 4. *Æneid.* *Esse ipse dies nihil aliud est, quā vna conuersio solis, quā cum Antipodibus diuidimus.*

HÆC FONT. STAG. NVM.) Ista iam ab incolis discunt.

DELECTOS ORDINE AB OMNI CENTVM OR.) Licet fatalem terram esse constaret, in officiis primū rex aduenam regem loci credidit esse aggrediendum, neq; eum in superbiam duxit successus ille, qui fatis suffragantibus debebatur. Misit legatos centum, placituros & nomine legationis, & numero legatorum, & magis obsequia sua commendans ambitione multorum. Tales autem elegit, ex omni multitudine per electionem separās, qui legationis ipsius partes congruē complere possent. Coronabantur autē omnes olearum ramis, ut visu potius, quam verbis pacem procul videntibus nuntiarent. Donatus.

Verus institutum fuit, ut publici pop. Rom. nuntij cū mandatis ad exterarum nationes, ex solo ordine senatorio mitterentur. Neq; aliquo exemplo, hoc obeundarum legationum munus communicatū cum alijs ordinibus, probari potest. Ut proinde erreret Seruius, qui hīc expressam à Virgilio veterem dimittendarum legationū consuetudinē fingit, quā ad suā ætatē vsq; permanērit.

Hic ego, quoniam opportunum videtur, ad verbum inferere institui, quā memorantur à Liuii lib. 1. de aduentu Troianorum in agrū Laurentem, de primis eorum in Italia rebus gestis, de fœdere cū Latino rege inito, de nuptijs Æneæ, & Lauiniæ, de bello aduersus Turnum propter Lauiniam: ut cum ijs, quæ vates noster partim in hoc, partim in consequentibus libris canit, comparari possint, cognoscaturq; liquidius, eum fictionum suarum ex historia fundamentum habuisse. Huic enim, (ut nimirum principium aliquod verum res ipsa habeat) natura poetices, quæ est fingere, quod docuimus in poeticis nostris Institutionibus, nequaquā repugnat. Et Lactant. haud falsò aliquoties affirmat, officium poetæ in eo versari, ut quæ gesta sunt verè, in alias species obliquis figurationibus cum decoro aliquo cōuersa traducat. Nunc Liuium audiamus, quicum valde in plerisq; consentit Dionysius lib. 1.

Æneam ab simili clade domo profugum, sed ad maiora rerū initia ducentibus fatis, primò in Macedoniā venisse: inde in Siciliam, quarentē sedes, delatum: ab Sicilia, classe Laurentem agrum tenuisse: Troia & huic loco nomen est. Ibi egressi, ut quibus ab immenso prope errore, nihil præter arma, & naues superesses, cū pradam ex agris agerent, Latinus Rex, Aboriginesq; qui tum ea tenebāt loca, ad arcendam vim aduenarum, armati ex urbe, atq; agris concurrunt. Duplex exinde fama est: alij pralio victum Latinū, pacē cum Ænea, deinde affinitatem iunxisse tradunt: alij, cum instructa acies constitissent, priusquā signa canerent, processisse Latinum inter primores, ducemq; aduenarum euocasse ad colloquium: percunctatū deinde qui mortales essent: unde? aut quo casu profecti domo? quidūe quarentes in agrum Laurentē exissent? postquā audierit, multitudinem Troianos esse: ducem Æneam, filiū Anchisæ, & Veneris cremata patria, & domo profugos, sedem, condendāq; urbi locū querere: & nobilitatem admiratū gentis, viriq; & animum vel bello, vel paci paratum, dextera data fidem future amicitie sanxisse. Inde fœdus inter duces, inter exercitus salutationē factam, Æneam apud Latinum fuisse in hospitio: ibi Latinum apud penates deos domestico publicum adiunxisse fœdus, filia Æneæ in matrimonium data: eares utiq; Troianis spem affirmat, tandem stabili, certaq; sede finiendi erroris. Oppidū condunt. Æneas ab nomine uxoris Lauiniæ appellat: breui stirps quoq; virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixerere nomen. Bello deinde Aborigines, Troianiq; simul peti-

Ati. Turnus Rex Rutulorum, cui pater Lauinia ante aduentum Æneæ fuerat, prælatus sibi aduenam agrè patiens, simul Æneæ, Latinoq; bellum intulerat. Neutra acies lata ex eo certamine abiit: victi Rutuli, victores Aborigines Troianiq; ducem Latinū amiserunt. Inde Turnus, Rutuliq; diffisirebus, ad florentes Etruscorū opes, Mæcenciumq; eorum regem confugiunt, qui Cere opulento tum oppido imperitans, iam inde ab initio minimè letus noua origine urbis, & tum nimio plus, quam satis tutum esset accolis, rem Troianā crescere ratus, haud grauatis socia arma Rutulis iunxit. Æneas aduersus tanti belli terrorem, ut animos Aboriginū sibi conciliaret, ne sub eodem iure solū, sed etiam nomine omnes essent, Latinos utramq; gentem appellauit: nec deinde Aborigines Troianis studio, ac fide erga regem Æneam cessere: fretusq; his animis coalescentium indiu magis duorum populorum Æneas, quanquā tantū opibus Hetruria erat, ut iam non terras solū, sed maria etiā per totam Italia longitudinem ab alpihus ad fretum Siculū fama nominis sui impleset: tamen cum mœnibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit. Secundum inde prælum Latinis, Æneæ etiam vltimum operum mortalium fuit. Situs est, quemcumq; eum dici ius, fasq; est, super Numicum flumen. Ionem indigetem appellant.

CENTVM ORATORES) sic lib. II. Centum oratores prima de gente Latinos Ire placet. orare antiqui dixerūt pro agere. Vnde & oratores causarum actores, & oratores, qui nunc legati, quod reipublicæ mandata peragerent, Festus. * Ita etiam Liuii lib. 9. ad senatum pacis oratores missi: quod alijs dicit, legati de pace missi. Idē lib. 10. Principio huius anni oratores Lucanorum ad nouos Cons. Venerunt questum. In rebus priuatis quoq; adhibet hanc vocem Plant. sed tum magis rogatorem, quā legatum oportet exponere. Vt Amphit. Nam iustē ab iustis iustus sum orator datus. Et Mestellæ. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis, Quam tu.

RAMIS VELATOS PALLADIS) Lib. 8. *Paciferaq; manu ramum pratendit olivæ.* Lib. II.

Itaq; oratores aderant ex urbe Latina, Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes.

Lucan. de Massiliensib. *hostemq; propinquū Orant, Cæropia prælata fronde Minerue.* Sic &, *uita compas pratendere ramos.* Statius 12. Thebaid. *olivā supplicem vocat,* quia scilicet per eā supplicando pax fiat. Hinc & Æschylo *ἰκέτοιοι κλάδοι*, supplices rami dicti, Et græci *ἰκέτοια* ramum oliuæ à supplicando vocant. Locos è Liuii, Halicarnasseo de more isto cum ramo oleagino supplicandi cumulat Tiraquell. in Alex. cap. 19. lib. 2.

HABD MORA, FEST. IVSSI) Sicin celeritate explicandorū mandatorū & iubentis auctoritas, & iubendi studiū probabatur. Quod nō solū ostendebatur in facto, verū etiā in ipsa pperatione cumulabatur. Donatus.

IPSE HYM. DES. MORN. FOSSA) Hæc legatis agentib; nō putauit Æneas differēda operū cæpta, donec responsum referret missa legatio. Gerebat enim fatorū fiduciā, quæ ipsi illarum terrarum dominū dederant. Donatus.

CASTROR. IN MOREM. PINNIS. A. AGG. CING.) In auspicijs constituendorum mœnium tale genus operis collocavit, quod defensionem sponderet conditoribus suis. Donatus.

Referunt historiz, Æneam primū illius loci naturam cōtemplatum, cum nihil in eo animaduerteret, quod ad sui cultum inuitaret, diu secum cogitasse, ac deliberasse, longius ne iret (neque enim persuadere sibi poterat, tam incommodas sibi sedes à dijs monstrari) an verò ibi hæreret, ac ædificaret. Tandem è proximo luco vocem redditam, ut ibi maneret, ac urbem moliretur: cætera dijs curæ fore. Alij tradunt, effigiem deorum penatium Æneæ per quietem obiectam, à quibus locum illum aggere, ac fossa validè cōmunire iussus fuerit.

fuerit. Oraculo fidem fecit scrofa, quæ postridie in eo A ipso loco cum 30. fuculis inuenta fuit. Quare seposita omni mora, huc translatis castris, vndiq; collecta materia ædificare coeperunt. Quod vaticinium Heleno poeta donauit. lib. 3.

Vallum appello aggestum à terra, & sudibus, ad labrum interius fossæ, velut murum. Dux igitur eius

partes, agger, & sudes. Agger est ipsa terra. Describit cum Vegetius lib. 1. c. 24. Si nimia necessitas non premit, cespites circumciduntur à terra, & ex illis veluti murus instruitur, altus tribus pedibus supra terram: sed vbi vis acrior imminet hostium, tunc crescit in altum quatuor pedes. Lege quæ sequuntur apud Lipsium Milit. lib. 5. dial. 5.

- 160 Iamq; iter emensi turres, ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, muroq; subibant.
Ante urbem pueri, & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantq; in puluere currus;
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
- 165 Spicula contorquent, cursuq; ictuq; laceffunt.
Quum præuectus equo longæui regis ad aures
Nuntius ingentes ignota in veste reportat
Aduenisse viros. ille intra tecta vocari
Imperat, & folio medius confedit auito.

ITER EMENS. TVRR. AC TECTA LATIN. CERNEB.) B Cum hæc ageret Æneas, iam legati sic confecerant iter, ut viderent Latinorum turres, ac domorum tecta. Turres viderunt primò, quòd altiores: quum vero propius accederent, viderunt & domorum tecta. Donatus.

ANTE VRBEM PVERI, &c.) Exposuit diligenter Virgilius instituta priscorum Latinorum, & qua disciplina imbuere pueros illi suos solerent commemorauit. Finem autem illa omnis habebat, fortitudinem militarem, & scientiam rerum bellicarum: vnde poeta idem fecit alio loco, eius generis hominem magnificè illam prædicantem, ut hostib⁹ metum incuteret, nempe lib. 9. per Numanum. Eadem verò fuere studia Troianorum, ut ex Euripidis loco colligitur in fabula, quæ à captiuis fæminis Troianis inscribitur. Ita enim illic loquitur Hecuba, cum audisset interfectum Astyanactem. Queritur enim, ipsum fæuitia Græcorum, & fortunæ iniquitate nò percepturū voluptates, quib⁹ carere nò potuisset, nisi tanta calamitas ciuitatem oppressisset.

Ω τέκνον, ὄνχ' ἵπποισι νικήσῃς σε,
Ὅνδ' ἤλικας τόξοισιν, ὅς φεύγῃς νόμους
Τιμῶσιν, ὅκ' εἰς ἀλυσμονὴν θηρώμενοι.

Herodotus etiam lib. 1. cum mores Persarum, puerilemq; disciplinam exponeret, narrat ipsos in primis illis duobus idem facere solitos: tertium tum quoddam addit, proprium illorum, vel potius diuinum institutum: & vnde maiores profectò fructus, quam ex cæteris nasci poterant: ut pueri veritatem colerent, & ab omni prorsus vanitate abhorrent. Verba ipsius sunt.

παίδων δὲ τὸς παῖδας δὲ πρὸ ἀλυστον ἀρξάμενοι, μὲν οὖν εἰς ἵππους, τεῖα μὲν, ἵππῳ, καὶ ἀλυσίῳ. Victor. lib. 30. καὶ τόξῳ, cap. 6.

Isidorus lib. Etymolog. 9. sic explicat locum hunc. Romanæ militiæ mos fuit, puberes primò exerceri armis: nam sexto decimo anno tyrones militant, quo etiam solo sub custodibus agebant. Quæ etiam verba apud Seruium hoc libro exstant, atque subscriptorem Isidoro non leuem Grammaticum præbent. Turneb. lib. 26. cap. 22.

QVVM PRÆVECTVS EQVO) Fuit occasio, ut ex illis, qui equis exercebantur, præuectus equo, hoc est, ante legatos ad regem vectus, nuntiaret viros venisse ingentes, & ignota veste. & quia turbatus repentino conspectu pro qualitate animi sui nuntiabat quæ videbat, nuntiabat eos esse vltra humanam fortunam. Eò accedebat & terror, ex ignota vestium specie descendens. Donatus.

INGENTES ADVENISSE VIROS) Laus quæ sita Troianis à proceritate, & magnitudine corporum, ut particulatim & ipsi Æneæ alicubi, & Turno, & Pandaro, Bitiæ, & alijs. ✠

SOLIO MED. CONSED. AVITO) In medio solio confedit, vbi maiores eius confidere soliti erant. Ex quo patet, regnum per manus traditum à maiorib⁹ ad eum peruenisse, quod & suprà posuit. Frequenter videas vocem *solium* dici pro sella regia. Confirmat Isidor. lib. 20 Sedes, inquit, singulari numero propriè regni est, quod græcè *θρόνος* dicunt, nos solium. ✠

- 170 Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis
Urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis, & relligione parentum.
Hinc sceptrum accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum:
- 175 Hæ sacris sedes epulis: hîc ariete cæso
Perpetuis soliti patres confidere mensis.
Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italusq; , paterq; Sabinus,
Vitifator, curuam seruans sub imagine falcem:

- 180 Saturnusq; senex, Ianiq; bifrontis imago,
Vestibulo adstabant, alijq; ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.
Multaq; præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus, curuq; secures,
185 Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq; rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat
Succinctus trabea, læuaq; ancile gerebat
Picus equum domitor: quem capta cupidine coniux
190 Auræa percussum virga, versumq; venenis,
Fecit auem Circe, sparsitq; coloribus alas.
Tali intus templo diuū, patriaq; Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocauit:
Atque hæc ingressis placido prior edidit ore.

TECTVM AVGVSTVM, INGENS) Augustum A plo epulum deorum dari solitum. Turneb. lib. 30. ca. 5. significat magnificum, plenum maiestatis, *ἀξιωματικόν, τιμὴν, σεβασμὸν, ἰσχυρὸν, ἀξιοπρεπές, σεβάσμιον, δειοπρεπές*, unde Augusti imperatores dicti. Sic Bud. in Pand.

Describitur domus Latini, ut in ea ostendatur genus eius cucurrisse per reges. Domus fuit admirabilis magnitudine, & pulchritudine satis egregia, regali dignitati, vrbique summè conueniens. Donatus.

CENTVM SVBLIME COLUMNIS) Ouid. 2. Metamorph. *Regia diuina erat sublimibus alta columnis*.

VRBE SVMMÆ) Hic urbem summam cum dixit, *ἀκρόπολιν* interpretatur, quæ est arx. Perspicue enim voluit explicare vocabulū græcum duobus latinis. Turneb. lib. 30. cap. 5. ut alibi, alta Ceraunia, pro Acrocerania.

LAURENTIS REGIA PICI) De celebratis regijs apud gentes coplures, si lubet, lege Alex. ab Alex. cap. 6. lib. 3.

HORRENDVM SYLVIS, ET RELIG. PARENT.) Sylvarum densitas, umbra nemorum, & originalium parentum imagines, addebant tremorem loco, ut sine reuerentia videri non posset. Donatus.

Sic 1. Æneid. *horrentiq; æ atrum nemus imminet umbra*, id est, venerabili. Et in 6. de Sibylla *horrendaq; procul secreta Sibyllæ*. Ipsemet poeta quo pacto sumi velit vocem *horrendum* satis indicat, cum addit, *& religione parentum*. quasi dicat, quod propter parentes, seu maiores religiosos viros quandam religionem habet, & cum religione adiri debet. Aliter tamen horrendum sylvis. Nam densitas arborum verè horrorem incutit.

ATTOLLERE FASCES) cui contrarium, fasces submittere. Alludit autem ad Capitolium, moremque Romanorum, apud quos magistratus omnes fascibus insigniri soliti, fasces ex Capitolio ritè, & more maiorum sumebant. German.

HOC ILLIS CVRIA TEMPLVM) Curia, inquit Festus, locus est, ubi publicas curas gerebant. Curia etiam nominantur, in quibus vniuscuiusque partis pop. Rom. quid geritur, quales sunt ea, in quas Romulus pop. Rom. distribuit, num. 30. ut in sua quisq; curia sacra publica faceret, feriasq; obseruaret. Iam de curijs Romanorū, Atheniensiumq; Calabra, Hostilia, Prytaneo &c. consule Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 16.

HÆ SACRIS SEDES SPVLIS) Significauit, quod in historijs Romanis non rarè legimus, in tem-

PERPETVIS CONSIDERE MENSIS) Accum-

bendi in lecto, aut sedendi in sella varius mos fuit apud Romanos. Priscis temporibus, cum frugalitas, & modestia vigerent, sedebant, non accumbebant, viri pariter, ac mulieres. Post, ut fit, cum opibus succedente luxuria, paulatimq; ad mollitiem moribus inclinantibus, accumbere viri cœperunt, mulieres in sedendi consuetudine, pudoris gratia diu permanserunt. Morem antiquum Virgil. videtur hic indicare. Et Seruius, maiores, inquit, nostri sedentes epulabantur. Quem morem habuerunt à Laconibus, & Cretensibus, ut Varro docet lib. de vita pop. Rom. Isidorus etiam lib. 20. cap. 11. apud veteres, inquit, non erat usus accumbendi, unde & considere dicebantur. Vide 1. Æneid. *aulæ iam se regina superbis Aurea composuit sponda. Perpetuis*, Seruius explanat, longis.

Exequar quam potero breuissimè, quæ de veterum discubitu sedulo, & ordine ex probatis auctoribus tradidit in Thyesten Senecæ Delrius Comment. pag. 410. Græci, & Latini olim sedentes comedebant. Postea inualuit, ut conuiuiæ potius solerent apud Græcos *ἀνακλιθῆναι, κατὰ κλῖναι, κατὰ κλῖναι, ἀνακλῖναι, ἀνακλῖναι, ἀνακλῖναι*: apud Romanos discumbere, accumbere, recumbere, accubare, cubare: reclinata videlicet superiori corporis parte in læuum latus, inferiore in longum porrecta, & extensa, & iacente, capite leuiter erecto, dorso à puluillis modicè suffulto. Notū etiam, quosdam veterum stantes cibum sumpsisse, ut de Anibale, Catone Uticensi, Varrone refert Alex. Neapolit. lib. 5. cap. 21. statarium prandium vocat Mamertinus rhetor. Hebræi quoq; initio assederunt mensis Gen. 43. Exod. 16. & cap. 32. 1. Reg. 20. postea discumbendi consuetudinem, ut cæteræ nationes receperunt. In nouo etiam testamento non sessionis, sed discubitus fit mentio. Lucæ 7. & ingressus domum Pharisei discubuit, græcè *ἀνακλῖναι*. Et mox, ut cognouit, quod accubisset. *ἐπὶ τῇ ῥα ὅτι ἀνακλῖναι*. Et manifestum ex eo, quod steterit retro secus pedes eius. Nam si sedisset dominus, in solo illas osculari stans nequiuisset. Marci 14. Et cum esset Bethaniz in domo Simonis leprosi, & recumberet. *κατὰ κλῖναι αὐτῷ*. Et cap. 13. Ioan. ut alia loca omittam, dicitur vnus ex discipulis fuisse recumbens in sinu Domini, *ἀνακλῖναι ἐν τῷ κόλπῳ ἑῷ*. Hactenus ille. Vide & Andreæ Baccium lib. 4. de nat. vinorum hist. & conuiuijs antiquorum.

VATE.

VETERVM EFFIG. AVORVM) Stat. lib. 2. Thebaid.

*Species est cernere anorum,
Cernimus & vini certantia vultibus ora,
Tantum ausa proferre manus: pater ipse bicornis
In leuam prona nixus sedet Inachus urna, &c.*

ANTIOVA EX CEDRO) Aut ex cedro facta, quia hoc genus ligni tineam nescit, corruptionemq; ex antiquitate non sentit: aut cedri oleo peruncta, quoniam ligna custodit, ac seruat. Donat. Horat. *Speramus carmina fingi Posse linenda cedro, & leni seruanda cupresso.* Hoc est, digna quæ seruentur diutissime incorrupta, digna quæ nunquam consumat vetustas, & quæ perpetuo uiuant. Vitruuius lib. 2. cap. 9. Nam reliquæ res, cum sunt vnctæ, ut etiam libri, oleo cedrino, à tinea, & à carie non læduntur. Et antea dixerat, opera, quæ ex cedro construuntur, permanere ad æternam diuturnitatem. Plin. lib. 13. cap. 13. scribit illos Numæ libros tam diu durasse, quod cedrati essent. Idem cap. 5. æternitatem esse materis cedrinæ. Itaque simulacra deorum ex ea veteres factitasse. Plura Tiraquell. in Alex. cap. 2. lib. 3.

Adda huius Ausonij distichon ad libellum, de quodam Proclo poetæ.

Huius in arbitrio, seu te iuuenescere cedro,
Seu iubeat duris vermibus esse cibum.

Vide item adag. Digna cedro. Lignum hoc est iucundi odoris, diu durat, nec à tinea unquam exterminatur. Persius. & cedro digna locutus, scilicet propter durabilem perpetuitatem. Vnde & in templis propter diuturnitatem ex hoc ligno lacunaria fiunt. Isid. lib. 17. cap. 7.

VITISATOR CVRVAM) Attius in Bacchis, O Dionyse pater optime vitisator. Lucret. *Tristis item vetula vitis sator aqua fatigat.* Ouidio, *genialis confitor vna.* Græci poetæ passim βαρχον ἀμπελοφύτοζ vocant.

IANIQUE BIFRONTIS IMAGO) Querit ab ipso Iano Ouid. l. Fast. quare bifrons. Vide quid respondeat.

*Quem tamen esse deum te dicam Iane bifrontis?
Nam tibi par nullum Gracia numen habet, &c.*

MARTIA. QVI OB. PAT. PVG. VVLN. PASSI) Tales in 6. constituuntur in campis Elysijs. *Hic manus, ob patriam pugnando vulnera passi.* Sed in regibus præsertim magnam meretur laudem, stare in acie, nec reculare vulnera, & ipsam mortem denique pro salute, & incolumitate patriæ: qui non solum bonorum ducum, sed & strenuorum militum officia libenter subeant, & sint *negledei ἀρχηλαί*, qualis Alex. Mag. memoratur, ut hunc è pluribus potissimum nominemus.

SACRIS IN POSTIBVS ARMA, CAP. P. CVRRVS) solebant Romani postes, hostium spolijs ornare. Polyb. *Εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸς ἐπιφανέστατος τόπος τιθείας τὰ σκῦλα.* Livius lib. 38. Et cætera spolia eius urbis ante currum laturus? & fixurus in postibus suis? sed ne ea quidem ædibus abalienatis licebat emptoribus refigere, id quod mox patebit. Turneb. lib. 14. cap. 11.

Non in postibus solum (quanquam in postibus præcipue) sed in atrijs quoq; & circa ædium limina, enses, clypeos, galeas, currus, nauium rostra, quibus ipsa vetustas augebat venerationem, & maiestatem. Quare nec consumpta refici, nec fracta redintegrari mos erat. Eorum aspectus ad similia facinora concupiscenda intuentes hortabatur. Non licuisse autem ea murato domino refigere, testis est Plin. lib. 35. cap. 2. Quare nec emptori, inquit, refigere licebat, triumphabantque etiam dominis mutatis ipsa domus. Et erat hæc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis quotidie, imbellem dominum introire in alienum triumphum. Cic. Philip. 2. ubi Antonio ædes Pompei per sectionem occupatas obijcit. An tu illa vestibula, rostra, spolia cum aspexisti, domum tuam intrare te putas? fieri non potest. Vide Valer. lib. 1. cap. 8. in extremo. Godefridus ad Vegetium lib. 2. cap. 7. Strukium lib. 2. Antiquit. conuiuium cap.

A 30. sub finem. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 24. Noli præterire Lipsium de Militia Rom. lib. 5. dial. 17. Ex eodem discas, etiam priuatorum militum fuisse, spolia, & exuias cæso hosti detractas domi figere. pag. 208.

Imitatus est hunc Virgilij locum Punicor. lib. 2. Silius, ubi Sagunthinis Romæ in templo senatum esse datum narrat. In cuius templi limine spolia hostium pendisse dicit, ex quibus res Romanorum usque ad secundum bellum Punicum littebat cognoscere.

*In foribus sacris, primoq; in limine templi
Capini currus, belli decus, armaq; rapta
Pugnantium ducibus, senaq; in Marte securas,
Perfossi clypei, & seruantia tela cruorem,
Claustraq; portarum pendent. Hic Punica bella
E galeis cernas, fusaq; per aquora classe
Exactam ponto Libyen testantia rostra, &c.*

EREPTAQVE ROSTRA CARINIS) Rostra Romæ suggestum in foro extructum, ex rostris nauium Antiatum, ubi clarorum virorum imagines, qui Reipub. nauarant operam, pro immortalis gloria sæpe statui, & coli solebant. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 16.

QUIRINALI LITVO SEDEBAT) Dictum accipio, ut homines præstanti sapientia dicimus: quo significamus, eos præstantem habere sapientiam: quo sanè modo etiam Quirinali lituo, est, Quirinalem lituum habens. Quamquam istud aliquantò insolentius, minusque consuetum: sed à consuetudine non raro solent recedere poetæ, & hoc ipsum decus, & ornamentum suo carmini quærere. Turneb. lib. 30. cap. 5.

Reprehendit Maronem Hyginus in hisce duobus versibus, quasi non animaduertit deesse aliquid. Nam si nihil deest, videtur dictum, lituo, & trabea succinctum Latinum, quod est absurdissimum. Lituus enim est virga brevis, in parte qua robustior est, incurua, qua augures vtuntur: quoniam modo succinctus lituo videri potest? sed responderet Gellius, dictum esse, ut pleraque, per defectionem. Veluri cum dicitur, M. Cicerō homo magna eloquentia, atque Roscius histrio summa venustate: non plenum pro pleno, atque perfecto auditur, ut alio loco, *Victorem Buten immani corpore*, id est, corpus immane habentem. Et item alibi. *In medium geminos immani pondere castus Projicit.* Ac similiter, *domus sanie, dapibusq; cruentis Intus opaca, ingens.* Sicigitur id quoque dictum videri debet. Picus Quirinali lituo erat, sicuti dicimus, statua grandi capite erat. Et est autem, & erat, & fuit plerumque absunt cum elegantia, sine detrimento sententiæ. Gell. lib. 5. cap. 8. Macrobi. lib. 6. cap. 8.

Queritur potest, utrum lituus auguralis à tuba, quæ lituus appellatur, an tuba à lituo augurum lituus dicta sit, utrumque enim pari forma, & pariter in capite incuruum est. Sed si (ut quidam putant) tuba à sonitu lituus appellata est, ex illo Homeri versu, *λίξας βίον*, necesse est ita accipi, ut virga auguralis à tuba similitudine lituus vocetur. Vtitur autem vocabulo isto Virgilius & pro tuba, *Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.*

SVCCINCTVS TRABEA) Trabeam vestem lique olim regum fuisse, post equitum in transfectione, postea consulum. Vnde Claudian.

*Quo tandem flexus trabecæ auctore rigentes
Induerit, factaq; sum concesserit annum.*

Docuit Turneb. dictam, quod trabes pannorum haberet. Quod sic accipio, quod ut trabes ligna dicuntur, quæ compage, & commissura duorum tignorum coalescunt, sic & trabeam contextu fimbriato ex pannis, & limbis constare: sicut palmata dicebatur item, quæ palmam

palnam intexam haberet, triumphantibus vsu ordinatio conciliata: sicut & picta vestis triumphalis etiam fuisse ex Plinio lib. 8. cap. 18. nescitur. Isidor. trabea, inquit, togæ species, ex purpura & coeco: qua operati Romanorum reges initio incedebant. Hanc primum Romulus inuenisse fertur, ad discretionem regij habitus. Sigon. de Iudicijs lib. 3. cap. 19. Consule & Baysium de re vestiaria cap. 10.

LEVAQVE ANCILE GEREBAT) De ancilibus egimus lib. 8. ibi, *Lanigerosq; apices, & lapsa ancilia calo.*

PICVS IQVVM DOMITOR) Græcum *ἰωνίδαιος* expressit. De Messapo alibi, *At Messapus equum domitor Neptunia proles.*

CVPIDINE CONIVX) Et causa, & metamorphosis exponitur ab Ouid. lib. 14. In extremo sunt hi versus.

*Tum bis ad occasum, bis se conuertit ad ortum,
Ter inuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.*

*Ille fugis, sed se subito velocius ipse
Currere miratus, pennas in corpore vidit.
Seq. nonam subito Latius accedere syluis
Indignatus anem, duro fera robor a rostro
Figit, & iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis penna traxere colorem.
Fibula quod fueras, vestemq; momorderat aurum.
Pluma sit, & fuluo cernix praeingitur auro,
Nec quidquam antiquum Pico, nisi nomina restant.*

TALI TEMP. SED. TEVC. AD SESE VOCA.) Ut audirent in fanis legatos, antiqua fuit consuetudo, non solum Latinorum, verum etiam Græcorum: cui quod Æschines minime paruisset, hoc ei Demosthenes ut culpam, crimenque obijcit. Brod. lib. 4. cap. 17.

PLACIDO PRIOR ORE) Bene placido ore: legatorum enim fuerat, ut ipsi priores loquerentur. Humanitatis ergo fuit, quod eos voluit antequerere, & loquendi dare fiduciam.

- 195 Dicite Dardanidæ (neq; enim nescimus & urbem,
Et genus: auditiq; aduertitis æquore cursus)
Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egentes
Littus ad Ausonium tot per vada cærulea vexit?
Siue errore viæ, seu tempestatibus acti,
200 (Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto)
Fluminis intrastris ripas, portuq; sedetis:
NE FUGITE HOSPITIUM: neque ignorate Latinos
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus æquam,
Sponte sua, veterisq; Dei se more tenentem.
205 Atq; equidem memini (FAMA EST OBSCVRIOR ANNIS)
Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab sede profectum,
210 Aurea nunc folio stellantis regia cæli
Accipit, & númerum diuorum altaribus auget.
Dixerat: & dicta Ilioneus sic voce secutus.

DICITE DARDAN. NEQVE ENIM) Idem dicit, quod Didol. lib. 1. *Quis genus Aeneadum, quis Troia nesciat urbem?* Atqui supra dixerat, *Nuntius ingentes ignota in veste reportat Aduenisse viros.* Quomodo igitur hic nouisse dicit qui sunt? Soluit nodum Donatus. Si ætates considerentur eorum, qui ante urbem per ludum bellicis certaminibus exercebantur, potuerunt & famam mirari hominum, & nescire qui essent. Sed ubi ad Latinum ventum est, hominem longæuū, atque prudentem, & vsu in omnibus instructum, ut eorum habitum vidit, continuo sciuit esse Troianos. * *Initium orationis huius imitatum video Sannazarium lib. 3. de Partu Virginis, ubi Ioseph pastoribus ad antrum venientibus,*

*Dicite pastores (neque enim sine numine, credo,
Tam certum tenuistis iter) cui tanta paratis
Munera? cui virides ramis frondentibus umbras
Textis? &c.*

QVID PETITIS, QVÆ CAVSSA RATES) Hunc, & sequentes aliquot sumptos, & interpretatos ex 3. Odyss. notat Macrob. Saturnal. lib. 5. cap. 8. Aut voluntate & sponte vestra huc venistis, aut necessitate. Si sponte, quid petitis? quæ causa rates, &c. Si necessitate, nempe vel errore, vel tempestate (quorum vtrumq; nauigan-

tibus sæpe contingit) *ne fugite hospitium, &c.* Hoc fere modo Seruius hunc locum explanat. Ergo, quod sequitur, *qualia, & ad errore via, & ad tempestatibus acti* pertinet, ut sensus sit. Nautæ in mari sæpe & errant, ut eò ferantur, quod non tendebat, aut mutato videlicet vento: aut (quod infra dicit Ilioneus) ignoratione siderum, locorumque, & tempestatibus agitantur, quibus similiter nonnunquam ad ignota littora appellantur, sicut in 1. Troianis euenit. ✽

PER VADA CÆRVLA) Cæruleum est à natura, ait Cornel. Fronto, cæruleum effingit naturam: ita, ut illud sit, hoc fiat. Sed poetæ variant: & mare, & celum dicuntur cærulea quia videntur talia, cum non sint: non enim inhaeret illis color huiusmodi. ✽

NE FUGITE HOSPITIUM) Non reprehendit, quod Troiani fecerunt auctoritate sua, & aliud offert, quod excedit hospitium littoris. Quod, inquit, vos ripa fluminis tenet, & portus, venite potius, & hospitio nostro iungimini. Hospitij significatio, & domus habitatione tenet, & gratiam iungendæ amicitiae. Vtrumque igitur Latinum obtulisse manifestum est, in eo quod dixit, *ne fugite hospitium, neque ignorate Latinos.* Addidit suam,

suam, & suorum laudem, ut optimorum amicitias se A
intelligerent fortituros. Donatus.

SATVRNI GENT. HAVD VINCLO) Ad aureum sæ-
culum alludit, quod sub Saturno fuisse fabulantur, de
quo sic Ouid. lib. 1. Metamorph.

*Aurea prima fata est ætas, qua vindice nullo,
Sponte sua, sine lege fidem, rectumq; colebat:
Pena, metuq; aberant: nec verba minantia fixo
Aëre ligabantur, nec supplex turba timebat.
Iudicis ora sui: sed erant sine iudice tuti, &c.*

Commendat quoq; suam, suorumque humanitatem,
Troianos excipiens Dido lib. 1.

*Non obfusca adeo gestamus pectora Pæni,
Nec tam auerſus equos Tyria sol iungit ab urbe.*

Et Xenocrates philosophus, cum primus scholam ape-
ruisset, interrogatus, quidnam præstiturum se disci-
pulis suis polliceretur, ut inquit, sponte faciant, quod
alij iure coguntur. ✽

Ad aureos Latij mores Maro aspicit, quos etiam
magna veneratione reuoluit Tacitus lib. 3. Annal. ubi
agitat licentiam, & multitudinem legum Romanarum,
libidine magis, quam iudicio rogatarum, aut in ambi-
tionem, clarorumque virorum exilium tendentium, his
fere verbis. Hæc res admonet, ut de principiis iuris, &
quibus modis ad hanc multitudinem infinitam, & va-
rietatem legum peruentum sit, alius differam, &c. Adi
German.

FAMA EST OBSCURIOR ANNIS) Ouid. 6. Fast.
Vnde datas habeat vires obscurior æno Fama.

PHRYGIÆ AD VRBES) Phrygia alia vocatur mag-
na, cuius rex fuit Midas, & cuius partem Galatæ occu-
pauerunt: alia parua, quæ Helleſponto imminens, cir-
ca Olympum est, & Epiætetus dicitur. Strabo lib. 12.

THRÆCIAMQUE SAMON, QUÆ NVNC SAM-
FERTVR) Quidam aiunt, priscis temporibus insulam
vocaram Samum, ab incolis deinde qui ex Samo, ac
Thracia eò profecti sunt, dictam Samothraciam. Diod.
lib. 5. cap. 11.

STELLANTIS REGIA CÆLI) Arnob. lib. 2. stellas
vocat frustilla ignea, quæ per omne mundi corpus con-
uenerint, & aliæ obtusi luminis, acutioris aliæ, & ful-
gidæ claritatis. Cuius autem regia cælum, nisi illius, qui
in sanctis litteris appellatur rex regum, & dominus do-
minantium, & rex sæculorum immortalis? De qua re-
gia pulchrè Lactantius, magistri disertissimi disertissi-
mus discipulus, lib. 2. cap. 10. disputans de mundi fabri-
ca. Fecit igitur deus primum omnium cælum, & in sub-
lime suspendit: quod esset sedes ipsius dei conditoris.
Deinde terram fundauit, ac cælo subdidit: quam homo
cum cæteris animalium generibus incolet. Eam vo-
luit humore circumflui, ac cōtineri: suū vero habitacu-
lum distinxit clavis luminibus, & impleuit, sole scilicet,
lunæque orbe fulgenti, & astrorum micantium splen-
dentibus signis adornauit: tenebras autem, quod est
his contrarium, constituit in terra. Hactenus ille. Stoici
quoque, ut testatur Clemens Alexand. lib. 4. Stromat.
cælum quidem propriè ciuitatem esse: quæ autem sint
in terris, dici quidem ciuitates, at non esse. ✽

NVM. DIVOR. ALTAR. AVGET) Non quia illi al-
taria eriguntur, in quibus sacrificetur, ideo numerum
diuorum auget: sed quia auget, quia in deorum nume-
rum relatus est, ideo altaria ei statuuntur. Sed hoc ge-
nere orationis nihil frequentius, etiam Maroni. Altare
ait Isidor. lib. 15. ab altitudine constat nominatum, qua-
si alta ara. ✽

- Rex, genus egregium Faunæ nec fluctibus actos
Atra subegit hyems vestris succedere terris:
215 Nec sidus regione viæ, litrusue fefellit:
Consilio hanc omnes, animisq; volentibus urbem
Afferimur, pulsi regnis, quæ maxima quondam
Extremo veniens Sol aspiciebat olympo.
Ab Ioue principium generis, Ioue Dardana pubes
220 Gaudet auo: rex ipse Iouis de gente suprema
Troius Æneas tua nos ad limina misit.
Quanta per Idæos sæuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos, quibus actus vterq;
Europæ, atq; Asiæ fatis concurrerit orbis,
225 AVDIIT, ET SI QVEM TELLVS EXTREMA REFVSO
SVBMOVET OCEANO, ET SI QVEM EXTENTA PLAGARVM
QVATTVOR IN MEDIO DIRIMIT PLAGA SOLIS INIQVI.
Diluuiο ex illo tot vasta per æquora vecti,
Dijs sedem exigua patrijs, litrusq; rogamus
230 Innocuum, & cunctis vndamq;, auramq; patentem.
NON ERIMVS REGNO INDECORES: NEC VESTRA FERETVR
FAMA LEVIS, TANTIQVE ABOLESCET GRATIA FACTI:
NEC TROIAM AVSONIOS GREMIO EXCEPISSE PIGEBIT.
Fata per Æneæ iuro, dextramq; potentem,
235 Siue fide, seu quis bello est expertus, & armis:

Multi

- Multi nos populi, multæ (ne temne quòd vltro
Præferimus manibus vittas, ac verba precantum)
Et petiere sibi, & voluere adiungere gentes:
Sed nos fata Deum vestras exquirere terras
- 240 Imperijs egere suis. hinc Dardanus ortus,
Huc repetit: iussisq; ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenum ad Tibrim, & fontis vada sacra Numici.
Dat tibi præterea fortunæ parua prioris
Munera, relliquias Troia ex ardente receptas.
- 245 Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis
More daret populis, sceptrumq; sacerq; tiaras,
Iliadumq; labor, vestes.

REX GENVS EGREGIVM FAVNI) Principium bre-
uissimum, si verba considerentur: si vero intellectum
ipsum libeat considerare, inueniemus latè diffusum.
Rex, inquit. A fortuna sumpta laudatio: quid enim fe-
licius eo, qui teneat regnum, qui populos regat, qui
condat leges, in cuius incolumitate constitatur omni-
um salus, qui redundet diuitijs, & qui omni honore, at-
que auctoritate præcellat? Forsitan quærat, unde Ili-
oneus, recens veniens ad Italiam, genus Latini tam ci-
tò nosse potuerit. Mirandum non est, id facile noscere
potuisse, quod ingresso domum regis, in ipso vestibulo
constat ingestum. Donatus. * *Genus dicitur de liberis,*
aut progenie. Vide lib. 12. Latonæq; genus duplex.

ATRA SVBEGIT HYEMS) sæpius poetæ tempesta-
tem vocant hyemem. Lib. 1. Æneid. *Emissamq; hye-
mem sensit Neptunus.* Est enim facies quædam hy-
ni temporis, quando maximè regnant venti, cadunt,
imbres, cælum, ac terra miscentur, & frigore, ac flabris
illis inhorrescunt omnia. 30

NEC SIDVS REGIONE VIÆ) Virgil. lib. 2. Æneid.
nota excedo regione viarum. Lucr. lib. 1.

Sed nihilominus recta regione viarum
Declinare quis est qui possit cernere sese?
Cic. lib. 5. Accusat. Nostræ accusationis regio, & via.
Ibid. si quis tantulum de recta regione deflexerit. Nau-
tarum est cursum dirigere ad intuitum astrorum, quæ
observantur etiam apud Maronem nostrum.

QVÆ MAXIMA QVONDAM) Regnatorem Asiæ
vocat Priamum lib. 2. Et initio 3. *Postquam res Asiæ, &c.*
Et rursum lib. 2. *incluta bello Mœnia Dardanidum.*

AB IOVE PRINCIPIVM GENERIS) Plus Ilioneus
dixit, quam Latinus. Latinus quippe dixit Dardanum
ex Italia genitum, dedisse originem Teucris. Ilioneus
verò ait, Iupiter est auctor nostri generis: quod aded
laudabile videtur, ut hoc iterum, ac tertio reperat, di-
cens, *Joue Dardanæ pubes Gaudet ano, Rex ipse Jouis de*
gente suprema. Donatus. * *Hic subit animo, quam gaudeant*
homines, si claros, & nobiles anos, ac proavos, & tricuavos nume-
rare possint in familia sua: cum à sapientibus vera nobilitas, & cla-
ritas ea habeatur, quam suacuiq; virtutes parant.

QUANTA PER IDEOS) Quæ calamitas oppressis
set Troiam, ex ordine fuerat referendum, ut posset ex
duris, aduersisque moueri misératio: sed remouendæ
fuerant moræ, ut maturè effectus legationis posset im-
pleri. Vtramque igitur temperat partem, ut tangat hæc,
nec tamen in ipsis diutius commoretur, vsus compen-
dio relationis, & eo quo maiorem miserationis moue-
ret affectum: quidquid enim non tacet fama, & quod

Aad cæli partes, & vltra Oceanum profertur, constat esse
maximum. Donatus.

SÆVIS EFFVSA MYCENIS TEMP.) Eadem figura
dictum illud lib. 2. *Milia quot magnis nunquam vene-*
re Mycenis. Non enim ex vna vrbe, nec ex sola Pelo-
ponneso, sed ex vniuersa Græcia coactæ sunt copiæ, ut
indicat Homeri Catal. quibus Troia obsessæ, & totis
annis decem oppugnata scribitur. Propter tempestates
aurem telorum, ac ferreos illos imbres, hominū, equo-
rum, currumque turbines, aptè bellum, seu prælium
tempestati comparatur. 30

EVROPÆ, ATQVE ASIÆ ORBIS) Orbis Asiæ, &
orbis Europæ dicitur à Marone: ita Marcellino orbis
Eous, & orbis occiduus, pro imperio orientali, & oc-
cidental: & orbis Romanus pro imperio Romano.
Turneb. lib. 30. cap. 5. * *Hinc illud Catulli.*

Troia (nefas) commune sepulchrum Europæ, Asiæq;
Troia virum, & virtutum omnium acerba cinis.

Europam censent nominatam ab Europa Agenoris Phœnicum re-
gi filia, quam trans mare à Phœnicia in Cretum Iupiter sub tauri
forma videret. Sed ea manu cum tauri insigni fuit, unde fabula da-
ta occasio. Ovid. Metamorph. 2. in extremo hunc raptum describit,
vel depingit potius. In raptorem hunc Iusit eleganti Oda Anacre-
on, O ταιφεύς ἴσος ἃ ναι. Herodot. lib. 4. nondum esse compertum
arbitratur, unde hoc illi nomen. Asiam sunt qui ab Asia, alij ab A-
sia regina appellatum autumant.

REFVSO OCEANO) interfuso. Transmare quo-
que auditum est de bello Troiano. Dido lib. 1. in eandē
sententiam.

Quis genus Æneadum, quis Troia nesciat urbem,
Virtutisq; virosq; & tanti incendia belli?

Ipsemet Æneas contemplans bellum Troianum depi-
ctum in templi parietibus apud Carthaginem, sic ad
Achatem: *quis iam locus, inquit, Achate, Quæ regio in*
terris nostri non plena laboris? 30

SI QVEM EXTENTA PLAGAR.) Qui habitant sub
meridiano, quæ pars mundi propter æstus magnitudi-
nem creditur inhabitabilis.

DIIS SEDEM EXIGVAM PATRIS) Quanta laude
talis petitor dignus? Quam pius, & religiosus invenitur,
qui omiſſa interim hominum causa, dijs primitus,
quos secum Æneas aduexerat, desiderat prouideri? Si
tamen agendi artē consideremus, in vna petitione in-
ueniemus & alteram. Quum enim dicitur, deos esse pa-
trios, quis sedē numinibus tribuat, cultore despecto?
Latenter igitur & hominib; sedes postulatur. Donatus.

LITTVS INNOCVVM, ET CVNCTIS) Quid tam
humanum, & simplex, quam morari velle in littore,
nulli exhibere molestiam, nullum onerare præsentia
sua.

sua, utiq; rebus, quas natura communes fecit, quæque A ipso usu non minuuntur? Donatus.

VNDAMQVE, AVRAMQVE PATENTEM) Cic. I. Off. in iustitiæ præceptis numerat, non prohibere aqua profluente. Idem Ilioneus queritur in orat. ad Didonem lib. I. se cum suis prohiberi hospitio arenæ. German.

NON ERIMVS REGNO INDECORES) Superbum & arrogans fuisset dicere, ornabit te societas nostra. Temperavit dictum, & ait, non tales sumus, ut te pudere nostri debeat. Vtitur hoc adiectiuo etiam alibi. lib. 12. *Nec genus indecoros.*

TANTIQVE ABOLESCET GRATIA FACTI) Apud homines gratissimos beneficium collocabis: quippe apud quos memoria beneficentiæ tuæ nunquam intermoritura est. Mos amabilis, beneficii accepti æternam promittere memoriam. Iucundum est enim intelligere, se in hominem gratum contulisse meritum. *

DEXTRAMQVE POTENTEM SIVE FIDE) Laudat quoque Æneæ fidem, quæ vel maximè negotio nouæ amicitiae, & firmitati fœderis fuerat necessaria. Donatus.

MULTI NOS POPVLI) Addit aliud, quod ostendat concedendi necessitatem, & meritum petentium cumulet. Et ne contempnas, inquit, personas supplicū, quia ultro venimus preces tibi fundentes, rogauerunt nos multæ gentes, volueruntq; sibi socios adiungere. Queris cur recusauerimus, & supplices esse maluerimus? Deorum iussa, quibus ad has terras agebamus, præponenda credidimus. Hæc dicendo, nonnullum metum ingerit audienti, ne auderet negare, quod promiserant numina. Donatus.

PRAEFERIMVS MANIBVS VITTAS) *ινσλνεια*, ut Græci appellant, significauit. Ad supplicum velamenta respexit, & Homeri versum Iliad. I. *στυμα τ' ἱχνη ἐν χαρσι*. *ινσλνεια* est ramus oleæ, lana inuolutus, quam infulas, vittas, velamenta tum in poetis, tum in historicis vocari reperimus. Hinc etiam declaratur illud lib. II. *Velati ramis olea*. Turneb. lib. 5. cap. 7. lib. 8. cap. 16. & lib. 30. cap. 5. Hinc est, quod Valerius Flaccus, & Papinius supplicem oliuam appellant, quippe per quam pax fit. Vide Iun. lib. 2. cap. 12. Ex lana autem velamentum id accipiebatur, quod oues alieno semper auxilio egeant.

HINC DARDANVS ORTVS, HVC REPET.) Dictum eodem sensu, quo Cic. in Bruto. Repetunt Minilia lege, & Licinia. Et pro Archia. Chij suum vendicant, Salaminij repetunt. Dardanus, inquit, ex hac terra ortus est, hanc in terram nos reuocat, qui ab eo oriundi sumus, & nos huic terræ repetit, & vendicat. Turneb. lib. 30. cap. 5.

IVSSIS INGENT. VRG. APOLLO) Lib. 3. bis. Primum apud Delum, *Dardanida duri*, &c. deinde in Creta. *Quod tibi delato Ortygiæ*, &c. Ingentia iussa, & quia ipse Apollo ingens est, vnus scilicet de dijs maiorum gentium, & quia de re ingenti, seu magni momenti. *

FORTVNE PARVA PRIORIS MVN.) Bene medium tenuit. Nam ne laudare videretur, ait, *parua*: ne deformare (nam durum est aliquid ab infelicibus accipere) ait, *fortune prioris*. Seruius.

RELIQ. TROIA EX ARD. RECEPT.) Lib. I. de Ascanio. *Donat ferens, pelago, & flammis restantia Troia*. Ibid. *Munera præterea Iliaci crepta ruinis*.

HOC PRIAMI GESTAMEN) Diadema exponit Seruius. Quemadmodum porrò lib. I. reginam, ita hinc regem suis, & conuenientibus ornamentis instruit. * *positum de veste accipiendum videtur, cum sequatur de tiara capiti ornamento*. Fuisse autem regibus priuatum quoddam, & peculiare genus vestimenti, dum iura redderent, hinc discimus: quemadmodum quibusdam locis adhuc est Præsidibus, cum causas disceptant. Qui autem imperatores, quique reges iura dixerint, longo ordine Tirragellus enumerat, de Nobilitate cap. 28. à num. 17. diinceps.

ILIADVMQVE LABOR VESTES) E purpura, auro intertexto, ut infra statim: *nec purpura regem Picta monet tantum*.

SACRQVE TIARAS) Hoc ornamentum capitis & *τιαρα*, & *τιάρα* dicitur. Erectum solis regibus Persarum gestare mos erat: duces verò, cæteræq; ab rege illustres personæ, inflexum, & demissum gerebant. German. Vide Baysium de re vestiaria. Fuit tiara Medorum, testis Plutarch. in Alexand. Persarum, Xenophon Cyri pædiæ lib. 8. Parthorum, Anacreon.

*Καὶ παθὴν τις ἀνδρῶν
Ἐγνώστῳ τιάρῳ.*

Quæ diademata regibus diuersarum gentium fuerint, antiquitatis bene peritus obseruauit Alexan. Neapolit. lib. I. cap. 28.

- 250 Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus
Obtutu tenet ora: soloq; immobilis hæret,
Intentos voluens oculos: nec purpura Regem
Picta mouet, nec sceptramouent Priameia tantum,
Quantum in connubio natæ, thalamoq; moratur:
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.
- 255 Hunc illum fatis externa à sede profectum
Portendi generum, paribusq; in regna vocari
Auspicijs: hinc progeniem virtute futuram
Egregiam: & totum quæ viribus occupet orbem.
- TANDEM LÆTVS AIT: DII NOSTRA INCEPTA SECVNDENT,
260 Auguriumq; suum: DABITVR TROIANE QVOD OPTAS.
MVNERA NEC SPERNO. non vobis rege Latino
Diuitis vber agri, Troiæue opulentia deerit.

Kk*

Ipse

- Ipse modò Æneas (nostri si tanta cupido est,
Si iungi hospitio properat, fociusq; vocari)
265 Adueniat, vultus néue exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contrà Regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ,
Non patrio exadyto sortes, non plurima cælo
270 Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
Et reor, & si QUID VERI MENS AVGV RAT, OPTO.

DEFIXA LATINVS OBTVTV TENET ORA) A rum commemorationem. Seruius. * Romanè, & orato-
Oculi defixi significant attentissimam in aliqua re cogi-
tationem, idque vel sine vlla molestia, vel cum aliqua
molestia. Interdum admirationem quandam, & stupo-
rem arguunt. Virgil. i. Æneid. *Dum stupet, obtutuq;
hæret defixus in vno.* Loquitur ibi de Ænea, animum
suum picturis illis Troianis pascente. Horat. *Defixis o-
culis, animoq;, & corpore torpet.* Interdum animum a-
liqua in re obfirmatum, & perseverantem. Horat. Ode
5. lib. 3. *& virilem Toruus humi posuisse vultum,* de M.
Atrilio Regulo. Ex Lamb. in Horat.

INTENTOS VOLVENS OCVLOS) Si inten-
tos, quare voluens? quasi verò toto cogitationis spatio
immobiles oculi teneri potuerint, quod est contra na-
turam.

NEC SCEPTA MOVENT. P. T. QVANT. IN
CONNVB.) Non considerabat Latinus, qui, aut quæ
obtulisset: non enim regem rebus omnibus abundan-
tem mouere debuerunt munera, quem potior causa
in aliam duxerat partem. Cogitabat quippe spem con-
iunctionis vnice filiz, & eius, quæ sola supererat pa-
seni. Considerabat portenta, quæ viderat in examine
apum, & in capite ipsius filiz, & quæ à Fauno audierat
de genere suo, quod tori orbi imperaret aliquando.
Donatus.

VOLVIT SORTEM) Sortem hic vsurpauit, vt
Græci κλῆρον, & κλῆρος, pro fato, effato, responsis. Su-
perius siquidem Faunum fatidicum genitorem: & ali-
cubi *Lycias sortes, arcanaq; fata:* & lib. 3. *sic fata deum
rex Sortitur,* & lib. 6. *Hic ego namque tuas sortes, arca-
naq; fata.* Lucret. lib. 4. *Nequidquam diuinum numen,
sortesque fatigant,* consulentes oraculum scilicet. Ger-
manus.

PARIBVS AVSPICIIS) pari potestate. Tra-
ctum à comitijs.

TOTVM QVÆ VIRIBVS OCCVPET ORBEM)
suprà.

— quorumq; à stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, quæ sol vtrumq; recurrens
Aspicit Oceanum, vertiq; regiq; videbunt.

TANDEM LÆTVS AIT) suprà dixit, cum ob-
ducto vultu fuisse, cum cogitaret: dehinc cum optatos
exitus reperisset, ostendit lætum protulisse, quæ vol-
uendo discusserat. Quod ait *tandem,* ostendit diu cum
immoratum cogitando de causa, cui festinatio erat ini-
mica. Nihil hic agere præcipiti consilio debuit. Donat.

DII NOSTRA INCEPTA SECVNDENT) An-
tiquo more, locuturus de publicis rebus: id est, de pa-
ce, & nuptijs filiz, & de regijs nuptijs, facit antè deo-

rum commemorationem. Seruius. * Romanè, & orato-
rie, *Quod solus, sanctum, fortunatumq; sit.* Comice, *Qua res bene
sortas, Quod dii bene fortunent.* Cicer. quoque, *cumq;, honorem
tibi deos fortunare volo.* Omnibus rebus agendis præfari solebant
Veteres, quomodo & p̄i Christiani, Im nomen Gottes, das walt
Gott. Græci dicebant ἀγαθὴ τύχη. Orabant, inquam, deos ut ca-
pi fortunarent, prosperarent, capti aspirarent, capti adessent,
fauerent. Vide Briffon. Formular. lib. 1. num. 77.

MVNERA NEC SPERNO) Non spernere γὰρ
ἀλάττωσιν est amare, gratum habere. Sic Horat. Ode. i.
lib. i. *Nec partem solido demere de die Spernit.* Id est, a-
mar: est illi iucundum frangere diem. * Dicit hoc Latini-
mus, ne commotus pretio, & elegantia donorum videatur Troia-
nos recipere in amicitiam: quod esset animi nec regij, & nimium
cupidi. Tamen ea reijcere humanum factum non fuisset, etiam si
minora fuissent, quam erant. Spectandum enim animum donantis.

REGE LATINO) pulchrè adiecit, me regnante,
quoniam longæuus fuit, & memor esse debuit huma-
næ conditionis, cui omnes ætates subiectæ sunt. Donat.

VBER AGRI) Lib. i. *Terra antiqua, potens ar-
mis, atque ubere gleba.* Vber pro fecunditate. Quid e-
nim in animantibus fecundius ipsis vberibus, quæ sunt
tanquam fontes iugi lacte scatentes? &

TROIÆ OPVLENTIA) Longè plus promittit,
quàm petiuerant Troiani. Egrege dictum à Firmiano,
lib. 2. cap. 9. *Ut opulentia bonum videatur, acerbitas
egestatis facit: & gratiam lucis, commendat obscuritas te-
nebrarum: valetudinis, & sanitatis voluptas ex morbo, ac
dolore cognoscitur.* Troianas opes dixit initio lib. 2.

PARS MIHI PACIS ERIT DEX. TETIG. TYR.)
Donec maior fœderis accedat auctoritas, quæ pacem
plenissimam firmet, non perhorrescat amici sui con-
spectum. Auspicetur dexterarum concordiam, quia
pars pacis est, dexteras inter fœdera conuenisse. Tyran-
norum nomen posterioribus sæculis infamatum est:
nam reges etiam olim hoc nomine dicebantur. Do-
natus.

Dexteram in fide porrigi Plinius docet. Cuius rei
causam Varro Callimachum securus, esse ait, quod om-
nis veterū auctoritas dexterae manus virtute constaret.
Propterea, inquit, maiorum hæc fuit saluatio, vt hac
potissimum parte se venerarentur. Et quod ad firman-
dam dextra fidem attinet, docet interpres Aristopha-
nis, morem fuisse ἐν αἰσῇ, & συνθήκαις τὰς δεξιὰς διδόναι
ἀλλήλοις. Vide plura apud Rhodigin. lib. 4. cap. 3.

Sine cæde & sanguine ipsi Fidei velati Flamines
albo panno, sacra faciebant. Quin illuc curtu arcuato,
manu ad digitos inuoluta deferebantur, sollempni pom-
pa. Quo argumento fidem dextris tutandam, & sacra-
tam esse significabant, quod & dextra dexterae iuncta de-
narium numerum, qui sacratissimus sit, & perfectissi-
mus

mus. Sanè Fides fingebatur duabus iunctis manibus, A perſpicuè tyrannum accipit pro eo, qui inuitis ſuis ciuibus, & iniuſtè dominatur.

EST MIHI NATA, VIRO) Prius quid hìc Seruius afferat, accipiamus: deinde quid longè copioſius, & eruditius, Donatus. Malè, inquit Seruius, multi arguunt Virgilium quod Latinum ultro induxit filiam pollicentem: nec oraculum conſiderantes, quia Italis dari non poterat: nec Æneæ meritum, quem decebat rogari. Terent. And.

Hac fama impulſus Chremes, ultro ad me venit, unicam gnataſuam.

Cum dote ſumma filio uxorem ut daret.

Hefiod. etiam *περὶ τῶν γυναικῶν* inducit multas heroïdas optaſſe nuptias virorum fortium.

Donatus *ἡδὲ φερεινός*: Habed filiam, quam conſenſu omnium numinum incolis, vel ciuibus prohibeor dare: iſdem reſponſis, & augurijs gener externis ab oris oſtenditur, per quem progenies mea poſſit ornari. Sic in tempore veniſtis, ut arbitrer ipſum ducem veſtrū promiſſum filia. Quod ſi ita eſt, & mentis errore non ducor, & opto, & cupio illi coniungi. Verecunda oblatio, & aduerſus exprobrationem omnem ſatis munita: nec in hunc conueniret Terentiana ſententia, qua dictum eſt: *aliquid monſtri alunt: ea quoniam nemini obtrudi poteſt, iur ad me.* Et reuera, quum quis offert filiam ſuam, cauere debet, ne in ſuſpicionem contrariam veniat. Quod, ne Latino contingeret, non aperte obtulit filiam: ſed indicauit, quæ ſigna oblata ſint, ſuper eius coniunctione perficienda, quid uè ipſe, cum patrem conſuluiſſet, audierit. Nec criminis eſſe arbitratuſ eſt, ſi profiteretur ſibi placere deorum iudicium, cui reſiſti nō poſſet: quo etiam potius lætari debuit, nuptias filia ſua dijs fauentibus ordinatas eſſe.

NON PATRIO EX ADYTO SORTES) Suprà, *oracula Fauni Fatidici genitoris adit.*

PLURIMA CÆLO MONSTRA) Aut per augmentum dixit, aut & alia viſa intelligamus: nam duo ſupra relata, non ſunt plurima. Seruius.

HOC LATIO RESTARE CANUNT) Vates aiunt hoc manere Italiam. Suprà, cum portentum de apibus narraſſet. *Continuò vates, externum cernimus, inquit, Admentare virum, &c.*

MENS AVGV RAT) Auguro dicimus ſecundum Plinium, cum præſagio mentis futura colligimus: auguror verò tum, cum futura veris captamus augurijs. Seruius. Attius Oenomaos. *Atque ea coniectura auguro.* Cic. ad Caluū. præſentit animus, & augurat quodammodo, quæ futura ſit ſuauiſſas. Plura, & in ijs Virgilianum hoc producit Nonius.

TYRANNI) Seruius admonet, Græcis *τύραννος* ſub utroque genere dici: quod quamuis verum ſit, tamen *ἡ τυραννίς* tam violentum imperium, & regnum, quam tyranni uxorem ſignificat. Nomen autem tyranni recentius eſſe, vel hinc liquet, quod in poëmatis neq; ab Homero, neque ab Hefiodo, neque ab vllō veterum uſurpatur. Eſſe autem *μύσος* vocabulum tum ex hoc loco clarum eſt, tum ex Ariſtot. qui in Politicis Cumanorum Tyrannos eos ait appellatos, qui *αἰσυνήται* dicerentur, quod nomen magis honorificum eſſet: & ex eo Platonis *ἐν ἐργασίᾳ, τί δὲ ὅταν ᾖς ἀνὴρ ὀρθῶς πάλιν διοικῇ, ὄνομα τῷ τῷ τῷ τυραννίστῃ, καὶ βασιλεὺς*, &c. composito nomine, ut Grammaticis placet, vel *τὸ τυραννίς, καὶ αἰτίας, τὸ τυραννίς*, vel à Tyro deducta origine, vel à Tyrrhenis, quod ſcæuitia infames eſſent. German.

Vtriuſque notionis huius vocabuli, cum in laude, inquam, & in reprehentione ponitur, egregium exemplum reperio apud Æmilium Probum in Miltiade ſub finem: Nam Cherſoneſi omnes illos, quos habitàrat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannuſque fuerat appellatus, ſed iuſtus. Non erat enim vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate. Eamque poteſtatem bonitate retinuerat. Omnes autem & habentur, & dicuntur tyranni, qui poteſtate ſunt perpetua in ea ciuitate, quæ libertate uſa eſt. Hunc in locum Lambin. interpres multa è Græcis ſcriptoribus teſtimonia congerit, quibus vocem tyrannus nunc iniuſtum, ac violentum dominatum, nunc idem quod regnum, ſeu *βασιλείαν* ſignificare conuincit. Addit poſtea. Ex his exemplis licet intelligere, tyrannum idem interdum ſignificare, quod regem, & in laude poni: interdum à rege plurimum differre, & probro duci. Ariſtot. lib. 3. & 4. Polit. multis verbis docet, quid interſit inter regem, & tyrannum: & item Plato lib. 9. de Rep. oſtendit tyranni vitam eſſe inſuauiffimam: regis verò ſuauiſſimam, & iucundiffimam. Et Xenophon in Hierone, toto dialogo probat vitam priuatam liquidioribus, & ſincerioribus voluptatibus potiri, quam tyrannicam: ubi

Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.

275 Stabant tercentum nitidi in præſepibus altis.

Omnibus extemplò Teucris iubet ordine duci

INSTRATOS OSTRO ALIPEDES, PICTISQVE TAPETIS.

Aurea pectoribus demiffa monilia pendent:

Tecti auro, fuluum mandunt ſub dentibus aurum.

280 Abſenti Æneæ currum, geminosq; iugales

Semine ab ætherio ſpirantes naribus ignem:

Illorum de gente, patri quos Dædala Circe

Suppoſita de matre nothos furata creauit.

Talibus Æneadæ donis, dictisq; Latini

285 Sublimes in equis redeunt, pacemq; reportant.

Kk* 2

Ecce

Ecce autem, Inachijs sese referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux, aurasq; inuecta tenebat:
Et lætum Æneam, classemq; ex æthere longè
Dardaniæ Siculo prospexit ab usq; Pachyno.

290 Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deseruisse rates. stetit acri fixa dolore:

TVM QVASSANS CAPVT, HÆC EFFVDIT PECTORE DICTA.

STABANT TERCENTVM) Trecenti, sexcenti apud A
probatissimos scriptores habent significatum magni
cuiusdam numeri. Verum hic præcise tot equi accipien-
di sunt, in quo nihilominus elucet regalis quædam am-
plitudo. ✱

NITIDI) Quales decet regum, ac principum e-
quos esse, bene curatos, non strigosos, & vix hærentes
ossibus.

IN PRÆSEPIBUS ALTIS) Præsepe, & præsepium,
locus dicitur non is solum, in quo iumenta, cæteraque
huiusmodi pascuntur, sed omnia loca clausa, in quibus
animalia continentur. Virgil. 1. Æneid. *Ignantum fucos
pecus à præsepibus arcens.* Quidam tamen præsepium pro-
priè locum esse volunt, in quo pabulum animalibus præ-
betur. Plautus metaphoricè de loco, in quo homines
pascuntur. Curcul.

Tormento retineri non poterit ferreo,

Quia recipiat se huc esum ad præsepium suum.

Huc item accommodari potest prouerbium de Epicu-
reis, ἐκ τῆς αὐτῆς οἰονεὶ φάτῃς ἐδιδόκοτες, qui ex eodem
præsepi ederunt, & ijs, qui eandem doctrinam hausa-
runt, & in eodem ludo fuerunt instituti. Et, *altis præse-
piibus*, vnde equorum magnitudo monstratur.

IVBET ORDINE DVCI OM. TEVCRIIS) Pro meri-
tis singulorum. Et quidem ex trecentis optimis dele-
git meliores, eosque purpureis, & aureis ornamentis
ornari iussit pro regia magnificentia.

ALIPEDES) quasi alas in pedibus habentes. Ete-
nim equus animal ad celeritatem, cursumque idoneum
inprimis.

AVREA PECTOR. TECTI AVRO, MAN. AVRVM)
Repetita sæpius voce, quæ significat rem ornamentum
plenam, & qua mortales vti consueverunt, cum aliquid
illustrare voluerint, & plurimum ipsis splendoris affer-
re, locum hunc ornauit. ✱ Vide 4. Æneid. de Didone, cui pha-
retta ex auro, &c. Huiusmodi lepos est etiam apud Nasōnem 2.
Metamorph. de curru Solis,

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa

Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.

SPIRANTES NARIBVS IGNEM) Tiberij equum
narrat historia ἐκ στόματι σπινθηρὰ βολῆσαι. Lib. 12. de e-
quis solis, *lucemq; elatis naribus efflant.*

ILLORVM DE GENTE) Tales equos Anchisen ha-
buisse Homerus indicat, Iliad. 1.

Τῆς γὰρ τοι γενεῆς, ἥ πρὶν περὶ οὐρόπα ζεῖς

Δῶχ' ὅδε ποτὶν γεννιμῆδε, ὅτε δ' αἰεὶ

Ἰππων ὅσοι εἰσιν ὑπ' ἡὲρ' ἡελίοντε,

Τῆς γενεῆς ἐκλεῖν ἀναξ ἀνδρῶν ἀρχίοντε

Δάδρη λαομῆδον ὑποσχὼν δῆλως ἵππου.

HEV STIRPEM INVISAM, & fatis contraria nostris

Fata Phrygum. num Sigeis occumbere campis?

295 NUM CAPTI POTVERE CAPI? num incensa cremauit

Troia viros? medias acies, mediosq; per ignes

Inuenere viam. at, credo, mea numina tandem

DÆDALA CIRCE) Dædalum à varietate rerum,
artificiorumque dictam esse apud Lucretium terram,
apud Ennium Mineruam, apud Virgilium Circen, fac-
ile est intelligere, cum græcè δαδάλειν significet varia-
rè, ait Festus. Potest item hoc nomen à præstantissimo
fabro ductum esse, de quo initio 6. Æneidos.

SVPOSITA DE MAT. NOT. FVR. CREAVIT) Vates
iste venerabilis varia modò verba modò sensus figuran-
do, multum latinitati leporis adiecit: qualia sunt hæc, *Sup-
posita de matre nothos furata creauit*, vt ipsa creauerit,
quos creati fecerit. *tepidaq; recentem Cede locum*: cum
locus recens cæde nouè dictus sit. Et, *Hæc ait, & socij
cesserunt aquare iusso*, pro eo, quod iussi cesserunt. Et,
B caso sparsurus sanguine flammæ, qui ex cæsis videlicet
profunditur. *Vota deum primo victor soluebat Eo*, pro,
quæ dijs vota sunt. *Et me consortem nati concedo sepul-
chro*. Alius dixisset. *Et me consortem nato concedo sepul-
chro*. Et, *Illam viam celerans per mille coloribus arcum*. Id
est, per arcum mille colorum. Lege cætera Macrob. Sa-
turnal. lib. 6. cap. 6.

INACHIS AB ARGIS) Non temerè hoc epi-
theton adiectum. Argi enim plures sunt, quod docet
Seruius.

SICVLO ABVSQVE PACHYNQ) Tria sunt Siciliæ
promontoria Pelorus, Lilybæum, Pachynus, quod La-
tium respicit, vt secundum illud Africam, primū Græ-
ciam. Item, Pelorus septentrionem spectat, Lilybæum
ad Austrum pertinet, Pachynus brumali ortui obuer-
sus est.

STETIT ACRI FIXA DOL.) Quod solet esse cogi-
tantium.

TVM QVASSANS CAPVT) Quassare, seu mouere
caput, gestus est irascentis, aut minantis, aut lamentan-
tis. Lib. 12. *Ille caput quassans, non me tua fernida terrens
Dicta ferox.* Lucret. lib. 2.

Jamq; caput quassans grandis suspirat arator,

Crebrius incassum magnum cecidisse laborem.

Plaut. Trinum. *quid quassas caput?* Ch. *Cruciatu cor
mibi, & metuo.* Homer. Odys. 1. κινήσας δὲ χεῖρας πρὸς
τὸν μηδίστο δυνόν. Et demonstratur, qualem sit oratio-
nem habitura, dum quassat caput, iracundam utiq; &
furiosam.

EFFVDIT PECTORE DICTA) Verè effudit magis
quàm exprompsit. Sedatus animus loquendo quæ vult e-
loquitur: ira insaniens, præ impatientia moræ & ef-
fundit, & effudit multa, quæ taceri potuerant, aut bre-
uius dici, & consideratius. ✱

- Fessa iacent: odijs haud exsaturata quieui.
 Quin etiam patria excussos infesta per vndas
 300 Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto.
 Absumptæ in Teucros vires cæliq; marisq;.
 Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
 Profuit? optato conduntur Tibridis alueo,
 Securi pelagi, atq; mei. Mars perdere gentem
 305 Immanem Lapithûm valuit: concessit in iras
 Ipse Deûm antiquam genitor Calydonæ Dianæ:
 (Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?)
 Ast ego magna Iouis coniux, nil linquere in ausum
 Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
 310 Vincor ab Ænea. quòd si mea numina non sunt
 Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod vlsquam est.
 FLECTERE SI NEQVEO SUPEROS, ACHERONTA MOVEBO.
 Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,
 Atq; immota manet fatis Lauinia coniux:
 315 At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus:
 At licet amborum populos excindere regum.
 Hac gener, atq; focer coëant mercede suorum.
 Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo:
 Et Bellona manet te pronuba. nec face tantum
 320 Cisseis prægnans ignes enixa iugales:
 Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
 Funestæq; iterum recidiua in Pergamata dæ.

HEU STIRPEM INVISAM) Oratio hæc veneni, & Apem invisam, &c. Et Dido. moriemur inulta? Sed mortem, aut. Eadem, pro Jupiter, ibi. Hic, ait. Et Priamus. At tibi pro scelere, exclamas, pro talibus ausis. Nec initium solum tale esse debet, sed omnis, si fieri potest, oratio pathetica: & breuibus sententijs, & crebris figurarum mutationibus debet velut inter æstus iracundiæ fluctuare. Vna ergo nobis Virgiliana oratio pro exemplo sit, Heu stirpem invisam. Initium ab ecphrasi. Deinde sequuntur breues interrogatiunculæ,

—vinacis ager
 Violentus iras animus, & sanus dolor
 Æterna bella pace sublata geret.

Furentis præ ira, vindictamq; spirantis fæminæ ideam hic intueri possumus. ✱

FATIS CONTRARIA NOSTRIS FATA) Qui contrarijs fatis dicuntur nasci, inter se inimicitias gerunt, ut nunquam quiescant, nec accipiant finem. Hoc asseritur ex Iunonis persona, atque hoc firmatur etiam, fati deos gubernantibus agi. Ait igitur Iuno: Heu, quod fuit altissimi doloris signum, ut vinceret gemitus vocem. Dehinc ait, doleo, quod fatis meis obuiam veniant Troianorum fata contraria. Quod quum ita sit, obtinere procul dubio debuerant fata mea, & emulos nocendo peruincere. Ecce ipsi cum dolore meo superiores sunt, & quidquid inimica cogitare potuit, constantia, & fælicitate vicerunt. Donatus.

Oportet ut oratio pathetica aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigatur: quæ à Græcis *ἔλεος*, & *δυσωρίς* appellantur. Horum alterum accusatori necessarium est, alterum reo. Et necesse est initium abruptum habeat, quoniam satis indignationis leniter incipere non continet. Ideo apud Virgil. lib. 10. Iuno sic incipit. Quid me alta silentia cogis Rumpere? Et alibi. Mené incepto desistere victam? Et alibi, Heu stir-

riamur, ait. Eadem, pro Jupiter, ibi. Hic, ait. Et Priamus. At tibi pro scelere, exclamas, pro talibus ausis. Nec initium solum tale esse debet, sed omnis, si fieri potest, oratio pathetica: & breuibus sententijs, & crebris figurarum mutationibus debet velut inter æstus iracundiæ fluctuare. Vna ergo nobis Virgiliana oratio pro exemplo sit, Heu stirpem invisam. Initium ab ecphrasi. Deinde sequuntur breues interrogatiunculæ,

Num, Sigæis occumbere campis?
 Num capti potuere capi? num incensa cremanit
 Troia viros?

Deinde sequitur hyperbole.

Medias acies, mediasq; per ignes
 Inuenere viam.

Deinde Ironia.

Ast, credo, mea numina tandem
 Fessa iacent: odijs haud exsaturata quieui.

Deinde ausus suos inefficaces queritur,

—per vndas

Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto.

Secunda post hæc hyperbole.

Absumptæ in Teucros vires cæliq; marisq;.

Inde dispersæ querelæ.

Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
 Profuit?

Iungitur argumentum à minore, ut pathos augeatur:

—Mars perdere gentem

Immanem Lapithûm valuit.

Minor scilicet persona: ideo illud sequitur.

Ast ego magna Iouis coniux.

Kk* 3

Dein-

Deinde, cum caussas quoque contulisset, quanto impetu dea dixit?

Infelix, quæ memet in omnia verti.

Nec dixit, non possum perdere Æneam, sed, vincor ab Ænea. Deinde confirmat se ad nocendum: & quod proprium est irascentis, etsi desperat perfici posse, tamen impedire contenta est.

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Non dabitur regnis, esto, prohibero Latinis:

At trahere, atq. moras tantis licet addere robur.

At licet amborum populos exscindere regum.

Post hæc in nouissimo, quod irati libenter faciunt, maledicit.

Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo.

Et protinus argumentum à simili conueniens ex præcedentibus:

— nec face tantum

Cissus pregnans ignes enixa iugalos.

Vides quam sæpe orationem mutauerit, ac frequentibus figuris variauerit: quia ira, quæ brevis furor est, non potest vnum sensum continuare in loquendo. Macrobius lib. 4. Saturnal. cap. 2.

A persona rei incipit, per contemptum & exprobrationem. Ostendit autem facinoris indignitatem: cum Troiani etiam naturam ipsam superauerint. Incensi sunt, non tamen cremati. Capi: non potuerunt capi. Neque ignis, neque aqua retinuit. Vires omnes terræ, ac cæli minores ipsis. Exemplum ponit Dianæ, ut lib. 1. Palladis. Tandem animi iniquitatem in conclusionem, Non rumpam fata? at differam. Et, *Sanguine Troiano, ac Rutulo dotabere virgo*. Scalig. Poet. lib. 3. cap. 24.

NVM CAPTI POTVERE CAPI?) Hoc ex Ennio sumptum est, Annal. 10. cum de Pergamis loqueretur. Versus hi sunt.

Quæ neq. Dardanijs campis potuerunt perire,

Nec cum capta, capi, nec cum combusta, cremari.

Ad quod etiam respexit Petronius illo versu. *Ibat inuentus capta, dum Troiam capis.* [Agis de equo durateo, in quo cum periculo capiti inclusi latebant Græci] Lucret. interea perpotest amarum Absinthii laticem, deceptaq. non capiatur. Solent ita loqui veteres auctores, quod pluribus exemplis demonstrat Titius. lib. 8. cap. 21. * Adde Horat. lib. 2. epist. Græcia capta ferum victorem cepit. Catull. Nequidquam tacitum cubile clamar. Cic. in Verram, si tacent, factis dicunt. Et 1. Catilin. cum tacent, clamant. Euripid. Alceste. xapμi & πρὸς δῖον αἶψ' ὁμῶς τὸν γυναικὸς τῶνδ', μὴ μὲν ἴδης ἡγεμόνων.

MEDIAS ACIES. MED. PER IG.) Quod magis dolendum est mihi, quia per medias acies, perq. medias flammæ, tanquam nihil obstiterit, tuti, securique transierunt, quod fuit felicitatis illorum, ut abscessisse potius otiosi, quam fugisse territi videantur. Euaserunt igitur pericula duo, quibus grauius nihil est. Ruptæ sunt acies, incendia vanuerunt, inuentus est exitus conseruationis ipsorum, ubi sperabatur interitus. Quod dixit, *medias acies, & medias flammæ*, ibi maiorem cumulum doloris expressit: magnum enim non esset, flammæ terminos, aut fines exercitus euasisse, è medio autem euadere difficillimum. Donatus.

AT CRED. M. NVM. FESSA) Nec fatigata destitit, nec satiata requieui. Et est ironia, iratæ conueniens.

PATRIA EXCVSSOS) Mirabiliter positum: quicquid enim excutitur, vim testatur, quæ ferre non potuit: & ad hoc excutitur, ut cum sua pernicio cadat. Donatus.

QVID SYRTES, AVT SCYLLA MIHI) Ego illis inuitabilia obieci, illa, eos ad optata duxerunt, in tantum, ut ulterius nec me timeant, nec minas ponti formidēt. Per istiusmodi comparisonem ostendit cumulum doloris sui, dum cerneret inimicos suos, superatis tot dis-

criminibus pelagi, ac terrenis, defendi placiditate fluminis, ac regis amicitia. Donatus. Ac si diceret, inquit Seruius, iam quæ sua natura solent nocere, me rogante minimè obfuerunt, quod indignissimum est.

SECVRI PELAGI ATQVE MEI) Lib. 1. Æneid. *securus amorum Germana*. Tacitus Annal. 17. Non modò iacètia, & plana vrbis loca, sed securæ huiusmodi casum impleuit. Apud poetas leges, famæ, fortunæ, pœnæ, veniæ, futuri, &c. securus.

MARS PERDERE GENTEM) More suo ab exemplis quoque iras suas accendit, & inducit minores deos ad plenum se defendisse. Atque ut hoc grauius faceret, addidit commemorationem à persona sua, *At ego magna* &c. Donatus.

Pirithous Lapitharum Rex, cum uxorem duceret, vicinos etiam populos Centauros sibi cognatos, & deos omnes, excepto Marte, ad conuiuium vocauit: inde iratum numen immisit furorem, quo Centauri, & Lapithæ in bella venerunt. Seruius.

CONCESSIT IN IRAS CALYD. DIANÆ) Oeneus Calydonis rex, de primitiis omnibus numinibus sacrificauit, excepta Diana: quæ irata aprum immisit, qui cuncta vastabat, donec à Meleagro occideretur. Concessit autem ideo dixit, ut ostenderet, minora numina, nisi impetrauerint, non posse nocere. Statius de Vener. *Infandum nata concessit honorem*. Seruius. * De hoc apro, de Meleagro, & alijs, qui ad eum occidendum conuenerint, totam deniq. fabulam disertè explicatam habes Apollodori lib. 1. quem lege, & Ovidium Metamorph. 8.

QVOD SCELVS MERENT.) Scelus pro pœna posuit, ab eo quod præcedit, id quod sequitur: ut, *scelus expensisse merentem*. Seruius.

NIL LINQVERE INAVSVM QVÆ POTVI) Venustum vsus particulæ huius possum, apud poetas, compluribus exemplis demonstrauit Canterus lib. 2. cap. 2. Et nos alicubi in hisce Symbolis eius labore vsi sumus.

VINCOR AB ÆNEA) Alibi Maro, *mortalis vincor ab hoste*: ut poeta græco epigram. οἱ μοι ὑπὸ θνήϊ λείπομαι ἀδανάτω. German.

FLECTERE SI NEQ. SVP. ACHER. MO.) Hoc versu vtentur, quibus certum est, facinus aliquod peragere per fas, & nefas, quo iure qua iniuria, aut deo adiuuante, aut diabolo. Quo genere hominum nihil potest inuenire detestabilius: qui animam suam venalem habent pro teruntio, aut vno asse, pro qua dei filius vitam, & sanguinem dedit. Antiqui dicebant Acheruns Acheruntis. Plaut. Trinum. *Acheruntis ostium in nostro est agro*. Capt. *Verum enim vero, nulla adaquæ est Acheruntis. Et loco aduerbij ibid. Facito ergo, ut Acheruntis clucet gloria. Vidi ego, multa sæpe picta quæ Acheruntis ferent*. Lucret. lib. 3. *infernas animas Acheruntis vagari*. De hoc fluuio Natal. lib. 3. cap. 1.

AT TRAHERE, ATQVE MORAS) Ostendit deos retardare fata, non penitus tollere: ut, *Troiam nec fata vetabant Stare, decemq. alios Priamum superesse per annos*. Hæc Seruiana est interpretatio, ad quam confirmandam, ipsumque Virgilij locum illustrandum, quadrat aptissimè, quod responder apud Herodotum lib. 1. Pythia legatis Cræsi, missis expostulatum cum Apolline, à quo rex bello suscipiendo in fraudem impulsus esset, ita ut vinceretur, & in Cyri potestatem veniret, cum tot eum, Apollinem inquam, muneribus antè, tamq. splendide coluisset, seseque Persarum potentiam, fretus eius responsis, euersurum sperauisset. Hoc igitur Pythia Lydis illis responsum dedit. Sortem fato destinatam defugere, deo quoque est impossibile. Cræsus autem quintæ retro ætatis crimen luit (hoc est, tritau Gy-

gis, à quo quintus numerabatur Crœsus) qui quum A esset satelles Heraclidarum, mulieris dolo inductus, dominum interemit: illiusque dignitate potitus est, nihil ad illum pertinente. Verum Apollo cum studuerit, ut hæc Sardium clades liberis Crœsi, non ipsi Crœso contingeret, tamen transferre fata nō potuit. Sed quatenus illa permiserunt, annixus est, atque ei gratiam retulit, utpote dilata Sardium expugnatione tres annos. Ut hoc Crœsus dicat, tribus annis serius, quam fata destinarant, se fuisse captum.

AMBORVM REGVM) Latini foceri, Æneæ generi, ut statim sequitur.

SANGVINE TROIANO, ET RUTULO) Nomen habent Rutulorum hostes Æneæ, cum, ut patebit, multi præterea populi se se cū Rutulis, Turnoq; cōiunxerint.

BELLONA PRONUBA) Pronubas dici, ait Donatus, quæ in obsequio nubentis sunt, quæ scilicet nubentes domū mariti deducunt, & comitantur. Festus, Pronubæ adhibebantur, inquit, nuptijs, quæ semel nupsērunt, causā auspicij, ut singulare perseveret matrimonium. Tertullian. in Exhortat. ad castitatem. Monogamia apud Ethnicos in summo honore est, ut & virginibus legitimè nubentibus vniūra pronuba adhibeatur: & sic auspicijs initiū est. Seruius in Schedis, Varro pronubam dicit, quæ ante nupsērit, & quæ vni tantum nupsērit. Catull. in Epithal. ut notat Scalig. in Fest.

*Vos vni senibus bona
Cognita bona famina,
Collocare puellulam.*

NEC FACE TANTVM CISSEIS PRÆGNANS) Regina Hecuba filia fuit, secundum Euripidem, Cissei, quem Virgil. sequitur, secundum Homerum, Dymantis. Facit enim Asium fratrem Hecubæ Dymantis filium. Hæc se facem parere in somnis vidit, & Parin creavit, qui causā fuit incendij. Ergo hoc dicit, Talis erit Veneris partus. Nam sicut per Parin Troia consumpta est: sic per Æneam reliquæ Troianorum. Seruius.

* *Huius faci meminit Euripid. in Troadibus, Latinus Tragicus apud Cic. 1. de Divinat. Ipsam Hecubam apud Senecam in Troade,*

Non cautus ignes Ithacus, aut Ithaci comes
Nocturnus in vos sparsit, aut fallax Sinon:
Meus iste ignis est: facibus ardetis meis

Ovidius quoq; in epistola Paris ad Oenonen.

Marris adhuc vtero partu remorante tenebar,
Iam grauidus iusto pondere venter erat.
Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni
Flammiferam pleno reddere ventre facem.
Territa confurgit, metuendaq; noctis opacæ
Visa seni Priamo, vatibus ille refert.
Arsurum Paris vates canit Ilion igni.

& *Virgil. in sum. lib. 10. & face prægnas Cisseis regina Parin creat.*

Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit:
Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum,
325 Infernisq; ciet tenebris. cui tristia bella,
Iræq; infidiæq; & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odere sorores
Tartareæ monstrum, tot sese vertit in ora:
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
330 Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium virgo fata Noctæ laborem,
Hanc operam, ne noster honos, infracta uē cedat
Fama loco: neu connubijs ambire Latinum
Æneadæ possint, Italos uē obsidere fines.

Cum igitur apud Euripidem Helena se causam non fuisse belli Troiani, exitijq; illius præclaræ urbis ostendere vellet, primamque Hecubam sustinere malorum illorum causam dixisset, quæ Paridem pepererat, addidit, assignari debere causam illam secundo loco Priamo, qui infantem eum non necauisset, ut facere ipsum debere à Cassandra filia obscure admonitus fuerat. Nā fax illa cruoris plena, quam ipsa furore percita prædicaui, nihil aliud significabat, quam futurum puerum illum, qui natus erat, vel cuius partus appropinquabat, si creuisset, causam maximorum incendiorum, interitusque demum patriæ, &c. Lege Victor. lib. 29. cap. 5.

IGNES ENIXA IVGALES) Enixæ dicuntur famina nitendi, hoc est, conandi, & dolendi labore perfunctæ, seu quod vinculis quibusdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exsolutæ. Nexum enim dicimus arctum, & colligatum. Plaut. Amphit. id probat, dicens: *Vno ut labore exsolueret arummas duas*, de duplici partu loquitur Alcmenæ, Iphiclis videlicet ex Amphit. & Herculis ex Ioue concepti. Nonius.

QVIN IDEM VENERI PARTVS SVVS) Iniuriosa comparatio: nam Veneri Hecubam, Paridem Æneæ, Helenam Lauiniæ comparat. Æneas qui partus est Veneris, erit Veneri matri, ut Paris Hecubæ, & Lauinia erit Troianis istis aduenis Helena, cuius scilicet causā extrema patientur. Hoc supra clare expressit, cum dixit, *Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo*. Et versu ultimo. *Fune scæq; iterum recidina in Pergama tæda.*

ET PARIS ALTER) Manifestò significat, vita & factis futurum illi delicato, & libidinoso similem Æneam, ut ipsum ita exprimeret, ut non facile ab illo distinguí posset. Eodem pacto Andromacha apud Euripidē Troadibus, cum Hecuba loquens ait, *δούρατος αἰας*, cum & ipsa idem ostendere vellet, inuentum, inquam esse, qui sceleratum illum hominem, & impurum imitatus esset, ac factum illius improbissimum in altera ipsius filia reddidisset. Verba Andromachæ sunt, magno dolore commotæ. *φῆν, φῆν, ἀλλ' οὐ τίς αἰας οἷς εἶμινα δούρατος παῖδος πείρηται σῆς*. Duxit igitur hoc quoque è græco sermone Latinus poeta: mirificeq; id expressit: neq; id tantum hoc loco, verum etiam altero, hoc eodem opere, cum scilicet cecinit, *maris iterum imminet hostis Nascentis Troia, nec non exercitus alter*. Sed etiam in pastoralis carmine, *Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uocabat Argo*. Victor. lib. 28. cap. 7.

RECIDIUA IN PERGAMA) Lib. 4. etiam recidiua vocauit. *Et recidiua manu posuissē Pergama viciis*, ubi explicauimus hoc verbi. Vtitur & lib. 10. *Dum Latium Tencri, recidinaq; Pergama quarunt.*

- 335 Tu potes vnanimis armare in praelia fratres,
Atq; odijs versare domos: tu verbera tectis,
Funereasq; inferre faces. TIBI NOMINA MILLE,
MILLE NOCENDI ARTES: fœcundum concute pectus.
Disijce compositam pacem, sere crimina belli.
340 Arma velit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.

TERRAS PETITIV) sub terras descendit.

HORRENDI) Horrendam dixit, ex causa ingentis iracundiæ vehementissimè commotam, in tantum, vt quisquis eam cerneret, sine horrore esse non posset. Donatus.

LUCTIFICAM ALECTO) Quæ nihil aliud præter luctus posset efficere, aut quæ faceret luctus. Multa deinde congerit, vt ostendat exquisitum malum, & quo peius non esset, sibi Iunonem adhibuisse. Et reuera, nisi talis, voluntatem dolentis implere non posset. Et licet sufficere deberet, quod luctificam dixit, & ex Dirarum cœtu, atq; ab ipsis tenebris euocatam, tamen addidit alia, quibus aptam negotio demonstret. Donatus.

CVI TRISTIA BELLA, IRÆQVE, INSID.) Homer. B
Iliad. 6. αἰεὶ γὰρ τοὶ εἰς τὴν γαίαν, πόλεμόν τε, μάχαι τε.

PATER PLUTON) Ditem patrem Cicero quoque de nat. deor. nominat. Terrena autem res omnis, atque natura Diti patri dedicata est, qui Diues, vt apud Græcos πλούτων, quod recidunt omnia in terras, & oriuntur è terris. German. Pluto nominatus est, quod cū omnia sint interitura, nihil sit quod non postremo ad ipsum deducatur, atque eius possessio fiat. Phurnutus.

Assentior Parrhasio in 1. de rapt. apud Claud. qui hic pater non venerationis, sed naturæ nomen vult esse, vt nimirum cum sequenti verbo conueniat, *odere sorores Tartareæ*. Nam suo more Virgilius duas, & quidem diuersas sententias percurrit: hic Orpheus, qui furias Plutonis, & Proserpinæ filias in hymnis canit: alteram paulo post Æschyli, quum ait, *Hunc mihi da proprium virgo sata Noctæ laborem*. Quippe Æschylus easdem Noctæ genitas existimauit.

TAM SÆVÆ FACIES, TOT PVLLVL. A. COLVB.) Orpheus hymno in Eumenid. Ἀλλὰ θεαὶ μοῖραι, ὀφιοπόλεμοι, πολύμορφοι. Sic apud Horat. *Et intorti capillis Eumenidum recreantur angues*. Idem de venefica Ode 5. Epod. *Canidia breuib; implicata viperis*. Et de Cerbero Ode. 11. lib. 3. *quamuis furiale centum Muniant angues caput eius*. * Seneca, Medea.

Adeste, adeste sceleris vltices dex,
Crinem solutis squalidæ serpentibus.

QVAM IVNO HIS ACVIT VERBIS) Vt mala natura, persuasione loquentis deterior fieret. Donat. * *Haec absenti huius illud Daus ad Charinum in And. Terentij*. Age, si hæc non insanit satis sua sponte, infliga.

HVNC MIHI DA PROP. LAB.) Nihil à te queritur alienum: nec laborabis prouidere quod habes. Proprium quippe est tibi, quod mihi in tempore est necessarium. Et sciendum, Furis nihil pro præmio dari: quia præstatur hoc ipsum Furis, vt bella commoueat, & vt dicatur defendisse Iunonem. Donat. Seruius.

VIRGO SATA NOCTE) Eadem est, quam hic Iuno alloquitur, cum ea, de qua & Varro lib. 6. de ling. lat. & Probus citantes hos versus.

Corpore tartarino pugnata Paluda virago:
Cus par imber, & ignis spiritus, & grani terra.

Notat Scalig. F. * *Apud Silium quoq; lib. 2. Iuno Tisiphonem ab inferis contra Saguntinos euocat, qua ibidem luculenter describitur*.

Quam (Fidem) simul inuisæ gentis prospexit in arce,

A Fortè ferens sese Libycis Saturnia castris,
Virgineum increpitat miscentem bella furorem,
Atq; ira turbata gradum ciet, ocyus atram
Tisiphonem, imos agitantem verbere manes:
Et palmas tendens, hos, inquit, noctis alumna,
Hos muros impelle manu, populumq; ferocem
Dextris sternere tuis, Iuno iubet ipsa propinqua, &c.

INFRACTA VE CEDAT FAMA) Aut valde fracta, aut quæ fuit ante hac semper infracta, vt lib. 12. *Tyrannus vt infractos aduerso Marte Latinos*. Cedat loco, id est, vincatur.

ITALOS OBSIDERE FINES) Inuidiosè, quasi veniscent inimici, & vastatores, qui venerant supplices, & amici. Sic lib. 1. *Gens inimica mihi Tyrrhenum naviat æquor*.

VNAN. ARM. IN PRÆL. FRAT.) A maiori ad minus. Magna quippe vis est, naturalem dissipare concordiam, & eos, quos idem sanguis, idemque vterus genuit, in exitium prouocare. Quod ipsum idcirco positum est, vt ostendatur Aleto plus posse, quam Iunoni fuerat necessarium. Si poterat pulso germanitatis affectu non modò in dissensiones, verum etiam in bella fratres armare, multò validius potuit extraneos, & incognitos in vnâ coeuntes amicitiam dissociare, atq; dissoluere. Donatus. * *Exempla discordia, belliq; inter fratres ab Aleto excipiant possunt esse Atreus & Thyestes, Amulius & Numitor, Eteocles & Polyneices, Romulus & Remus*. Vnanimos ex lib. 6. et. legendem monet Giffan. *Si sit vnanimus quemadmodum sublimis, & gracilis apud Lucres. & alios antiquiores scilicet*.

TIBI NOM. MILLE, MILLE NOCEND. ART.) Non sine causa, & ratione à Marone dictum est. Nam in precationibus, cuius numinis potentia magna erat, eius vires commemorabant, & pro officijs nomina attribuebant, quorum enumeratione dignitas dei crescere videbatur. Sed & in quadam inscriptione legimus, ISIDI MYRIONYMÆ SACRVM. Et in Timæo Cic. Mundus igitur, & cælum siue quo alio nomine gaudet, hoc vocatus esto. Et in euocatione deorum apud Macrobi. Saturnal. lib. 3. cap. 9. DIS PATER, SIVE IOVIS MANES, SIVE QVO ALIO NOMINE FASEST VOCARE. Turneb. lib. 11. cap. 19. * *Apertissime hac Maroniana Verba, Si alia sapientius adres alias, in cacodamonem, generis humani sempiternum hostem quispiam contorserit: cuius mille astus, mille nocendi artificia quis nostrum satis cognoscit? Paulus cognoscebat, cuius cum paucis concessum fuit dicere, non ignoratum astutias eius*.

FOECVNDVM CONCVTE PECTVS) plenum malitiæ efficacis, plenum fraudis, malarumq; artium.

DISIJCE COMPOSITAM PACEM) quam supra Latinus dederat. *Si iungi hospitio properas, sociumque vocari, &c.*

SERE CRIMINA BELLI) causas, vt, *Crimen amor vestrum*.

ARMA VELIT, POSCATQ. RAP. IVVENT.) Iuuentus optat interdum arma, sed non audent à principibus petere. Et vt etiam maximè poscat, tamen non ita statim conceduntur. Itaque inquit *rapiat*. Id est, tanta bellandi cupido iuuentuti immittatur, vt sua sponte, contempto duce ad arma profiliant. Montfort.

Ex in

- Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
 Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni
 Celsa petit, tacitumq; obledit limen Amatae.
 Quam super aduentu Teucrûm, Turniq; hymenæis
 345 FOEMINEÆ ARDENTEM CVRÆQVE, IRÆQVE COQVEBANT.
 Huic dea cæruleis vnum de crinibus anguem
 Conijcit, inq; sinum præcordia ad intima subdit:
 Quo furibunda domum môstro permisceat omnem.
 Ille inter vestes, & leuia pectora lapsus
 350 Voluitur attactu nullo: fallitq; furentem,
 Vipeream inspirans animam. fit tortile collo
 Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ:
 Innectitq; comas, & membris lubricus errat.

GORGONEIS VENENIS) sævis, pessimis, à Gorgone. De Gorgonibus locuti sumus lib. 6. *Gorgones, Harpyiaque, &c.*

PRINCIPIO LATIVM, ET LAURENTIS) Hoc mandatis non inseruerat Iuno, sed faciendum suggesserat Furiae naturalis inuentio. Donatus.

TACITVM OBSEDIIT LIM. AMATÆ) Tacitum pro tacite. Et *obledit*, quasi quæ insidiabatur. Ipsa Furia, inquit Donatus, tacita obledit, ut facilius nescienti valeret obrepere. Facile enim fuit nulla vi adhibita obtinere eius animum, cui Æneæ coniunctio iam displicebat.

FOEMINEÆ IRÆ) Vehementissimæ, & impatientes, inquit Seruius. *Æneid. 5. notumq; furens quid Bæmna possit.* Impotentem naturam, & indomitum animal fæminam vocat alicubi Liuius in oratione Catonis Censorij.

CVRÆQVE, IRÆQVE COQVEBANT) Peruerso ordine respondit: nam ira in Troianos est, & cura de nuptijs, & primo aduentum Teucrorum dixerat. Iuno apud Senecam in Hercule Fur. ad Furias, ut eundem insectentur.

Concutite pectus. acrior mentem excoquat,

Quam qui caminis ignis Ætnæ furit.

Ennius apud Cic. in Catone. *curamne leuasse Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa* Prudent. Peristeph.

At Christiani nominis

Hostem coquebant irrita

Cordis venena, & limidum.

Cor efferata exusserant.

* Apposuit dictum, curæ coquebant: nam & cura, & Varroni placet, dicta est quod cor. Cic. ad Atticum lib. 5. cruciantem sollicitudinem verbo coquendi expressit. Tuaprofectio spem meam debilitat: ac me illud quidem modo coquit: Prudentiam autem ardorem, & astuantem cordis iram.

CÆRVLIS DE CRINIBVS ANGVEM) Virgil. Georg. 4. *cæruleosq; implexa crinibus angues.* Catull.

*Eumenidum, quibus anguineo redimista capillo
 Fronis exspirantis praportat pectoris iras.*

Horat. *& inorti capillis Eumenidum recreantur angues.* Ouid. *Deq; suis atras pectebat crinibus angues.* Ergo vel Furiarum crines angues erant: vel Furiarum crinibus angues erant implexi, atque implicari.

VNUM ANGVEM) quia vnum iudicabat, ad consequendum quod volebat, posse sufficere.

ATTACTV NVLLO) sine morfu.

FALLITQVE FVRENTEM) Inijcit furorem sine accipientis sensu. Furorem autem, ut furore teneatur: nam nondum furebat. Seruius.

VIPEREAM INSPIRANS ANIMAM) Ut pulso humani sensus vigore, ad eam malignitatem redigeretur, quæ sunt serpentes. Donatus. De verbo hoc, *inspirare*, quam sæpe, & eleganter eo utatur Virgilius, dictum lib. 1. *Æneid. super illo, Occultum inspire ignem.*

FIT TORTILE COLLO AVRVM) sic collo Amatae implicabat, tanquam si esset aurum tortile, tanquam si esset torques. Erat enim longissimus, quia & se comis eius, & omnibus corporis partibus implicabat.

LONGÆ TENIA VITTÆ) Vittæ sunt, quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli: & vittæ dictæ, quod vinciant. Tænia autem est vittarum extremitas dependens, diuerforum colorum. Id. lib. 31.

ET MEMB. LUBRICVS ERRAT) A corporis partibus membra omnia generalitate conclusit, ne ille aliquam partem videretur intactam reliquisse. Donatus.

- Ac dum prima lues vdo sublapfa veneno
 355 Pertentat sensus, atq; ossibus implicat ignem:
 NEC DVM ANIMVS TOTO PERCEPIT PECTORE FLAMMAM,
 Mollius, & solito matrum de more locuta est.
 Multa super nata lacrymans, Phrygijsq; hymenæis:
 Exulibúsne datur ducenda Lauinia Teucris

L1*

O geni.

- 360 O genitor? nec te miseret nataq; , tuiq; ?
 Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet
 Perfidus, alta petens, abducta virgine prædo?
 An non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
 Ledæamq; Helenam Troianas vexit ad arces?
- 365 QUID TVA SANCTA FIDES, QUID CVRA ANTIQVA TVORVM,
 Et consanguineo toties data dextera Turno?
 Si gener externa petitur de gente Latinis,
 Idq; sedet, Fauniq; premunt te iussa parentis:
 Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris
- 370 Dissidet, externam reor, & sic dicere diuos.
 Et Turno (si prima domus repetatur origo)
 Inachus, Acrisiusq; patres, mediæq; Mycenæ.

AC DVM PRIMA LVES) Antequam eam fu-
 rialis lues incendio robustiore inflammaret: antequam
 ossa eius, ac medullas venena plenissimè possiderent,
 verba cum marito habuit, nec lacrymæ deerant, ut ma-
 tris officio super filia fungi videretur potius, quam fu-
 rore præcipitata nescire quid diceret. Donatus.

VDO VENENO) Hypallagen vult esse in sensu
 Seruius. Veneno vdo, quod est de vdo corpore. Nam-
 que serpentum vda sunt corpora, adeo, ut qua eunt,
 viam humore designent. German. explicat ὕψω, ut
 Plato in Sympoſ. sub persona Agathonis Amore ὕψω
 esse contendit.

PERTENTAT SENSVS) Vox poetæ familiaris.
 Suprà, tremor pertentat equorum Corpora. Item lib. I.
 Latona tacitum pertentant gaudia pectus. Et lib. 5. blanda
 vicissim Gaudia pertentant mentem. German.

ATQVE OSSIB. IMPLICAT IGNEM) Æneid. I.
 De alio quodam igne loquitur, quem Cupido ossibus
 Didonis implicaret.

ANIMVS TOTO PERCEPIT PECTORE FLAM.)
 Catull. de nupt. loquens de Ariadna, & Theseo.

*Non prius ex illo flagrantia declinavit
 Lumina, quam toto concepit pectore flammam
 Funditus, atq; imis exarsit tota medullis.*

MOLLIVS, ET SOLITO MATRVM DE MORE)
 Id est iracundè, ut interpretatur Seruius, nam hoc est
 matrum de more. Mixta asperitate loquebatur. Nam
 paulò post vero furore quatietur.

MVLTÀ SVPER NATALACRYMANS)
 Æneid. I. *Multa super Priamo rogans, super Hectore
 matra.*

EXVLIVS NE DATVR) Apud maritum locu-
 tura de filie connubio mater, non debuit uti principio:
 tunc enim sunt necessaria, cum apud extraneum verba
 sumus facturi, ut attentum, beneuolum, docilemque
 reddamus. In præſenti vero attentum, cur faceret, cum
 Latinus causam noſſet? Beneuolum cur, cum negotio
 filie, utpote pater, non esset nociturus? Docilem
 quomodo, cum ab eo ipsa sciret? Hæc Donatus, à quo
 mox longa subiicitur huius totius orationis paraphra-
 sis, quam lege, si videtur.

DVCENDA LAVINIA) Duci vxor dicebatur,
 quæ ex paterna domo in mariti domum deducebatur.
 Ei autem deductioni qui præerat deus, Domiducus vo-
 cabatur. Vide Comment. Hotomanni in verba Iuris.

A * Non solum ducere uxorem, sed etiam quampiam domum du-
 cere, & deducere probum, & elegans sermo est. Terent. Hecyra.
 Ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum. Tibull. Vtiuveni
 primum virgo deducta marito.

NEC TE MISERET NATÆQVE, TVIQVE,
 NEC MATRIS) Extriplici misericordia qua caret La-
 tinus, triplicem illius crudelitatem vult insinuare, atq;
 ita summè crudelem. Et quomodo hic alienis fidus,
 qui suis hostis?

PRIMO AQUILONE) quæ prima nauigandi
 facultas dabitur. Secundo vento nauigandi occasione
 oblata.

PERFIDVS ABDVCTA VIRGINE PRÆDO?)
 Prædo hic γαμονλόφος in Epig. ut & de Medea Pindar.
 Pyth. Ode 4. καὶ τὴν τε μέδην, οὗν αὐτὰ τὴν παλαιο φόνον.
 Et Lycoph. γυναικὸλοπος. German.

AN NON SIC PHRYGIVS PASTOR) Horat.
 Ode 15. lib. I.

*Pastor cum traheret per freta manibus
 Ideis Helenam perfidus hospitam.*

Quem in locum sic Lambin. Pastorem vocat, fuerat
 enim in monte Ida expositus propter Hecubæ somni-
 um, & à pastore quodam educatus. Eum postea à pa-
 tre cognitum, receptumque, duce Venere Lacedæ-
 monem profectum esse, & à Menelao hospitio perho-
 norifico acceptum, eius vxori Helenæ incontinentius,
 quam hospitem decebat, oculos adiecisse, eamque
 raptam in urbem Phœniciæ Sidonem primum, deinde
 Troiam aduexisse, cum alij complures tradunt, tum
 Homeri interpretes scribit Iliad. λ. Apud Homerum au-
 tem sic loquitur Paris, eo quem dixi libro.

*Οὐ γὰρ πάπολι μ' ὠδὴ ἔρωσ φένας ἀμφαγέλυ-
 σεν, Οὐδ' ὅτε σε πρῶτον λαμβάμενον ἐξ ἱερῆς
 Ἑλλαν ἀπάξας ἐν ποσὶ πόδεςισι νέεσσι.*

Quorum versuum hæc fere sententia est. Nunquam
 enim antea mihi amor mentem ita occupauit, ne tum
 quidem, cum te primum è Lacedæmone raptam na-
 uibus Troiam aduexi. A simili exemplo Troianæ gen-
 tis. Quasi verò, quia Paris Helenam alienam coniugem
 abduxit, Æneas istuc ipsum sit facturus. Exempla
 sunt dissimilia. Paris rapuit vi, & quidem alterius vxor-
 em, cum magna iniuria. Æneæ ultro Latinus filiam
 suam inuuptam obtulit. Neq; verò in Latium eo con-
 silio venit: sed ut illic sedem fingeret. Montfor. * Derapto
 Helena extant Coluthus poeta Græcus. Vides. Æneid. Pergama cum
 peteret, inaccessosq; hymenæos.

ET CON-

ET CONSANGVINEO TOTIES. D. DEX. TVR.) Anteā inculcavit ut crudelem, nunc etiam ut perfidum reprehendit.

SI GENER EXTERNA PETITVR DE GENTE) Cum edita Regi Latino sors fuisset, debere ipsum externo viro filiam in matrimonium dare, Turnus autem, quem generum Amata regina malebat, Italus esset, diuināq; auctoritate, (cui repugnari non potest) à nuptijs illis excludi videretur, ipsa, ut pacem disturbareret, & viri sui animum à consilijs illis reuocaret, vnum hoc, quod maximè distabat, ac voluntati suæ aduersabatur, tentare, ac labefactare conata est. Ipsa igitur dixit, aliam esse notionem vocabuli, *externus*: intelligiq; illo cunctos, qui ipsius ditionis non forent: nec regno ipsius parerent: & non tantum alienigenas, & in longinquis terris natos. Præterea cum post obitum Agidis Lacedæmone regem creati oporteret, Diopithesq; augur gradu illo honoris Agesilaum exturbaret, quem graues, & sapientes viri propter eximiam adolescentis virtutem probabant, fretus oraculo, admonente, Spartiatas, & quæ sequuntur. Infra. Argumentata est igitur Amata à definitione, cum docuit, Turnum non esse repudiandum generum. Modum autem hunc argumentandi pluribus, & illustribus exemplis Aristot. lib. 2. de arte dicendi declarauit. Victor. lib. 26. cap. 5.

De qualitate transit ad definitionem. Nam vult Turnum extraneum esse definire per callidam argumentationem, quia imperio Latini nō subiaceat, quum

Oraculum de Latinis omnibus cauerit. Postea etiam huic occurrit, Turnum Græcum esse, ab Acrisio ortum commemorans. Seruius.

ET SIC DICERE DIVOS) Alludit ad dictionem, quæ sæpe, ut Græcis φῆμι, pro oraculo, & deorum responso vsurpatur: fortè quod oracula Græcis etiam λόγια dicuntur. Liuius lib. 8. ab V. C. Auito ab Tarentinis in Italia data dictio erat, caueret Acherusia aquam, Pandoliamq; urbem: ibi fati eius terminum dari. Attius in Armorum iudicio. *Aperit fati dictio, si intelligas.* Et Pacuius Peribœa. *Flexa, non falsa autem mare dictio Delphis solet.* German.

PRIMA REPETATUR ORIGO) Virgil. lib. 1. Æneid. *O dea, si prima repetens ab origine pergam.* Ouid. 1. Metamorph. *primaq; ab origine mundi.* Propert. lib. 3. eleg. 5. *Nunc mihi, si qua tenes, ab origine dicere prima Incipe.*

INACHVS, ACRISIVSQVE PATRES) Danaë Acrisij regis Argiuorum filia, postquam est à Ioue vi-tiata, pater eam intra arcam inclusam præcipitavit in mare: quæ delata ad Italiam, inuenta est à piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat, & oblata regi Pilumno, qui eam sibi fecit uxorem, cum qua etiam Ardeam cōdidit, à quibus Turnum vult originem ducere. Seruius.

MEDIÆQVE MYCENÆ) media Græcia. Turnus à maioribus non est Italus, sed Græcus potius, ergo externus.

His vbi nequicquam dictis experta, Latinum
Contrà stare videt: penitusq; in viscera lapsum
375 Serpentis furiale malum, totamq; pererrat:
Tum verò infelix ingentibus excita monstribus,
Immensam sine more furit lymphata per urbem:
Ceū quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
380 Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spatijs: stupet infcia turba,
Impubesq; manus, mirata volubile buxum:
Dant animos plagæ. non cursu segnior illo
Per medias vrbes agitur, populosq; feroces.
385 Quin etiam in syluas, simulato numine Bacchi,
(Maius adorta nefas, maioremq; orsa furorem)
Euolat, & natam frondosis montibus abdit,
Quò thalamum eripiat Teucris, tædasq; moretur:
Eucæ Bacche fremens, solū te virgine dignum
390 Vociferans. etenim molles tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem.

HIS VBI NEQUICQVAM DICTIS EXPERTA) Cappellat, ab eo lymphatos dixerunt nostri. Varro lib. 6. de ling. Lat. Vim huius verbi perspicue, nec indoctè sic declarat Delrius in Herculem Oetæum Senecæ.

INGENT. EXCITA MONSTRIS) Monstra credo accipienda, quæ animo eius obijcerentur imagines, quæq; ipsa sibi infano dolore percita fingeat.

SINE MORE FURIT) sine exemplo.

LYMPHATA) quasi nymphata, percussa furore lympharum, seu Nympharum, sicut ceritos à Cerere dicimus. In Græcia commota mente quos νυμφολήπης

Lymphatus, qui mente abalienata furere cœpit. Romani, inquit Nonius, Ceritos, vel laruos vocarunt, quod Cereris, aut laruarum incurfione animo vexarentur Græcis, νυμφολήπης, Latini l. ex. n. fecerunt. Lymphatos enim Varro ait, quasi Nympharum spiritu correptos. Scilicet credebant Nymphas iratas, si conspi-

cerentur, perpetuo hominem furore multare, ut do- A
cent Festus in Lymphæ, & Hesychius in *νυμφοληται*.
Quare, ut refert scholiastes, à Theocrito *Δυναὶ διαί* po-
tentes diu dicuntur.

CIV QVONDAM TORTO) De hoc ipso ludi
genere, & in re simili, agitatione mentis, non corporis,
ut hic Amata agitur, Tibull. eleg. 5. lib. 1.

*Namq, agor, ut per plana citius sola verbere turbo,
Quem celer adfusa versat ab arte puer.*

Fiebat turbo plerumque è buxo. Habonarum mentio,
inquit, Pierius lib. 48. turbinem in memoriam attraxit,
quia turbinis concitatio ab habena est. De hoc autem
Græci, Latiniq; potius, quàm Egyptij, quantum inue-
stigare potui, meminerunt. Lege reliqua in Fræno, &
descriptionem ludi huius non illepidam. * In carmine
Tibull. scribendum censet Achilles Statius turben non turbo, secu-
tus auferem Carissum. Notat etiam imitationem Theocriti ex
Pharmacentria. In Cistellaria idem vult meretrix, istis verbis,
Mihi istum hominem vellem dari, ut ego illum versarem. Sappho
Verbo Versare vsa est in eodem genere. *Εἷος δ' αὐτί μ' ὁ λυσιμέ-
λεις ὄρεϊ*.

VACVA ATRIA) ampla, spatiosa. Sic lib. 2. Æ-
neid. Porticibus longis fugit, & vacua atria instruat.

INTENTI LVDO EXERCENT) Fuisse aliquam
artem huius ludi, & verba Tibulli ostendunt, & Ouid.
2. Trist. Hic artem nandi precipit, ille trochi.

DANT. ANIMOS PLAGÆ) plagæ, quas habe-
nis illis, & scuticis coriaceis incutiunt pueri.

SIMVLATO NYMINE BACCHI) Talem patie-
batur furorem, ut speraret se Liberi sacra celebrare:
non enim ipsa simulabat, quod est sanorum. Nam &
paulò post dicturus est, *Allecto stimulis agit undique
Bacchi*. Seruius.

TÆDASQVE MORETVR) Tædæ nuptiales è
spina alba fieri solitæ, atque id ea causâ, quod in Sabi-
narum raptu, qui felicissimè cessit, talibus etiam tædis
pastores vsi erant. Præibat autem fax, siue tæda, quod
non nisi vespertis exortu antiquitus nubentes in viri de-
ducebantur domum. Plutarch. quinq; fuisse faces scri-
bit, quod is numerus maximè nuptijs conueniret. Ho- D
tomannus.

EVOE BACCHE FREMENS) Erant sacris
Bacchi, & Hymenzi propriæ voces *ἐὐὲν* & *ἐὐὲι*, ut in
Troad. Euripid. Vnde *ἐὐάξιν*. German. Vide Catulli Gal-
liambum.

MOLLES TIBI SVMERE THYRSOS) Thyrsus
hastâ, cuius cuspis ferrea, oblecta folijs hederæ, seu
pampinis, propria Baccho. Causam in Baccho Phur-
nurus esse autumat, quod ebriorum pedes officium su-
um haud planè peragant. Alij putant, quod compota-
tiones rarè sine rixa, & lite finiantur. Quod cuspis he-
dera inuolueretur, censet Macrob. significari, vinculo
quodam patientiæ obligandos impetus furoris. Habet
enim hedera vincendi, obligandique naturam: vini
verò calor ad furorem sæpe homines propellit. Gyrard.
Syntag. 8.

Thyrsus erat lancea, hederæ frondibus occultata,
ut hedera amictis metum tolleret: hostibus dolosa cus-
pis lanceæ vulnus infligeret. Ab hoc thyrsos Bacchus
thyrsiger, Bacchæ thyrsigeræ Latinis. Næuius in Ly-
curgo. *Pergite thyrsigera Baccha cum Bacchica schema*.
Athenæus auream thyrsos lanceam in manu habuisse
docet Liberum, cum de illo inquit, *ἔχων ἐν χειρὶ χυ-
στὴν θυρσόλαον*. Delius Comment. in Oedip. Senecæ.
* Catull. de nupt. Horum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos.
Thyrsos circumloquitur Eclog. 5. Et folijs lepta intertere mollibus
hastas. Thyrsos eiusmodi gestabant sacerdotes in sacris Bacchi.
θυρσολῆται, id est, thyrsos percussit appellantur, qui in sacris Bac-
chicis diuino furore concipiuntur. Inde Lucretian, dum se laudat,
Et gloria studio mirificè inflammatum significare vult, lib. 1. sed
acri Percussit thyrsos laudis spes magna meum cor.

SACRV M TIBI PASCERE CRINEM) Quod
Maro ait, eam Baccho crinem sacrasse, & nutrisse, id ex
antiquorum superstitione dictum est, qui hoc dijs fa-
cere instituerunt, pro sospite, secundaque valetudine.
Censorinus de die natali. Quidam etiam pro cætera
corporis bona valetudine, crinem deo sacrum pasce-
bant. Quid ni enim Maronem interpretari videatur,
cum eius verba vsurpet? Turneb. lib. 7. cap. 14.

Eurip. Pentheo *ἰατρὸς ὁ πλόκαμος, τῷ δὲ αὐτὸν τρέφει*.
Horat. Sat. 3. lib. 2. *quo me Solatus inssit sapientem pa-
scere barbam*. Id autem incertus auctor epigrammatis
ὃς φιλοσοφῶν, dixit τρέφειν πώγωνα. Vrsin.

Stat. 2. Thebaid.

*ubi casta adolesceret ætas,
Virgineas libare comas, primosq, solebant
Excusare toros.*

Vide, si lubet, quid super hoc more crinè dijs pascen-
di, id est, alendi, mandauerit litteris ipse multò litte-
ratissimus Germanus, quem iure optimo sæpius ad-
ducimus.

Fama volat: furijsq; accensas pectore matres
Idem omnes simul ardor agit, noua quærere tecta.
Deseruere domos: ventis dant colla, comasq;
395 Ast aliæ tremulis vlulatibus æthera complent,
Pampineasq; gerunt incinctæ pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet, ac natæ, Turniq; canit hymenæos,
Sanguineam torquens aciem: toruumq; repentè
400 Clamat, Iô matres audite vbi quæq; Latina,
Si qua pijs animis manet infelicitis Amata
Gratia, si iuris materni cura remordet:
Soluite crinales vittas, capite orgia mecum.

Talem

Talem inter sylvas, inter deserta ferarum
405 Reginam Alecto stimulis agit vndiq; Bacchi.

VENTIS DANT COLLA, COMASQUE) iactant A
colla fufis per ea comis, quas venti difflabant, Lib.1. Æ-
neid. *dederatq; comas diffundere ventis.*

TREMVL. VLVL. ÆTH. COMP.) 2. Æneid. *ca-*
na (cauædium) *plangoribus adas Feminæis ululant: ferit*
aurea sidera clamor. Talia sunt, *refonat magnis plangori-*
buz, clamoribus æther. Vlulare proprie canum, & lupo-
rum est. 34

PAMPINEASQUE GERUNT) Cum Cerere
Liber, & Libera initijs colebantur, & thiafi vitium
pampinis implexi gerebantur ab initiatis. Quare Ti-
bullus vitem mysticam dixit. Turneb. lib.29. cap.32.

INCINCTÆ PELLIBVS) Georg. 4. *Amba au-*
ro, piliis incinctæ pellibus ambe. Pelles quibus bacchan-
tes tegebantur, ceruorum erant, vel hinnulorum. Græ-
ci *νεκείδæ* vocant. Inde originem habuisse putantur,
quod Bacchus ab expeditione Indica rediens, id genus
pelles gestabat. Vnde etiam nebrida ferre dicuntur, qui
natura sunt timidiore, aut vini amantes. Descripsit &
Bacchi sollempnia, & orgia lib. Annal. 2. Tacitus, magno
cum toto hoc Maronis loco consensu, his verbis. At
Messalina non aliâs solutior luxu, adulto autumno, si-
mulacrum vindemiæ per domum celebrabat, vrgeri
præla, fluere lacus, & fæminæ pellibus accinctæ afful-
tabant, vt sacrificantes, vel infantes Bacchæ, ipso cri-
ne fluxo, thyrsam quatiens, iuxtaque Silius edera vin-
ctus, gerere cothurnos, iacere caput, strepere circum
procaci choro. German.

IPSA INTER MEDIAS FLAGRANTEM FER-
VIDA PINVM) Statius lib. 4. etiam de regina simillimè.

—— *sparsis subito correpta canistris*
Sylvestris regina chori decurrit in æquum.
Vertice ab Ogygio, trifidamq; huc tristis, & illuc,
Lumine sanguineo pinum deiecit, & ardens
Ereclum attonitis implet clamoribus urbem.

TURNIQUE CANIT HYMENÆOS) Dum du-
cebatur noua nupta domum mariti, interea canebarat
hymenæus alternis, à pueris, & puellis.

SANGVINEAM TORQVENS ACIEM) lib. 4.
Sanguineam voluens aciem. Oculos contorquebat san-
guine suffectos, quales sunt ira magna percitorum.

TORVVM CLAMAT) Ipsa torua.

SI QVA AMATÆ MAN. GRAT.) Si quidem me amatis.
SOLVITE CRINALES VITTAS) Vittæ Ma-
tronarum, virginum, & Vestalium erant, sed alix, atq;
alix. Ouid. de matronis. *Est procul vitta tennes in signe*
pudoris. Idem de Vestalibus.

Ignibus Iliacis aderam, cum lapsa capillis

Decidis ante sacros lanea vitta focos.

Vide plura lib. 2. Æneid. ibi, *Virgineas ausi diuæ contin-*
gere vittas.

CAPITE ORGIA MECVM) Orgia vocabantur my-
steria quædam, quæ nisi ab initiatis aut spectari, aut au-
diri fas non erat. Id quod vel Penthei, & Bacchi collo-
quium apud Euripidem declarat. Deductum autem
nomen vel *ἀπὸ τῆς ὀργῆς*, à furore cum quo, vel *ἀπὸ τῶν*
ὄργων, id est, à montibus, in quibus celebrabantur. Serui-
us ait, orgia apud Græcos omnia sacra significare, abusi-
ue autem Bacchi.

STIMVLIS BACCHI) qualibus agitantur Bacchæ.

Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliumq; omnemq; domum vertisse Latini,
Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem
410 Acrifioneis Danaë fundasse colonis,
Præcipiti delata Noto. Locus Ardea quondam
Dictus auis, & nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit: tectis hinc Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
415 Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exuit: in vultus se se transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines: tum ramum innectit oliuæ.
Fit Calybe Iunonis anus, templiq; sacerdos:
420 Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert.

PRIMOS ACVISSE FVR.) Postquam visa est sibi D
bona iecisse fundamenta furorum, ac tumultuum in
ædibus regijs.

OMNEMQUE DOM. VERT. LATINI) impleuisse
regiam perturbatione, confusione maxima. Sed poe-
ta dixit significantius.

FVSCIS ALIS) *μυαυτῶν*. Et Epig. lib. 3. *μυα-*
υτῶν *ἰουβνίδας.*

ACRIFIONEIS COLONIS) *Acrifionæis* vult Serui.

us referri ad Danae, nō ad colonis. Sed pace Seruij ad *con-*
lonis referendum est: nam patronymicum fæmininum,
pro Acrifij filia, esset Acrifione, vel Acrifis Acrifidos,
non Acrifionæus. Sed dicas fortè, Danaen cum Argo-
licis colonis non venisse, quib; cum vrbes condere po-
tuisset. Fateor: atqui aduena ipsa atq; Acrifione, id est,
Acrifij filia, cur in Italia assumptos colonos de suo no-
mine Acrifioneos dicere non potuerit, haud video.

Fabulam Acrifij, & Danaes lege Apollodori lib.

Ll* 3

2. haud

2. haud longè ab initio. Higyn. cap. 62. Eandem explicat Lucian. dial. Doridis, & Thetidis Tom. 3. Ingeniosè hanc ipsam μυθολογικὰς Delius Aduersar. in Octauiam Senecæ. Sed animigratia demus illi aures, amabò. Acrisium esse puto hominem magnæ eruditionis, quæ eruditio (hæc est Danaë filia eius) animo, & mente abdita latet, & quia mentis sedes caput est, in turri ahenea conclusa dicitur. Corporis enim arx, seu turris est caput. hæc eruditio latet abdita, & quasi mancipata carceri, estque sterilis, & infœcunda, donec aureo imbri irrigetur, hoc est donec potentis alicuius munificentia foueatur, & exciteretur: quod cum euenit, confestim hæc Danaë Perseum parit, qui saxificam Medusam interficit. Enimvero tunc eruditio ista præmijs excitata, B discussa tenuis fortunæ caligine, & effractis paupertatis compedibus, pariet liberos præstantissimos, videlicet libros, æterna sapientiæ monumenta: à quibus ignorantia, & inscitia debellabuntur, ignorantia, inquam, quæ stupidos, hebetes, & planè saxeos homines reddebat. hi libri, quia per ora virum volitant, ideo alata talaria Perseo tribuuntur. Idem Andromedam ceto eripuisse fingitur: quia his monumentis salutaria vitæ hominum præcepta ab antiquis composita, ab interitu vindicantur. Andromeda namque *ἄνδρ' ἄνδρ' ἄνδρ' ἄνδρ' ἄνδρ'* formatur, & virum curans significat. Demum poetæ fabulantur Perseum vnà cum Andromeda in cælum fuisse translatum: propterea quod huiusmodi scripta cū antiquorū illis placitis à se conseruatis perpetuò viuūt, & quodammodo immortalitatem consequuntur. Docemur itaque per hanc fabulam sine emolumenti, & præmiorum ope, quantumuis clara ingenia iacere, ac delitescere. inquit ille. *Haud facile emergunt, quorū virtutibus obstat Rex angusta domi.* & alius. *Sint Mæcenata, non deerunt, Flacce, Marones.* Nec frustra Mulas Andronicus Diuæ Monetæ filias vocauit, vt & Higyn-

anus, & quæ Græcis *μνησώτη*, Latinis Moneta dicta. qui plura volet, legat elegantissimum Lucani Panegyricum ad Calpurnium Pisonem circa finem.

LOCVS ARDEA QVONDAM) Ardea vrbs Turno occiso ab Ænea, incendio ad cineres redacta est. Inde volucris nata, quam posteri eius nomine ardeam vocarunt. Ouid. 14. Metamorph. Ipsa tamen Ardea ab auspicio huius aus nominata est potius, quàm ab illa, aus. Sed rejicit hoc Seruius, & Ardeam, ait, quasi Arduam dictam, id est, magnam, & nobilem: quò etiam poeta alluserit.

NIGRA NOCTE) quia *tum tenebris nigrescunt omnia circum.*

ALECTO TORVAM FACIEM) suscepit Alecto sacerdotis personā, sua terribili, & auersanda, ad tempus deposita, vt maiore cum auctoritate loqueretur.

FRONTEM RVGIS ARAT) Ouidij sunt, in eandem sententiam, similibusque verbis, *Sulcanisq; cunctem rugis.* 1. Metamorph. Et alibi. *jam venient ruga, quæ tibi corpus arent.* Et, *jamq; meos vultus ruga senilis arat.* Horat. Ode 3. Epod.

Cum sit tibi dens ater, & rugis vetus

Frontem senectus exaret.

Plant. Bacchid. *Consulcat frontem.* Apud Silium lib. 2. Tisiphone conuertitur in formam Tyburnæ vxoris Murri Sagunthini, & Sagunthinis mortem suadet voluntariam.

Protinus assimulat faciem mutabile monstrum.

Tyburna, gressumq; simul, sonitumq; loquentis, &c.

RAMVM INNECT. OLIVÆ) Sumit sertum oleaginum, pacis insigne.

IVNONIS ANVS) Anus dicta est, ab annorum multitudine, quoniam antiqui non geminabant consonantes. Vel quod tum sit sine mente, quæ græce dicitur *νῦν*. Festus.

TVRNE TOT INCASSVM FVSOS PATIERE LABORES?

Et tua Dardanijs transcribi sceptrum colonis?

Rex tibi coniugium, & quæsitae sanguine dotes

Abnegat, externusq; in regnum quæritur hæres.

425 INVNC, INGRATIS OFFER TE IRRISE PERICLIS:

Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos.

Hæc adeò tibi me, placida cum nocte iaceres,

Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.

Quare agè, & armari pubem, portisq; moueri

430 Latus in arma para: & Phrygios, qui flumine pulchro

Confedere, duces, pictasq; exure carinas.

Cælestū vis magna iubet. rex ipse Latinus,

Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur,

Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.

TVRNE TOT INCASSVM) Rectè commoto vultu apparuit, obiurgans iuuenem, quod in sua causa tam segnis existeret: qui & cogitare deberet pericula sua, & ætatis suffragio posset aduersum se cogitata depellere. Donatus.

ET TVA DARDANIIS. TRANSCR. SCEPT. COLON.) Et imperium iam tuis meritis debitum ad indignos, & aduenas sine labore transferri? Bis intelligendum est, *sceptrum transcribi*. Quod autem ait *tot labores*, à qualitate adiecit pondus dictioni: quod ait *tua*,

laudis loco accipiendum, *Dardanijs* veto conuitio: vt pote qui sua perdidissent, & inuadere cuperent aliena. Donatus.

Transcribere est ius suum in alterum transferre: deriuata locutione ex eo, vt scribit Donatus, quod veteres in foro, & de mensa, scriptura magis, quam exarca, domoque pecunias numerabant. Et Seruius transcribi hoc loco tradi explicat, tractumq; ait sermonem de pecunia. Hotoman. * *Seruij quidem Verba sic concepta sunt. Transcribi, tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia:*

nam

nam scribi, est dari. Horatium. Scribe decem Nerio, non est satis. adde Cicutæ Nodosi tabulas centum. Rescribi Verò, reddo: Horas. Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis. Iam ex Donati, & Seruij explanatione fit liquidum, & apertum, quodlib. s. ad illum Versum, Transcribunt vrbi matres, ex Nasimib. (qui ipse à Seruio hinc acceperat) allatum, Videbatur obscurissimum: istud videlicet: de pecunia tractus est sermo: nam scribi, est dari.

REX TIBI CONIVG. ABNEGAT) Inuidiosè. Non enim negat, qui promissa alteri dare cogitur, idque diuinitus. Ad maiorem Latino conciliandam inuidiam, addit, *quasitas sanguine dotes*. Nihil enim ægrius amittitur, quam quod multo sudore, & sanguine acquisitum est. Turnus verò Tuscòs in Latium, & regnum Latini inuadentes, vt gener futurus, & alioqui affinis, propter Amatam materteram, sæpius repulerat, & fugàrat, vt infra mox sequitur.

EXTERNVS QVE HÆRES) Hæredis appellatio non solum ad proximum hæredem, sed vltiores refertur: nam hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur. Vlpian. de verb. signif. De iure trahit, vt non generum, sed hæredem diceret: nam per coemptionem facto matrimonio, sibi inuicem succedebant. Seruius.

I NVNC INGRATIS) Ironia, qua exprobrat ei sua merita in Latinū, vt irriter magis, exacerbetq; odium in regem, ob ingratitudinem, & inconstantiam. Montfort.

TYRRHENAS I STERNE ACIES) Vt, *I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas*. Sanè notum est, bello multum potuisse Tyrrenos, & fuisse præcipue infestis Latinis: vt, *Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina*. Seruius.

IPSA SATVRN. OMNIP.) Vt inesset pondus orationi, & fides Turno fieret, à Iunone se missam asserit, quam etiam epitheto auctoritatis pleno afficit, quo grauiore nec ipso Iupiter potest ornari. Non tamen simpliciter accipiendum est, vt in Ioue, sed cum respectu ad deas, vt sic ipsa inter illas omnipotens, quia regina deum, &

A soror, & coniux Iouis: Iupiter autem absolute omnipotens.

ME FARI IVSSIT) sacerdotem scilicet suam, & templi venerandi custodem, cuius fidem nosset, & fidele ministerium: cuius efficaciam in his, quæ curanda mandasset, habuit ritè compertam. Donatus.

LÆTVS) alacer, festinus, nam lætari non poterat, qui perdebat uxorem.

FLVMINE PVLCHRO) Suprà, *fluvio Tiberinus ameno*.

DVCEs, PICTASQ. EXVRE CARIN.) Melius dixisset, trucida duces, & exure naues. Nisi hoc velit. Phrygios duces, qui tuum impetum non sustinebunt, sed vt apud Troiam Græci, ad naues confugient, cum ipsis incendere nauibus.

CÆLESTVM VIS MAGNA IVBET) Debet audacius fieri, quod superna præcipit auctoritas. Quod verò reginam deorum dixit præcepisse, ad omnes deos voluit pertinere, qui voluntati potioris non potuerant contradicere. Nec dubites, inquit, cœpta perficere, quum cœptis tuis affuturus sit potentissimorum numinum fauor, & id Iuno præcipit magnæ potentiae: hoc est, quæ plus posset, quam dij cæteri. Donatus. Hoc autem modo Seruius. Per augmentum suavitatis primò per se, secundò per Iunonem, postremò per vim omnium deorum.

REX IPSE) Ipse, qui te sefellit: ipse, cui obsequutus es semper: ipse, cuius imperium tua defensione seruasti: ipse, qui mobilis esse non debuit: ipse, penes quem summum super filiae coniunctione iudicium est: ipse qui iniuriæ suæ auctor esse non debuit. Donatus.

SENTIAT, ET TVRN. EXPER. IN ARMIS) Experiaturn Turnum contra se, quem pro se probare non potuit. Tandem sentiat contra, quem pro se laborantem non probauit.

- 435 Hic iuuenis vatem irridens sic orsa vicissim
Ore refert. Classes inuectas Tibridis vndam
Non, vt rere, meas effugit nuntius aures:
(NE TANTOS MIHI FINGE METVS) nec regia Iuno
Immemore est nostri.
- 440 Sed te victa situ, veri q; effœta senectus,
O mater, curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi, diuūm effigies, & templa tueri:
BELLA VIRI, PACEMQVE GERANT, queis bella gerenda.
- 445 Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti SVBITVS TREMOR OCCVPAT ARTVS:
Diriguere oculi. tot Erinnyes sibilat hydris,
Tantaq; se facies aperit: tum flammea torquens
Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura,
- 450 Reppulit, & geminos erexit crinibus angues:
Verberaq; insonuit, rabidoq; hæc addidit ore.

HIC IUVENIS VATEM IRRID.) Non modò con- D cognouit. Cessa terrere nihil metuentem. Nam & Iunonem reginam non immemorem nostri scio, & quæ admodum facta mea, commodumque tucatur. Donatus.

Non

NON MEAS EFFVG. NVNT. AVRES) Non est A
præteruectum aures meas. Non sunt ita peregrinatæ
aures meæ, ut famam hanc non acceperint.

NE TANT. MIHI FINGE MET.) Abi in malam
rem cum isto metu. Mulieres natura fecit mericulosas.
Noli me frustra in metum inanem conijcere. Nam, ut
sicaliquid, tamen aduersus Iunonis nostræ protectricis
potentiam nihil valebit.

SED VICTA SITV) Irrisio est aperta. Igitur reli-
giosum nomen *matris* adiunxit, ut illa minus grauitè
ferret, unde multò acius potuit commoueri. Senectus
tua, inquit, nescit congrua, & competentia sectari. De-
nique iuuenum te exagitat cura: & cum sis vates, tem-
plisque curandis te deditam esse oporteat, vis scire B
quid pugnaturi agant, quidue armari disponant. Donat.

VERIQVE EFFORTA SEN.) casta veritatis, exponit
Seruius. Sed hoc obscurum est. Puto poetam insinua-
re, senectutem esse deliram, & senem delirare plerum-
que, ut neque quid agant, neque quid, aut quamob-
rem dicant, satis sciant. Germani, *ein alter narr, ein alte*
narrin.

O MATER) mater hic ad inuidiam, & contemptu:
ut docet Eustathius, *γέρον, προσφώνησιν* Græcis nonnun-
quam ad venerationem, nonnunquam ad miserationem,
ad contumeliam nonnunquam usurpari. Homero
γέροντες dicuntur simpliciter honore digni viri, etiam si
ætatem senectam non attigerint, ut Romanis patres in-
terdum. German.

CVRA TIBI DIVVM EFFIG.) Ad Homerum versus
respexit, Iliad. s. ubi Venus à Diomede vulnerata lamē-
tatur apud Iouem, qui eam his verbis monet, ut à belli-
cis rebus abstineat, opera nuptialia curet.

Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μέγ' ἔργα γάμοισιν.

Ταῦτα δ' ἄρ' ἐπὶ θεῶν, καὶ ἀθηνῶν πάσι μελήσει.

Et Iliad. ζ. telam, & colum, ancillarumq; curam docet
mulieris esse propria, Andromachen vxorē alloquens
Hector.

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἵστα τὰ σάνης ἔργα κόμῳ,

Ἰσόντ', ἡλαστόν τε, καὶ ἀμφοτέλεσσι κέλευα,

Ἔργον ἐποίχεται· πόλεμόν δ' ἀνδράσι μελήσει

Πᾶσιν, ἐμὴν δὲ μέλιστα, τοὶ ἰλλῶ ἐγγράσσιν.

Quibus non absimilia sunt hæc Æschylæ.

Μέλι γὰρ ἀνδρὶ, μὴ γυνὴ βυλαυέτω

Τᾷ ξυθαῖον, ἔνδον δ' ὕψος, μὴ βλάσιν τιθῇ.

Vrsin.

BELLA VIRI PACEMQVE GERANT) Prouerbum
Græcorum *μὴ μάχεσθαι αἶρε δῆλον*, Gladium ne tolle
mulier, in eos, qui sese immiscerent rei, cui minimè sunt
idonei. Et in eum, cui negotium mandatur, cui parum
est idoneus, senarius extat, *γυνὴ στρατηγῶν, καὶ γυνὴ στρατῶν*,
Femina exercitum ducit, & femina militat. Huc quo-
que pertinet, quod Varro Martem ita dictum dicit,
quod maribus in bello præesset. Et quod ante illum
Plato in Cratylo *ἄρ' οὐ* dictum censet *ἐπὶ τῷ ἄρ' οὐ*, à
mare, tanquam scilicet bella viris peculiariter conueni-
ant, non feminis. Tiraquell. in i. leg. Connubial.
num. 62.

AT IUVENI ORANTI) Quum hæc dixisset Tur-
nus, eodem temporis puncto contremuit, & ab iniu-
riosis vocibus, ad deprecationem conuersus, rogare
cepit iratam. Donat.

TREMOR OCCVPAT ARTVS) Iliad. θ. *τρέμει ἑλ-
λαβε φαίδιμα γῆα.*

TANTAQVE SE FACIES APERIT) Semoto anili
vultu quem finxerat, & quo se induerat, crescebant,
quæ metuentis formidinem cumulabant.

FLAMMEA LVMINA) quibus videbatur emicare
ignis.

CVNCT. ET QVÆR. D. PLVRA REPP.) Deinde
cum oculis Furie emitteretur incendium, quum, quid
iracundie gereret, tortis in peruersum oculis testare-
tur, orantem repulit, & vehementissimè deprecantem
trudendo compescuit. Donatus.

GEMINOS EREXIT CRINIB. ANGVS) similes,
nam omnes dicit erexisse, non duos.

VERBERAQVE INSONVIT) pro, verberibus inso-
nuit, id est, per verbera.

RABIDO ORN) Habitus futuræ orationis ostendit.

En ego victa situ, quam veri effœta senectus

Arma inter Regum falsa formidine ludit:

(Respice ad hæc) adsum dirarum ab sede sororum:

455 Bella manu, lethumq; gero.

Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro

Lumine fumantes fixit sub pectore tædas.

OLLI SOMNVN INGENS RVPIIT PAVOR: OSSAQVE, ET ARTVS

PERFVDIT TOTO PRORVPTVS CORPORE SVBOR.

460 Arma aniens fremit, arma toro, tectisq; requirit.

SEVIT AMOR FERRI, ET SCLERATA INSANIA BELL:

Ira super. magno veluti cùm flamma sonore

Virgea suggeritur costis vndantis aheni,

Exultantq; æstu latices: furit intus aquai

465 Fumidus, atq; altè spumis exuberat amnis:

Nec iam se capit vnda, volat vaporater ad auras.

EN EGO VICTA SITV) Repetit verba Turni, D tuentem, quam ut ea illi ingereret, quæ ille meminerat
quibus contempta fuerat, quimòs est hominum, cum
ia male faciunt, à quibus verbo læsi, aut contēpti fue-
rint. Peius, inquit Donatus, obiurgare non potuit me-

se protulisse. Senti nunc, inquit, senem delirantem:
senti desipientis præ senio hebetata consilia, & actus
longè à sexu, & merito ætatis alienos. Quæ sim nunc,
quoni-

quoniam superioris formæ contemptor esse maluisti, A centis medias passiones, & qualitates graphicè exprimeret: sicut Græci *ὑπερβαίνειν* ὅδωρ primum *χλαίνε-θαι*, dicunt, post, *ζέει*, *παφλαίνει* vel *αφλαίνει*. German.

RESPICE AD HÆC) Intuere diligentius, quid inter præterita, præsentiaque distet.

SIC EFFATA, FACEM) Post indignationem talem, & obiurgationem verborum tumentium, quale factum fieret, oportuit sequi, ne sine effectu discederet. Debit enim proficere aperta violentia, ubi non poruit habere dolus locum. Donatus.

ET ATRO LUMINE) Videri possit Virgilius res contrarias coniunxisse, cum lumen atrum vocarit. Nihil enim tam repugnat luci, ac splendori, quàm nigror, unde aptè nubes atra vocantur: estque id proprium naturæ ipsarum. Euripides quoque Troadibus, cum de incendio Troiæ loqueretur, flammamq; illam ingentem poneret ante oculos, eodem pacto loquutus est, appellauitque, quod idem valet, *αἴγλαν μέλαιναν*. Nec tamen nõ eodem loco addidit, quod proprium luminis est, & quasi contrarium contrario opposuit, ut locum ornaret, & vim earum rerum, in quibus quasi immutatio quædam facta esset, magis aperiret. *παμφαῖς* enim *σέλας* nominauit. significare igitur utrumque poetam, flammam fumi plenam, apparet, cuius fumi vi, & nigrore nitor flammæ obscuraretur. Totus autem Euripidis locus hic est. *ἐν δόμοις δὲ παμφαῖς σέλας πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν ἰδὼκεν παρ' ὕπνῳ*. Victor. lib. 26. cap. 12.

* *Malè igitur Seruius, atro lumine tædas, id est, furialis, inferno: aliàs autem ratione caret. Neutiquam enim ratione caret, si intel- ligas Virgilium.*

FVMENTES FIXIT SVB .P. TÆD.) Videtur mihi poeta alludere ad belli symbolum, facem scilicet incensam, *πυρρὴν ἡμῖνον*. German.

OLLI SOMNV M INGENS) Non euigilauit satiatius somno: sed quies eius metu maximi terroris abrupta est: & consecutus sudor, non ex laxamento virili corpori, sed quem excitatæ mentis commotiones extorserant, & repentinus membrorum tremor. Donat.

OSSAQVE ET ART. PER. TOTO PR. C. SVD.) Lib. 3. *Tum gelidus toto manabat corpore sudor.*

ARMA AMENS FREMIT, ARMA) cum clamore deposcit. Repetitione vocis ipsum arma deposcentem imitatus est.

SCELERATA INSANIA BELLI) Nihil enim tam insanum, quam desiderare id, per quod possis perire. Seruius.

MAGNO VELVTI CVM FLAMMA VIRG.) Ornatus carminum in parabolis, similitudinibusque consistunt: qua de causa, ut ardentis hominis æstus ostenderet, dixit: Quemadmodum æneum vas aquis plenum subiecto igni feruescit, & feruore quodam æstuans vnda, quæ continetur, mensuram excedit, & longius erecta fumosis feruoribus fertur: sic Turnus incendio Furis sæuiantis accensus, nesciebat quis esset, quidue, vel ubi perquireret. Virgeas flammæ posuit, quia ex tenui lignorum substantia, & flammæ torridior nasceretur, & sonus ingens emitteretur. Donat. At Seruius hoc modo. *Virgea*, de viminibus, aut virgis facta: vnde est flamma validior.

MAGNO SONORE) magno sonitu. Verbum Lucretio vsitatum.

EXVLTANTQVE ÆSTV LATICES) Ouid. Metamorph. lib. 7.

Interea calido positum medicamen aheno

Feruet, & exultat, spiritusq; tumentibus albet.

Videtur poeta gradibus quibusdam tractim ad aquæ feruorem, & ebullitionem procedere, & aquæ incale-

scere: sicut Græci *ὑπερβαίνειν* ὅδωρ primum *χλαίνε-θαι*, dicunt, post, *ζέει*, *παφλαίνει* vel *αφλαίνει*. German.

FVRIT INTVS AQVAI) legunt plurimi, aquæ vis, pro aquai: sed diæresin esse admonet Seruius, factam à Tucca, & Varo. Hoc ipsum in Persiano interprete, qui Cornutus dicitur, inuenias, cum Ennium hoc exponit. *Lunai portum pretium est cognoscere cines*. Lunai, inquit, dictum est secundum antiquam dictio- nem. Sicut Virgil. *furit intus aquai*. Significat eundem locum Quintil. lib. 1. Vnde *pistai vestis*, inquit, & *aquai*, Virgil. amantissimus vetustatis carmini inseruit. Quamquam modò legitur *anlai* in peruulgatis Fabij codici- bus. Crinit. lib. 18. cap. 2. Rhodigin. lib. 27. cap. 6.

Multi, *aquai* pro *aqua vi* scribendum censent, ut cum *amnis* iungatur, licet maximus sit veterum exemplarium in altera lectione consensus. Quid igitur? nomini *amnis* addi genitium illum *aquai* durum esse (in cõparatione præsertim, cuius omnia alioqui membra molliter incederent) non animaduertunt? Scilicet non satis erat dicere *amnis*, sed *aqua amnis* dicendum erat, quoniam & alius rei, quam aquæ potest esse *amnis*. Quasi vero *amnis* proprie de aqua intelligi non debeat: vel qui dixit, flammam virgeam suggeri costis vndantis aheni, non satis apertè se de amni aquæ loqui ostendat.

Contra vèro (alteram lectionem sequendo, *aqua vi*) nec plemasmus ille hic erit: & quemadmodum reliqua in hac cõparatione, eleganter alijs, atq; alijs verbis variata sunt, ita etiam hoc variatum erit: ut quod aquæ vim in hoc versu dixerit, in sequente *amnæ* appellet. Et hæc quoq; verba, *aqua vi* præsertim cum ita versum claudunt, aliquid antiquum, & Lucretianum habent. Sed nimirum *aquai* erat archaismus lippis & tonsoribus notus, ille contra vix à quoquam agnoscebatur: eius certe mentionem nemo fecit. Apud Fabium in quibusdam exemplaribus *anlai* legitur, pro *aquai*. Quod si etiam omnia exemplaria in hac lectione consentirent, atque adeo ipsum Fabium id clamantem audiremus, non illi prius fidem haberem, quàm omnia, quæ ad hanc lectionem afferri possunt, diluisset. Hæc breuiter ex Henr. Steph. de delectu lection. Virgilij, quæ ut prioribus illis longe veriora amplector.

NEC SE IAM CAPIT Vnda) sic & exuberantes cyathos Græci *ὑπερβάλλειν* vocant, qui insulam humoris nimiam copiam reiectant, & respuunt, quam capere, & continere nequeunt. Vide plura apud German.

VOLAT VAPOR AD AVRAS) Mos videtur fuisse Græcorum poetarum, ut alas affingerent rebus celeribus, quamuis illæ animo, sensuq; carerent: ita enim putabant declarari cursum, velocitatemq; eorum. Euripid. igitur eo consilio, ut arbitror, in Ioue dixit, cum ortum solis ostendere vellet. *αἶψ' ἡελίῳ πτέρυγι θοῇ*: *alam* enim solis vocauit, quia cum repente lux eius adueniat, imitatur auem aliquam, quæ vitur in motu illo suo ala. Eadem de causa idem poeta in alia fabula, quæ Troades appellatur, fumo *alam* tribuit, atque id duobus locis, non tamen valde remotis: primum enim inquit, *πτέρυγι δ' ἡπνὸς ὥς τις ἕρπια πρὸς* (α. Post autem *κόνις δ' ὅσα ἡπνὴ πτέρυγι πρὸς αἰθέρα*. Eodem autem pertinet, quod in superiore fabula fumum dixit volare. *σμήρνης δ' ἀνίδρυ ἡπνὸς εἰς δόρυς ποίεω πύλας*). Sed eadem etiam mente, nisi quod fumi nomen non ponit, quamuis rem ipsam ostendat, Virgilius inquit, *volat vapor ater ad auras*. Victor. lib. 26. cap. 13.

Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari:
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:

470 Se satis ambobus Teucrisq; venire, Latinisq;.

HÆC VBI DICTA DEDIT, DIVOSQ. IN VOTA VOCAVIT,
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.

Hunc decus egregium formæ mouet, atq; iuuentæ:
Hunc atauit reges, hunc claris dextera factis.

475 Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis:
Arte noua speculata locum, quo littore pulcher
Insidijs, cursuq; feras agitabat Iulus.

Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo

480 Obijcit, & noto nares contingit odore,
Vt ceruum ardentes agerent: quæ prima malorum
Causa fuit, belloq; animos accendit agrestes.

POLLUTA PACE) A Latino, intelligit Donatus, nempe cum Turno pactam Lauiniam Æneæ promissit.

INDICIT) Signatè verbum bellicum posuit. Non quidem omnib; indixit, sed primis iuuentutis, hoc est, ductoribus, qui causam nossent, & scirent agenda, & propter quos ista essent facturi. Donat. * Verbum indicare cum denotet idem, quod promulgare, denuntiare, non in bello tantum, sed alijs præterea multis in rebus elegantem usum habet. Sic enim loquimur, indicare malum, feriam, iussitum, mercatum, supplicationem, carnem, concilium, conuentum, inimicitias, funus, & alia sexcenta.

TVT. ITAL. DETRVD. FINIB. HOSTEM) Non obtendit belli causam coniugium: sed amorem patriæ, quæ dicit se velle tutari. locus ab honesto. Et respexit ad veterem vocabuli *hostis* significationem simul, & vult intelligi infestum peregrinum, siue aduenam: olim namque hostis peregrinus. Cic. I. Off. Montfort.

DIVOSQVE IN VOTA VOCAVIT) Tacitè nos monet poeta Romanæ consuetudinis. Cols. enim profecturi cum exercitu in prouincias, prius dabant sacris operam, & vota concipiebant, quæ postmodum re prosperè gesta, reuersi soluebant. Cic. 3. Philipp. de Ant., neglectisq; sacrificijs sollempnibus, ante lucem vota ea, quæ nunquam solueret, nuncupauit.

CERTATIM SE SE RVTVLI) Quantus cunctorum amor fuerit in Turnum, quantus fauor, quanta iubentis auctoritas, breuiter ostendit, & quæ singulos mouerint.

DVM TVRNVS RVTVLOS) Posteaquæ Furia Turnum excitauit in bellum, atque ita, ut iam non solus, sed cum suis desideraret exire, reliquit bellica disponentem: debuit enim etiam alterius partis quieti turbare. Proinde euolauit aduersus Teucros, ut his quoq;, quas posset, insidias tenderet. Donat.

INSIDIIS CVRSVQVE FERAS) Cursus pertinet ad equos, & canes: insidiæ autem ad retia. Vegetius lib. I. cap. 7. vbi docet, cuius artis tyrones ad militiam eligendi, vel respuendi sint: Fabros, inquit, ferrarios, carpentarios, macellarios, & ceruorum, aprorumq; venatores conuenit sociare militiæ. Quantum profit in bello venatoria consuetudo, & exercitatio, demonstrat ex primarijs auctorib; ibidem Stenechius. De venatione dictum 4. Æneid. ibi, *Venatum Æneas, unaq; miserrima Dido.* &

HIC SVBITAM CAN. RABIEM) Ad naturalem ra-

biem canum, qua feras persequi fuerant soliti, nocitura Furia adiecit augmentum, seu studium naturale mutauit in rabiem. Seruius. At ne animal opportunè necessarium, minus obuium canibus sauientibus fieret, odorem cerui ad eorum nares peruenire perfecit, ut inuenirent ipsi, quem forsitan euentus fuerat seruaturus. Donatus.

NOTO NAR. CONTINGIT. ODOR) *odora canum vis*, est in 4. Æneid. Noto autem, quia sæpius in syluis militauerant, plures ceruos ex odore per vestigia deprehenderant.

CERVVM ARDENTES AGERENT) persequerentur, vrgerent. Horat. Epod. Ode 6.

Agam per altas aures sublata nivos,

Quæcumq; precedet fera.

QVÆ PRIMA MAL. CAVSSA FVIT) Macrobius. Saturnal. lib. 5. cap. 17. reprehendit Maronem, ut qui parum aptè initium, causamq; belli inter Troianos, & Latinos fecerit ceruum casu vulneratum, ac præterea reliquæ æconomiam improbat. Adscribentur eius verba. Quid Virgilio contulerit Homerus, hinc maximè liquet, quod vbi rerum necessitas exegit à Marone dispositionem inchoandi belli, quam non habuit Homerus (quippe qui Achillis iram exordium sibi fecerit, quæ decimo demum anno contigerit) laborauit ad rei nouum partum, ceruum fortuito saucium fecit causam tumultus. Sed vbi vidit hoc leue, nimisq; puerile, dolorem auxit agrestium: ut impetus eorum sufficeret ad bellum. Sed nec seruos Latini, & maximè stabulo regio curantes, atque ideo quid fœderis cum Troianis Latinus icerit, ex muneribus equorum, & currus iugalis non ignorantes, bellum generi deorum oportebat inferre. Quid igitur? deorum maxima deducitur è cælo, & maxima Furiarum de tartaris asciscitur. Sparguntur angues, velut in scena parturientes furorem. Regina non solum de penetralibus reuerentiæ matronalis educitur, sed & per urbem mediâ cogitur facere discursus. Nec hoc contenta, sylvas petit, accitis reliquis matribus in societatem furoris. Bacchatur chorus quondam pudicus, & orgia insana celebrantur. Quid plura? Maluisssem Maronem & in hac parte apud auctorem suum, vel apud quemlibet Græcorum aliorum, quod sequeretur, habuisse. Atque hæcenus censu-

cenſura Macrobij, cui copioſiſſimè, & erudiſſimè reſpon- det in Antonio dialogo Iovian. Pontanus, Virgi- liumq; præclare defendit à calumnia. Eam defenſio- nem, quandoquidem non cuius auctoris copia eſt, ad verbum, & totam quid ni inferamus?

Quæſo Macrobi, poetarum iudex tam ſobrie, quæſo, inquam, quæ inter Latinos, Troianoq; belli cauſa excogitari accommodatior poterat? nam nec La- tini per id tempus mercaturam nauibus exercebant, nec Æneas piraticam, vt per cauſam prædoci- nij excitari bellum potuiſſet. Nullæ intercedebant inimicitia: & Æneas eo conſilio in Latinum litus deſcenſionem fecerat, vt in terra fato debita ſedes profugis ſtatu- ret. Itaque non belli, ſed amicitiæ potius cauſas quærebat, vt qui conciliare ſibi finitimorum animos ſtuderet, miſſis etiam oratoribus cum muneribus. Vidit acutiſ- ſimus auctor fortuitam cauſam, quam lippus, cæcuti- ensq; Grammaticus quomodo videret? Mos eſt claſſi- a- tiorum militum, ne piratarum tantum putes, ſæpius in continentem deſcendere, carnis, vt ipſi dicunt, faci- endæ gratia: nec ſolum ex hoſtico, ſed vbi maior cogit inopia, etiam ex pacato, pecora abigere. Quam ob cauſam, vt quotidie videmus, inter ſocios, amicosque indigne multa committuntur. Hanc occaſionem, & quidem fortuitam, cum, Æneas nihil minus, quam bel- lum, quæreret, nactus Virgilius, non armentalem, aut aratorum bouem, ſed regij villæ ceruum, atq; in de- licijs habitum, & aggreſſibus notum vulnerat, quod faci- lius multitudo cogati cicuris gratia ad tumultum con- curreret, Troianosq; non tantum vt abactores, ſed qui regias res violare auſi eſſent, armis vlcicerentur, atque è ſinibus pellerent, quos agerrimè ferrent illic conſi- dere, perindeq; vt exteram, atque ignotam gentem o- dio perſequerentur. Quæ opportunitas occaſio excogi- tari potuit, muliere præſertim agreſtes excitante? quæ vim paſſa videri poſſet, cum etiam Iunonem belli cauſas quærentem introduxiſſet. Atque hæc quidem tan- quam ſcintilla furtim elapſa, quæ paulatim ſerpens, mox vento exorto illapſa ſtipulis, agros, ſylvas, obuia ſimul cuncta deſlagrat. Quid aliud? tanquam duos di- uerſo mundi cardine ſpiritus, qui auerſum ignem ex- citent, exſciſcat: alteram, è cælo delapſam deam, Iuno- nem ſcilicet: alteram Furiarum maximam, Erebo exci- tam, cogentem buccina populos, & duces vocantem in bellum, proq; ſtipula ſubjicitur Amata, mulier, mater, regina, importuna quidem mulier, mater indulgentiſ- ſima, regina faminarum choros ſollicitans, adhæc La- tinus ſenio conſectus, ac vix ſui iuris. Incenſa igitur ſti- pula, agri, ſylvæq; exuruntur. Tela nouat Atina, vomer- es in enſes excoquantur. Scribuntur exercitus, le- guntur duces, primuſq; Mezentius bellum ſic init, vt ne mulieres quidem arma detrectent. Videris è parua, fortuitaq; ſauilla quantum incendium accenderit? vt ſubrigantur quidem legentium animi, quoties crines illi anginei ſubriunguntur. Quid hoc artiſcioſius? Quid magis ſepoſitum, atque à vulgo abductum? cognouit admirabiliſſimam, excogitatiſſimamq; inuentionem Iuuenalis, cum dixit, *caderent omnes à crinibus hydri, Surda nihil gemeret graue buccina*. Quam, ſi dijs placet, cognosceret Macrobius ſordidæ locutionis, ne dicam o- rationis Grammaticus. Quid tu peregrine homo de maximi poetæ admirabili artiſcio, nobiliſſimisq; in- uentis te iudicem ſtatuis, qui ne latine quidem loqui ſcias? Maluiſſem, inquis, Maronem & in hac parte apud auctorem ſuum, vel apud quemlibet Græcorum alium, quod ſequeretur, habuiſſe. Scilicet non vis ſin- gere Virgilium, non vis optimum artiſcem arte ſua

vti artiſci? ar ego maluiſſem te, cum latine loqui vis, Ciceronem, aut quæ alium è doctiſſimis in loquen- do ſequi. An tu apud Ciceronem, Salluſtium, Caſarem inueniſti indigeriem concoquere, in memoriam, atque ingenium ire, in incrementum ſucceſcere, tale præ- ſens hoc opus volo, natina Romani oris elegantiæ, na- ſcendorum ingenium polliceri, & mille his etiam ab- ſurdiora, magisq; barbara, quibus tu ineptiſſimè, cum ſi ipſe ineptiſſimus, vteris? Atqui audaciſſime Gram- maticæ, cum fateris te ſub alio ortum cælo, à linguæ la- tinæ vena non adiuuari, cur de maximo, de quæ alieno poeta tanquam prætor iudicas? Vnum tamen dare tibi veniam poteſt, quod conuiua, quod ſatur, quod inter rorantia pocula, quod in Saturnalibus hæc proferebas. O belliffimum hominem, qui conuiuiam iudicem, qui menſam prætorium ſtatuas. Sed ad imitationem quam in Marone deſideras, redeamus. ſi Ciceronem legiſſes, non ſolum rectè loqui, ſed rectè quoque de ſcriptorum ingenijs, deq; ſcriptis ipſis ſententiam ferre didiciſſes. Ait & Orator, & philoſophus eminentiſſimus, noſtros aut melius inueniſſe, aut inuenta à Græcis feciſſe melio- ra. Quod ſi poetæ cuiuſq; ſuit, inuenta ab alijs meliora facere, hæc mihi laus Virgilij propria videtur. Sed neq; melius inuenerint noſtri, neque fecerint aliorum in- uenta meliora, non tamen cæcutientis Grammatici iu- dicio ſtandum eſt. Quonam auctore vſus eſt Homerus in ſingendis tot monſtris? quem imitatus eſt Orpheus in commentis adeo fabuloſis? quem ſecutus eſt, qui pri- mus finxit Caſtorem, Pollucemq; ortos ex ouo? qui primus commentus eſt, Pultonem in inferno regnare? hydram ſeptricipitem eſſe? natos è ſerpentum dentibus armis inſtructos homines? Denique à quo accepit Ho- merus auctore, arma à Vulcano Achilli fabricata? vul- neratam à Diomede Venerem? perlatum vtribus Vlyſ- ſem? & mille talia? Atqui poetarum hæc non modò licentia, ſed pæne ars eſt. Quin etiam ab alijs enarratas fabulas in aliam, atque aliam formam conuertere per- mittitur, nedum fingere nouas liceat.

Eſt & alia deſenſio Gulielmi Modicij, cap. 7. quam te cupio legere. Sic autem habet: Duo in primis ſunt conſideranda, & quam apud Virgilium Turnus habue- rit belli cauſam meditando, & occaſionem deinde in- choandi. Illam poeta expoſuit alibi illo verſu, *Cauſa mali tanti coniux iterum hoſpita Tencris*, &c. quia ſcili- cet Latinus rex hoſpitio, & Lauiniæ filiz deſponſatione Æneam peregrinum hominem ſibi generum adiunxit, affinitate Turni repudiaria, cui Amata Latini regis vxor, & Turni mater terra, filiam in matrimonium col- locari expetebat. Hæc fuit Turno belli meditando cauſa, vt ſcilicet regem riualet, & Troianos ex Italia pel- leret. Bellum hoc iniuſtum videbatur: propter quod Italiæ populi arma non cepiſſent: quod inhumanum fuiſſet peregrinos innocentes nouis ſedibus deorum augurio datis exturbare. Querenda igitur Virgilio fuit caſio belli inchoandi in omnes partes circumspecta, & moderata: Itali reges iniqui ne viderentur, ne Latinus rex inconfans, ſed vnus Turnus audax, violentus, & iniquus. Non libuit fingere à Troianis prædas ex agris Aboriginum actas eſſe, vt hiſtorici quidam prodidere, cum regem eorum inſignem pietate virum dixiſſet, & Troianos illo verſu pios, *Quæ ne monſtra pij paterentur talia Troes*. Leui de cauſa vexatos fuiſſe argumentum fuit maioris illorum innocentiz, & Rutulorum ini- quitatis. Æneas cum populo occupatus erat in nouo oppido muniendo, & republica conſtituenda. interim Alcanius regis filius ad res grauiores, & ciuilia miniſte- ria nondum per ætatem aptus, honeſta, & decora exer- citatione

citatione venabatur, paternam laudem imitans: quem A
Xenophon inter alios heroas venatorem diis gratum
fuisse commemorat. quid mirum, si canes vestigijs cer-
ui, odore, atque aspectu commotos, latrantes, & cum
gemitu trepidantes, poeta dixit Aleetus occurſu ad ra-
biem concitatos esse? Græcis huiusmodi res in cani-
bus, & equis concessas, Latinis ad negotium fidas ex-
aggerandum Macrobius non concedit. Stultus in hac
re fuit, aut certe periniquus, qui putavit Virgilium tam
tenui consilio fuisse, ut existimauit primò cerui natu-
ram esse idoneam, per se belli causſam inchoandi: de-
inde cum animaduertisset leuem esse, dolorem auxerit
agrestium. sed putauit Virgilius causſam idoneam esse
agrestium cadem, qui cerui plagam vlciſci valuissent. Est
enim hæc causſarum series cum incremento. ex cerui
plaga puellæ comploratio, hinc agrestium concursus
ad rixam, ex qua multi sunt occisi. Almonis, & Galeſi
cadaveribus conſpectis, plebs vrbana tumultuata est, &
Troianis à Turno bellum illatum. iam ante certum e-
rat Turno, *arma parare, Turræ Italiam, detruere finibus
hostem.* Cum verò dixit poeta, *Ut cernunt ardentes age-
rent: quæ prima malorum Causſa fuit:* non præcipuam
causſam significauit, sed occasione primam ad bellum
iam ante meditatum, & conſtitutum, inchoandum, &
gerendum. De ceruo ſancio factum illud leue nimis,
& puerile Macrobio videtur: in fabulis tamen Apollo-
dori Licymnius puer Lacedæmone cum Hippocoonte
regiam caſu inſpiceret, canem Molosſum in ſe ruen-
tem lapide percussit: regis filij puerum verberibus ne-
carunt. Hercules vltor Lacedæmonem expugnauit, &
occiso Hippocoonte, filios eius captos in vinculis ha-
buit. ſic vna Molosſi canis plaga, causſam magni belli
præbuit Herculi. Quis ignorat ex paruis iniurijs, bella
ſæpe grauiffima conſtata eſſe, & propter mercatores
vexatos, & propter meretriculas à peregrinis adole-
ſcentibus paulò licentius, & proteruius contrectatas?
Regno ſpoliatus eſt Ptolemæus Cypri rex, quodd P. Clo-
dio ſe à piratis redimere volenti rogatus paruam pecu-
niam mutuo miſiſſet. quid prudentius, & aptius exco-
gitari potuit à Virgilio, quàm ut Italij populis bellum
iuſtum videretur, propter quod cum Turno belli ſo-

cietatem coirent, & Troiani pij, atque innocentes, à
quibus nemo in Italia violatus dici iure poſſet, iniuſtiſ-
ſimo bello appeterentur, cuius nulla culpa in Latino
reſideret: ut occiſo Turno, pacis, & concordie turba-
tore affinitas iam ante inſtituta ſinceris animis ad exi-
tum perduceretur? nefas putat Iunonem de celo de-
ducti, & Aleeto ab inferis excitari: quaſi non idem fa-
ctum ſit in fabula Arhamantis, & Inus: quæ de monte
infantem vlnis retinens in mare ſe præcipitem dedit:
quaſi eandem deorum reginam Homerus, ad miniſte-
ria quædam profana non ſæpe de celo deducat. multò
prudentius noſter, qui per Iunonem reginam ſignifi-
cat regnandi vim, & cupiditatem, propter quam tyran-
ni furijſ agitati, celo terram miſcent: & C. Cæſar reg-
nandi cauſa, ius violandum eſſe dixit. Irreſidet Amata
reginæ furorem, quæ tamen paulò poſt Rutilis pugna
victis, *Inferius Jethi nodum trabe noſſit ab alia,* cum di-
xerit alibi poeta, *notumq; furus quid ſumma poſſit.* In
ſyluis filiam à matre occultatam eſſe, quid habuit ab-
ſurdum cum alluſerit poeta ad hiftoriam, qua dicitur La-
uinia mortuo Aenea priuignam metuens in ſyluis late-
riſſe, vbi Alcantium peperit eam, cui Syluio cognomen
fuit. indignum facinus clamat Macrobius reginam cum
alijs matribus de penetralibus (ſic enim loquitur) re-
uerentiæ matronalis bacchari, ſyluasque petere. quaſi
Græcis hoc fuerit inauditum, & inuſitatum, in quo-
rum fabulis reginæ, Cadmi filiz, in Cithærone monte
bacchantes, Penthei ſanguine, quem pro porco diſ-
cerperunt, maternas manus commacularunt. quis ne-
ſcit Progneſ reginæ ſimulatum Bacchanalibus furo-
rem? quis ignorat in ſyluis ſalno pudore verſatas vena-
trices Atalantam, Procrin, Harpalicen, & in hiftorijs
virgines Spartanæ?

BELLOQUE ANIMOS ACCENDIT AGRESTES)
Hoc eſt, alperos, & imperitos animos, primùm excita-
tos in bellum. Nullus enim ſapiens ſic moueri potu-
iſſet, ut illi excitati ſunt: ut propter vnus animalis iniu-
riam leuem, quæ imprudentia pueri venantis defendi
poterat, proprium ſanguinem daret. Donatus. Plus
autem eſt, agreſtes animos, quàm agreſtium animos.
Seruius.

- Cervus erat forma præſtanti, & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
485 Nutribant, Tyrrhusq; pater, cui regia parent
Armenta, & latè cuſtodia credita campi.
Aſſuetum imperijs ſoror omni Syluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua fertis:
Peſcebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat.
490 Ille manum patiens, menſæq; aſſuetus herili,
Errabat ſyluis, rurfusq; ad limina nota
Ipſe domum fera quamvis ſe nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli
Commouere canes, fluuio cum fortè ſecundo
495 Deſlueret, ripaq; æſtus viridante leuaret.
IPSE ETIAM EXIMIE LAUDIS SVCCENSVS AMORIS
Aſcanius, curuo direxit ſpicula cornu:
Nec dextræ erranti Deus abfuit: actaq; multo
Perq; vterum ſonitu, perq; ilia venit arundo.

CERVVS ERAT FORMA) Quod huic ceruo fuerit Tyrrhidæ pueri, & soror Syluia, hoc illi ceruo Nympharum, 10. Metamorph., Cyparissus puer. Et tamen cum aliquando in umbra quiescentem, per imprudentiam iaculo fixit. Sed quoniam locus Virgiliano satis respondet, nisi quod vberior est, & rebus aliquanto illustrior, versus Ouidianos addicimus.

*Namq, sacer Nymphis Carthæa tenentibus arma.
Ingens cernui erat: lateq, patentibus altis
Ipse suo capiti prebebat cornibus umbras:
Cornua fulgebant auro, demissaq, in armos
Pendebant sereti demissa monilia collo.
Bulla super frontem paruis argentea loris
Vincta monebatur, parilisq, ætate nitobant.
Auribus è geminis circum cana tempora bæca.
Isq, metu vacuum, naturaliq, pauore
Deposito celebrare diuod, milcendaq, colla
Quamlibet ignotiq, præbere solebat.
Sed tamen ante alios Cæa, pulcherrimæ, gentis
Gratus erat Cyparisse tibi: tu pabula cernum
Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad undas:
Tu modo terebas varios per cornua flores:
Nunc equus in tergo residens, huc lætus, & illuc
Mollia purpureis franabas era capistris, &c.*

CVI REGIA, PARENT ARMENTA) Liuius, magister regij pecoris. Translatè dictum: propriè enim ciues parent suis rectorib, & homines hominibus. Olim autem reges quoque bonam diuitiarum suarum partem habebant in gregibus, faciebantque pecuariam. Inde *οἰκίτης* illi *λαόν* pastores populorum, & *οἰκίτης* pro regere. Verùm hoc etiam alibi me notasse recordor.

ASSVETVM IMPERIIS) Redit ad aliam partem laudis cerui: ab his, quæ communia sunt omnium ceruorum, transit ad ea, quæ propria ipsius fuerunt. Quippe multi alij reperiri potuerunt & grandes, & cornib, satis, superq; sublimes.

SYLVIA) bene formauit nomen puellæ rusticæ, ait Seruius. * *Quia ad syluas, & in syluis habitant rustici. Et tū supra dixeris, Tyrrhidæ pueros nutrisse hunc cernum ab ebre matris ruptum, id est, ab hinnulo Isq, (Sibi morem, naturamq, puerilem, babilon, casellu præsertim, & felibus gaudentium, & cum illis colludentium expressit) nunc tamen puellam nominat. Sed sciendū, Vocem pueri Syruiaq, sexum includere.*

MOLL. INTEX. ORNAB. COR. SERTIS) Ouid. 2. Metamorph. de tauro, quem Iupiter Europam rapturus induerat,

*modò pectora præbet
Virginea palpanda manu, modò cornua sertis
Impedienda nonis.*

PECTEBATQVE FERVM) Videlib. 1. Æneid. In lætus, inq, feri curuam compagibus aluunt.

ILLE MANVM PATIENS) dixit enim, *pectebatq, ferum, &c.* Et manfuetum dictum est, quasi manu affuetum, quod omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsiōne mitescant. Georg. 3. de equino pullo. *Et planse sonitum cernicis amare.*

ERRABAT SYLVIS, RVRSVSQVE) Pascebatur, vt, *Mille, mea Siculis errant in montibus agna.* Seruius. Significat hunc ceruum fuisse *ἀγέλιος*: ita enim Græci appellant belluas, quæ sine custode villo li-

berè vagantur, emissæ ab hominibus, in quorum manum, potestatemq; venerint, quæ tamen domum postea, cum pastæ fuerint, reuertantur. Victor. lib. 28. cap. 24.

RABIDÆ COMMOVERE CANES) Canes famellas traditum est aciores esse ad venandum. Horat. Ode 2. Epod.

*Aut trudit acres hinc, & hinc, multa cane
Apros in obstantes plagas.*

Observauit & Seruius: quia in feminis est plus iracundiæ, ideo noluit masculo genere, *rabidi canes*.

Ob hæcaussam, quia scilicet femina canes in venatu sunt aciores maribus, poetæ & Græci, & Latini venaticis canib, epitheta feminina dare solent. Græcos in præsens omitto: Latinorū aliquot testimonia producā. Ennius Annali. 10.

*Veluti si quando vinculis venatica velox
Apta silet cani, forte feram si nare sagaci
Sensis, voce sua nitit, ululataq, ibi acutè.*
Lucret. lib. 1.

*Namq, canes ut montiu age persape ferai
Naribus inueniunt insectas fraude quietos,
Cum semel institerint vestigia certa viai.*
Horat. Ode 2. Epod.

*Aut trudit acres hinc, & hinc, multa cane
Apros in obstantes plagas.*
Variu. lib. de Morte.

*Cen canis umbrosam latrans Gortynia vallem,
Si veteris potuit cerua comprehendere lustra, &c.*
Gratius de venat.

*Sic canis illa suos taciturna superuenit hostes,
At clangore citat, quos nondum conspicit apros
Etola quacunq, canis de stirpe.*

Collegit Hieron. Colum. ad 10. Annalem Ennij.

FLVIO CVM SECVNDO DEPLVERET) secundo, id est, cum aqua: vnde & aduerso dicimus, contra aquam: nam ideo *desfluere* dixit, & *secundo*, quia eius cufus post natantem videtur. Seruius.

RIPA VIRIDANTE ÆSTVS LEVAR.) Quia nimis ad ripam stabant arbores, quarum umbra fluuij lætus tegebat. Ita ceruus per umbram illam desfluens, æstu leuabatur.

CVRVO CORNV) arcu corneo curuato.

NEC DEXTRÆ ERRANTI DEVS. ABFVIT) Alecto deum dicit: sicut de Venere in 2. *Descendo, ac ducente deo.* Nam, vt diximus, numina vtriusque sexus videntur ideo, quia incorporea sunt, & quod volunt, corpus assumunt. Vt autem deum dicamus pro dea, hoc non aperte ponit, sed in subauditione. Seruius.

PERQVE ILIA VENIT ARVND) magno stridore ventrem, & ilia cerui telum penetrauit. Arundinem appellant poetæ sagittam, qua vtimur ex arcu ad lædendum, sauciandumue, Aufon. epigram. 6.

*Quod leo tam tenui patitur sub arundine lethum,
Non vires ferri, sed ferientis agunt.*

Æneid. 4. de cerua vulnerata, *hæret lateri lethalis arundo.* Appellant eodem nomine calamum, quo vtimur ad scribendum. Aufon. epigram. 1. *Et commutata meditatur arundine carmen.* Martial. *Necne notes lusus tristis arundo tuos.*

500 Saucius at quadrupes nota intra recta refugit,
Successitq; gemens stabulis: questuq; cruentus,
Atq; imploranti similis, rectum omne repleuit.

Mm° 3

Syluia

Syluia prima, soror, palmis percussa lacertos;
 Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes.
 505 Olli (pestis enim tacitis latet aspera syluis)
 Improvisi adsunt. hic torre armatus obusto,
 Stipitis hic grauidi nodis, quod cuiq; repertum
 RIMANTI, TELVM IRA FACIT. vocat agmina Tyrthus,
 Quadrifidam quercum cuneis vt fortè coactis
 510 Scindebat, rapta spirans immanè securi.
 At sæua è speculis tempus dea nacta nocendi
 Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
 Pastorale canit signum, cornuq; recuruo
 Tartaream intendit vocem: qua protinus omne
 515 Contremuit nemus, & syluæ intonuere profunda.
 Audijt & Triuiae longè lacus: audijt amnis
 Sulphurea Nar albus aqua, fontesq; Velini:
 ET TREPIDÆ MATRES PRESSERE AD PECTORA NATOS.

NOTA INTRA TECTA REF.) Intra domum no-
 tam, vbi educatus. Nec solum dolere, verum etiam cō-
 queri videbatur. Et sic singulis se offerebat, vt defen-
 sorem putares requirere. Nec vllum domus angulum
 relinquebat, quem non querelis impleteret. Donat.

SYLVIA PRIMA, SOROR) Benè puellæ dat dolo-
 ris impatientiam.

PALMIS PERCVSSA LACERTOS) Vt fiebat in re
 calamitosa. Aliàs plangere etiam, id est ferire, poetæ in
 eadem re ponunt, dicuntque lacertos, pectus plangere.
 Ouid. 2. Metamorph. *Pectora nuda meis conabar plan-
 gere palmis.* 36

DVROS CONCLAMAT AGRESTES) clamore facit,
 vt concurrant duri agrestes. Dura sunt omnia in rusticis. B
 Durum ingenium, duri mores, durum corpus, durus
 victus, duræ vestes, duræ habitationes, durum cubile,
 duri labores. Rectè igitur *duros agrestes*, die groben
 Bawren. 36

PESTIS LATET SYLVIS) dum Furia adhuc (quasi
 euentum rei præstolans) in syluis latitat, sic tamen, vt è
 specula prospiciat, quidq; fiat, obseruet. Sequitur enim,
At sæua è speculis, &c. hoc sensu. Sæua dea tempus no-
 cendi nacta è speculis *Ardua tecta petit, stabuli & de cul-
 mine summo*, &c. Pestis nomine hic Furiam appellat:
 1. Æneid. amorem, *pesti denota futura*, siue potius exiti-
 um, cui propter amorem debebatur Dido: nam quic-
 quid exitiosum est, lingua latina pestem nominat. 36

OLLI IMPROVISI ADSUNT, HIC TORRE) Natu-
 ra sæui, & pro locorum asperitate truces, optatam pu-
 ellæ sumplerunt vocem. Repente improvisi concur-
 rerunt. Ruebant, in hominum perniciem properan-
 tes, non arte armati, vel gladijs: agrestes quippe non
 habebant vsum pugnandi, sed inferendæ violentiæ. Et
 cum alius fustem ferret ex foco sublatum, alius stipitem
 impolitum, & nodis grauatum, postremò succedebat
 furentibus in armorum vicem, quidquid præsens mon-
 strarat occasio. Donat.

QVOD CUIQUE REPERTVM RIMANTI) Tale
 quiddam Attius in Chrysippo, Neque quisquam à telis
 vacuus: sed vti cuique obuiam fuerat ferrum, alius sa-
 xo, rudiùc.

TELVM IRA FACIT) Telum vulgò id quidem ap-
 pellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne signi-

ficatur, quod mittitur manu. Itaque sequitur, vt & la-
 pis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineantur.
 Dictum ab eo, quod in longinquum mittitur: græca
 voce figuratum *τὸ τῆς τῆς*. Et hanc significationem in-
 uenire possumus & in græco nomine. Nam quod nos
 telum appellamus, ipsi *βέλος* dicunt: eoq; nomine
 vulgò id quidem significatur, quod ab arcu mittitur:
 sed non minus etiam, quod mittitur manu, *τὸ τῆς βάλ-
 λου*. Quod tamen arcu mittitur, proprio nomine
 apud Græcos *τέλειον*, apud nos communi nomine so-
 lum. German.

QVADRIFIDAM QVERCVM) quæ in partes quatu-
 or finderetur.

CVNEIS VT FORTE COACTIS) Exprimit anti-
 quum morem. Georg. 1. *Nam primi cuneis scindebant
 fissile lignum.*

DE CVLM. SVMMO PASTOR. CANIT SIGNVM)
 Vt pastorum concursus fieret maior, de summo datum
 signum est, cunctis pastoribus notum. Et bene de cul-
 mine, quia de tectis agrestium loquitur. * *Quale hoc pa-
 storale signum fuerit, ipsemet poeta statim subiungit*, cornuq; re-
 curuo. *Eiuscemodi buccinam* (sic enim Varro, ni fallor appellat, *ut
 & poeta infra*) *audimus mane quotidie*.

TARTAREAM VOCEM) tristem, horrifonam, &
 vt Germani dicerent, *ein teuflisch geschrey*. Quàm por-
 ro luctuosus, & dirus fuerit sonitus, quàm vehemens
 etiam, quæ sequuntur, ostendunt.

QVA PROTINVS OMNE CONTREMUIT) Imitatus
 est Statius lib. 1. Thebaid.

----- *fera sibilu crine virenti*

Congeminat, signum terris, unde omnis Achai

Ora maris late, Pelopeiæq; regna resultant.

Audijt & medius calis Parnassus, & asper

Enrotas, dubiamq; ingo fragor impulit Oeten.

In latius, & geminis vix fluctibus obstitit Isthmos.

SYLVÆ PROFVNDÆ) densæ arboribus.

TRIVIAE LACVS) *Quibus de causis Trinia nomina-
 retur Diana, consulendus Gyrals. Synag. 12. Natalis lib. 3. cap. 15.
 Vulgatum est, quod ei in trinijs sacrificaretur, quia eadem sit lu-
 na, Diana, Hecate.* Non solum nemora, & luci Dianæ
 consecrabantur, vnde Horat. ad Pison. *dum lucus, &
 ara Diana*. Et Martial. lib. 11. *In quo ruta facit nemus
 Diana*, sed etiam lacus: vnde & Limnæam cognomen-
 to apud

to apud Strabonem lib.8. Dianam reperimus. Turneb. Aantequam illis, vel earum liberis accideret interitus. lib.30. cap.27.

SVLFVREA NAR. ALBVS AQVA) Ennius Annal. 6. *Sulfureas posuit spiramina Naris ad undas.* Silius lib.8. imitans Virgilium, *Narq; albescentibus undis.*

TREPIDÆ MATRES PRESS. AD PECT. NAT.) *Eixw* perculsarum matrum, earumque charitatis in partus suos recentes. Qualem concipere licet in illis Iudæis matribus, quarum infantes immanissima, & omnib⁹ inaudita sæculis Herodis crudelitas è medio sustulit, vt est in sacra Euangelij historia. Stat. lib.1. Thebaid.

Ipsa suum genitrix curuo delphine vagantem

Arripuit franis, gremioq; Palamona pressit.

Silius lib.4. de Italis post aduentum Annibalis, eundem locum, sed vberius tractauit, & aliquanto *παθελικώτερον*

——— vastis trepidatur in armis.

Deferuere larem, portant cernicibus agras

Attoniti matres, ducentesq; vltima fila

Grandænos rapere senes, tum crine soluto

Ante agitur coniux, dextra, lanaq; trahuntur

Parui, non æquo comitantes ordine, nati. 35

Femina, cum bellicum acceperant auribus, mox nõ sibi plus, quam liberis metuentes, continuerunt filios suos amplexibus pauidis, scientes quid mali etiam paruulis bella minarentur. Ad pectora, inquit, presserunt pignora sua, vt ostenderet nimium affectum maternæ sollicitudinis, quasi demum inde diuelli non possent. Certe etiã illud intelligi potest, voluisse eas satiare corda sua,

Donat.

Duo magni poetæ, alter Græcus, alter Latinus, magnitudinem metus ostendere volentes, sonumque horribilem, qui non sine causa cunctos, qui audirent, perterrefaceret, eodem se contulerunt, & ab eo quod consecutum est, id patefecerunt, quamuis non omnino illud idem sit, existatq; inter ipsos aliquid discriminis. Considerabunt igitur ingeniosi viri vtra res id magis aperiat, & quasi in conspectu ponat. Euripides igitur Troadibus vocem sæuam, clamoremque hostilem exprimere volens, qui vndiq; excitatus est, capto Ilio à Græcis, cum in eam urbem milites noctu irrupissent, inquit, audito illo, pueros matribus applicuisse manus, pauore oppressos, & quasi se totos in sinum earum cõieciisse. Verba poetæ sunt. *ἑρσση δὲ φίλα πρὸς πλάγας ἑκαλε ματὲρ χεῖρας ἐπιποιμένας.* Virgilius autem ingentem & ipse sonum tubæ illius, quam inflarat Alecto, aperire volens, & quantam vim haberet perterrefaciendi, contra inquit, matres de filiorum salute sollicitas, magis ante ipsos complexas fuisse, quasi prope raptores haberent: & qui è manibus earum ipsos auellere conarentur. Quin certè vtrumq; contingat huiusmodi formidoloso tempore, & cum subito quippiam nouum, & inexpectatum ad aures peruenit, dubitandum non est. Sed quaeritur, vtrum eorum magis aptum sit illi rei atroci, atque horribili significandæ. Victor. lib.26. cap.10.

- Tum verò ad vocem celeres, quã buccina signum
 520 Diradedit, RAPTIS CONCVRRVMT VNDIQUE TELIS
 INDOMITI AGRICOLÆ. nec non & Troia pubes
 Ascanio auxilium castris effundit apertis.
 Direxere acies. non iam certamine agresti,
 Stipitibus duris agitur, sudibusue præustis:
 525 Sed ferro ancipiti decernunt: atraq; latè
 HORRESCIT STRICTIS SEGES ENSIBVS: æraq; fulgent.
 Sole laceffita, & lucem sub nubila iactant.
 Fluctus vti primo cœpit cum albescere vento,
 Paulatim se se tollit mare, & altius vndas
 530 Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.
 Hic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta,
 Natorum Tyrri fuerat qui maximus Almon
 Sternitur. hæsit enim sub gutture vulnus, & vdx
 Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam.
 535 Corpora multa virum circa, seniorq; Galefus:
 Dum paci medium se offert, IVSTISSIMVS VNVS
 QVI FVIT, Ausonijsq; olim ditissimus aruis.
 Quinq; greges illi balantum, quina redibant
 Armenta, ET TERRAM CENTVM VERTEBAT ARATRIS.

RAPTIS TELIS CONCVR. INDOMITI AGRICOLÆ) Cæsar. lib.1. belli ciuil. pastoresque indomiti, spe libertatis excitati. *indomiti*, effrenati, furiosi, & insani.

ASCANIO AUXILIUM CAST. EFFVND. AP.) In periculo regij pueri non paulatim processerunt ad auxilium, nec in partibus, sed semel omnes Troiani effu-

sunt. Quantum tuetur Virgilius Troianos ab ea inuidia, ne in alieno positi, improbitatis crimen incurrerent? Procedebant, inquit Troiani, non vt inferrent: sed vt repellerent bellum, nec vt persequerentur quenquam, sed vt regis filium tuerentur, & ab agrestium improbitate defenderent. Donatus.

DIREXERE ACIES) Ordinauerunt in latitudinē.

SVND.

SVDBVSVE PRAEYSTIS.) Iacula duorum generum fuerunt, rudia; & ferrata. Rudia, quæ simplici ligno constabant, non alia materie ad lædendum. In quo genere fudes, & fides. Sudes lignum in capite acutum leuiter, & igni duratum. Vetus id telum, & plerisque gentibus vlitatum. Propertius de priscis, & agrestibus Romanis, *Miscebant vsta praelia nuda fude*. Et hic Virgilius inter agrestia nominat. Sed tamen meliore etiam æuo, & in legitimis bellis vsurpatum, vt videre est apud Curtium lib. 4. apud Arrianum, apud Silium 3. vbi inter Annibalis copias quidam recensentur *Contenti parca durasse hastilia flamma*. Quin & Sallustius de Catilinæ exercitu. Pauci militaribus armis instructi: cæteri, vt quemque casus armauerat, sparos, aut lanceas, alij præacutis fudes portare. Et quanquam ex testimonijs non certo liqueat, inter missilia has fuisse, immò quosdam contra ad statariam pugnam: tamen etiam eminens vsurpasse, omnino probabile est. Lipsius Policret. lib. 4. dial. 4.

FERRO ANCIPI TI DECERNUNT) Ennius. *Ferro, non auro vitam cernamus utriq; Vos ne velis, an me regnare heri*. Idem Medea. *Nam ser sub armis malim vitam cernere*, quod Euripid. *ἢ ἀνδρῶν σῆμα* dixit. Est autem vitam cernere, dimicare, & pugnare, Græcis *κέρνειν* dicitur, & *ἀνὰ κέρνειν*. Cernit vitam, qui eam constituit in dimicationem, & discrimen adducere, vt qui de ea paratus est disceptare, & de vita, vt Varro exponit, decernere. Turneb. lib. 26. cap. 32.

HORRES CIT STRICTIS SEGES ENS.) In tantum grauis horre apparebat armorum, vt nudatis gladijs, atque eductis, terra omnis sine magno tremore videri non posset. Et re percussa æra solis radijs tantum fundebant lumen, vt solis ipsius lucem pæne superarent. Donat. Georg. 2. *Nec glacies densisq; virum seges horruit hastis*. Ennius. *Sparsis hastis longis campus splendet, & horret*.

SOLE LACESSITA ET LUCEM SVB) Expressit re percussum radiorum solis. Quo enim materia durior, & nitidior, eò maior inde lux, illatis in eam radijs solaribus resultat.

FLUCTVS VTI PRIM. COEP. CVM ALBES. VENTO) Comparatio est, non inani strepitu verborum ad ambitionem efficta: sed rerum natura sumpta: nam cum incessente, crebrescenteque vento incipit mare paulum turbari, & misceri, partes eius, quæ non mouentur, albescere videntur, & vernare. Quod ab Aristotele relatum est, reddita causa, vltima quæst. 23. sectionis: alioqui quum inhorruit, nigrescit.

Proinde scribit lib. 5. *fluctusq; atros Aquilone secabat*. Sed & purpureum mare videtur, cum elati fluctus, inclinatione obumbrantur, vt Aristoteles refert. Sed & in tranquillitate sole collustratum albescit, varijs deniq; coloribus videtur imbutum, & tinctum, pro lucis & tenebrarum admisione, & appulsu. Quocirca scripsit in Lucullo Cicero. Mare illud, quod nunc Fauonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbitur: nec tamen assentietur, quia nobis ipsis cæruleum videbatur, mane flauum: quodque nunc, quia à sole collucet, albescit, & vibrat, dissimileque est proximo ei cõtinenti. Turneb. lib. 26. cap. 28. Vide & Hieron. Columnam in 14. Annal. Ennij, ad illud, *Verrunt ex templo placide mare marmore flauo*.

Locus ex Iliad. 2. pæne ad verbum translatus. *ὡς ἔν τε αἰγυιάῳ*, &c. Catull. epithal.

*Hic qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus proclinat incitat undas
Aurora exoriente vagi sub lumina solis,*

Post vento crescente magis, magis increbrescant. Notatum ab Vrsino.

Dispositio verborum, ait Scalig. Poet. lib. 4. cap. 48. est collocatio apta, ad efficiendam concinnitatem æqualē rei. Quare quum iidem pedes eodem in versu constare possint, aliam sæpenumero inimus collocandi rationē, quam existimamus accommodatiorem ad sententiam explicandam. Neq; enim satis est hoc id rei verbo significari, neque sic cas coniūgi dictiones, vt ipsa rei conditio expleatur, sed vt is vocum ordo instituitur, vt ex earum sono res ipsa quasi elidatur, atque eliciatur. Idcirco & in principio sententiarum legimus paucisyllabas dictiones, à quibus ad productiores fiat gradus, quò simul cum re ipsa crescat oratio. *Fluctus uti primo capis quum albescere vento*. Ecce quomodo primores motus breuioribus dictionibus sensim deduxit ad habitum ipsum, quem longiore designauit, *albescere*. Sic cum etiamnum essent in principio nauigationis, monosyllabis egit. *Vix è conspectu*. Sic minutis vocabulis primum.

*Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & franco streperunt cornua cantu,
Vtq; acies concussit equos, vtiq; impulsit arma.*

Tum in ipso tumultu voces explicat productiores.

*Exemplo turbati animi, simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium, seuitq; iuuentus,
Effera, ductores primi Messapus, & Vrsus
Contemptorq; deum Mezentius.*

HIC IUVEN. PRIM. ANTE ACIEM) Confundit nomina. Quem enim modo dicit iuuenem, Almonem puta, paulo post vocat puerum. Mouet autem miserationem ab ætate, quum dicit, *puer*: à virtute, cum dicit, *primam ante aciem*: à vulneris etiam crudelitate, *hesit enim sub gutture vulnus*. Seruius.

HÆSIT ENIM SVB GVTVRE VLVNVS) Quum tota illa pars, quæ sextum sequitur librum, in cædibus posita sit: videamus quib; cõdimentis eiusdē cibi leuaret fastidium. Omitto quæ in excidio Troiano dicuntur, consideremus cetera. Almon hic interficitur sagitta. At Rhamnes dormiens. Ex duobus verò æquali in fortuna constitutis, alter fortior in hostes ruit, *moriturus Helenor*: alter melior pedibus fuga salutem quæsiuit, *Lycus, Lucetium saxo Ilioneus*: at alter, *Latagum saxo, atq; ingentis fragmine montis Occupat*. Aliter.

*Præcipitem scopulo, atq; ingentis turbine saxi
Excutit, effuditq; solo. Hunc lora, & inga subter
Promolueret rote, crebro super ungula pulsus*

Incita, nec domini memorum proculcat equorum.

Remulum Ascanius sagitta interficit: at Bitiam neque sagitta, neque iaculo ob corporis immanitatem, sed phalarica. Ense autem Pandarum, sed à Turno. Lege, quæso, totum cap. 9. Scalig. Poet. lib. 3. * *Vulnus positum pro sagitta, effectum pro efficiente*. Sic 2. *Æneid.* illum infecto vulnere Pyrrhus Insequitur. Lib. 10. Vulnere dirigere, & calamos armare veneno.

VDÆ VOCIS ITER) id est, vdam vocis iter, non enim vox vda est, sed per vdam arteriarum labitur viam: vnde in febricitantibus deficit. Seruius. Flexibilis vocis. Tibull. *docuit vocis inflectere cantu*. Sic Lucret. liquidum citharæ carmen Græcorum more dixisse videtur, qui *ὕψος* humidi imitatione, ductile, facile, flexile dicunt. *ὕψος* *ῥαῖος* tractabiles quæstiones, non nodosæ. Et Tryphiodorus equi Durij *ῥαῖος* *ὕψος* hoc est, flexibilem, & circumactilem. German.

TEN. INCLVS. SANG. VI T.) suffocatus est, sanguinis copia spiritum impediēte à pulmonibus, quæ sunt tanquam folles, quib; aura vitalis accipitur, & redditur.

DVM

DVM PACI MEDIVM) Græcis *μολπῆς, μελῶν*. A factor pacis, arbiter, & sequester Latinis. German.

QUINQUE GREGES BALAN. QVINA ARM.) Gre- ges etiam dici de bobus, non dubium est, & maioribus animalibus, etiam si hic distinxisse videatur. Certè Ho- mer. *Odyss. μ. ἀγέλας* bobus tribuit, *οὐαία* ouibus: *ἐπὶ δὲ βοῶν ἀγέλας, τὸ (ἀδ) οἶον οὐαία πλά.* German.

QVINA REDIBANT) sunt non indocti, qui re- ditum, non redditum dici velint, pro censu, & proven- tu annuo: ab his formis loquendi, poetis familiaribus, redeunt armenta, grauis ære manus, & dona. German.

TERRAM CENTVM VERTEBAT ARATR.) Propert. lib. 3. *Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur.*

- 540 Atq; ea per campos æquo dum Marte geruntur,
Promissi dea facta potens, vbi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugna,
Deserit Hesperiam, & cæli conuexa per auras
Iunonem victrix affatur voce superba.
545 En perfecta tibi bello discordia tristi:
Dic in amicitiam coëant, & fœdera iungant:
Quandoquidem Ausonio resperfi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
550 Accendamq; animos insani Martis amore,
Vndiq; vt auxilio veniant: spargam arma per agros.

ÆQVO MARTE) Bello manifesto, & aperto, non B multis iniurijs, & dolo. Aliàs æquo Marte, dum neu- trius partis est victoria.

PROMISSI DEA FACTA POTENS) Vbi confecit, quod promiserat. Cum operam, quam Iunoni pollicita erat, præstitisset, & studiū nocendi ita probasset, vt de- siderari nihil posset. Veruntamē verbis eam promississe non legimus. Sed hoc, vt alia sepe, *καὶ τὸ σιωπῶμενον*. &

SANGVINE BELL. IMBUIT) Ancipiti significatione vsurpauit *imbuiere* pro inchoare, & perfundere. Paulò inferius, *sanguis nouus imbuit arma*. Etia Propert. lib. 4. *imbuis pro inchoas*, aut simili verbo videtur posuisse.

Imbuis exemplum prima tu Romule palma

Huius, & exuijs plenus ab hoste redis.

Monet Seruius, consultò dixisse poetam, *sanguine im- buit*, id est, initiauit. Nam potest bellum & à discordia, vel dissensione inchoari.

CÆLI CONVEXA PER AVRAS) Sic 4. *Æneid. Mor- tem oras: tædæ calis connexa tueri*. Ad cæli conuexitatem respiciens Ennius, dixit in Eumero, palatum cæli: allu- sit etiam ad græcam vocem *ἐγανδς*, quæ non modo cæ- lum, sed vt Rufinus Ephesius tradit, palatū etiam signi- ficat: ita enim inquit, *ἐγανδς* β, *χ*, *ὕπερβῆ*, τὸ *περιεφθῆς τῆς ἀνω γῆρας*. Hinc à Lucretio lib. 4. pro palato templum, vt ab Ennio pro cælo palatum.

Suauiter attingunt, & suauiter omnia tractant.

Humida linguæ circumfudantia templa.

Dixit idem Ennius, quod his affine est, cæli ingentes fornices, quam translationem Cicero in 3. de Orat., vt dissimilem, vituperat. Varroni lib. 4. de ling. lat. non displicuit. Nam ita scribit. Et Agamemnon, *In altifono cæli clypeo*: cauum enim clypeū. Et Ennius item ad cau- rationem, cæli ingētes fornices. Hieron. Colum. in Ennij Eumero. Hoc quid sibi velit, paucos esse credo, qui rectè intelligant. Nam quod commentus est Ser-

uius, quodq; subiecerunt alij, refutatione non indiget. Quocirca facile mihi propemodum persuaserim, pro, *per auras*, vnico vocabulo *peragrans*: cuius quidem ab illis duobus discrimē, vnica facit littera duntaxat. Cor- nelius Valerius *pererrans* legendum arbitrabatur, à qua eius diuinatione non abhorrent, quæ sequuntur paulò post, Iunonis verba:

Te super ætherias errare licentius auras

Haud pater ipse velit summis regnator olympi.

Canterus lib. 7. cap. 18. Turneb. lib. 26. cap. 25. con- uexa, pro conuexa interpretatur, quamuis repugnante Seruio, vt in Georg. dixit Maro. *Utrq; coloratis annis do- nexus ab Indis*.

C IUNON. VICTRIX AFF. VOCE SVR.) Bene ei prin- cipidē denegauit orationem, quasi ad scelera properanti, quam modò tribuit post bella incepta. Seruius.

DIC IN AMICITIAM COEANT) Quod fieri pro tua voluntate meo ministerio debuit, factum est. Polluti sunt Troiani sanguine Latinorum: tanta ex eo extirrit causā discordiæ, vt etiam ex voluntate tua, concordia populorū reparari non possit. Ecce quantum Furia glo- riatur, quantum sese extollit, asserens dissipatam pacem integrari nō posse, etiam si ipsa Iuno sariata partium cæ- dibus, hanc velit in integrum reuocare. Ad perpetuita- tem discordiæ pertinet quod positum est, à Troianis primū illatam cædem Ausonijs, *Ausonio resperfi san- guine Teucros*, qui nouitatem suam funeribus inferen- dis commendandam esse crediderant. Donatus.

HOC ETIAM HIS ADDAM) Glorians Alecto apud Iunonem de eo, quod fecerat, quò fiat gratiosior, ad- iecturam se, illa permittente, promittit malis conflatis augmentum. Donatus.

TVA SI MIHI CER. VOL.) Sic Iuno lib. 4. ad Vene- rem. *& tua si mihi certa voluntas, Connubio iungā stabili*. Si tua consentit in hoc auctoritas, vt exponit Seruius.

- Tum contrà Iuno: terrorum, & fraudis abunde est.
Stant belli causæ: pugnatur cominus armis:
Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit arma.
555 Talia connubia, & tales celebrent hymenæos

Nn*

Egre-

Egregium Veneris genus, & rex ipse Latinus.

Te super ætherias errare licentius auras

HAUD PATER IPSE VELIT, SUMMI REGNATOR OLYMPI.

Cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est,

560 Ipsa regam. Tales dederat Saturnia voces:

Illa autem attollit stridentes anguibus alas,

Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.

Est locus Italiæ in medio, sub montibus altis,

Nobilis, & fama multis memoratus in oris:

565 Amsancti valles. densis hunc frondibus atrum

Urget vtrinque latus nemoris, medioque fragosus

Dat sonitum faxis, & torto vortice torrens.

Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis

Monstrantur: ruptoque ingens Acheronte vorago

570 Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnyes,

Inuisum numen, terras, cælumque leuabat.

TYM CONTRA IVNO) Ne videretur minus pro-
spexisse, cum mandatorum summam traderet Furia,
non admittit oblata. Satisfactum est animo meo, extat
competens terror, & superat fraudis inuentum, quod
turbandis rebus fuerat necessarium. Idonea belli fun-
damenta cõstructa sunt, ventum est ad manus, plenum
est bellum, talibus digni sunt nuptijs, qui mihi aduer-
santur. Sed tamen ne fastidiosè videatur respuere, quod
obtulit Furia, adiicit causam expressam. Non potest,
inquit, æquo animo ferre Iupiter, ut ulterius supera te-
nearis in luce. Quod superest laboris, si quid superest,
mea opera conficietur. Donatus.

TERRORVM ET FRAVDIS ABVNDÈ EST) Fraus est
deceptio, qua quis circumuenitur: idem pæne quod
dolus, malicia, fallacia, machina, insidia, præstigiæ, ca-
lumnia, circumscriptio, damnum, &c. Sueton. in Iu-
lio, cum genituo etiam coniunxit: se iam pridem glo-
riæ, potentiaque abundè adeptum. More Græcorum,
qui id ipsum faciunt in αἵς. Monet German.

STANT BELLI CAUSSÆ) manifestæ sunt, placent,
ut, *Stat conferre manum*. Idonea belli fundamenta con-
structa sunt, ut supra Donatus.

SANGVIS NOVVS IMB. ARMA) De armis rustico-
rum Latinorum accipiendum est. illa enim fors prima
dedit, & solos Troianos fuisse cæsos indicat. Gladij im-
buti sanguine, est apud Cic. Philipp. 14. Novus autem
sanguis, tum primum fusus, seu fundi cœptus, & fun-
dendus in posterum amplius, ut hoc quasi procœmium
quoddam fuerit. 36

EGRE VEN. GEN) Vide lib. 12. *Latonaq; genus duplex*.

ET REX IPSE LATINVS) Ac si diceret, quem Æ-
neæ causa cogor odisse.

SYPERA ARDVA) Comparatione inferorum, ter-
restria supera: eadem infera sunt, si cælestia spectes.
Propriè autem, & physicè illa summa, hæc media, &
subterranea, infima.

EST LOCVS ITALIÆ IN MEDIO) Hunc locum um-
bilicum Italiæ chorographi dicunt. Est autem in latere
Campaniæ, & Apuliæ, ubi Hirpini sunt, & habet aquas
sulfureas, ideo grauiorès, quia ambitur sylvis. Ideo au-
tem ibi aditus dicitur inferorū, quod grauis odor iuxta
accedentes necat: adeò, ut victimæ circa hunc locum
non immolarentur, sed odore perirent ad aquam appli-

catæ: & hoc erat genus litationis. Seruius. Amsancti
quoque mentionem fecit Cic. in Diuin. Quid enim non
videamus, quam sint varia terrarum genera, ex quibus &
mortifera quædam pars est, ut & Amsancti in Hirpinis,
& in Asia, Plutonia, quæ vidimus. German.

NOBILIS, ET FAM. M. MEM.) *Nobilis* ad dignita-
tem generis refertur. Nobilis dicitur & notus. M. Tull.
2. de Off. Testis Phalaris, cuius est præter ceteros no-
bilitata crudelitas. Teren. Heaut. *Mea est potens, magni-
fica, sumptuosa, nobilis*. Vnde nobilitarent, notificarent
dictum est. Titinnius, *Prælia. Magisq; fama obiectarent,*
ne eam malefactis nobilitarent. Nonius.

Cum nobile à noscendo dictum sit, quasi noscibile,
non mirum, si nobile sæpius ponatur pro noto, vulga-
to, & hominum sermonibus celebrato. Omitto locos
alios: in hoc certe ita exponendum esse, liquet ex eo,
quod statim sequitur, *Et fama multis memoratus in oris*.
Sic Ovid. 3. Amor. eleg. 6.

Quid si legitimum flueret, si nobile flumen,

Si tibi per terras maxima fama foret.

Plura videbis apud Tiraquell. de Nobilit. cap. 2. num. 3.

SÆVI SPIRACULA DITIS) sunt quæ à Græcis χα-
ρῶνιæ vocantur, quo nomine censentur fauces subterra-
neæ, tetrum exhalantes odorem, & pestiferum, ex quo
Ditis fauces existimantur, quales fuerunt non procul
Tralibus. Strabo lib. 14. ἐν ἧ τὸ πλεῖστον ἔχον, καὶ ἄλλων
πολυτέλει, καὶ γένων πολυτέλει, καὶ ἥρας, καὶ τὸ χαρῶνιον ἀπλεον.
lib. 13. πλεῖστον appellat, cum de Hierapoli oppido
Phrygiæ loqueretur, cum etiam eo verbo τέπλυν Plu-
tonis significetur. τὸ δὲ πλεῖστον ἵπ' ὀφρὺς μὲν τῆς ὑπερ-
κειμένης ὀρενῆς, τὸ μὲν δὲ σύμμιξεν, ὅσον ἀνθρώπων δόξα δὲ
δυναμὸν, βεβαδύ. 3 ὁππολύ. Turneb. lib. 26. c. 28. * *Diui*
nomine Platonem vocatum scribit M. Tull. 2. de nat. deorum, quod
terrena omnia, ac natura ipsi dicata putaretur. Nam & omnia
in terras recidunt, & ex his oriuntur. Aliq. ut est apud Quintil. id eo
sic vocatum, quod minimè dives sit: mox enim omnibus exuti
bonis sunt crediti.

INGENS ACHERONTE VORAGO) intellexit illam
voraginem ab Acheronte erumpere, & eius quandam
eruptionem, & exastuationem esse: expressitque quod
ab Homero dicitur ἀπὸρρῶξ. Ut lib. 2. Iliad. ὅρην δὲ δαίτῃ
συγῆς ὑδατὸς ἐκιν ἀπὸρρῶξ. Turneb. lib. 26. cap. 28.

ERINNYES) Furia, Eumenides, Erinnyes, Diræ
sæpe indiscretè ponuntur.

INVI-

INVISVM NVMEN) Inuisum non modò hominibus, sed ipsis quoq; inferis. Supra. *Odit & ipse pater Pluton, odere sorores Tartarea monstrum.* Claud. lib. 1. de rapt. Proserp. *ternos inuisa ingales Alecto remone ligat.*

A In hac voce *inuisus*, magna inest magni cuiusdã odij, & detestationis significatio, & est crebrũ Latinis poetis. TERRAS, CÆLVM QVÆ LEVABAT) recreabat, quippe quibus præsentia sua erat oneri.

- Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. ruit omnis in orbem
Pastorum ex acie numerus: cæsosq; reportant
575 Almonem puerum, fœdatiq; ora Galesi:
Implorantq; deos, obtestanturq; Latinum.
Turnus adest, medioq; in crimine, cædis, & ignis
Terrorum ingeminat, Teucrosq; in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
580 Tum, quorum attonitæ Baccho nemora auia matres
Insultant thiasis (neq; enim leue nomen Amatae)
Vndiq; collecti coeunt, Martemq; fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata deũ, peruerso numine poscunt.

EXTREMAM IMPONIT MANVM) Dixerat enim Furia supra, se reliqua curaturam. Quod superest, perficit. Et est translatio à pictura, quam manus complet, & ornat extrema. Seruius.

Est igitur genus loquendi perelegans, extremam manum imponere, pro, rem aliquam finire, & omnibus numeris suis absolueret. Cic. sed manus extrema nõ accessit operibus eius. Dicimus item summam addere manum, metaphora ducta ab ædificatoribus, qui absoluto ædificio, fastigium aliquod solent imponere. Cui confine est, colophonẽ imponere, vel addere. Montf.

CÆSOSQVE REPORT. ALM. PVER.) Ad inuidiam facti portabant cadauer Almonis pueri, qui utique pro ætate nihil tale meruerat, & Galesum, cuius facies indignis erat modis deformata.

IMPLORANTQVE DEOS) vt tantæ indignitatis iudices, & ultores.

OBTESTANTVRQVE LATINVM) propter cædem factam testem adhibent, & dicunt auctores rupti fœderis esse Troianos, quum ipsi pacis iura temerauerint. Seruius. Seu, vt Donat. Inuidiosis vocibus lacerant, quod malorũ omnium, per Troianorum fœdus, ipse auctor videretur extitisse, rogabantq;, vt acta rescinderet.

ET IGNIS) in ipso feruore seditionis, vt Seruius exponit.

TEUCROSQVE IN REGNA VOCARI) Teucros iniuriosè dictum accipe, quasi exules, ac perfidos.

STIRPEM ADMISERI PHRYGIAM) Ex Græcorum moribus desumptum, quorum legibus cum peregrinis, & hospitibus contracta matrimonia incesta, & illegitima habebantur. Vnde & *μειλίχνης* è tali prognati cõtubernio, vt Romanis hybridæ. German.

SE LIMINE PELLI) interiore familiaritate.

ATTONITÆ BACCHO) quasi Baccho, furia enim agebantur. Et sic dictum, vt, *At medios inter cades exultat Amazon*, de Camilla, quæ non erat reuera Amazon. Seruius.

INSULTANT THIASIS) Thiasus generatim pro quouis cœtu saltantium, rei; diuinæ vacantium, tum, vt testis est Athenæus lib. 8. pro turba hominum, Bacchicas choreas agitante, vsurpatur. Virgil. Eclog. 5.

Daphnis & Armenias curru subiungere tigris

Instituit: Daphnis thiasos inducere Baccho.

Thiasos autem alij *ἱερὸν τὰ θεῶν ἔσθαι*, id est, à sacris carminibus: alij verò *ἱερὸν τὰ θεῶν*, id est, à cursendo volunt esse nuncupatos. German.

NEQVE ENIM LEVE NOM. AM.) Iuuenal. *qua non facies, quod Principis vxor?*

MARTEMQVE FATIGANT) prælium cum clamore deposcunt, vique ad riuum.

CONTRA FATA DEVM) propter oraculum Fauni.

CONT. OMINA) intellige examen apum, & Lauiniæ crinem ardentem. Quorum vtrumq; Troianis fauebat.

PERVERSO NUMINE) irato.

- 585 Certatim Regis circumstant tecta Latini.
ILLE, VELVT PELAGI RVPES IMMOTA RESISTIT:
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quæ sese, multis circum latrantibus vndis,
Mole tenet: scopuli nequicquam, & spumea circum
590 Saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga.
Verum vbi nulla datur cæcum exuperare potestas
Consilium, & sæuæ nutu Iunonis eunt res:
Multa Deos, aurasq; pater testatus inanes,
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurq; procella.

- 595 IPSI HAS SACRILEGO PENDETIS SANGVINE POENAS,
O miseri. Te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium: votisq; Deos venerabere seris.
Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus:
Funere felici spoliior. Nec plura locutus
600 Sepsit se tectis, RERVMOVE RELIQUIT HABENAS.

VT PELAGI RVRES) Cicero seditiosam populi multitudinem fluctibus comparauit in Miloniana. In illis duntaxat fluctibus concionum. Bene igitur Virgil. Latinum regem rupi, alto in mari fluctibus hinc inde agitata fluctibus, comparat. Seruius. Locum ab Homero sumptum proferunt German. & Vrsin. * Lib. 4. constantiam Ænea aduersus preces, & blandimenta Didoni comparatione quercus annosa, & altissimis defixa radicibus, frustraq; ventis agitata, & velut hic scopulis undarum impulsu immobilibus declarat.

VBI NULLA DAT. CÆCVM EXVP.P. CONSIL.) Vbi Latinus vidit, cæcum multitudinis furorē consilio superari non posse, & res pro voluntate Iunonis sequentis non sano tractatu currentes, multis verbis testatus est deos, & ipsas aeris auras. Quem enim alium adhiberet voluntatis suæ testem, omnib⁹ qui aderant furore correptis? Inter tot insanos, solus Latinus integro consilio fuit: solum enim non cōmutauerat Iuno, vel Furia. Donatus.

SACRIL. PENDETIS SANG.) quia bellum sumebant contra voluntatem deorum. Inde fiebant sacrilegi, hoc est impij, quales sunt, qui sacra legunt, id est, furantur.

TE TRISTE MAN. SVPLICIVM) quod luit lib. 12. casus ab Ænea.

VOTISQVE DEOS VENERAB. SERIS) Nam qui citō ab errato discedit, & malè cæpta maturè cōdemnat, potest mereri veniam. Sera verò erroris agnitio, agnitori fauorem non potest prouocare. Donatus. Simul etiam respexit ad prouerbia Virgil. Post factum stultus sapit. Idus piscator sapit. Serò sapiunt Phryges. Montf.

MIHI PARTA QVIES) vicinæ mortis beneficio.

OMNISQVE IN LIMINE PORTVS) Allegoriæ proverbiales sunt, in vado esse, pro eo, quod est, in tuto, citraq; discrimen, sumptum à natantibus, aut nauigantibus. In portu nauigare, etiam significat iam à periculo

abesse: propterea quod qui medijs adhuc fluctibus nauigant, hi ventorum, & æstus arbitrio nauigant. Contra, qui iam intra portum sunt, nihil habent negotij cum vndis, ac ventis. Vnde vulgarissima metaphora, hominem in cuius præsidio conquiescimus, portum appellamus. His non dissimilem planè sensum continet hic versiculus, *mihi parta quies, omnisq; in limine portus*. Chiliad. * Vt & Plautini illum senis, sic alloquentis filium *Lyfitelem*, in *Trinummum*. Mihi ætas acta ferme est, tua istuc refert maximè. Huc etiam pertinetia sunt, ego in *Vitrammum aureum dormiam*: extra latum pedes habeo.

FVNERE FELICI SPOLIOR) Exequijs tantum regalibus careo. Sed vt sepulcri, ita huius quoq; rei facilis iactura est.

Funus felix illustrium, ac principum virorum est, quando debita cum cærimonia, sollemni pompa ducta, multis cum suorum ciuium gemitibus, frequenti populo comitante, excitatis magnificèntissimis sepulchris, additis etiam funebribus laudationibus, & alijs demum rebus non vulgaribus, conduntur. Quibus omnibus belli tempus obstrepit, & hominibus in alia cura, vitæ scilicet retinendæ, bonorumq; defendendorum occupatis, locum nullum relinquit: vt etiam reges tum regiè sepeliri nequeant.

RERVMO. RELIQUIT HABENAS) Quia res magnas furore turbatas nec consilio potuit, nec sermone componere, condidit se parietibus proprijs, casibus relinquens habenas reipub., quas contra maiorem vim nec gubernare potuit, nec tenere. Donatus. * *Nomen habenæ sapenumero apud Latinos scriptores ad imperium, potestatem, & facultatem transferri videtur. Cic. 3. de Orat. Cui populus ipso moderandi, & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas tradidit. Virgil. 1. Æn. Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas. Imponuntur & adducere, & remittere habenas, in eodem significatu, potestatem, inquam, & imperij.*

- Mos erat Hesperio in Latio (quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cū prima mouent in prælia Martem:
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
605 Hyrcanisue, Arabisue parant, seu tendere ad Indos,
Auroramq; sequi, Parthosq; reposcere signa)
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sæui formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternaq; ferri
610 Robora: nec custos absistit limine Ianus:
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino
Insignis, referat stridentia limina Consul:
Ipse vocat pugnas: sequitur tum cætera pubes,
615 Æreaq; assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tum Æneadis indicere bella Latinus

More

More iubebatur, tristesq; recludere portas.
Abstinuit tactu pater, auersusq; refugit
Fœda ministeria, & cæcis se condidit umbris.

MOS ERAT) Varro de moribus, morem esse dic-
cit in iudicio animi, quem sequi debeat consuetudo.
Iulius Festus de verb. signif. lib. 13. Mos est, inquit, in-
stitutum patrum, pertinens ad religiones, caerimonias-
que maiorum. Ergo Virgilius utrumque auctorem se-
quutus: & primo quidem Varronem, quoniam ille di-
xerat morem præcedere, sequi consuetudinem, post-
quam dixit, *Mos erat*, subiunxit, *quem protinus vrbes
Albana coluere*, &c. quo perseverantiam consuetudinis
monstrat. Et quoniam Festus pertinere ad caeremonias
ait, hoc idem docuit Maro, adiiciendo, *sacrum*. Mos
ergo præcessit, & cultus moris secutus est, quod est
consuetudo. Et hic definitionem Varronis implevit.
Adiiciendo deinde *sacrum*, ostendit morem caeremo-
nias dicatum, quod Festus asseruit. Idem servauit & lib.
12. cum ait, *morem, ritusq; sacrorum Adjiciam*. In quo
ostendit aperte, morem esse ritus sacrorum. Sed histo-
ria quoque fidem in his versibus sequutus est, *Mos erat
Hesperio in Latio*, &c. Servauit enim regnum suc-
cessionem. Quippe primum regnauerunt Latini, inde
Albani, & inde Romani. Ideo *mos erat* primum dixit
Hesperio Latio, & postea, *quem protinus vrbes Albana
coluere sacrum*. Deinde subiicit, *nunc maxima rerum
Roma colit*. Macrobius Saturnalis lib. 3. cap. 8.

Apparet ex verbis Macrobij, morem observatione
quandam esse, non lege, sed iudicio, & opinione confir-
matam. Inde illa locutio, MORE MAIORVM. Cic. 2. de Orat.
Me pro meo sodali, qui mihi liberum loco, more maio-
rum, esse deberet. Quo loco morem pro observatione
posuit, quodamq; hominum grauiorū placito, non lege,
non necessitate confirmato. Budæus in Pand. Mos, ait
Isidorus lib. 4. cap. 3. est vetustate probata consuetudo: si-
ue, lex non scripta.

Instituta, mosq; maiorum tantam vim habuerunt,
ut cum antequam in consuetudinem venirent, sine cri-
mine præteriri possent, postquam tacita omnium assen-
sione sunt probata, pro grauissimis legibus sanctissime
custodita sint. Ac si queritis, quid institutum à more
differat, non est difficile dictum. Nam qui primus egregij
quidquam in repub. gessit, adeo ut eius exemplum po-
steri vltro sint secuti, is auctor instituti prædicatur. Vbi
verò consuetudo aliqua teneri, ignorato exempli auctore
cœpit, mos maiorum appellatus est, &c. Sigonius de
antiq. iure Ciuium Rom. lib. 1. cap. 5. Quod dicit
Virgil. hanc consuetudinem antiquam fuisse, falsum est:
nam à Numa Pompilio primū instituta est: sed carmini
suo, ut solet, miscet historiam. Seruius. Qui & aliam qua-
estionem dissoluit, ne poeta secum pugnare videatur:
quomodo enim mos erat belli portas referare in Latio,
cum supra dicat, *longa placidas in pace regebat*? Item po-
stea, *Ardor inexcita Ansonia, atq; immobilis ante*. Vide
locum. * *Historia antiq. est apud Linium lib. 1. Qui (Numa) regno
tam positum, urbem nouā condidit, & armis iure eam, legibusq;
ac moribus de integro condere parat. Quibus cum inter bella vide-
ret assuescere non posse (quippe efferatū militiā animū) mitigandū
ferocem populum armorum desuetudine atque, Iannum ad infimum
Argiletum iudicem pacis, belliq; fecit: apertum, ut in armis esse cimi-
tatem, clausum, pacatos circa omnes, significaret.*

HESPERIO IN LATIO) in antiquo, accipit Seruius: duo
enim Latia fuerunt, unde non frustra *Hesperio* addidit.

PRO TINVS) iugiter, deinde, nam nunc temporis
aduerbium est, alias loci. *cum protinus utraque sellus
Vna foret.*

VRBES ALBANÆ COLVERE) vrbes ad imperium
Albanum pertinentes, seu regni Albani, quæ fuerunt
complures, ad 30. ut me alicubi legere memini.

MAXIMA RERVM ROMA) Quomodo Roma sit
totius orbis compendium, sic docet Athenæus lib. 1. c. 15.
Non longè aberrarit fortasse à scopo, quisquis totius
terræ habitate compendium, Romanorum ciuitatem ap-
pellauerit, in qua omnes ciuitates commorantes intue-
ri facile licet, & particulatim, & quam plurimas: ut A-
lexandrinorum auream, Antiochenorum pulchram,
Nicomediorum ornatissimam, omnium præterea splen-
didissimam, quotquot Iupiter deregit, Athenas. Defi-
ceret, non vnus dicam dies, ad enumerandas ciuita-
tes, quæ in orbe Romano continentur: sed omnes vix
per anni spatium, ob multitudinem connumerarētur.
Omnes namq; ibi nationes habitant: Cappadoces, Scy-
thæ, Pontici, & alij complures. Hi sunt enim totius ha-
bitatæ terræ compendium. Hæc Athenæus. Et quoni-
am totius habitatæ terræ epitome, compendiumque
videtur, utpote in qua omnes habitarent nationes, ob
id, communis patria dicta est, secus quam sentit Alcibi-
ades Disputat. lib. 2. cap. 21. nimirum quod omnes, qui
imperio Romano subditi essent, ciuitatis Romanæ ius
haberent, in quo redarguitur à Magio lib. 4. cap. 5.

Romæ magnitudinem celebrat Aristides quoq;
oratione quam de eius laudibus longè pulcherrimam
composuit. In qua, & hæc legas. Quod autem vrbes sin-
gulæ terminis suis, ac regionibus præstant, hoc vrbs ista
toti orbi exhibet, ut commune omnis, quæ incolitur
terræ, tanquam regionis oppidum. Quocirca videntur
finitimi omnes pervicos diuisi, ad hanc arcem vnā
conuenire, quæ nunquam se cuiquam negat: sed ut ter-
ræ solum fert omnes, ita hæc homines omnes, velut flu-
uios mare, recipit, præterquam quod hoc etiam
cum mari habet commune, quod ut illud fluuiorum
accessione non crescit, quasi ipsius capacitas cum illo-
rum fluxione, fato quodam connexa sit, ita nec in hac
quidquam est præ magnitudine conspicuum. Superad-
de his præclara verba Lucani, ex lib. 1. Pharsal.

——— *urbem populi, victisq; frequentem
Gentibus, & generis (coeat sit in)ba) capacem
Humani.*

Vide, mi lector, Eclog. 1. super illo, *Urbem quam
dicunt Romam*. Vide & Strabonem lib. 5. Immo vide,
& admirare magnitudinem Romæ ex lib. 3. Admiran-
dorum Lipsij. Cæterum si qua alia vrbs est, certè Ro-
ma est hodie, de qua possit affirmari verissimè, quod
lib. 1. scriptum reliquit Herodotus. τὰ γὰρ τὸ πάλαι μα-
γάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε. τὰ δὲ ἐπ' ἐμὴν ἦν
μεγάλα, πρὸς ταύτην ἦν σμικρὰ. Nam quæ olim magnæ erāt,
earum permultæ factæ sunt parvæ: rursus, quæ mea
memoria magnæ fuerunt, prius fuerant parvæ. Exigua
Roma sub Romulo, & regibus deinceps sequentibus:
magna sub Augusto, & Imperatoribus. Nunc postquā
à Gothis, Vandalis, Herulis toties vastata est, & direp-
ta, nequaquam pristinam illam, & amplitudinem, &
magnificentiam retinet. Quo pacto autem omnibus
pæne ijs rebus parua Roma fuerit, quibus sua ætate
maximā esse testatur Maro, pulchrè expressit Propert.
lib. 4. eleg. 1. partem versuū non me pigebit adnectere.

*Hoc quodcumq; vides, hospes, quam maxima Roma est,
Ante Phrygem Æneam collis, & herba fuit.*

Nu* 3

Atq;

*Atq; ubi nanae stant sacra palatia Phæbo,
Enandri profuga procubere bonos.
Fistilibus crenere deus hac aurea templa.
Non fuit opprobrio facta sine arte casa:
Tarpeiusq; pater nuda de rupe sonabat,
Et Tiberis nostris aduena bubus erat, &c.*

QVVM PRIMA MOVENT IN PRÆL. MART.) Etsi Martio mense, ancilia deprompta è Martis sacra-rio prodibant, si quando tamen gentibus, nationibus-que iustum, piumque bellum per feciales indicebatur, ancilia in eodem sacratio, aut in curia Saliorum com-mouere, moris erat: quasi eo motu Martem è sua sede excitum, eoque propitio, & volente, arma expedire, le-giones conscribere, exercitum apparari, atq; omnia ho-stilia esse designarent. Seruius, Alex. ab Alex lib. 1. cap. 25.

GETIS INFERRE LACRYMAS. BELLVM) Sic & Græci, *ὄλεμον ἰσφύρνεν*. Euripid. Helena. *ὄλεμον δ' ἰσ-φύρνεν ἰλλήνων χθονί*. Vt autem hic *lacrymabile bellum*, Sic Homer. Iliad. *ὄλεμον πολυδάκρυον ἀχαιῶν*, & πολύ-δακρυον ἄρρη, & alibi, *μάχην δακρυβέσαν*. German.

AVRORAMQUE SEQVI) Ingenti ambitu ipsum ortum dici pro populis: & *sequi auroram*, est ori-entalibus populis arma inferre: seu, eo vsque cum ar-mis ad eos subigendos tendere.

PARTHOSQUE REPOSCERE SIGNA) Allusisse videri potest ad Augusti tempora. Constat enim, habuisse in animo Augustum Arabiæ, & Parthis bel-lum facere, eiusque belli causâ delectum habuisse. Si-militer Virgilio scripsit etiam Horat. epist. 2. lib. 1. *Can-tabrica bella tulisti Sub duce, qui templis Parthorum sig-na refixit*. Propert. lib. 2. eleg. 10.

*Iam negat Enphrates equitem post terga videri
Parthorum, & Crassos se tenuisse dolet.*

*India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho,
Et domus intacta te tremis Arabia.*

Parthi autem Phraate regnum obtinente, signa quæ Crasso ademerant, Romam ad Augustum ultro remi-serunt. Vide Sueton. Valerium, & alios. Horat. Ode 15. lib. 4.

*Et signa nostro restituit Ioni
Derepta Parthorum superbis
Postibus, & vacuum duellis
Janum Quirini clausit.*

SVNT GEMINÆ BELLI PORTÆ) propter Ianum bifrontem.

CENTVM. ÆRI CLAVDVNT VECTES) Dedit clau-stris maiorem vim à numero, & qualitate materiæ. Vide 1. Æneid. *Claudentur belli porta*, &c.

CINCTVQUE GABINO) Decinctu Gabino quid à Grammaticis tradatur, omnibus qui litteras amœnio-res amant, est ferè notum: sed quod ab illis tacitum est, hic adscribemus. Obseruauimus enim, Romanos ma-gistratus, & Pontifices eo cinctu vti solitos, cum belli causâ operabantur sacris, se deuouebant pro exercitu, portas Iani aperiebant, aut amburbia faciebant: deniq; cû rei sacræ operâ dabant, belli causâ, & cærimonia qua-dâ sacra defungebantur. Liuius lib. 8. de Consule Decio, qui se deuouebat. Ipse incinctus cinctu Gabino, arma-tus in equum insiluit. Interpretes Persij de penatibus ita scribit. Habitu Gabino dij penates formabantur, inuo-luti toga supra humerum sinistrum, & sub dextro. Tur-neb. lib. 22. cap. 19.

Gabinus cinctus est, inquit Seruius, toga sic in ter-gum reiecta, vt vna eius lacinia, à tergo reuocata, homi-nem cingat. Hoc autem vestimenti genere utebatur

A Consul bella indicturus: ideo, quia cum Gabij Campa-niæ ciuitas sacris operaretur, bellum subito venit. Tunc ciues accincti togis suis, ab agris ad bella profecti sunt, & adepti victoriam. vnde hic ortus est mos.

RESER. STRID. LIMINA) Quamobrem belli tempore huius potissimum dei, Iani, inquam, templum aperiretur, narrat causâ Macrobi. Saturnal lib. 1. cap. 9. Bello Sabino, cum hostes per patentem portam in urbem irruerēt, subito ex æde Iani magnam vim calida-rum aquarum erupisse, quæ hostium impetum repres-serint: inde institutum, vt belli tempore, velut ad urbis auxilium profecto deo, fores referantur. Ouid. 1. Fast. aliam causâ ponit, vbi Ianus ita loquitur.

*Vt populo pateant reditus ad bella profecto,
Tota patet dempta, ianua nostra, fera.*

Constantea Nasonianis sunt verba Liuij lib. 1. in Nu-ma. Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis, bel-liq; fecit: apertus, vt in armis esse ciuitatem: clausus, pa-catos circa omnes populos significaret. Vide insuper 1. Æneid. ad illa, *Claudentur belli porta*.

INSIGNIS CONSUL) Consul maior erat, qui prio-re loco renuntiatus esset. Liuius lib. 29. Scipionem priorem consulem à centurijs omnibus dictum scribit. Cic. in Pison. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me vniuersa ciuitas non prius tabella, quam voce priorem consulem declarauit. Quem vero nunc maiorem, nunc priorem consulem nuncupamus, Virgilius etiam insignem dixit, vt qui nullius sit doctrinæ inscius. Formu-lam porro, qua Cos. declararet, siue crearet designatum consulem, hanc inuenio. QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIX, FORTVNATVMQUE SIT, MIHI, MAGISTRATV-QUE MEO, POPVLO, PLEBIVQVE ROMANÆ, N. N. CON-SVLEM RENVTIO. Cic. pro Muræna.

IPSE VOCAT PVGNAS) Tria sunt militiæ genera. Sacramentum, in quo vnusquisque miles iurat se non recedere, nisi præcepto Consulis, post completa sti-pendia, id est, militiæ tempora, scilicet viginti quinq; annos. Coniuratio, quæ fit in tumultu, id est, Italico bello, & Gallico: quando vicinum vrbi periculum sin-gulos iurare non patitur, vt inter Fabios. Et qui fuerat ducturus exercitum, ibat in Capitolium, & exinde pro-ferens duo vexilla, vnum roseum, quo pedites euoca-bat, & vnum cæruleum, quod erat equitum (nam cæ-ruleus color est maris, à cuius deo equum constat in-uentum) dicebat: QVI REMPV. VVLT SALVAM ESSE, ME SEQVATVR. Et qui conuenissent, simul iura-bant. Euocatio, quod genus nunc tangit: nam ad subi-tum bellū euocabantur, & ad diuersa loca diuersi, prop-ter cogendos mittebatur exercitus. Seruius. Vide prin-cipium lib. 8.

ABSTIN. TACTV PAT. AVER. REF. FOEDA) Secundum veterem morem conueniebant Latinum, & vehementer vrgebant, aperiret portas belli, & ijs bellum indiceret, quos in amicitiam, & affinitatem, se-cutus deorum, & patris responsa, susceperat. Sed licet illi furore possessi præcipites essent in perniciem suam, & aduersa cuperent, Latinus tamen, qui esset publicus pater, apud quem religio generi fuit, & commodum filiæ, nolebat funestas fores, luctuosasque contingere, ac ne se officijs tristibus commacularet, à conspectu se aliorum remouit. Donat.

CÆCIS SE COND. VMBRIS) A conspectu homi-num in abdita domus se contulit. Non modò publica, sed domestica quoque luce caruit, & tanquam in vm-bram, & tenebras secessit.

Tum

- 610 Tum Regina deū cælo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia, atq; immobilis antè.
Pars pedes ire parat campis, pars, arduus altis
625 Puluerulentus equis furit: omnes arma requirunt.
Pars leues clypeos, & spicula lucida tergent
Aruina pingui, subiguntq; in cote secures:
Signaq; ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum.
Quinq; adeo magnæ positæ incudibus vrbes
630 Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,
Ardea, Crustumeriq;, & turrigeræ Antemnæ.
Tegmina tuta cauant capitem, flectuntq; salignas
Vmbonum crates: alij thoracas ahenos,
Aut leues ocreas lento ducunt argento.
635 Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iamq; sonant: it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementes
Ad iuga cogit equos, clypeumq;, auroq; trilicem
640 LORICAM INDVITVR, FIDOQVE ACCINGITVR ENSE.

TUM REGINA DEVM) Fecit Iuno, quod non con-
tinuebat deæ, ut relictis cæli partibus, veniret ad ter-
ras, & panderet sceleribus viam, atq; in bella perituros
vrgeret. Fecit tamen ut vetus, & pertinax inimica: ve-
rebat enim, ne mora patefaciendarum portarum fu-
rorem paratæ iuuentutis aut consensescere faceret, aut
penitus remoueri. Animus quippe vulgi, ut repentinis
motibus excitatur, ita mature languescit, & interueni-
ente torpore consumitur. Ergo quod Latino displicu-
it, & refugit, ne faceret, fecit dea, & manu sua impulit
portas, quibus fiebat mora. Ut autem huius sæuientis
ardorem euidentius poeta monstraret, non solum hæc
dixit portas aperuisse, sed euertisse postes ipsos à cardine:
hoc est, ab eo loco, in quo nexibus idoneis tene-
bantur: quasi demum patentibus portis aliquod im-
pedimentum potuissent postes afferre, si locis suis fortè
mansissent. In euerfione postium animus inimicæ con-
siderandus est, quæ sic cum belli reserauerat ipsis po-
stibus portas, ut vulsis ipsis, qui firmamento præstabat,
iterum claudi non possent, & nunquam finiretur bel-
lum. Quanta autem vis Iunonis sit, in facto ipso euiden-
ter ostensum est: nam quas centum ærei clauferant ve-
stes, quas æterna ferri firmauerant roborata, ipsa vnus
manus impulsu innitens, non corporis virtute, sed nu-
mine, ipsum quoque bifrontem custodem auctoritate
maioris potestatis exsuperans, & patefecit portas, & ea-
rum postes subuertit. Donatus. * *Lege qua de Iano prodidit*
Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 9. Et qua annotauimus lib. 1. ad il-
lud, Claudentur belli portæ, Haussit etiam hunc Versum Virgilium
de Enniano fonte. Ille enim sic, postquam discordia tetra Belli fer-
ratos postes, portasque refregit, intelligens idem Iani templum,
quod belli tempore patere, pacis autem clausum haberi solebat: qua-
re deus ille Patulcino, & Clusim audiuist.

ARDET INEXCITA AUSONIA) Quam ad id
vsque tempus nulla belli tempestas turbauerat: quæ
hactenus nullis agitata motibus fuerat, immobilis, ut
mox sequitur. Seruius tamen exponit *immobilis antè*.

A non semper, sed ante hac, sub Latino videlicet.

PARS ARDVVS ALTIS PVLVERVL. EQVIS
FVRIT) pro, ardua in altis equis. Id est, populus partim
parat ire pedes, partim arduus altis equis. Sic alibi ad
rem, non ad vocem respicit.

OMNES ARMA REQVIRVNT) Hemistichium
Ennianum. *Balantum pecudes quatit, omnes arma requi-*
runt.

PARS LEVES, CLYPEOS ET SPICVLA LVC. TERG.)
Locum hunc exprimere imitando studuit Papinius lib.
3. Thebaid.

— arma paternis

Postibus, & fixos superum ad penetralia currus
Vellere amor, nunc fœda putri rubigine tela,
Horrentesq; situ gladios in sanare currant
Vulnera, & attritu cogunt mitescere saxi, &c.

Samarios dictos obseruat Turneb. lib. 27. c. 21. qui
creta Samia arma, ferramenta, spicula pratorianorum,
& satellitum imperatoris ad nitorem fricabant, terge-
bantque, atque exasperabant gladiatorum, & iaculo-
rum acies, & cuspides: nam & in historijs hoc sensu fer-
ramenta Samiata reperimus.

ARVINA PINGVI) Aruinam esse durum pin-
gue inter cutem, & viscus, seu carnem, ex Suetonio do-
cet Seruius. Aruina, inquit Isidorus, est pinguedo cuti
adhærens.

SUBIGVNTQVE IN COTE SECVRVS) ad co-
tem exacuunt secures, ad cotem inquam, *acutum.*
Reddere qua ferrum valet, exors ipsa secandi, ut est a-
pud Horat. ad Pisones. Scopulum illum ad quem An-
dromeda exposita fuit ceto, Propertius vocat cotes,
eleg. 3. lib. 1.

Qualis & accubitu, primo Cepheia somno,
Libera iam duræ coribus Andromeda.

QVINQVE ADEO MAGNÆ) Tantus bellan-
di amor incellerat, ut plurimæ vrbes, & magnæ,
positæ

positis incudibus, acuendis telis operam darent. Nu-
merum, & magnitudinem civitatum, seu potentiam expri-
mit, ne quasi humiles non tantum parare viderentur,
quantum esset necessarium. Nectamen non etiam aliæ
in armis faciendis laborabant. Donat. * *Armerum fabri-*
cas, siue officinas non modo in legionibus, sed etiam per oppida, &
provincias fuisse institutas, docet Stenechium ad Vegetium lib. 2. cap.
11. Silius de Urbibus Italia, postquam auditum est transgressum
Alpes Annibalem, lib. 4.

itur in acres

Bellorum raptim curas, subitusq; per omnem
Ausoniam Mavors strepit, & ciet arma, virosq;
Pila novant, ac deterfa rubigine seuius
Inducitur ferro splendor, &c.

FLECTUNT SALIGNAS VMB. CRATES) Scutis è
vimine contextis vsi sunt Siculi, & Syracusij, item Per-
sæ, quod genus ῥάπαι & ῥάπιν Græcis appellatur. Am-
mianus lib. 24. de Persis etiam sui ævi. Obrecti scutis
vimine firmissimo textis, & crudorum tergorum den-
sitate vestitis. Ibid. Manipuli peditum coacti scutis
oblongis, & curvis, quæ texta vimine, & crudis corijs
gestant. Vsi præterea talibus scutis, & galeis etiam Par-
thi. Talia demum scuta Germanis quoque, & Gallis in-
terdum fuere, immò & Macedonibus, quæ in ærea, aut
argentea Alexander mutavit. Vide hæc plenius apud
Lipsum de Milit. Rom. lib. 3. dial. 2. Insuper consu-
le, Alex. Neap. lib. 6. cap. 22. & Tiraquell. ibid.

Vt autem Latini Grammatici salicem à saliendo,
hoc est, crescendi celeritate deducunt, quod siue terræ
impacta, siue sata, statim surgit, sic Græci ἰσάρι pari for-
ma, ἰσὰ τὴν ἰσάρι, τῆς τὰς αὐξάνουαυ deriunt. Ger-
man.

LENTO DUCUNT ARGENTO) lentos vsitatè voca-
mus tardos, & segnes: opponique id nomen tum
prompto, ac celeri videtur. Interdum autem *lentum*
aliter accipimus: vt cum lentum vimen dicimus, & cū
Virgil. lentam salicem, & *leno ducunt argento*. Len-
tum enim tūc idem valet, quod molle, cedens, quodq;
quocunque velis, facile trahi, duciue possit. Id deniq;
quod χαῖνον Græci vocant, Latini nonnunquam faci-
le, vt Tibull. lib. 1. eleg. 1.

Fistilia antiquum primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitq; luto.

Eandem enim qualitatē significavit in luto, quam in
cera Plinius, his versibus,

Vt laus est cera mollis, cedensq; sequatur
Si doctos digitos, insuq; fiat opus,

flexibilem videlicet naturam quandam, & minimè
contumacem. Ad priorem illam huius vocabuli vim
respexit Cicero, cum C. Antonium lentum vocavit.
Teucris, inquit, illa, lentum sanè negotium. Hoc si-
gnificavit, cum libenter subterfugere, & tergiver-
sari, & diem ex die ducere, neque promptum esse ad
dissolvendum, quod deberet. At contra olim Lucili-
us lentum solvere, acceperat pro eo, qui facile solueret,
bonumque nomen esset. Credo, quod lenta quæ sunt,
facile sequuntur quod velis: lentum quoque vocavit eū,
qui facile ad soluendum adduceretur. Versus eius ex-
tant apud Nonium, qui mihi ita videntur legendi.

Lucin' Costa senex Crassi pater huius peracer,
Magnus fuit trico numerarin', solvere nulli
Lentus.

Id est, facilis. Muret. lib. 3. cap. 18.

VOMERIS HVC, ET FALCIS MONON) Omne
ferrum vertebatur in gladios. Sic omnia culturarum
subsidia consumebantur, vt præfatio quodam, omniū
iam monstraretur interitus, & appareret, eos ad aruo-
rum exercitium nunquam redituros. Donat. * *Georg. 1.*
Et curuz rigidum falces constant in ensem. Apud Isaiam pro-
phetam, de futura quondam Ecclesia pace, tranquillissimiq; tem-
poribus, cap. 2. contrarium quiddam legimus. Et conflabunt gladi-
os suos in vomeres, & lanceas suas in falces.

RECOQUUNT PAT. FORN. ENSES) patrios, non
suos. Tanta pace vsi videbantur, vt armorum strepitus,
& tubarum clangor omnibus esset incognitus.

CLASSICA IAMQUE SONANT) Classicum acci-
piebatur & pro ipsa tuba, & pro ipso sono, auctor Ser-
uius. Item Isidor. Classica sunt cornua, quæ conuocan-
di causa erant facta, & à calando classica, quasi calassica
dicebantur. Inde etiam ipsi præcones classici vocati,
qui tuba, vel cornu, iussu magistratus ex arce, vel circū
muros populū ad comitia vocabant. Classicum etiam
canebatur ante ianuam scelerosi ciuis, vt Varro docet.
Et Tacit. lib. 2. Annal. In Pub. Martium Cos. extra por-
tam Exquilinam cum classicum canere iussissent, more
prisco animaduertēte. Canebatur item classicum, cum
in militem capitaliter animaduertēteretur. Lucan. *Nec*
cuius mens est, in quem tua classica Caesar Audiero. Clas-
sicum etiam ad epulas Imperatorias cecinisse indicat
apud Tacitum Lipsius: & idem fere hodie mos. Steue-
chius ad lib. 2. Vegetij, cap. 22. Classicum est, cum signa
omnia pariter canunt, & militem vocant, incitantque
ad pugnam. Vide Lipsium de Milit. Rom. lib. 4. dial. 10.

IT BELLO TESSERA SIGNVM) Tessera symbo-
lum fuit bellicum, & signum, quo socij milites dinosce-
bantur ab hostibus: vt pro quibus, & contra quos ar-
ma sumerent, facile internoscerent. Erat autem ea tes-
sera aut vocalis, aut muta. Stante repub. taleola uteban-
tur, siue tabella lata, inscripta, & λεῖον appellat Polyb.
& εὐλαφίον. Vocalis, MILITEMVS, LABOREMVS, VE-
NVS VICTRIX, INVICTVS HERCVLES, &c. Præfectus
interdum legionis, nonnunquam & Tribunus tessera
dabant, quando scilicet non aderant in exercitu, qui
maiorē potestatem habebant. Si enim Imperatores
ipsi, & duces exercitus præsentēs erant, tessera ipsi
dabant. Atque ab his Tribuni petere debebant, & inde
ipsi militib; distribuebant. Tesserarij dicti, qui tesseram
per contubernia militum nuntiant. Tesseram porro, vt
ordinem item exercitus, signi dationem, vigilas, inue-
nit Palamedes ad Troiam. Plinius lib. 7. c. 56. Vide Ale-
xand. ab Alex. lib. 4. cap. 2. Steuechium in Veget.
Differit etiam exquisitè, & eruditè super tessera Lipsius
de Milit. Rom. lib. 5. dial. 9.

GALEAM TECT. TREPID. RAPIT) In voce trepi-
dus, & verbo *trepidare* quidam apud Virgilium putant
inesse significatum festinationis, cum timore aliquo.
Certè hic nihil adiectiuo huic timoris videtur subesse.
Nam & hoc, & duobus deinceps versibus, Italorū sum-
ma ad bellum capessendum voluntas, & facilitas decla-
ratur. *Trepidus* ergo expone, nihil cunctatus, cupidè, fe-
stinatè.

AVROQUE TRILICEM LORICAM) De hoc gene-
re lorice dictum aliquid lib. 5. ibi, *Loricam confectam*
hamis, auroq; trilicem.

Pandite nunc Heliconæ Deæ, cantusq; mouete,
Qui bello exciti Reges, quæ quemq; secutæ
Complerint campos acies, quibus Italia iam tum

Florue-

Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.

645 Et meministis enim Diuæ, & memorare potestis:

AD NOS VIX TENVIS FAMÆ PERLABITVR AVRA.

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris

CONTEMPTOR DIVVM MEZENTIVS, agminaq; armat.

Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter

650 Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Lausus equum domitor, debellatorq; ferarum,

Ducit Agyllina nequicquam ex vrbe secutos

Mille viros: dignus patrijs qui lætior esset

Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.

PANDITE NUNC HELICONA DEÆ) Ex Ho- A Gyr. Syntag. de Musis.

meri 2. Iliad.

Εὐτρεῖς τῶν μοι μῦθαι δολύμπτια δόματ' ἔχουσαι,

Τ' μῆτις γὰρ διαίετα, πάρεστέ τοι, ἵσα τε πάλλα:

Ἡ μῆτις δὲ κλέει δὸν ἀνέμενον, ἐδὲ τι ἴδμεν

Οἵ τινες ἠγαμέμνωνος δαυαῶν, καὶ καίεσθαι ἦσαν.

Vide etiam catalogū populorum, qui Annibalem bellum Italiæ, Romanisq; inferentem secuti sunt, lib. 3. apud Silium.

Prodito Calliope fama, quos horrida caepit

Excierint populos, tulerintq; in regna Latini, &c.

Textit & Lucanus catalogum populorum, qui partes Pompeianas ciuili bello secuti sunt, 3. Pharsaliæ, ab eo loco, *Proxima vicina vires dat Gracia bello, &c.*

Helicon mons Phocidis, Parnassi æmulus altitudine, sic dictus ab Helicone, qui ad eum cum Cithero- ne fratre singulari certamine decertauit, vnde vterque in montes sui nominis conuersus esse fingitur. Hunc postea montem Otus, & Ephialtus Musis consecrasset dicuntur. Hinc Musas Heliconiadas dici plerique arbitrantur. Hesiodus quidem sic appellat.

Μουσῶν ἑλικωνιάδων ἀρχαί μ' ἀνίδειν,

Αἱ δ' ἑλικῶν' ἔχουσιν ἄρας μῆγα τε, ζῆδ' αἶον τε.

Incipiam a Musis Heliconis carmen alumnis,

Qua iuga sacra colunt montis, spatiosaq; terga.

De Helicone vide Strabonem lib. 8. Plin. lib. 4. cap. 7.

De consecratione montis Rhodigin. lib. 22. cap. 8. Gy-

raldi Syntag. 7. Pausaniam in Boeoticis. Hæc Foquelin.

proleg. in Persium. * *Super eodem versu, Pandite nunc, &c.*

Vide quid dictum sit lib. 10. nam ibi ad Verbum repetitur. De Mu-

sarum genere, conditione, numero diffensisse scriptores narrat in

hæc verba Arnob. lib. 4. Musas Mnaseas esse auctores, filias esse Tel-

luriæ & Calis: Iouis caseripradicant, ex Memoria Exore, vel Mente.

Hæc quidam Virgines, alij matres fuisse conscribunt. Ephorus nu-

mero esse tres effert: Mnaseas quem diximus, quatuor: Myrtillum

inducit septem: octo assenerat Crates: ad extremum Hesiodus no-

uem cum nominibus prodit, dijs calum, & sidera locupletans.

QVI BELLO EXCITI REG. QVÆ. Q. SECVTÆ)

Hoc ad docilitatem, & attentionem pertinet.

QVIBVS ITALIA IAM TVM FLOR.) Vult ostende-

re, bona longæ pacis nutrisse egregios viros, belli au-

tem rabiem perdidisse, idcirco subiungit, *quibus arserit*

armis. * *Dicit iam tum, id est, vetustissimis etiam illis tempori-*

buz: nam ante Virgilij valde floruisse, ex laudatione Italia, quam

habes 2. Georg. perspicitur.

ET MEMINISTIS ENIM DIVÆ, ET MEMOR. POT.)

Causæ petitionis. Et simul ad genus earum allusum:

Mnemosynes enim, id est, memoriæ filia dicuntur.

Ideo autem Iouis & Mnemosynæ traduntur filia, quod

ijs qui ad disciplinas & scientias peruenire cupiunt, duo

hæc inprimis necessaria sunt, intellectus, & memoriæ

potestas: hoc Græci *μνημονικὸν*, illud *νοητικὸν* vocant.

TENVIS FAMÆ PERLAB. AVRA) Tenuis iun-

gendum est cum fama: aura enim semper tenuis est.

Non potuit elegantius leuam auditionem rerum ab

eius ætatis memoria tam remotam exprimere. Præ-

ter auditionem, eamq; tenuissimam, nihil habemus,

diceret M. Tullius. *

PRIMVS INIT BELLVM) Ad exemplum Ho-

merici catalogi Iliad. 2. conferat qui voluerit. Con-

demnatur apud Macrob. Saturnal. lib. 5. cap. 14. Virgi-

lius, tum quod oppida vrbesq; non eo quo sitæ sunt

ordine retulerit, tam quod nonnulli pugnantes indu-

cantur, qui non sunt in apparatu belli numerati: cum

B Homerus eosdem illos, quos nominauit in catalogo,

solos pugnantes dicat, & Græciæ oppida, locaq; per

ordinem referat. Responsum apologeticum perlegas,

amabo te, apud Iouianum in Antonio, ab eo loco, Di-

cebat igitur similibus in rebus, &c. pag. 83. b. Aldinæ

edit.

TYRRHENIS AB ORIS) Tyrrheni à Romanis

Etrusci, & Tusci nominantur. Græci sic appellarunt

à Tyrrheno, Atys F. qui eo coloniam ex Lydia du-

xerit. Fame enim & sterilitate coactus Atys, vnus ex

Hercule, & Omphale prognatis, de duobus filijs alter-

rum, Lydum nomine sortitò detinuit: alterum, Tyr-

rhenum cum maiori populi parte amandauit. Is cum in

Italiam venisset, regionem à suo nomine Tyrrheniam

nuncupauit, & duodecim vrbes condidit, præfecto rei

Tarconte, à quo Tarquinijs vrbi nomen est, &c. Stra-

bo lib. 5.

CONTEMPTOR DIVVM MEZENTIVS) Adeo om-

nem pietatē in sacrificijs, quæ dijs exhibenda sunt, po-

suit, vt propter contrariam causam vocauerit Mezen-

tium contemptorem deorum. Neque enim (vt Aspro-

videtur) ideo contemptor diuū dictus est, quod sine

respectu deorum in homines impius fuerit. Alioqui

multò magis de Busiride hoc dixisset, quem longè cru-

deliorem, illaudatum vocasse contentus est. Sed veram

huius contumacissimi nominis causam in 1. lib. Cato-

nis Originum diligens lector inueniet. Ait enim, Me-

zentium Rutulis imperasse, vt sibi offerrent, quas dijs

primitias offerebant, & Latinos omnes similis imperij

metu ita nouisse. IVPITER, SI TIBI MAGIS CORDI EST,

NOS EA TIBI DARE POTIVS, QVAM MEZENTIO, VT

NOS VICTORES FACIAS. Ergo quod diuinos honores

sibi exegerat, meritò à Virgilio dictus est contemptor

deorum. Hinc pia illa insultatio *hæc, Æneid. 11. hæc*

sunt spolia, & de rege superbo Primitia. Vt nomine con-

tumaciæ, cuius pœnas luit, raptas de eo notaret exuias.

Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 5.

Oo*

AGMI-

AGMINAQVE ARMAT) Iouianus in Actio de A horum versuum numeris sic ait. Duce dactylo à crebri-
tate eadem numerorum cœpit, in enarratione hac tam
eximij apparatus. Atque ut rem ipsam velut magnam,
horribilemq; futuram adæquaret numeris, taliq; prin-
cipio finis quoque ut consonaret, intulit, *agmina q; ar-
mat*. Parum namq; consummatissimis eius aurium sen-
sibus visum est, si concludisset, *agmen & armat*, aut, *ag-
mina cogens*. Itaque ab ipsis extulit pulmonibus, *agmi-
na q; armat*. Vide igitur, quid collisio faciat suo in loco
adhibita, quid artificiosus assultus contudentium se
vocalium.

QVO PVLCHRIOR ALTER NON FUIT, EXCEPT.)

Hom. 2. Iliad.

Νηρὺς ἑλπίδας δ' ἦδ' ἡγετοῖσιν ἀνακλῶ

Νηρὺς δὲ ἡλπίδας ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε

Τῶν ἄλλων δαυαῶν, μετ' ἀμύμονα πελοίωνα.

LAVRENTIS CORPORE TVRNI) Turni corpus
pro ipso Turno dixit. Ita enim & Euripid. Hecuba ἰγὼ
τὸ μὲν σὸν σῶμι ὑπ' ἱππεύοντων σῶξιν ἱστοῖός εἰμι. Et alibi,
ἀλλ' εἰσὸρῶ δ' ἑὴν δὲ Διοσκύτου δέμας ἀγαμέμνονος. Et in Phœ-
nissis. σὸν δέμας θνήσκον. Sic Horat. virtutem Cato-
nis, pro Catone posuit, Ode 21. lib. 3.

Narratur & prisci Catonis

Sæpe mero caluisse virtus.

Et alibi quoque eodem loquendi genere usus est. *Vir-
tus Scipiada & mitis sapientia Lali*. Sic & errorem Her-
culis posuit Propert. *Qua miser ignavis error perpeffus
in oris Herculis*. Et scelus Polymnestoris, pro ipso Po-
lymnestore.

Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro

Nutris in hospitio non, Polydore, pio.

German.

Dictum hoc quoq; ad Græcorum poetarum con-
suetudinem, qui *βίην ἡγελην*, & *βίην ἱμελην* pro
Hercule, & Iphiclo dicunt, ad eundemq; modum alia
multa. Quod & alij notarunt, & Plutarch. lib. aduer-
sus Coloten. Ut ergo Virgil. & Horat. & alij græca di-
cendi genera expresserunt, ita facere oportet eos, qui
se nostris temporibus poetas perhiberi volunt. Ex hac
autem ratione videtur illud etiam Cic. pro Muræna. Illa
pestis immanis, importuna Catilinæ prorumpat. Et lib.
de Orat. 3. Illa humanitas, illa virtus. L. Crassi morte
extincta subito est. Virtus, humanitas L. Crassi, ipsum
Crassum significant. Muret. * *Notens & ista elegantiarum
capidiores*. Ex Homero, *βίη ἡλίας*, *βίη πελοίωνα* pro ipso Hecore,
& Priamo. Ex Euripio, *βίη ἡλίας* pro Egeria nymphæ. Ex
Virgilio, *βίη ἡλίας* pro Turno. Ex Lucretio, *βίη ἡλίας* pro equo.
Ex Cicero in *Ataten*, *βίη ἡλίας* pro leone. Et, *βίη ἡλίας* pro
pepa.

EQVVM DOMITOR, DEBELLATORQ. FERAR.)

A virtute laudatur, cuius argumentum equitandi, ve-
nandi q; studium: nam & venatio quasi belli *περὶ μὲν
στία* est.

AGYLLINA VRBE) De hac vrbe dicemus lib. se-
quenti, ad illud, *Vrbis Agyllina sedes, ubi Lydia quon-
dam*.

NEQVIDQVAM SECVTOS) quia non erant reuer-
suri: & ipse quoque ab Ænea est interemptus.

DIGNVS PATRIS QVI LATIOR) *Dignus* bis ac-
cipiendum est. Dignus, qui teneret patris imperium: &
dignus, qui non diceretur Mezentio patre progenitus.
Mezentius quippe à suis eiectus est propter crudelita-
tem inauditam, & impius fuit, ut Euander narrabit Æ-
neæ libro sequenti: Lausus verò naturæ mitioris, reli-
giosus, & fortis. Donatus.

- 655 Post hos insignem palma per graminâ cūtrum,
Victoresq; ostentat equos satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus: clypeoq; insigne paternum
Centum angues, cinctamq; gerit serpentibus hydram.
Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos
- 660 Furtium partu sub luminis edidit oras,
Mista deo mulier: postquam Laurentia victor
Geryone extincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrenoq; boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu, sæuosq; gerunt in bella dolones:
- 665 Et tereti pugnant mucrone, veruq; Sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta, cum dentibus albis,
Indutus capiti: sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu.

INSIGNEM PALMA CVRRVM) Venit etiam D
Auentinus ad bellum. Hic filius Herculis fuit: veheba-
tur curru cum signo palmæ, more scilicet triumphan-
tis, gestans clypeum cum hydræ serpentibus, ut hoc ge-
nere demonstraret gloriam patris, qui eam contriuerat
tot capitibus venenosis armatam. Donat.

SATVS HERVLE PVLCHRO) De procerita-
te Herculis, & habita corporis consule, si lubet, Gell.
lib. 1. cap. 1. Titium lib. 2. cap. 22. *pulcher* deorum,
dearum, hominumq; illustrium apud poetas epithe-
ton est. Ouid. 15. Metamorph. Æsculapium pulcherri-

mum nominat. Martial. lib. 10. epig. 28. *sanum pul-
cherrimū*. Martianus Capella lib. 1. lunonem pulchram.
Horat. lib. 1. epist. 16. *Lauernam pulchram*. Ennio Ro-
mulus pulcher, & Ouid. 6. Fast. Notat Paul. Merula in
Frag. Ennij.

INSIGNE PATERNVM CENTVM ANGVES)
*Ut se Herculis filium ostentaret, gerebat in clypeo imaginem hydra-
cinctam anguibz multis, & serpentibus, quam interfecit in Ler-
næ palude Hercules.* Hoc autem insigne mutuatus est
Virgilius ab Euripid. qui in Phœniss. idem Adrasto as-
signat.

Tais

Ταῖς δ' ἰσθμοῖς ἀδρεσθ' ἐν σὺλαισι πν,
Ἐγδὸν ἐχιδναὺς ἀσπίδ' ἐκπληρῶν γεσφῶ ὑδρα.

German.

COLLIS AVENTINI SYLVÆ) Vnde nomen huic colli, Liuius lib. 1. his verbis prodidit. Post Agrippam Romulus Syluius à patre accepto imperio regnat. Auentino, fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit. Is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit. Varro sic dōling. lat. lib. 1. Auentinum aliquot de causis dicunt. Neuius, ab auib⁹, quod eò se ab Tiberi ferrent aues: alij ab rege Auentino Albano, quod ibi sit sepultus: alij ab aduentu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianæ templum sit constitutum. Ego maximè puto ab aduectu: nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus. Itaque eò ex vrbe qui aduehebantur ratibus, quadrantem soluebant, &c.

FVRTIVM PARTV EDIDIT) Consule 4. Georg. ibi, *Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furti*. Tali genere laudationis plenū affirmat Sallustiū Donatus: nam & ipse multos collaudat, ac deprimit adiecta viruperatione.

SVB LVMINIS EDIDIT ORAS) Require quæ de hoc dicendi modo protulimus. 2. Georg. non longè ab initio, ad illud, *Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras*, vbi oras legatur rectius.

MISTA DEO MVLIER) Græcum verbum *μίσγεται* misceri significat, id est, coire: etiam apud Paulum Æginetam lib. 1. Apud Homerum frequens est hac significatione. Rhodigin. lib. 4. cap. 7.

Huc adscribendum, quod probè notauit Macrobius. *Saturnal. lib. 5. cap. 16. Vterq; (Homerus & Virgil.) in Catalogo suo post difficillimam rerum, vel narrationem, infert fabulam versibus amœnioribus, ut lectoris animus recreetur. Homerus inter enumeranda regionum, & urbium nomina facit locum fabulis, quæ horrorem satietatis excludant. Virgilius in hoc secutus auctorem in priore catalogo, modò de Auentino, modò de Hippolyto fabulatur: in secundo, qui est lib. 10. Cygnus ei fabula est. Et sic amœnitas intertexta, fastidio narrationum medetur.* * *Mulierem dixisse compendiosè Gult Bernius, pro, mortalis: consequens namq; fuerat, ut diceret, mixta deo mortalis. Tamen melius dicemus, reddidisse Homericum hoc, γυνὴ δὴ ἰωνδοῦσα. Super vocabulo isto mulier, accipe ex Tertulliani lib. de Velandis Virginibus. Mulier, genus est: nupta, Virgo, Vindex species. Et significat sexum, non virum passam. Ibid. Mulier non nupta nomen est vxoris: sed vxor conditione nomen est mulieris. Et mulier non vxor dici potest: non mulier autem vxor dici non potest, quia nec esse. Hac ille. Sape tamen mulier pro virum experta. Vnde apud Comicos, aliquam facere mulierem. Et illud Cic. de Pubilia, cras mulier eris.*

POSTQVAM LAVRENTIA VICTOR) Hoc dicit, ut appareat tempus, quo admissum est stuprum.

GERYONE EXTINCTO) Confer huc, quæ posita inuenies lib. 8. ad illum locum, *Tergemini nece Geryonis*, quæq; antecedunt, recitata ex Liuiio de bobus Herculis, & pastore Caco. Quare triceps fingatur Geryon, consule Seruium.

LAVRENTIA TIRYNTHIVS ATTIGIT ARVA) Laurentum ciuitas plurimum potuit, nam omnia vicina loca eius imperio subiacerunt, vnde nunc ait, *arua Laurentia*: quum iuxta Tiberim Hercules armenta pauperit. Sed secundum antiquum situm ante Albam, & Romanam Tiberis Laurentini fuit territorij. Seruius. Dicitur Tirynthius Hercules, à Tirynthe oppido Argis vi-

A cino, vbi nutritus.

PILA MANV) De pilo agit disertissime Lipsius Milit. Rom. lib. 3. dial. 4.

SÆVOS DOLONES) Dolon, inquit Seruius, est flagellum, intra cuius virgam latet pugio: aut secundum Varronem ingens contus, cum ferro breuissimo, à fallendo græce dictus, id est, à dolo, quod decipiat ferro, cum speciem ligni præ se ferat. Apertius Isid. lib. 18. cap. 9. Dolones sunt vaginæ ligneæ, intra quas lateet pugio sub baculi specie. Tranquill. in Claudio: reperti equestris ordinis duo, in publico, cum dolone, ac venatorio cultro, præstolantes. Iurecos. l. si ex plagis, ad l. Aquil. Flagello, inquit, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, vulnerare tabernariū cœperat. Hesychius. *δόλωνες ἐπίδρα ἐν ξύλοις ἀποκρυμμένα*. Liuius est velum nauticum. lib. 4. decad. 4. sublati raptim dolonibus, Ephesum petunt fuga, & alibi.

VERVQVE SABELLO) Nomen huic telo, & formatio ab ipso veru. Festus, Veruta, pila dicuntur, quod veluti verua habeant præfixa. Itaq; alij veruinam dixerunt, quæ vox in Plauto: & Isidorus explicat, Veruina, iaculi genus longum, quod aliqui verutum nominant. Spiculum tenue est, & longum, aptum forare. Virgilius velut propriū Samnitium facit. Immo Grammatici nomen eorum hinc petunt. Samnites iidem cum cum Sabelis. Quamuis igitur primò, & propriè vsi Samnites, tamen & alij Itali: tribuitq; Volsis poeta Georg. 2. Liuius leui armaturæ tribuit, sed veteri, initio belli Punici secundi, Romani pedites verutis coniectis auertere elephantos. Meminerunt verutorum alij quoq;, inferiori etiam æuo, ut Plinius, Ammianus, Vegetius. Diffusius ista Lipsius Poliorcet. lib. 4. dial. 4.

TEGM. TORQVENS IMM. LEONIS) Præter signum hydræ, quod gerebat in scuto, opertus fuit etiam leonis pelle, exemplo patris incedens, ut terrorem videntibus immitteret: nec satis fuit aliqua arte, vel subtilitate compositus, sed cum ipsis dentibus, & ricu leonis horrebat, ut qui eum videret, Herculem putaret esse præsentem. Donatus.

Ipsas leoninas exuuias sumebant, & sic aptabant, ut caput capite velarent, cæteris humeros, & dorsum. Homerus de Agamemnone, *Ἀμφὶ δ' ἱπτα δαφονὶν ἱσάλο δέρμα λέοντος Αἰθωνος, μέγαλοι, ποδινυκίς. Αἰγ, humeros circumiacit pellem inde leonis Ardentis, magni, crurum tenuis*. Nec de nihilo hoc poeta Romanus: quoniā & Romani in sua militia vulgò vsurparunt, & adnoto in columna Traiani signiferos omnes semper in hoc habitu, cum pelle dico leonis, quæ caput, humeros, dorsum tegat, & cauda pedes flagellet. Etiam in Tacito, Germanicus contextus humeros ferina pelle, adit castrorum vias. Lipsius de Militia Rom. lib. 3. dial. 1. Ibidem plura de galea.

Herculem illum Ægyptium, qui cum Osiride Italianam ab amarissimo gigantum iugo liberauit, omnium primum leonis insignia gestasse tradunt. Et leoninum spolium, virtutis est Hieroglyphicum, quod fugit neminem vel modicè literatum. Nec tamē leonis solum, verum & aliarum generosarū animantium exuuias eodem consilio gestare heroicum fuit: id quod satis vel ex vno Virgilio discere possumus. De Aceste lib. 5. *occurrit Acestes Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsa*. De Euandro in 8. *Demissa ab lana panthera terga retorquens*.

670 Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,

Oo* 2

Catil-

- Catillusq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus.
 Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
 Ceu duo nubigenæ, cum vertice montis ab alto
 675 Descendunt Centauri, Omolen, Othrynq; niualet
 Linquentes cursu rapido: dat euntibus ingens
 Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.
 Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis,
 Vulcano genitum pecora inter agrestia Regem,
 680 Inuentumq; focis omnis quem credidit ætas,
 Cæculus. hunc legio latè comitatur agrestis:
 Quiq; altum Prænestæ viri, quiq; arua Gabinæ
 Iunonis, gelidumq; Anienem, & roscida riuus
 Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit,
 685 Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
 Nec clypei, currusq; sonant: pars maxima glandes
 Liuentis plumbi spargit, pars spicula gestat
 Bina manu, fuluosq; lupi de pelle galeros
 Tegmen habent capiti: vestigia nuda sinistri
 690 Instituere pedis, crudus tegit altera pero.

TYM GEMINI FRATRES) Geminos aut simul A huius fluminis Horat. Ode. 7. lib. 1. *Et præcepit Anio, & Tiburni lucus, &c.* Halicarnass. lib. 5. Ex vrbe Tibure, inquit, deorsum de celso scopulo multam aquam effundit. Labitur autem per Sabinorum, & Romanorum campum, utrorumque regionem definiens. Influit autem hic fluuius in Tiberim, aspectu quidem pulcher, potu autem iucundus.

Catilli, qui Amphiarai filius erat, filij fuerunt Tyburtus, Catillus, Coras. Tyburtus, qui idem & Tiburnus dicebatur, & Tiburi pro numine colebatur (cui etiam lucus erat ibi sacratus, ab Horatio memoratus, in quo & Tiburti lucus, & Tiburni reperitur in exemplaribus, utrumq; rectè, cum heros ille duobus nominibus vocaretur) oppidum Tibur condiderat, ut ait hic Maro, & refert Solinus cap. 8. Horat. tamen Ode 18. lib. 1. videtur existimare, Tibur à Catillo conditum fuisse, cum Tibur mœnia Carilli vocet: & Catonis sententia fuit, eam urbem positam à Catillo Arcade, præfecto classis Euandri fuisse. Turneb. lib. 22. cap. 3.

CEU DVO NUBIGENÆ) Sic ibant Catillus, & Coras elati superbia, & fidentes virtute, iræque apparebant, ut centauri venire putarentur, quum descendunt è verticib' montium, & his cedunt omnia currentibus. *Nubigenas* vocat Centauros, quia ex Ixione, & nube in speciem Iunonis conformata, geniti.

ET MAGNO CED. VIRGULTA FRAG.) Quum cedit sylua, cedunt utiq; virgulta: à minore autem ad maius venire debuerat. Seruius.

VULCANO GENIT) De origine huius Cæculi, & qua occasione Vulcani filius sit creditus, & quamobré Cæculus appellatus, lege cōmentum, quod narrat Seruius.

LATE LEGIO COMITATUR AGRESTIS) truci natura, atque aspera. Et copiosissimum erat agmen: nam cum dicit, *late comitatur*, infinitum in modum diffusam multitudinem fuisse significat. Donat.

QUIQUE ARUA GABINÆ IUNONIS) Gabij diu in agris morati, tandem Gabios condiderunt: unde peritè arua dixit, non, mœnia. Sanè illic Iuno religiosissime colebatur. Seruius.

GELIDVMQVE ANIENEM) Dum regionem Tiburtinam alijs præfert, ut amœnissimam, meminit etiam

DIVES ANAGNIA) Aut fertilis, aut alludit ad historiam. Antonius enim, postquam contempta sorore Octauij duxit Cleopatram, monetam eius in Anagnia ciuitate iussit fieri. Seruius.

NON ILLIS OMNIB. ARMA) Illis omnib' non fuerunt armorum cultus ex more bellantium: seu, nō fuerunt satis instructi armis. Alij enim ipsorum, & complures, plumbeis massulis pugnabant. Alia pars fidebat spiculis binis. Pro galea, habebant galeros ex lupinis pellibus, pedem vnum nudum, alterum tectum perone.

GLANDES LIVENT. PLUMBI SPARGIT) Propert. lib. 4. *Plumbea cum torta sparguntur pondera funda.*

LUPI DE PELLE GALEROS) Olim galeæ ex diuersorum animalium pellibus conficiebantur, quod patet ex ipsis nominibus apud poetas. Sunt enim apud illos *λύκαιοι*, *λύκαιοι*: sic etiam, quod ex felina pelle fierent, *γαλιαιοι* dicebant, *γαλιαι* enim felis, vel simile animal ei, quod Græci vocant *ἰλίστιον*. Quare & Homerus quoque galeam *ἰλίστιον* vocauit. Scalig. F. in Varron. Vide & Steuechiū ad Veget. lib. 2. cap. 16. Item Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20. De calcis illis Romanis Propertius lib. 4. eleg. 1. *Et galea hirsuta compta lupina iuba.* Stat. lib. 4. Thebaid. *Ille Lycaonia rictu caput asperat.* Quin & Claudian. lib. 1. de laud. Stilicon. *Afris dat è serpentibus. Serpentum gestant patulos pro casside rictus.* Hæc talia galeros appellat Virgil. & Frontinus veliti nostro galeculos adaptat. Silius cudones dixit, *caput his cudone ferino Stat. cantum.* Iterum, *cudone comatos Dissecit crines.* Græci quoque talibus galeis, seu galeis vsi. Lipsius Milit. Rom. lib. 3. dial. 1.

VESTIGIA NVDA. SINISTRI PEDIS) Hunc morem in Italia fuisse, ut vno pede calceato, altero nudo iretur

iretur in bellum, nunquam adhuc, quod sciam, reperi: A
sed eam nonnullis Græcorum consuetudinem fuisse,
locuplete auctore iam palam faciam. In qua quidem re
mirari est poetæ huius occultissimam diligentiam.
Qui cum legisset Hernicos, quorum est Anagnia, à Pe-
lasgis oriundos, appellatosque ita à Pelasgo quodam
duce suo, qui Hernicus nominabatur: morem quem
de Ætolia legerat, Hernicis assignauit, qui sunt vetus
colonia Pelasgorum. Morem verò Ætolis fuisse, vno
tantummodo pede calceato in bellum ire, ostendit Eu-
ripid. &c. lege Macrobi. Saturnal. lib. 5. cap. 18.

CRVDVS PERO) Calceus rusticus è crudo corio.
Altus autem erat ad mediam tibiā, quo minus luto,
& limo aratorū pedes inficerentur. Iuuenal. *quem non
pudet alto Perglaciem perone regi*. Bud. in Pand. ait esse
tibialia laxa, quibus Gallicani rustici vterentur, sic dicta,
quod peræ modo sint informia. Græci porro *πεζιτερον*
militem altero pede nudum, altero armatum vocant.
Inde & Philippi seruos *πεζιτερον* dictos volunt. Ger-
man. * *A perone sit peronatus id est peronibus calceatus. Persium
Sat. 5. Nauium si poscat sibi peronatus arator.*

At Messapus equūm domitor Neptunia proles,
Quem neq; fas igni cuiquam; nec sternere ferro,
Iam pridem resides populos, desuetaq; bello
Agmina in arma vocat subito, ferrumq; retractat.
695 Hi Fescenninas acies, æquosq; Faliscos,
Hi Soraëtis habent arces, Flauiniaq; arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.
Ibant æquatū numero, regemq; canebant:
Ceū quondam niuei liquida inter nubila cygni,
700 Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
705 Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.

EQUVM DOMITOR) Inspice quæ lib. 12. super B
hoc eodem, *equūm domitor* scripsimus.

NEPTVNIA PROLES) Per mare ad Italiam venit,
vnde Neptuni dictus est filius: quem inuulnerabilem
ideo dicit, quia nusquam periit bello. Seruius.

NEQVE FAS IGNI) Fas pro eo, quod Græcis est
ἀναλὸν, sæpius reperias: vt apud Tibull. lib. 1. eleg. 9.
Nec tibi celanti fas sit peccare. Et fortasse eleg. 5. *proprio
ego tecum, Sit modo fas, annos contribuisse velim*. Pro-
pert. lib. 1. *Mi neq; amare aliam, neq; ab hac discedere
fas est*. Cæsar. lib. 1. de bello Gall. Eos ita dicere, non es-
se fas Germanos superare, si ante nouam lunam prælio
contēdisent. Collegit Lamb. in illud Horatij Ode 4. lib.
4. *Nec scire fas est omnia*. Sic nefas pro impossibili. Ho-
rat. Ode 12. lib. 1. *Tu ne quasieris (scire nefas) quem mi-
hi, quem tibi Finem dii dederunt Lenconoe*. Et Ode. 24.

*Durum, sed lenius sit patientia,
Quidquid corrigere est nefas.*

DESERTA QVE BELLO AG. IN ARMA VOCAT)
Ad euocatos respexit. Hi ex ciuibus, è socijs; ex equite,
ex pedite sumebantur: sed rogatione, & precibus, ideo
Euocati dicti. Veterani enim fuerunt, gnari, pruden-
tesque militiæ, qui expletis stipendijs sponte in grati-
am consulum, aut ducum militiā sumebant. Et quia sæ-
pe litteris, aut nuntijs nominatim euocabātur, inde ha-
buere nomen. Dio ait, id est, *ἀνακλητους* græcè, reuo-
catis dici posse: quod defuncti militiā, iterū ad eam reuo-
centur. Quod autem Seruius, & Donatus hoc factum
volunt non nisi in tumultu, non hoc dedero; immo or-

dinario, & vulgò in omni fere bello. Quod tamen origo
prima à tumultu, libens concedam. Hæc & plura Lip-
sius de Euocatis, lib. 1. de Militia Rom. dial. 8.

HI FESCENNINAS ACIES) Fescennium oppidum
est Campaniæ, vbi nuptialia inuenta sunt carmina.

IBANT ÆQUALI NUMERO) Digesti in ordinem
congruenter, sicut decebat.

CEV QVONDAM NIVES) Homericam esse com-
parationem monet Seruius, ex Iliad. 8.

LIQVIDA INTER NUBILA) pura: sed nil tam
contrarium nubibus: nam liquidæ non sunt. Ergo nu-
bes pro aëre posuit, vt, *liquidis in nubibus arsis arando*.
Seruius. Sequuntur versus Homerici.

Τῶν δ' ὡς ὀρνίθων πτερυγῶν ἴθνη πολλὰ
Χηνῶν, ἢ γαργάνων, ἢ κύκλων δουλοχορίων,
Ἀσίῃ ἐν λιμῶνι, καὶ σέιν ἀμφὶ ρέεθρα
Ἐνθα καὶ ἔνθα πτερωταί, ἀγῶνισματα παρὶ γαστρὶ
Κλαγγὰδον περὶ καθίστην, σμαραγδοὶ δὲ τε λιμῶν.

LONGA CANOROS DANT PER COLLA MOD.)
Secundum Plin. qui ait in naturali historia, cygnos
ideo suauius canere, quia colla longa, & inflexa habent.
Et necesse est eluctantem vocem per longum, & flexu-
osum, varias reddere modulationes. Seruius.

SONAT AMNIS) Cayster, cui cohæret Asia
palus.

ASIA PALVS) Asia nomen in palude primam
producit, vt hic. Sic *Ἀσία ἐν λιμῶνι* apud Homerum, vt
iam vidisti. Turneb. lib. 28. cap. 21.

Ecce, Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmen agens Clausus, magniq; ipse agminis instar:

Oo* 3

Claus

- Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens
 Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.
 710 Vnà ingens Amiterna cohors, priscaq; Quirites,
 Ereti manus omnis, oliuiferæq; Mutusca:
 Qui Nomentum urbem, qui Rosca rura Velini,
 Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Seuerum,
 Casperiamq; colunt, Forulosq;, & flumen Himellæ:
 715 Qui Tibrim, Fabarimq; bibunt: quos frigida misit
 Nursia, & Hortinæ classes, populiq; Latini:
 Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.
 Quam multi Libyco voluntur marmore fluctus,
 Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis:
 720 Vel cum sole nouo densæ torrentur aristæ
 Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis:
 Scuta sonant, pulsuq; pedum tremit excita tellus.

ECCE SABINORVM) Vsurpauit hoc. Nam Clausus A
 dux Sabinorum post exactos reges cum quinque milli-
 bus clientum, & amicorum venit, & susceptus, habi-
 tandam urbis partem accepit, ex quo & Claudia tribus, &
 familia est nominata. Seruius. Gentis Claudie à Clauso
 deductæ mentionem facit honorificam Tacitus An-
 nal. 12.

MAGNIQVE IPSE AGMINIS INSTAR.) *οὐρανὸν ἀν-
 τίσταται*, ut Homerus dixit de medico. Cum David
 rex cū agmine suo aduersus filium Absolonem vellet e-
 gredi, non id permiserunt, qui ab eo stabant, luculentū
 sanè ei præstantiæ testimoniū impertientes, hoc dicto.
 Non exibis: siue enim fugerimus, non magnopere ad
 eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit B
 è nobis, non satis curabunt, quia tu vnus pro decem
 millibus computaris.

IN PARTEM DATA ROM. SABINIS) Postquam
 in ciuitatem accepti sunt. Hoc de alia traxit historia.
 Nam post Sabinorum raptum, & factum inter Romu-
 lum, & T. Tatium foedus, recepti in urbem Sabini sunt,
 sed hac lege, ut in omnibus essent ciues Romani, ex-
 cepta suffragij latione. nam magistratus nō creabant. Ser-
 uius. * *Nihil hac historia notum. Vide Livium lib. 1. Acceperunt
 autem nomen Sabini à τῷ σάβινῳ, à deorum cultu, vel à Sabi dūce,
 q̄i est apud Silium Italicum lib. 8. Vide C. Alex. ab Alex. 5. cap. 26.*

VNA INGENS AMITERNA COHORS) Legio Ro-
 manis habebat decem cohortes. Cohors habuit hasta-
 tos, princeps, triarios, è singulis manipulum vnum. Ita-
 que constabat manipulis, & velitibus, qui manipulos
 solent comitari. Iusta, plenaq; legionaria cohors hoc
 modo fuit homines quadringenti, & viginti. Quod si
 pleniores manipuli, aut legiones, plenior scilicet etiam
 ipsa. Lege plura apud Lipsiū de Milit. Rom. lib. 2. dial. 4.

PRISCIQVE QUIRITES) *priscaque Quiri-
 tes*, id est, Sabini. Prisci autem ideo, quia post foedus
 Titi, & Romuli placuit, ut quasi vnus de duobus fieret
 populis: vnde & Romani Quirites dicti sunt, quod no-
 men à Sabinorum ciuitate Curibus fuerat, & Sabini à
 Roma dicti sunt Romani.

QUI TIBRIM, FABARIMQVE BIBUNT) Poetæ
 sepius gentes indicant per fluuios, ad quos habitant. *Bibunt*,
 malle de ipsa regione, & agris intelligere, quā
 de hominibus, ut esset contentum pro continente. Et si
 scio priscos mortales fuisse *ιδεσθαι* magis, quam *οὐρα-
 νιστας*.

INFAVSTVM INTERLUIT ALLIA NOMEN) Flu-
 men est Allia, quod à montibus Crustumis, vndeci-
 mo ab vrbe lapide in Tiberim defluit, auctor Plin. Li-
 uius lib. 5. Apud hoc flumen exercitus pop. Rom. ad-
 uersus Gallos dimicans, occisione occisus est. Allien-
 sis dies, ait Festus, dicebatur à Romanis obscenissimi
 ominis, ab Allia fluuiio scilicet, vbi Romanus fusus à
 Gallis exercitus est. Vide Plutarch. *Quæst. Rom. quæst.*
 25. De die Allienfi Livius lib. 6. diemque ad 15. Kalend.
 Sextil. duplici clade insignem, quo die ad Cremeram
 Fabij cæsi: quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fo-
 de pugnatum est, à posteriore clade Alliensem appel-
 larunt, insignemq; nulli rei publicæ, priuatimque agen-
 dæ fecerunt. De hoc Ouid. 1. de Arte.

*Tu licet accipias, qua flebilis Allia luce
 Vulneribus Latij sanguinolenta fuit.*

Lucan. lib. 7. *Et damnata diu Romanis Allia fastis.*

SÆVVS VBI ORION) Et ortus, & occasus sideris
 huius tempestuosus est. De ortu lib. 1. Ilioneus. *Cum
 subito assurgens fluctus nimbofus Orion.*

SOLE NOVO) prima ætatis parte.

AUT HERMI CAMPO) Hermus Lydiæ fluuius,
 qui superfusus campis, gignit fertilitatem. vnde arenas
 aureas fingitur trahere. Seruius.

LYCIA FLAVENT. ARVIS) propter copiam fla-
 uentium segetum: fertiles enim Lycia.

PVLVSQVE PEDVM TREM. EXCITA TEL-
 LVS) Et multitudinem ingredientium, & grauitatem,
 seu pondus corporum armorum hac hyperbole vo-
 luit exprimere. Homer. Iliad. 2. *ὅτε ποσειδῶν ἵππευσι
 γῆλο γαῖα ἐρχόμενον.*

- Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
 Curru iungit Hælesus equos, Turnoq; feroces
 725 Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
 Massica qui rastris, & quos de collibus altis

Aurun-

- Aurunci misere patres, Sidicinaq; iuxta
 Æquora: quiq; Cales linquunt: amnisq; vadosi
 Accola Vulturni, pariterq; Saticulus asper,
 730 Oſcorumq; manus. teretes sunt aclides illis
 Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
 Læuas cetra tegit, falcati cominus enses.
 NEC TV CARMINIBVS NOSTRIS INDICTVS ABIBIS
 Oebale, quem generasse Telon Sebethide Nympha
 735 Fertur, Teleboûm Capreas cûm regna teneret
 Iam senior. patrijs sed non & filius aruis
 Contentus, latè iam tum ditione premebat
 Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus:
 Quiq; Rufas, Batulumq; tenent, atq; arua Celennæ:
 740 Et quos maliferæ deſpectant mœnia Abellæ,
 Teutonico ritu ſoliti torquere cateias:
 Tegmina queis capitum raptus de ſubere cortex:
 Æratæq; micant peltæ, micat æreus ensis.
 Et te montolæ miſere in prælia Nurſæ
 745 Vſens, inſignem fama, & felicibus armis.
 Horrida præcipuè cui gens, aſſuctaq; multo
 Venatu nemorum, duris Æquicola glebis:
 Armati terram exercent: ſemperq; recentes
 CONVECTARE IUVAT PRÆDAS, ET VIVERE RAPTO.

HINC AGAMEMNONIVS HALESVS) Plerique co-
 mitem, pleriq; nothum ſilium Agamemponis volunt:
 qui cum veniſſet in Italiam, audito Æneæ aduentu, in
 bellum ruit, non amore Turni, ſed odio hoſtilitatis an-
 tiquæ, vnde ait, *Troiani nominis hoſtis*. Seruius.

Haleſus Falſcorum conditor fuit. Ouid. 3. Amor.
 eleg. 12.

*Argina eſt pompa facies Agamemnone caſo,
 Et ſcelus, & patrias fugit Haleſus opes.
 Jamq; pererratis profugus terraq; mariq;
 Mœnia felici condidit alta manu.
 Ille ſuos docuit ſynonia ſacra Falſcos,
 Sint mihi, ſint populo ſemper amica ſuo.*

CVRRV IYNGIT EQVOS) Iungere equos, ſeu
 currui iungere, notiſſimum loquendi genus. Contra-
 rium eſt, abiungere, ſeu diiungere. Paulò diuerſius, in-
 teriungere, hoc eſt, deiungere equos, ſeparare à cur-
 ru, donec cibo recreati ſint. Abiugare quoque eſt
 idem quod abiungere, *ἰνέειν*, Gloſſarium. Martial.
 lib. 2.

*Et cum currere debeas Bonillus,
 Interiungere queris ad Camœnas*

Idem lib. 3.

*Exarſitq; dies, & hora laſſos
 Interiungit equos meridiaſa*

Habet enim dictio, inter, ſignificationem ſeparationis.
 Alciat. Parerg. lib. 8. cap. 14. Scalig. F. in Propert.

MILLE RAPIT POPVLOS) Raptim ducit.
 Exin Campaniæ loca commemorat.

OSCORVM QVE MANVS) Oſci Campaniæ po-

puli fuerunt, ab Oſco rege ita appellati: quorum præ-
 cipuæ vrbes erant Puteoli, Baiæ, Cumæ, Neapolis. Hi
 & Opici, quaſi Ophici dicti ſunt, *ὠφικῶν*, quod
 plurimis ea regio ſerpentibus ſcateat: vel quod eorum
 regi inſigne erat ſerpens. Horum lingua, vt teſtatur Eu-
 doxus lib. 6. *ἡερῶν τῆς γῆς*, diuerſis linguis commiſta
 fuit: qua Romani, cum ea gens deficeret, in ludicris uſi
 cœperunt. Quod hoc Titinnij loco ex fabula, cui Quin-
 ctus nomen erat, comprobari poteſt. *Qui Oſcæ, & Vol-
 ſcæ fabulantur, nā latine neſciunt*. Vide Plura apud Hic-
 ron. Columnam in vita Ennij.

TERETES SVNT ACLIDES) Nominantur
 & à Trebellio in Claudio. Quidam ſic ea tela dicta pu-
 bant, quaſi *ακλιδες*, ab acumine, & cuspide: ego iacula
 crediderim anſata, vel amentata: amentum enim Ma-
 ro ſignificare videtur, cum flagellum lentum dicit (*ſed
 hæc lento mos eſt aptare flagello*) quod eſt loreum amen-
 tum. Cum enim è loro flagella fiant, per transnoma-
 tionem, lorum videtur flagellum dixiſſe. Iacula autem
 intellexiſſe Maro videtur, cum teretes appellauit, nam
 teres eſt iaculorum haſtile, *ἀγκύλαι* autem Græcis iacu-
 la quædam ſunt: & per diminutionem inde *ἀγκυλιδες*
 dici poſſunt. Vnde luxata, fractaque paulum voce,
 aclides à Latinis appellatæ. Turneb. lib. 30. cap. 31.

Lipſius hæc Poliorcet. lib. 4. dial. 4. Exiguum &
 teres quoddam miſſile fuit. Plures ferebant, vt in Valer.
 C. Flacco lib. 6. *Nec procul albentes, gemina fert aclide,
 pallas*. Sed quid ita Virgil. flagello aptat? quo ſenſu?
 An vt ſummis virgis arborum, flagellisq; inſertæ fue-
 rint non duris, robuſtisq; ſtipitibus? An flagellum hic
 lorum, & amentum? an denique loris reuinctas fuiſſe,
 ſic, vt miſſæ recipi poſſent, & redire?

FAL.

FALCATI COMINVS ENSIS) Affectant va-
rietatem. Nam consequens fuerat, ut diceret, dextras
armarunt gladij falcati. Sunt enses incurui, quos Græci
harpas vocant, qualem tribuunt Perseo poetæ, qui eti-
am falces vocantur. Higyn. lib. 2. astronom. poet. de
Perseo: qui etiam falcem tenere dicitur, quo telo Gor-
gonem interfecit. Inde falcarij apud Cic. in 2. Catilin.
vocati ab hoc genere ensis falcati. Turneb. libro 26.
cap. 28.

TELEBOVM CAPREAS) Quum teneret Capreas
regna Teleboarū: nam Teleboæ Caprear. sunt populi,
quos Telo suo regebat imperio. Filius verò Oebalus
patrijs non contentus imperijs, transijt ad Campaniam,
& multis populis subiugatis, suum dilatauit imperium. B
Seruius. Don.

TEVTONICO RITV CATEIAS) Teli Gallici genus
est. A vicino sumpsit nomen, ut Gallos appellaret Teu-
tonas. Isidorus ita. Cateia, quam Horatius caiam dicit,
est genus teli Gallici, ex materia quam maxime lenta,
quæ iacta quidem, non longe propter grauitatem euo-
lat, sed quò peruenit, vi nimia perfringit. Quod si ab

Artifice mittatur, rursus ad eum redit qui misit. Huius
Virgilius meminit, *Teutonico ritu soliti torquere cateias*.
Vnde eos Hispani, & Galli Teutonos vocāt. In his ver-
bis emendat Lipsius libro, & dialogo supra nominatis
tria. Nam pro Horatio legit *Dorcatio*, quem & alibi
Diodorus citat, & pro caiam, ex libro scripto *cauam*, à
forma nimirum. Vnde & Silius lib. 3. pandam dixit,
panda manus est armata cateia. Nam panda, & caua ea-
dem, diuerso situ, aut aspectu. Denique pro Teutonos,
Teatanos.

RAPTVS DE SVBERE CORTEX) Recens suberis
cortex, in quavis formā tota flectitur facilitate Seruius.

MONTOSÆ NVRSÆ) ciuitas in montibus posita.

HORRIDA PRÆCIPVE CVI GENS) Æquicolam
gentem laudat, ut morum, & vitæ qualitate præduram.
Sanè aliud pendet ex alio. Ideo erant horridi, quia ve-
nabantur. Ideo venabantur, quia habebant duras gle-
bas, id est, infertiles, nam molles, feraces sunt. Seruius.

CONVECTARE PRÆDAS, ET VIVERE RAP.)
Ouid. i. Metamorph. *Vinitur ex rapto*. Idem versus à
Numano profertur lib. 9.

- 750 Quin & Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
Archippi Regis missu, fortissimus Vmbro.
Viperco generi, & grauiter spirantibus hydrys
Spargere qui somnos cantuq; manuq; solebat,
755 Mulcebatq; iras, & morsus arte leuabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit: neq; eum iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Maris quæsitæ in montibus herbæ.
Tenemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
760 Teliquidi fleuere lacus
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius: insignem quem mater Aricia misit
Eductum Egeriæ lucis, Hymettia circum
Littora: pinguis vbi, & placabilis ara Dianæ.
765 Nanq; ferunt fama Hippolytum, postquam arte nouerca
Occiderit, patriasq; explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
Ætheria, & superas cæli venisse sub auras,
Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.
770 Tum pater omnipotens, aliquē indignatus ab vmbriis
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detrussit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
775 Sedibus, & Nymphæ Egeriæ, nemoriq; relegat:
Solut vbi in syluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, versoq; vbi nomine Virbius esset.
Vnde etiam Triuiæ templo, lucisq; sacratis
Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum,
780 Et iuuenem monstrosi pauidi effudere marinis.

Filius

Filiusardentes haud secius æquore campi
Exercebat equos, curruq; in bella ruebat.

MARRUBIA DE GENTE) Marrubios esse Mar-
forum populos, non fere est qui nesciat. Plinius quoq;
auctor est, Marfos à Circes filio ortos, ob idque affui-
se illis ingenitam vim contra serpentes. Quin & Angi-
tios putant nuncupatos, quod oblucentes angerent
serpentes. Firmicus quoque Matheseos 4. in lunæ de-
cretis. Si, inquit, in Saturni domo fuerit ista coniunctio,
tortores, aut carnifices fient, aut Marfi tales, qui aspi-
des venari consueverunt. Rhodigin. lib. 6. cap. 16.

FRONDE SUPER GALEAM) Vates, & sacerdo-
tes coronati, insulatiq; erant. Sic Papin. lib. 3. The-
baid.

Hinc gemini vates sanctam canentis olina

Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis.

Turneb. lib. 19. cap. 3.

VIPERO GENERI) Quærat ex me quispiam,
quodnam esse genus serpentis putem, quæ passim di-
citur Latine vipera: in Græcorum verò litteris echid-
na, nam mas echis nuncupatur. Ego quantum conie-
ctura ducor, viperam suspicor vulgò dici marasum:
quæ nomenclatura nec barbara est, nec citra rationem
excogitata, quippe à Marforū populis interpretatione
etymologica duci nomen videtur, quia id genus maxi-
mè consecrarentur Marfi, & circumferrent. Quod ne
quis pro libidine confictum auctore nullo arbitretur,
significat id maximus artis medicæ magister Galenus,
volumine II. simplicium medicament: nec non ad
Glaucnem. Innuit & poeta nobilis hisce versibus.
Quin & Marrubia, &c. Rhodigin. lib. 6. cap. 16.

CANTUQUE MANUQUE SOLEBAT) In ve-
nificijs non tantum est carminibus locis, sed etiā ma-
nui, id est, ijs, quæ sunt manus opera: ut cū adhibentur
herbæ, medicamenta, mala venena, etiam quædam in-
terdum vincula. Sic apud Plaut. Amphit. *Nescio quid*
malis est mala obiectum manu. Id est, nescio quis venefi-
cus eius mentem manus suæ ministerio excantauit.
Turneb. lib. 4. cap. 15.

MORSVS ARTE LEVABAT) Leuiiores esse fa-
ciebat.

SED NON DARD. MED. CVS. ICT.) Simile illud,
Sed non augurio potuit depellere pestem.

MARSIS IN MONTIBVS) Parua quædam pars
Italix Marforum regiuncula, in Apennini iugis ultra
Picenum, à Marfo Vlyssis, & Circes filio dicta.

VITREA TE FVCINVS VNDA) A claritate, splen-
doreque aquarum dicitur fons, aut flumen vitreum.
Horat. Ode 13. lib. 3. *Ofens Blandis splendidiore vitro.*
Vbi vetus interpres, laudari fontem à perspicuitate per
comparisonem dicit, & hunc Virgilij locum adducit.
Claud. I. de raptu. *Caperat & vitreis summo iam mar-
ginetexti Oceanum sinuare vadis.* Apuleius, videt fon-
tem vitreo latice placidum. Et lib. I. Milesiar. Lenis flu-
uius in speciem placidæ paludis ignauus ibat, argento,
vel vitro æmulus. Etiam nymphas in aquis habitantes
vocant vitreas poetæ, & noster vitrea earum sedilia 4.
Georg. iisdem & vellera huius coloris ibidem tribuit.

QVEM MATER ARITIA MISIT) Ciuitas iuxta Al-
bam. Mater autem propter Augustum dicit, qui fuerat
ex Aricina matre Attia prognatus: ac si diceret, quæ
tanti auctor est generis. Seruius.

EGERIA LVCS) Nymphæ in Aricino nemore,
quam amicam suam esse Numa fingeat, ad affirman-
dam legum suarum, caeremoniarumq; quas instituebat

Auctoritatem. Liuius lib. I. Qui cum descendere ad ani-
mos sine aliquo commento miraculi non posset, simu-
lar sibi cū dea Egeria congressus nocturnos esse: eius
se monitu, quæ acceptissima dijs essent, sacra institu-
re: sacerdotes suos cuiq; deorum præficere.

PINGVIS VBI ARA) propter frequentia sacri-
ficia.

PLACABILIS DIANÆ) Non qualis ante fuit
vel illic, vel apud Tauros, humano gaudens cruo-
re.

NAMQVE FERUNT FAMA HIPPOLYTVM)
Hoc totum, vna cum causâ interitus sui, quæ fuit ca-
lumnia Phædræ ab eo spretæ (cum adolescentem ca-
lumniosum ad stuprum secum faciendum sollicitaret)
narrat ipsemet Hippolytus apud Ovid. Metamorph.
lib. 15. Narrat etiam Seruius, quem vide. Calumniata
verò est ipsum apud patrem Theseum, quasi vim infer-
re sibi voluisset, & se inuitam adulterio pollueret: id
quod Putipharis vxor Iosepho fecit. Narrationis Ovi-
dianæ initium hoc est.

*Fando aliquem Hippolytum vestras si contigit aures.
Credulitate patris, scelerata fraude nouerca
Occubuisse neci, mirabere, vixq; probabo:
Sed tamen illo ego sum: me Pasiphaeia quondam
Tentatum frustra patrum temerare cubile,
Quod voluit, finxit voluisse, & crimine verso,
Indicij ne metum magis, offensæ repulsa
Arguit, &c.*

Meminit huius necis Cicero quoque I. Off. his verbis
Potest etiam accidere promissum aliquod, & conuen-
tum, ut id effici sit inutile vel ei cui promissum sit, vel ei,
qui promiserit. Nam si, ut in fabulis est, Neptunus
quod Theseo promiserat, non fecisset, Theseus filio
Hippolyto non esset orbarus. Ex tribus enim optatis,
ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti inter-
itu iratus optauit: quo impetrato, in maximos luctus
incidit. Extat Euripidis trægædia, titulo, Hippolytus
Coronatus. Horat. Ode 7. lib. 4. pudicum vocat, pro-
pter reiectam noueram impudicam videlicet. Ibidem
aliud sentit à Virgilio, & ad vitam reuocatum negat
à Diana, cuius erat studiosissimus ille adolescens.

*Infernis neq; enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum.*

Cæterum huiusmodi discrepantiæ in rebus fabulosis
non sunt raræ apud poetas: nec de illis conciliandis
magnopere laborandum est. Rem totam de Hippo-
lyto, & Phædra narrat perspicue & accurate Lamb.
in prædictam Oden Horatij.

PÆONIIS REVOCATVM HERBIS) ab Æscu-
lapiο, de quo sequetur. Pæonijs autem herbis, medici-
nalibus, à Pæone medico.

AMORE DIANÆ) cura. Hoc pugnat cum Horatij
sententia manifestè, ut iam diximus.

AB VMB. AD LVM. SVRG. VITÆ) Q. Serenus
reuocationem mortuorum in vitam eleganter his ver-
bis extulit, *reduces qui tradere vitas Nostis, & in calum*
manos renocare sepultos.

FVLGINE PHOEBIGENAM STYGIAS) Æscula-
pius traditur Apollinis, Coronidisque filius fuisse. Qui
natura, ingenioque præclarus, medicinæ opera impen-
sa, plurima valetudini hominum vtilia inuenit. Adeo
autem peritiam artis excelluit, ut quamplurimos despe-
rantes sanitatem liberaret à morbo, propterea que cre-
ditus

Pp*

ditus sit nonnullis defunctis vitam restituisse. Ob eam Agerere. Festus. Fluoniam autem, quod fluorē sanguinis rem tradunt ipsum apud Iouem à Dite accusatum, tanquam ipsius imperium diminuentem, quod in dies pauciores interirent, curante Æsculapio. Ea que causa exacerbatum Iouem, fulmine Æsculapium occidisse. Hac morte Apollo iratus, Cyclopes, qui id fulmen fabricabant, interfecit. Quo facto indignatus Iupiter, iussit Apollinem homini in pœnam seruire. Diodor. lib. 4. cap. 9. Hyginus cap. 49. Plurima de Æsculapio Tiraquell. cap. 31. num. 16. Cur fulmine ictus, aliæ causæ proferuntur num. 22. & 23.

Lætantius irridens & hunc fulminatum deum, & alios, sic habet lib. 1. cap. 10. Æsculapius & ipse non sine flagitio natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, nisi quod sanauit Hippolytum? Mortem sanè habuit clariorem, quod à deo meruit fulminari. Rursum cap. 19. Clamar summus poeta, ipsum illum medicinæ repertorem ad stygias vndas fulmine detrusum esse: ut intelligamus, quantum valeat pater omnipotens, qui & deos fulminibus extinguit. Sed homines ingenui hanc secum habebant fortasse rationem, quia deus fulminari non potest, apparet non esse factum. Immo verò quia factum est, apparet hominem fuisse, non deum. Mendacium enim poetarum non in facto est, sed in nomine. Metuebant enim malum, si contra publicam persuasionem faterentur, quod erat verum.

AT TRIVIA HIPPOLYTVM) Triuia dicta est Diana, quoniam in triuijs colebatur à Græcis. Aristophanis interpretes eam in triuijs à priscis, ob tres eius nomenclaturas venerari solitam opinatur. Hæ autem sunt, Luna, Artemis, Hecate. Vel ut nonnulli è Latinis sentiunt: Iuno vel Lucina, Diana, & Proserpina, ex quibus Hecate commune nomen efficiatur. Plerique quod tribus capitibus, canis, equi, hominis syluestris pingatur. Vel ob tres eius phases, & permutationes. Est enim *μηνισδης* cornicularis, *δρότομος* medio orbe cæsa, seu diuidua, & *πεπληρωμένη* plena. Nam *ἀμφικύριον*, ob eam quæ vtrinque est, gibbositatem, recentiores addidisse testatur Cleomedes Theocriti Glossographus. *ἰδρύσθη δὲ τὰς ἐκείνης*, &c. Brodæus in 1. lib. Anthol. epig.

NYMPHÆ GERIÆ) Huic sacrificabant prægnantes, quod eam faciliè putabant conceptum aluo e-

gerere. Festus. Fluoniam autem, quod fluorē sanguinis sisteret in partu.

NEMORIQUE RELEGAT) Relegare, & deportari in exilium differunt. Relegatis non interdicitur bonis ipsorum. Deportati etiam bonis suis spoliantur. Sed relegat dixit poeta, pro, mittit destinat.

IGNOBILIS ÆVVM EXIGERET) Sicuti nobilis, pro notus, celebratus, item vicissim frequenter *ignobilis* pro ignotus, obscurus antiqui sumebant. Et Seruius hic ita accipit, non pro vili. Neque enim pro vili, siue ignobili in vulgari significatione posses hic intelligere, cum Hippolytus fuerit admodum nobilis, Thesei Athenarum regis filius. Plaut. Amphit. *Nunc quando ego sum, vapulabis, nisi hinc abis, ignobilis.* Et in Pseudolo. *Peregrina facies videtur hominis, atq. ignobilis.* Reliqua testimonia prætereo. Require apud Tiraquell. de Nobilit. cap. 2. num. 4. * Poeta, ævum, sæculum, tempus, ætas, dico confundunt. De ano in AB. 2. Hippolyti apud Senecam vide, si est otium, quid ex Lucretio, Censorino, D. Hieronymo, Cicero adducat Delrium Commentatur.

VIRBIVS ESSET) quod bis vir fuisset. Ne cum notissimi nominis appellatio proderet, commutauit ei nomen.

VND E TIAM TRIVIÆ TEMPLO) Addit argumentum, quo credi posset, quod fama narrauerat.

LVCISQVE SACRATIS) Lucus fere semper pro sylua, alicui numini sacra ponitur. Sic Fauni lucus ab Ouidio describitur 3. Fast.

*Lucus Auentino suberat niger ilicis umbræ,
Quo possis viso dicere, numen inest.*

Sic ab eodem lucus Iunonis, lib. 2.

*Monte sub Esquilio, multis incadum annis
Iunonis magna numine lucus erat.*

Itaque luci sæpe sacri appellantur. Scribit Tacitus, Germanos veteres nulla alia templa habuisse, quam lucos, nemoraq; deorum suorum nominibus appellata. Nonnulli lucos dictos aiunt, quia religionis ergo lumina, ignesque in lucis excitarentur. Quanquam Quintil. lib. 1. ait dictos, quoniam cum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacessent, & sine luce. Hæc Foquelin. in 1. Sat. Persij.

HAVD SÆCIVS) Non segenius, quàm pater,

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus

Vertitur, arma tenens, ET TOTO VERTICE SVpra EST,

785 Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes.

Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugna.

At leuem clypeum sublatis cornibus Io

790 Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælataq; amnem fundens pater Inachus vna.

Insequitur nimbus peditum: clypeataq; totis
Agmina densantur campis, Argiuaq; pubes,

795 Auruncæq; manus, Rutuli, veteresq; Sicani:
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici:

Qui saltus Tiberine tuos, sacrumq; Numici
Littus arant, Rutulosq; exercent vomere colles,

Cir-

Circæumq; iugum: queis Iuppiter Anxurus aruis
 300 Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco.
 Quà Saturæ iacet atra palus, gelidusq; per imas
 Quærit iter valles, atq; in mare conditur Vfers.

IPSE INTER PRIMOS PRÆST.) Turnum hosti-
 um ducem ad bellum missurus, sanè illum, qui tot ma-
 lis Troianos, sociosque affecturus esset, qui bellum
 tantis animis suscepisset, qui morte sua Æneam esset
 nobilitaturus, non vna è parte artificiosissimus poeta
 commendat. Facit enim versari inter primos: quæ è re
 ad singulare animi robur, corporis quoque vires adiun-
 git. Et cum dixit, *Verritur armatæ tenens*, corporis dexte-
 ritatem sub armis, atque animi vigorem significauit. Et
 cum adiungit, *toto vertice supra est*, corporis proceri-
 tatem suis admirabilem, hostibus formidabilem appa-
 rere facit. Ad has corporis, animique dotes addit armorum
 horrorem, ex triplici iuba, atque è monstro flam-
 mas efflante. Quippe cum, quæ chimæra aspectu ipso
 ante pugnam terrifica esset fictoris artificio, ubi ad ma-
 nus ventum esset, tum ea maximè, & voce fremeret, &
 flammæ euomeret, ut de gemitu, deque afflatu, campi
 sanguine cælorum natarent. Atque ut nihil desit, post
 leuem, atque extersum clypeum (siquidem qui de re
 militari scribunt, ad præstinguendos aduersarii oculos,
 ac motum, inprimis fulgorem commendant) post altâ
 galeam, & ignes efflantem chimæram, addit nimbum
 peditum, & totis castris agmina clypeata densat. An est
 quod aliud desiderari in extollendis aduersarii, siue ab
 insitis à natura corporis, atque animi viribus, siue ab ex-
 ternis possit rebus? Num igitur importunè galea ista
 (ut cauillatur Macrob.) chimæram sustinet, præferim
 post tot enumeratos, armisq; decoratos duces? Iouian.
 in Antonio.

TOTO VERTICE SUPRA EST) Quæ à Plinio di-
 sputantur de statura hominum cum procerissima, tum
 parvissima, seu breuissima, exemplis appositis, quia
 cognitio liberalis est, & digna bonas litteras auidè con-
 sectantibus, pete ex lib. 7. cap. 16. In trimatu, inquit,
 suam cuique dimidiam esse mensuram staturæ certum
 est, &c. Sciamus porro, cum Principibus, ac regibus,
 quorum de numero Turnus est, magnum decus addat
 pulchritudo corporis (qua de causa etiam Maro noster
 illum præstanti corpore fuisse dicit) partem illius pul-
 chritudinis æstimari magnitudinem, siue procerita-
 tem, quam rursus de Turno affirmat lib. 9. iisdem ver-
 bis, quibus hic. Et de Orphito lib. 11. similiter. In Tra-
 iano Augusto eandem prædicat Plinius iunior, nimi-
 rum in suo illo elaboratissimo, & eloquentissimo Pa-
 negyrico, coniunctam cum præstantia illa corporis, de
 qua Maro loquitur. Eius verba subiungo. Iam firmitas,
 iam proceritas corporis, iam honor capitis, & digni-
 tas oris, adhæc ætatis inflexa maturitas, nec sine quo-
 dam munere deum festinatis senectutis insignibus, ad
 augendam maiestatem ornata cæsariæ, nonne longè,
 latèque Principem ostendant? Iterum infra, satis lon-
 gè. Iam hoc ipsum, quod ingressus es, quàm mirum, læ-
 tumque? Nam priores inuehi, & importari solebant,
 non dico quadriungo curru, & albensibus equis, sed hu-
 meris hominum, quod arrogantius erat: tu sola cor-
 poris proceritate elatior alijs, & excelsior, non de pa-
 tientia nostra quendam triumphum, sed de superbia
 Principum egisti.

CVI TRIPLICI CRINITA IUBA) Triplex crista
 hæc, est Græcis τεύχερα, siue τεύχερα, cuius certatim

A poetæ meminerunt. Etiam alij, ut Suidas, qui Geryo-
 nem autumat dictum τεύχερα, siue tricipitem, ὅτι
 τρεῖς λόφους ἔχον ἐν τῇ πτερυγαίᾳ, quod tres cristas in
 galea haberet. Vide & lepidam narratiunculam apud
 Plutarchum in Arato de virgine, quam captam miles
 galea sua tricristi insigniuerat, & in Dianæ templo de-
 posuerat: vnde egressa, subito aspectu terruit omnes,
 quasi ipsa ibi Diana, urbemque seruauit. Quis autem
 nescit, creberrimè iubas galeis impositas. Nec Græco-
 rum tantum (perpetuum pæne apud eos) sed & Lati-
 norum. De Mezentio noster: *crista, hirsutus equina*.
 Silius lib. 8. *Horridus & squamis, & equina Curio crista*.
 Et de Marcello. *Circumstant rapidi innemnes, aptantq; fre-*
menti Sanguineas de more iubas. Lipsius Milit. Rom.
 lib. 3. dialogo. 5.

Insignis est galea Turni: tribus cristis veluti iubata:
 quod ornamentum non ab Homeri imitatione, cuius
 ad exemplar potissimum se componit, sed aliorum Ho-
 mero recentiorum poetarum sumpsit. Nam obseruat,
 quibus ista curæ sunt, hoc tritium cristarum insigne no-
 uitum esse. Æschylum igitur secutus est, qui scribit in
 septem ad Thebas. *τρεῖς χεῖρας λόφους σείς*. Cuius
 interpretes ita scribit. *τρεῖς χεῖρας, νεώτερον τῆτο*. Eo-
 dem modo & Aristophanes in diuerbijs τεύχερα sum-
 psit. Turneb. lib. 28. cap. 16.

GALEA ALTA CHIMÆR SVSTINET ET. EFFLANT.
 FAV. IGNES) Plutarch. in Mario, galeas equitum
 Cimbrorum & plumis, & horridis hiantium animalium
 formis insignes describit. E re militari haud dubiè
 mos, quo etiamnum hodie insignia familiarum exor-
 nata, atque distincta videmus, cum galeis insident leo-
 nes, lupi, cerui, canes, aquilæ, vultures, dracones, & a-
 liarum bestiarum siue capita, siue cornua, siue pedes.
 Origo moris tam antiqui ab Ægyptijs descendit. Ab Æ-
 gyptijs porro mutuatos hoc Græcos, & ab his Roma-
 nos, ut multa alia, quæ ad disciplinam militarem perti-
 nebant, magnam verisimilitudinem habere videtur,
 Lacedæmonijs certè galeæ inuentionem tribuit Plin.
 lib. 7. cap. 56. Cristas autem galeis illigasse Cares pri-
 mos, itemq; in scutis simulacra finxisse, eidemq; loræ
 adiunxisse scribit Herodot. lib. 1. Hæc Steuechius lib. 1.
 Vegetij, cap. 20.

Quæ naturâ sunt, inquit Scalig. Poet. lib. 3. cap.
 4. ita describenda erunt, ut nihil non verisimile videatur:
 quæ verò arte sunt, etiam cultus plurimus ijs adhi-
 beri potest, ut, *pictus acutunicæ*. Quæ autem supra fi-
 dem describuntur, ea cuius deo sunt attribuenda,
 qualis Turni galea. Vulcani igitur est opus. Sic equi Æ-
 neæ de genere eorum, qui Solis vehunt currum, quippe
 Circes opera. Nam eandem ratione potuit Circe suffurari
 semen equorum, quæ Solis esse filia. sic cum loquitur A-
 chillis equus, à Pallade datum sermonem. Quum mu-
 tantur in nymphas naues, à Cybele opus fuit.

De chimæra Appollodor. lib. 2. Ut & in hoc Ma-
 ronè suum sequeretur Silius, lib. 5. galea Flamini Scylla
 insigniuit: *Cassia erat munita viri*, &c. Quibus rebus
 insignirent antiqui galeas vel ad ornatum, vel ad hor-
 rorem incutiendum, memoriæ diligenter mandauit
 Alex ab Alex. lib. 1. cap. 20. & paulo ante ex Steuechio
 docuimus, qui ab Alexandro mutuatus est.

Pp* 2

QVAM

QVAM MAGIS, TAM MAGIS) Hunc locum Quintil. ait esse ex illo versum: quàm magis ærumna virget, tam magis ad malefaciendum viget. Georg. 3. *Quam magis exhausto spumauerit ubere mulctra Lata magis.* Quo in exemplo subintelligitur, tam. Terent. Adelph. *nisi quia quam miserè hoc cupio esse verum, tam vereor magis.* Plaut. Bacchid. *Quam magis id repetito, tam magis uror.* Idem Pœnulo. *Quam magis aspecto, tam magis est nimbata, & nuga mera.* Lucret. lib. 1. vt quidem corrigit Lamb.

*Et quò quæq; magis cohibet res intus inane,
Tam magis his rebus penitus tentata labascit.*

Et lib. 4.

*Et quò quæq; magis sunt aspera seminiorum,
Tam magis in somnis eadem sentire necessum est.*

Eiusdem sunt, quo plura, tam magis. Quanto mage, tam magis. Quanto plus, tam magis. Terent. Adelph. eodem modo inter se respondent, quam maximè, tam maximè.

*Quam vos facillimè agitis, quam estis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maximè vos a quo animo aqua noscere
Oportet, si vos vultis perhiberi probos.*

Simile loquendi genus iuuenias apud Sallustium. Quà quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est. Et apud Caton. de re rust. cap. 64. *Quam citissimè conficies,* C *tam maximè expediet.* Et rursus ibid. Nam oleum quàm diutissimè in amurca, & in fracibus erit. Et cap. 65. *Quàm acerbissima olea oleum facies,* tam oleum optimum erit. Atque etiam aliàs, longum foret omnia recensere. Addamus adhuc illud Terent. in Heaut. *Quam in minima spe situs erit, tam facillimè patris pacem in leges conficies suas.* Varro lib. 1. de re rust. *Quam paucissimos reliqueris,* tam optimè in alendo fiunt.

SVBLATIS CORNIBVS IO) De Io Inacchiamnis filia à Ioue compressa, & in vaccam mutata, quam idem adukter maximus roganti Iunoni postea domauit: item de custode Argo centoculo eidem vaccæ à Iunone appposito, atque à Mercurio tandem cantus suauitate confopito, & interfecto, lege fabulam in extremo primo Metamorph. Lege etiam de ista vacca, & eius erroribus Appollodorum initio lib. 2. Bibliothecæ. Cum narratione Ouidiana compone, si videtur, Valerij Flacci versus, qui lib. 4. eandem fabulam, vestigiis Nasonianis insistent, disertissimè persequitur, ab eo loco, *Sensit Iuno dolos, curaq; accensa iugali Æthere desiluit,* &c. Accipe nihilominus hæc Propert. lib. 2. eleg. 33.

*Cum te iussit habere puellam cornua Iuno,
Es pecoris duro perdere verba sono.
Ah quoties quernis læsti frondibus ora,
Manisti stabulis abdita pasta iouis.*

Sed facere Eucio Plautinus in Aulularia ad Megadorum, qui eo absente, in ædes eius coquos nuptiali con-

uiuio parando miserat, utpote filiam senis ducturus, facere inquam de custode isto Iunonio, & ad negotium suum accommodare.

*Quid sic me rogitas? qui mihi omnes angulos
Furum impleuisti in adibus, misero mihi.
Qui mihi intromisisti in ades quingentos coquos,
Cum senis manibus, genere Geryonaceo.
Quos si Argus seruet, qui oculum totum fuit,
Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit,
Is nunquam seruet.*

Quem ad locum, seu potius ad vocem, *oculum*, alludens Apuleius lib. 2. Metamorph. Vide, inquit, hominem ferreum, & insomnem, certè perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, & oculum totum. Quid autem Argus Io custos appositus hieroglyphice sibi velit, videndus Pierius lib. 3. in Tauro. &

CÆLATAQVE VRNA) Singulis fluminibus singulæ urnæ appingebantur. Nilus autem cum tribus urnis figurabatur. Stat. 2. Thebaid. *pater ipse bicornis In laenum prona nixus sedet Inachus urna.* Et lib. 9. de Ismeno, *ceciditq; soluta Pirus adulta manu, demissaq; voluitur urna.*

INSEQUITVR NIMBUS PEDITVM) Homer. *Ἰν πύλο νεφέων.* Nubem vocauit examen apum per cælum volitans Georg. 4. *Obscuramq; trahi vento mirrabere nubem.*

AGMINA DENSANTVR CAMPIS) Ennius lib. 8. Annal. *Densantur campis horrentia tela virorum.*

ARGIVAQVE PVRES) & hoc ad generis pertinet probationem, quod eum sequebantur Argiui.

VETERESQVE SICANI) Lege quæ scripta sunt de Sicanis à Diodoro in extremo cap. 2. lib. 5.

IUPPITER ANXVRVS) Colebatur circa Circeum iugum, & Campaniæ tractum puer Iupiter, qui Anxurus dicebatur, quasi *ἄνθρωπος*, quia barbam nunquam rasilset, vt Iuno virgo, quæ Feronia dicebatur. Seruius.

Anxur, ait Festus, vocabatur, quæ nunc Tarracina dicitur, Volscæ gentis: sicut ait Ennius, *Vulscula perdidit Anxur.* In veteri editione est Axur. Nam certissimum est ex Seruio, veteres ita dixisse ob Iouem imberbem, siue *ἄνευ βάρβης*, qui ibi colebatur. Et in nummo argenteo Panfæ, ab vno latere, IOVIS. AXVR. VIBIVS C.F. C.N. ab altero, PANSA. Scalig. in Festum. Scribendum igitur auctoribus nummis argenteis *Anxur*, non, *Anxur*, quod & Vrsin. monuit.

VIRIDI LVCO) Non vacat mysterio, quod addit, *viridi.* Nam cum aliquando huius fontis lucus fortuito arsisset incendio, & vellent inde incolæ transferre simulacra, subito reuicuit. Seruius. Vide Gyrall. Syntag. 3. in Iunone.

PER IMAS QVÆRIT ITER VALLES) Satis signatis verbis expressit flumen angustum: contra de Tiberino ait, *In mare prorumpit.*

Hos super aduenit Volscæ de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas
805 Bellatrix: non illa colo, calathisue Mineræ
Fæmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuq; pedum præuerrere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret

Grami-

- Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
 810 Vel mare per medium, fluctu suspensa tument,
 Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
 Illam omnis tectis, agrisq; effusa iuuentus,
 Turbaq; miratur matrum, & prospectat euntem
 Attonitis inhians animis, ut regius ostro
 815 Velet honos leues humeros, ut fibula crinem
 Auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetram,
 Et pastorem præfixa cuspidem myrtum.

Hos SUP. VOLSCA DE GENTE CAMILLA) Tantus fuit amor belli in omni Italia, tanta aduersus Æneam cunctorum conspiratio, tantus metus vniuersis, ut etiam fœmina multitudinis dux non dubitaret existere, fiducia videlicet nō sexus sui, sed exercitationis: quum ipsa in eo sexu esset, qui alienus esse debuerat à bello. Ducebat tamen maximi numeri iuuentutem equitum, atque peditum, armis competentibus instructam, viris ipsa non inferior. Incipit mox asserere poeta, vsum posse superare naturam. Donatus quidem sic. At Seruius ita. Prudenter post completam commemorationem virorum, transit ad fœminas: ita enim de Troianis legitur, qui vltimū Amazonum postularunt auxilium, quæ res ab Homero prætermittitur. Sanè iam præfatum infelicitatis futuræ, quod inter ipsa principia, armanur fœminæ. * *Silius lib. 2. Hasbytem virginem, reginam ad armatidum Annibali Saguntum in Hispania oppugnantem, cum magna virginum, mulierumq; manu auxilio venisse fingit, Maronem suum imitatur scilicet.*

Cum Camilla comparetur, si lubet, Beronice, Ptolemæi Philadelphi regis Ægypti filia, quam tradit Hyginus 2. Astronom. Callimachum, & cum eo quodam alios scripsisse, equos alere, & ad olympia mittere solitam. Quidam hoc amplius, Ptolemæum eius patrem multitudine hostium perterritum, fugam salutem petiisse: filiam autem sæpe consuetam, inuoluisse in equum, & reliquam exercitus copiam constituiisse, & complures hostium interfecisse, reliquos in fugam cōiecisse. Pro quo etiam Callimachus eam magnanimitatem dixit, & Catull. in carmine de eius coma, quod ex Callimacho paribus numeris conuertit. Muret. in Catull.

VOLSCA DE GENTE) de Priuerno, Volscorum oppido, ut, antiqua *Metabus cum excederet urbe.*

FLORENTES ÆRE CATER.) Ennius & Lucret. florens dicunt omne, quod nitidum est. Hoc est secutus Virgil. aliter *ἀνυελογία* est.

NON ILLA COLO) Lanificium significari arbitror, ut illo lib. 8. *Cui tolerare colo vitam, tenuisq; Minerva.* Turneb. lib. 11. cap. 22.

Vide lib. 11. ubi versus iste ad verbum iteratur. Terent. de Glycerio in And.

Primum hac pudice vitam, parce, ac duriter agebat, lana, ac tela victum quaritans.

Ita Q. Opimius consularis, ut est in 2. de Orat. Egilium, qui videbatur mollior, tanquam fœminam ex hisce adiunctis irrigit, cum illud ex poeta nescio quo, falsè accommodaret. *Quid tu Egilia mea? Quando ad me venies cum tua colu, & lana?* Lucretia illa haud quaquam, ut regis nurus, quas in conuiuio, luxuque cum æqualibus viderunt, qui exploratum è castris veniebant, sed nocte seta, dedita lanæ inter lucubrantem ancillas, in medio ædium sedens iuuenta est. Lilius lib. 1. Nota in-

A super tela Penelopes. Et ipsa apud Ouid. epistola ad Vlyssē maritum.

*Forstian & narras, quàm sit tibi rustica coniux,
 Quæ tantum lanæ non finit esse rudæ.*

Hypermetra Lino.

*Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puella?
 Aptior est digitis lana, coluq; meis.*

Lanificium Romanis, inquit Lipsius Elect. lib. 1. cap. 17. impensæ curæ. Docent nuptiæ, in quibus sponsæ colus præferebatur cum lana: cingulum erat è lana, postes velati lana, omnia videlicet signa, & indicia matronis operæ futuræ. Lanam enim domi sedulo exercebant, telam texebant, conficiebant vestem, & cæt. Plura leges super hac re lib. 8. ad illud, *Cui tolerare colo vitam,* &c. 36.

ILLA VEL INTACTÆ SEGETIS) Ex Homero. Vide Vrsin. De cursura Achillis, quem toties Homerus *πόδας ὠκύν, ποδάρκην* appellat, nec tamen eam pedum celeritatem vnquam vlla comparatione venti, sagittæ, volatus, tigris cursu, aliarumq; rerum poetico more illustrat, de Achille, inquam, Catull. de nupt.

*Qui per sepe vago visitor certamine cursus
 Flamma præuortet celeris vestigia cernæ.*

De Lada, Philonide, Latthene, Philippide, Polymnestore, Milefio puero, & alijs cursoribus excellentibus Alex. Neapolit. lib. 2. cap. 21. & ibid. Tiraquell. Epigram. 3. lib. 1. Anthol. tit. 1. laudatur admodum hyperbolice stadiodromus Arias Tarsensis, diciturq; aut intra ipsos carceres, unde currendi capitur initium, aut ad extremam metam: in medio spatio, seu in ipso stadio, hominem nunquā visum. Hæc licentia mentiendi parum cum philosophico dogmate consentit, in puncto, seu instanti, non cieri motum. De equis, quos Arcadio, & Honorio Cæsaribus pueris Theodosij M. filijs Neptunum pascere fingit, Claudian. in Panegy. 3. consulat. Honorij.

*Vobis Æonia virides Neptunus in alga
 Nutrit equos: qui summa freti per carula possint
 Ferre viam, segetemq; leui percurrere motu,
 Nescias ut spumas, nec proterat ungula cinmos.* 36.

FLUCTU SUSPENSÆ TUMENTI) Quid sit hic *suspensa fluctu*, declarant sequentia, *celeris nec tingeret æquore plantas.* lib. 1. Georg.

*At si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum
 Arcturum sat erit tenui suspendere sulco,*
 tellurem subaudi. Lucret. lib. 2.

*Namq; papauerum aura potest suspensa, lenisq;
 Cogere, ut ab summo tibi dissuas altius aceruus.*

Lib. 5. de canibus, & catulis eorum.

*Aur ubi viros iactant pedibus, morsuq; potentes
 Suspensis teneros imitantur dentibus haustus,*
 suspensis, id est, non grauiter impressis, sed subleuatis.

Pp* 3

Idem

Idem lib. 6. *Aut etiam suspensa manet vis aere in ipso.* A
 ATTONITIS INHIANS ANIMIS) Absolutè accipitur hoc loco *inhians*, vti apud Lucret. lib. 1. *Pascit amore anidos inhians in te dea visus.* Aliàs prædæ, & prædam inhiare dicimus. Plaut. *Credo illum audisse, me habere thesaurum domi, id inhiat.* Seruius, stupore quodam patefacto ore.

VT REGIUS OSTRO) Antè ornatum eius, post, arma dicit.

LYCIAM PHARETRAM) quasi Lyciam, vt legimus Cretenses sagittas.

PASTORAL. PRÆFIXA CVSP. MYRTVM) quia hoc teli genere pugnare pastores, siue agrestes solerent.



SYMBOLARVM IN P. VIRGILIVM MAR- RONEM LIBER XIII.

Ad octauum Aeneidos.

SYNOPSIS.



LAtinus, vt loquitur poeta, rerum habenas reliquerat, imperioq; regio semet ultro abdicarat. Inde dominationem Turnus arripere, vexilla festinatò sustollere, raptim, celeriterq; copias conflare, atq; adeo colonos etiam ab agris abducere. In Apuliam usque Venulus ad Diomedem Arpos legatur, qui virum moneat, Troianos, Aenea duce, Latinorum fines occupasse, conariq; suas, id est, nouas quasdam religiones, ac caerimonias inuehere: sedem in Latio collocare. Per summam iniquitatem, externum ipsum ac peregrinum, iura velle, & leges Italæ præscribere: non deesse, qui subsidijs eum suis adiuvandum suscipiant: nomen hominis vagari quotidie latius: esse amoris, & admirationi multis. Quid molietur denique, quidue incepturus sit, si victoriam ei fortuna transdiderit, melius ipsum Diomedem, qui Troianum probè nouerit, quàm alium quemuis intelligere. Proinde aduersus eum, quem non secius modo, quàm apud illum quondam pro hoste ducere, perditumq; funditus, ac deletum cupere debeat, auxilia suppeditare ne cunctetur: si abierit in alia omnia, suas quoque res turbatum, & afflictum iri, pro comperto habeat. Tantas molitiones, exercitusq; tantos in perniciem suam comparatos cernens Aeneas, iactatus cogitationum fluctibus, consilium explicare vix potest: nec nisi nocte plurima somnum capere, idq; sub dio, & ad ripam Tiberis. Per quietem igitur Tiberinus (cuius habitus, & forma declaratur) eius mœrorem consolando lenit, stabile in Italia domicilium promittit, de prodigio albæ porcæ cum 30. catulis adiungit: ex quo Ascanium 30. annis urbi ab ipso conditæ, regali cum potestate præfuturum pollicetur. Mox de auxilijs ab Euandro petendis docet, operam suam ad subuersionem, aduerso licet amne, spondet: & quis ipse sit, citra ullam verborum ambiguitatem disertim significat. Precatus Nymphas, adeoq; Tiberinum ipsum Aeneas, vti clementes sibi sint, ac propitij, duabus biremibus secundissimo cursu Pallanteum aduenitur. Ante urbem in luco Euandrum cum suis Herculi anniuersarium sacrificium facien-

facientem offendit, à Pallante filio salutatur, paucis causam aduentus sui eloquitur. Ad ipsum deinde senem perductus, pulcherrima oratione vinculum cognationis inter illum, Troianosq; manifestat, & ad commune periculum depellendum (Latini enim Arcadibus quoque ceu peregrinis, & exulibus insensu erant, eosq; bello vexabant) societatem suam, opemq; pollicitus, vicissim illorum fidem implorat, Latinos in magnum odium rapiens, ac de Troianorum virtute modeste predicans. Totum corpus oculis diligenter obiens Euander, ex convenientia lineamentorum Anchisæ filium esse deprehendit, sibiq; eius presentia gratulatur. Quomodo, quando in Anchisæ notitiam inciderit, quibus ab eo donis donatus sit, memorat: in diem sequentem auxilia promittit: ad presentes epulas inuitat. Mensis remotis, rex, sacrorum illorum originem, causamq; disserit: quæ fuit à Caco Vulcani filio, latrone funestissimo expedita salus. Quippe quem Hercules bobus octo sibi ab eodem de grege furtim abactis trucidauerit. Cuius beneficii memores accolæ, aram ei cum ritibus annuis sacraverint. Euandro auctore Troiani populeis capita fertis redimiunt, vinum cum precibus libant. Sole iam prono ad occasum sacra instaurantur, siue complentur potius, & laudes Herculis à sacerdotibus concinuntur. Ad oppidum disceditur. Tum inter ambulandum Euander circumspicienti Æneæ, locaq; illa admiranti, qui quondam mortales ibi vixerint, quibus moribus fuerint, sigillatim exponit. A Saturno, qui in eam regionem exul venerit, pariq; potestate cum Jano regnauerit, gentes illas humanitate, & legibus excultas fuisse: ita, ut per illa tempora aureum, quod dicitur, sæculum agitatam sit. Eius sæculi conditio discenda est ab Ouidio. i. Metamorph. sicut etiam decoloris, ac vitiosi, quod aureo successisse poeta noster affirmat. Se fato, & diuinis compulsus responsis eò locorum ex Arcadia commigrasse. Pluribus adhuc locis demonstratis, ad Euandri ades, nulla re conspicuas, atque nobiles: sed plebeias, & abiectas, multumque ornatissimo Latini palatio dissimiles, venit. Ibi ab exemplo Herculis, αὐτάρχεια, Æneæ suadet. Venus anxia pro filio, blandimentis uxoris, & artificio quodam Vulcanum maritum ad arma ipsi fabricanda inducit: quæ, ubi, quanto cum studio cyclopy opera confecta sint, proditur. Albescente die stratis consurgit Euander, ad colloquium cum Æneæ ferendum è cubiculo procedit. Æneas quoque Euandrum manè salutaturus, ac de rebus suis porro acturus progrediebatur. Occurrunt mutuò, dextras iungunt, factaq; consalutatione confidunt. Euander ab Æneæ laudibus ducto principio, rationes, cur tantis eum copiis, quantis ipse quidem optaret, eius verò etiam dignitas postularet, adiutare minimè possit, edisserit. Veruntamen, unde maiora auxilia nullo negotio colligere queat, ostendit: ab Agyllinis Hetruscis videlicet, qui haud longo intervallo incolant. Hos Mezentio tyranno suo, ob intolerandam superbiam, & immanitatem exacto, magnis delectibus habitis, in armis esse, ad tyrannum ipsum, unaq; Turnum Rutulorum regem (in cuius ille clientelam, ac patrocinium se contulerat) bello vindicandos videri paratissimos: sed Italum ducem sibi quo minus præficiant, ab aruspice vetari, externum imperari. Detulisse illos quidem ad se summam rempub. imperatoremq; depoposcisse: verum se longinquitatem ætatis excusasse, honore uti noluisse: in filium Pallantem reijcere nequiuisse, quod Sabina matre procreatus, Italico sanguine non careret. Æneam, neutra re impediri: quippe qui & genus prorsus extraneum, & ad huiusmodi munus ætatem idoneam, validumq; membrorum robur afferret: quocirca ipsum satis harum copiarum ductorem designari. Quadringentos equites, simulq; filium offert: quem quidem sub Æneæ militiæ tyrocinium ponere, & ei factis ingentibus, virtuteq; animi quam simillimum euadere etiam atque etiam, maioremq; in modum optat. Æneam, & Achatem propter suppetias in tam graui, & ancipiti bello tam exiguas, ac pene nullas, in constitudinem coniectos, arma à Venere matre iam pridem promissa, & tum in sublimi repente conspecta, ad exploratam victoriæ spem exsuscitant. Mox de suis deligit Æneas, qui secum in Etruriam proficiscantur: alios secundo flumine ad portandum Troianis, Ascanioq; felicem, & audissimè expectatum rerum ab se perfectarum nuntium remittit. Euander filium complexus, deosq;

preca-

precatus valedicit. Qui locus verbis amantissimis compositus, paternitatem nobis ante oculos proponit. Interea dum Troiani, ac Pallantei non procul ab Agyllinorum castris corpora ipsi cibo curant, & equos pabulo reficiunt, in valle flexuosa quiescenti Aenea, Venus, se matrem confessa, arma desiderata apportat, eundemq; hortatu suo corroborat. Eorum aspectu, & contrectatione inusitatum animo gaudium imbibit. Explanatur calatura clypei, arte ipsa, mirabiliq; argumentorum varietate eximia, quæ tota rebus Romanis constat: gloriæ enim Romanorum fauet poeta quam maximè, ut norunt omnes. Postrema huius libri pars, quemadmodum & extrema sexti, omnino historica est, & interpretibus benignam illustrium, audituq; non insuauium narrationum materiam subministrat.

EXPLANATIONES.



- V** T belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu,
Utque acres concussit equos, utq; impulit arma
EXTEMPLÒ TVRBATI ANIMI, simul omne tumultu
5 Coniurat trepido Latium: læuitq; iuuentus
Efferat. ductores primi Messapus, & Vfens,
CONTEMPTORQVE DEVM MEZENTIVS vndiq; cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
10 Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros:
Aduectum Æneam classi, victosq; Penates
Inferre, & fatis Regem se dicere posci,
Edoceat, multasq; viro se adiungere gentes
Dardanio, & latè Latio increbrescere nomen.
15 Quid struat his cœptis, quem, si fortuna sequatur,
Euentum pugnae cupiat, manifestius ipsi,
Quam Turno Regi, aut Regi apparere Latino.

VT BELLI SIGNVM) Vexillum Imperatores A siue edicto, & sublatione signi, seu vexilli ex arce, hoc habebant penes se in tabernaculo, & qui delectum olim habebant, in arce ponebant; cum prælium etiam erat cōmittendum, proponebatur, tollebaturq; vexillum, ut in lib. 4. de bello Alexand. Quod ubi conspexit, celeriter vela subduci, demitti antennas iubet, & milites armari, & vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum, quod primæ naues sequebantur, idem ut facerent, significabat. Cæsar lib. 2. de bell. Cæsari omnia vno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod erat insigne, tum ad arma concurrere oportere, signum tuba dandum. [De bello civili lib. 3. in scriptum. Ne in-
iussu suo concurrerent: se, cum id fieri vellet, vexillo signum daturum. Et de bello Hispan. Hoc nuntio allato, vexillum proposuit.] Vexillo igitur pugnandi dabatur signum, & in repentino tumultu prælij inopinati, ad arma cōcurrendi. Tollebat & signum, quod vexillum erat, qui rapidè, celeriterq; milites contrahebat, quod pertinet hic locus Virgilij. Tollitur signum ad præsidium comparandum, & ipsem ostendendam, confirmandosq; animos. Cic. pro Marcello. Et his omnib; ad bene de repub. sperandum, quasi signum aliquod sustulisti. Turneb. lib. 14. cap. 16.
* Philipp. 5. M. Tullius de Antonio Mutinam obsidente. Quis le-
gatu paruerit, Romanisq; redierit, num quando perditis ciuib; vexillum, quò concurrant, desuturum putant?

Tribus modis delectum indici solitum; ostendit Lipsius Milit. Rom. lib. 1. dial. 3. voce præconis, scripto,

est, ex Capitolio: sed hoc non nisi sub ipsum conuen-
tus diem, aut dies. Vide ipsum auctorem.

RAVCO CORNUA CANTV) Cornua, quod ea quæ nunc sunt ex ære, tum fiebant ex bubulo cornu. Varro lib. 4. de ling. lat. Propert. Nil tibi sit ranco præ-
toris classica cornu Flare. Respexit forsitan Virgil. ad Lucretianum hoc lib. 2. rancisonoq; minantur cornua
cantu. De usu autem tubarum, cornuum, buccinarum, lituorum in re militari, vide Alex. Neapolit. cum Tiraq. lib. 4. cap. 2.

VTQVE ACRES CONCVSSIT EQVOS) hoc ad equi-
tes pertinet. Æneid. 4. At puer Ascanius medijs in valli-
bus acris gaudet equo. Ouid.

Acer, & ad palma per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

Ex his, similibusq; locis, hoc adiunctum acer, maximè generosis equis tribui videas. Sonitu autem tubarum audito, equi militares concutiuntur, id est, ipso corporis motu, & fremitu quandam lætitiā, & desiderium cum sessoribus in hostem pugnandi præ se ferunt. In libro Iob, cap. 39. de equo ut animali bellico, ira scriptum legimus. Terram ungula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis. Contemnit pauperem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabis pharetra, vibrabis hasta, & clypeus.

elypens. Vbi audierit buccinā, dicit, vab. Procul odoratur A tura deseritur. 38
bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitus. 39

VTQVE IMPVLIT ARMA) hoc ad pedites. Est autem factorum. Nam is, qui belli suscepit curam, sacrarium Martis ingressus, ancilia commouebat, post, hastam simulacri ipsius, dicens, MARS VIGILA. Seruius.

TURBATI ANIMI) Turbati sumus, cum bellum capeffimus. Itaque in illo versu, *Ægidaq; horrifera turbata Palladis arma, turbata*, non pro turbantis accipiendum, ut vult Seruius: sed ad bellum concitata. Turneb. lib. 26. cap. 29.

OMNE TVMVLTV CONIVRAT LATIVM) Tumultus est bellum in ipsa Italia, aut in Gallia vicina, dictus quasi timor multus, quo tempore vacationes non valebant, cogebantur ad arma etiam emeriti. Eius rei videtur admonere poeta, & hoc bellum Latinorum cum Troianis in ipso Latio, vocare tumultum. Omnis igitur tumultus bellum est: sed non quoduis bellum, tumultus. Coniurare autem, & coniuratio etiam in bonam partem dici possunt, quod Seruius hic monet: sed exempla non adhibet. Cæsar belli Gall. 3. Et celeriter missis legatis per suos principes coniurant, nihil nisi communi consilio acturos, eundemq; omnes fortunæ exitum laturus. Livius lib. 2. Trecenti cōiurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac via grassaremur. Cæsar lib. 1. belli Gall. Orgetorix regni cupiditate inductus, coniurationem nobilitatis fecit, & ciuitati persuasit, ut de finibus cum omnibus copijs exirent. Livius lib. 6. belli Punici. Etolorum impetum retardauerat primò cōiurationis fama Acarnaniæ, &c. Sic & voces conspirare, conspiratio in laude positas inuenies. 38

Vnus ex tota legione eligebatur, qui singula iuramenti verba concipiebat, & præiurabat: alij deinde sequebantur, & hoc saltem dicebant, *Idem iuro*. Hoc est quod Festus notauerat. Præiurationes facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis iurant, post quos in eadem verba iurantes, tantummodo dicunt, *Idem in me*. Ita Polybius, sed in Livio an non aliter? Nam ille post seditionem Hispaniensem ad Sucronem, citati, inquit, milites nominatim apud Tribunos militum in verba P. Scipionis iurant. De Tribunis, idem est quod in Polybio: sed de militibus nominatim citatos facit, & iurasse. Potest tamen flecti ad hanc sententiam, ut singuli citari, & progressi iurauerint in ea, quæ unus aliquis præiisset. Si hic aliter, factum nouiter esto, & maiori vinculo, ob priorem fidem in seditione violatam. Lipsius Militiæ lib. 1. dial. 6.

DVCTORES PRIMI MESSAP. ET VFENS) Bona electio personarum ad delectum habendum: vnus, eques bonus, id est, Messapus mittitur: alter, pedes egregius, id est, Vfens. Seruius.

CONTEMPTORQ. DEVM MEZENTIVS) Quis enim iustius, quam sacrilegus contra pios & præpararet bellum, & gereret? Seruius.

LATE VASTANT CVLT. AGROS) Latè vastos, & desertos efficiunt, abductis colonis, quorū quantus fuerit numerus, ostendit particula *latè*. Georg. 1. *Squalent abductis arma colonis*. Huc quadrant illa ex Maniliana. Nam cum hostium copiarum non longe absunt, etiam si nulla irruptio facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricul-

MAGNI DIOMEDIS AD VRBEM) Diomedes postquam reperit, ira Veneris à se apud Troiam vulneratæ, uxorem Ægialiam Argis turpiter viuere, noluit reuerti: sed tenuit partes Apuliæ, & edomita omni Gargani montis multitudine, in eodē tractu ciuitates plurimas condidit, in quibus & Arpos, quæ nunc Argyripa dicitur, ad quā modò Venulus mittitur. Hæc strictim ex Seruio. Vtriusq; rei meminit in eius, Diomedis puta, epitaphio Aufonius, quod represento.

Conditus hic genitore bono melior Diomedes.

Crimen ob uxoris pulsus dotalibus agris,

Argyripam, clarosq; viris qui condidit Arpos:

Clarior urbe noua, patria quam sede vetusta.

Vtrumq; vnus urbis nomen ponit, ne duas esse putes. Magnum autem cur vocet Maro, patet ex Iliade Homerica: fuit quippe rebus gestis admodum insignis. Vide l. Æneid. O Danaum fortissime gentis Tydide, &c. 38

QVI PETAT AVXILIVM, ET LATIO) Nota, breuiter, & concisè mandatorum, instruendæ, fungendæq; legationis conceptam formulam, cui summaria, & pressa expositio postulatur Æneæ, Tarchontem de iungendis copijs sollicitantis infra lib. 10. ita responderet, ut nihil vtriq; aut desit, aut redundet. German.

Discrimen est inter socios, & auxilia. Socij semper Italici: auxiliares, externi. Varro, Auxilium ab auxilio, cum accesserunt qui adiumento essent alienigenæ. Difertim addit, *alienigena*, Festus. Auxiliares dicuntur, in bello socij Romanorum, exterarum nationum. Et socij quidem semper gratis militarunt, id est, sine impendio Romanorum (frumentum excipio) auxiliares aliter, & quanquam sæpe à regibus missi suo pte sumptu, tamen & pecunia etiam scripti, &c. Lipsius Militiæ Rom. lib. 1. dial. 7.

ADVECTVM CLASSI) Pro classe, metti causa. Horat. lib. 1. Ode 15. *Mala ducis ani domum*, pro auc. Multa huius generis legas apud Lucretium. Catull. de nupt. *Namq; ferunt olim, classis cum mania diuæ*. Et alibi, *Per medium classi barbara nauis Athon*. Sisenna apud Nonium, perpetua classi.

ET FATIS REGEM SE DICERE POSCI) Infra Tiberinus: *Expectate solo Laurenti, aruisq; Latinis*.

MVLTAQVE VIRO SE ADIVNG. GENTES) Ad maiorem terrorem addit *multas gentes*. Nullas enim habuit, præter Arcadas, & Tuscos.

VIRO DARDANIO) Bene, non Æneæ dixit, sed viro Dardanio: ut non sit mirum, si sequebantur hominem sibi cognatione sociatum, ut, *Hinc Dardannus ortus, Huc repetit*. Seruius.

QVEM SI FOR. SEQ. EVENT. PVGNÆ CVP.) Si eum fortuna comitetur, quem suæ finem velit esse victoriæ, ipsum melius nosse, qui iam antiquus est hostis. Vult autem intelligi, Æneam etiam contra Diomedem bella gesturum, non tantum propter præsens imperium, sed causa hostilitatis antiquæ. Seruius. * In Olynthiaci Demosthenes hoc argumento ad ferendam Olynthijs opem adducit Philippum regem, Athenienses conatur peruenire, quod illis subactis, in Atticam omne bellum incubiturum sit: & quod Olynthiorum salus, sit futura Atheniensium securitas. Est item infra in oratione Æneæ ad Latinum locus similis. Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello Insequitur, &c.

Talia per Latium: quæ Laomedontius heros

Cuncta videns, MAGNO CVRARVM FLVCTVAT ÆSTV:

20 ATQVE ANIMVM NVNC HVC CELEREM, NVNC DIVIDIT ILLVC,

In partesq; rapit varias, perq; omnia versat:

Qq*

Sicut

- Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole percussum, aut radiantis imagine lunæ,
Omnia peruolat latè loca: iamq; sub auras
25 Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.
Nox erat, & terras animalia fessa per omnes
Alituum, pecudumq; genus sopor altus habebat:
Cum pater in ripa, gelidiq; sub ætheris axe
Æneas tristi turbatus pectora bello
30 Procubuit, seramq; dedit per membra quietem.
Huic Deus ipse loci fluuio Tiberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus. cum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines vmbrosa tegebat arundo.

TALIA PER LATIVM) Deficit oratio: subauditur A salientis aquæ conceptaculū. Plin. in 5. epistolar. In hoc fonte crater, circa siphunculi plures miscent iucundissimum murmur. Sunt etiam labra vasa vinitoribus accommodata, quemadmodum lacus, & cupæ, quibus labris apud eos vindemiæ exportantur in vehiculis. Labra etiā lapidea balneis vsu præstant, fossq; lapideæ in balneis labra vocabantur, cuius significationis exempla sunt apud Vitruuium lib. 5. cap. 10. *πυλάι*, & *πυλάι* à Græcis dicuntur, hoc est, folia balnearia. Bud. in Pand.

QVÆ LAOMED. HEROS CUNCTA VIDENS) Laomedontium dixit, astutum, callidum, vigilantem, & respondentem virtutib⁹ Laomedontis. Cuncta videbat, id est, planè considerabat omnia, & habebat comperta, ac manifesta, nihil illum latebat, omnia nōrat, quæ etiam diuersis in locis gererentur ab hostibus. Et reuera hæc prima sollicitudo est in ratione belli, vt vnusquisq; intelligat, quid hostes agant, quid innouetur. Donatus.

MAGNO CVRA. FLVCT. ÆSTV) Lib. 5. *magnos irarum fluctuat aestu*. Et infra, *varios irarum*, &c. Et rursum lib. 8. non longè ab initio. Et lib. 12. *vario nequidquam fluctuat aestu*. Et ibid. *Irarum tantos voluit sub pectore fluctus*. Catull. *magnis curarū fluctuat undis*. Lucret. lib. 6. *Voluere curarum tristes in pectore fluctus*. Herodian. de Commod. *κυμαίνουσαν ἔχων τοσαύτας φροντίδας τὴν ψυχὴν*. Et Musæus, *ἰσάλο κυμαίνουσα πολυκλάιστοι μερίμνας*.

ANIMVM CELEREM NVNC HVC) lib. 10. *animo nunc huc, nunc fluctuat illuc*. Leguntur autem iidem duo versus ad verbum lib. 4. Æneid. Reddidisse videtur duob⁹ versibus, q̄ dictum est vno, ab Euripide Iphigen. Aulid.

Πλάγια δὲ φρονεῖς, τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ παλαι, τὰ δὲ αὐτίκα.
Varia sentis, nunc quidē illud, alia dudū, aliud statim.
Lib. 4. *partes animum versabat in omnes*. Terent. And. *Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur*. Adiungo Lactantiū. Vbi animus in multa dispersus est, huc atq; illuc diuagatur. Ennius quoq; Iphigenia, *Incerte errat animus*. ☞

SICVT AQVÆ TREMYLVN LABRIS) Aqua patenti-bus vasis condita, & percussa solis, aut lunæ radijs, si habeat motum, emitit ex se se quoddam lumen vagum atq; discurrens. Et nunc tecta ipsa, nunc parietes omni celeritate percurrit. Quod ipsum idcirco positum est, vt intelligatur, quanta mobilitate Æneæ animus per diuersas cogitationes videatur cucurrisse. Donat. Locū etiam Apollonij ex lib. 3. expressisse his catminib⁹ notat Vrsin. * *Annibalem varia secum animo voluentem, cogitantemq; quomodo fraude, & insidijs Fabium ad pugnam eliceret, cum cademore confert Silius lib. 7.*

Nulla vacant incepta dolis, simul omnia versat,
Miscetq; exacuens varia ad conamina mentem.
Sicut aquæ splendor radiatus lampade solis
Diffultat per tecta, vaga sub imagine vibrans
Luminis, & tremula laquearia verberat vmbra.

Labra crateres lapideos significant, quibus aqua saliens ex siphunculis excipitur. Crater est enim, quem vulgò peluim appellant in fontibus manu factis, id est,

salientis aquæ conceptaculū. Plin. in 5. epistolar. In hoc fonte crater, circa siphunculi plures miscent iucundissimum murmur. Sunt etiam labra vasa vinitoribus accommodata, quemadmodum lacus, & cupæ, quibus labris apud eos vindemiæ exportantur in vehiculis. Labra etiā lapidea balneis vsu præstant, fossq; lapideæ in balneis labra vocabantur, cuius significationis exempla sunt apud Vitruuium lib. 5. cap. 10. *πυλάι*, & *πυλάι* à Græcis dicuntur, hoc est, folia balnearia. Bud. in Pand.

LAQUEARIA TECTI) De voce *laquear* dictum lib. 1. Æneid. ibi, *pendent lychni laquearibus aurois*.

NOX ERAT, ET TERRAS) Captus elegantia commentu huius Silius Ital. & ipse lib. 4. Iunonem in formā Trasimeni lacu cōuersam fingit, Annibalemq; è somno excitantem, & hortantem vt ad lacum suum pergat, vbi Æturus ibidem Flaminium Romanum.

omnia somni

*Condiderant, agrisq; dabant obliuia curis,
Cum Iuno in stagni sinu nem conuersa propinquat,
Et madida frontis crines circumdata fronde
Populea, stimulat subitis præcordia curis,
Ac rumpit ducis haud spernenda voce quietem.
O felix fama, &c. ☞*

ANIMALIA FESSA PER OM.) Horat. Ode 5. Epod. *Formidosa dum latent syluis fera Dulci sopore languida*. Optimos versus Varronis expressit in melius, & imitatio bene cessit. Sic autem Varro:

*Deserant latrare canes, urbesq; silebant:
Omnia noctis erant placida composita quiete.*

ALITVVM GENVS) Delectatur hac voce Lucretius. Lib. 5. *Postremo genus alituum, variisq; volucres*. Ibidē. *Alituum porro genus alis omne videmus Fidere*. Seneca nominauit eodem tropo, periphrasi nimirum, genus aligerum. Ennius, genus alitiuolantum. Dicas etiā licet pennigerum genus. Enniana sunt etiam hæc, corpora volantum, corpora pennipotentum, genu' pennis condecoratum, pro auibus.

SOPOR ALTUS) *Βαθος ύπνου*.

CVM PATER IN RIPA) Nihil cogitantibus, & nulla cura distentis aderat noctis tempus, quod somnū suaderet, & requiē: sed Æneæ aliud assignat, vt fecerit, quod bono, & sollicito Principi congrueret. Cum, inquit, cuncta animalia somnus habuisset, ac pleno otio requiescerent, solus Æneas per aliquantam partem noctis peruigil fuit. Sed vbi vicit natura, vigilantemq; & resistentem superauit, non quæ sita sunt tecta, nec procuratus est ad delicias torus, neq; omne corpus traditū somno: sed sub nudo æthere, atq; in fluminis ripa: hoc est,

vbi

ubi pro ratione temporis, & loci frigus supererat, & pruina, procubuit super, omne corpus quieti concessit, ferum capiens somnum, hoc est, tardum. Quod procul dubio faciunt, quos sollicitat salutis cura: nec volunt à primo vespere vsque in lucem dormire. Donat.

DEVS IPSE LOCI) ἐν τοῖσι, ἐν τοῖσι τοῖσι. Platonis ἀνδραγαθὸς πολέμας, ὅτι & ἀνδραγαθὸς πᾶσι ἔχον, in ipsa terra fontes habens. German.

GLAYCO AMICTV CARBASVS) Ecce felicitas cogitantis, ac perturbati, & afflicti. Deus ipse fluminis praesentis apparet dormienti, non occultus, aut dubius, & ex ipso habitu intelligebatur quis esset. Donat.

Glaucus, & cæruleus color, qui vitreo proximus est, tribuitur fluuialib⁹, & maritimis dijs. Turneb. lib. 8. cap. 15. Et rursum lib. 24. cap. 11. Dij fluctuum, & maris

caeruleo vestitu ab antiquis pingebantur, capite arundine recto, ex qua consuetudine hoc Maro scripsit. Idē lib. eod. cap. 40. Sed & de Planco, Glaucum marinum deum saltante, hæc scribit Paternulus lib. 2. Cum caeruleatus, & nudus, caputq; arundine victus, & caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset in convivio. Carbasus autem genus est lini, quod Græci *καρπασιν* vocant, quod Pausan. lib. 1. negat igne consumi. ὅ, ἢ, inquit, *λίνα καρπασίν θρυαλλίδες ὄντιν, ὃ δὲ πυρὶ μένον λίνον ἢ ἔστιν ἀλόςμειον*. Eius succus intervenena numeratur à Dioscorido, & Paulo. E carbaso texebantur tenuissima vela.

CRINES VMBROSA TEGBAT ARVND)
Hoc idcirco fictum, quod eius ripæ erant arundinibus,
seu arundinetæ prætex: & debuit ex ipso habitu co-
gnosci quis esset.

35 TVM SIC AFFARI, ET CVRAS HIS DEMERE DICTIS.
O fate gente Deum, Troianam ex hostibus urbem
Qui reuehis nobis, æternaq; Pergama seruas,
Exspectate solo Laurenti, aruisq; Latinis:

40 HIC TIBI CERTA DOMVS, certi (ne abſiſte) penates,
Neq̃ belli terræ minis. TVMOR OMNIS, ET IRÆ
CONCESSERE DEVM.

Iamq; tibi (ne vana putes hæc fingere somnum)
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum foetus enixa, iacebit

45. Alba solo recubans, albi circum vbera nati.
Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum:
Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis
Afcenius clari condet cognominis Albam.
HAUD INCERTA CANO.

CVRAS HIS DEMERE DICTIS) Habitus futuræ orationis, vt aliâs pæſepe, oftenditur.

O SATE GEN. DEVM) Alibi, *Anchisa generate, deum
certissima proles. Et, vigilas ne deum gens Aenea? Et 4. E-
neid. Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum.*

TROIANAM VRB. QVI REVEHIS NOB.) Vt, *Ilionem in Italiam portans*. Urbem ergo pro ciuibus posuit. Et *reuehis*, propter Dardanum, à quo Troiani descendunt. Ilioneus ad Latinum lib. superiore, *hinc Dardani ortus*, *Huc repetis*.

EXSPECTATE SOLO LAVRENTI) Dat affectum etiam locis, vt, *Ipse te Tityre pinus, Ipsite fontes, ipsa hæc arbuta vocabant.* Olim te sperabat Italia, tenet præsentem, optatis amplexibus fouet. Hæc dicendo, magnam spem futuri temporis pollicetur. Addit alia, vt animū æstuantis, maioris securitatis sponfione confirmet. **Hæcenus fermè, Seruius & Donatus.**

TUMOR OMNIS, ET IRÆ) sic Græcis *ὀδύνη* turgere est, tumere, irasci, *ὑπερηφανία* superbire, & *ὀϊσμός* pro ferocia, ira, & animi interdum elatione accipitur. *Atibi, tumida ex ira tum corda resident.* German.* *Adde, lib. 9.* tumidus; nouo præcordia regno. *Et lib. 10.* tumidusq; seculando Marte ruat. *Hu locu non ira, sed superbia tumida, & inflata intelliguntur.*

CONCESSERE DEÛM) Aliqua hemistichia in Virgilio tam sunt imminuta sensu, quàm verbis. Vt ecce hoc loco. Namq; non possumus intelligere, quieuisse omnem tumorem, & iram deorum, cum & adhuc inimica sit Iuno, & ad Troianorum perniciem addantur aliqua alia numina, vt Furiz, & Iuturna. Vnde quidam

mirè concludit hunc versum dicens, *Concessere deum profugis noua moenia Teucris*. Quod si ita acceperimus, vt dicat, Teucros constituere nouam ciuitatem, nec ea numina, quæ sunt irata, vetare, nihil erit contrarium. Nam & ipsa Iuno hoc dicit,

*Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,
Atque immota manes fatis Lauinia coniux.*

Hic autem sensus, etiamsi detrahas subauditionem, potest accipi à superioribus, vt sit: *umor omnis, & ira Concessere deum*, vt hic tibi sit certa domus, certiq; penates. Seruius.

NE VANA PVTES HÆC FINGERE SOMNVN)
Somnia fallaci ludunt semetaria nocte, est apud Tibul-
 Clum. Melancholici dicuntur à medicis esse *πολύθυμοι*,
 & *πολυφάσοι*, vt quidam, se non esse melancholicos,
 dolere minus debeant. Vide Rhodigin. lib. 27. cap. 16.
 de nonnullis, qui nunquam somniarunt. Nisi autem
 plurimum vanitatis inesset somnijs, nunquam volen-
 tes aliquid, vt inane, vanum, falsum *ἀδύνατον*, reijcere,
 diceremus esse somnium, & somniare, qui huiusmodi
 in sermonem iniiciunt. ♣

LITTORIS INGENS) Hic, & qui deinceps sequuntur versus tres, positi sunt 3. *Æneid.* in responso Heleni vatis: quod vt confirmetur, eius oraculum istidem verbis repetitur. *Οἰμειζὸν* Virgilius in hoc etiam, vt ad verbum versus suos alibi iteret: veruntamen non aded multos, & interdum cum aliqua immutatione, & varietate, q̃ tu ipse deprehendes facile, si obserues. ✠

TRIGINTA CAP. POSTVS) Hoc miraculo tribuitur
Qq* 2 alioqu

alioqui tot pariunt catulos, seu parere possunt, quot habent papillas: non autem habent 30. Quærit Plutarch. de causis natural. cap. 21. quare cicures suæ, seu domestici sæpius pariant in anno, sylvaricæ semel tantum, & eodẽ fere tempore semper, appropinquante æstate videlicet. Vide ibid. rationes. Nomen *caput* pro toto animali sæpe dicitur, siue homo, siue bestia fuerit. *Æneid.* 4. *Mepuer Ascanius, capitisq; iniuria chari.* Cic. Philipp. 11. Nam duo hæc capita (Antonius, & Dolabella) nata sunt post homines natos teterrimas, & spurcissimas. *Æneid.* 5. *Bina bonum vobis Troia generat: Aestes Dat numero capita in naues.* Lepidũ caput Terentio, est lepidus homo. Plaut. Mostell. *Triginta minas pro tuo capite dedi.* Inde sunt illa apud poetas, dulce, dilectum, audax, inuisum, ingratum, impium caput. ✽

REDEYNTIBVS ANNIS) Horat. sat. 2. lib. 2. *Sine diem*

A festum rediens aduexerit annus. Lucr. lib. 1. *Quin etiã multis solis redeuntibus annis.* Exprimatur vis græci nominis *ἐνιαυτός*, quod annũ significat. Dicitur annus, quod in se ipsum redit, tanquam circulus quidam. Eandem sententiam habes L. *Æneid.* *Triginta magnos voluendis mensibus orbes Imperio explebit, &c.*

CLARI COGNOM. ALBAM) clari nominis. nam cognomen sæpius pro nomine dicunt poete. *Æneid.* 1. *At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo, Additur.* Non est sensus, puerũ hunc iam vocari Ascanium Iulum: sed qui nominabatur Ascanius, nunc nominari Iulum. Ibid. *Est locus, Hesperia Graij cognomine dicunt.* Alba igitur nomen est, quæ cur longa diceretur, alibi expositũ. Quid ni verò clara, quæ tot reges habuit, tot oppidis imperitauit, quæ etiã Romulum, & Remum, adeoq; Romam peperit? ✽

- Nuncqua ratione, quod instat,
- 50 Expedias victor, PAVCIS, ADVERTE, DOCEBO.
Arcades his oris (genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti)
Delegere locum, & posuere in montibus urbem,
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.
- 55 Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.
Hos castris adhibe socios, & foedera iunge.
Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam,
Aduersum remis superes subuectus ut amnem.
Surge agere nate Dea: primisq; cadentibus astris
- 60 Iunoni fer ritè preces, IRAMQUE, MINASQUE
SUPPLICIBVS SUPERA VOTIS, mihi victor honorem
Perfolues: ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pingua culta secantem,
Ceruleus Tiberis, cælo gratissimus amnis.
- 65 Hic mihi magna domus celsis caput urbibus exit.
Dixit, deinde lacu fluuius se condidit alto,
Ima petens.

NUNC QUA RATIONE QVOD INSTAT) Iuno Veneri lib. 4. *Æneid.* *nunc qua ratione quod instat Conferri possit, &c.*

EXPEDIAS) Expedire non semper est conducere, prodesse, vtilitatem habere: sæpe etiam rem conficere, effectum dare aliquid, ut hoc ipso loco. Terent. verbo expedire. Cic. 2. Off. quos & futura prospicere credimus, & cum res agatur, in discrimenq; ventum sit, expedire rem, & consilium ex tempore capere posse.

ADVERTE) Apud Comicos, *aduertere animum.* Dicunt etiam Latini, aduertere mentem, aures, oculos.

ARCADES HIS ORIS) De eadem re Pausanias in Arcadicis. Euandrum narrant Nympha Ladonis filia, & Mercurio genitum, consilio, & bellica virtute Arcadas ceteros antecelluisse: hunc à Pallantio in coloniã missum, deducta in locum Tiberi proximũ. Arcadum manu, oppidum condidisse, quod urbis Romæ postea pars fuit: appellatum vero de Arcadici oppidi nomine ab ipso Euandro, & inquilinorum comitatu Pallantium, quod nomen consecuta ætas, litteris duabus submotis, mutauit.

GENVS À PALLANTE PROPECTVM) profectum (ad has oras intellige) genus à Pallante, non, à Pallante profectum.

IN MONTIBVS) in colliculis illis minoribus.

PALLANTIS PROAVI DE NOM.) Confundit nomina, ut plerumq; solet: nam auus fuit: sicut & illud dixit, *Iuco tum forte parentis Pilemni Turnus sacra valle sedebat.* Et alibi, *Pilemnuq; illi quartus pater.*

BELLVM ASSIDVÆ. D. CVM GENT. LAT.) Bene præstandorum auxiliorũ exprimit causam, ne magis Turno, quasi Græco fauere credantur.

ET RECTO FLVMINE DVCAM) Recto fluminis itinere. Et sic dicitur, ut, *Tunc se ad Caieta recto fert litore portum:* hoc est, à litore non recedens. Vel, recto flumine, id est, edomito, frænato, & in tranquillitatem redacto, quod etiam fecit, ut, *Mitis ut in marem stagni, placidaq; paludis,* ut sit, recto, præteriti temporis participium. Hæc, & proximè superiora Seruius.

PRIMISQVE CADENT. ASTRIS) cum primum astra occidunt, sub matutinum tempus. 2. *Æneid.* *suadentiq; cadentia sidera semnos.*

IYNONI

IVNONI PER RITE PRECES) Helenus in A. 22. lib. 1. vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes. Et alia non minus suavis translatione Ode 31. eiusdem lib.

*Iunonis magna primum prece numen adora,
Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem.
Supplicibus supera donis.*

MIHI VICTOR HON. PERSOL. EGO SVM PLEN.) Quis senferis beneficia mea, quum latus de effectibus fueris, tunc mihi repræsentabis, quæ meror ob hanc causam. Sed oportuit Æneam euidentius nosse, quis ille esset, ut sciret, cui per tanta beneficia factus esset obnoxius: sub qua occasione & deum aduerteret monitorem, & fideret, quod per eius amnem ad optata auxilia posset peruenire. *Ego sum*, inquit, *pleno*, quem flumine cernis *Stringentem ripas*, &c. Non arroganter tetigit laudes suas, sed necessariò: debuit enim Æneas multifario modo, quis ille esset consiliorum bonorum commodissimus demonstrator, euidenter attendere: ut considerato auctore dictorum, fideret vera esse quæ audierat, atque à vatibus senferat. Donatus.

STRINGENT. RIP. ET PINGVIA CVLT. SECANT.) Non parum, neque insuauiter mulcetur auditus, numeri; ipsi condiuntur, ubi ultimæ versuum dictiones, itemq; primi, secundi, & tertij, & quarti loci inuicem consonant in ultimis syllabis, ut hoc loco, &

*Venerat, extinctam, ferroq; extrema sequutam.
Vix adeo agnouit pausantem, & dira tegentem.
Longarum hac meta viarum.
Ad terram misere, aut ignibus agra dedere.
Vincla recusantem, & sera sub nocte rudentem,
Ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.*

Iouian. in Actio. * *Lepida metaphora stringentem. Horat. Ode*

Non tura, quæ Liris quæta
Mordet aqua taciturnus amnis.

Lucrat. lib. 5. & ripas radentia flumina radunt. Tarentini autem ait Politian. cap. 58. à loco ipso, quæ Tarentum ab id vocatur, aut quod ara ibi Dis patri in terra occultaretur, aut quod ripam Tiberis fluminis eo loco teneret, ex quo etiam Rumon dictus à Veteribus, & in sacris Serra nominatus, quod ruminaret, hoc est, exaderet, & secaret ripas. Vnde Maro, Stringentem ripas, & pingua culta secantem.

CELSIS CAPVT VRBIBVS) Qui putant caput, fluij esse principium, & originem fluij, errant, & male hunc locum explicant. Per caput enim Roma significatur. Hoc autem modo versus exponendus est. *Hic*, id est, non longè ab exitu meo, & ostio, quo in mare ingredior, magna domus mihi exit, id est, oriri incipit. *Celsis caput urbibus*, id est, quæ futura est aliarum magnarum urbium caput, & princeps. Quod autem illi exijs, quæ paulò post sequuntur, sententiam suam confirmari dicunt, *Quotecunq; lacus miserantem incommoda nostra*, &c. nihil dicunt. Nā planè, & perspicuè his verbis fons fluij significatur: quis neget? sed cum supra dicat, *Hic mihi magna domus*. &c. certum locum indicat Tiberis fluius, ubi domus sua futura sit, & caput urbium. Æneas autem, dum ita loquitur, *Quotecunq; lacus*, &c. incertum sibi esse significat, ubi sit origo Tiberis. Præterea, cum Æneas longissimè abesset ab origine, & fonte Tiberis, non possunt illa verba, *Hic mihi magna domus*, de fonte fluij intelligi, utpote quæ locum propinquum indicant. Lamb. in Oden. 1. lib. 1. Refutat autem supresso nomine Turnebum, cuius vide cap. 40. lib. 24.

----- nox Æneam, somnusq; reliquit.

Surgit, & ætherij spectans orientia solis
Lumina, ritè cauis vndam de flumine palmis

70 Sustulit, AC TALES EFFVDIT AD ÆTHERA VOCES.

Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnibus vnde est:

Tuq; ô Tibri tuo genitor cum flumine sancto,

Accipite Ænean, & tandem arcete periclis.

Quotecunq; lacus miserantem incommoda nostra

75 Fonte tenet, quocunq; solo pulcherrimus exis,

SEMPER HONORE MEO, SEMPER CELEBRABERE DONIS,

Corniger Hesperidum fluius regnator aquarum:

Adsis ô tandem, & propius tua numina firmes.

Sic memorat: geminasq; legit de classe biremes,

80 Remigioq; aptat: socios simul instruit armis.

Ecce autem subitum, atq; oculis mirabile monstrum:

Candida per syluam cum foetu concolor albo

Procubuit, viridiq; in littore conspicitur fus.

Quam pius Æneas tibi enim, tibi maxima Iuno

85 Maëtat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.

NOX ÆN. SOM. RELIQ.) Opinor Virgil. re-dixit. Eundem dixit fuisse finem noctis, & somni, quem dormiebat Æneas. Enim contra, Pandite sulti genas, & corde relinquit somnum.

ÆTHERII SPECTANS OR. SOLIS LVM.) Conuersus ad orientem solem. Sic lib. 12. *Illi ad surgentem conuersi*

Q9* 3

conuersi lumina solem. Etiam Christianis sollempne fuerit, ad orientem conuersos, deo supplicare, cuius rei certa est, & pia ratio, quam alibi indicauimus. ✽

CAVIS VNDAM DE FLVM. PALMIS) Qui dijs vota facturi sunt, casti esse debent: unde est illud Cic. 2. de Leg. ad diuos caste aduenito. Cum igitur multis non modò cupiditatum illecebris, sed etiam solo somno nox polluat, ad deos accessuri noctem flumine purgabant, ut ait Persius Sat. 2. id est, nocturnos somnos, nocturnas ve libidines, & cupiditates. Sic Aristoph. in Batrachis. *ὅς ἐν δεινὸν ὄνειρον ἀπολύσω*, ut diuinum somnum abluam. Propert. in natali Cynthiæ, lib. 3. *Ac primum puera somnum tibi discute lymphæ.* Vide Rhodigin. lib. 27. cap. 6.

Non sacrificaturi modò, sed precaturi etiam, manius abluebant prius. Marius apud Plut. *νιψάμενοι τὰς χεῖρας, καὶ περὶ τὸν οὐρανὸν ἀνασχόν.* Horat. Sat. 3. lib. 2. *circum compita secus Lautis mane senex manibus currebat.* Hæc verba eodem refert vetus interpretes, & idcirco dixisse ait, lautit manibus, quia solebant deos precaturi manus, & pedes abluere. Et Ouid. 4. Fast. Claudiam precaturam, puram fluminis aquam manibus hausisse narrat. Brissionius Formular. Rom. lib. 1. * *Quod narrat poeta, Æneam causi manibus vndam hausisse de flumine, reducit in memoriam factum Diogeni Cynici. Scribit Laertius, cū vidisset aliquando puerum ex caua manu aquam bibisse, cotylam ex pera producam continuo abiecit dicentem, puer me frugalitate superauit, seu tenuitate, & parsimonia vici.*

NYMPHÆ, LAVRENTES NYMPHÆ) Distinguendum, ut generalitatem sequatur specialitas: ut Georg. 4. *Mater, Cyrene mater.*

GENVS AMNIBVS VNDE EST) Hypallage, pro, Nymphæ quæ ab amnibus genus habetis.

TVQ. O TIBRI TVO) Ennius lib. 1. *Tegæ pater Tiberine tuo cum flumine sancto.*

ÆNEAM ARCETE PERICLIS) Hypall. pro, ab Ænea arcete pericula.

QVO TE CUNQUE LACVS) Quo te cumq; bis accipiendum est, ut sit: quo te cunque lacu tenes, & quocunque fonte contineris: sed horum alterum ad eius originem pertinet, alterum ad exitum. Siue, inquit, ad originem tuam venero, siue te in alijs locis constitutū exeuntem reperero, vel conditum lacu, celebrabo te donis semper, & semper honorabo muneribus. Semper duplicatum, plenam præstitorum memoriam significat. Fons, & lacus non sunt eadem. Fons est, ubi est aquæ initium: lacus, ubi fontis aqua colligitur. Hoc ergo numini sponder. Vbicunque te inuenero, siue ex fonte nascentem, siue in stagno collectum, siue fluentem per liberos exitus, venerabor te pro meritis tuis, & semper offeram vota. Donatus.

CORNIGER FLVIVS) Ex eo dicitur corniger, vel quod se fluuij in brachia, vel partes, vel ostia, quæ cornua vocantur, diuidant, ut *Rhenusq; bicornis*: vel ob mugitum, quod è quæstionibus Aristotelis discimus, in quibus quæritur, *ἂν τὶ ἐν τοῖς ἔλασι τοῖς περὶ τοὺς ποταμούς γίνονται οἱ ἐλάμνοι βύμυχοι, ὥς μυθολογῶσι ταύρους ἰσὺς εἶναι δει.* Turneb. 24. cap. 40.

Fluuios ipsos cornigeros, vel ταυροκέρους, hoc est, tauricipites, & taurituos, ut luculentam apud Græcos locutionem interpretemur, passim effingunt. Sic & Ouid. Metam. *Et gemma auratum taurino cornua vulsu.* Sic tauriformis Ausfidus Horatio. Sic Eurotas apud Lacedæmonios, Cephissus apud Argiuos, Aſopus apud Sicyonios, & Phlissus, quem tamen Athenienses hu-

mana facie figurabant, cornibus tantum à frontē prominentibus: siue propter mugitum, quem ciere flumina instar taurorum videntur, & taurorum instar atrociora sunt, ut Festus ait: siue quod cornua fluminibus, à flexuosis eorum lapsibus tribuntur. Pierius lib. 3.

PROPIVS TVA NVM. FIRMES) familiarius, ut, & *propius res aspice nostras*, aut citius. Cic. in Verr. Nec quidquam ppius est factū. Et hoc est melius, nā & statim est porca conspecta, & Æneas nō dubitat de fide oraculi, sed exposcit celeritatem. *Tua numina*, tua oracula, & promissa. Seruius. Adde propter locutionis affinitatem illud de 2. Æneid. *Da deinde auxiliū pater, atq; hac omnia firma.*

B GEMINAS BIREMES) Ad postera retulit tempora: nā Æneæ ætate nondum biremes, vel triremes erant. Turneb. lib. 24. cap. 40.

SOCIOS SIMVL INSTRVIT ARMIS) Socios appellat classarios istos, seu epibatas. Quamquam alicubi & remiges. *nunc nunc insurgite remis Hæclorei socij.*

IN LITTORE CONSPICITVR SVS) Pudet referre, quā pueriliter vel antiquis Grammaticis, vitia pro virtutibus blandiantur, rursusque istis virtutes vitij instar, summūque artificium, summam habere negligentiam videatur. Nam & Seruius super hoc versu, censura quadam superciliosa vsura monosyllabi verbi nobis in fine carminis interdicit, aut præscribit potius, his verbis. Sciendum tamen est, hoc esse vitiosum, monosyllabo finiri versum, nisi fortè ipso monosyllabo animalia minora explicentur, ut, *Pasturium montes, nascetur ridiculus mus.* Gratiores enim sunt isti versus secundū Lucilium. Sed enim lex ista Seruiana à Virgilio neglecta est: quippe qui trecentos, & eo plures versus stabilimento hoc soni monosyllabi firmavit. Nam non modò cum animal monosyllabum ponendum fuit, id in fine carminis semper collocauit, sed alias etiā plerumq; orationis partes. Lege reliqua apud Nicol. Erythrum in prolegom. Virgil. & insuper vide responsum, seu refutationem Seruij apud Scalig. Poet. lib. 4. cap. 48.

TIBI MAXIMA IVNO) Tibi enim tibi, vacat enim, & ex iteratione crescit augmentum. Terent. *O Myfis, Myfis.* Seruius.

Maxima Iuno quæ sit, quæritur. Ego reginam intelligi puto, ad discrimen aliarum, ut Iunonis infernæ, quæ Proserpina est, & Iunonum, quas mulieres sibi adoptabant, ut Genij in viris appellabantur. Turneb. lib. 24. cap. 40.

CVM GREGE SISTIT AD ARAM) Confecta sus dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. Talis igitur ista cum 30. porculis suis mactata ab Ænea. In hoc versu est *ὅς ἐστιν ὁ πρῶτος*, primum enim cū grege sistit ad aram, & sic mactat.

SACRA FERENS) sacrificans. Lib. 3. Æneid. *Iunoni fer sacra libens.* Aliam vim habet hic sermo 2. Georg. *Equarum.* (Mularum) *sacra fero.* Ibi enim se eorum esse sacerdotem dicit, quod planis verbis Horatius Ode 1. lib. 3.

— carmina non prius
Audita, Mularum sacerdos
Virginibus, puerisq; cuncto.

Sic lib. 6. de Numa Pompilio. *Quis procul ille autem ramis insignis olivæ, Sacra ferens:* quasi de sacerdote dictū. sacerdotum est sacra portare, & sacra dare, seu facere, quod ille quodammodo præstitit, qui tot caeremonias, & religiones instituit. Non longe infra, honorem ferre, pro sacra ferre, dixit. ✽

Tibris ea fluuium, quàm longa est, nocte tumentem
Lenijt, & tacita refluens ita substitit vnda,
Mitis vt in morem stagni, placidæq; paludis
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset.

90 ERGO ITER INCEPTVM CELERANT rimore secundo.

Labitur vncta vadis abies: mirantur & vnda,
Miratur nemus insuetum fulgentia longè
Scuta virum fluuiio, pictasq; innare carinas.
Olli remigio noctemq; diemq; fatigant,

95 Et longos superant flexus, varijsq; teguntur
Arboribus, viridesq; secant placido æquore syluas.

SOL MEDIVM CÆLI CONSCENDERAT IGNEVS ORBEM,

Cùm muros, arcemq; procul, & rara domorum

Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cælo

100 Æquauit: tum res inopes Euandrus habebat.

Ocyus aduertunt proras, vrbiq; propinquant.

TIBRIS EA FLVIVM) Tibris ea nocte, quam longæ ea fuit, in flumine leniendo fuit occupatus: hoc est, aquam vorticibus abundantem fluminis sui. Vt tanta eius esset placiditas, vt nec sonitum mitteret, & remotis tumoribus præberet faciem stagni, ac tranquillæ paludis. Donat.

REMO VT LVCTAMEN ABESSET) Lib. 7. *Et in lento luctantur marmore tonse.*

REFLVENS VNDA) Velut in alueum suum recurrens, vt Æneas contra vndas pergens, descendens celeritate propemodum vteretur. Seruius.

STERNERET ÆQVOR AQVIS) Sternendo aquas, faceret æquor, id est, æqualitatem, seu vndam æquabilem, æquor siquidem ab æqualitate, vt volunt Grammatici. Lib. 5. *placidi strauerunt æquora venti.* Horat. Ode 9. lib. 1.

Permitte diuis cætera: qui simul

Stranere ventos æquore feruido

Depræliantes, &c.

ITER CELERANT RVMORE SECVNDV) Existimo Maronem dicere, Troianos lenitate fluminis, & monstro albæ scrophæ exhilaratos, lætis, & secundis omnibus, & acclamationibus iter inceptum vrgere. Rumorem enim sic vocat hic, & omina significat: vt apud veterem poetam, *Soluere imperat secundo rumore, aduersaq; naui.* Donatus interpretatur, prospero aquarum murmure. Giffanius *secundo rumore* apud antiquum illum poetam, ac proinde etiam hic apud Virgilium valere putat, secundo flumine, quia Græcis *ῥῆς* est ipse aquæ fluctus, aut fluor.

LABITVR VNCTA VADIS ABIES) Ennius Annal. 8. *Labitur vncta trabes remis rustrata per altum.* idem. *Labitur vncta carina per æquora cana celocis.* Noster lib. 4. *nata vncta carina.*

MIRANTVR ET VNDAE, MIR. NEM.) Nil hac figura vltatius apud poetas, tribuere videlicet sensum reivacanti sensibus. *μεγαντοροία* dicitur.

PICTASQVE INNARE CARINAS) Ab Homero *μικτοῦρνος* Iliad. 2. & Odyss. 1. *ποικιλοῦρνος* naues dicuntur.

NOCTEMQVE DIEMQVE FATIGANT) pro, ipsi nocte, & die fatigantur. Ostendit quanto spatio temporis peruenisse viderentur. Nocte vna, inquit, & die remis fuerunt intenti, & transierunt longos fluminis flexus.

SECANT PLACIDO ÆQ. SYL.) secant placidum aquis amnem Tiberim, per syluam, seu nemus labentē.

SOL MEDIVM CÆLI) Odyss. 1. *ἡλίου μέσον ὕδατος* periphraasis meridiei.

QVÆ NVNC ROMANA POTENT. CÆLO) Et hoc Æneæ virtutibus applicatur: felicitati enim Romanæ ipse initium dedit, vt ex humili, & parua fieret maior, & perueniret culmen eius ad cælum. Donatus. * *Infra non dispar est locus.*

Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit, Aurca nunc, olim syluestribus horrida dumis.

Ceterum de magnificentia adificiorum Romanorum, unde Maronem locum magnum lumen capiat, lege Plin. lib. 36. cap. 15. ab his verbis. Verum Et ad nostra Urbis miracula transire conueniat, nongentorumq; annorum dociles scrutari vires, & sic quoq; terrarum orbem videri ostendere: quod accidisse toties pane, quot referuntur miracula, apparebit. Vniuersitate verè accerta, & in quendam genus cumulum coniecta, non alia magnitudo exurgeret, quam si mundum alius quidā in vno loco narretur, &c. Lege & Lipsii Admiranda.

TVM RES INOPES EVAND. HABEBAT) Infra etiam, *pauperq; senatus.* Licet hic quærere, an ob paupertatem minuat, seu perdatur nobilitas. De qua quæstione videto Tiraquell. de Nobilitate cap. 25. Veruntamen ita est prorsus, vt in Prouerbijs dixit Salomon. Prouerb. cap. 14. In multitudine populi, dignitas regis: & in paucitate plebis, ignominia Principis.

Forrè die sollemnem illo rex Arcas honorem

Amphitryoniadæ magno, diuisq; ferebat

Ante urbem in luco: Pallas huic filius vnà,

105 Vnà omnes iuuenum primi, pauperq; senarus

Thura dabant: tepidusq; cruor fumabat ad aras.

Vt cellas vidererates, atq; inter opacum

Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis:

Ter-

Terrentur visu subito: cunctiq; relictis

110 Confurgunt mensis: audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat, raptoq; volat telo obuius ipse:
Et procul è tumulto, Iuuenes, quæ cæussa subegit
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.
Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma?

115 Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta,
(Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ)
Troiugenas, ac tela vides inimica Latinis,
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus: fertè hæc, & dicite, lectos

120 Dardaniæ venisse duces, socia arma rogantes.
Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas:
Egredere ô quicumq; es, ait, coramq; parentem
Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.

ACCEPITQVE MANV, DEXTRAMQVE AMPLEXVS INHÆSIT

125 Progressi subeunt luco, fluuiumq; relinquunt.

FORTE DIE SOLLEM. ILLO) Occasio ad narratione-
nis historicæ telam de Hercule, de eius rebus gestis, &
origine sollemnium sacrorû, quibus interuenit Æneas.
Montfort.

Homeri imitatione, qui Odyss. 7. inducit Tele-
machum interuenientem Nestoris sacrificio, & epulo:
vbi dat Homerus pæne similes partes Pisistrato Nesto-
ris filio, quas hic Pallas Euandri filius sustinet. German.
Erb' ägg. 1650p. 150, &c.

AMPHITRYONIADÆ MAGNO) Cur Amphitryoni-
adæ, & diuis, cum & Hercules è diuis? Consueue-
runt poetæ aliquando *κατ' ἐξοχήν* seorsim nominare, qui
tamen reliquorum, quos nominant, ordine, ac nume-
ro includuntur: idque tam in reprehensione, quam in
laude. Hoc nunc Herculi facit Maro: quod Ioui Ari-
stophanes in Pluro. Horat. de Mercurio Ode 10. lib. 1.
Te canam magni Iouis, & deorum Nuntium. Vir-
gil. 1. Æneid. *Troas reliquias Danaum, atque immixta
Achilli.* Homer. 5 Iliad. *ζῶς ἐπὶ ἢ τρώας τε καὶ ἑλλήας
ἑνωτὶ πλάσσει.* In sacro Euangelio, Dicite discipulis
eius, & Petro. 24

PAUPERQVE SENATVS) Cui nondum erat census
senatorius, de quo Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 11.

THYRA DABANT) Vfus verbi *dare* multus est in
sacris, nec solum exta dicuntur dari, verum etiam thus,
& vinum. Cato de re rust. cap. 134. Postea Cereri exta,
& vinum dato. Varro lib. 1. de re rust. cap. 29. Exta dijs
cum dabant. Plura testimonia Briffon. Formular. lib. 1.
pag. 25.

TACITIS INCVMB. REMIS) pro, ipsos tacitos,
ἀνὴρ καλεῖσθαι: nam celestina, nauticus est clamor ad
hortandum, vt, *nunc nunc insurgite remis Hæctori socij.*
Seruius.

QVOS RVMP. PALLAS SACRA VETAT) Ne in-
terruptione sacrificij piaculum committeretur. Plura
hic Seruius, à quo sumpsit German. cuius verba tibi
recitabo. Alludit Maro ad religionem, ritusque Roma-
norum, quibus piacularare erat, sacra, sacrificia, ladosue
dijs institutos, aut cæptos vlla interuentus occasione
interrumpere. Vnde & locum prouerbio factum con-
stat, *salua res est, saltat senex*: qui quidem pontificalis
iuris gnarus, cæteris ad arma, scena deserta, cœcurrenti-

bus, & ingruentivirbi Annibali occurrentibus, piacu-
lum continuata saltatione procurauit, & anteuertit:
quam superstitionem sapit & illud suprà de Heleno,

*Ne qua inter sanctos ignis in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & omina turbes.*

ET PROCVL È TUMVLO) Prima cautela, quod
obuius volans gladium corripuit. Altera, quod in tu-
mulo constitit, vt aliquanto ab his remotus esset, & il-
lis altior, quos habuit in re incerta suspectos. Donatus.

QVÆ CAVSSA SVBEGIT) Succincta, & plena in-
terrogatio, cui per singula respondet Æneas. Homer.
Odyss. 6.

*Αὐτὰρ ἄγε μοι τόδῃ εἰπὲ, καὶ ἀτρεκέως καλέαλεξον,
τίς; πῶθεν εἰς ἀνδράν; πόθι τοι πῶλιν, ἦ δὲ τοκῆς,
ὅττινός δ' ὅτι νῦν ἀφίκαιο;*

QVI GENVS? VNDE DOMO?) Horat. epist. 7. lib. 1.
vnde domo quis, Cuius fortuna? Sueton. Vitellio, cap. 2.
Cæterum P. Vitellius domo Nuceria. Seneca in Con-
solar. ad Heluiam. Iube omnes istos ad nomen citari,
& vnde domo quisque sit, quære. Adde Propert. lib. 2.
Qualis, & vnde domo, qui sint mihi, Tulle, penates.

PACIFERÆQVE MANV RAMVM) Ne moram fa-
ceret in respondendo. Pacificum oleæ hieroglyphi-
cū est, & ab ipso fere mundi noui primordio, inelle oleæ
pacificationis vim nobis demonstratum est, per colum-
bam ex arca Noe emissam, quæ rediens vesperi, ad eum
virentibus folijs oliuæ ramum retulit. Et cum ferrum,
ferriq; vsus bello in primis inferuiat, & symbolicè pro
bello ponatur, tanta tamen inest in oleo vis, vt id emol-
liat, & ad ferendi vsus ineptum, ac inutile reddat: si-
quidem fabri, qui ferrum lentescere ac emolliri volunt,
candefactum id oleo intingere consueverunt. Pierius.
lib. 53.

TELA VID. INIMICA LAT.) Bona conciliatio:
nam audierat de Arcadibus, *Hæc bellum assidue ducunt
cum gente Latina.*

QVOS ILLI PROFVGOS) sicut & vos: & mouet
conciliationem etiam ex similitudine fortunæ. Dum
dicit *profugos*, ostendit illos duos, & immixtos. Id ipsum
clarius verbis sequentibus, *bello superbo.*

DICITE LECTOS DARD.) Et ad meritum eius
pertinet, qui fuerat rogandus, & ad terrorem, si con-
trarijs

trarijs votis exciperentur. Et extolli debet *Dardania*, A quod potuit, hospitium offert. Donat. quia loco laudis est positum. Donat.

TANTO NOMINE) Nam ut Dido ait, *quis Troia nesciat urbem*, &c. & *Æneas* Achari, *Qua regio in terris nostri non plena laboris?*

CORAMQVE PARENTEM ALLOQ.) Quod mihi dicis, coram refer patri meo. Seruauit summum iudicium & patri, & regi, ne ipse temere aliquid promitteret, aut negaret. Interea se filium regis demonstrat, &

DEXTRAMQVE AMPLEXVS INHÆSIT) Hæc enim fœdera fuerunt, seu nota fœderis apud antiquos. Stat. lib. 1. Thebaid. *jam pariter coeunt animorum in pignora dextra.*

SVBEVNT LVCO FLVVIVMQVE REL.) Hypallage in sensu. Nam primum est, fluvium relinquere, demum lucum subire.

- Tum regem Æneas dictis affatur amicis.
Optime Graiugenûm, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætere ramos:
Non equidem extimui, Danaûm quod ductor, & Arcas,
130 Quodq; à stirpe fores geminis coniunctus Atridis:
Sed mea me virtus, & sancta oracula diuûm,
Cognatîq; patres, tua terris didita fama
Coniungere tibi, & fatis egere volentem.
Dardanus, Iliacæ primus pater vrbs, & auctor,
135 Electra (vt Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduchitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
140 At Maiam (AVDITIS SI QVICQVAM CREDIMVS) Atlas,
Idem Atlas generat, cæli qui sidera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.
His fretus, non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi: me, me ipse, meumq;
145 Obieci caput, & supplex ad limina veni.
Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello
Insequitur: nos si pellant, nihil abfore credunt,
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant:
Et mare, quod suprâ, teneant, quodq; alluit infrâ.
150 ACCIPE, DAQVE FIDEM. sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuventus.

OPTIME GRAIUGENV) Quantum ad Æ. B pacem petendam Genirem, later, te mihi potissimum datum, à quo peterem.
neam pertinet, Græci neque boni, neq; meliores sunt. Ergo optime Graiugenûm superlativus est pro positivo: nam optimus malorum non possumus dicere: superlativus enim suo tantum iungitur generi. Sic ergo dixit, vt Homer. *δυναίολος καὶ λαῖπρον*, iustissimus Centaurorum, pro, iustus: quum Centauri fuerint crudeles, & impij. Seruius. * *Sed Castor, tumen per leporem dixit.* O furum optime balneariorum, id est, furum furacissime, & tanquam regula. Et alicubi Martialis, optimus malorum, quale Germanicum ein Ertzdieb, ein Ertzbohswicht.

CVI ME FORTVNA PRECARI) Antiquum est, nam modò, quem precari dicimus. Terent. *Credo, qui mihi sic orat.* Item, *facite ut vobis decet.* Sallust. locum editiorem, quam victoribus decebat. Est græcum, *ὑποχρεῖται ἀνιδρω.* * *Quod attinet ad sententiam, non admodum dissentit principum orationis, quam ad Scipionem apud Carthaginem Annibal habet. Sic enim Livius lib. 10. secundo belli Punici. Si hoc ita fato datum erat, ut qui primum bellum insuli populo Romano, quicq; toties prope in manibus victoriam habui, nunc vltro ad*

ET VITTA COMPT. VOLVIT PRÆTEND.) *κλάδους ἱκασίους*, & *ἰσὴν ἐμμάλα* innuit, sæpe Euripidi memorat. Sic & Tacit. lib. 17. Cum haud ignari discriminis sui Viennenses, velamenta, & infulas præferentes, ubi agmen inceserat, arma, genua, vestigia prehensando, flexere multum animos: erant quippe pacis flagitatz ea insignia. German.

Ramus oleæ, lauriue lana circumuolutus, manibus legatorum supplicantium gestari solitus erat. Probus in Pausan. Id postquam Lacedæmonij rescuerunt, legatos ad eos cum lana miserunt. Quod hieroglyphicum Seruius ad imbecillitatem significandam institutum putat, nam qui precantur, & supplicant, suam arguunt imbecillitatem, & oues alieno semper auxilio egent. Pierius lib. 53.

NON EQUIDEM TIMVI DAN. QVOD DVCT.) Duo videtur Æneas timere debuisse in adcundo Euanthro,
Rr*

dro, quorum tamen timorem, & virtus ipsius, & ora-
cula excluderunt. Primum quod Euander esset rex, ac
proinde copijs, & opibus potens: rex autem Græcus
inter Græcos, quippe Arcadas, & ita inter hostes Trō-
ianorum, omnes enim Græci eorum hostes. Alterum,
quod cognatione iunctus Menelao, & Agamemnoni
summjs Principibus Græcorum, quos offendere debe-
re in adiuuando Troiano nō videbatur. Cognationem
hanc, sunt qui sic explicant. Tantalus ex filia Atlantis
genitus, pater fuit Pelopis, Pelops Atrei, Atreus Aga-
memnonis, & Menelai. Maia alia Atlantis filia ex Ioue
genuit Mercurium, ex Mercurio, & Nicostrata Euan-
der. Hęc genealogia repugnat Virgilio, qui Mercurium
facit patrem Arcadum, vt Dardanum Troianorum, B
quem peperit Electra Atlantis æque filia, Maia soror.
Lege Seruium, qui plura super hac re, & diuersas opi-
niones notat. 34

SED MEA ME VIRTUS) Lucr. lib. 1. *Sed tua
me virtus tamen, & sperata voluptas.* Videtur hic heroi-
ca laude fretus Æneas virtutem ipse suam apud Euan-
drum sine inuidia protestari, quod falsum sibi nihil as-
sumit, parva tot exhaustis bellis, casibusq; gloria: tum
quod confidentia huiusmodi valere dicitur à Plutarcho
in lib. *περὶ τῆς ἀντιπρῆξ.* Recurre ad lib. 1. Æneid. ibi nam-
que aduersum, *Sum pius Æneas*, &c. de *πρῆξις* & *ἀντιπρῆξις*
quædam annotauimus. Accipè & Donati Symbolam.

Quum multa congereret Æneas, primam posuit
virtutem suam, secundum illud Terentij, *mibi spes om-
nis in me sita est.* Multum enim valet, qui non in aliena,
sed in sua virtute fiduciam ponit. Addidit hinc deorum
fauorem, qui interueniens, euentus bonos auxilio for-
tunæ conduplicat.

SANCTA ORACULA) Tiberini, vel Apoll. vel
Sibyllæ, dicentis, *via prima salutis, Quod minime veris,
Graia pandetur ab urbe.*

COGNATIQUE PATRES) Hoc nomen à græca
voce *συγγενῆς* natum asserit Paulus Iurecos. lib. singulari
de gradibus. Vlpianus lib. 46. ad edictum, vult ita ap-
pellari, aut quasi ex vno nati, aut secundum Labeonis
sententiam, quasi commune nascendi initium habue-
rint.

TVA TERRIS DIDITA FAMA) Non dubium
est, quin *terris* sit, per terras. Verbo *didere* vsus est & lib.
7. *Diditur hic subitò Troiana per agmina murmur.* Vide
ibi dicta ex Lambino. Tacitus Annal. 11. Didita per pro-
vincias fama, parate iter ad Germanicos exercitus. No-
tauit & Turneb. lib. 25. cap. 30.

FATIS EGERE VOLENT) Quod voluntatis
fuerat, egit necessitas fati.

DARDANVS ILIACÆ) Inducit expositionem,
& narrationem talem, qua Euandri se mōstret affinem:
quomodo supra dixit, *Cognatig, patres.*

VT GRÆII PERHIBENT) vt vestris continetur
litteris. Necessariò posuit, vt Euander homo Græcus
suis potius, quam Troianis testibus crederet. Summa
est, Troianos genus ducere à Dardano, Arcadas à Mer-
curio: illum Electræ, hunc Maiæ filiarum Atlantis fuisse
filios, ita esse vnus, eiusdemq; aui materni duarumque
sororum velut nepotes, & posteros hosce duos popu-
los, ac propterea arcta cognatione deuinctos. 35

ARTHERIOS HUMERO QVI) *Atlantis duri,
calum qui vertice fulcit*, lib. 4. Et lib. 6. *ubi califer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.* Et hic

Amox infra, *cali qui sidera tollit.*

VOBIS MERCURIVS PATER) Arnob. lib. 3. Mer-
curius etiam quasi quidā medicurius dictus est: & quod
inter loquentes duos media currat, & reciprocatur o-
ratio, nominis huius concinnata est æqualitas. Ergo si
hæc ita sunt, non est dei Mercurius nomen, sed sermo-
nis reciprocantis, & vocis, atque ita hoc pacto aboletur
& extinguitur caduceator ille Cyllenius in algido fufus
monte: verborū excogitator: nundinarum, mercium,
commerciorumq; commutator.

CYLLÈNES GELIDO VERT.) Inde Cyllenius.
Æneid. 4. *tali Cyllenius ore locutus.* Et pro stella Mercu-
rij, ignis Cyllenius 1. Georg. *Quos ignis calis Cyllenius er-
ret in orbes.* De nomine Mercurij Cyllenius, hoc modo
Festus. Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem
sermo sine manibus conficiat, quibus partibus qui ca-
rent *κωμοὶ* vocantur: ideoq; quadratum eum fingunt.
Alij volunt sic appellatum, quod in Cyllenia via sit nu-
tritus. Alij quod in monte Arcadiæ Cyllene. Alij quod
à Cyllene sit nympa educatus. Hęc ille. Sed inde di-
ctum, quod in monte Cyllene natus, verisimillimū est.

CONCEPTVM FVDIT) Fudit, cum de parientibus
dicitur, facilitatem, celeritatemq; partus significat.

NEQVE PRIMA PER ART. TENT. TVI PEP)
Credidit German. alluisse Maronem ad bolidum demis-
siones, aut specilla chirurgica, quibus artifices vulnera
explorant, aut etiam ad instrumenta, quibus putearij,
& aquileges terræ naturam periclitantur, ea figentes,
& depactis præacutis ferreis, ferrasue obeliscis, quali-
tates eius experiuntur. Tueri videtur hanc opinionem
verbum *pangere*, quod est *πυρρῆν* & *figere*: & senten-
tia ad rem satis accommodata: vt dicat Æneas, nulla se
πυρρῆν vti voluisse, antequam in colloquium ve-
niret cum Euandro, neq; vlla eius tentamenta *βαλάνους*
pepigiſſe, id est, nullis eum specillis defigere, hoc est,
explorare voluisse: sed sincere, & rectè eum aggredi.
Quamuis & sint, qui, pangere tentamenta, accipiant
pro componere, & struere, vt pangere versus, & vites.
Donatus ita: nec sententiam tuam aliqua artis callidita-
te elicui. Seruius, cum nullo pactus sum, vt te per artem
aliquam probarem.

GENS DAUNIA) Daunia Apulia appellatur, à
Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam, propter do-
mesticam seditionē excedens patria, occupauit. Festus.
Verum hic Rutuli accipiendi, quos Dauniam gentem
à Dauno Turni patre nominat.

NOS SI PELL. NIHIL AB. CREDVNT) Vide-
tur adumbrasse Thucydidium illud in concione Cor-
cyzæorum, lib. 1. *καὶ τὸς κορυθαίονες δυναμῖς παρ' αὐτοῖς,
καὶ ὑμῖν ἐχθρὸς ὄντας, καὶ περιελαμβάνοντας ὑμᾶς τῶν, ἐς τὴν
ὑμῶν ἐστὶν ἀντιπρῆξιν.* Notauit Vrsin.

ACCIPERE DAQVE FIDEM) Ennius lib. 1. *Accipe,
E daq; fidem, fœdusq; feri bene firmum.* Sic Græci *πίστιν δι-
δόναι, καὶ δέχεσθαι.*

REBUS SPECTATA IVENTVS) rebus aduersis,
quæ explorant virtutem, & viros arguunt: quas, qui
sufferre potest, ille demum bello censetur idoneus.
Bellum enim & durum, & durum. Iuuentus ætatu om-
nium firmissima est, à iuuando dicta quod tum ad por-
tanda arma, iuuandamq; rempub. sumus idonei. Di-
cuntur autem iuuenes ad annum quintum, aut sextum
supra quadragesimum. 36

Dixerat Æneas: ille os, oculosq; loquentis
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus.

TVNC

- TVNC SIC PAUCA REFERT. Vt te fortissime Teucrûm
 155 Accipio, agnoscoq; libens? vt verba parentis,
 Et vocem Anchisæ magni, vultumq; recordor?
 Nam memini Hesionem visentem regna sororis
 Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem
 Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.
- 160 TVM MIHI PRIMA GENAS VESTIBAT FLORE IUVENTA:
 Mirabarq; duces Teucros, mirabar & ipsum
 Laomedontiaden: sed cunctis altior ibat
 Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore
 COMPELLARE VIRVM, ET DEXTRÆ CONIVNGERE DEXTRAM.
- 165 Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
 Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq; sagittas
 Discedens, chlamydemq; auro dedit intertextam,
 Frænaq; bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas.
 Ergo & quam petitis, iuncta est mihi fœdere dextra:
- 170 ET LVX CVM PRIMVM TERRIS SE CRASTINA REDDET,
 AVXILIO LÆTOS DIMITTAM, OPÏBVSQVE IUVABO.
 Interea sacra hæc (quando huc venistis amici)
 Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes
 Nobiscum, & iam nunc sociorum assuescite mensis.

OS OCULOSQVE LOQ. ET TOTVM CORPVS) pater- A
 na in eo lineamenta recognoscebat.

TVNC SIC PAUCA REFERT) Pauca dici conueniebat, ne fabulæ longiores sollemnitati solitæ essent impedimento. Pauca ergo, id est, pauciora, quam dici potuerunt. Ita quidem Donat. At verò Seruius, *pauca refert*, non pauca, sed paucis, id est, breuiter. Hoc vult Seruius, multa eum dixisse, sed paucis.

VT VERBA PARENT. ET VOCEM, VULTVMQVE RECORD.) Nihil iucundius amicis, quàm amicos in voce, vultu, moribus filiorum contemplari, & recognoscere. Raguel, cum acciperet hospitio Tobiam iuniorem, nec sciret quis esset, intuens in eum, dicebat Annæ uxori suæ, Quam similis est iuuenis iste consobri-
 meo? Tobie cap. 7. Et Andromache lib. 3. Astyanactem suum videre sibi visa est, cum Ascanium Æneæ intueretur. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. 38

HESIONES VISENTEM REGNA SORORIS) Nam Hecules euerfa Troia Hesionem Laomedontis filiam, Priami sororem Telamoni Salaminis regi, comiti suo premium virtutis ergo dedit. Fecit itaq; iter per Arcadiam, & ab Euandro susceptus est hospitio. Habebat autem Priamus secum Anchisen, quæ tum ibi Euander cognouit, & diligere cœpit, atq; ab eo donis donatus est. 38

PROTINVS) Vno, eodemq; tempore, hoc est, dum pergit, vidit Arcadiam. Non possumus simul intelligere, cum Salamin insula sit, Arcadia in continenti. Seruius. Vno eodemq; siue continuato itinere.

ARCADIÆ GELIDOS FINES) propter plagam cæli frigidam, cui subiecta est.

MIHI PRIMA IUVEN. GENAS VESTIB) Lucr. lib. 5.

Tum demum pueris auro florente iuuentus

Incipit, & molli vestit lanugine malas.

Hinc vestis, pro pube. Lucr. in eod. supra, & *impubem molli pubescere veste, Et pariter mollem malis demittere barbam.* Vnde vesticeps, pubes, & inuesticeps, impubes.

Inuestis quoq; puer, imberbis Palladio. Lanuginem autem ipsam, quam florem Virgilius appellat, & Pacuuius, *Nunc primum opacat flore lanugo genas*, Lucretius mollem barbam, Lucilius barbulam primam nuncupauit. Vestibat dixit, pro vestiebat: veluti nutribat, polibat, lenibat, pro nutriebat, poliebat, leniebat. Propert. *Atq; huius pellis totos operibat amantes.* Catull. *Vellera virgati enstodibant calathifsci.* Terent. Eunuch. *Neq; scribat, neq; per atatem etiam potuerat.* Nam poetæ metri gratia plerumq; vocalem, e, abijciunt. Erythræus.

Quod ad genus loquendi, æquè venustum illud in 9. de Euryalo, *Ora puer prima signans in tonsa iuuenta.* Seneca Hippol. *Cum primum puras barba signaret genas.* Et Claudian. in Consular. Prob. & Olybrij.

*Ante genas dulces quam flos iuuenilis in umbros,
 Oraq; ridenti lanugine vestiat ætas.*

Lucan. in Panegy. ad Pisonem.

*Est, mihi crede, meus animus constansior annis,
 Quamvis nunc iuuenile decus mihi pingere malas
 Ceperit, & nondum vicesima venerit ætas.*

Ouid. de Acide 13. Metam.

*Pulcher, & octonis iterum natalibus ætis
 Signarat teneras dubia lanugine malas.*

Et Martial. lib. 2. *Cum tibi vernarent dubia lanugine mala.* Genas Ennius palpebras putat, cum dicit, hoc versu, *Pandite sulti genas, & corde relinquite somnum.* Et alibi, *imprimisq; genam gena,* de dormiente, vt Seruius iudicat. Alij eas partes putant genas dici, quæ sunt sub oculis. Præter hæc consule lib. 10. ibi, *Tu quoque flauentem prima lanugine malas Dum sequeris Clytium.* Ripas gramine vestitas dixit Columella. Plin. quæ pilo, inquit, vestiuntur, animal pariunt. Mirè dixit Prudent. lib. 2. in Symmach.

*Unde seges latè crinitis fluctuat agris,
 Densus & granidis se vestiat aquor aristis.*

Rr* 2

CUNCTIS

CUNCTIS ALTIOR IBAT ANCHISES) De Didone A lib. 1. *gradiensq; deus supereminet omnes*. De Turno hoc ipso lib. *& toto vertice supra est*. Imitatur Maro receptam inter mortales opinionem de heroibus, quos non solum animi dotibus, sed & corporis magnitudine, & prestantia homines superare ceteros, persuasit sibi iam olim boni, simpliciorisq; saculi sanctimonia, ut quæ ex illis insignibus, virtutibusq; imperia, magistratusq; decerneret, Indorum potissimum atque Æthiopum exemplo, qui proceritati corporis, liberalitatique, & dignitati vultus, regna deferre solerent. Hæc German. adducens ad probandum Aristot. locum è Polit. lib. 7. *οἱ μὲν τοῖσιν εἰς* Car., &c.

IUVENILI ARD. AMORE COMPELL.) Et cu- B riosi sunt adolescentes seu iuvenes, & amicitiarum cupidi. Lib. 2. *Obstupui: miroq; incensum pectus amore Compellare virum.*

PHENEI SVB MOENIA DVXI) Pheneum oppidum Arcadiæ. Nec nos mouere debet, quod Euander de Pallanteo sic dicit, quum sciamus poetas vicinas omnes, pro vna, habere ciuitates: sicut & de Didone facit, quam nonnunquam Tyriam, aliquoties Sidoniam vocat. Seruius. * *Quod hic docet Seruius, diligenter obseruandum est poetarum lectoribus, ne intelligentia aberrant. Memorandum id ipsum & nos alicubi, in libris superioribus, & exemplis declarauimus.*

ILLE MIHI INSIGNEM PHARETRAM) Ius hospitij habet inter se remunerationem: sed verecundè tacet

Euander de muneribus suis. Seruius. Locum Homeri geminum huic producit Vrsin. ex Iliad. ζ. de Oeneo, & Bellerophonte.

QVAM PETIT. IYNGTA EST MIHI) Antiqua amicitia iuncta est à me per Anchisæ hospitium. Aliter, quam petitis fidem, & amicitiam (cuius signum & pignus sunt copulatæ dexteræ) eam ipsam in Anchisæ vestro iam pridem adepti estis. Ex quo amicus sum factus Anchisæ, vester sum. 34

AVXILIO LÆT. DI. OPI. IYVABO) Regibus dignum carmen. Sic etiam Dido lib. 1. *Auxilio tanto dimittam, opibusq; iuvabo*. Quid enim tam regium, quam opes suas ad beneficentiam, liberalitatemq; conferre? Veteres deum faciebant quidquid cernerent prodesse humano generi: quo respexit Plinius, cum scripsit, deus est mortali, iuuare mortalem. Vide adagium, *Homo homini deus*. 35

QVÆ DIFFERRE NĒFAS) Alludit ad antiquos Numæ sacrorum ritus, qui tam arcta religione continebantur, ut ne nuntiato quidem repentino hostium in urbem incurſu, rumpi, aut interpellari possent. Unde & suprâ, *audax quæ rumpere Pallas Sacra vetat*. Vide Plutarch. in Numa, & lib. de superst. German.

CELEBRATE FAVENTES NOB.) nobiscum lætissimis animis obite. Iungamur etiam sacris, qui iuncti sumus animis. Lib. 1. *Es vos ô cæcum Tyrij celebra- te fauentes*.

- 175 Hæc vbi dicta, dapes iubet, & sublata reponi
Pocula: gramineoq; viros locat ipse sedili:
Præcipuumq; toro, & villosi pelle leonis
Accipit Æneam, folioq; inuitat acerno.
Tum lecti iuvenes certatim, aræq; sacerdos
- 180 Viscera tosta ferunt taurorum, onerantq; canistris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumq; ministrant.
Vescitur Æneas, simul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
POSTQVAM EXEMPTA FAMES, ET AMOR COMPRESSVS EDENDI,
- 185 Rex Euandrus ait, Non hæc solemnia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana superstitio, veterumue ignara Deorum
Imposuit. sæuis, hospes Troiane, periclis
Seruati facimus, meritosq; nouamus honores.

SVBLATA POCVLA REPONI) sublata metus C caussa, quia improviso venerant Troiani: aut satietate interueniente. Donatus.

GRAMINEO LOCAT IPSE SEDILI) Non vacat, quod dixit *sedili*. Nam propria obseruatio est, Herculis sacris operari solitos, operari sedentes. Et Cornel. Balbus *ἐν ἡλικίᾳ* lib. 18. Apud aram maximam obseruatum, ut lectisternium fiat. Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 6.

Non præcepit fieri, ut longæuius, & rex, sed ipse per se humanitatis iura plenissima compleuit. Ipsemet officio boni hospitis functus, collocauit omnes in sedibus pro loco, & tempore accommodatis. Donatus.

PRÆCIPVVMQVE TORO, ET VILLOSI) Ut sedendi merito discerneretur Æneas, qui cæteris fuerat

potior, & sublimem ei locum dedit, & cultiorem ornatum. Æneam fecit discumbere super toro instrato leonis exuijs. huiusmodi enim tapetes, & stragulae vestes heroibus decoræ tum iudicabantur. Donatus.

SOLIOQVE INVITAT ACERNO) ligneo tantum, nullo auro, argenteo ornato. Nota tenuitatem, & simplicitatem sæculi.

TVM LECTI IYVENES) Non vacat *lecti*. In sacris enim Herculis liberi, non serui intererant, nec liberti: adeo ut Appius, quia sacra hæc transtulit in libertos, & caruerit oculis, & intra annum omnem familiam perdidit Potitiorum. Seruius. Catull. de nupt. *Tum lecti iuuenes Argina roboræ pubis*.

ONERANTQVE CANIST. DONA LAB. CER.) Lib. 1. *Cererisq; canistris Expeditur*. Hic venustius, quia

quia periphrasin addidit metonymiaz. Et est hypallage, A non enim laboratam Cererem canistris, sed canistra potius donis laboratæ Cereris, hoc est, panibus onerabant, seu bene implebant.

PERPETVI TERGO. B. ET LVSTRAL. EXTIS) Cum illum versum Homeri, qui est Iliad. n. & Odyss. ε. *ῥῶτοι σιν δ' αἶψα θυνακέσσι γαστέρεσσι*, interpretum alius aliter transferat, Valla, sumptis bouis cum tergo carnibus, Aiace donat honoris gratia: Iustopolitanus, donisq; Aiace magnis honoravit: nisi deprauatum est scriptum, indiligentia librarij, & suppositum donis, pro dorsis: Castalio, tergoribus verò Aiace longis. Mea quidem sententia quàm proximè Virgilius ad veram sententiam interpretando accessit. Fuisse autem carnes de tergo victimæ immolatæ in maximo honore, neque proponi consueuisse eas, nisi principibus, & excellentibus viris, testatur Eustathius. *ῥωτιάια κρέα πρῶτοις δαίμασι τοῖς ἐν τέρῳ, καὶ ἡρώδοι βιβλίοι ἐν γαστέρεσσι τοῖς βασιλεῦσι σπαρίη, καὶ τὸς θυομένῳν τὰ δέρματα, καὶ τὰ ῥῶτα λαμβάνειν, καὶ πρῶτος ἔχει ἐν τῷ δόππῳ, καὶ διαλάσια γίμναι αὐτοῖς τὰ πάντα.* Eadem de re Suidas ἐν τῷ ἑμπερῷ, & Athen. lib. 5. cap. 3. Ex Hattung. Decur. 4. cap. 7.

Quemadmodum Homerus non tam studet elegantiz epularum, quàm copiz, ita Maro eius exemplo scripsit, *Perpetui tergo bonis*, quod est, totius bouis, quàm longus erat. In quo tamen *perpetui* pro perpetuo dixisse videri potest cuiuspiam, cum præsertim Homerus dixerit, *ῥῶτοι θυνακέσσι* id est, solidis, longis, porrectis, totis. Turneb. lib. 24. cap. 40. Idem lib. 7. cap. 13. more Græcorū declarato, cuius & Iliad. Homer. est mentio. In sacrificijs primū hostiæ partem adolebant, & extra coquebant, eisq; vesciebantur: deinde ex alijs visceribus postea epulabantur, id quod ex Homero facile perspicui potest, ita scribente Iliad. 1. *ῥῶτοι δὲ παρ' αὐτῶν ἔχον σμυτὰ βλάνα χερσὶ.* Nam quintuplex illud veru craticulæ simile tenebant, extra torrentes, sequitur enim, *αὐτὰρ ἐπεὶ ἔλα μὴρ' ἔγχε, καὶ σπλάγχχ' ἱππαστο,* quo quidem significat, extra tum cocta fuisse, & comesta esse, cum coxæ deorum aris vrebantur. Reliqua postea viscera affabant ad residuam dapem. Homerus. *μύτικον τ' ἄρα τ' ἄλλα, καὶ ἀμφ' οὐλοῖσιν ἔπιθεν.* In Herculis sacro Liuius lib. 1. idem declarat à Romanis fieri solitum, cui græca res diuina fiebat, his verbis. Fortè ita euenit, vt Porcij ad tempus præsto essent, ijsq; extra apponerentur, Pinarij extis adfatis ad cæteram venirent dapem. Hæc tamen Maro de eodem Herculis sacro loquens confudit, nō tam, vt reor voluntate, quàm carminis lege, qua coacti interdum poetæ, res, & tempora non satis distinguunt. Cum autem extorum Maro mentionem fecit, hoc ipso participes sacrificij intellexit, & significauit. Nam qui à sacris arcebantur, ijs de extis gustare nefas erat, vt homicidis. Aristoph. *ἐν ἑστὶν ὅπως ὄχι τερήσῃ, καὶ χρὴ σπλάγχχων με ἀπέχεσθαι.* Sed cur lustralia appellauit Maro? vtrum ne q̄ pingua? cū peracto lustru Censores opimas, & pingues, eximiasque victimas immolarent. An verò quod de quinquennali essent boue? Ego has interpretationes exquisiores, quàm veriores crediderim: ac lustralia dicta putauerim, vel quod primus Hercules post Caci cædem ad aram maximam, facto sacro se purgauerit, & lustrauerit: vel potius, quod cū omnia nos sacra lustrēt, & purgent, extorum esu id maximè consequimur, & sacrificiorum participes sumus, à quibus impij arcantur. Itaque sollemnia omnia extra eam vim habere putabantur: quæ autem hic lustralia extra Maro dicit, Liuius sollemnia nominat, q̄b sollemne sacrificium.

Didicit hanc frugalitatem ab Homero suo Virgil. vt neque varios, & bene conditos cibos, neque alias quam bubulas, easq; affas, & in sacrificio sollemni, & Ænez hospiti apponeret. Id quippe Homerus sæpe facit. Qua de re quid scriptum sit ab Athenæo, lib. 1. cap. 4. quantum ad institutum sufficere videbitur, accipiamus, licet. Quia temperantiam conuenientissimam virtutem, primamq; & quæ maximè iuuenibus congruat, omniumq; bonorum ministrum Homerus viderat, quam statim à principio illis inhæreere voluerat, vt otium postea, studiumq; ipsum in honestis operibus absumant, atque bene factores inuicem, & communes esse consuescant, frugalem omnibus vitam, at quæ tamen illis sufficiat, comparauit: quippe cum cupiditatem omnem animaduerneret, & acerrimas voluptates, circa epulas, comestationesq; perpetuò versari: qui autem infra frugalitatis terminos se ordine continuerint, eos & circa reliquam vitæ rationem esse temperantes putauit. Frugalem igitur victum constituit, eundemq; regibus similiter, ac priuatis, iunioribus, ac senioribus, affatas omnibus carnes apponens, easq; bouinas, sæpius in festis diebus, nuptijs, & alio quouis conuentu. Non thrya, vel condylum, vel ametas, aut placentas mellitas eximias regibus apponit Homerus: sed ea, per quæ bene, & animus, & corpus habeant in posterum. Aiace igitur Agamemno bouinis tergoribus post duellum decorauit, & Nestori iam seni, atque Phœnici, affatam carnem præbuit, & Alcinoο præterea, qui vitam delicatam elegerat, reuocans eos ab inordinatis voluptatibus. Menelaus etiam, cum filiorum nuptias celebraret, Telemacho bouis dorsum apposuit. *Affatas posuere illi quæ munera carnes.* Procos etiam petulantes, & in omnes voluptates profusos, neque pisces, vel aues, aut mellitas placentas comedentes inducit, adimens pro suis viribus omnes coquinarias machinationes, & omnes, vt ait Nicander, superuacaneas, ad luxumq; incitantes epulas. Hæc Athenæus. Idem cap. 22. Olerum, piscium, & auium vsum reliquit ob gulam, & omne in apparatus indecorum, quod multo inferiùs iudicauit rebus heroicis, diuinisque operibus. Quod elixatis vrebantur carnibus, in his sequentibus demonstratur, &c. * Plato lib. 3. de repub. Vbi differt de temperantia dicitur, laudat Homerum, qui in ipso exercitū ad heronum conuiuia nunquam pisces adhibuerit, tunc etiam in ipso Hellespontici maris littore tenderent Græci: neq; carnes elixas, neq; vllum exquisitum cibi genus, neq; condimenta etiam: sed affes carnes tantummodo: quæ quidem militibus, inquit, essent parata facillima. Vbiq; enim, vt breuiter dicam, expeditum est igno vti, quam vasa quadam circumuolare. Pro auxilio sit istuc Plinianum lib. 11. cap. 53. Homini cibum vtilissimum simplex, acervatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora.

ET LVSTRAL. EXTIS) Lustralibus, aut pinguibus (moris enim fuerat, completo lustru pingues victimas offerre) aut certè de quinquennali boue. Nam & Homerus *βῶν πινυλάμεν* dixit. Seruius.

POSTQVAM EXEMPTA FAM.) Caro illa bubula, si edendi delicias non habuit, tamen famis excludendæ substantiam. Postquam igitur hoc factum est, & edendi fastidium de edendi satietate successit, exinde cæpit sic loqui Euander. Morali ter positum, *Postquam exempta famas.* Nullus enim in conuiuio libenter fabulas conferit, aut audit alienas, nisi venter fuerit plenus. Longam quippe narraturus Euander fabulam, & ipsam non superfluam, sed natam ex eo, quod ipso tempore gerebatur, debuit habere auditores animis liberis, & nulla ex causa suspensis, quod procuratum est auxiliorum promissis, & inedia exclusis. Donatus.

COMPRESSVS AMOR EDENDI) Sic Homerus, A laudis. Differit multa de iisdem Budæus in Pand.
idq; non semel. ἀλλὰ πρὸς τὸν πότον, καὶ ἰδιώτες ἐξ ἑστῆς ἔργο.
Lucret. lib. 4. loquens de causis capiendi cibi.

*Præterea capitur cibis, ut suffulciat artus,
Es recreet vires interdatus, atq; patensem
Per membra, ac venas ut ambrem obtures edendi.*

Est igitur hæc quædam velut definitio, seu periphrasis famis, amor edendi.

REX EVANDRVS AIT) Seruat decorum poeta, qui verbosum senem inducit, exemplo Homeri, qui varijs locis per Iliada Nestorem non amulis hominibus velut scenam videtur pæne ἀδολοχῶντα producere, & σπαρμιολόγον. * *Venit in mentem illius, quod Cato in libello, de senectute ait apud Tullium: Et est senectus natura loquacior, ne ab omnibus eam vitij videat vindicasse. Quo pacto seniculi quidam in toulstrina per incontinentem linguam Athenis maximo detrimento fuerint, videndum Plutarchi liber de Castitate, plane auctor.*

HANC TANTI-NOMINIS ARAM) Liuius maximam vocat, seu potius vocatum iri apud posteros Evander Herculi prædicit. Vide lib. 1. Infra item maxima nominatur.

VANA SUPERSTITIO) Manifestissimè, iuxta ac disertissimè quid superstitio, quid religio sit, quantumque inter se discrepent, ostendit M. Tul. 2. de nat. deor. in hæc verba. Cultus autem deorum, est optimus, idemque castissimus, atque sanctissimus, plenissimusque pietatis, ut eos semper pura, integra incorrupta, & mente, & voce veneremur. Non enim philosophi solum, verum etiã majores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, supersticiosi sunt appellati: quod nomen postea patuit latius. Qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi, ex relegendo, ut elegantes ex eligendo, item ex deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem, quæ in religioso. Ita factum est in superstitioso, & religioso, alterum vitij nomen, alterum

Distinctionem Ciceronis confutat Lactant. lib. 4. cap. 28. & vult, religionem esse Christianorum, superstitionem gentilium. lege locum, si otium suppeditat, pertinet enim huc quoque quadantenus. Fertur libellus Plutarchi præclarus de superstitione. In eo primis statim verbis duorum contrariorum, atheismi, & superstitionis originem sic explicat. Quum inscitia, ignorantiaque statim ab initio in diuersas partes fluat, partim quidem tanquam in duris quibusdam locis, ingenijsque refractarijs diuinitatis abnegatione: partim autem tanquam in humidis, tenerisque, superstitionem genuit.

Addamus expositionem Seruianam in hunc poetæ locum. Superstitio est timor superfluous, & delirus: aut ab aniculis dicta superstitio, quæ multis superstites per ætatem delirant, & stultæ sunt: aut secundum Lucretium superstitio est superstantium rerum, id est, celestium, & diuinarum, quæ super nos stant, inanis, & superfluous timor.

VETERVMVE IGNARA DEOR.) Duo dicit: non ideo Herculem colimus, aut quia omnem religionem veram putamus, aut quia deos ignoramus antiquos. Cautum enim fuerat & apud Athenienses, & apud Romanos, ne quis nouas introduceret religiones: nam ideo & Socrates damnatus est, & Chaldei, & Iudæi sunt vrbe depulsi. Seruius.

SERVATI FACIMVS) Verbum *facimus* ad sollemnia, & dapes referendum est, hoc sensu: Ista sollemnia, & has dapes obimus, dum salutis adeptæ à latrone sanctissimo anniuersariam memoriam celebramus. Quid si exponamus *facimus*, sacrificamus, cum sequatur velut per *ἐνέτηςιν*, *meritosque*, *nonamus honores*? Nam duabus illis vocibus, sollemnia, & dapes respondent, *Vana superstitio imposuit*. Coniecturam meam perpédât lector.

MERITOSQUE NOVAMVS HONORES) Detrahit, re, nã renouamus debuit dicere: dictum quippe supra, *Fortè diè sollemnem illo rex Arcas honorem Amphirryoniada*, &c. Eam particulam alibi addidit otiosè, *Fata renarrabat diuinum*. Seruius.

- 190 Iam primùm saxis suspensam hanc aspice rupem,
Disiectæ procul ut moles, desertaque montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam.
Hic spelunca fuit, vasto submota recessu,
Semihominis Caci: facies quam dira tegebat,
195 Solis in accessam radijs: semperque recenti
Cæde tepebat humus: foribusque affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater: illius atros
Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.
200 ATTVLIT ET NOBIS ALIQVANDO OPTANTIBVS ÆTAS
AVXILIVM, ADVENTVMQVE DEI. nam maximus ultor,
Tergemini nece Geryonis, spolijsque superbus
Alcides aderat, taurosque hanc victor agebat
Ingentes: vallemque boues, amnemque tenebant.
205 At furijs Caci mens effera, ne quid inausum,
Aut intentatum scelerisue, doliue fuisset:
Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros

Auertit

Auertit, totidem forma superante iuuenas.

Atq; hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,

210 Cauda in speluncam tractos, versisq; viarum

Indicijs raptos, saxo occultabat opaco.

SAXIS SUSPENS. HANC ASPICE RVPEM) *suspensam*, quasi iam, iamque lapsuram. Potuit leue æstimari, quod dixit de eade: idcirco specum adiungit, & expresse, quorum illic sanguis funderetur, ostendit. Tanta illius monstri feritas fuit, vt semper recenti eade gauderet, semper humani sanguinis vaporibus aleretur: nec id faciebat occulte, sed ad ostentationem propriorum scelerum, eorum capita figebat in foribus. Affixa vero tabo corrupta pendebant. Fixum durabat, quod solidum in ossibus fuit. Hoc monstrum, inquit, Vulcanus genuerat: Vulcani incendia in pectus filij migrauerant, exibant de eius faucibus fumus, & flammæ: & quum ipse contra naturam rerum non arderet, vrebat tamen, quod flatibus attigisset: nec defuit substantia corporis animæ ferali conueniens. Magnus fuit, & incutendum terrorem altissimis gressibus ferebatur. Quis possit tolerare magnū corpore, & ratione feritatis tutū, ac vomente Vulcani patris incendia? Hec idcirco sunt posita, ne inertie vitiū teneret incolas, qui quaecunq; monstrum, vnum omnes non valuerunt superare: accessus enim ad eum quis esse posset, cuius anhelitus flamma fuerat, & incendium vomitus? Hoc genere Herculi crescebat prædicationis augmentum, quod solus perfecit eius insperatam necem, quam vniuersi illius regionis homines tentare non sunt ausi. Donatus.

SEMIHOMINIS CACI) Quis reuera fuerit Cacus secundum philologos, & historicos, videbis Seruium. Dionys. lib. 1. in hunc modum. Inter eos, qui bello domiti sunt (ab Hercule) fuisse aiunt & Cacus illum Romanis fabulis celebrem. Qui princeps immanium quorundam barbarorum heroi restitit, fretus loci natura munitis, vnde in finitimos excursabat. Et cum animaduertisset Herculeū castrametatum in propinqua planitie, cum prædatorio globo derepente in eum irruit: & dormiente etiamnum exercitu, quidquid prædæ incustoditum nactus est, retro in sua secum abegit. Deinde obsessus, & vi expugnatus à Græcis, dum hostes cum suis propullare nititur, cecidit.

RECENTI CÆDE TER. HVM.) Recenti sanguine per eadem effuso.

FORIBVS AFFIXA ORA VIRVM) Ad terrorem, vel ad aucupandam gloriam, quasi spolia bellica, quæ foribus affigi mos erat. Diximus ea de re lib. 7. De Belgis Strabo lib. 4. E prælio decedentes, ceruicibus, eorum hostium capita suspendunt, eaque domum delata, vt sint spectaculo, postibus affigunt.

Hanc historiam, seu fabulam de Caco disertissimè memorauit lib. 1. Liuius, cuius verba transcribentur, vt summi poetæ, ac principis historici descriptiones inter se comparare possimus. Herculem in ea loca Geryone interempto boues mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim fluuium, quæ præ se armentum agens nando traiecerat, loco herbido, vt quiete, & pabulo læto reficeret boues, & ipsum fessum via procubuisse: ibi cum eum cibo, vinoque grauatum sopor oppressisset, pastor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine bouum, cum auertere eam prædam vellet: quia si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant, auersos boues, eximium

A quemq; pulchritudine caudis in speluncam traxit. Hercules ad primā aurorā somno excitus, cum gregem perlustrasset oculis, & partem abesse numero sensisset, pergit ad maximam speluncam, si fortè eò vestigia ferrent: quæ vbi omnia foras versa vidit, nec in partem aliam ferre, confusus, atque incertus animi, ex loco infesto agere porro armentum occæpit. Inde cum actæ boues quædam ad desiderium (vt sit) relictarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca bouum vox Herculem conuertit: quem cum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset, ictus claua fidem pastorum nequidquam inuocans, morte occubuit. Describit eandem accuratè Dionys. lib. 1. Ouid. 1. Fast. & Propert. lib. 4. eleg. 10. Vide etiam quemadmodum tractetur à Fulgentio, lib. 2.

ATTVLIT ET NOBIS) sicut multis, quibus profuit Hercules monstra purgando. Hoc versu & dimidiato sequenti vrentur *παισιμαχῶς* appositissimè, qui diuturnæ calamitatis tandem aliquando depulsores nacti sunt.

TERGEMINI NECE GERYONIS) Geryo, seu Geryones Chrysaoris Iberiæ regis filius, trigeminus, & ter amplus, & triceps, & tricorpor ideo à poetis dictus est, quia tres fratres erant, viribus corporis præstantes. Horat. Ode 14. lib. 1.

qui ter amplum

Geryonem, Tiryonq; tristis

Compescit vnda.

Lucret. lib. 5. *Quid hæc tripeptora tergimini vis Geryonai?*

* De hoc lege Pausan. in Atticu, & Eliacu, & Diodori lib. 4. Item Ioannem Mariannum lib. 1. Hispanicarum rerum. Silius lib. 1. de eodem.

Tres animas namq; id monstrum, tres corpore dextras

Armârat, tetraq; caput ceruice gerebat.

Haud alium vidit tellus, cui ponere finem

Non posset mors vna viro, duræq; sorores

Tertia bis rupto torquerent stamina filo.

Legendum ne sit Geryonæ, an Geryonis, lege dissertationem Germani.

SPOLIISQVE SUPERBVS) Atqui boues abduxerat. Spolium est, quidquid hostibus tollitur, vt, *Adæque nos, & tela, quibus spoliauerat hostem.* Item, *Postquæ illum vita victor spoliavit Achilles.* Seruius.

AVT INTENTATVM) A Demosthene ἀπεισλον cum in orat. pro Ctesiphonte de iniuria & importunitate aduersariorum querens, inquit. καὶ ὅτ' ἀπεισλον οὐκ ἔστιν, ὅτε συκοφαντία φιλοκέρως, ὅτε δῶρον, καὶ μισθὸν μάταια: ὅτ' ἄλλο ἰδίον ἀπεισλον ἢ τούτοις κατ' ἐμὴν. Qui autem in aliquo facto ita se gerunt, vt quamuis priores doli, ac fallaciæ ipsis non successerint, tamen semper noui aliquid experiantur, manifestò impudentes sunt, & vecordes, vt improbissimus ille mortalis, vel monstrum potius Cacus. Eodem argumento, ac verbo quoque vlti, lib. 10. Venus, cum Iunonem infimularet: nec vlli rei parcere significaret, vt perderet Troianos: inquit enim, cum iusta ira commota, quasi objiceret id, quod defendi non posset, & omnes numeros in se secuisissimi facti contineret. *Nunc etiam manes (hac intentata manebat Sors rerum.)* & quæ sequuntur. Sed Horat. quoque hoc verbo vsus est, cum tamen laudare eos, qui hoc commiserant, & honore dignos esse, non ignominie vlli affines arbitraretur: inquit enim de Latinis hominibus, qui tenerentur studio poetices.

211

*Nil intentatum nostri liquere poeta,
Nec minimum mœnere decus, vestigia græcæ
Ausî deferere, &c.*

Quomodo etiam superius verbum cepit Herodot. in 7. lib. Historiar. in longè maiori re exponenda: cum, inquam, fecisset Mardonium Xerxi regi Persarum suadere, ut bellum Græciæ inferret: affirmavit enim ille in extremo orationis suæ, oportere viros omnia experiri in vita, quia nihil boni sponte ad eos peruenire solet, sed contrà quæ obtinemus à periculo illorum impetrandorum facto, exoriuntur. Inquit igitur, *ἔγω δὲ ἀνδρῶν ἀνέμω*. Victor lib. 31. cap. 24.

CAVDA IN SPELVNCAM TRACTOS) Propert. lib. 4. eleg. 10. de hoc Caci furto.

A *Hinc, ne certa forent manifesta signa rapina
Aversos cauda traxit in antra bones.*
Martial. lib. 5.

*Sylvarumq; tremor, tacita qui fraude solebat
Ducere nec rectas Cacus in antra bones.*

VERSISQVE VIARVM INDICIIS) contra naturam injicientibus errorem. Ipsa decipiebant indicia, quæ indicare consueverunt: nā indicia ab indicando, ait Seruius. Sic & Cicero, exemplo, inquit, furū, qui, ne deprehendantur, signa commutare solent.

B SAXO OCCVLT. OPACO) suprâ, speluncam vocavit, & mox rursus ita vocat. irem antrum, & cauum saxum.

- Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea, cum iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumq; pararet,
215 Discessu mugire boues, atq; omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna bouum vocem, vastoq; sub antro
Mugijt, & Caci spem custodita fefellit.
Hic verò Alcidae furijs exarserat atro
220 Felle dolor: rapit arma manu, nodisq; grauatum
Robur, & ærij cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacus videre timentem,
Turbatumq; oculis. FUGIT ILICET OCYOR EVRO,
Speluncamq; petit. PEDIBVS TIMOR ADDIDIT ALAS.
225 Ut sese inclusit, ruptisq; immane catenis
Deiecit saxum, ferro quod, & arte paterna
Pendebat, fultosq; emunijt obijce postes:
Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemq;
Accessum lustrans, huc ora ferebat, & illuc,
230 Dentibus infrendens. ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem, ter faxea tentat
Limina nequicquam: ter fessus valle resedit.

NULLA AD SPEL. SIGNA FEREBANT) Lucil. C. apud Non. in *Spectare*.

*Quid sibi vult, quare fit, ut intus versus, & ad te
Spectent, atq; ferant vestigia se omnia prorsus?*

DISCESSU MUGIRE BOVES) M. Varro in Sat. A. borigines. Mugit bos, ouis balat, equi hinnunt, gallinæ pipat.

IMPLERI NEMVS, ET COLL. CLAM. RELIN.) Infinitius modus pro definito tempore creberrimus est apud Sallustium, aliosq; historicos. Hic impleri, & relinqui eodem tempore censerî debent, quo, *moueret*, & *pararet*, [Si sit sensus, cum impleretur nemus, & colles cum clamore relinquerentur.] Quanquā scio vulgus Grammaticorum hunc locum aliter accipere: ubi sanè planè Grammatici sunt, hoc est *ἀγροκόβοι*. At Virgilius dixit cum impleri, tum relinqui eodem modo, quo Catullus properare, hoc versu. *Quum Medii properare nouum mare.* Sed correctores offensū antiqua lectione, eam mutauerunt. Properare mare, ut Horatius, properare apio coronas. Virgil. *Et quamuis igni assiduo properata maderent.* Scalig. F. in Catull.

ALCID. FURIIS EXASERAT ATRO FELLE DOL.) Cum hoc cognouisset Hercules, iniuriam magis, quàm detrimenta cōsiderans, exarsit præ iracundia. Deniq; non tulit, sed rapuit: nec passibus, sed veloci cursu æcreum tetendit ad montem. Virtus Herculis vtroque signatur. Nam grauatum nodis robur, quo utebatur pro armis, & tanti montis ardua cursu transmittere, plena virtutis, & constantiæ demonstratio. Donatus.

NODISQVE GRAVATVM ROBVR) Grauatum pro, graue ponit: nam graue est per naturam ponderosum: grauatum, quod oneratur extrinsecus. Seruius.

NOSTRI CACVM VIDERE TIMENTEM) Subtiliter Virgilius, apteq; in colloquio regis Euandri cum Æneæ, expositioneq; fabulæ Herculis, cum feritatem Caci, atque audaciam demonstrare vellet, deiq; illius impetum in maximum furem, cognita illius iniuria, id tum contigisse dixit, quod nunquam antea visum fuerat, ut immanis scilicet illa bellua timeret, ac timoris sui certa signa vultu etiam ostenderet. Eodem autē pacto Plato lib. 1. Politicor. declarauit, quam acer esset in di-

in disputando Thrasymachus ille Chalcedonius, nec solitus vnquam concedere quidquam aduersario, simulq; Socratis acumen, elegantiamque, qui illum refellerat, fateriq; coegerat, rem illo modo habere, quo antè negarat: ait enim, Tum primum se vidisse, quod nunquã antea ipsi vñ venerat, Thrasymachum exalbescentem: victus enim ille in eo certamine, colore etiam corporis, quantum dedecus admisisset, indicauit, &c. Victor. lib. 3. cap. 5.

TURBATVMQVE OCVLIS) Oculi sunt indices, & nuntij quidam mentis. Per eos sese affectus produnt.

FUGIT OCYOR BVRO) Ad celeritatem *ὕπερ-βολικῶς* significandam profertur adagium simile à Chialiste, *Ocyor accipit*.

PEDIBVS TIMOR ADDIDIT ALAS) Haud ita dispar quiddam est lib. 1. *furor arma ministrat*.

OMNEMQVE ACCESSVM LVSTRANS) Colitur & Caca, inquit Firmian. lib. 1. cap. 20. quæ Herculi fecit indicium de furto boum: diuinitatem consecuta, quia prodidit fratrem.

DENTIBVS INFREND.) Sic lib. 3. de Polyphemo *dentibus infrendens gemitu*. Plaut. Capt. *Nimis hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus*.

HVC ORA FEREBAT, ET ILLVC) Vno verbo, circumspicebat.

LVSTRAT AVENTINI MONTEM) Ouid. lib. 14. Metamor. de successione Regum Albanorum.

*Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino: qui, quo regnâras, eodem
Monte iaces positus, tribuitq; vocabula monti.*

Auentini mōtem, vt fontem Timaui, Buthroti urbem. *Lustrare* est hic perambulare, circumire. Eclog. 10. *Interea mistis lustrabo Menala lymphis*. Sueton. Vitellio, cap. 9. Præmissis agmini lætum euenit auspicium: siquidem à parte dextra repente aquila aduolauit, lustratisq; signis, ingressos viam sensim antecessit.

TER FESSVS VALLE RESEDIT) Differt fatigatus à fesso: quod fatigatus est, cum quis per alium laborare compellitur: fessus, cum quis labore deficit. Verrius. Cæterum quod toties iterat vocem ter, nihil vult aliud, quam sæpe, seu aliquoties, vt sit numerus certus pro incerto. 2. Æneid.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,

Ter frustra comprehensa manus effugit imago.

Ouid. epist. Phædræ.

Ter tecum conata loqui: ter inuitis hæsit

Lingua: ter in primo destitit ore sonus.

- Stabat acuta filex, præcisus vndiq; saxis,
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu,
235 Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
• Hanc, ut prona iugo læuum incumbibat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus, inde repentè
Impulit. impulsu quo maximus insonat æther,
240 Dissultant ripæ, refluitq; exterritus amnis.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & vmbrosæ penitus patuere cauernæ
Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas referet sedes, & regna recludat
245 Pallida, Dijs inuisa, superq; immane bārathrum
Cernatur, trépidentq; immisso lumine manes.
Ergo insperata deprensum in luce repentè,
Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentem
Desuper Alcides telis premit: omniaq; arma
250 Aduocat, & ramis, vastisq; molaribus instat.
Ille autem (neq; enim fuga iam super vlla pericli est)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit: inuoluitq; domum caligine cæca,
Prospectum eripiens oculis: glomeratq; sub antro
255 Fumiferam noctem, committis igne tenebris.

STABAT ACUTA SILEX) Varronem, Lucretium, C Iuuenalem genere masculino dixisse hunc silicem, testis est Seruius. Silex autem pro grandi saxo, seu rupe, seu scopulo hic ponitur: vt etiam Æneid. lib. 8. *Quam si dextra filex, aut stet Marpesia cauto*. Ibid. *Quos super atra filex iam iam lapsura*. Eclog. 1. *Spem gregis, ab silice in nuda, connixa reliquit*. Alia noxiōne capitur 1. Æneid. ibid. *Ac primum filiois scintilla excudit Achates*. Kiststein. 36.

DIRARVM VOLVCRAVM) Non mali ominis, vt

sunt bubones: sed quæ humanis cadaveribus vescebantur: dixit enim, *foribusq; affixa superbis Ora virum, tristis pendebant pallida tabo*: * *Seruius quidē ad hunc modum. Quā sententiam sic intellige, aues illas consueisse humanis vesci carminibus, id intelligendum ex eo, quod supra dictum est, foribusq; affixa superbis, &c. & idcirco diras vocari.*

QVO MAX. INSON. ÆTHER.) His, & sequentibus verbis obserua maximā hyperbolen, & prosopopœiam, dum æmni sensus tribuitur.

AT SPECVS ET CACI) Ennius 16. Annal. *Tam*

SS *

CANA

*Nil intentatum nostri liquere poeta,
Nec minimum mœnere decus, vestigia græcæ
Ausî deferere, &c.*

Quomodo etiam superius verbum cepit Herodot. in 7. lib. Historiar. in longè maiori re exponenda: cum, inquam, fecisset Mardonium Xerxi regi Persarum suadere, ut bellum Græciæ inferret: affirmavit enim ille in extremo orationis suæ, oportere viros omnia experiri in vita, quia nihil boni sponte ad eos peruenire solet, sed contrà quæ obtinemus à periculo illorum impetrandorum facto, exoriuntur. Inquit igitur, *ἔγω δὲ ἀνδρῶν ἀνθρώπων*. Victor lib. 31. cap. 24.

CAYDA IN SPELVNCAM TRACTOS) Propert. lib. 4. eleg. 10. de hoc Caci furto.

A *Hinc, ne certa forent manifesta signa rapina
Aversos cauda traxit in antra bones.*
Martial. lib. 5.

*Sylvarumq; tremor, tacita qui fraude solebat
Ducere nec rectas Cacus in antra bones.*

VERSISQVE VIARVM INDICIIS) contra naturam injicientibus errorem. Ipsa decipiebant indicia, quæ indicare consueverunt: nā indicia ab indicando, ait Seruius. Sic & Cicero, exemplo, inquit, furū, qui, ne deprehendantur, signa commutare solent.

B SAXO OCCVLT. OPACO) suprà, speluncam vocavit, & mox rursus ita vocat. irem antrum, & cauum saxum.

- Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea, cum iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumq; pararet,
215 Discessu mugire boues, atq; omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna bouum vocem, vastoq; sub antro
Mugijt, & Caci spem custodita fefellit.
Hic verò Alcidae furij exarserat atro
220 Felle dolor: rapit arma manu, nodisq; grauatum
Robur, & ærij cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacus videre timentem,
Turbatumq; oculis. FUGIT ILICET OCYOR EVRO,
Speluncamq; petit. PEDIBVS TIMOR ADDIDIT ALAS.
225 Ut sese inclusit, ruptisq; immane catenis
Deiecit saxum, ferro quod, & arte paterna
Pendebat, fultosq; emunijt obijce postes:
Ecce furens animis aderat Tiryntius, omnemq;
Accessum lustrans, huc ora ferebat, & illuc,
230 Dentibus infrendens. ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem, ter faxea tentat
Limina nequicquam: ter fessus valle resedit.

NULLA AD SPEL. SIGNA FEREBANT) Lucil. C apud Non. in *Spectare*.

*Quid sibi vult, quare sit, ut intus versus, & ad te
Spectent, atq; ferant vestigia se omnia prorsus?*

DISCESSU MUGIRE BOVES) M. Varro in Sat. A. borigines. Mugit bos, ouis balat, equi hinnunt, gallina pipat.

IMPLERI NEMVS, ET COLL. CLAM. RELIN.) Infinitius modus pro definito tempore creberrimus est apud Sallustium, aliosq; historicos. Hic impleri, & relinqui eodem tempore censerî debent, quo, moueret, & pararet, [Si sit sensus, cum impleretur nemus, & colles cum clamore relinquerentur.] Quanquā scio vulgus Grammaticorum hunc locum aliter accipere: vbi sanè planè Grammatici sunt, hoc est *ἀριθμητικοί*. At Virgilius dixit cum impleri, tum relinqui eodem modo, quo Catullus properare, hoc versu. *Quum Medî properare nouum mare.* Sed correctores offensū antiqua lectione, eam mutauerunt. Properare mare, ut Horatius, properare apio coronas. Virgil. *Et quamuis igni assiduo properata maderent.* Scalig. F. in Catull.

ALCID. FURIIS EXARSERAT ATRO FELLE DOL.) Cum hoc cognouisset Hercules, iniuriam magis, quàm detrimenta cōsiderans, exarsit præ iracundia. Deniq; non tulit, sed rapuit: nec passibus, sed veloci cursu æreum tetendit ad montem. Virtus Herculis utroque signatur. Nam grauatum nodis robur, quo utebatur pro armis, & tanti montis ardua cursu transmittere, plena virtutis, & constantiæ demonstratio. Donatus.

NODISQVE GRAVATVM ROBVR) Grauatum pro, graue ponit: nam graue est per naturam ponderosum: grauatum, quod oneratur extrinsecus. Seruius.

NOSTRI CACVM VIDERE TIMENTEM) Subtiliter Virgilius, apteque in colloquio regis Euandri cum Æneæ, expositioneque fabulæ Herculis, cum feritatem Caci, atque audaciam demonstrare vellet, deique illius impetum in maximum furem, cognita illius iniuria, id tum contigisse dixit, quod nunquam antea visum fuerat, ut immanis scilicet illa bellua timeret, ac timoris sui certa signa vultu etiam ostenderet. Eodem autē pato Plato lib. 1. Politicor. declarauit, quam acer esset indi-

in disputando Thrasymachus ille Chalcedonius, nec solitus vnquam concedere quidquam aduersario, simulq; Socratis acumen, elegantiamque, qui illum refellerat, fateriq; coegerat, rem illo modo habere, quo antè negarat: ait enim, Tum primum se vidisse, quod nunquã antea ipsi vñ venerat, Thrasymachum exalbescentem: victus enim ille in eo certamine, colore etiam corporis, quantum dedecus admisisset, indicauit, &c. Victor. lib. 3. cap. 5.

TVRBATVMQVE OCVLIS) Oculi sunt indices, & nuntij quidam mentis. Per eos sese affectus produnt.

FVGIT OCYOR BVRO) Ad celeritatem *ὕπερ-βολουρ*, significandam profertur adagium simile à Chiliaſte, *Ocyor accipit*.

PEDIBVS TIMOR ADDIDIT ALAS) Haud ita dispar quiddam est lib. 1. *furor arma ministrat*.

OMNEMQVE ACCESSVM LVSTRANS) Colitur & Caca, inquit Firmian. lib. 1. cap. 20. quæ Herculi fecit indicium de furto boum: diuinitatem consecuta, quia prodidit fratrem.

DENTIBVS INFREND.) Sic lib. 3. de Polyphemo *dentibus infrendens gemis*. Plaut. Capt. *Nimis herule ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus*.

- Stabat acuta silex, præcis vndiq; faxis,
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu,
235 Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
• Hanc, ut prona iugo læuum incumbibat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus, inde repentè
Impulit. impulsu quo maximus insonat æther,
240 Dissultant ripæ, refluitq; exterritus amnis.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & vmbrosæ penitus patuere cauernæ
Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas referet sedes, & regna recludat
245 Pallida, Dijs inuisa, superq; immane bārathrum
Cernatur, trèpidentq; immisso lumine manes.
Ergo insperata deprensus in luce repentè,
Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentem
Desuper Alcides telis premit: omniaq; arma
250 Aduocat, & ramis, vastisq; molaribus instat.
Ille autem (neq; enim fuga iam super vlla pericli est)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit: inuoluitq; domum caligine cæca,
Prospectum eripiens oculis: glomeratq; sub antro
255 Fumiferam noctem, committis igne tenebris.

STABAT ACUTA SILEX) Varronem, Lucretium, C. Iuuenalem genere masculino dixisse hunc silicem, testis est Seruius. Silex autem pro grandi saxo, seu rupe, seu scopulo hîc ponitur: vt etiam Æneid. lib. 8. *Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes*. Ibid. *Quos super ætra silex iam iam lapsura*. Eclog. 1. *Spem gregis, ab silice in nuda, connixa reliquit*. Alia noxiõne capitur 1. Æneid. ibid. *Ac primùm filiois scintilla excudit Achates*. Kistlein: 36.

DIRARVM VOLVCRAVM) Non mali ominis, vt

HVC ORA FEREBAT, ET ILLVC) Vno verbo, circumspectabat.

LVSTRAT AVENTINI MONTEM) Ouid. lib. 14. Metamor. de successione Regum Albanorum.

Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti

Tradit Auentino: qui, quo regnâras, eodem

Monte iaces positus, tribuitq; vocabula monti.

Auentini môtẽ, vt fontem Timaui, Buthroti urbem.

Lustrare est hic perambulare, circumire. Eclog. 10.

Interea mistu lustrabo Manala lymphis. Sueton. Vitellio, cap. 9. Præmisso agmini lætũ euenit auspicium:

siquidem à parte dextra repente aquila aduolauit, lu-

stratisq; signis, ingressos viam sensim antecessit.

B TER FESSVS VALLE RESEBIT) Differt fati-

gatus à fesso: quod fatigatus est, cum quis per alium la-

borare compellitur: fessus, cum quis labore deficit.

Verrius. Cæterum quod toties iterat vocem ter, nihil

vult aliud, quam sæpe, seu aliquoties, vt sit numerus

certus pro incerto. 2. Æneid.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,

Ter frustra comprehensa manus effugit imago.

Ouid. epist. Phædræ.

Tertecum conata loqui: ter inutilis hæsit

Lingua: ter in primo destitit ore sonus.

sunt bubones: sed quæ humanis cadaveribus vescebantur: dixit enim, *foribusq; affixa superbis Ora virum, cristæ pendebant pallida tabo*: * *Seruius quidẽ ad hunc modum, Quæ sententiam sic intellige, aues illas consueſſe humanis seſci carni-*

buz, id intelligendum ex eo, quod supra dictum est, foribusq; affixa superbis, &c. & idcirco diras vocari.

QVO MAX. INSON. ÆTHÉR.) His, & sequentibus

verbis obserua maximã hyperbolẽ, & prosopopœiam,

dum amini sensus tribuitur.

AT SPECVS ET CACI) Ennius 16. Annal. *Tam-*

St*

CANA

cana sub montem latè specus intus patebat.

APPARUIT INGENS REGIA) Regia, sicut Cacus putabat: sic est & illud dictum, *illa se iacet in aula Æolus.* Et Eclog. 1. *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas,* cum de paupere tugurio loquatur.

PENITVS PATVERE CAVERNÆ) admissum lumen est vsq; ad secreta speluncæ. Cauernas autem per τεινωσις dicit. Quod specum, regiam, cauernas vocat, singula habent rationē suam, quam apud Donatum quare.

NON SECVS AC SI QVA) Vide Vrsin. & German. Homerica comparatio est, Iliad. v.

INERNAS RESERET SEDES) Reserare, aperire, à fera ductum, qua remota, valvæ patefiunt. Cic. 2. de Off. Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus. Nonius.

TREPIDENTQ. IMMISSO LVM. MAN.) Sic & Erichtho venefica apud Lucanum lib. 6. dijs inferis minabunda, & irata.

— tibi pessime mundi

Arbiter, immittam ruptis Titana cavernis,

Et subito feriere die.

Sic fuit Cacus, qui remotis in spelunca tenebris, insolitam, & inimicam viderat lucem, ut sunt inferi, qui aliqua violentia patefiunt.

ERGO INSUPERATA DEPRENSVM) Ergo quem lux prodiderat, & cauum concluderat saxum, premebat Al-

Acides omni genere telorum, loco, & virtute superior. Donatus.

ATQVE INSVETA RVDENTEM) Insueta quidem, quia nunquam ad tantam necessitatem venerat. Rudere dicuntur feræ: conuenienter etiam hic rudere dictus est, quia semifer fuit. Donatus.

DESVPER ALCID. TELIS PREMIT) Locus superior magna in pugna opportunitas: cuius occupandi causa, sæpius publico prælio decertatum legimus. Inde facile est saxa, & quoduis telorum genus deicere: at nō contra sursum. Diximus ad 2. Æneid. ibi, *Hic primum ex alto delubri culmine telis Nostrorum obruimur.*

VASTIS QVE MOLARIBVS) saxorum molibus, ingentibus saxis. Homer. βαλλόμενοι μολάεσσι πέτραις. Cum legamus in historijs, inter cætera, quæ in hostem oppugnantem, ac muros subeuntē iactarentur resistendi causa, etiam molares iaci solitos, non oportet cuiquam nostros molares, ac molas occurrere. Quanto enim molimine, & vectibus quoq; opus fuisset? Minores multo fuerunt, quippe quæ à seruitijs manu versarentur, domesticarumq; haberentur. Ita minor erit hyperbole, *vastisq; molaribus instat*: si tamen erit hyperbole. Vide Lips. Poliorcet. lib. 5. dial. 4.

● FAUCIBVS INGENT. FVMVM EVOMIT) Lucret. lib. 1. *Faucibus eruptos iterum ut vis enomat ignes.*

COMMISTIS IGNE TENEB.) Ergo & ignes vomebat, ut mox dicitur, *incendia vana vomentem.*

Non tulit Alcides animis: seq; ipse per ignem
Præcipiti iecit saltu, quæ plurimus vndam
Fumus agit, nebulaq; ingens specus æstuat atra.
Hic Cacus in tenebris incendia vana vomentem
260 Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
Panditur extemplò foribus domus atra reuulsis:
Abstractæq; boues, abiuratæq; rapinæ
Cælo ostenduntur: pedibusq; informe cadauer
265 Protrahitur. NEQVEVNT EXPLERI CORDA TVENDO
Terribiles oculos, vultum, villosaq; setis
Pectora semiferi, atq; extinctos faucibus ignes.

SEQVE IPSE PER IG. PRÆCIP. IECIT SALTU) Crisq; aspectu, *expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo.* Et hoc eodem lib. infra de Ænea primum arma Vulcania conspiciente, *Expleri nequit, atque oculos per singula voluit.* [Ægeus ad filium Theseum apud Cæciliam in Cretum ad Minotaurum proficiscentem]

QVA PLVR. VNDAM FVMVS AGIT) quæ plurimum fumi, instar vndarum voluebatur.

CORRIPIT IN NODVM COMPLEXVS) Videri potest ad Herculæ nodum allusisse, qui & arctissimus erat, & ita nexus, ut ægre dissolui posset, ut & proverbio locum dederit. Plura German.

ABIURATÆQVE RAPINÆ) Abiurare est rem creditam negare periurio. Plaut. Curcul. *Qui abiurant, si quid creditum est.* Sed hoc isti loco non congruit: unde modo abiuratas rapinas, contra ius detentas intelligamus. Seruius. Mote Græcorum, inquit German., qui ἀπομνῆναι, καὶ ἀπομνῆναι, τὸ ἀφαιρῆς ὁμνῆναι, ἢ γὰρ ἐνὸς ἀποφάσκειν ἀπομνῆναι ἢ τὸ ἀφαιρῆς ὁμνῆναι. Vide Eustath.

NEQVEVNT EXPLERI CORDA TVENDO) lib. 1. de Didone, sed in rei longè nobilioris, amabilio-

Quandoquidem fortuna mea, ac tua feruida virtus Eripit inuito mihi te, cui languida nondum Lumina sunt gnati chara saturata figura.

Apud Tacitum est, *velata parte oris, ne satiaret aspectum. Illa vero Lucræq; verba etiam huc referri possunt.* Pascit amore avidos inhians in te; dea, visus.] Sententia est. Non poterant homines videndo cadaver sua corda satiare, propter odium ex acceptis iniurijs susceptū. Explere est tantummodo plenum esse, ut tradit Nonius, *satiari*, supra modum, & abundantiam. Lucret. lib. 6.

Deinde animi ingratam naturam pascere semper, Atq; explere bonis rebus, satiariq; nunquam.

Cic. 6. de repub. Graues enim domine cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atque imperant: quæ, quia expleri, atque satiari nullo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris suis incenduntur.

VILLO.

VILLOSAQUE SETIS PECTORA SEMIF.) Acnim porcorum sunt proprie, & equorum pili. ✱
Non mirum habuisse pectus villosum, si semifer, seu, ut supra nominavit, semihomo, & bestiarum, ut immanitatis, sic etiam villositatis particeps. Alias roboris, & virilitatis cuiusdam indicium est, pectus hirsutum, seu villosi artus: quale pectus Achilli, *λάστος κῆρ* Homerus tribuit i. Iliad. Dicit autem setis villosa pectora, ut duciem pilorum, & asperitatem magis exprimat: setæ

EXTINCTOS FAVIBVS IGNEB.) Non cōtemplabantur extinctos ignes: sed cum terribiles oculos, truce vultum, pilosum pectus intuerentur, & mirarentur, etiam fauces illas mirabantur, è quibus non iam prodibat amplius, sed paulo ante prodierat ignis, vnde inquam, incendia vomuerat. ✱

- Ex illo celebratus honos, lætiq; minores
Seruauere diem: primusq; Potitius auctor,
270 Et domus Herculei custos Pinaria sacri
Hanc aram luo statuit: quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite ò iuuenes, tantarum in munere laudum
CINGITE FRONDE COMAS, ET POCVLA PORGITE DEXTRIS:
275 Communemq; vocate Deum, & date vina volentes.
Dixerat, Herculea bicolor cum populus vmbra
Velauitq; comas, folijsq; innexa pependit:
Et sacer impleuit dextram scyphus. ocyus omnes
In mensam læti libant, diuosq; precantur.
280 DEVEXO INTEREA PROPIOR FIT VESPER OLYMPO:
Iamq; sacerdotes, primusq; Potitius, ibant
Pellibus in morem cincti, flammisq; ferebant.
Instaurant epulas, & mensæ grata secundæ
Dona ferunt: cumulantq; oneratis lancibus aras.
285 Tum Salij ad cantus, incensa altaria circum,
Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic, iuuenum chorus, ille, senum, qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt:

LÆTIQVE MINORES SERVAVERE DIEM) B significat. Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 6.
Cum ab ipso Euandro Herculem constet susceptum, factis nouè, & licenter dixit, *minores*. Minores non dicimus, nisi quoties graduum deficit nomen: ut puta, filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos. Vbi isti 5. gradus iam defecerunt, meritò iam dicimus minores. Sic maiores dicimus etiam post patris, aui, proau, abau, tritauq; vocabulum. Seruius.

ET DOMVS HERCVL. CVSTOS PIN. SACRI)
Quidam enim aram maximā, cum vicino flagraret incendio, liberatam à Pinarijs ferunt: & ideo sacri custodem domum Pinariam dixisse Virgiliū. Asper *ῥῆλὰ δὲ γέγονε*, inquit, Potitiorum, qui ab Appio Claudio præmio corrupti, sacra seruis publicis prodiderunt. Sed Veratius Pontificalis in eo libro, quem fecit de supplicationibus, ita ait. Pinarijs, qui nouissimi comeso prandio venissent, cum iam manus pransores lauarent, præcepisse Herculem, ne quid postea ipsi, aut progenies ipsorum ex decima gustarent, sacra sibi: sed ministrandi tantummodo causa, non ad epulas conuenirent. Quasi ministrantes ergo sacri custodes vocari: ut ipse Virgil. Æneid. 11. *At trinia custos iam dudum in montibus Opis*, id est, ministra. Nisi forte custodem dixit eam, quæ se prohibuerit, & continuerit à sacris, ut ipse Georg. 4.

*Et custos furum, atq; auium cum falce maligna
Hellepontiæ seruet tutela Priapi.*
Hic utique custodem prohibitorum furumq;

De origine sacrorum istorum Herculis, de ara maxima, de Potitijs, ac Pinarijs, adducemus verba Liuij, quæ ad hæc Virgiliana illustranda in primis sunt idonea. Ergo postquam Cacus latronem ab Hercule interemptum narravit, ita pergit lib. 1. Euander tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis, quam imperio tenebat loca: venerabilis vir miraculo litterarum, rei nouæ inter rudes artium homines: venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum, miratæ hæ gentes fuerant. Is tum Euander concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifestæ rerum cædis excitus, postquam facinus, facinorisq; causam audiuit, habitum, formamq; viri aliquantum ampliorem, augustioremq; humana intuens, rogat, qui vir esset. Vbi nomen, patremque, ac patriam accepit: Ioue nate Hercules salue, inquit: te mihi mater veridica interpres deum, aucturum cælestium numerum cecinit: tibiq; aram hic dicatum iri, quam opulentissima olim in terris gens maximam vocet, tuoq; ritu semper colat. Dextra Hercules data, accipere se omen, impleturum fata, ara condita, atque dicata, ait. Ibi tum primum boue eximia capta de grege, sacrum, adhibitis ad ministerium, dapemq; Potitijs, ac Pinarijs, quæ tum familiæ maximè inclytæ ea loca incolebant, factum. Fortè ita euenit, ut Potitij ad tempus præstò essent, ijsq; exta apponerentur.

St* 2 tur,

cur. Pinarij extis adesset, ad cateram venirent dapem: A inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis sollemnibus vescerentur. Potirij ab Euandro edo-
cti, antistites sacri eius per multas ætates fuerunt, do- nec tradito seruis publicis sollemni familiæ ministerio, genus omne Potiriorum interiit. Hactenus Lilius, a quo nihil ferè dissentit lib. 1. Dionysius. De cæremoniis horum sacrorum lege item Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14.

HANC ARAM LVCO STAT. QVÆ MAX. SEMPER) Ex magnitudine fabricæ dictam maximam, auctor est Seruius. Vide Halicarnas. lib. 1.

TANTARVM IN MVNERE LAVDVM) Munus dicitur cura vniuscuiusque rei perficiendæ, imposita B cum necessitate faciendi. Ait ergo, quoniam huic interest muneri, & amicitiam nostram sacra ipsa iunxerunt, nobiscum vocate communem deum.

PORGITE POCVLA DEXT.) Huiusmodi sinco- pa etiam in verbo surripio committitur. Surpuerat, sur- pite apud Horatium, surpere apud Lucretium.

COMMVNEMQVE VOCATE DEVM) quia supra ostendit Æneas, Troiæ & Arcadiæ populos iisdem pa- rentibus genitos. Ita Donatus. Aut communem dixit, vtriusque naturæ medium, id est, inter mortalita- tem, & diuinitatem. Sunt numina aliqua tantum cæ- lestia, aliqua tantum terrestria, aliqua media, quos A- puleius medioximos vocat. Seruius.

HERCVLEA BICOLOR POP. VMBRA) Quare bi- color, vide fabulam apud Seruium.

VELAVIT QVE COMAS) Corona scilicet de po- pulo.

SACER IMPLEVIT DEXTRAM SCYPHVS) sacer ideo posuit, quia quibus sacrorum cura est, habent dicata numinibus vasa, quibus obsequia diuina perfi- ciunt. Donatus. Seruius accipit de ingenti poculo li- gneo, quod Hercules ipse in Italiam attulit, quod ne carie consumeretur, pice oblitum seruabatur, cuius ma- gnitudinem significauerit dicendo, impleuit dextram. Fuit enim bibax ille heros. De hoc poculo Herculano, siue Heracleo Iuuenal. sat. 10. ut plerique intelligunt, urna cratera capacem, Et dignum sitiente Pholo. Nam & hunc Pholonem hospitem Herculis dicit Lucan. lib. 6. dum scribit, *Hospes & Alcida magni Pholo*. Plutarch. in Alexand. sub finem, & Curtius lib. 10. nondum Her- culis Scypho epoto. Seneca ad Lucil. Alexand. intem- perantia bibendi, & ille Herculeaneus, ac fatalis scyphus condidit. De eod. scypho vide quæ referat Macro- b. Saturnal. lib. 5. cap. 21. * *Heraclea pocula, seu crateres dicere, fortasse liceat quadam immantia Germanorum pocula, quale est, quod Willkum vocant: quia videlicet gratissimum est hospes illis vini gurgitibus, qui auariter se mero inuitantes, nec sinceram vo- luptatem percipiunt, & valetudinem vehementer offendant. Vnde Theognid.*

Οἶνος πινόμενον πάλος καλός: ἢ δὲ τις αὐτὸν
Πίνῃ ἐπισκιδέμεν, ἢ καλός, ἢ δὲ ἀγαθός.

Pocula quæ caruere modo, mihi crede, nocebunt:
Vina autem modicè sum prauiuare solent:

IN MENSAM LÆTI LIBANT) Quid est in men- sam libare? Nempe religionis causa de patera, prius- quam bibas, in mensam, quæ opinione veterum sacra erat, & tanquam quædam ara, aliquid de vino effunde- re, quod Græci, λείβειν, & σπένδειν dicunt. Turneb. lib. 24. cap. 40.

Videtur errasse Virgil. ut hîc, ita etiam lib. 1. vbi Didonem in mensam libare facit, cum in aram tantum sit libandum. Sed ut scriptum est in Papyriano iure, aræ vicem præstare potest mensa dicata: ut in templo, in-

quit, Iunonis Populoniæ angusta mensa est. Namque in fanis aliæ vasorum sunt, & sacræ supellectilis, aliæ, or- namentorum. Quæ vasorum sunt, instrumenti instar habent, quibus semper sacrificia conficiuntur. Qua- rum rerum principem locum obtinet mensa, in qua epulæ, libationesque, & stipites reponuntur. Ornamen- ta verò sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria. Ne- que enim donaria dedicantur eo tempore, quo delu- bra sacrantur. At vero mensa, aræq; eodem die, quo ædes ipsæ dedicari solent. Vnde mensa hoc ritu dedica- ta in templo, aræ vsum, & religionem obtinet pului- naris. Ergo apud Euandrum quidem sit iusta libatio, quippe apud eam mensam, quæ cum ara maxima, more vtrique religionis fuerat dedicata, & in luco sacro, & inter ipsa sacra, in quibus epulabantur. In conuiuio verò Didonis, quod tantum regium constat, non etiam sacrum fuisse, apud humanam mensam, in triclinio, non in templo, quia non erat religiosa, sed usurpata li- batio, solam fecit libasse reginam: in cuius persona nul- la obseruationis necessitas, & multa ad usurpandum in potestate permissio. At verò hîc omnes, *In mensam li- bant, diuosq; precantur*, quia quod rectè fieri nouerat, ab omnibus simul in templo epulantibus, & vni sacratæ assidentibus mensæ factum esse memorauit. Macro- b. Saturnal. lib. 3. cap. 11.

Aduersus hanc criminationem Macrobianam, C huc inferemus, quæ de libatione in mensa antiquitatis persecutor nimium quantum diligens Iustus Lipsius lib. antiq. le&. 3. cap. 1. vbi ritus conuiuiorum apud ve- teres tradit, vtilissimè, ut cætera omnia obseruauit. Pri- sci igitur illi in omni conuiuio libationem religiosè ser- uabant. Itaque apud Homerum etiam proci *Δαΐσι Σπέν- δαις μακάρεσσι πίνοντες μαινδία δῖον*. Et Achilles prius- quam biberet *λείβει τὸ δῖον Οὐρανὸν ἵσ' ἀνδρῶν δαδὶ καὶ λαβῇ τερψιλέωντων*. Ex quo more apud Virgilium Dido, *Dixit, & in mensa laticum libans honorem*. Et alibi, *In mensam læti libant, diuosq; precantur*. Quibus locis mirari est Macrobij otium, qui anxie in Virgiliū inquirat, rectène Didonem in mensa libantem fecerit, non in ara. Et vix tandem illuc delabatur, ut excusari id posse in reginæ persona concedat, quæ soluta videlicet legibus esset. O hominem acutum, absque quo esset, dicta Virgilio iam dies apud Pontifices erat. Sed enim ille ineptè, cum in omni libatione sollemne antiquis fuerit, ut ex patera leuiter vini aliquid defunderent vel in mensam, vel in terram, vel quenquam alium in locum pro re na- ta. De terra Virgil. lib. 3. *duo ritè mero libans carchesia Baccho Fundit humi*. Alibi de mari, *extaq; salfos Porri- cit in fluctus, & vina liquentia fundit*. Seruasse hoc pri- uatim Romanos discimus ex Dione Cassio, qui tradit, in multa copia honorum Augusti etiam hoc decretum, ut per Genium eius vulgò iurarent, & in conuiujs om- nibus libarent. Exprimit hunc ritum libandi optimè E anus illa multibiba apud Plautum Curculione, quæ vi- ni quiddam defundens, inquit,

Venus de paullo hoc paulallum tibi dabo,

Haud libenter: nam tibi amantes propinant.

Vinum potantes dant omnes, mihi haud sape

Eueniunt tales hereditates.

Neque verò inter pocula, & mensas maximè secundas dijs tantum libabatur, eorumq; honori bibebatur, sed etiam beneficis, patronis, & amicis. De dijs clarum. Ouid. de Theseo, vbi Athenienses conuiuia agentes, ob eum reducem, post facta eius enumerata addunt, *pro te fortissime, vota Publica suscipimus, Bacchi tibi su- mimum haustum*. Multa ad hanc rem affert idem Lip- sius

sus Poliocret. lib. 5. dial. 10. quæ cum vtile, tum incun-
dum sit legere.

DEVEXO INTEREA) cælum in noctem inclinat.
Sole ad occasum vergente, appetit vespera.

PELLIBVS IN MOREM CINCTI) Aut in morem
Herculis, aut certè sacerdotum.

MENSÆ GRATA SECUNDÆ DONA) Græci etiam
δευτέρα, & ἐπιδερπία τεταγμένα secundas mensas vocant,
quibus inferuntur bellaria, & ἐπιδερπία μαλα. German.
* Cic. ad Att. lib. 14. Hac ad te scripsi appositam secundam mensam apud
Vesperium. Virgil. 2. Georg. Non ego te dijs, & mensis accepta se-
cundis Transferim Rhodia. Varro de re rust. lib. 3. cap. 16. quod sa-
crum venit in altaria, & mel ad principia conuini, & in secundam
mensam administratur.

CVMVLANT ONERAT. LAN. ARAS) reddunt ex-
ta, repetunt sacrificium.

TVM SALII AD CANTVS) In simulatur gemini
erroris hoc loco Virgilius, nam & Salios Herculi dedit,
quos tantum Marti dicauit antiquitas: & populeas coro-
nas nominat, cum ad aram maximam sola lauro capita,
& alia fronde non vinciant. Videmus & in capite Præ-
toris urbani lauream coronam, cum Herculi rem diui-
nam facit. Testatur etiam Varro in Satyra, quæ inscri-
bitur πειρὶ κεραιῶν, maiores solitos decimam Herculi
vouere: nec decem dies intermittere, quin polluce-
rent, ac populum ἀσύνετον, cum corona laurea dimit-
terent cubitum. Macrobi. lib. 3. Saturnal. cap. 12.

Hiccine est, ait Vetrus, error geminus? At ego
in neutro dico errasse Virgilium. Nam ut primum de
frondis genere dicamus, constat quidem nunc lauro sa-
crificantes apud aram maximam coronari. Sed multo
post Romam conditam hæc consuetudo sumpsit exor-
dium, postquam in Auentino lauretum cœpit virere:
quam rem docet Varro rerum humanar. lib. 2. E monte
ergo proximo, &c.

Omnes ludij, & saltatores, qui ad cantum & tibi-
am in sacris ludunt, Salij, & Salisubfuli dicuntur. Itaq;
hic simpliciter Salij sunt ludij, ad sacra Herculis saltan-
tes. Qui enim primi ἐσθλὸν ὄρχησιν doctore Ænea in
Italia saltarunt, Salij dicti sunt, auctore Polemone ve-
tere scriptore rerum Italicarum. Quare frustra hic argu-
tatur Macrobius, dum quærit quare Salios Herculi at-
tribuat Virgilius, potius quam Marti. Quare rectè ὕμ-
νος Salius vertitur à vetere Glossario. Vnde Virgil. di-
xit, Salios ad cantum, ut Propert. pastor ad baculum.
κατ' ἐξοχὴν autem ludij Martis dicuntur Salij. Ioseph.
Scalig. in Catull.

Turneb. lib. 13. cap. 8. Constat inquit, profectò
è veteribus monumentis, Saliorum auctorem fuisse
Salium Arcadem, qui in Italiam cum Euandro venerat.
Igitur cum ante Romam conditam, ad aram maximam
instituta fuissent ab Euandro Herculi sacra, verisimile
est Salium tum ei choros instituisse. Vrbe autem con-
dita, ad gradium Martem eos postea choros Numa,

Aut opinor, transtulit, Romanæ gentis auctorem. Ali-
am affert etiam causam Macrobius, longè reiectam,
quàm qui volet sequatur. De Salijs, eorumque orna-
tu Gyrard. Syntag. 17. Salios Diohysius eisdem esse
vult, qui Græcis κούρηες, quos, inquit, nostra gens ab
ætate nominat, ἀπὸ τῶν κούρων, à iuuenibus: Romani ve-
ro Salios à tenore morus. Nam quod nos ἐξέλλοιται, &
πιδῶν, illi salire dicunt. Lege quæ sequuntur. De Sa-
liorum carminibus lege quæ notauit Briffonius, For-
mular. lib. 1. pag. 127. De Salijs, & ancilibus multa Plu-
tarchus in Numa Pompilio.

LAVDES HERCVLEAS ET FACTA) Pertine-
re mihi huc videtur locus ille Isocratis, parænesi ad
B Demonicum, vbi virtutem verbis magnificis depræ-
dicat. τὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀδύνατα, δύναται καθίστασα, τὰ δὲ
τῷ πλείονι φοβερά, θάρσαλέως ὑπομένοντα. καὶ τὸν μὲν ὄνον
ψόγον, τὸν δὲ πόνον, ἔπαινον ἡγούμεν. ῥάδιον δὲ τῷτο κλέ-
μαθῆν ἐστὶν ἐκ τῶν ἡρακλέους ἀθλῶν, καὶ τῶν θησέως ἐρ-
γῶν. Οἷς ἢ τῶν τρώων ἀρετὴν τηλικῶτον εὐδοξίας χαρὰν ἵσθαι
τοῖς ἔργοις ἐπέβαλον, ὥστε μηδὲ τὸν ἀπαντα χρόνον δύνασθαι
λήθην ἐμποῖσσαι. τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. Id est. Nam
quæ alij efficere non possunt, ea facit, ut obtineri pos-
sint: quæ multitudini horrenda videntur, magno ani-
mo subit, desidiam in vitio ponit, laborem sibi laudē
ducit. Quæ quidem facile tū ex Herculis certaminibus,
tum è Thesei operibus perspicui possunt: quorum fa-
ctis norma virtutis directi mores tantum gloriæ decus
C impresserunt, ut nulla sæcula res eorum gestas obliuio-
ne delere possint. Eundem magnificè, & planè orato-
riè celebrat, ob Troiam expugnatam oratione ad Phi-
lippum, quem ab eo dicit originem trahere. Aristides
auctor est, Athenienses tanti Herculem fecisse, ut de-
lubra omnia, quæ prius Theseo fuerant per curias con-
secrata, ad Herculem mutata retulerint, cum existi-
massent, Theseum quidem virum optimum, Hercu-
lem verò plus quàm hominem fuisse. Lege, si abun-
das tempore, totam orationem in Herculem conscri-
ptam, Tomo 1. Et quoniam adeo multa, atque ardua,
aggressuque difficillima, & periculosa perfecit, eoque
à mortalibus augeri solent res difficiles, ac laborum ple-
næ, ut ne ab Hercule quidem confici posse dicantur.
Vide adagium, *Herculis labores*.

Duos fuisse Hercules tradit Diodorus lib. 5. cap.
15. Vtrumque ex Ioue natum, sed prioris matrem in-
certam, qui præstans viribus, orbem perambularit, ini-
quos deleuerit, bestias feras, ac monstra domuerit, ho-
mines in libertatem vindicauit, & ita immortalium ho-
nores adeptus sit. Posteriores ex Alcmena natum,
quia prioris virtutes sit imitatus, propter similitudi-
nem nominis eundem fuisse creditum, & superioris
gesta huic fuisse adscripta. Labores nonnullos de Her-
culeis etiam Tertull. recenset lib. de Pallio. Vbi Dio-
medes, & cruenta præsepia? vbi Busiris, & bustuaria al-
taria? Vbi Geryon ter vnus, &c.

----- ut prima nouerca

Monstra manu, geminosq; premens eliserit angues:

290

Vt bello egregias idem disiecerit vrbes,
Troiamq; Oechaliãq;: vt duros mille labores
Rege sub Eurystheo, fatis Iunonis iniquæ,
Pertulerit. Tu nubigenas inuicte bimembres,
Hylæumq; Pholumq; manu, tu Cressia mactas

Sf° 3

Prodi-

- 295 Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem.
Te Stygij tremuere lacus: te ianitor orci
Ossa super recubans antro semela cruento.
Necte vllæ facies, non terruit ipse Typhæus,
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
300 Lernæus turba capitem circumstetit anguis.
Salve vera Iouis proles, decus addite Diuis:
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant: super omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirantemq; ignibus ipsum.
305 Consonat omne nemus strepitu, collesq; resulant.

VT PRIMA NOVERCÆ MONSTRA MANV, &c.) A fabulis maximus ipse regnator poli, sine vlla nominis, maiestatisque formidine, adulterorum agere introducit partes, atque vt fallere castitatem alienarum possit matrum familiās, ora immutare fallacia, & in species coniugum subditiij corporis simulatione succedere.

*Innumeras alij laudes, & magna parentis
Facta canunt: vt prima noni fundaueris orbis
Mœnia, telluremq; vagis discluserit undis, &c.*

Ennumerat igitur chorus Saliorum labores Herculis, de quibus Diodorus, Hyginus, Pausanias, Apollodorus, & alij mythologi. Ipsemet quoque in Oeta hominem despositurus eosdem percenset apud Sophoclem Trachinijs. Sunt & apud poetas alios commemorari, & infra commemorabuntur. Atque his laboribus tam gloriofis diuinitatem meruisse creditus est.

Non abs re fuerit, credo, quid de laudibus, & diuinitate eiusdem sentiat eloquentissimus scriptor Latant. lib. 4. cap. 9. exponere: quod quidem totum aduersus eum disputando consumit. Priorem duntaxat partem huc transferemus. Hercules, qui ob virtutem clarissimus, & quasi Africanus inter deos habetur, nonne orbem terræ, quæ peragrassæ, ac expurgassæ narratur, stupris, libidinib; adulterijs inquinavit? nec mirū, cum esset adulterio genitus Alcmene. Quid tandē potuit in eo esse diuini, qui suis ipse vitijs mancipatus, & mares & fœminas, contra omnes leges infamia, dedecore, flagitio affecit? Sed ne illa quidem, quæ magna, & mirabilia gessit, talia iudicanda sunt, vt virtutibus diuinis tribuenda videantur. Quid enim tam magnificum, si leonē, aprumque superauit, si aues sagittis deiecit, si regium stabulum egressit, si virginem vicit, cingulumque detraxit, si equos feroces cum domina interemit: opera sunt illa fortis viri, hominis tamen. Illa enim quæ vicit, fragilia, ac mortalia fuerunt. Nulla enim est res (vt ait Orator) quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangique possit. At animum vincere, iracundiam cohibere, fortissimi est: quæ ille nec fecit vnquam, nec potuit. Lege quæ sequuntur. * Ex Hieronymo philosopho de habitu corporis eius hac narrat. Clem. Alex. ad. Exhort. ad gentes. Parnum, crispum capillo, bonæ firmæq; valetudine. Ex Dicaarcho autem, gracilius, nervosus, niger, naso aquilino, subhilaribus oculis, fuscis, promissisq; capillis. Latini infra describitur.

NOVERCÆ MONSTRA GEMINOS ANGVEs) Theocrit. ἐν ἡρακλίσκῳ. τῆμ' αἰνὰ τέλει αὖ δὴν πολυμήχανος ἦν ὁ πῶν. Mater Herculis Alcmene est, pater verus Iupiter. Creditus pater, seu vitricus potius (vt Iuno noverca) Amphitruo. Quomodo Alcmene in faciem Amphitruonis versus Iupiter deceperit, suoque compressu grauidam fecerit, discas ex Plautina comœdia, quæ Amphitruo inscripta est. In hoc eius factum, siue adulterium scripsit illa Arnob. lib. 4. Quin & ille in

Apollodori verba producemus de geminis hisce serpentibus, ex lib. 2. Alcmena duos peperit filios, Ioui quidem Herculem vna nocte grandiore, atque Amphitryoni Iphiclum. At cum Hercules octo iam menses natus esset, dracones duos inusitata magnitudinis Iuno infantem perdituros in lectum demisit: Alcmena Amphitryonis opem implorante, Hercules in pedes erectus, vtraque manu constrictos ipsos enecauit. Cæterum Pherocydes ait, Amphitryonem dum, vter esset eius de pueris filius, scire veller, dracones hosce in cunas, lectumque iniectis: quo facto Iphiclus planè in fugam ire conatur: at Hercules immotus stetit, atq; ita Iphiclum ex se ipso genitum cognouisse refert.

De iisdem anguib; duobus immisiss, & ab Hercule infante, primumque nato elisus, ita in Amphitruone ipsimet Amphitruoni narrat ancilla Bromia.

postquam in cunas conditus est,

*Denolant angues in bati deorsum in impluvium duo,
Maximi, continuo extollunt ambo capita. Aben mibi:*

*B. Ne pæne sed angues oculis omnes circummisere,
Postquam pueros conspicati, pergunt ad cunas citi:
Ego cunas recessim sursum versum trahere, & ducere
Metuens pueris, mibi formidans: tantoq; angues acius
Persequi. Postquam conspexit angues ille aliter puer,
Citius e cunis exiit, facit recta in angues impetum.
Alterum altera apprehendit eos manu perniciter.*

*A. Mira memoras, nimis formidolosum facinus predicas.
Nam mibi horror membra misero percipit dictis tuis.
Quid sit deinde? porro loquere. B. puer ambo angues
enecat.*

TROIAMQUE, OECHALIAMQUE) Propter negatos sibi à Laomedonte equos diuino semine procreatos, & Hesiones nuptias euertit Troiam Hercules. Male reprehenditur à Criticis Virgilius, quod presentibus Troianis Troiæ introducat excidium: non respicientibus, quod hoc fecit ratio hymnorum, quibus aliquid subtrahere sacrilegium est. Eurytus Rex Oechaliæ filiam suam Iolen Herculi ante promissam denegauit, hortatu filij, qui diceret, ab Hercule ante Megaram uxorem, & filios interemptos. Iratus igitur Hercules, ciuitatem vastauit, Eurytum interfecit, Iolen abduxit. Seruius.

VT DVRO MILLE LAB. REGE SVB EYRIST.) Homer. Iliad. 8.

O'N

Οὐδ' ἔτι τῶν μύμηται, ὅ οἱ μάλα πολλὰ κίς ἰεὺν
Τειρέμενον σάσκεον ὑπ' εὐρυδῆος αἰθλῶν.

Videndus Homer. Iliad. v. Diodorus lib. 4. cap. 3. de Eurystheo, quare Herculi illi labores imperarit. Idem auctor, post certamina qui dii quæ præmia in illum contulerint.

FATIS IVNONIS INIQVÆ) Quæ eum vt ex pellice sua Alcmena generatum semper est persecuta, magis quam vllum alium, cum tamen ex alijs quoque fæminis Iupiter furto multos genuerit. Simile illud lib. 1. *sanæ memorem Iunonis ob iam.*

TV NVBIGENAS INVICTE BIMEMBRES) De Ixione, & nube in speciem Iunonis efficta Centauri sunt procreati. Bimembres, quia ex homine, & equo compositi, bifformes.

TV CRESSIA MACTAS PRODIGIA) De tauro Cretensi Seruius, quem tamen non mactauerit, sed viuum ad Eurytheum perduxerit.

VASTVM NEM. RÛPE LEON.) Satiserat ad laudẽ, quodd leonem mactare potuit: sed auget addendo *vastum*, per quod eius magnitudinem declarat. Et leonem igitur, & vastissimi quidem corporis, atque ideò etiam validiorem, magisq; trucem confecit. Nemea sylua est vicina Thebis. Interemit & alterum leonẽ apud Cleonas urbem, cuius pellem gestabat in tutamen. Vnde Lucan. *Ille Cleonæi proiecit terga leonis.*

TE STYGII TREMVERE LACVS) Inferni lacus te timuerunt, quo tempore ad Cerberum abducendum descendisti.

TE IANITOR ORCI OSSA SVR. RECVB.) Aut ad terrorem dictum est: aut certè illud est, quod etiam supra diximus, Cerberum esse terram, quæ corpora sepulta consumit. Nam inde Cerberus dictus est, quasi *κρυβεῖν*. Seruius.

NON TERRVIT IPSE TYPHOEVS) Hoc poeticè, inquit Seruius. Nam si interemit centauros, quemadmodum etiam gigantum interfuit prælio, qui ante innumeros annos fuisse dicuntur? Ergo Typhœi idolum apud inferos vastissimæ magnitudinis, & horribile ad aspectum intelligo.

NON TE RATIONIS EGENTEM) *Lib. 11.* quem non virtutis egentem Abstulit atra dies. *Lucret. lib. 4.* tamen, præstat rationis egentem. In hanc sententiam interpretor. Vt in magno terrore ac periculo, cum de gratu mentis deijci solemus, atq; perturbari, nihil tale euenisse Herculi dicat, nec tanti serpentis terrore amentem meru fuisse. Sicinopes consilij, perturbatique, & qui apud se non sunt, amentes dicuntur, vt apud Catullum, *nihil est super mi Quod loquar amens.* Turneb. 24. cap. 40. * *Adoniam Versiculum.* Quod loquar amens, non est Catulli: sed *Adoniam à Parthenio.* Aptius ad sensum nihil adijci potuit. Vide *Muraetii Comment.*

LERNEVS TVRBA CAPIT. ANGVIS) Hydra in parte Lerna ab eo interempta multiceps. Præter hæc, alia multa Herculis gloriøsè facta enumerat Seruius. Disertissimè, & distinctissimè enumerantur ab Apollodoro lib. 2. Ibidem de Hydra. Nos id ex varijs poetis, vt lectori philologo gratificemur, præstabimus. Quomodo allegoricè hi labores Herculis intelligendi sint, optimè docuit Albericus in deorum imaginibus.

SALVE VERA IOVIS PROLES) Nullus enim humano tantum sanguine procreatus tanta perficeret. Fuit quidem & Tantalus Iouis proles, sed nõ vera seu germana, quia improba, & propter improbitatem ad inferos supplicij ibi mactandus detrusus est, cum Hercules ob egregia facinora immortalitatem consecutus sit

Ad Ioue. In hanc fere sententiam Isocrates ad Demon.

DECVS ADDITE DIVIS) De apothefi Herculis hunc in modum Cic. 1. Tufcul. Et apud Græcos, indeque per lapsus ad nos, & vsque ad Oceanum Hercules tantus, & tam præsens habetur deus. Et rursus infra. Abijt ad deos Hercules. nunquam abijisset, nisi cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. Lib. 1. de leg. loquens de genere isto deorum, qui scilicet sibi viam in cælum factis strauerint, cum Libero, Æsculapio, Castore, Polluce, Quirino etiam Herculem nominat. Lib. 1. Anthol. tit. *εις ἀρετὴν* Iuno, quæ viuum vt è pellice sua natum oderat, post mortem in deos translatum laudare inducitur.

Σὺς ἀρετῆς ἰδρωτὶ καλὴν ἀπέδωκεν ἀμοιβὴν
Σὺς γὰρ ἔστις ἡγελάς· ἐπεὶ σὺν αὐτῷ ἀσπίον ἔχῃ·
Ἀνδράσι δὲ δὴν ἀγὴν κατ' ἀπείρονα κύκλον αἰθλῶν.

Id est, virtutem tuam, facinora tua virtutis plena, & Hercules, præclarè remuneratus est pater tuus Iupiter. Ita sanè. Nam labor immortalium, ac velut in orbem semper succedentium certaminum, gloriam homini immensam conciliare solet.

TVA DEXTER. ADI PED. SACRA SEC.) Videtur poeta allusisse ad hymnorum formulam Græcorum, qua deos ad sacra inuitabant. Vide German. Dextra cum erant numina, fauere credebantur: cum læua, non fauere. Hinc illud Iuuenal. Sat. 10. *quid tam dextro Ioue concipis, ut non Conatus te pœniteat, factiq; peractis?* atque in eo quidem numine, quod præpotens est: idem & in alijs faciebant, vt dextro Hercule, & amico Hercule, vt Pers. Sat. 2. *Sub raistro crepet argenti mihi seria dextro Hercule.* Horat. lib. 2. Sat. 6. *qui mercenarius agrum.* Illum ipsum mercatus aranis diues amico Hercule. Hic Hercules inuocatur, quod propter ærumnas, & labores quos feliciter exantlauit & perfunctus est, in agro arando, & incipiendis omnibus conatibus, eius inuocatio felicitis auspicii videretur. Turneb. 29. cap. 35.

SVPER OMNIA CACI) Id est, hoc factum laudant vltra omnia. Et bene, quantum ad ipsos pertinet, rem maiorem seruauere post omnia, Seruius.

Labores Herculis ex diuersis poetis,
de quibus librum fecit Claudianus.

EX LVCRETIO.

Herculis antistare autem si facta putabis:
Longius à vera multo ratione ferère.
Quid Nemeæus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille leonis obesset, & horrens Arcadius sus?
Deniq; quid Cretæ taurus, Lernaq; pestis
Hydra venenatis possit vallata colubris?
Quid è tripectora ter gemini vis Geryonai?
Thracen, Bistoniasq; plagas, atq; Ilmara propter
Tantopere officerent nobis? vncisq; timendæ
Vnguibus Arcadiæ volucres, Symphala colentes?
Aureaq; Hesperidum seruans fulgentia mala
Asper, acerba tuens, immani corpore serpens,
Arboris amplexus stirpem, quid denique obessent
Propter Atlantæum littus, pelagiq; seuera,
Quo neq; noster adit quisquam, neque barbarus audet?

EX AVSONIO.

Prima Cleonæi tolerata ærumna leonis.
Proxima Lernaæ ferro, & face contudit hydram.
Mox Erymantheum vis tertia percudit aprum.
Aëripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Symphali pepulit volucres discrimina quinto.
Threiciam sexto spoliavit Amazona balthæo.
Septima in Augiæ stabulis impensa laboris.
Octava expulso numeratur aërore tauro.

In Dia.

In Diomedis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecima mala Hesperidum districta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

EX OVIDIO.

Ergo ego sedantem peregrino: templa cruore
Busisim domui? seu quod; alimenta parentis
Anteo eripui? nec me pastoris Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit?
Vosne manus validi prestistis cornua tauri?
Vestrum opus Elis habet, vestrum Strymthalides vnda.
Partheniumque; nemus: vestra virtute relatus
Thermodontiaci celatus baltheus auro,
Pomaque; ab infomni non custodita dracone.
Nec mihi Centauri potuerunt resistere, nec mi
Arcadiæ vastator aper: nec profuit hydra
Crescere per datum, geminasque; resumere vires.
Quid, quod Thracis equos humano sanguine pingues,
Plenaque; corporibus laceris præsepia vidi,
Visaque; deiici, dominumque; ipsosque; peremi?
His elisa iacet moles Nemeæa lacertis:
His Cacus horrendum Tiberino gurgite monstrum:
Hæc cælum ceruice tuli. Defessa iubendo est
Sæua Iouis coniux, ego sum indefessus agendo

EX MARTIALE.

Astra, polumque; dedit, quamuis obstante nouerca,
Alcidæ, Nemeæ terror, & Arcas aper.
Et castigatum Libycæ ceroma palæstræ:
Et grauis in Siculo puluere fusus Eryx:
Sylvarumque; tremor, tacita qui fraude solebat
Ducete nec rectas Cacus in antra boues.

EX VIRGILIANA APPENDICE.

Compressit Nemeæ primum virtute leonem.
Extincta est anguis quæ pullulat hydra, secundo.
Tertius euictus sus est Erymanthus ingens.
Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.
Deiecit horrifono quinto Strymthalidas arcu.
Abstulit Hippolytæ sexto sua vincula victæ.
Septimus Augiæ stabulum labor egerit vndis.
Octauo domuit magno luctamine Taurum.
Tum Diomedis equos nono, cum rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.
Vndecimo abstractus vidit noua Cerberus astra.
Postremo Hesperidum victor tulit aurea poma.

Videntur autem hæc de græcis expressa, è lib. 4. epigrammatum. *πρωτα μὲν ἐν Νημῶν, &c.*

EX SENECA, qui eosdem diuersis locis recenset,

Nullas per vrbes errat Arcadias leo,
Strymthalis icta est, Mænali nulla est fera.
Sparlit peremptus aureum serpens nemus,
Et Hydra vires posuit, & notos Hebro
Cruore pingues hospitum fudi greges,
Hostisque; traxi spolia Thermodontæ.
Vidi regentem fata, nec tantum redij,
Sed trepidus atrum Cerberum vidit dies,
Et ille solem. Nullas Anteus Libys
Animam resumit. Cecidit ante aras suas
Busiris. Vnà est Geryon sparsus manu,
Taurusque; populis horridus centum pauor.
Quodecunque; tellus genuit infestum, occidit,
Meaque; fufum est dextera.

EX SOPHOCLE per Cicronem Tusculana.

Hos non hostilis dextera, non terra edita

A

Moles gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori inflixit meo,
Non Graia vis, non barbara vlla immanitas
Non sæua terris gens relegata vltimis:
Quos peragrans, vndique; omnem hinc feritatem expali.

Post versum aliquot.

O pectora, ô terga, ô lacertorum tori,
Vestronæ pressu quondam Nemeæus leo
Frendens efflauit grauiter extremum halitum?
Hæc dextra Lerniam, tetra macmata excetra,
Placauit: hæc bicorpoream afflixit manum:
Erymanthiam hæc vastificam abiecit belluam:
Hæc è tartarea tenebrica abstractum plaga
Triopitem eduxit hydra generatum canem:
Hæc interemit tortum multiplicabili
Draconem, aunferam obtutu obseruantem arborem
Multa alia victrix nostra lustrauit manus,
Nec quisquam è nostris spolia cepit laudibus.

B

Enumerat etiam aliquot labores Herculis Plaut. Persa,
statim ab initio.

Qui amans egens ingressus est princeps in amoris vias,
Superauit ærumnis is suis ærumnas Hercules.
Nam cū leone, & cū excetra, cū ceruo, cū Apro Ætolico,
Cum auiibus Strymthalicis, cum Anteo deluctari mauelim,
Quam cum Amore.

Sed hæc omnia fabularum verisimillima cum sint,
veriora videntur, quæ de eo narrant, qui res eius gestas
historico stylo sunt prosecuti. Quod scilicet cum esset
ætatis suæ ducum præstantissimus, magnasque; ductaret
copias, quidquid terrarum oceano cingitur, peragra-
Cuerit, tollens tyrannos, quotquot essent græces, & sub-
iectis intolerabiles: aut si qua ciuitas iniuriosè finitimas
ditiones infestaret, immani assueta victui, aut hospitum
nefarijs gaudens cædibus. Pro quibus legitima regna,
moderatasque; respublicas constituit, & in vitam mores
induxit humanos, ac sociabiles. Ad hæc cum Græcis
iuxta versatus est, ac barbaris, cum maritimis, atque; me-
diterraneis: quibus antea malè conueniebat per infida
commerciorum: & in desertis terris vrbes condidit, flumi-
naque auerit campos inundantia, vias aperuit in diffi-
cilibus ascensu montibus, nihil non molitus, vt mare,
ac terra, quàm latissimè paterent vñibus cunctorum
mortalium. Hæc Dionys. lib. I.

D

Describam tibi iam corpus Herculis, vt ex ido-
neis scriptoribus depinxit Aduersar. in Hercul. Fur.
Delrius. Valde torosus fuit, quod signum roboris præ-
dicant physiognomonici, niger, gracilis, pusillus potius,
quàm procerus. Tamen Heraclides Ponticus, & Hero-
dorus ei pedis vnus, & quatuor cubitorum longitudi-
nem tribuerunt. Seneca etiam in Oetæo gigantem ap-
pellat. In eodem consentiunt omnes, fuisse corpo-
pore inprimis vegeto, neruis, & ossibus firmiter com-
pacto, valetudine autem tam bona, vt ea semper opti-
ma ad annum ætatis vsque quinquagesimum sit vñus.
Ion Chius, & Apollodorus, habuisse tres ordines den-
tium prodiderunt, & igneum splendorem ex oculis emi-
cuisse. Dicæarchus tribuit ei aduncum nasum, oculos
rariustellos, capillos, & iuxta Hieronymum Philosophum
longos, hirsutos, atque setarum modo erectos.

Exin le cuncti diuinis rebus ad urbem
Perfectis referunt. ibat rex oblitus æuo,
Et comitem Æneam iuxta, natumque; tenebat
Ingrediens: VARIOQUE VIAM SERMONE LEVABAT.
310 Miratur, facilesque; oculos fert omnia circum
Æneas, capiturque; locis, & singula lætus
Exquirique; auditque; virum monumenta priorum.

Tum

- Tum Rex Euandrus, Romanæ conditor arcis:
 Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant,
 315 Gensq; virûm truncis, & duro robore nata:
 Quæis neq; mos, neq; cultus erat: nec iungere tauros,
 Aut componere opes norant, aut parcere parto:
 Sed rami, atque asper victu venatus alebat.
 Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
 320 Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
 Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
 Composuit, legesq; dedit: Latiumq; vocari
 Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
 Aurea; (vt perhibent) illo sub rege fuere
 325 Sæcula: SIC PLACIDA POPVLOS IN PACE REGEBAT.
 Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
 Et belli rabies, ET AMOR SVCCESIT HABENDI.
 Tum manus Aufoniæ, & gentes venere Sicanæ,
 Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.
 330 Tum reges, asperq; immani corpore Tibris:
 A quo post Itali fluuium cognomine Tibrim
 Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.

CUNCTI DIVIN. REBUS PERF.) Vbi vota perfecta sunt, recesserunt omnes ex luco, & ad urbem cæperunt remeare: quin & hora propinquantis noctis ad sedem propriam reuocabat vniuersos. Donatus.

REX OBSITUS AVO) More veterum dixit, qui oblitum pro pleno usurpabant, ex eo, quod locus frugibus oblitus, aut lentibus, ijs plenus est. Inde illud est Terentij Eunuchos, *pannis, annisq; oblitum*. Sed & conferre in eadem re ponebant. Lucret. lib. 2. *Et lumine confert arma*, id est, complet. Et Plautus, senectute cõsitum etiam dixit. Turneb. lib. 24. cap. 40.

VARIOQUE VIAM SERM. LEVAB.) Facundus comes in via pro vehiculo est, ait *Publius mimographus*. Eclog. 9. *duo pastores cantu viam leuant*. Cantantes licet vsque (minus via lædet) eamus. Verè nulla alia res sicanimum leuat, aut animi tædium reficit, vt sermonis alterna collatio, aut diuersitas visus. Sermonis varietas Euandro datur, facilitas visus Æneæ partibus applicatur. Donatus.

FACILES OCULOS PERT OM. CIRCVM) Multa lectu digna de oculis Rhodigin. lib. 3. cap. 28. ex quo hæc pauca libauimus. Sol, & luna duo mundi lumina, oculi certissima in carne sidera fulgent è sublimi, splendore micantissimo inferna collustrant, perinde ac in statione speculatores interdiu, noctuq; excubantes. Quibus mira volubilitatis accidit celeritas, vnde nobilissimo poetæ nuncupantur *faciles*, etiam si id vino contingere nimio haud ita multum videntes opinentur nonnulli. Certè Astronom. 1. Manilius ait. *Circumfert faciles oculos, vultumq; per orbem*. Etiam Xenophon lib. de venat. canum oculos faciles appellauit. Addunt scientissimi, oculorum splendorem ingenij præferre sollertissimum acumen.

SINGVLA LÆTVS EXQVIRIT) Siverò & senex præfens est (in conuiuio, aut confessu aliquo) habes occasionem, qua plurimum illi contulisse videaris, si eum interrogas vel quæ omnino ad eum non

Apertinent. Hæc sciens Homerus, *Odyss.* lib. 3. quandam congeriem simul interrogationum Nestori fecit offerri. *νῦν δ' ἐθέλω ἔπειτα ἄλλο μὲν ἄλλῃ (καὶ ἐπείδαι. Νέστορ ἰππῆν, &c.* Tot loquendi semina interrogando congeffit, vt pruritum senectutis expleret. Et Virgilianus Æneas gratum se ad omnia præbens Euandro, varias illi narrandi occasiones ministrat. Neque enim de vna re, aut altera requirit, *sed singula lætus Exquirat, auditq; virum monumenta priorum*. Et Euander consultationibus captus, scitis quam multa narrauerit. Macrobi. Saturnal. lib. 7. cap. 2.

ROMANÆ COND. ARCIS) Conditor Pallantei, vbi nunc Palatium est: quod non reuera arx est, sed tenet rerum omnium principatum. Seruius.

HÆC NEMORA INDIGENÆ FAVNI) Lucret. lib. 4. *Hæc loca capripedes Satyros, Nymphasq; tenere Finitimi memorant*. Et si hoc de dijs illorum locorum dicitur, cum tamen eos indigenas dicat, ad eorum sententiam respexit, qui autochthonas, id est, Aborigenes, & terrigenas se censebant, vt Athenienses, Argiui, Arcades, Thessali. Censorinus hoc confirmat. Denique, inquit, hoc etiam vulgò creditum est, vt plerique genealogiæ auctores sunt, quarundam gentium, quæ ex aduentitia stirpe non sint, principes terrigenas esse, vt in Africa, & Arcadia, Thessaliaque, eosq; autochthonas vocitari. vt in Italia poeta cecinit, *Nymphas, indigenasq; Faunos nemora quædam tenuisse, nō difficile rudis antiquorum credulitas recepit*. Turneb. lib. 7. cap. 14. Fauni oracula caneant. Varro lib. 6. de ling. lat. Fauni dij Latinorum: hos versibus, quos vocant Saturnios, in syluestribus locis traditum est fari.

Quid de Fauno, & Saturno tradiderit Iustinus ex Trogo, producemus in medium, vt quomodo historiam Virgilius tractarit, quantumque sibi permiserit, manifestò perspiciatur. Igitur lib. 43. hæc leguntur. *Italiam cultores primi Aborigenes fuere: quorum rex Saturnus*

Tt*

turnus

turnus tantæ iustitiæ fuisse traditur, vt neque seruiet A sub illo quisquam, neque quidquam priuatæ rei habuerit: sed omnino cōmunita, & indiuisa omnibus fuerunt, veluti vnum cunctis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriam cautum est, vt Saturnalibus exequato omnium iure, serui cum dominis recumbant. Itaque Italia regis nomine Saturnia appellata est: & mons in quo habitabat, Saturnius: in quo nunc, veluti à Ioue pulso sedibus suis Saturno, Capitolium est. Post hunc tertio loco regnasse Faunū ferunt, sub quo Euan- der ab Arcadiæ vrbe Pallanteo in Italiam cum medio- cri turba popularium venit: cui Faunus, & agrum, & montem, quem ille Palatium appellauit, benignè assignauit. In huius radicib⁹ templum Lyncæ, quem Græci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum dei simulacrum nudum, caprina pelle amictum est, quō habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur. Fauno fuit vxor nomine Fatua, quæ assiduo diuino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat. Vnde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

TRUNCIS, ET DYRO ROBORE NATA) Ad Homeri respicit versum, & fabulam, qua prisci homines ex arboribus finguntur nati. ὅ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἰσὶν ἀνθρώποι, ἰδὲ ἀπὸ πετρῆς. Vt & Cicero 4. Academ. cum scripsit, è saxo sculptus, aut è robore dolatus. Stat. 3. Thebaid.

—— at non prior aureus ille
Sanguis animum, scopulisq; sata, vel robore gentes
Mentibus hoc ausa.

Et lib. 4. de Arcadibus.

—— quercus, lauriq; ferebant.
Cruda pæuperia, ac populos umbrosa creant
Fraxinus, & facta viridis puer excidit orno.

Quorundam item inuentum fuit, animi feritatem ex quercu significare, quod etiam non ignobiles poetæ agrestes homines, immites, atque sauos, nullisque humanis moribus expositos, duro ex robore natos dictabant: de quo interpres Hesiodi, veteres, ait, filios in quercubus, aut petris exponere solitos, vrbium, tectorumque commoditate nondum adinuenta, datamque hinc ansam, vt ex petris, quercubus, aut roboribus geniti viderentur. * Festus 1. Anthol. tit. de diuor. quercus lignatorem rogat, ne se excidat: nominat autem arbuta, arbores, & frutices vicinos, in quos securim impingi cupit. Ad extremum addit, cuius causa merito sibi parcere debeat. Nam ut maiores testati sunt nobis, inquit, prima matres hominum fuerunt quercus, antiquitus ex quercubus nascebantur homines. Propter cognationem igitur me debes reuereri. Etiam hinc quercum vocabant matrem, & circum illam choris ducebant, quod ab ea alimentum, & vitam peterent. Epigrammatis hoc est initium Ωνιγ τῶν βαλάντων.

NEQVE CVLTVS ERAT) nullam sui curam habebant.

AVT PARCERE PARTO) de die viuebant, nec inuenta reseruabant.

RAMI, ATQVE ASPER VICTV VENA.) Alebantur aut venatu montium, aut arborum ramis, pomis, pyris, reliquisq; fructibus.

PRIMVS AB ÆTHERIO VEN. SAT. OLYMP.) Videmus ciuitatum, populorumque gubernacula initio penes reges fuisse. Nam & Romani, & Athenienses, & Thebani initio reges habuere, ipsiq; prisci Latini, & Aborigines, Ægyptij quoque, ac Syri, & Persæ sub regibus fuisse memorantur, & vt Cicero tradit, omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Etenim cum homines principio generis humani, dispersi belluarum more in agris degerent, illisq; caue

Arbores, & excelsi montis specus domus essent, simile est veri, vnum aliquem præstantem ingenio finitimos omnes, quasi pastorem aliquem cogere cœpisse, paulatimque pepulisse, vt in vnum simul locum conuenerent, casasque construerent, & in diem vñerent, vt & cōpararent necessaria ad victum, & quæ sitis parcerent. Nam quod hic ait Virgilius de Saturno, non tam in eius laudem dixisse videri potest, quam vt hoc ipsum nobis innueret. His autem principijs, quæ è natura ducta sunt, accessit postea consensus hominum. Crescentibus enim vrbibus, & grassante libidine, cum, qui tenuiores erant, premi à ditioribus timerent, confugere cœperunt ad Aristidas, & Catones antiquos, quos iustitiæ, legumque cultores esse scirent, intelligerentq; natura, & moribus excellentes esse, quibus communi bonorum consensu vrbis tutela permissa, iustitiæ, legumq; patrociniū est traditum, & c. Iouian. de Obed. lib. 4.

Certum est tamen, priorem Iannum in Italiam venisse, ab eoque postea venientem Saturnum exceptum. Vnde intelligendum est, Virgilium quoque non ignoratione veteris historię, sed suo more primum dixisse Saturnum, non ante quem nemo, sed principem, vt, Troia qui primus ab oris, cum procul dubio constet, ante Æneam Antenorem in Italiam esse peruectum. Vide 1. Æneid. ex Aurel. Victor. de orig. gentis Romanæ.

Saturnus inter veterrimos Italiæ deos, qui frugibus repertor, quique eas gentes primus docuisse creditur sationes. Itaq; non dubiè Latinis nomen inuenit à satu. Vt enim à portu Portunus, à nuptu Neptunus, sic diserte à satu Saturnus: nam ita primitus pronunciabant. Festus. Hic deus in Saliaribus Saturnus nominatur, videlicet à sationibus. Male ibi vulgò Satirus, vel Saturnus: nam Salij scilicet aliter indigirabant. Lipsius Saturnal. serm. lib. 1. cap. 2.

Tanta antiquorum hominum traditur fuisse simplicitas, vt venientes ad se aduenas, qui modò consilio, ac sapientia præditi, ad instruendam vitam, formandosq; mores aliquid conferrent, quod eorum parentes, atque originem ignorabant, cælo, & terra editos, non solum ipsi crederent, verum etiam posteris affirmarent, velut hunc ipsum Saturnum, quem Cæli, & Terræ filium esse dixerunt. Aurel. Victor. de orig. gentis Rom.

ARMA IOVIS FUGIENS) Arma proprie dicuntur ab armis, id est, humeris: vt scutum, gladius, pugio, sica: & ea, quibus propè præliatur: vt tela, quibus procul. Festus. Sic vestras hallucinationes fero, ait Seneca de vita beata, cap. 26. quemadmodū Iupiter opt. max. ineptias poetarum: quorum alius illi alas imposuit, alius cornua: alius adulterum illum induxit, & abnoctantem: alius sæuum in deos, alius iniquum in homines: alius raptorem ingenuorum, corruptoremq; & cognatorum quidem: alius parricidam, & regni alieni, paterniq; expugnatorem. Quib⁹ nihil aliud actum est, quam vt pudor peccandi hominibus demeretur, si tales deos credidissent. Deridet hoc ipsum figmentum, & impietatis arguit Iouem Arnobius lib. 4. in hunc modum. Nunquid à nobis dicitur, Iouem regno expulisse patrem, & alieni iuris imperium violentia, & fraude tenuisse? Et quod ad Saturnum pertinet, nunquid pulsum à Ioue senem, Italorum delituiffe in finibus, & quod tutus fuisset à filio, nomen Latio imposuisse pro munere?

Cæli

Ceterum ad hunc ipsum poetæ versum, & sequentes deinceps aliquot, peraccommodata mihi videntur, quæ sunt apud Lactantium, lib. 1. cap. 14. ex sacra Enemerii historia, quam latinam fecit Ennius. Iupiter adultus, cum audisset patrem, atque matrem custodijs circumseptos, atque in vincula coniectos, venit cum magna Cretensium multitudine, Titanumque; ac filios eius pugnando vicit, parentes vinculis exemit, patri regnum reddidit: atque ita in Cretam remeavit. Posthæc deinde Saturno data est sors, ut caueret, ne filius eum regno pelleret. Ille eleuandæ sortis, atque effugiendi periculi gratia, insidiatas est Ioui, ut eum necaret. Iupiter cognitis insidijs regnum denuo sibi vindicauit, ac fugauit Saturnum. Qui cum iactatus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum, vel necandum Iupiter miserat, vix in Italia locum, in quo lateret, inuenit. Et lib. 1. cap. 13. in quo docet, quemadmodum poetæ, & historici Stoicorum interpretationes de Ioue, Saturno, & alijs dijs vanas, atque futes ostenderint, post multos versus sic pergit de Saturno, & his rebus, quæ à Virgilio tanguntur, disputare. Postremò, cur extitit aliqua vis potentior, aut maior, quæ illius (Iouis) vinceret potestatem? Nimirum senex à iuvene facile victus est, ac spoliatus imperio, fugit expulsus, & in Italiam nauigio venit, cum errasset diu, sicut Ouid. in Fastor. libris refert.

*Causa ratis superest, Tuscum rate venit ad annem
Ante pererrato falsifer orbe deus.*

Hunc errantem, atque inopem Ianus excepit: cuius rei argumento sunt nummi veteres, in quibus est cum duplici fronte Ianus, & in altera parte naus, sicut idem poeta subiicit.

*At bona posteritis puppim formauit in ere,
Hospitis aduentum testificata dei.*

Omnes ergo, non tantum poeta, sed historiarum quoque, & rerum antiquarum scriptores hominem fuisse consentiunt, qui res eius in Italia gestas memoriæ prodiderunt: Græci Theodorus, & Thallus: Latini Nepos, & Cassius, & Varro. Nam cum agresti quodam more in Italia viueretur,

*Is genus indocile, & dispersum montibus alie
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit, his tutus quoniam latuisset in oris.*

Censetne aliquis deum esse, qui pulsus est, qui fugit, qui latuit? Nemo tam stultus est: qui enim fugit, aut latet, & vim, & mortem timeat necesse est. Orpheus, qui temporibus eius recentior fuit, apertè Saturnum in terra, & apud homines regnasse commemorat.

*Πρώτιστον μὲν ἀναστὺν ἐν γένεσιν κείνος ἀνδρῶν,
Ἐν δὲ κείνῳ γένει αὐτὸς ἀναξίμωτος ἀνθρώπων ἔστω.*

Item Maro noster. *Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.* Et alio loco,

*Aureaq; ut perhibent, illo sub rege fuerunt.
Sæcula, sic placida populos in pace regebat.*

Neque superius dixit, in cælo egisse vitam, neque inferius superos in pace rexisse. Vnde apparet illum regem fuisse terrenum, quod alibi apertius declarat.

— aurea condet

*Sæcula, quæ rursus Latio regnata per æra
Saturno quondam.*

Adi Natalem lib. 2. cap. 2.

IS GENVS INDOCILE) Pro indoctum. nam indocile est, quod penitus non potest discere. Indoctum, quod nondum didicit.

HIS TVTVS QVON. LAT. IN ORIS) Latium appellatum testatur Virgilius, quoniam ibi Saturnus latuerit. Id ipsum canit Ouidius Fast. lib. 1.

Inde diu genti mansit Saturnia nomen.

Dicta quoque est Latium terra, latente deo.

Cyprianus clarum religionis nostræ lumen, Ab Ioue, inquit, Saturnum esse fugatum, manifestum est: inde Latium de latebra eius nomen accepit. Minutius Felix, Itaque latebram suam, quod tutò latuisset, vocari maluit Latium. Idem confirmat Paullus Diaconus ex Eutropij historia lib. 1. Sunt qui asserant Saturni nomen Syriacum esse, & ea lingua latentem significare. Vnde agrum Latinum, quasi illius nomen interpretantes, Latium prisci illi vocauerunt, & eius uxorem Opem, Latiam. Quamobrem in Pontificalibus indigitamentis dicebatur Latia Saturni. Hæc Hieron. Columna in Fragmenta ex Euemero, quæ cum Fragmentis Ennianis coniungit.

AVREAQUE VT PERHIB. ILLO. S. REGE SÆCVLA) Dionysij verba sunt antiquit. lib. 1. Est etiam alia fabula inter indigenas vulgata, Saturnum ante Iouis regnū in his terris imperium habuisse: decantatamque illam sub Saturno vitam omnibus copijs, quas annus fert, affluentem, nusquam alibi magis, quam apud ipsos floruisse, &c.

DECOLOR ÆTAS) Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur. Coloratur id, cuius alia fit, quam fuit, facies: tanquam cærulea, vel nigra, vel pallida. Ita Seneca, Natural. lib. 2. cap. 41. *Decolor ætas*, id id est, vitiosa. In omni enim vitioso corpore inest pessimus color: & alludit ad naturam metalli, quam cernimus discolorum: nec immeritò: suprà enim dixerat *D aurea sæcula*, ideo nunc dicit, decolor ætas. Seruius.

ET BELLI RAB. ET AMOR HAB.) sic Ouid. lib. 1. Metamorph. *Insidiæq; & vis, & amor sceleratus habendi.* Amorem nummi vocauit Iuuenal. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Utrobique periphrasis quædam avaritiæ est.

TVM MAN. AVSON. ET GENT. VENERE SICANÆ) Omnes terræ habitatores aut indigenæ sunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ sunt inde geniti, quos vocant Aborigenes Latini, Græci αὐτόχθονες, ut de Faunis dixit. Aduenæ, de vno loco venientes, ut Saturnus. Conuenæ, de diuersis, ut Ausones, & Sicani. lege cætera apud Seruium.

SÆPIVS NOMEN POSVIT) Recurre ad 1. Æneid. *Italiam fato profugus, &c.*

A QVO ITALI FLVVIVM COGNOM. TIBRIM) Liuius ait à Tiberino Albanorum rege ibidem summerso, dictum.

Me pulsum patria, pelagiq; extrema sequentem,

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum

335 His posuere locis: matrisq; egere tremenda

Carmentis Nymphæ monita, & deus auctor Apollo.

Tt* 2

Vix

Vix ea dicta: dehinc progressus, monstrat & aram,
 Et Carmentalem Romano nomine portam:
 Quam memorant Nymphæ priscum Carmentis honorem,
 340 Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros
 Æneadas magnos, & nobile Pallanteum.
 Hinc lucum ingentem (quem Romulus acer asylum
 Rettulit) & gelida monstrat sub rupe Lupercal.
 Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

345 Nec non & sacri monstrat nemus Argileti:
 Testaturq; locum, & lethum docet hospitis Argi.

PELAGIQUE EXTREMA SEQUEM) Me na- A minit. Lege Dionysium.
 uigationem in longinquas, & ultimas terras procul do-
 mo parantem: ut *pelagi extrema* audiamus extremas,
 & longissimè remotas eius partes. Quem sensum, cum
 & aptissimus sit, & nullam vim verbis afferat, non pos-
 sum non probare. Nam quæ primarij afferunt Gram-
 matici, & coactam habent, & affectatam sententiam.
 Turneb. lib. 24. cap. 40.

De causa aduentus Euandri in Italiam, de eius
 matre, de origine vrbis Pallantei, & eius nomine, de ho-
 noribus vtrique habitis à pop. Rom. subscribemus quæ
 habentur apud Halicarnass. lib. 1. tu ea cum Virgil. cõ-
 parato. Non multo post alia classis Græcorum in eam
 Italiae partem appellit, LX. fere annis ante bellum Tro-
 ianum, profecta à Palantio vrbe Arcadica. Eam colo-
 niam deduxit Euander Mercurij filius, & nymphæ cu-
 iusdam Arcadicæ, quam Græci Themis fuisse dicunt,
 & diuino afflatu instinctam: Romanarum antiquita-
 tum scriptores Carmentem patria lingua nominant.
 Hanc mulierem affirmant dæmonis spiritu correptam,
 futura carmine multitudini prædicere solitam. Ea clas-
 sis non consensu ciuitatis emissâ est: sed orta in populo
 seditione, inferior factio sua sponte secessit. Fortè tum
 apud Aborigines regnum à maioribus acceptum tene-
 bat Faunus, à Marte, ut ferunt, oriundus, vir gnauus
 ac prudens, à Romanis postquam vnus indigetum,
 sacris honoratus, & carminibus. Is paucos illos Arcadas
 comiter exceptos donauit agrorum, quanta ipsi vel-
 lent, portione. Elegerunt autem, sicut eos Themis
 post rem diuinam peractam præmonuerat, tumulum
 non longè distantem à Tiberi, qui nunc fermè in me-
 ditullio vrbis Romanæ situs est. Apud eum construxe-
 runt paruum vicum, capacem hominum, quot duæ na-
 ues aduexerant è Græcia: cui erat in facis, ut in tantam
 urbem euaderet, quanta alia nulla vel græca, vel barba-
 ra, siue amplitudo sedium, &c. Huic oppidulo à veteri
 patria nomen imponunt Palantium: nunc vero Pala-
 tium à Romanis dicitur. Sunt qui tradunt, & in his Po-
 lybius, denominatum ab adolescente quodam Palante
 ibi mortuo, filio Herculis & Dynæ Euandri filis. Ego
 tamen Romæ neque sepulcrum vidi Palantis, neq; in-
 ferias audiui ei fieri, neque aliud quidquam eiusmodi
 cognoscere potui. Euandro autem, & Carmentæ Ro-
 manos publicè quotannis sacrificare comperi, aras e-
 tiam ijs erectas contemplatus sum: Carmentæ, apud
 Carmentalem portam sub Capitolio: Euandro apud
 Auentinum collem prope portam Trigeminam. Se-
 quitur de templo Pani Lycæo (qui Arcadibus deo-
 rum antiquissimus, & honoratissimus) extructo, quod
 Romani Lupercal nominant, cuius & hic poeta me-

FORTUNA OMNIPOTENS) Fortunam Ho-
 merus nescire maluit, & soli deo, quem *μῆτις* vo-
 cat, omnia regenda committere: aded, ut hoc voca-
 bulum *τύχη* in nulla parte Homericæ voluminis nomi-
 netur. Contra Virgilius non solum nouit, & meminit,
 sed omnipotentiam quoque eidem tribuit: quam &
 philosophi, qui eam nominant, nihil vi sua posse, sed
 decreti, siue Prouidentie ministram esse voluerunt.
 Et in fabulis, seu historijs idem facit nonnunquam.
 Ægeon apud Homerum auxilio est Ioui. Hunc contra
 Iouem armant versus Maronis. Eumedes Dolonis pro-
 les bello præclara, animo, manibusque potentem re-
 fert: cum apud Homerum Dolon imbellis sit. Nullam
 commemorationem de iudicio Paridis Homerus ad-
 mittit, &c. Macrob. Saturnal. lib. 5. cap. 16.

Quod fortunam *omnipotentem* vocat Maro, af-
 sentit opinioni vulgi, & imperitorum, qui fortunam
 putant esse, quæ hominib; tribuat bona, & mala. Nam
 simulacrum eius cum cornucopiæ, & gubernaculo fin-
 gunt, tanquam hæc & opes tribuat, & rerum huma-
 narum regimen obrineat. Item Sallust. præmio Ca-
 tilinar. sed profecto fortuna in omni re dominatur.
 Plura Lactant. lib. 3. cap. 29.

Plin. lib. 2. cap. 7. Inuenit tamen inter has vtras-
 que sententias medium sibi ipsa mortalitas numen,
 quo minus etiam plana de deo coniectatio esset. Toto
 quippe mundo, & locis omnibus, omnibusque horis,
 omnium vocibus Fortuna sola inuocatur, vna nomi-
 natur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitur, so-
 la laudatur, sola arguitur, & cum conuijs colitur, vo-
 lubilis à plerisque, & cæca existimata, vaga, inconstans,
 incerta, varia, indignorum faulrix. Huic omnia ex-
 pensâ, omnia feruntur accepta: & in tota ratione mor-
 talium, sola vtramque paginam facit. Adeoq; obnoxie
 sumus sortis, ut fors ipsa pro deo sit, qua deus probat-
 ur incertus.

Adde Cic. 2. de Off. Magnam vim esse in fortuna
 in vtramque partem, vel secundas ad res, vel aduersas,
 quis ignorat? Nam & cum prospero eius statu vtimur,
 ad exitus prouehimur optatos: & cum refluit, affligi-
 mur. De Fortunæ deæ cognominibus apud Romanos,
 eiusq; templis, Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13. & ibidem.
 Tiraquellus.

CARMENTIS NYMPHÆ MONITA) Strabo
 lib. 5. καὶ τὴν μῆτιν ἢ Εὐάνδρου τιμῶσι Ῥωμαῖοι, μίαν
 τὴν νυμφῶν εἶναι νομίζοντες, καμῖντιν μετονομασθεῖσαν.
 Etiam Nicostrata dicta est, & à carminibus fatidicis
 Carmentis,

MONSTRA

MONSTRAT ET ARAM, ET GARMENTAL.) Aperiuisse fertur, ad quod fugientes sine discrimine serui, aut liberi, ab omni pœna tuti erant. Post asyllum Atheniense, de quo Seruius, fuit in Rhœteo Aiæ asyllum, & in Sigeo Achillis, quorum exemplo Romulus, & alij, asyllum aperuerunt, quod accedentes impunitate donabantur. Apud Molossos, Samothracas, Crotoniatis, & Messenios, Corcyrazos ad deorum aras confugisse, pro asylo habitum est. Atheniensibus Thesei sepulcrum id iuris habuit, ut serui ad illud confugientes, nexu soluerentur, &c. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20. Vide ibid. Tiraquell.

VATIS FATIDICÆ) Bene addidit *fatidicæ*: nam vatem, & poetam possumus intelligere. Sallust. In tugurio mulieris ancillæ. Non quia mulieris, statim ancillæ: si autem ancilla, statim & mulier est. Seruius.

CECINIT QVÆ PRIMA) Quia postea & Sibylla. Sed quod de prædictione Carmentis ad hunc locum attinet, ext. Fast. Nasonis transcribemus.

*Fallor? an hiscent ingentia mœnia colles?
Juraq, ab hac terra cætera terræ petes?
Montibus his olim totus promittitur orbis,
Quis tantum fati credat habere locum?
Et iam Dardania tangent hac littora pinus:
Hic quoq, causæ nonis fœmina Martis erit.
Care nepos Palla, funesta quid induis arma?
Indue: non humili vindice casus eris.
Victa tamen vinces, euerasq, Troia resurges,
Obruas hostiles ista ruina domos.
Vrite victrices Neptunia Pergama flamma:
Nunc minor hic, toto est altior orbe cinis.
Jam pius Aeneas sacra, & sacra altera patrem,
Afferet: Iliacos accipe Vesta deos.
Tempus erit cum vos, orbemq, tenebitur idem,
Et fient ipso sacra colente deo.*

QVEM ROMVL. ASYLVM RETVLIT) Post quâ Hercules migravit è terris, nepotes eius timentes insidias eorum, quos auus afflixerat, Athenis sibi primum asyllum, hoc est, templum misericordiæ collocarunt, unde nullus posset adduci. Ideo ait Romulum retulisse, quia asyllum aperuit ad imitationem asyli Atheniensium, ut haberet aduenas plures, cum quibus urbem conderet. Seruius.

De hac re ad istum modum Liuius lib. 1. Deinde ne vana urbis magnitudo esset: adiiciendæ multitudinis causâ, vetere consilio condentium vrbes, qui obscuram, atq; humilem conciendo ad se multitudinem, natam è terra sibi prolem mentiebantur: locum, qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos est, asyllum aperit, eò ex finitimis populis turba omnis, sine discrimine liber an seruus esset, auida nouarum rerum per fugit. idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit.

Primum Cadmus, dum Thebas conderet, asyllum

Ab asylo asyilia dicitur, pro eo iure libertatis, & veniæ, quod quis apud aras consequitur, quam immunitatem Ecclesiæ vulgò vocant. Eadem igitur asyllum, vel ut Græci dicunt, asylon vocare possumus, & simulacrū asyllum, id est, in qua, vel ad quod, ius est asyliæ confugientibus. Philostrat. *καὶ ἀσύλον ἢ ἀστυλὸν τῶν τρεῖς*, ad statuum Tiberij confugientibus ius erat asyliæ. Asylos enim erat statua Tiberij. Græci namq; huiusce modi nomina composita communi genere efferunt. Asyli etiam dicuntur à Græcis homines à violentia tuti, ut sunt sacrosancti, quos attingere sine piaculo non licet, nec reprehendere, quales erant Tribuniplexis apud Romanos. Asyli erant caduceatores, & licebat eis tutò, quòquò vellent, ire. Budæus in Pand.

MONSRAT SVB RVPE LUPERCAL) Locus, quem sub Palatino monte, Euander deo gentis suæ Pani Lycæo sacrauerat, & Lupercal. nominauerat, quod prælidio ipsius numinis lupi à pecudibus arcerentur. Lupercalia sacra Euander idem instituit. Iis sacris, seu festis iuuenes Romani nudi canem, & capram immolabant. Tum faciem sanguine illo obliti cum loris è pelle factis nudi currebant circa Palatium, obuios quosque corijs illis verberantes, & præsertim mulieres grauidas, quæ ultro se obuiam illis ferebant, facilem partum ex illa percussione sperantes. Vide Gyrald. Syntag. 17.

PARRHASIO DICT. DE MORE PAN. LYCÆI) Ordo est, monstrat Lupercal Panos Lycæi, dictum de more Parrhasio: id est, ostendit Lupercal Panos Lycæi, dicatum ex more Arcadico: nam Parrhasia, Arcadia est. *dictum*, dicatum, consecratum.

SACRI NEMVS ARGILETI) Sacri, id est, execrabilis. Euander Argum quendam suscepit hospitio, quum de eius cogitaret interitu, ut ipse regnaret, Euanthro hæc non sentiente, socij intellexerunt, & Argum necauerunt. Cui Euander & sepulcrum fecit, & locum sacrauit, non quòd ille merebatur, sed hospitalitatis causâ. Bene autem Euander in hac re immoratur, & docet causas, ne apud hospitem in suspicionem veniat. Seruius.

TESTATVRQVE LOCVM) Iurat, non sua culpa iura hospitij esse violata. Testari sæpe valet iurare, ut patet ex alijs locis.

Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.
Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes
350 Dira loci, iam tum syluam, saxumq; tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem
(Quis Deus incertum est) habitat Deus: Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iouem, cum sæpe nigrantem
Ægida concuteret dextra, nimbosq; cieret.

Tr* 3

Hæc

- 355 Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Reliquias, veterumq; vides monimenta virorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condit urbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad recta subibant
- 360 Pauperis Euandri: passimq; armenta videbant.
Romanoq; foro, & lautis mugire Carinis.

HINC AD TARPETIAM) Romæ nondum condita, A
& locorum adhuc agrestium, atque pascuorum memi-
nit. Tibull. quoque lib. 2. eleg. 3.

*Romulus æternam nondum fundauerat urbem
Mœnia, conserti non habitanda Remo.
Sed tunc pascebant herbosa palatia vacca,
Et stabant humiles in Jovis arce case.
Lactis madens illic suberat Panilicis umbra,
Et facta agrestis lignea falce Pales.*

Propert. lib. 4. eleg. 1.

*Hoc quodcumq; vides hospes, quàm maxima Roma est,
Ante Phrygem Aeneam collis, & herba fuit.
Atq; ubi navali stant sacra palatia Phæbo,
Euandri profuga procubere bonos.
Fistilibus crenere deus hæc aurea templa,*

Non fuit opprobrio facta sine arte casa.

Tarpeijs mons, in quo Capitolium, dictus est à Tarpe-
ia virgine, filia Sp. Tarpeij, cui Romulus arcem tuen-
dam contra Sabinos commiserat. Puella arcem Sabinis
prodidit, vide Livium lib. 1. Capitolium vnde nomi-
natum, docuimus lib. 9. ibi, *Dum domus Aeneæ Capi-*
toli immobile saxum Accolet.

RELLIGIO DIRA) id est magna, vt, *An sua cuiq;
deus sit dira cupido?*

PAVIDOS TERREBAT AGRESTES) Iam tum, hoc
est, quum esset locus ille humilis, atque desertus, iam
habuit numen, eratque illic, quod terreret accedentes,
& his incuteret horrorem, maximè rusticis, qui pa-
uore naturali omnia metuunt, & vniuersa formidant.
Donatus.

NIGRANTEM ÆGIDA CONCVT.) Scutum, cui
pellis Amaltheæ capræ, nutritis quondam suæ indu-
cta.

NIMBOSQVE CIERET) Nimbos pro fulminibus
posuit, quæ dextra iacit. Ægidis autem concussu com-
mouet pluuias. Seruius.

HANC IANVS PATER) Dictus Ianus, vt ait Cic. 2.
de nat. deor. ab eundo, quod cælum, & tempus sem-
per eat, vel à ianuis. Nam vt idem deus apud Ouid. 1.
Fast.

*Prædeo foribus cali cum micibus Horis,
Et redit officio Jupiter ipse meo.*

De eius nomine Rhodigin. lib. 2. cap. 23. De forma, &
imagine idem lib. 23. cap. 11. Gyrald. Syntag. 4.

Sed *Ianus pater*, quia cum post obitum Ianum, &
Saturnum diuinis honoribus cumulandos censuissent,
quod Ianus prior in Italiam venisset, in sacris omnibus
primum locum Iano detulerunt: vt etiam, cum alijs
dijs sacrificium fieret, dato thure in altaria, Ianus prior
nominaretur, cognomento quoque addito *Pater*, se-
cundum quod cognomentum noster sic intulit, *Hic*
Ianus pater. Aurel. Victor. de origine. Rom.

Cur antiquum numisma ab vna parte Iani bifron-
tis imaginem, ab altera naus aut puppim, aut proram
insculptam habeat, consulendus Plutarch. Quæst.
Rom. quæst. 41. Aliter Macrob. lib. Saturnal. 1. cap. 7.

Ianus, inquit, cum Saturnum classe peruectum exce-
pisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum
illum, & rudem ante fruges cognitum victum in melius
redegisset, regni eum societate munerauit. Cum pri-
mus quoq; æra signaret, seruauit & in hoc Saturni reue-
rentiam, vt quoniam ille naui fuerat aduectus, ex vna
quidem parte sui capitis effigies, ex altera verò naus ex-
primeretur: quo Saturni memoriam in posteros propa-
garet.

IANICVLVM HVIC, ILLI F. SAT. NOM.) Ennium
ἀνεστέρων est ex 1. Annali, de qua latè Saturnia terra.
Quidam Ennium sic scripsisse suspicantur. olim *Saturnia*
nomen Huic fuerat, de qua latè Saturnia terra. Sen-
tit igitur ab oppido Saturnia dictam regionem vicinam
Saturniam, de quo plenius in sequentibus. Arnob.
lib. 3. Ianus Ianiculi conditor, & ciuitatis Saturniæ Sa-
turnus auctor. ✱

Hic Ianum, & Saturnum concordēs regnasse, vi-
cinaq; oppida opera communi condidisse, præter Ma-
ronem, etiam illud in promptu est, quod posteri quoq;
duos eis continuos mensens dicunt, vt December
sacrum Saturni, Ianuarius alterius vocabulum posside-
ret. Cum inter hæc subito Saturnus non comparuisset,
excogitauit Ianus honorum eius argumentum, ac pri-
mum terram omni ditioni suæ parentem, Saturniam
nominauit. Macrob. Saturnal. 1. cap. 7.

De hisce duobus oppidis à Iano, & Saturno con-
ditis, & ab utroque cognominatis, simul de fuga Satur-
ni, & moribus, quibus excoluit Italos, vnde Latium ap-
pellatum, & quamobrem Cæli, ac Terræ filius dictus,
hæc scripta reperio apud Minutium Felicem in Octa-
uio. Is itaque Saturnus, Creta profugus, Italiam metu
filij seuientis accesserat, etiam susceptus hospitio, ru-
des illos homines, & agrestes multa docuit: vt græcu-
lus, & politus, literas imprimere, nummos signare, in-
strumenta conficere. Itaque latebram suam, quod tunc
latuisset vocati maluit Latium: & urbem Saturniam de
suo nomine, & Ianiculum Ianus, ad memoriam vterq;
posteritatis reliquerunt. Homo igitur utique qui fugit,
homo utique qui latuit, & pater hominis, & natus ex
D homine. Terræ enim, & Cæli filius, quod apud Italos
esset ignotis parentibus proditus: vt in hodiernum in-
opinatus visos, cælo missos: ignobiles, & ignotos terræ
filios nominamus.

Superaddamus Tertullianum, testem grauissi-
mum, qui in Apologet. cap. 11. quo demonstrat, ve-
terum deos planè mortales, & ab hominibus con-
secratos fuisse, hæc de Saturno refert, quæ non parum
lucis dant Virgilio. In Italia Saturnus post multas expe-
ditiones, postque Attica hospitia confedit, exceptus ab
Iano, vel Iane, vt alij volunt. Mons quem coluerat, Sa-
turnius dictus: ciuitas quæ debellauerat, Saturnia cogno-
minabatur. (Dionys. lib. 1. *Quin & vniuersa ora, qua nunc voca-*
tur Italia, dicta erat huic deo, & à cultoribus Saturnia vocabatur,
vt licet videre in Sibyllinis carminibus, & alijs oraculis à dijs red-
ditis: suntq; passim per eam regionem multa huic deo sacra dicata,
& quadam ciuitates, eodem, quo vniuersa tunc ora dicta nomine,
loca

locatio impudens ab eodem numine denominata, præcipue scoli, A
[Editi numuli.] Ab ipso primum tabulæ, & imagine si-
 gnatus nummus, & inde ærario præsidet. Tamen si ho-
 mo Saturnus, utique ex homine: & quia ab homine,
 non utiq; de Cælo, & Terra. Sed cuius parentes ignoti
 erant, facile fuit eorum filium dici, quorum & omnes
 possumus videri. Quis enim non cælum, & terram, ma-
 trem, ac patrem venerationis, & honoris gratia appel-
 let, vel ex consuetudine humana, qua ignoti, vel ex in-
 opinato apparentes, è cælo superuenisse dicuntur?
 Proinde Saturno repentino aduentu ubique cælitem
 contrigit dici. Nam & terræ filios vulgus vocat, quorum
 genus incertum est. Taceo, quod ita rudes adhuc ho-
 mines agebant, ut cuiuslibet noui viri aspectu, quasi di-
 uino, commouerentur, cum hodie iam politi, quos an-
 te paucos dies luctu publico mortuos sint confessi, in
 deos consecrant.

ROMANOQUE FORO) Huius fori meminerunt
 Plin. lib. 4. cap. 5. & lib. 12. cap. 4. & 19. cap. 1. Pro-
 pert. lib. 4. eleg. 7. *Romanum satis est posse videre fo-
 rum.* Martial. lib. 1. *Romanum propius, diuiniq; forum.*
 Sueton. Augusto, cap. 72. De foris Romanis, & exter-
 nis vide Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 12.

LAVTIS MUGIRE CARINIS) Carinæ sunt æ-
 dificia facta in carinarum modum. Laus dixit, aut pro-
 pter elegantiam ædificiorum, aut propter Augustum,
 qui natus est Curij veteribus, nutritus in Carinis. Hæc
 Semius. In ea urbis regione Pompeij Magni do-
 mus fuit, quæ occupata ab Antonio, occasionem ioco,
 & cauillo Sex. Pompeij dedit in Antonium, exceptum
 cæna cum Cæsare, à Pompeio ipso in naui professo, se
 in carinis suis tum demum cœnam dare: de quo Plutarch.
 in Anton. & Velleius. German.

Ut ventum ad sedes: Hæc, inquit, limina victor
 Alcides subiit, hæc illum regia cepit.

AVDE HOSPES CONTEMNERE OPES, ET TE QVOQUE DIGNVM

365 FINGE DEO: REBUSQUE VENI NON ASPER EGENIS.

Dixit, & angusti subter fastigia tecti
 Ingentem Æneam duxit: stratisq; locauit,
 Effultum folijs, & pelle Libystidis vrsæ.

Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.

370 At Venus haud animo nequicquam exterrita mater,
 Laurentumq; minis, & duro mota tumultu,
 Vulcanum alloquitur: thalamoq; hæc coniugis aureo
 Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem.

Dum bello Argolici vastabant Pergama Reges

375 Debita, casurasq; inimicis ignibus arces:
 Non vllum auxilium miseris, non arma rogavi
 Artis, opisq; tuæ: nec te, charissime coniux,
 Incassum uē tuos volui exercere labores:

Quamuis & Priami deberem plurima natis,

380 Et durum Æneæ fleuissē sæpe laborem.

Nunc Iouis imperijs Rutulorum constitit oris.

Ergo eadem supplex venio, & sanctum mihi numen

Arma rogo genitrix nato. te filia Nerei,

Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.

385 Aspice qui coeant populi, quæ mœnia clausis

Ferrum acuant portis, in me, excidiumq; meorum.

VICTOR ALCIDES) Varro rerum diuinar. lib. C & signum, VICTOREMQUE incisis litteris appel-
 4. Victorem Herculem putat dictum, quod omne ani-
 malium genus vicerit. Romæ autem Victoris Hercu-
 lis ædes duæ sunt, vna ad portam trigeminam, altera
 in foro boario. Huius cōmenti causam Massurius Sa-
 binus, memorabil. lib. 2. aliter exponit. Marcus, in-
 quit, Octavius Herennius prima adolescentia tibicen,
 postquam arti suæ diffusus est, instituit mercaturam, &
 re bene gesta decimam Herculi profanauit. Postea
 cum nauigans hoc idem ageret, à prædonibus circum-
 uentus fortissimè pugnavit, & victor recessit. Hunc in
 somnijs Hercules docuit, sua opera seruatum. Cui O-
 ctavius, impetrato à magistratibus loco, ædem sacravit,

lavit. Dedit ergo epitæton deo, quo & argumentū vi-
 ctoriarum veterum Herculis, & commemoratio nouæ
 historiæ, quæ recenti Romano sacro causam dedit, cō-
 tineretur. Macrobi. Saturnal. lib. 3. cap. 6.

AVDE HOSPES CONTEMNERE OPES) Au-
 de, quia res ardua, & difficilis. Omnino magni, & ex-
 cellentis animi est contemnere pecuniam, negligere
 opes. Videsis, quàm bellè Seneca, more suo hunc ver-
 sum ad contemptum rerum fluxarum rapit, epist. 18.
 Quanta est animi magnitudo, ad id sua sponte descen-
 dere, quod nec ad extrema quidem redactis timendum
 sit? Hoc est præoccupare tela fortunæ. Incipe ergo,
 mi Lu-

mi Lucili sequi horum consuetudinem, & aliquos dies A destina, quibus secedas à rebus tuis, minimoque te facias familiarem. Incipe cum paupertate habere commercium, *Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum Finge deo.* Nemo alius est deo dignus, quam qui opes contempsit: quarum possessione tibi non interdico, sed efficere volo, ut illas in trepidè possideas, quod vno consequeris modo, si te etiam sine illis beatè victurum persuaseris tibi: si illas tanquam exituras semper aspexeris. Rursus epist. 31. quomodo possimus similes euadere deo, his verbis nos docet. Parè autè deo pecunia nō faciet. Deus nudus est. Fama nō faciet, nec ostentatio tui, & in populos nominis dimissa notitia. Nemo nouit deū: multi de illo malè existimant, & impunè. Nō B turba seruorum lecticam tuam per itinera urbana, ac peregrina portantium. Deus ille maximus, potentissimusque ipse vehit omnia. Ne forma quidem, & vires beatum te facere possunt. Nihil horum non patitur vultutatem. Quærendum est ergo, quod non fiat in dies deterius, cui non possit obstari, quo nil melius possit reperiri. Quod est hoc? animus: sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud voces hunc, quàm deum in humano corpore hospitantem? Hic animus tam in equitem Romanum, quàm in libertinum, quàm in seruum potest cadere. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut seruus? Nomina ex ambitione, aut ex iniuria nata. Subsiliare in cælum ex angulo licet. Exurge modò, *& te quoque dignum Finge deo*: finges autem non auro, non argento. Non potest ex hac materia imago deo exprimi similis. Cogita illos, cum propitij essent, siciles fuisse. Hæc Seneca, vides quam sapienter, & Stoicè.

Quomodo paupertas ad virtutem conducat, Theodoret. de Providentia Serm. 6. Iouian. lib. 1. de sermone hanc orationem vult esse plenam comitatis. Comis viri consilium est, quæ à se dicuntur non, ut delectent modò, verum etiam ut sint grata, nec solum verba, sed etiam res ipsæ, quæ dicuntur. Itaque & ornatum rebus adiungit, præstatque, quod Terentianus ille desiderat, *ornato munus verbis, quod potes*, & in eo est maximè, ut verba etiam ipsa, resque, quæ à se dicuntur, gratiam præ se ferant. Itaque à comendo, id est, orando dictus. Puellæ namque, ornata præsertim, placere amatoribus student, illisque ex eo gratiores fieri. Vide quæso, quibus verbis, quàm etiam comptis, quam gratis etiam sententijs *Æneam* alloquitur Euander.

Admodum similis Virgilianæ huic, apud Apuleium reperitur oratio Milonis cuiusdam ampliter nummati, sed extremæ auaritiæ hominis, angusta, & vacua domo habitantis, qua se compellatum, cum ad eum diuerteret, idem Apuleius fingit. Ego te, inquit, etiam de ista speciosa corporis habitudine, deque hac virginali prorsus verecundia, generosa stirpe proditum, & rectè conijcerem. Sed & meus Demeas eadem litteris E pronuntiat. Ergo breuitatem gurgustoli nostri ne spernas peto: erit tibi adiacens, & ecce illud cubiculū honestum receptaculum. Fac libenter diuerferis in nostro. Nam & maiorem domum dignitate tua feceris, & tibi specimen gloriosum arrogaris. Sis contentus hoc paruulo: Thesei illius cognominis patris tui virtutes æmulaueris, qui non est alpernatus Hecales anus hospitium tenue. Fuit autem Hecale rustica vetula, quæ ad se diuertente Theseo apposuit olera, herbasque sylvestres pro edulij.

TE QVOQUE DIGNVM FINGE DEO) Omnino deum Herculem aspicit, qui & in illis ipsis quamuis horridis, incultisque locis acquieuit, & fortuito, obla-

toque victu contentus, magna tolerantia orbem vagus peragruit: ut pote, qui boni consulens hospitalitatem Molossi, iucundè, & frugaliter acceptus discessit. German. * *Sensum Verborum est, secundum Seruium, componere in similitudinem nummi. Ergo imitationem Herculis suadet Æneas, non quidem in monstrum debellandum, sed in frugalitate, & diuitiarum contemptu.*

REBUS VENI NON ASPER EGENIS) Res egenæ sunt res tenues, modicæ, non amplæ, non splendide, ac magnificæ, non lautæ, non opiparæ, ut etiam ad victum referamus, cuius frugalitatem ex angustia recti facile colligimus. De antiquorum frugali, & parco victu multa Alex. ab Alex. lib. 3. cap. II.

ANGUSTI TECTI INGENT ÆN.) Ex contrarietate quæritus ornatus, angustum tectum, ingens Æneas.

LIBYSTIDIS VRSÆ) Species pro genere. Vel, ut ex pretio bestiarum aliquid stratis ipsis gratiæ accederet.

ET MYSCIS TELLVREM AMPLECT. ALIS) poetica phantasia Nocti alas affingit. Ennius Annali 16. *Nox quando medijs signis præcincta volabat.*

EXTERRITA MATER) Ideo territa, quia mater.

DICTIS DIVINVM ASPIRAT AMOR.) addit gratiam dictis diuinam, facit dicta sua amabilissima. *Æneid. C. I. & latos oculis afflarat honores.*

DVM BELLO ARGOLICI) Petitura Venus pro filio, de adulterio procreato, orationem suam ingenti arte composuit, quod etiam Vulcanus ipse testatur, dicens, *Quid causas petis ex alto?* Non enim aperta est eius petitio, sed longo procæmio peruersam amore mariti mentem circumuenit. Ergo quæstionem hanc, quæ nascitur ex impudica Veneris petitione, soluimus his modis: primo, quod Vulcanum amore circumuenit: deinde quod est nata occasione eius temporis, quo Marti arma faciebat, quem sciebat fuisse adulterum, per quod datur intelligi, Vulcanum omnem suspicionem, & iram, quam habuit circa Venerem, deposuisse, Dadeo ut arma ipsi etiam fabricaret adultero. Præterea Vulcanum vxorium fuisse, testatur & ipse Virgilius, dicens, *Tum pater æterno fatetur deinceps amore.* Nam quod dicit Donatus, potuisse fieri, ut cum Anchisa concumberet Venus, antequam Vulcano nuberet, non procedit: constat enim à principio Venerem vxorem fuisse Vulcani. Seruius.

Diutius immoratur Homerus, quam hinc Virgil. Iliad. 5. cum Iunonem inducit καλλωπισμένην, varioque ornatu, & mundo muliebri instructam, vxoris illecebris mariti animum tentantem, & periclitantem. German.

PRIAMI DEBEREM PLVRIMA NATIS) Soli Paridi debet: sed plurali numero dicit, ne ex turpi causa Paridi debuisse videatur. Tegit igitur honesto nomine rem non honestam.

SANCTVM MIHI NVMEN AR. ROGO GENITRIX NATO) Iliad. 5. vbi Thetis Achilli arma Vulcanum rogat, & vnde totus hic locus expressus est.

Τῆνδε νῦν τὰ σὰ γένηται ἱκένομαι αἰν' ἐθέλοντα
δὲ ἔμω' ἀνυμώρῳ δόμεν' ἀσπίδα, καὶ τρυφάλειαν. &c.

TE FILIA NEREI) Theris, quæ Achilli arma impetravit. Et bonis vititur comparationibus, dicendo *filia Nerei*, quum ipsa Iouis sit filia: iterum, *uxor Tithonia*, quum ipsa sit Vulcani. Aurora autem Tithoni vxor petiuit arma Memnoni filio.

QVÆ MOENIA CLAVS. VELL. ACVANT PORT.) Dixit

Dixit enim superius, *Quinq; adeo magna positus incendi-
bus vrbes Tula nonant.*

IN ME, EXCID. MEORVM) Sic i. Æneid. ut pa-
trem Iouem moueret, fecit calamitatem Troianorum
suam quoque, & ita locuta est, quasi vnâ cum ipsis ve-

axaretur, casibusq; aduersis per maria, ac terras iactare-
tur. *Nos tua progenies, &c. Sic nos in sceptrâ reponis?* Eo-
dem artificio nunc cum marito Vulcano agit, quivtiq;
quantû in se est, pati non debet ferrum acui in vxorem
suam, & cum filio oppugnari ipsam quoq; matrem. *

Dixerat, & niueis hinc atq; hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet. ille repentè
Accepit solitam flammam, NOTVSQVE MEDVLLAS

390 INTRAVIT CALOR, ET LABEFACTA PER OSSA CVCVRRIT:

Non secus, atq; olim tonitru cùm rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis, & formæ conscia coniux.
Tum pater æterno fatur deuinctus amore.

395 QVID CAUSSAS PETIS EX ALTO? fiducia cessit

Quò tibi diua mei? similis si cura fuisset,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset.

Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
Stare, decemq; alios Priamum superesse per annos.

400 Et nunc, si bellare paras, atque hæc tibi mens est,

QVICQVID IN ARTE MEA POSSVM PROMITTERE CVRÆ,

Quod fieri ferro, liquidoûc potest electro:

Quantum ignes, animæq; valent, ABSISTE PRECANDO

VIRIBVS INDVBITARE TVIS. EA VERBA LOCVTVS,

405 OPTATOS DEDIT AMPLEXVS, placidamq; petiuit

Coniugis infusus gremio per membra soporem.

NIVIS LACERTIS) Homerus Iunonem λευ-
κόλευον crebrius appellat, quasi dicas, albiulnam, id est,
candidis præditam lacertis, seu niueis: voluit enim hoc
ipsum adiunctum ad nomen sic exprimere Virgilius:
quamvis eo solo Græcus poeta vniuersam deæ illius
pulchritudinem significet, nota figura. Admoneor hoc,
niueis lacertis illius Theanus, præclaræ fæminæ, quæ
cum vestem induens, casu nudasset brachium, & qui-
dam eo conspecto diceret, ô pulchrum brachium: re-
spondit illa, at non publicum. Quo & castitatem suam
indicauit, & laudatoris illius intemperantiam perstrin-
xit, qui alienum corpus curiosius esset intuitus. *

CUNCTANTEM AMPLEXU MOLLI) dubitantem
scilicet an promitteret, quam rem per amplexum suum
immisso amore perfoluit.

ACCEPIT SOLITAM FLAMMAM) Alludit ad rem
naturalem: namq; ideo Vulcanus fingitur maritus Ve-
neris, quod Venereum officium nõ nisi calore cõsistit:
vnde, *Frigidus in Venerem senior.* Seruius. * *Atque hæc
ipsa de causa tam crebra ignis, flamma, caloris, æstus in rebus a-
matoris mentio. Est vero quod sequitur de calore, qui Vulcani me-
dullas intraverit, & ossa eius liquefecerit, nunc emergia dictum,
quanta potuit maxima.*

ET FORMÆ CONSCIA CONIUX) Intellexit se do-
lis, & pulchritudine peruertisse mentem mariti. Lucan.
lib. 10.

*Quem forma confixa sua Cleopatra sine ullis
Tristis adis lacrymis, simulatum compta dolorem.*

ÆTERNO DEVINCTVS AMORE) Æternum pro ma-
gno, atque adeo immenso posuit Maro. Et Curtius lib.
4. ferè eodem modo scripsit. Ablue corpus illuue, æ-
ternisque sordibus squalidum. Turneb. lib. 13. cap. 8.

B Adde Lucret. lib. 1. *æterno deuinctus vulnere amoris.*

QVID CAUSSAS PETIS EX ALTO) Attius Armo-
rum iudicio. *Cur cetera tam ex alto appetissis dissidia A-
gamemnon?* Qua circuitione, ait, uti voluisti verborum?
Dubitasse te de mariti voluntate ostendisti. Sic exorsus
est, quasi non ipse esset, qui paulò ante cunctabatur:
ita se facilem præbet, & tanquã Veneris non intellecto
ingenio, bonum se satis, & beneuolum præstat. Quan-
tum illam fecit libido subiectum? si considerares, in-
quit, esse te coniugem meam, & quid vxor de marito
mereatur, aduerteres, non duceres ex alto principia,
nec petitionem tuam circuitione munires. Diffidentis
hoc signum est: nunquam enim inter coniunctas reli-
gione personas petitionem futuram sermo laboratus
anteuenit, nisi cum honestatis ratio non suppetit: aut
destituitur meritis persona poscentis. Donatus.

NEC FATA VETABANT STARE, DECIMQVE)
Hic tractat poeta, fatorum vim non posse quidem sub-
verti, posse tamen imminens malum aliqua ratione dif-
ferri. Et si peritura, inquit, fuerat Troia, posset tamen
aliquanto adhuc tempore perdurare. Hoc Iupiter, &
fata poterant sinere. Si etiam tunc diligentiam habuis-
ses, & curam, ut in eo constitueretur beneficij commo-
dum, sic quod celerius petijt, tardius interiret. Donat.

QVICQVID IN ARTE MEA, QVOD FIERI FER-
RO, ELECTRO) Alterum pertinet ad firmitatem, alte-
rum ad pulchritudinem: plurimû enim terrorem ho-
stibus incutit etiam splendor armorum. Ecce plus pro-
misit, quam petierat Venus: debebat quippe postulanti
sola arma, ex ferro promittere. Donat.

POTEST ELECTRO) Turpissimum mendum in
Vu* hoc

hoc versu inhæserat, nā cum legeretur ante *potestur*, ex A vetustissimo volumine bibliothecę Vaticanę, Politian. Miscellan. cap. 71. emendauit *potest*. Quę etiam verior lectio vel inde probatur, quod electrum vbique in prima syllaba longum, tam apud Gręcos ponitur, quā apud nostros. Nec quidquam interpretes super verbo *potestur*, alioqui nouo, inusitatoq; loquuntur. Haud tamen præterit me, veteres hæc quoque protulisse, sicut Pacuuium in Chryse, sicut etiam Lucretium, quemadmodum & *poteratur* lectum à Nonio Marcello est in Cæcilianis annalibus. Apud Plautum Satyrione, *retrahinequitur*. Apud Catonem lib. 1. Orig. Fana in eo loco compluria fuere, ea exaugurauit: præterquam quod Terminum fanum fuit, id nequitum exaugurari. M. Tull. ad Papyrium lib. 9. Qui primus Papisius est vocari desinitus. Quadrigar. Annal. 3. adeo memorari non potestur. Deniq; sic loquebantur veteres, cum iungebatur huic verbo potestur, poteratur, infinitiuus passiuus.

Mirum est in plerasque editiones receptam fuisse hanc lectionem, *Quod fieri ferro, liquidone potestur electro*: atque hic tanti fecisse quosdam obsoletum hoc vocabulum, tanquam Vulcani maiestati, ex cuius ore proficiscebatur, conuenientissimū (nimirum, vt quemadmodum Iupiter, & Iuno sermoni suo prisca quædam vocabula, ille *fuat*, hæc *confieri* admiscuissent, ita etiam Vulcanus, cui non minus iuris hac in parte esse deberet, *potestur* ex prisco sermone retineret (quasi verò vbicunq; hic poeta aliquem archaismum sermoni illorum numinum, aut aliorum inferere potuit, id fecerit) tanto, inquam, in honore à nonnullis illam cascā vocem *potestur* fuisse habitam, vt pro hac lectione tanquam pro aris, & focus Virgilianis dimicauerint. Neque vero exemplum illis defuit, quo nominis *electro* quantitatem defenderent: & quidem ex hoc ipso poeta, in poematio quod Ceiris inscriptum est.

*Non me delicijs commouit regia diues,
Coralio fragili, & lacrymoso mouit electro.*

Sed ille versus aliter etiam scriptus reperitur, in *electro* syllabę primę suę seruata quantitate. Henr. Steph. de delectu. Virgil. lection.

De electro Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum, vbicunq;

quinta argenti portio est, electrum vocatur. Scrobes eę reperiuntur in Canaliensi. Fit & cura electrum, argento addito. Quod si quintam portionem excesserit, incudibus non resistit. Et electro auctoritas, Homero teste, qui Menelai regiam auro, electro, argento, ebore fulgere tradit: & quę sequuntur. Etiam Pausanias s. in Eliacis, illustrem electri facit mentionem. Electrum quidem, inquit, ex qua materia Augusti statuam fecerunt, in Padi fluminis arenis rarum omnino repertum est. Id, qui nacti fuerint, non temere magni æstimant. Est alioquin electrum aliud nihil, quam argento permixtum in metallis aurum. De tertio autem electri genere, quod idem est cum succino, in x. fit mentio, ibi, *Populeus inter B frondes, &c.*

Ne pigeat etiam legere, quę annotauit in Indice suo Erythræus, super hac voce *potestur*. Liquidum electrum poeta nominat, eo quod miro modo pelluceat. Vnde de re magnopere dilucida, aut de forma supra modum nitida prouerbum, *ἡλέκτρον διαφανέστερον*.

QUANTVM IGNES ANIMÆQUE VALENT) Animas intellige auras folliibus acceptas, quibus fornaces inspirantur, & ignes augescunt. Anima sæpe ventum significat, flatum, halitum. Lucret. lib. 5. *Auratumq; lenes anima, calidiq; vapores*. Vide Nonium in *Anima*. Diximus Eclog. 6. ibi *Semina terrarumq; animarumq; marisq; fuissent*. &c.

OPTAT. DED. AMPL. CONIVG. INFVS. GREMIO) Ammianus poeta, inquit Gell. lib. 9. cap. 10. & pleriq; cum eo eiudem Musę viri, summis, assiduisq; laudibus hos Virgilij versus ferebant: quibus Vulcanum, & Venerem vinctos, mistosque iure coniugij, rem lege naturę operiendam, verecunda quadam translatione verborum, quum ostenderet, demonstraretq;, protexit. Minus autem difficile esse arbitrantur, ad istiusmodi reticenda, verbis vti vno, atque altero, breui, tenuiq; signo ea demonstrantib; sicut Homerus dixerit *παρθενικὴν ζώνην, καὶ λέκλειο θεσμόν, καὶ ἔργα φιλοήσια. τὸν μὲν αὖ ἐν ῥήτοισι καλεῖν ἄγατ' ἐν λεχέσσιν*. Tot verò, & tam euidentibus, ac tam non prætextatis, sed puris, honestisq; verbis venerandum illud concubij pudici secretum, neminem quenquam alium dixisse.

- Inde, vbi prima quies medio iam noctis abactę
Curriculo expulerat somnum: quum fæmina primūm,
Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Minerua,
410 Impositum cinerem, & sopitos fuscitat ignes,
Noctem addens operi: famulasq; ad lumina longo
Exercet penso, castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos:
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
415 Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus, Æoliamq;
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Ætnęa tonant: validiq; incudibus ictus
420 Auditi referunt gemitum: striduntq; cauernis
Stricturę Chalybum, & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

Hoc

- Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto.
 Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
 425 Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.
 His informatum manibus, iam parte polita
 Fulmen erat (toto genitor quæ plurima cælo
 Deijcit in terras) pars imperfecta manebat.
 Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ
 430 Addiderant: rutili tres ignis, & alitis Austri.
 Fulgores nunc terrificos, sonitumq;, metumq;
 Milcebant operi, flammisq; sequacibus iras.
 Parte alia Marti currumq;, rotasq; volucres
 Instabant: quibus ille viros, quibus excitat vrbes:
 435 Ægidaq; horrificam, turbatæ Palladis arma
 Certatim squamis serpentum, auroq; polibant,
 Connexosq; angues, ipsamq; in pectore diuæ
 Gorgona defecto vertentem lumina collo.

INDE VBI PRIMA) Ecce quantum profecit artificium Veneris. Excitatur Vulcanus noctis medio, relinquitur pulchra vxor, & blandi talis fæminæ deseruntur amplexus: præponitur quieti labor, cælo spelunca, & strato molli contempto, fabrilis artis difficultas eligitur. Hæc enim desiderabant ratio temporis, & graues æstus vxoris, vt submota omni segnitie, perfectis opportune armis, gratior rediret ad coniugem. Donatus.

MEDIO IAM NOCT. ABACTÆ CVRRICVLO) Curriculū genere neutro spatium in quo curritur, cursum ipsum, & currum paruum diminutionis forma significat. Hic pro spatio sumitur, quod nox conficit, quæ ipsa etiam à poetis curru per cælum inuehi, & quidem nigris equis fingitur. Cic. pro Muræna. Respondebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi defultorius in quadrigarum curriculum incurrere. *

CVI TOLERARE COLO VITAM) Apollonij imitatione. Vide Vrsin. Item Homeri Iliad. µ. Apud matronas quondam lanificium magnæ laudi fuit, lanamq; fecisse mulierem, probitatis, & pudicitie argumentum erat. Inter Romanos, & Sabinos facta pace, conuenit inter Romulum, & T. Latium, vt Sabinæ mulieres ab omni opere, excepto lanificio, immunes forent. Scribit Varro apud Plin. lib. 8. cap. 48. lanam cum colo, & fuso Tanaquilis, & sandalia in templo Anci Martij ad sua tempora durasse incolumem. Vtq; lanificium veteribus cordi fuisse indicarent, sponsam nuptiarum die colum comptam, & fusum cum stamine ad virum deferre iussere. Apud Iberos etiam nunc, quidquid texunt mulieres, in commune conferunt, & virorum iudicio, quæ plurimum texuit, honoribus cumulatur, & pretio. Phæacenses quoque, Homero teste, sicut rei navalis viri, ita mulieres pensa trahendi, & acu vestes intexendi peritæ sunt. Contra Egyptijs mos. Nam viri pensa domi curabant, mulieres foris negotia tractabant. Dabatur item vitio fæminis apud Persas, lanæ & calathio ad mouere manus. Alex. Neapolit. lib. 4. cap. 8.

Bernartius in 4. Thebaid. Statij obseruat, more veterum receptum fuisse, vt etiam regum filia lanificio manus admouerent. Alex. enim apud Curtium ad Sygambin matrem Darij: mater, hanc vestem qua indutus sum, sororum non solum donum, sed etiam opus

A vides: nostri decipere me mores. Seneca Hippolyto, in persona Phædræ. *Palladis tela vacant, Et inter ipsas pensa labuntur manus.* * Miror fugisse Bernartium. *Angusti apud Sueton. cap. 73. Veste non temere alia, quàm domestica usus est, ab vxore, & sorore, & filia, neptibusq; confecta.*

Cæterum vt minerua pretium est, & merces, quæ perfoluitur doctori (sic enim à Varrone appellatur) qui nos aliqua arte erudit: sic & Minerua hoc loco. Atque hæc quidem interpretatio laudat Seruium. [Obscurum refert sententiam Seruij Turneb. Sic enim ille: tenuisq; Minerua, non filo tenuis, sed paruo pretio lanificij. Et subaudiunt aliqui, mos est, vt sit sensus, cui tolerare colo vitam, tenuisq; Minerua mos est.] Vide tamen, ne Minerua pro lanificij arte dici, & accipi hic possit. Nam tenuis ars lanificij meritò dici potest, quia non multum quæstus affert: vt boni cōsulendum sit, si ea te tolere. Sic alius de lanificio locus intelligitur in extremo septimo, non illa colo, calathisque Minerua Famineas assuevit manus. Interdum tamen etiam filum est. Arnobius, pro aquis Neprunum, Liberum patrem pro vino, Cererem pro pane, Mineruam pro stamine. Turneb. lib. 11. cap. 22. & lib. 26. cap. 29. Vide quæ dicta sunt lib. 7. ad locum paulo ante citatum.

Tolerare pro *ὑπομένειν*, & vitam quoquo modo agere, ac per inopiam traducere, & prorogare, Cæsar non semel dixit, vt lib. 3. de bello ciuili. Libenter etiam ex perfugis cognoscebant, equos eorum tolerari, reliqua verò iumenta interijisse. Et rursus. Erat summa inopia pabuli, adeo, vt folijs ex arboribus strictis, & teneris arborum radicibus contulis equos alerent, & cogerentur ijs rationibus equitatum tolerare, id est, in summa pabuli inopia alere, *ὑπομένειν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης*. Tacitus, Multos militia, quosdam exercendis agris tolerare vitam. Hoc est, *ὑπομένειν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἀπαλλάττειν*. Terent. And. *Lana, ac tela vixit quæritans, συλλεγομένη τὸν βίον, τὴν χεῖρα τὸν βίον περιζομένη, ὅπως δύναιτο εἶναι διαζῶσα*, vel *τὸν βίον ὑποζομένη*. Columella lib. 7. cap. 2. Pinguis, & campestris situs, proceras oues tolerat: gracilis, & collinus, quadratas. *ὑποζομένη*. Bud. in Pand. * *Quomodo viri primum quam mulieres lanificium exercebant & quare ad faminas tandem peruenirent, docet Lucret. lib. 5. in extremo.*

Et facere ante viros lanam natura coëgit,
 Quam muliebre genus: nam longè præstat in arte,
 Et sollertius est multo genus omne virile,
 Agricola donec vitio vertere seueri,
 Vt muliebribus id manibus concedere vellent,

Vu* 2

Atque

Atque ipsi potius durum sufferre laborem,
Atque opere in duro durarent membra, manusq;

TENVIQUE MINERVA) Minervam primam lanificij usum monstrasse, hanc etiam telam ordiri docuisse, & colorasse lanās prædicant. Oliuæ quoque hanc dicunt inuentricem, & fabricæ, multarumq; artium: sed hoc poeticè: quia sapientia in capite esse dicitur hominis, & Minerva de capite Iouis nata fingitur, hoc est, ingenium, ideoq; sensus sapientis, qui inuenit omnia, in capite est. Isid. lib. 19. cap. 20.

IMPOSITVM CINEREM ET SOP. SVSCITAT IGNES) Optimè conseruatur ignis, si cinere regatur. Nam ita fit, ut & cinis igni impositus, eius calorem contineat, & ignis tamen per cinerem rarum quasi expiret, ac viuat. Ignem enim dicimus viuere, & mori: viuere, dum calorem naturalem continet: mortuum esse, ubi extinctus est. Lucret. lib. 1. *Et uiuant labentes aetheris ignes.* Infra eod. lib. *Quod cupido adfixum cordi vinefcit ut ignis.* lib. 4. similiter dixit, ut Virgilius, *cinere ut multa latec obrutus ignis.* Vbi animaduerte, cinis proferri genere muliebri, quomodo reperiri apud Cæsarem, Caluum, & Catullum Nonius testatur. Caluus, *Cum iam fulua cinis fueris.* Idem. *Forfitan hoc etiam gaudet ipsa cinis.* Catull. *Troia virum, & virtutum omnium acerba cinis.* Simile est etiam (ut reuertar vnde paulisper deflexi) illud Horatij Ode 1. lib. 2. *Et incedis per ignes Suppositos cinis.* Ex Lamb. in Lucret.

CASTVM VT SERVARE CVBILE) Terent. And. *Primum, hac pudicè vitam, parcè, ac duriter Agebat, lana ac tela victum queritans.* Hinc ergo traxit Virgil. ut diceret, *castum ut seruare cubile,* &c.

OPERA AD FABRILIA SVRGIT) Opera est actio, & persona ipsa, quæ opus peragit. Opus finis est, & fructus operæ. Nonnunquam opus pro opera videtur accipi, ut hic. Donat. in Heautont.

INSULA SICANIVM) His verbis vna Vulcaniarum insularum, nomine Hiera describitur, quæ sacra Vulcano est, collè in ea nocturnas euomente flammas. Hac in insula scribit Maro Vulcani officinam esse. Turneb. lib. 26. cap. 29. At Homerus eam in cælo constituit, quo nihil stultius dici potest. Virgiliana officina cælestis potius: diuinis enim verbis descripta est, Homericæ autè plebeijs. Scalig. Poet. lib. 5. cap. 3. ** Et quoniam Vulcanus Cyclopum opera, & ministerio vitur in fabricando, idcirco dixit Horat. Ode 4. lib. 1. dum graues Cyclopum Vulcanus ardens vrit officinas.*

ÆOLIAMQVE ERIG. LIPAREN) Physiologia est, cur in his locis Vulcanum officinam habere fingatur, inter Liparen, & Aetnam: scilicet propter ignem & ventos, quæ apta sunt fabris. Æoliam autem ideo Liparen, quia vna est de illis septem insulis, quibus Æolus imperauit. Ita Seruius. Liparam describit Strabo lib. 6. Septem sunt numero insulæ, quarum maxima est Lipara Cnidiorum colonia, Siciliæ proxima, secundum Thermisiam, antiquitus Meligunis dicta. Hæc & classẽm duxit, & longo tempore Tyrrenorum incursionibus restitit, sub se habens reliquas Liparæorum, ut nunc dicuntur (quas Æoli quidam appellant) insulas, &c.

ANTRA ÆTNÆA) Magnitudinem icuum ostendit, quibus & vicini montes resultabant: aut certè Ætnæa, quasi Ætnæa dicit. Seruius.

STRICTURÆ CHALYBVM) Stringere venas apud Persum Sat. 2. inde stricturæ vocatæ sunt massæ, & laminæ ferri. Turneb. lib. 25. cap. 15. Strictura, inquit Seruius, est terra ferri in massam coacta. Chalybes sunt propriè populi, apud quos nascitur ferrum.

A Nonius, stricturæ dicuntur propriè scintillæ, quæ de ferro feruenti exeunt, cum massa malleis cuditur: quod aut strictius emittantur, id est, celeriter, aut quod oculos sui fulgore præstringant. Profert hunc locum. Lucil. Satyr. lib. 4. *Crebra ut scintilla in stricturis, quod genus olim Feruenti ferro.*

HOC TVNC IGNIPOTENS DESCEN.) id est, huc tum. Et hoc pro huc posuit, secundum antiquum morem: nam antea hoc, aduerbium loci fuit, quod nunc aboleuit. Vide Seruium.

Non placet tamen hic archaismus Stephano, quamuis eum & Seruius, & Priscianus retineant: citetur etiam quoddam epitaphium, Capuæ scriptum, in quo hanc scripturam antiquam videre est. *Inferri hoc non licet, nisi quorum nomina scripta sunt, & quibus cauero:* pro, inferri huc non licet. Sed Grammaticorum principum valet plus auctoritas.

FERRVM EXERCEBANT VASTO CYCLOP.) Omnino ad fictionem istam Maronianam de armis à Vulcano, & Cyclopibus in Sicilia Ænææ fabricatis puto respexisse Claud. in 3. Consulatu. Honorij, cum illa scriberet.

*Quod superest, patri, vobis iam Mulciber arma
Preparat, & Sicula Cyclops incude laborat.
Brontes innumeris exasperat agida signis.
Album fulminea crispare in casside conum,
Festinat Steropes, nescit thoraca Pyracmon,
Ignisfixisq; gemit Lipare fumosa cavernis.*

C BRONTESQVE, STEROPESQVE) Quid facturi sint, ex nominibus docet. Nam Brontes à tonitru dictus est, & τῆς βροντῆς. Steropes à fulgetra, id est, τῆς στεροπῆς. Pyracmon verò, qui nunquam à calente incude discedit. Seruius.

NVDVS MEMBRA PYRACMON) Per hunc etiam ceteros fuisse nudos intelligitur.

HIS INFORMATVM MANIBVS) Non oportet hic (ut quidam faciunt) informatum accipere, rude, & omnino sine forma, argumento, & synonymia ab informi, in qua dictione prorsus particula, in priuandi vim habet: sed κατὰ τὴν ὑποτέλειαν: cum informare sit aut pictoriæ, aut statuariæ vocabulum, primam, & rudem operi formam inductam significans. Scilicet & informatio σκιογραφία, & σκελετισμός, & per translationem imperfecta, & rudis notio, à natura primum animo impressa, quam Cicero anticipationem, & προλήψιν lib. 1. de nat. deor. vocat. German.

INFORMATVM FVLMEN IAM PARTE POL.) Imago Vulcani talis proditur ab Alberico, libello de deorum imaginibus. Pingebatur similitudine fabri deformis, & claudi, malleum in manu tenentis, & deorum impulsu de cælo in terram decidentis. Iuxta eum plures dii eum iridentes pinguntur, qui eum de cælo expellere figurantur. Ipse quoque sic expulsus, fulmina in terris parare dicebatur, quæ ad cælum Iouis ipsius aquila deferrebat. Ideoq; iuxta ipsum Vulcanum depicta erat officina, & aquila parata ad fulmina deferenda.

TOTO QVÆ PLVR. CÆLO DEICIT IN TERRAS) Cum plurima dei ciat in terras fulmina Iupiter, nec tamen illi vnquam desint fulmina, affirmare audent Ouid. desitura, si peccantes omnes, & quoties peccant, fulmine deiecto ferire velit. Nimirum mundus & scelerum, & sceleratorum plenus est.

*Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.* &c.

Non semper poetæ reddunt sequentia præcedentibus, neque antecedentibus relatiua, aut numeros nume-

numeris, aut casus casibus ad circinum, canonemque A grammaticum, sed non tam verbis, quam sententiæ insistant: ut hîc, ubi præmisit, informatum fulmen, subiicit, *qua plurima calo Deijcit in terras*: ut fere Lucret. lib. 4.

---- quibus in rebus multum sumus ante morati,
Atq; in qua ratione fuit contenta magis mens,
In somnis eadem plerumq; videmur obire.

Hæc vocum continentia *qua plurima*, respondet illi Græcorum poetarum, οὐκ ἄν ποτα. German.

TRES IMBRIS TORTI RADIOS, TRES NVB)
Sciendum, in hoc eum velle ostendere, toto anno iaci fulmen. Nam per has periphrases tempora ostendit anni totius, quæ & quatuor esse, & ternos menses habere manifestum est. Vnde dicit *tres imbris torti radios*, hoc est grandinis, constricti, & coacti in grandinem, quæ abundat per hyemem. *Nubis aquosæ*, hoc est, veris, quo tempore nimix sunt pluuiæ, Et, *rui imbriferum ver*. Addit, *rutili trui ignis*, hoc est, æstatis. Et, *alitis autri*, hoc est, autumnii, quo ventorum crebra sunt flamina. Seruius.

SONITVM QVE METVMQVE) Per sonitum, tonitrua ostendit, per metum, fulgetras, & hunc ordinem sic posuit, ut hominibus videtur. Nam reuera prior est collisio nubium, vnde ignis emittitur. Nos autem ideo prius fulgetras videmus, quàm tonitrua audiamus, quia velocior oculorum, quàm aurium est sensus. Seruius.

FLAMMIS SEQVACIBVS) persecutricibus. Ad naturam ignis respicit, qui depascendo progreditur, quando est, quod depascatur.

ÆGIDAQVE HORRIFICAM TVRB. PALLAD. AR.) Marmoreum quoddam Palladis simulacrum secundum hos versus effictum, aut potius, cuius cælaturam his versibus mirifice expresserit Maro, se vidisse Romæ affirmat Politian. cap. 47. Illud *turbata* ne exponas, turbantis, ut malè Seruius, sed perturbatæ: turbati quippe sumus, cum bellum capeffimus. Turneb. lib. 26. cap. 29.

GORGONA DESECTO VERT. LVM COLLO) Medusam, cuius caput à Perseo desectum, in suo clypeo Minerua posuisse narratur.

- 440 TOLLITE CUNCTA, INQVIT, COEPTOSQVE AVFERTE LABORES,
Ætnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro: NVNC VIRIBVS VSVS,
NVNC MANIBVS RAPIDIS, OMNI NVNC ARTE MAGISTRA:
PRÆCIPITATE MORAS. Nec plura effatus: AT ILLI
OCYVS INCVBVERE OMNES, pariterq; laborem
445 Sortiti. fluit æs riuis, auriq; metallum:
Vulnificusq; chalybs vasta fornace liquefcit.
Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra
Tela Latinorum: septenosq; orbibus orbes
Impediunt. alij ventosis follibus auras
450 Accipiunt, redduntq; alij stridentia tingunt
Aeralacu: gemit impositis incudibus antrum.
Illi inter sese MVLTÀ VI BRACHIA TOLLVNT
IN NVMERVM, versantq; tenaci forcipe massam.
Hæc pater Æolijs properat dum Lemnius oris,
455 Euandrum ex humili tecto lux suscitât alma
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Confurgit senior, tunicaq; inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.
Tum lateri, atq; humeris Tegeæum subligat enssem,
460 Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.
Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressumq; canes comitantur herilem.
Hospitis Æneæ sedem, & secreta petebat,
Sermonum memor, & promissi muneris heros.
465 Nec minus Æneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
CONGRESSI IVNGVNT DEXTRAS, medijsq; residunt
Ædibus, & licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc.

TOLLITE CUNCTA INQVIT) Crescit *Aeneas* me-
ritum, quum ipsi necessaria diuinis præponuntur ope-
ribus, & inde maior eius gloria est, quum ipsius primò
perficienda mandantur, tantorum decorum speciebus
sine aliqua perfectione reiectis. Quam citò autem &
quid fieri oporteret dixit, & tetigit, licet sub generali-
tate personam asserens? Donatus.

Inchoat ab hoc carmine epist. 33. lib. 6. Plin.
iunior, & vsum eius paræmiacum nobis demonstrat.
Nec inanem ponunt operam, qui, quemadmodum
Virgilianis versibus adagiorum loco uti possimus, dili-
genter, ac totis etiam libris ostendunt. Multis id in lo-
cis per *Chiliadas* suas *Erasmus* fecit. Sed ad *Plinium* re-
deo. Sic igitur exorditur. *Tollite cuncta*, inquit, *captosq;*
auferite labores. Seu scribis aliquid, seu legis, tolli, aufer-
ri iube, & accipe orationem meam, ut illi cyclopes arma
diuina. ✽

ACRI VIRO) Ut in eo exprimeret, qualia arma
fieri conueniret. Interea cum loqueretur, & remouen-
da vniuersa mandaret, & remotionis ipsis causas affer-
ret, quod secretum inter se, & uxorem suam fuit, bre-
uitatis ratione ductus, simul & pudoris sui causa conte-
xit. Turpe enim fuit dicere, & satis prolixum, vxor mea
petijt, ut filio eius arma faciam. Idcirco veni, ne ani-
mum ipsius lædam, si non fecero, aut si tardius fecero.
Omnia igitur expressit, nec Venerem in eo, nec *Aeneas*
nominauit, ne in causa priuigni, qui ei per natura-
lem malitiam charus esse non poterat, vxorium se ma-
gis ostenderet, & probaret. Ait igitur. Est viracer, cui
volò arma fieri. Virum dixit, qualem in themate posuit,
dicens, *Arma, virumq; cano*. Donatus.

OMNI NUNC ARTE MAGISTRA) Ambitiosius,
quam si arte magistri diceret. Rem personæ in artem
transiit, ut si dicas, opus est peritia medicinæ, non
medici. Lib. 12. *Non hac humanis opibus, non arte magi-
stra Pronemiunt*.

NEC PLURA EFFATVS) sicut festinationem dece-
bat.

PARITERQVE LABOREM SORTITI) Diuiserunt
inter se laboris officium, ut, *Sortiti remos*.

AVRIQVE METALLVM) De metallarijs scitissimè
Cassiodorus. Sine furto diuitias rapiunt, optatis the-
sauris sine inuidia perfruuntur, & soli sunt hominum,
qui absque vlla nundinatione, pretia videantur acqui-
rere. Iterumque mox addit. Aurum per bella quærere,
nefas est: per maria, periculum: per falsitates, oppro-
brium: in sua vero naturâ, iustitia. Producit hosce locos
Lipsius de Magnitud. Romana Lib. 2. cap. 5. subijcitq;
nescio tamen de iustitia, ô bone *Cassiodore*, & an non
sæuitia aliqua admixta. Certe ut illi (Romani) tunc
quærebant. Nam multa millia hominum huc adige-
bant, quosdam mercede conductos, plerosque damna-
tos ad metalla: quos in subterraneo illo carcere fames,
labor, vapor, & ruina sæpe etiam necabat. Ipse *Cassio-
dorus* non dissimulat. Intran homines caligines pro-
fundas, viuunt sine superis, exsulant à sole: & dum sub
terris compendia quærunt, nonnunquam lucis gaudia
derelinquunt. Lege reliqua, si videtur.

SEPTENISQVE ORBIBVS ORBES IMPED.) id est,
velut septem scuta facta in vnitatem connectunt. Non
clypeum duntaxat fabricatus est, ensen quoque, lori-
cam, galeam, ocreas, de quibus hîc separatim nihil: sed
intelliguntur, cum dixerit, arma esse facienda. Et infra
recensibuntur.

STRIDENTIA LACV ÆRA TING) *Lucret.*
lib. 6.

Ut calidis candens ferrum è fornacibus olim.

Stridit, ubi in gelidum properè demersimus imbrem.
σιζην autem proprie Græci dicunt de ignito ferro in a-
qua extincto, vnde & *σιζιμὸς*, & *σιζις*. German.

IN NUMERVM) in ordinem, ut, *Tum verò in nu-
merum Faunosq; ferasq; videres Ludere*. A fabrorum in
numerum incudem tundentium ictibus, *Pythagoras*
proportionem musicam inuenisse dicitur.

VERSANTQVE TENACI FORCIPE MASSAM) For-
num, & fornaces dicuntur à forno, id est, calore. Inde
forcipes, quod candens teneant ferrum. *Varro* de vi-
ta pop. Rom. lib. 2. *Cocula* quæ coquebat panem, pri-
mum sub cinere, postea in forno. *Nonius*.

ABOLIIS PROPERAT ORIS) Actionem huic ver-
bo dedit, quomodo & in 4. *Georg.* *Ac veluti lentis Cy-
clopes fulmina massis Cum properant*. *Plauti* est, *prope-
rant prandium*. *Ennii*, *festinant diem*.

PATER LEMNIVS) Ideo *Lemnius*, quod in insu-
lam *Lemnon* propter deformitatem à *Iouè* deiectus sit.
Ideo fictum ait *Seruius*, quia *Vulcanus* videtur esse ful-
minis ignis, qui crebrò in *Lemno* cadit. Colebatur à
Lemnijs. Vnde illud. *Vulcanum tellus Hypsipylea colit*.
Regnavit enim ibi *Hipsipyle*. Vide plura apud *Gyrald.*
Syntag. 13.

EVANDRVM LVX SVSCITAT ALMA) Si puden-
dum est, iudice *Homero*, virum principem, cui com-
missa populi gubernatio, ac proinde, cui mille quoti-
die peragenda negotia, totam dormire noctem, quan-
to magis insuper dimidiatum diem? *Seneca* epistola
121. Turpis, qui alto sole semisomnis iacet, cuius vigi-
lia medio die incipit, & adhuc multis hoc antelucanum
est. ✽

MATVTINI VOLVERVM SVB CVLMINE CANTVS)
In *Ceiri*, *Vos Numantina si qui de gente venistis* cū *Scylla*
alloquatur manifestè volucres, *Ioseph. Scalig.* correxit,
Vos matutina si qui de gente venistis: ut eleganter matu-
tinam gentem volucres vocet, quæ mane integrant can-
tus suos. *Propert.* *Et matutinis obstrepit alisibus*.

Præcipue hirundinem designat, cuius garritu ma-
tutino sibi somnum cū suavi somnio ruptum esse que-
ritur *Anacreon*, *ὡς χαλιδνα*. *Sophocles Electra*.

*ὡς ἡμῖν ὅδ᾽ ἀλαμπροὺς ἡλίου σέλας
Ἐὼα κινεῖ φθέρματα ὀριθῶν σαφῆ.*

Apuleius Florid. lib. 3. Hirundinis cantus matutinus,
cicadæ meridianus, noctuæ serus, vlulæ vespertinus,
bubonis nocturnus, galli antelucanus. Hæc *Vrsin*.

TYRRHENA PEDVM VINCULA) Vincula, pro cal-
ceis etiam alibi dixit. *Aeneid.* 4. *Vnum exuta pedem vin-
clis*. De *Diana* lanatura *Ouid.* 3. *Metamorph.* *Altera de-
posita subiecit brachia palla: Vincula duæ pedibus demunt*.
Tyrrhena, quod calceos Tuscos primùm senatores, de-
inde & milites gerere soliti sint: nam olim *Etruria* mul-
tis artificijs, & multa elegantia floruit, ut refert *Diodo-
rus*. Et quemadmodum Tuscanicum quoddam ædificij
genus imitati sunt Romani, sic verisimile sit, eos cal-
ceatum æmulatos. *Turneb.* lib. 26. cap. 29. Rursum lib.
30. c. 38. non sine causa dixit, *Et Tyrrhena pedum*, &c. nā
calceamentum quoddam altius, Tuscum vocabatur,
eratque alioqui populus ille artium peritia egregius.
Helychius, *τυρρηνικὰ σαυδάλια χεῖρῶν τῶ ὕψιλλος ὅτι κα-
λοῖται*.

Cæterum *Virgilius* nullam femoralium, ac tibia-
lium mentionem facit, quoniam ijs præci non uteban-
tur. Et præterea imitatur *Homerum*, qui 2. *Iliad.* simi-
liter *Agamemnonem* surgentem, seseq; vestientem,
& *Odyss.* 2. *Telemachum Vlyssis filium* describit. Prior
locus hic est.

Ἔζετο δ' ὀρθοῦς, μαλακὸν δ' ἔδυε χιτῶνα,
 Καλὸν ἐργάστον, περὶ δ' αὖ μάλα βάλλετο φάρ',
 Πόσσι δ' ὑπὸ λυπαρῶσιν ἰδὴ σάλο καλὰ πείδιλα,
 Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὅμοισιν βάλλετο ξίφος ἀργυρόηλον.
*Sedit autem arrectus, mollem vero induit tunicam,
 Pulchram, ponam, circum autem iecit magnam palliū,
 Pedibus autē sub teneris ligavit pulchra calceamenta,
 Circum autem posuit ensē argenteis clavis.*

Posterior.

Ἄρ' οὐτ' ἄρ' ἐξ ἐνὶ φιν ἰδυσσῆος φίλον υἱός,
 Εἴματα ἰσοάμωτον, περὶ δὲ ξίφος ὅξυ δάτ' ὤμων,
 Πόσσι δ' ὑπὸ λυπαρῶσιν ἰδὴ σάλο καλὰ πείδιλα.
*Surrexit, ē lecto Vlyssis dilectus filius,
 Vestem induit, ensē autē aureum circumposuit hu-*

(mero,

Sub pedibus verò teneris ligavit pulchra calceamenta.
 Magius lib. 3. cap. 3.

LATERI ATQVE HUM. TEGEÆ. SVBLIG. ENSEM)
 Sic lib. 11. *atq; ensē collo suspendit eburnum.* Mos prius-
 cus, gladium ex humero suspendere, & dimittere ad la-
 tus. Hom. Iliad. β. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὅμοισιν βάλλετο ξίφος ἀργυ-
 ρόηλον, & alius ex Odyss. paulò ante prolatus. Nec id
 heroum modò sæculo, sed obtinuit postea, atque adeò
 apud Romanos. Claudian. *Gestatosq; patri scapulis ra-*
diantibus enses. Lipsius in 1. Taciti Annal. vbi simul do-
 ctissimè quæstionem illam explicat, ad vtrum latus, dex-
 trum, an sinistrum veteres illi gladios suos gestare con-
 sueverint. Adde ex eodem Lipsio Analect. ad dial. 3.
 lib. 3. de Militia Rom. Loris autem latioribus depen-
 debant, & id baltei, vel baltea. Virg. 12. *humero cum*
apparuit ingens Balteus. Sidon. lib. 4. epist. 20. penduli
 ex humero baltei.

AB LÆVA PANTHERÆ TERGA RETORQVENS)
 Vide lib. 7. *Ipse pedes tegmen torquens immane leonis.* A
 sinistro humero pellem demissam habuit, quam retor-
 quens, & in dextram reuocans partem, se amiciebat.
 Seruius.

GEMINI CVSTODES CANES) Telemachum quoq;
 Homer. Odyss. 2. in concionem duobus canibus comi-

Atatum prodire fingit.

Ἦν ἴα μὲν εἰς ἀγορὴν, παλαμῇ δ' ἔχε χάλκον ἔγχος,
 Οὐκ δῖος, ἀμὰ ἰφὺς δὲ κύνες ἀργοὶ ἐπὶ νῆο.

De canum fidelitate Cic. 2. de nat. deor. Canum verò
 tam fida custodia, tamq; amans dominorum adulatio,
 tantumq; odium in externos, & tam incredibilis ad in-
 uestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venan-
 do, quid significat aliud, nisi ad hominum commodita-
 tes esse generatos? Plin. lib. 8. cap. 40. canes soli domi-
 num nouere, & ignotum quoq; si repente veniat, in-
 telligunt. Soli nomina sua, soli vocem domesticorum
 agnoscunt. Itinera, quamuis longa meminere. Nec vlli
 præter hominem memoria maior. Quod in Argo Vlyss-
 is cane satis apparuit, si Homero credimus Odyss. 5.

B Hic dominum suum Vlyssē, post decennale Troianū
 bellum, & totidem annorum in mari errores, vicelimo
 anno redeuntem agnouit, & mox tanquam omni vita
 munere defunctus, quod dominum suum superstiteri
 relinqueret, fato obiit. Plurima item de canib⁹ Francis-
 cus Patricius lib. 3. de regno, tit. 6. qui est de Venatione.

SE MATVTINVS AGEBAT) id est, mane se agebat.
 Solent poetæ, & solet omnium maximè Horatius ad-
 dere verbis adiectiua, non quæ eius, cui adduntur, na-
 turam explicent, aut verè sint substantiuorum illorum
 epitheta: sed quæ modum quandam, & circumstans ali-
 quid, seu quippiam rei adiunctum significant, atq; ex-
 priment. Sic ergo Horat. de Vlyssē epist. 2. lib. 1. *Circes*
 pocula nosti, Quæ si cum sociis stultus, cupidusq; bibisset.
 Non enim Vlyssē cupiditatem, aut stultitiam tribuit sed
 stultè, cupideq; facturum fuisse ait, si bibisset, quomo-
 do socij biberunt. Ode 8. lib. 1. *Cur neq; militaris Inter*
 aequales equitas? non militarem vocat Sybarim, quem a
 Lydia iam corruptum, & planè emollitum conqueri-
 tur: sed equitare eum debere more militari ait. Verum
 tamen hæc non poetis solum, sed historicis quoque, &
 oratoribus græcis crebra sunt. Vt cum dicunt, venisse
 aliquem *τεῖλας*, *ἐνδραγαῖος*, tertio, vndecimo die.

LICITO TANDEM SER. FRVNT) Tandem, quia
 amborum desiderio nox moram fecerat.

- 470 Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam
 Res equidem Troiæ victas, aut regna fatebor,
 Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
 Exiguæ vires. hinc Tusco claudimur amni,
 Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.
- 475 Sed tibi ego ingentes populos, opulentaq; regnis
 Iungere castra paro: quam fors inopina salutem
 Ostentat: fatis huc te poscentibus affers.
 Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
 Urbis Agyllinæ sedes: vbi Lydia quondam
- 480 Gens bello præclara iugis insedit Etruscis.
 Hanc multos florentem annos rex deinde superbo
 Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.
 Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni
 Effera? DII CAPITI IPSIVS, GENERIQVE RESERVENT.
- 485 Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
 Componens manibusq; manus, atq; oribus ora,
 (Tormenti genus) & sanie, taboq; fluentes
 Complexu in misero, longa sic morte necabat.

NUMQUAM RES EQVID. TROIÆ VICTAS) Satis A maturè *equidem* dixit: id est, ego quidem Troiam te viuo victam non arbitror, quantum est in opinione mea. Seruius. * *Lib. 9. Aletbes senex complectens Nisum, & Euryalū lum iuuenes, pro repub. suā denouentes caput, nō putat desperandū rebus Troianis, cum adhuc talia pectora deorum beneficio, etiam in adolescentibus sese prodant.* Non tamen omnino Teucros delere paratis, Cum tales animos iuuenum, &c.

PRO NOMINE TANTO) pro tui nominis gloria, Seruius. Vel potius, pro tantis aduersariorum tuorum copijs.

ET MYRVM CIRCUMSONAT ARMIS) Et breuitatem sui ostendit imperij, & hostilem necessitatem, ob quam se penitus exarmare non poterat, Seruius. Iplis propemodum portis obequitat hostis, de Latinis accipe.

SED TIBI EGO INGENTES POP.) Artificiosè agit, vt etiam quæ monstrantur auxilia, ipsius videantur esse. Ingentes autem populos non sine causa dixit. Nam Tuscia duodecim Lucumones habuit, id est, reges, quibus vnus præerat, vnde est, *Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.* Seruius.

FATIS HVC TE POCENTIBVS AFFERS) Fati necessitate factum est, vt venires, fortunæ beneficio, vt illi ducem requirant.

SAXO VETVSTO) antiquo opere, vt, *Templa dei saxo venerabat structa vetusto.*

VRBIS AGYLLINÆ SEDES) Verbs Etruriæ seu Tyrreniæ est Agylla, condita à Pelasgis, qui è Thessalia venerunt, quæ dicta est Cære à tali quodam euentu. Cum Thessali eam tenerēt, quidam Tyrrenus interrogauit quod esset nomen oppido. Homo interrogatus ad humanitatem ratus pertinere, salutationem responsioni præmittere, respondit græce χάρη, salue. Ex eo postea Tyrreni eam occupassent, Cære nominarunt, quod id eius legitimum nomen crederent. Hæc ferme Stephanus de vrbibus.

VBI LYD. QUONDAM GENS BELLO) quondam infedit: non, bello quondam præclara: nam & tunc florebat. A Lydo Tyrreni fratre dicti Lydi. Quomodo in Italiam venerint, docet Seruius.

DII CAPITI IPSIVS) Eiusdem generis locutiones sunt hæc, Quod in caput tuum recidat, quod in caput tuum vertatur, *Pæna remersura est in caput ista tuum.*, quod illorum capiti sit, *capiti sint precor illa meo*, quibus vsi sunt Tacitus, Curtius Ouid. Cælius ad Cic. epist. lib. 8. & Tibullus. Seneca epist. 4. Quidquid mali dixi, mihi, & capiti meo. Loquuntur ita Græci quoq; à quibus Latini acceperunt, *ἡς κεφαλῇν σοι* sine adiectione verbi. Nonnunquam subaudiendum est, *πρόσωπο*. De-

mosth. *αὐτὸν ἡς κεφαλῇν ὑμᾶς αὐτῷ δὲ τρέψαι.*

MORTVA QVIN ETIAM. IVNG. CORP. VIVIS) Rex Euander sæuitiam Mezentij ostendens, iustamq; iram populorum aduersus eum exponens, atroci etiam supplicij genere vsum docet his verbis. Cuius immanis cruciatus mentionem facit Clemens Alexand. pius, atque eruditus scriptor in Protreptico, quo Græcis suadet, vt ad Christianam sese religionē conferant. Quod igitur multum ad hunc Virgilij locum illustrandum facit, sic inquit. *τὸς ἀνθρώπους (ἡμεῖς δὲ) βαρβαρικῶς τιμωρήμενοι, οἱ ταχέως τὸς ἀρχμαλῶτες συνδῆν λαγύραι σώμασιν, ἢ αὐτοῖς καὶ συσπαῶσιν.* Neq; tamen barbaræ hæc, sæuaque nationes, quod faciebat dirus tyrannus, ciuiū corpora, sed hostium armis captorum infelici hoc genere lethi consumeabant. Victor. lib. 4. cap. 18.

Multa historica suis commentis miscere solent poetæ. Namque & hoc tormenti genus ab Etruscis vsurpatum Valer. lib. 9. sub tit. de crudelit. cap. 2. memorat his verbis. At ne Etrusci quidem parum feroces in pœna excogitanda, qui virorum corpora cadauerib; aduersa aduersis alligata, atque constricta, ita vt singulæ membrorum partes singulis essent accommodatæ, tabescere simul patiebantur, amari vitæ pariter, ac mortis tortores. Obseruauit German. * *Similem Macrini crudelitatem, & aliam quasdam prodit Crinis. lib. 11. cap. 9. Et Capitolinum, Reddidit etiam Mezentij supplicium, quod ille viros mortui illigabat, & ad mortem cogebat longa tæbe confectos.* Vnde etiam in circo, cum sanor publicus in Diadumenum semper fuisset, acclamatum: *Egregium forma iuuenis, cui pater haud Mezentius esset.* Narrat item Seneca singulari cuiusdam immanitatis exempla cōpluræ regum quorundam lib. 3. de ira, cap. 17. 18. 19.

LONGA SIC MORTE NECABAT) Ad tale cruciatuum genus respexit quoq; Sophocles in Electra, quibus tyranni in longum vitam ciuium protrahunt, vt quibus mors beneficij loco indulgetur, vita autem, hoc est, moriendi mora, pro supplicio, & in pœnam conceditur. Sunt autem hæc Sophoclea.

*Οὐ γὰρ θανὼν ἔχθισον, ἀλλ' ὅταν μωρὸν
Χρήζων τις, ὅτα μηδὲ τὸτο ἔχῃ λαβὼν*

German. * *Philipp. 11. M. Tull. qua immanitatem Dolabella exagitat, qui Trebonium Prætorē Asia apud Smyrnam innocentem prorsus interfecerat, & in mortuum quoq; sauebat. Maiora tamen in vos, quam in hostem supplicia meditantur: mortem natura pœnam putat esse, iracundia tormenta atq; cruciatum. Qualis igitur hostis habendus est is, a quo virore, si cruciatus absit, mors in beneficij parte numeretur? Addam his germana, qua sunt apud Sueton. de Tiberio, cap. 61. Mori volens ibi, adhibita vi viuendi. Nam mortem adeo lenè supplicium putabat, vt cum audisset vnum ex rois, Cornulum nomine, anticipasse eam, exclamauerit, Cornulum me enast. Et in recognoscendū custodij; precanti cuidam pœna immanitatem, respondit, Nondum tecum in gratiam redj.*

At fessi tandem ciues infandà furentem

- 490 Armati circumstant ipsūq; domūq;
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes, Rutulorum elapsus in agros
Confugere, & Turni defendier hōspitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Etruria iustis:
495 Regem ad supplicium præsentī Marte reposcunt.
His ego te Ænea ductorem millibus addam.
Toto namq; fremunt condensæ littore puppes,
Signaq; ferre iubent: retinet longæuus aruspex
Fata canens. O Mæoniæ delecta iuuentus,

Flos

- 300 Flos veterum, virtusq; virum, quos iustus in hostem
Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira :
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem :
Externos optate duces. Tum Etrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuū.
- 305 Ipse oratores ad me, regniq; coronam
Cum sceptro misit, mandatq; insignia Tarchon,
Succedam castris, Tyrrhenaq; regna capeſſam.
- SED MIHI TARD A GELV, SÆCLISQVE EFFOETA SENECTVS
Inuidet imperium, seræq; ad fortia vires.
- 310 Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret. tu, cuius & annis,
Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,
Ingredere, ô Teucrūm, atq; Italūm fortissime ductor.
- Hunc tibi præterea, SPES, ET SOLATIA NOSTRI
- 315 Pallanta adiungam. sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus, TVA CERNERE FACTA
ASSVESCAT, PRIMIS ET TE MIRETVR AB ANNIS.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
Lecta dabo, totidemq; suo tibi nomine Pallas.

AT PESSI TAND. CIVES) Ciues Agyllini tyranni A populos, quibus accinctus, quasi caput suum corona-

dem amplius tolerare non potuerunt.
OSTRUNCANT SOCIOS) domesticos eius iugulant.
Cur non ipsum? sequitur, *Ille inter cades elapsus*. Ita
crudelis domini pœnas, propter ipsum, dominum exosi
famuli, & ministri dederunt.

ILLE RVTVLL. IN AGROS CONFUGERE) historicum
est, pro confugiebat. Audent poetæ aliquid etiam con-
tra historiam. Etenim Turnus magis ad Mezentium
confugit, eiusque tanquam hospitis hospes armis ad-
uersus Æneam defensū est. Liuius lib. 1. Et à M. Var-
rone scriptum lego, Mezentium Etruriæ regem au-
xilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede,
quod tum in Latino agro fuisset. Plin. lib. 14. cap. 12. Vi-
de quæ de hospitio, & hospitibus diximus 3. Æneid. ibi
Hospitium antiquum Troia, sociiq; penates.

FVRIIS SVRREXIT ETRVRIA IVSTIS) Huic respon-
det, quod infra sequitur, *quos iustus in hostem Fert dolor*.
Item, *merita accendit Mezentius ira*.

PRÆSENTI MARTE) sine aliqua dilatione.

HIS EGO DVCT. TE ADDAM) aut dabo, aut reuera
addam, habentibus Tarchontem.

LONGÆVVS ARVSPEX) Argumento ætatis vult
doctum videri.

FLOS VETERVM, VIRTVSQVE VIR) quodd patrū
scilicet virtus liberorum generosorum propagatione
reflorescere, & reuiuiscere videatur: quia (vt in perso-
na Diorimæ Plato dicit in Symp.) mortalis natura im-
mortalitatem affectat, quam generatione duntaxat af-
sequitur, quoniam semper iuuenem veteris loco sub-
stituit.

ETRUSCA RESEDIT HOC ACIES CAMPO) quasi iam
in bellum parati.

IPSE ORATORES AD ME) sic lib. 7. *Centum oratores*,
pro legatis.

REGNIQVE CORONAM) Corona est insigne victo-
riæ, siue regij honoris signum. Quæ ideo in capite re-
gum ponitur, ad significandum circumfusus in orbe

tur. Ibid. lib. 19. cap. 30.

SÆCLISQVE EFFOETA SENECTVS) Effœta ætas Lu-
cretio libr. 2. Aristoph. quoque in Pluto tale quiddam
protulit, sed dissimili vsus tralatione.

Τὸν ἐμὸν μὲν αὐτὸ τὸ ταλαιπῆρ σῆμα
Ἦδ' ἐν νομίζων ἐκτατοῦ ὧσ' οὐδ' αἶσ' εἶσ'.

Vrsin.

Quamuis effœta propriè sit, frequenti partu ex-
hausta, & debilitata, tamen simpliciter valet debile, infir-
mum, languēs, exhaustum, qualia sunt senum corpora,
quæ longa ætate quasi effœta redduntur. Nā quod qui-
dam exponit, *seclis effœta senectus*, ad gignendum mini-
mè idonea, hallucinatur.

QVEM NVMINA POSCVNT) suprà, *fatis huc te pos-
centibus affers*.

SPES, ET SOLATIA NOSTRI) *spes*, quia multa de-
ius virtute sibi promittebat pater: *solatium*, quia amissā
coniuge, vnici filij utebatur solatio. Est autem solatium
præfens diminutio tristitiæ. Seruius.

SVB TE TOLER. MAGISTRO MILIT.) Missis ad
militiam adolescentibus Rom. primo anno custos, sub
quo disciplinam ediscerent, & magister, sub cuius im-
perio tyrunculi acuerentur, publicè dabatur, ne exper-
tes operum militarium, arma tractarent. Huc alludit
poeta, vt etiam lib. 5. *Custodem ad sese, comitemq; impu-
bis Iuli Epytiden vocat*.

Militiam definit ita Lipsius lib. 1. de Militia Roma-
na dial. 2. Est multitudo apta, & composita in armis, ad-
uim faciendam, aut arcendam, sub certa lege. In hac
definitione sunt quinque partes, delectus, ordo, arma,
acies, disciplina, quas singulas ibidem declarat. Laudat
Ennius Annali 10. Romanos milites, quod essent *bel-
lum tolerare potentes*. Sallustius, quod à Diomede no-
tatum est, vna vocem bellipatientem iuuentutem di-
xit.

ET GRAVE MARTIS OPVS) Vide adag. *Dulce bel-
lum in expertis*.

XX *

TVA

TVA CERNERE FACTA ASSVESCAT) nihil assuetudine maius, cecinit Naso. Hoc nos assidua experientia, & vulgò tritum prouerbum monet, *Consuetudo est altera natura*. Sed cum multa sint, quibus à teneris oportet assuescere, quis dubitet, quin milita ex iis sit, quæ hanc à teneris assuetudinem postulet? In ea certe sententia est Maro noster. Et expressius, hac de re quid sentiat, declarat Horat. quum etiam det de ea consiliū, principio Odes 2. lib. 3.

Angustam amici pauperiem pati

Robustus acri militia puer

Condiscat, & Parthos feroces

Vexet eques metuendus hasta:

Vitamq; sub dio, & trepidis agat

In rebus.

Romani quidem veteres cum in re militari, tum in politica suos etiamnum adolescentulos, & iuvenes, nec id tam verbis, & præceptis, quam factis, & exemplis, quæ longè magis docent, instituebant. Quò mihi videtur respexisse Maro. Huius autem, quem dixi, moris testem idoneum proferam Plin. cuius hæc sunt verba epist. 19. ad Aristonem, lib. 8. *Erant autem antiquitus institutum, ut à maioribus natu non moribus modò, verum etiam oculis disceremus, quæ faciendæ mox ipsi, ac per vices quasdam tradenda minoribus haberemus. Inde adolescentuli statim castrensibus stipendiis imbuiebantur, ut imperare parendo, duces agere, dum sequuntur, assuescerent: inde homines petiuri assiscebant. Curia foribus, & consilij pu-*

Ablici spectatores, antequam consortes, erant. Sumi cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat, maximus quinq; & vetustissimus pro parente. Quæ potestas referentibus: quod crescentibus ius? quæ vis magistratibus? quæ ceteris libertas? ubi cedendum? ubi resistendum? quòd silentij tempus? qui discendi modus? quæ distinctio pugnantium, sententiarum? quæ executio prioribus aliquid addentium? omnem deniq; senatorium morem, quod fidelissimum, præcipiendi genus est, exemplis docebamur. Hæc tenus Plinius. Cato apud Ciceronem lib. de Senectute, en quid de semet dicat. Anno enim postquam primum cos. fuerat (Q. Maximus) ego natus sum: cumque eo quartum consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, &c.

PRIMIS ET TE MIRETUR AB ANNIS) Lucan. *miratoremq; Catonis*. Optima enim ingenia quæ mirantur, libenter imitantur. Principium militiæ erat annus decimus septimus, finis quadragesimus sextus, intra quos appellabantur iuvenes, quod rem pub. iuuare possent. Deinde seniores. Fufius de hac re Lipsius Milit. Rom. lib. 1. Dial. 2. Ibidem, quomodo intelligendi scriptores qui metam militiæ annum quinquagesimum faciunt. Vide præterea Ioan. Valtrinum de re militari Roman. lib. 2. cap. 4. Huc trahere quod 2. Æneid. de se Sinon. *Pauper in arma pater primis huc misit ab annis*. Et illud Sallustrij in Coniurat. iam primum iuuentus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem viam militiam discebat.

520 Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant

Æneas Anchisiades, & fidus Achates:

MVLTAQVE DVRA SVO TRISTI CVM CORDE PVTABANT,

Ni signum cælo Cytherea dedisset aperto.

Namque improvise vibratus ab æthere fulgor

525 Cum sonitu venit: & ruere omnia visa repente,

Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor.

Suspiciunt: iterum, atq; iterum fragor intonat ingens:

Arma inter nubem, cæli in regione serena

Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.

530 Obstupuere animis alij: sed Troiæ heros

Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis.

Tum memorat. Ne verò hospes, ne quare profectò

Quem casum portenta ferant: ego poscor olympos.

Hoc signum cecinit missuram diua creatrix,

535 Si bellum ingrueret, Vulcaniaq; arma per auras

Laturam auxilio.

HEV QVANTÆ MISERIS CÆDES LAVRENTIBVS INSTANT?

Quas pœnas mihi Turne dabis? quàm multa sub vndas

Scuta virum, galeasq; & fortia corpora volues

540 Tibri pater? poscant acies, & fœdera rumpant.

DVRA SVO TRIS. CVM COR. PVT.) Pari forma Sallust. C. de Iugurtha. Tum Iugurtha patris cōsiliis, postquam omnis Numidiæ potiebatur, initio facinus suum cum animo repurans, timere pop. Rom. Ita & sæpe apud Homer. *ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἀνὰ θυμὸν, & νοστὶ ὁ γὰρ μὴδ' ἔσται θυμῷ.* German.

Putamus instantia, reputamus præterita. Putare propriè purgare est, & arbores, & vites dicimur putare: hinc putare est cogitare, quia cogitando superflua mente recidimus. Est etiam putare eius, qui simplicitate pectoris aberravit. Cicero, non putavit, lapsus est. Donatus in Heautont.

CÆLO APERTO) sereno. Infrà, *Arma inter nubes calis regione serena.*

TYRRHENSQUE TUBÆ MVG. CLAMOR) Tyrrhenis inuentum tubæ tribuitur, quamuis sint, qui Palladi inuentionem eius acceptam referant. Silius lib. 5. de inuentore ipso.

Isq. in sua tuba monstrans murmura primis Gentibus, & bellis ignava silentia rupit.

Qua verò occasione tubā inuenerint, narrat Isid. lib. 18. cap. 4. Mugitum aut latini græca imitatione, non solum brutis, sed & tonitruis, æreis, terrestribusq; affectionib. tribuunt. Lucret. lib. 4. *cū tubā depresso grauius sub murmurantemgit* * Animaduerte nostrum Satem tribuisti tuba clamorem, Silius murmur, Et etiam Statius 6. Thebaid. Insonuit contra Tyrrhenum murmur. Enim sonitum Annal. 2. At tuba terribili sonitu taratantara dixit. Virgilius etiam sonitum, lib. 9. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro: *& clangorem. 2. Æneid.* Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum. *Et hoc magis est proprium: clangere enim tuba, buccina diximus.*

ITERVM ATQVE ITER. FRAG. INT. ING.) Ominosum est, tonitrua & fulgura cælo sereno Georg. 1. *Non aliàs cælo ceciderunt pluvialis sereno Fulgura.* in malam partem, & *ἀναισθητός*, & inauspicatò committi ex serenitate tempestatem constar: hic autem *αἰσθητός* & *ἰωυρόμενος*, vt sententia loci satis demonstrat. Semper tamen placidè cæli constitutione temperata, tonitru prodigiosum esse, vt insolens, & præter naturam docet Lucret. li. 5. *Principiò tonitru quatiuntur, &c.* Germ.

ARMA INTERNVBEM) per nubem, more suo. Et dicit in serena parte cæli fuisse nubem, per quam arma portata sunt. Seruius.

PER SVBVM RVTLARE VID.) Sudum dicitur quasi seminudum, vt est aer post pluuias serenus, & liquidus. Plant. Milite.

Curate, vt splendor meo sit clypeo clarior,

Quam solis radij esse, olim cum sudum est, solent.

Cic. ad Att. Horologiū mittam, & libros, si erit sudum.

DIVÆ PROMISSA PARENTIS) κατὰ τὸ σιωπώμενον Venerem ei promississe intelligimus.

NE VERO HOSPE) Et qui suscipitur, & qui suscepit, hospes vocatur, vt hoc loco Euander. Item suprà, *Hospitum Ænea sedem.* Sicut & vector qui vehit, & qui vehitur. Ambæ autem particule, *verò, & profecto*, ad ornatum tantummodo pertinent. Seruius.

QVEM CASVM PORTENTA FERANT) Modò, bona omina, quæ victoriam portendant.

EGO POSCOR OLYMPO) de olympo poscor, id est, hæc signa mea causa sunt.

DIVÆ CREATRIX) rerum omnium procreatrix generaliter, ait Seruus. Quod vt intelligas, lege procemium Lucretij, & 3. Georg. *Omne adeo genus in terris, &c.*

HEV QVANTÆ MISERIS) Adeo de victoria fretus est, vt etiam hostium misereatur: quod Æneæ κατὰ τὸ πρότερον rectè tribuitur, qui vbiq; pius inducitur. Seruius.

QVÆS POENAS TVRNE DAB.) Pœnas dant, qui pœnis digna perpetrarunt. Pœna enim Varroni lib. 4. à puniendo: vel à pœnitendo, quod post peccatum sequitur. Vel pœna potius est à græco ποινή, quæ peccati ultio definitur. Pausan. Lacon. τὰς τιμωρίας οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνδραγαθῶν ποινάς. Dicimus etiam pendere, dependere, expendere, soluere, exsoluere, persoluere, luere pœnas. Et ista quidem patientis sunt: agentis autem, exigere, poscere, reposcere, repetere, capere, sumere, infligere, imponere, irrogare pœnas. Delictum autem Turni, quod pœna vlciscendum sit, est ruptio fœderis: non quod ille fecerit cum Æneæ, sed quod à Latino cum Æneæ factum, ipse Turnus Latinū violare, ac rumpere coegerit. Sic enim in 12. Latinus,

Victus amore tui, cognato sanguine victus,

Coniugis & matris lacrymis vincla omnia rupi,

Promissam eripui genero, arma impia sumpsi &c.

Hæc vbi dicta dedit, solio se tollit ab alto:

Et primūm Herculeis sopitas ignibus aras

Excitat: hesternumq; Larem, paruosq; penates

Lætus adit: maculat lectas de more bidentes.

545 Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus.

Pòst hinc ad naues graditur, sociosq; reuisit:

Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,

Præstantes virtute legit: pars cætera prona

Fertur aqua, segnisq; secundo defluit amni,

550 Nuntia ventura Alcanio rerumq; patrisq;.

Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arua.

Ducunt exsortem Æneæ, quem fulua leonis

Pellis obit totum præfulgens vnguibus aureis.

FAMA VOLAT PARVAM SVBITO VVLGATA PER VRBEM,

555 Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora Regis.

VOTA METV DVPLICANT MATRES, propiusq; periculo

Ittimor, & MAIOR MARTIS IAM APPARET IMAGO.

Tum pater Euandrus DEXTRAM COMPLEXVS EVNTIS,

HÆRET, INPLETVM LACRYMANS: ac talia fatur.

SOPITAS IGNIBVS ARAS, HESTER. LAREM) Hypal-D hunc locum, Metamorph. 8. *Inde foco tepidum cinerem lage.* Excitat ignem sopitum in aris. Quid imitatus est *demonis, & ignes suscitatis hesternos.* Lares & Penates videtur

detur eisdem facere. Cic. sic enim in Quintiana. At hic quidem iam de fundo depulsus, iam à suis diis Penatibus eiectus esset. Subiungit mox. illud dico, dominum depulsū esse de prædio, domino à familia sua manus illatas esse ante suos Lares familiares. De Laribus Natalis lib. 4. cap. 4. Gyrard. Syntag. 15. Multa eruditissimus vir, maximeque industrius Martin. Anton. Delrius in Thyesten Senecæ Commentar. pag. 373.

QVI SESE IN BELLÆ SEQUANTVR) in expeditionem, & bellicam preparationem. Nam bellum est tempus omne, quo vel præparatur aliquid pugnae necessarium vel quo bellum geritur. Prælium autem dicitur, conflictus ipse bellorum. Vnde modò bene dixit, qui sese in bella sequantur, non in prælium, nam ad auxilia petenda vadit, non ad pugnam. Seruius.

PARS CÆT. PRONA FERTVR AQVA) Horat. Carm. I. Ode. 29.

—quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos.
Montibus, & Tiberim reuerti.

SEGNIS) sine remigio.

SECUNDO AMNE) Amnis secundus, aut flumen secundum dicitur quod in proclivius fluit. Vnde secundo flumine navigare, est secundum fluminis fluxū, vel naturam navigare. Et aduerso flumine, est contra fluminis fluxum, vel contra fluminis vim, & impetum. Cæsar libr. 7. de bello Gall. Exercitum traducit, & secundo flumine iter facere cœpit. Ibidem. Quinque eiusdem legionis reliquas (cohortes) de media nocte, cum omnibus impedimentis, aduerso flumine, magno tumultu proficisci imperat.

DVCUNT EXSORTEM ÆNEÆ) forti exceptum, vt infra: ἡξίπστον. Æschyl. in Agamem. de Cassandra:

πολλῶν χρημάτων ἡξίπστον ἀνδρῶν στρατῷ δῶρμι. ἡμοὶ, ξυρίσσιτο. & ἀπόκληρον. German. Extra sortem donari honorificentissimum, & amplissimum erat. Sic lib. 5. nam te voluit, rex magnus olympi Talibus auspiciis ex sortem ducere honorem. Et li. 9. ipsum illū clypeum, cristāq; rubentem Excipit sortis. Nam in vulgo videtur numerus, qui pari cum aliis sorte æquatur: & in casum conicitur. Sed cui nō fortuna, aut sorte, sed iudicio, & decreto egregium muntus tribuitur, ei demum eximius honos defertur. Turneb. lib. 13. cap. 8.

PELLIS OBIT TOTVM) Magnitudo pellis ostēditur, PARVAM SVBITO VVLGA. PER VRB) Cur subito vulgata per urbem? quia parua vrbs.

VOTA METV DVPL. MATRES) Inde bella matribus detestata, quia coguntur metuere salutē filiorum. Metus autem religionis parens fit sapissimè. Duplicare vota, non est bina vota facere, sed multiplicare: ea enim res huic voci sæpe subiicitur. 38

PROPIVSQVE PERICLO IT TIMOR) Est enim acrior metus instantis periculi, ex definit. Aristot. 2. Rhetor. Ἐγγύς γὰρ φαίνεται τὸ φοβερόν: τῷτο γὰρ ἐστὶ κίνδυνος, φοβερὸν πλῆσιον μὲν. Vnde & hoc ipso versu Maro, & maior Martis iam apparet imago, remotiora enim aspectui nostro tenuantur, & rareſcunt: propiora autē expanduntur, & dilatantur, &c. German. * Mibi videtur hoc dicere poeta. timor earum, mulierum, inquam facit, si periculum videatur ipsis esse propinquius, seu maius quam erat: Vnde sequitur, & maior Marus iam apparet imago. Quare? quia timetur plurimum.

INEXPLETVM LACRYMANs) Hellenismus, neutrum adiectiuum, pro aduerbio. Horat. Ode 12. libr. 2. Lucidum fulgentes oculos. Et lib. 3. Ode 27. Perfidum ridens Venus. Virgil. lib. 12. serum canit importuna per umbras. Lib. 11. Salve æternum mihi maxime Palla.

- 560 O MIHI PRÆTERITOS REFERAT SI IVPITER ANNOS:
(Qualis eram, cum primam aciem Prænestē sub ipsa
Straui, scutorumq; incendi victor acervos:
Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi:
Nascenti cui tres animas Feronia mater,
565 Horrendum dictu, dederat, terna arma mouenda:
Ter letho sternendus erat: cui tum tamen omnes
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis)
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Nate tuo: neque finitimus Mezentius vnquam
570 Huic capiti insultans, tot ferro læua dedisset
Funera, tam multis viduasset ciuibus urbem.
AT VOS, O SVPERI, ET DIVVM TV MAXIME RECTOR
Iuppiter, Arcadij quæso misere scite Regis:
Et patrias audite preces. si numina vestra
575 Incolumem Pallanta mihi, si fata referuant:
Si visurus eum viuo, & venturus in vnum:
Vitam oro: patiar quemuis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum Fortuna minaris,
NUNC NUNC O LICEAT CRUDELEM ABRVMPERE VITAM:
Dum curæ ambigæ, dum spes incerta futuri,
580 Dum te chare puer, MEA SERA, ET SOLA VOLVPTAS
Complexu teneo: grauior ne nuntius aures
Vulneret.

O MIHI

O MIHI PRÆTERITOS) Orationi huic Euandri, filii Pallanta sibi charissimum, vnicum, & in senectute sibi natum, *παύλας*, in bellum dimittentis, affinis est illa apud Catullum, in carmine de nupt. Pelei, & Thetidis, qua Ægeus Theseum suum æque sibi charum in Cretam, Minotauri interficiendi navigaturum dimittit. Ac fortasse suam ex eo fonte Virgilius deriuauit. Catulliana hæc sunt.

*Gnate, mihi longa incunctior vnice vita,
Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus.
Redditis in extrema nuper mihi sine senectæ,
Quandoquidē fortuna mea, ac tua feruida virtus
Eripit inuito mihi te, cui languida non iam
Lumina sunt gnati chara saturata figura:
Non ego te gaudens letanti pectore mittam, &c.*

Vterque pater lenex, vterque filius vnicus, iuuenis, animi plenus, in periculum abiturus, & quidem capitis, vnus pro ciuibus suis, alter pro suis, & supplicibus. Sed hoc discrimen, quod Theseus suum mittit inuitus, ac nolens, Euander libens. Theseus redijt victor, Pallas occubuit. Præterea maior est affectus Ægei, quam Euandri, quia certius periculum ab illo monstro Attico, quam in acie ab armis. *¶*

O MIHI PRÆTERITOS REF. SI IVP. ANNOS) LOCUS ex Homero Iliad. 11.

*Αἰ γὰρ ζῶντι πάτερ, καὶ ἀθναῖν, καὶ ἄπολλον,
Ἡρώμ, ὡς ὅτ' ἐπ' ὤμους καλὰ δούλι μάχοντο.*

Et paulò post. *ὡς ἡρώοι μοι, ὅτι δέ μοι ἐμπέδοις εἶν.* Cum dixisset Seneca lib. 1. de Ira. Concupiscunt autem homines & quæ non possunt, disputat super eo eleganter Muretus in Notis, quam disputatiunculam retulerit cognoscere. Aristoteles quidem, inquit lib. 2. Rhetor. videtur aliter sentire, &c.

SCVTORYMQVE INCENDI VICTOR ACER) Traxit hoc de historia. Tarquinius enim Priscus victis Sabinis in honorem Vulcani eorum arma succendit, quæ postea secuti sunt cæteri. Seruius.

ET REGEM HAC HERILVM DEXTRA) Attendendum est, hoc sibi Euandrum vindicare, quod fuit in Hercule, Nam vt ille Geryonem tricorporeum extinxit, ita hic Herilum tres habentem animas, totidemq; corpora, occidit. Euandrum quippe in Italiam venientem Herilus Prænestinorum rex auxilio suorum ciuium voluit expellere. Sed occidit eum Euander, & sequaces eius, eorumque clypeos incendit. Per transitum autem ostendit illam Platonis, & Aristotelis contentionem, qui dubitabant, vtrum quatuor, an tres animæ sint in homine, *ψυχή, αἰσθητική, νοητική, κινητική.* Hæc Seruius.

Tria animarum genera statui à philosophis, neminem litteratorum latet, vegetantem, sentientem, intelligentem. Quarum prima, propria est stirpium, altera animantium, tertia hominum. Verùm ita, vt quæ secundo loco est nominata, etiam primæ illius in se vim, naturamque cohibeat, vt in pecude duas inesse animas distinctas, asserere non oporteat. Quæ autem postremo loco, ea vtramque priorem complectatur, & ita sit anima ratiocinans, seu rationis compos, vt tamen eiusdem vi quoque alatur, ac sensibus præditi simus, quicunque hominis vocabulo censemur. Quapropter tres nobis animas inesse quisquis pronuntiauerit, is pro infano, atque adeo pro impio haberi debet.

Vnamquamque harum animarum ab officio, ac potestate ipsius scitissimè declarat Iouian. lib. 3. de Prudentia, cuius tibi verba annumerabimus. Insunt igitur, vt scitis, homini partes quædam, quæ stirpibus quoque sunt communes, vt animæ pars illa, quæ alendi vim

habet, atque augendi, quin etiam procreandi: quæ quidem cunctis anima vtentibus, ab ipsa natura sunt insita, exque hoc naturales eæ siue vires, siue virtutes dictæ. Inest pars & illa, cuius ipsius fæx quoque, ac pecudes sunt participes, cuiusmodi sunt, quæ à sensu nomen habent. Namque animæ ipsius cum sit alia quædam vis, cui sensus ipse nomen dedit, pars hæc illi ipsi, de qua dictum est, coniuncta, atque commista, animal constituit: quod quia ratione caret, brutum quidem, cæterum neutiquam, vt primum illud genus, solo fixum, sed loco mouetur, & videt, & audit, & sentit, & instrumentis vtitur singulis corporis, ad inambulandum, & sentiendum. Inde sentiens animal, atque vt hodie libentius vsurpant, sensitiuum dictum est. Inest, & tertia quædam, eaq; maximè generosa, & nobilis pars, quæque diuinitate non caret sua, quam omnes vno ore appellauere rationalem, ab eaque, & per eam ipsum animal perficitur. Cuius, quia ex ijs, quæ anima vtuntur omnibus, solus homo est particeps, idcirco hic ipse homo maximè absolutus, ac perfectus animalium existit omnium. Nam & ratione solus vtitur, & per eam illa perficit, quæ in belluis minus vtique sunt perfecta.

FERONIA MATER) Feronia nomen est vrbis prope Terracinam. Item deæ, seu nymphæ, & fontis. Horat. Sat. 5. lib. 1. *Ora manusq; tua lanimus Feronia lympha.*

C VIDVASSET CIVIBVS VRBEM) Horat. Ode 9. lib. 1.

— aut Aquilonibus

*Querceta Gargani laborant,
Et folijs viduantur orn.*

Viduare, est spoliare, priuare, disiungere, separare. Sic Ode 10. lib. 1. *viduus pharetra Risit Apollo.* Columella lib. 2. cap. 15. ager viduus pecudibus. M. Tullius in ijs, quæ de Æschylo vertit Tuscul. 2. *Sic me ipso viduus pestes excipio anxias.* Virgil. Ciri. *Cogor adire lacus viduos à lumine Phœbi.* Eadem sententia dictum à Lucretio, lib. 6. *exhaustis cinibus urbem.*

AT VOS Ô SVPERI) Iam hic quasi pater loquitur. Diuisa est enim hæc allocutio, & vltima pars ei⁹ habet parentis affectu: q⁹ & ipse ostendit, dicens: *¶ patrias audite preces.* Prima verò viri fortis est. Seruius. * *Tamen & in priori satis clarè paternum affectum demonstrauit, cum dixit, Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam Nate tuo. Sed eum affectum magis nunc ostendit.*

QVEMVIS DVRRARE LABOREM) ipsius scilicet senectutis, quæ & ipsa morbus est. *Multa senem circumueniunt incommoda,* ait Horatius. *Durare* autem est sustinere. Horat. *ac sine funibus Vix durare carina Possint imperiosius Equor.* Et Virgil. *Durate, & vosmet rebus seruate secundis.*

CRUDELEM VITAM) Quæ filio est superstes: vt, lib. 9. *quando aliter nequeo crudelem abrumperè vitam.*

E Quia in priuatis, & publicis calamitatibus vita acerba esse solet, videmus multos optasse antè emori, quàm illas viderent, & beatos quoq; à scriptoribus iudicatos, quibus contigisset antè diem obire, quam illas experirentur. In hoc numero est L. Crassus, de quo ita M. Tull. princip. 3. ad Q. F. de Orat. Sed ij tamen rempub. casus secuti sunt, vt mihi non erepta L. Crasso à dijs immortalibus vita, sed donata mors videatur. Non vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem inuidia senatum, non sceleris nefarij principes ciuitatis reos, &c. Est etiam Hortensius, de quo vide principium Bruti. *¶*

SERA, ET SOLA VOLVPTAS) quia & vnicus erat, & serò susceptus. *μονογενής, πάλυ γέγονε, & πάλυ γένε.*

GRAVIOR NVNTIVS AVRES VVLNERET) **Vulnus** A hac similitudine ostendit Plutarchus. **Ægroti** propter aurium est, ingratus nuntius, cuius auditio est auribus tanquam vulnus. Sic & Arnobius, vulneratis accipiunt auribus. Neque solum res ipsa quæ nuntiatur, verum & ipse, qui nuntiat res duras, & ingratas, odiosus est. Id in damnis, & incommodis exprimendis. ✱

- Hæc genitor digressu dicta supremo
 Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant.
- 585 Iamq; ad eò exierat portis equitatus apertis,
 Æneas inter primos, & fidus Achates,
 Inde alij Troiæ procures: ipse agmine Pallas
 In medio, chlamyde, & pictis conspectus in armis.
 Qualis vbi oceani perfusus Lucifer vnda,
 590 (Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes)
 Extulit os sacrum cælo, tenebrasq; resoluit.
 Stant pauidæ in muris matres, oculisq; sequuntur
 Pulcream nubem, & fulgentes ære cateruas.
 Olli per dumos, quæ proxima meta viarum,
 595 Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
QVADRVPEDANTE PVIREM SONITV QVATIT VNGVLA CAMPVM.
 Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem,
 Relligione patrum latè sacer: vndiq; colles
 Includere caui, & nigra nemus abiete cingunt.
 600 Sylvano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
 Aruorum, pecorisq; Deo, lucumq; diemq;,
 Qui primi fines aliquando habuere Latinos.
 Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
 Castra locis: celsoq; omnis de colle videri
 605 Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
 Huc pater Æneas, & bello lecta iuuentus
 Succedunt: fessiq; & equos, & corpora curant.

FAMULI COLLAPSYM IN TECTA FER.) Quia de B re assueverant: immò ne poetam quidem dici patiuntur fecit bonum senem animus, humi collapsus est. Vide Æneid. 4. de Didone. *suscipiunt famula, collapsaq; membra Marmoreo referunt thalamo.*

IPSE AGMINE PALLAS IN MEDIO) hic enim fuit mos, ut tyrones ponerentur in medio, & ambirent viri fortes exercitum: aut certè honoris est, medium locum in exercitu tenere, ut ipse alibi, *medio dux agmine Turnus.* Seruius.

CHLAMYDE ET PICT. CONSP. IN AR. QVALIS) En ut imitatus sit Valer. Flaccus lib. 6. loquens de Arone Absyrti comite:

*Nec lenior comitatur Aron, horrentia cuius
 Discolor arma super, squalentesq; ære latentes
 Barbarica chlamys arcet acu, tremefactaq; venso
 Implet equum. Qualis roseis it lucifer alis,
 Quem Venus illustri gaudet producere calo.*

Et lib. 7. dum Cleadam Sidonium talem prope describit, qualem noster Chloreum Cybeles sacerdotem lib. 11. quem Camilla ad cædem affectat.

*Qualis vbi Oceani renouatus lucifer vnda
 Laudatur Veneri, & certas maioribus aëtris.*

Ac Silium quidem in istis Symbolis sæpius fortasse produco, quam ferre possint, qui cum bonorum poetarum postremum numerant, nervis, numeris, spiritu care-

quorum iudicium quanquam oppidè seuerum, non contemno. Verum ego nusquam me eximios tantummodo poetæ testes laudaturum professus sum. Et cum studeam demonstrare, quo pacto alij poetæ Maronem principem, & regem imitati sunt, nemo autem id diligentius atque crebrius Silio fecerit, meritò sæpius eius versus profero: non optimos illos quidem, fateor: sed non semper etiam pessimos. Deniq; non dubito, quin æquo lectori imitandi Virgilij feruens studium, quod in eo elucet, voluptati sit futurum. Est illud quoque certissimum, ab eruditis Silium non rarè, ut rerum Romanarum, antiquorumque rituum bene gnarum Cadiocari. ✱

Conspectus, id est, conspicuus. Antiqui enim, Græci præsertim, participijs nominum loco interdum vsi reperiuntur. Lucret. lib. 1. *Sed veluti pueris abstinthia tetra medentes Cum dare conantur.* Medentes, pro, medici. Homer. Iliad. 22.

*Ὅσος δὲ ἀστὴρ ἵσθι μὲν ἀσέβητος, πῦλός ἀμολγῶ
 ἔσπερος δὲ χαλκὸς ἐν νεφρῶ ἱσάλας ἀστὴρ.*

Vincuntur à nostris, quibus profecto ne ambrosia quidem dulcior est. Neque si superioribus addas, quæ in 5. sequuntur, possis æquare Virgilianam suauitatem.

Aristo

Όλες δ' αὖτ' ὅσοι μετ' ἀστέροι, τῶνδ' ἀμολγῶ
Ἐσπερος δὲ καλλίστ' ἐν ὕμνῳ ἱσάται ἀστήρ.

Vincuntur à nostris, quibus profecto ne ambrosia quidem dulcior est. Neque si superioribus addas, quæ in 5. sequuntur, possis æquare Virgilianam suauitatem.

Ἀστέρι ἀποειπὼν ἐπαλγικίον, ἦν καλλίστα
λαμπρὸν παμφαίνοντι λαλῶντι ὠκυανόιο.

Tetigit autem antiquorum opinionem, qui dicebant humore ali siderum splendorem. Idcirco Luciferum perfudit vnda. quanquam equidem arbitror horum versuum fulgore clariorem illum futurum, quam quavis vnda, etiam ipsius Hippocrenes. Vel quæm ait, *es factum, & astrorum ignes*, &c. Venus amat Luciferum, quæ eadem cum illo existimatur. Verum optimus philosophus Luciferum intellexit globum, & corpus ipsum: Venerem autem numen illud, quam intelligentiam vocant Metaphysici: cuius sola, ac simplici intelligentia orbis ipsius rotatio perpetuatur. Resoluit autem tenebras idcirco, quia siderum omnium Lucifer solus tantum iacit luminis, ut obiecta corpora umbræ reddant, quemadmodum, & ad solem, & ad lunam. Talis tantusque poeta noster est, supra omnem captum Grammaticorum. Scalig. Poet. lib. 5. c. 3.

QUALIS LUCIFER) Formosi, & quæ in illis speciosa, passim sideribus comparantur à poetis. Vultus, oculi præcipue.

VBI OCEANI PERF. Vnda) Seneca ex Marone C in Hippolyto.

Qualis est primas referens tenebras
Nuntius noctis, modo lotus undis
Hesperus: pulsus iterum tenebris
Lucifer idem.

QVEM VEN. ANTE AL. AST. IG.) Venus in cælo habet vnam propriam stellam, quæ oriens Luciferum, occidens Vesperum facit. Vnde Stat. *Et alterno deprenditur vnus in ortu*. Habet etiam duas alias, vnam in signo Tauri, & vnam in Septentrione: vnde etiam Taurus domus dicitur esse Veneris. Ideo dixit, *Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes*. Seruius. * *Stellas vocat ignes, quoniam ignea natura putabatur*. Ouid. quæq. Trist. lib. 4. eleg. 3. Quodq. polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ. Catull. Hesperie, qui cælo luceti iucundior ignis? *minores ignes*, Horatium.

STANT PAVIDÆ IN MYRIS MATRES) Non solum pauidæ, quia matres, sed etiam quia mulieres: quas natura in suis, & in alienis rebus dedit esse timidas. Quare poeta noster eas alibi quoque dixit pauidas, & hoc eis epitheton nō raro ab alijs tribuitur. Cur autem fœminæ timidæ, viri audaces, docet ex Xenophontis Oeconomico Columella lib. 12. in præfat. his verbis, Mulieri deinceps, quod eam omnibus his rebus fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiæ, & diligentia assignauerat, idcirco timidiorem reddidit, quam virilem: nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Quod autem necesse erat, foris, & in aperto victum querentibus nonnunquam iniuriam propulsare, idcirco virum, quam mulierem fecit audaciorum.

OCVLISQVE SEQ. PVLVER. NVBEM) Ex equorum, hominumque, præsertim multorum, cursu, & incesso necesse est puluerem in cælum tolli. Ennius Annal. 8.

Consequitur summo sonitu, quatit vngula terram.

Fama, ferè pulvis ad cælum vasta videtur

Lucret. lib. 5. multa pulsata pedum vi Pulueris exhalat nebulam.

A QVADRVPE DANTE PVTRM SONITV) Lib. 10. Quadrupedumque putrem cursu quatit vngula campum. Stat. 6. Thebaid. ferit grauis vngula campum. Viden' imitationem? Quadrupedare de quadrupedibus dicitur. Plaut. Capt. *qui aduehuntur quadrupedanti crumianti cantherio*. Notauit Turneb. lib. 26. cap. 29. Ouidius lib. 3. Trist. eleg. 10. *Et vnda Frigore concretas vngula pulsas equi*. Ennius 6. Annal. *Explorant Numide, totam quatit vngula terram*. Et in 17. *Et eques, Et plausu oana concutit vngula terram*.

PROPE CÆRITIS AMNEM) Amnis dicitur Minio, vrbs quondam dicta fuit Agylla, à conditore Agyllo: postea per inficitiam Romanorum dicta est Cære. vide Seruium.

RELLIGIONE PATRVN SACER) Seruius Sulpitius religionem dictā esse tradidit, quæ propter sanctitatē aliquam remota, ac seposita à nobis sit, quasi à relinquendo dicta, ut à carendo, cærimonia. Hoc Virgil. seruans ait, *Est ingens gelidum*, &c. Et adiecit, quo proprietatē religionis exprimeret, *vndiq. colles Includere cani, Et nigra nemus abiete cingunt*. Quæ res utiq. faciebat lucū à communionē populi secretum. Et ut relictum locum ostenderet non solum adeundi difficultate, adiecit & sanctitatem, *Sylvano fama est veteres sacrasse Pelasgos, Agrorum pecorisq. deo*. Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 3.

LATE SACER) Non solum à ciuibus, verum etiam ab accolis celebratur.

VETERES PELASGOS) Pelasgi qui nam fuerint, quomodo in Italiam venerint, quæ loca tenuerint, quo pacto se Aboriginibus iunxerint, tandemque deleti fuerint, omnia hæc persequitur lib. 1. antiq. Dionys.

ARVORVM, PECORISQVE DEO) Seruius prudentiores ait hic Sylvanum intelligere ὕλην δαίτην, hoc est, deum τῆς ὕλης, &c. Quæ mihi videtur supervacanea subtilitas. Numen rusticum est Sylvanus, & à sylvis dicitur. Eum inuocat cum cæteris 1. Georg. Nominat etiam inter agrestes deos Eclog. 10. qui ad Gallum consolandum venerunt.

DIEMQVE) Instituerunt dedicationis diem anniuersarium, quod etiam hodie Christianis est sollemne.

TYRRHENI TVTA TENEBANT) Vnde nomen Tyrrhenis, & mari Tyrrheno, sic nos docet Velleius lib. 1. Per hæc tempora Lydus, & Tyrrhenus fratres, quum regnarent in Lydia, sterilitate frugum compulsi, sortiti sunt, vter cum parte multitudinis patria decederet. Sors Tyrrhenum contigit: peruectus in Italiam, & loco, & incolis, & mari nobile, ac perpetuum à se nomen dedit.

IAM POTERAT LEGIO) De legione inuenies nonnulla lib. 9. ibi, *Cætera dum legio campis instructa moratur*.

FESSIQVE ET EQVOS, ET CORP. CVRANT) Ingenti arte, quod sequebatur, omisit, redditurque in 10. Namque si vellet dicere, venisse Æneam, vidisse Tarchontē, petiisse auxilia, satis longum fuerat: & probat illud, quod ait supra, *Tota namq. fremunt condensa litore puppes*: quū Etruscorum festinationi dicentis breuitas congruat. Verum hæc ita reddit in 10. dicens.

Namq. ut ab Euandro castris ingressus Etruscis Regem adit, Et regi memorat nomenq. genus,

Seruius.

Verbo curandi sæpius utebantur in rebus ad vitam, victumque spectantibus. Curate, mi Tiro, apud Cic. Apud Horat. curare cutem, genium, pelliculam, membra. Apud Terent. *Curasti te molliter*. Apud nostrum 1. Georg. *convinia curant*. Et 4. Georg. ut item hic, *corpora curant*. Lucret. lib. 2.

Proa

*Propter aquarum, sub ramis arboris alta
Non magnis opibus iucunde corpora curant.*

Liuius; & historici frequentissimè. Occurrit exem-

plum è lib. 3. Tum quidem corpora cibo, somnoq; curant. Et aliud è lib. 4. præcipitiq; iam die curare corpora milites iubet.

- At Venus ætherios inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat: natumq; in valle reducta
610 Ut procul egelido secretum flumine vidit,
Talibus affata est dictis, seq; obtulit vltro:
En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera. ne mox aut Laurentes, nate, superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.
615 Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit:
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.
Ille deæ donis, & tanto lætus honore
EXPLERI NEQVIT, ATQVE OCULOS PER SINGVLA VOLVIT:
Miraturq; interq; manus, & brachia versat
620 Terribilem cristis galeam, flammascq; vomentem,
Fatiferumq; ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentem: qualis, cum cærule nubes
Solis inardescit radijs, longeq; refulget.
Tum leues ocreas electro, auroq; recocto,
625 Hastamq;, & clypei non enarrabile textum.

IN VALLE REDVCTA) Vallem reductam appellat, opinor, quæ sinus quosdam flexuosos, & recessus habeat, in quibus quis à ventis, & iniurijs cæli tutus esse queat. L. 6. *Interea videt Aeneas in valle reducta Seculum nemus.* Sic Horat. Ode 12. lib. 1. *Hic in reducta valle canicula Vstabis æstus.* Et Ode 2. Epod.

Aut in reducta valle mugientium

Prospicit errantes greges.

EGLIDO SECRETVM FLVMINE) *Egelido* est nimium gelido, & est vna pars orationis: ut, *eduramq; pyrum*, id est, valde duram. Secretum flumine egelido, hoc est, præsidio fluminis, ut dicimus, secretus est mōte, vel sylua. Seruius.

In hoc verbo *egelidum*, vocalis, e, significatum nunc intendit, nunc remittit, sic, ut *egelidum* aliquando sit valde gelidum, seu prægelidum, quomodo nunc apud Maronem: aliquando parum gelidum, siue potius tepidum. Cum legimus apud Ausonium, *Impiger egelido monet arma Senecus ab Istro.* Et rursum, *Egelida ut teneant hyemes*, priore modo accipimus vocem. Illud autem apud Sueton. in Octauio, Vngebatur etiam sapius, sudabat ad flammā. Deinde perfundebatur *egelida* aqua, vel sole multo calefacta, posteriore, minuit enim, non auget hic significatum. Versus ille Ouidij, *Egelidum Borean, egelidumq; Notum* ab eruditis propter ambiguitatem verbi reprehensus est.

SEQVE OBTVLIT VLTRO) id est deam confessa est. Et est ordo, obtulit se, & loquuta est.

EN PERFECTA MEI) Homer. Iliad. 7.

Τὴν δ' ἠφείσοιο πῶτα κλυτὰ τεύχεα δέξο,

Καλὰ μάλ' ὅτι ἔγω τις ἀνὴρ ὅμοιοι φέρουσι.

PROMISSA ARTE) *καὶ σιωπώμενον.*

ACREM TVRNVM) fortem. Et propriè apud nos acer est, qui *αἰνός* apud Græcos: nam fortem, & vehementem, & asperum, & amarum potest significare. Seruius. * *Ipsum quoq; Aeneas Vulcanum supra acrem appella-*

uit. Arma acri faciendaviro. De eodem, lib. 12. sicut acer in armis.

POSCERE) prouocare. Cic. in Verr, poscunt maioribus poculis, id est, inter se prouocant. Seruius.

AMPLEXVS PETITVT) Suprà, *Optatos dedit amplexum*, de Vulcano.

TANTO LÆTVS HONORE) quodd manifestò videat matrem, & plenam amoris sui. Seruius.

MIRATVRQVE) Non placet Macrobio Saturnal. lib. 5. cap. 4. quod Aeneas recens allatis armis à Vulcano factis miratur, censetq; id parum opportunè factum. Sed Iouianus in Antonio, an non diuinum illud opus, inquit, mirabitur? Et cum illa manu tractaret, versaretq; inter brachia, non conciperet magnam spem, præsertim in rebus tam asperis: non animos inde sumeret, videns, quantum terrorem illa galea terribilis incussura erat hosti? quæ tum ipsi quoque flammæ vomitura videretur. Quomodo igitur lætitia expleri non potuisset, nisi iam animaduertisset, quantus illorum vlus aduersus hostem futurus esset, in prælijs, quæ etiam tum sub quercu posita (neque enim temere sub quercu posita dicit, cum corona è quercu ciuium liberatores donarentur) terribilia apparerent? Quocirca (ut dictum est lib. 10.) cum primum in hostium conspectum venit, illa statim extulit. Videtis quàm sibi Virgilius constet, quàm nihil inaniter dicat, & singula exactissimè pensitet.

INTERQVE MANVS, ET BRACHIA VERSAT) *τέρπετο δ' ἐν χερσίν ἔχων διὰ ἀγλαὰ δῶρα.* Distinguendum est, ut intelligas, Aeneam manibus minora, brachijs maiora considerasse, utpote lorica, vel scutum: hæc enim arma maiora sunt: minora verò, galeam, gladium, ocreas. Seruius.

QUALIS CVM CÆVLA NVBES) Irim physica ratione describit, quæ sit, cum aquosam nubem solis ardor irradiat. Nec est incongrua hæc comparatio, cum

cum lorica ex diversis metallis fieri plerumque consue-
uerit. Seruius.

AVROQUE RECOCTO) sepe purgato.

CLYPEI NON ENARRAB. TEXTVM) Bene, non e-
narrabile. Cum enim clypeo omnem Romanam histo-

riam velit esse descriptam, dicendo, *illic genus omne fu-
tura Stirpis ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella*, carpi-
tim tamen pauca commemorat. Sicut in 1. ait, *video
Iliacas ex ordine pugnas*, nec tamen uniuersa descripsit.
Seruius.

Illic res Italas, Romanorumq; triumphos,
Haud vaturn ignarus, venturique inscius æui,
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella.

- 630 Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impavidos: illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.
- 635 Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas
Confessu caueæ, magnis Circensibus actis,
Addiderat: subitoq; nouum confurgere bellum
Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; seueris.
Pòst ijdem inter se posito certamine Reges
- 640 Armati, Iouis ante aras, paterasq; tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

ILLIC RES ITALAS) Tota clypei descriptio mul-
tò est apud nos aptior uniuerso argumento. Homeri
autem clypeus friuola, & puerilia continet. Quin eti-
am sigillorum, quæ in eo sculpta sunt, motum, quo-
modo representare queat nescio. Nisi quod ille ait,
Strutitiam patimur opera, ad Homeri poemata accom-
modari possit. In illa enim verborum opulentia licuit
ei ineptire. Lege cætera apud Scalig. Poet. lib. 5. cap. 3.

Homerum multa è scriptis prophetarum in suum
carmen, & in primis initium sacræ Geneseos in clype-
um Achillis transtulisse, docet Iustinus Martyr Exhor-
tat. ad gentes. Clypeum quoque à Callaicis populis ad
Oceanum Hispanicum habitantibus, præter cætera ar-
ma, Annibali Saguntum oppugnanti dono missum,
& in eo res Carthaginensium cælatas, describit 2. Pu-
nicorum Silius. *Lustrat aures oculis, gaudetq; in origine
regni*, &c. Huiuscemodi descriptiones sunt, Catulli, il-
lius purpuræ, qua constratus fuit Ariadnæ lectus genia-
lis: Ouidij autem pepli Philomelæ lib. 6. Metam. mira-
bile fuit utramque textum, & argumentosum.

PUGNATAQUE BELLA) Talia ferè sunt apud Ho-
mer. Iliad. µ. ἄλλοι δ' ἄμρ' ἄλλοι μάχην ἐμάχοντο πύ-
λοι. Et Iliad. ε. πᾶρ τινὲς μάχην ἐμάχοντο θεοὶ. Plato in
Epitaph. ὁ κτείνῃ ἡμῖν πόλεμον ὅπως ἐπολεμήθη. Germ.
* *Contulit bellum exemplis hunc locum. Demosthenes. οἱ σιφάν.
οἱ πόλεμον συντελεῖν καὶ μακρὸν πολέμῳ ἡμῖν. Χερσὶν πόλεμον
πολεμήται. Nunc ad latinam. Cic. pro Muræna. Cuius ex omnibus
pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima tibi videntur, qua
cum rege commissa est, & summa contentione pugnat. Lucilius
Vicimus δ' socij, & magnam pugnaui'm pugnam. Catull. Pro
qua mihi sunt magna bella pugната. Probatus Annibale. Hac pu-
gna pugnat Romam profectum, nemine resistente.*

FOETAM MAVORT. IN ANT. PROCUB. LUP.) si
procubuisse accipias, iacuisse, contrarium est quod dicit,
Ludere pendentes pueros. Liuius ait, summissas præbuisse
mammæ, quem locum ad verbum produximus 1. Æ-
neid. super illo carmine, *Inde lupa fuluo nutritis tegmi-
ne lactus Romulus*. Seruius ait, poetam gestum propriè

Bexprimere voluisse, quem in ipsius lupæ cernimus sta-
tuis. Plutarch. Quæst. Rom. quæst. 20. refert, Romu-
lo, & Remo expositis non tantum vbera lupam præbu-
isse, sed & picum frequenter aduolasse, & buccas in
ora inseruisse. Idem narrat Ouidius fast. lib. 3. *Et picum
expositis sepe tulisse cibos?* Frequenter enim etiam nunc,
in locis quæ sub montibus sita sunt, ac syluestria, ubi
picus ibi etiam lupus visitur, vt narrat Nigidius.

GEMINOS HVIC VB. CIRCVM) Gemini dicuntur
ex vno utroque vno die editi. Geminum, simile. Pacuius
Hermiona, *Par fortitudo, gemina confidentia*. Gemi-
næ, duæ. Lib. 6. *Sunt gemina somni porta*. Nonius.

ET LAMBERE MATREM) quasi matrem, cuius af-
fectum pueris exhibebat. Matrem veteres etiam nutri-
cem dici volunt. Plaut. Menæch.

Ita forma simili pueri, ut mater sua

Non posset interno scire, quæ mammam dabat.

Næq; adeo mater ipsa, quæ illos pepererat.

Sic Nonius, & adducit hunc locum, addens, *matrem*,
id est nutricem. Qui nam infantes à quibus bestiis nu-
triti fuerint, vide Æneid. ibi *Inde lupa fuluo, &c.*

ET CORPORA FING. LINGVA) Non quod in pi-
ctura erat, dicit: sed ita hic intelligimus factum fuisse:
vt, *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros*. Ser-
uius.

Sed iam de inuentis sub lupa his duobus infant-
bus verba Dionysij de lib. 1. recitemus, abit enim non-
nihil à Liuiio. Interea pastoribus armenta pastum agen-
tibus (iam enim aquæ decesserant) quidam ex ijs vîsa lu-
pa infantulos complectente, aliquandiu hæsit miracu-
lo, vix satis credens suis oculis: deinde conuocatis, quot-
quot poterat, è proximo socijs, cum fidem verbis non
impetraret, adducit eos ad spectaculum. Quæ & ipsi eò
profecti, comperiunt illam, velut ex se natos comple-
xam: hos pendentes, velut à matre: moxque ra-
ti, hæc non sine aliquo numine fieri, confertim acce-
dunt propius, feramque terrent clamoribus. At lupa
incursum

Y*

incursum

incurfu hominum perparum exasperata, ceu mansueta, sensum abstulit, & ob insanos pastorum strepitus abiit. Post eius discessum pastores tollunt infantulos, dignos alimentis rati, quippe qui seruati diuinitus fuissent, &c.

Fingere, id est, tergere. De vrsa porro catulos lingua fingente Plutarch. lib. De amore parentum erga liberos: Vrsus bestia certè ferocissima, & immanissima, foetum informem planè, & articulamentis membrorum nullis conspicuum edit: attamen lingua sua tanquam dolabra, membranis quibus inuoluitur, conformatis, non genuisse tantum catulos, sed & opificis more finxisse videtur.

Iam de expositione geminorum istorum, ac de materno in eos lupæ huius officio, Nasonis locum è lib. 2. Pastor. adiungamus.

Sylvia Vestalis caelestia semina partu

Ediderat, patris regna tenente suo.

Is iubet auferri paruos, & in amne necari.

Quid facis? ex illis Romulus alter erat.

Iussa recusantes peragunt lacrymosa ministri,

Flent tamen, & geminos ad loca iussa ferunt.

Albula, quem Tiberim merfuit Tiberinus in undis

Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.

Hic ubi nunc fora sunt, lintres errare videres:

Qua iacent valles maxime Circe tua.

Hinc ubi venerunt (neque enim procedere possunt

Longius) ex illis unus, & alter ait.

Ah quam sunt similes? ah quam formosus uterq;

Plius tamen ex illis iste vigoris habet.

Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago:

Nescio quem è vobis suspicer esse deum.

At si quis vestra deus esset originis auctor,

In tam precipiti tempore ferret opem.

Ferret opem certè, si non ope mater egeret,

Qua facta est una mater, & orba die.

Nata simul, moritura simul, simul ite sub undas

Corpora deserat, deposuitq; sinu.

Vagierant ambo pariter: sensisse putares.

Hiradeunt vdis in sua tecta genis.

Sustinet impositos summa cauius alueni unda,

Hec quantum sati parua tabella tulit.

Alueni in limo sylvius appulsus opacis

Paulatim flumio deficiente sedet.

Arbor erat: remanent vestigia: qua, vocatur

Romula nunc ficus, Rumina ficuerat.

Venit ad expositos (mirum) lupa fera gemellos,

Quis credat pueris non nocuisse feram?

Non nocuisse parum est: prodest quod, quos lupa nutrit,

Perdere cognata sustinere manus.

Constitit, & cauda teneris blanditur alumnis,

Et lingis lingua corpora bina sua.

Marte satos scires, timor absuit: vbera ducunt,

Nec sibi promissa lactis aluntur ope.

Ille loco nomen fecit, locus ipse Lupercis,

Magna dati nutritrix premia lactis habet.

Occasione legis cuiusdam Mosis, qua præcepit abstinere ab omnibus recens natis, tam in iumentis, quam in gregibus, vetans ea vel mensæ inferri, vel altari, nimium crudele existimans, atque ab omni humanitate alienum, insidiari parturientibus, & foetus à matribus rapere, idque ventris, gulæque gratia, huius, inquam, occasione legis Philo. lib. de Charitate, ecce quam bellam prosopopœiam pro teneris, seu lactentibus animalibus contexuit: & rursum inde ansam arripiciens, in expo-

sitores infantium acerbè inuehitur. Sic igitur quemcumque instituta sua sequentem Moses alloquitur.

Magnam habes, & bone, rerum copiam, quibus uti potes absque crimine. Alioqui fortasse ignosci poterat presso inopia. Tu verò etiam temperantia, cæterisque virtutibus debes excellere, ascitus in ordinem lectissimum, nec admittere in mentem tantam seuitiam, ut foetæ lassæ partus laboribus, non iam mor vexationem afferas, rapiendo recens editum animal. Necesse est enim turbare matrem propter affectum à natura inditum, sed à partu maxime. Tunc enim lac in mammis subscatens, si desit foetus, reprimatur: & distentis hac mole vberibus, dolor quoque intenditur. Si autem mater suum foetum lacte alat, si non diutius, saltem per septem dies: ne natiuos lactis fontes extinguas in vberibus, cum ipsius naturæ iniuria, quæ non vult intercipi sua beneficia, multò antè præparata ad conseruationem generum. Primum enim eius munus est generatio, per quam animalia suam essentiam accipiunt. Secundum, lactis affluxus, tenerrimi alimenti, & aptissimi temporis, quippe quod cibi, potusque vicem præbeat. Nam quidquid inest aqueum, pro potu habetur: pro cibo verò id, quod coagulatur, natura prospiciente modò genitis foetibus, ne patiantur inopiam mox à vitæ initio, sed eadem opera, eodemque remedio duas molestias sitis, famisque arceant. Perficite frontem, & legite hanc legem præclari parentes, qui grauari vos putatis infantibus, quos vt exponatis, insidiarini parturientibus, publici, & infestissimi hostes humani generis. Cui enim parcetis, qui filios necatis propriis manibus? qui quantum in vobis est, ciuitates desertas redditis, vastitatem incipientes coniunctissimis: qui ius naturæ subuertitis, tollentes eius opera: crudelitate immani vitam oppugnat, mortem inuehit, & hanc contra illam armatis.

Huiusmodi expositionem, abiectionemque foetus detestatur etiam valdè Lactantibus lib. 6. cap. 20. & causas, quæ afferri possint, refutat.

Ergo ne illud quidem aliquis concedi existimet, vt recenter natos liceat oblidere, quæ vel maxima est impietas. Ad vitam enim deus inspirat animas, non ad mortem. Verum homines, ne quod sit facinus, quo se non polluant, rudibus adhuc, & simplicibus animis abnegant lucem non à se datam. Expectet verò aliquis, vt alieno sanguini parcant, qui non parcant suo: sed hi sine vlla controuersia scelerati, & iniusti. Quid illi, quos falsa pietas cogit exponere? Non possunt innocentes existimari, qui viscera sua in prædam canibus obiciunt: & quantum in ipsis est, crudelius necant, quam si strangulassent. Quis dubitet quin impius sit, qui alienæ misericordiæ locum non tribuit? Quin etiam si contingat ei, quod voluit, vt alatur, addixit certè sanguinem suum vel ad seruitutem, vel ad lupanar. Quæ autem possint, vel soleant accidere in utroque sexu, quis non intelligit? quis ignorat? Quod vel Dnysius Oedipodis declarat exemplum, duplici scelere confusum. Tam igitur nefarium est exponere, quam necare. At enim parricidæ facultatum angustias conquærantur: nec se pluribus liberis educandis sufficere posse prætendunt: quasi verò aut facultates in potestate sint possidentium, aut non quotidie deus ex diuitibus pauperes, & ex pauperibus diuites faciat. Quare si quis liberos ob paupertatem non poterit educare, satius est, vt se ab vxoris congregatione contineat, quam sceleratis manibus dei opera corumpat.

Adiungam pro corollario. In expositione infantum, aliquid matres sibi detractum addebant, vnde postea cognoscebantur. Id apud Plautum, & Terentium non semel videas. Adi Victor. lib. 2. cap. 3. Item, Exposititij infantes, incerto patre, & matre nati, cum inuenirentur qui eos tollerent, & educarent, dicebantur altelli, *ἄλλοι ἐκ τῆς οἰκίας*, ab altus, altulus, græcè *ἀλλοτρίοι*, *ἑτερογενεῖς*, alumni. Plinius ad Traianum. Magna, Domine, & ad totam provinciam pertinens quaestio est, de conditione, & alimentis eorum, quos vocant *ἀπὸ τοῦ*, &c. Scallig. in Festum.

RAPTAS SINE MORE SABINAS) Ex Livio istuc declarabimus, vnde etiam huiusmodi raptus causam cognosces. Illud prius te monitum volo, communi nomine Sabinas dici raptas, quamquam Ceninensium, Antemnatum, & Crustum inorum multæ essent, & auctores in numero raptarum discrepare. Quidam non vltra triginta fuisse tradunt, quæ curiis nomina dedere: nonnulli

nulli quingentas, plerique septem, & viginti, alij sexcentas, & tres supra octoginta. Nunc audi Liuium. Tum ex consilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem, connubiumque nouo populo peterent. Vrbes quoque, vt cætera, ex infimo nasci: deinde quas sua virtus, ac dii iuuent, magnas opes, magnamque nomen sibi facere. satis scire, origini Romanæ & deos affuisse, & non defuturam virtutem. Proinde ne grauarentur homines cum hominibus sanguinẽ, & genus miscere. Nusquam benignẽ legatio audita est: adeo simul omnes spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi, ac posteris suis metuebant. à plerisque rogitantibus dimissi, ecquod feminis quoque asyllum aperuissent: id enim demum compar connubium fore. Egrè id Romana pubes passa; & haud dubiè ad vim spectare res cœpit, cui tempus, locumque aptum vt daret Romulus, ægritudinem animi dissimulans, ludos ex industria parat, Neptuno equestri sollempnes: Consualia vocat. Indici deinde finitimis spectaculum iubet, quantoque apparatu tum sciebant, aut poterant, concelebrant: vt rem claram, expectatamque facerent. Multi mortales conuenere studio etiam videndæ nouæ vrbis: maximè proximi quiq; Ceninenses, Crustumini, Antemnates. Iam Sabinorum omnis multitudo cum liberis, ac coniugibus venit. Inuitati hospitaliter per domos, cum situm, mœniâq; & frequentem tectis urbem vidissent, mirantur tam breui rem Romanam creuisse. Vbi spectaculi tempus venit, deditaq; eo mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis: signoque dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurret. Magna pars, fortè vt in quem quæque inciderat, raptæ: qualdam forma excellentes, primoribus patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos defererent. Vnam longè ante alias specie, ac pulchritudine insignè à globo Talassij cuiusdam raptâ ferunt, multisque sciscitantibus cuiam eam ferrent, identidem nequis violaret, Talassio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam. Turbato per metum ludicro, moesti parentes virginum profugiunt, incusantesque violati hospitij fœdus, deumque inuocantes, cuius ad solemne, ludosque per fas, ac fidem decepti venissent. Nec raptis aut spes de se melior, aut indignatio est minor. Sed ipse Romulus circumfibat, docebatque patrum id superbia factum, qui connubium finitimis negassent. illas tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium, ciuitatisque, &, quo nihil charius humano generi sit, liberum fore: mollirent modò iras, & quibus fors corpora dedisset, darent animos: sæpe ex iniuria postmodum gratiam ortam: eoq; melioribus vsuras viris, quod annixurus pro se quisque sit, vt cum sua vice functus officio sit, parentum etiam, patriæque expleat desiderium. Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium cupiditate, atque amore: quæ maximè ad muliebre ingenium efficaces preces sunt. Iam admodum mitigati animi raptis erant. At raptarum parentes tum maxime sordida veste, lacrymisque, & querelis ciuitates concitabant: nec domi tantum indignationes continebant, sed congregaban-

tur vndique ad Titum Tatium regem Sabinorum: & legationes eò, quod maximum Tatij nomen in his regionibus erat, conueniebant. Ceninenses, Crustumini, & Antemnates erant, ad quos eius iniuriæ pars pertinebat. Lentè agere iis Tatiûs, Sabinique visi sunt. Ipsi inter se tres populi communiter bellum parant.

Lege insuper Plut. in Romulo Dionys. libr. 2. Ouid. 3. Fast. ab eo loco, *Mœnia iam stabant*, &c. De hoc raptu Minutius in Octauio. Mox alienas virgines iam desponsatas, iam destinatas, & nonnullas de matrimonio mulierculas sine more rapuit (Romulus) violauit, illulit, & cum eorum parentibus, id est, cum foceris suis bellum miscuit, propinquum sanguinem fudit.

Quod autem ait *sine more*, exponendū viderur, sine exemplo, & ideo non rectè factum: tamen nec id semper rectè sit, quod exemplo fit: excusatur tamen facilius. Malo more fieri dici potest, quod improbè sit, tamen mos est ita fieri. At more maiorum quod factū dicitur, id semper laudem habet, & est ea formula vtitur probatissimis scriptoribus.

CONSESSV CAVEÆ) Cauca est, vbi populus spectat, seu vbi spectandi gratia sedet. Plaut. Amphit.

Vt conquistores singuli in subsellia

Eant, per totam caueam, spectatoribus.

Cic. in Catone. Vt Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat, delectatur etiam, qui in vltima, &c.

CVRIBVSQVE SEVERIS) Mirè dixit *seueris*. Quum enim filias perdidissent Ceninenses, Antemnates, Crustumini, & Sabini, cæteris quiescentibus, Sabini soli bella sumpserunt. Vide Liuium.

CASA IVNGEB. FOEDERA PORCA) De fœdere inter Romulum & T. Tatium Sabinorum regem Liuius lib. 1. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacè modo, sed & ciuitatem vnam ex duabus faciunt, &c. De hac & Ennius 1. Annali. *Accipe daq; fidem, fœdusq; feri bene firmum.*

Annotant Grammatici, porcam dixisse Maronẽ pro porco, quibus nõ assentitur Suetonius, qui in Claudio scribit, cap. 25. cum regibus fœdus in foro icit, porca cæsa, ac veteri fecialium præfatione adhibita. Liuius fauet Grammaticis, qui lib. 1. in fœdera porcum saxo silice feriri dicit. [*Est lib. 9. quemadmodum à facialibus porcum feriretur. Lib. 12. de fœdere loquens poeta Setigeræ fœtum suis, intonsamque bidentem Attulit. Quod tam de more, quam de summa licet accipere.*] In hoc igitur inter auctores variatur, vt reor, quod porcus in libris fecialium scriberetur: quod vocabulum etiam de fœmina dicitur, alioqui non scripsisset Cib. 2. de leg. porco fœmina piaculum dare. Turneb. lib. 26. cap. 29. * *Sic etiam Cato, cap. 134. priusquam fœminam porcum immolabis. Quadam, inquit Quinsilianus, lib. 8. non tam ratione, quam sensu iudicantur, vt illud: cæsa iungebant fœdera porca, fecit elegans fœtio nomen: quod si fecisset, porco, vile erat. Porci effigies inter signa militaria quintum locum obtinebat, quia confesso bello, inter quos pax fieret, casti porca fœdus firmari solebat. Fœtus. Quam variis ritibus extera gentes fœdera percussere consueverint, docet Alex. Neapolis. lib. 5. cap. 3. fœto id scire delectabit. Conditiones autem huius fœderis exequitur Dionysius lib. 2.*

Haud procul inde, citæ Metium in diuersa quadrigæ

Distulerant (at tu dictis Albane maneres)

Raptabatq; virimendacis viscera Tullus

645 Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.

Nec non Tarquinius eiectum Porfenna iubebat

Accipere: ingentiq; urbem obsidione premebat.

Xy * 2

Æncadæ

- Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant,
 Illum indignanti similem, similemque minanti
 650 Aspiceres, pontem auderet quod vellere Cocles,
 Et fluuium vinclis innaret Clœlia ruptis.
 In summo custos Tarpeïæ Manlius arcis
 Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat:
 Romuleoque, recens hœrebat regia culmo.
 655 Atque hîc auratis volitans argenteus anser
 Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.
 Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,
 DEFENSI TENEBRIS, ET DONO NOCTIS OPACÆ.
 Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis:
 660 Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
 Auro innectuntur. duo quisque Alpina coruscant
 Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.

METIVM IN DIVERSA QVAD.) Metij crimen perfidia fuit. De eo, & supplicio eius ita est apud Liuium lib. 1. in Tullo Hostilio, qui sic eum affatur. Meti Suffeti, si ipse discere posses fidem, ac fœdera seruare, viuo tibi ea à me disciplina adhibita esset. Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo supplicio doce humanum genus, ea sancta credere, quæ à te violata sunt. Virgitur paulò ante animum inter Fidenatem, Romanamque rem ancipitem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis. Exinde duabus quadrigis admotis, in currus earum distentum illigat Metium: deinde in diuersum iter equi cõcitati, lacerum in vtroque curru corpus, quò inhæserant vinculis membra, portantes. Auerrere omnes à tanta fœditate spectaculi oculos. Primum, vltimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit: in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse pœnas. *De scriptura Græcâ, nominis Metius Suffetius, scribendum ne sit Metius Suffetius, aduersus Robortellum sui defendendi vide quid Emendat. lib. 1. dispuerit Sigonius si modo restanti est. Memini huius exempli, & loci Virgiliani Gellius lib. 20. cap. 1. prætexens hoc dictum, Acerbitur plerumque, & discendi malefici, bene atque caute discendi disciplina est. Creditur inuentum Hercule, qui regem Eubœæ Pyrechmen bellum Bæotium inferentem deuicit, & deuictum isto modo puniuit, pullum equinum alligatum videlicet, in partes discerpendum.*

NEC NON TARQUINIVM PORSENNA) Lucretia per summam libidinem à Sex. Tarquinio, Tarquinij Superbi filio stuprata, causâ fuit, cur cum liberis Roma pelletetur. Idem Superbus confugit ad Porſenam Etruscorum regem, qui eum restituere conatus est. Vide Liuium lib. 1. & 2.

ÆNEADÆ IN FERRVM PRO LIBERTATE) Isocrates in Archidamo. ὥς ἐξ ἑτὴν πόλιν δικάμει, &c. Id est, nec enim ab vrbe condita vel bellum factum, vel periculum de tantis rebus oblatum est, de quantis nunc deliberamus. Nam antehac quidem de imperio, in alios exercendo dimicabamus: nunc autem hoc agitur, ne ipsi imperata faciamus: quod signum libertatis est: pro cuius defensione nullæ acerbitates, nulla pericula sunt recusanda, non nobis tantum, sed etiam aliis, qui se viros esse meminerunt, neque virtutis laudem profusa spernantur.

Ius Romanæ libertatis quinque partitum fuit. Ita enim ciues Romani fuerunt liberi, vt nec dominorum potestati, nec tyrannorum imperio, nec magistratum potentia, nec creditorum libidini, nec ciuium suorum

Agratiæ essent obnoxij. Sigon. de antiq. iure ciuium Rom. lib. 1. cap. 6. in quo hæc singula accuratè, qualia fuerint, explanat. Sed quod ad secundum genus libertatis attinet, quoniam ad institutum pertinet, placet eundem scriptorem audire. Hoc se R. ciues à regum, & tyrannorum impotenti dominatione liberauerunt, & legibus se, ac magistratibus annuis obstrinxerunt. Quæ libertas à Tarquinio Superbo rege cum filiis vrbe pulso, inita est, L. Bruto, & P. Valerio in primis auctoribus, tum, cum pop. à Bruto Cos. iureiurando adactus est, se neminem regnare Romæ passurum, atque rogationem iussit, vt sacrum cum bonis caput eius esset, qui regni occupandi consilia inisset. Itaque pro hac libertate tuenda, incredibile est quantas pop. Rom. dimicationes, quanta bella suscepit, quantum sudoris, quantum sanguinis effuderit. Siquidem & cum Porſena rege, & cum Latinis populis, Tarquinius exules reducentibus, & cum Pœnis, cum Cimbris, & Teutonibus, & aliis infestissimis exterarum gentium populis, armis sæpe acerrimè decertauit. Lege cætera. ** Quanteperetiam M. Tull. pro libertate aduersus Antonium defendenda contendat. In Philipp. & quomodo mortem seruituti anteposendam non semel affirmet, notum est omnibus, qui eos libros in manibus habuerunt. Vnam duntaxat, eamque magnificam super studio libertatis sententiam ex 10. Philipp. libet appendere. Magna nos quidem spe, & prope explorata libertatis causam suscepimus. Sed, vt concedam incertos exitus esse belli, Martemque communem: tamen pro libertate vitæ periculo decertandum est. Non enim in spiritu vita est, sed ea nulla est omnino seruienti. Omnes nationes seruitutem ferre possunt: nostra ciuitas non potest: nec ullam aliam ob causam, nisi quod illæ laborem doloremque fugiant, quibus vt careant, omnia perpeti possunt. Nos ita à maioribus instituti, atque imbuti sumus, vt omnia consilia, atque facta ad virtutem, & dignitatem referamus. Ita præclara est recuperatio libertatis, vt ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Legor orationem Caloni apud Lucan. lib. 3. optantis. Si possit capite, & sanguine suopacem tueri, libertatemque defendere. O vtinam cælique deis, Erebi que liceret, &c.*

PONTEM AVDERET QVOD VELLERE COCLES) de Coclite Liuius lib. 2. Plutarch. in Poplicola, qui vnà pro ponte cum eo stetit, autumat duos primæ nobilitatis viros, Herminium, & Lucretium. Dionysius lib. 5. Florus lib. 1. cap. 10. Plin. lib. 15. cap. 36. Valer. lib. 3. cap. 2. Breuiter Plinius iunior de viris illust. cap. 11. Porſena rex Etruscorum, cum Tarquinius in urbem restituere tentaret, & primo impetu Ianiculum cepisset, Horatius Cocles (illo cognomine, quod in alio prælio oculum amiserat) pro ponte sublicio stetit, & aciem hostium sustinuit, donec pons à tergo interromperetur, cum quo in Tibe-

in Tiberim decidit, & armatus ad suos tranauit. Ob hoc ei tantum agri publici datum est, quantum vno die circumdari potuisset. Statua quoq; ei in Vulcanali posita.

Huius viri facinus Iouianus lib. 1. de fortitud. bellica his verbis ornat, & amplificat. Veræ fortitudinis exempla Græci, Barbariq; edidere permulti: sed Romanorum longè maximus est numerus, cuius mihi princeps videtur Horatius Cocles. Siquidem in summa reipub. calamitate, in maximo, euidentissimoque pop. Rom. periculo, vrgente grauissimo hoste, pro salute publica, cæteris etiam fugam capessentibus, solus se ipse hosti obiecit. At quo animo? ut dum pars pontis rescinderetur, hostis impetum derineret, interim pugnando, non, quod desperantium est, vitam contemneret: sed simul & hostem feriret, & corpus suum, in quo salutem patriæ positam sentiebat, tueretur, non tamen ut mori pro communi salute recusaret. Atque ubi pontem rescissum intellexit, non arma proiecit, quibus hostes potirentur, non se ipsum in tanta ruina deseruit: sed natâ abundas ad suos, saluis armis redijt. Cuius pulcherrimum facinus non ciuium modò, atque hostium animos admiratione impleuit: sed si quid est, quod deos immortales mortalium viribus factum moueat, cum primis credendum est, rarissimum hoc, maximeq; admirandum facinus deos mouisse. Sed ô vocem maxime memorabilem. Rediens re infecta hostis, se quidè Romano potitum, solo ab Horatio victum esse prædicebat.

Modò Cocles in hoc homine, de quo dicit, proprium est nomen: in alijs appellatiuum. Nam luscus coclites dixerunt antiqui. Vnde & cyclopas coclites legimus dictos, quod vnum oculum habuisse perhibentur. Ita Seruius. Varro lib. 6. de ling. lat. Ab oculo cocles, quasi oculus dictus, qui vnum habet oculum. Quocirca in Curculione est, *De Coclitum profapate esse arbitror: nam hi sunt unoculi. Carissus poro- qba* quor coclitem interpretatur.

FLVIVM VINCLIS INNAR. CLOEL. RVPT.) Porfena Clæliam virginem nobilem inter obfides accepit: quæ deceptis custodibus noctu castris eius egressa, e-
quum, quæ fors dederat, arripuit, & Tiberim traiecit. A Porfena per legatos repetita, reddita est. Cuius ille virtutem admiratus, cum quibus optasset, in patriam redire permisit. Illa virgines, puerosque elegit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam sciebat. Hinc ei statua equestris in foro posita. Hæc Plinius iunior cap. 13. De eadem virgine, si placuerit, leges Liuium lib. 2. Dionysium lib. 5. Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Florum lib. 1. cap. 10. Plutarch. in Poplicola, & de claris mulier. cap. 14.

De eadem magnificè noster Seneca Consolat. ad Martiam cap. 16. Quis enim dixerit, naturam malignè cum muliebribus ingenijs egisse, & virtutes illarum in arctum retraxisse? Par illis, mihi crede, vigor, par ad honesta, & libera facultas: laborem, doloremque ex æquo, si consuevere, patiuntur. In qua istud vrbe, dij boni, loquimur? in qua regem Romanis capitibus Lucretia, & Brutus deiecerunt. Buto libertatem debemus, Lucretiæ Brutum. In qua Clæliam contempto hoste & flumine, ob insignem audaciam tantum non in viros transcripsimus. Equestri insidens statua in sacra uia celeberrimo loco Clælia exprobrat iuuenibus nostris puluinum ascendentibus, in ea illos vrbe sicingredi, in qua etiam foeminas equo donauimus. Videtur insinuare Seneca, huic statua virginis illum Ennianum versum de 4. Annal. quo virtutem ipsius à Porfena commendatam fingit, subscriptum fuisse postea. Vos etenim in-

*Amenis animos geritis muliebres, Illa virago viri. * Adq; cianur Versus Silij è lib. 10. quibus facinus huius virginis celebratur amplissimè.*

— Bis Clælia senos

Nondum complebat primæui corporis annos,
Vna puellarum Laurentum, & pignora pacis
Inter virgineas regi transmissa cætuas.
Facta virum fileo, rege hæc, & fœdere, & annis,
Et fluuio spretis, mirantem interrita Tiberim
Tranauit, frangens vndam puerilibus vlnis:
Cui si mutasset sexum natura, reuerti
Forfan Tyrrenas tibi non liquisset in oras
Porfena.

CVSTOS TARPELÆ MANLIVS ARCIS) Plutarch. in Romulo. Poeta Simulus planè delirat, qui non Sabinis, sed Gallis putat Tarpeiam virginem Sp. Tarpeij filiam prodidisse Capitolium. Cæterum à Tarpeia illic sepulta, collis ille vocatus Tarpeius fuit, donec locum eum Tarquinus rex Ioui consecrauit: quo tempore ossa eius ibi ruerunt delata, nomenque exoleuit Tarpeia, excepto saxo, quod vocat etiam nunc Tarpeium, ex quo præcipitare sceleratos solebant. Quomodo autem, & qua conditione Tarpeia Sabinis arcem prodiderit, post Liuium multa Dionys. lib. 2.

Manlius ob defensum Capitolium Capitolinus dictus, sexdecim annorum voluntarium se militem obtulit, & quæ sequuntur, apud Plinium iuniorum cap. 24. Vide præterea Liuium lib. 5. Plin. lib. 17. cap. 28. Plutarch. in Camillo. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. Quo autem tempore Galli Capitolium obsidere destiterant, eo Ioui Pistori constituta est ara: quod videlicet per quietem Romanos monuisset, ut quidquid superesset frumenti, molerent, panes coquerent, & in castra hostium projicerent, atque ira se quamuis etiam diu obsidionem posse tolerare, indicium darent. Eo viso desperantes Galli, obsidione cesserunt. Ouid. Fast. lib. 6.

Nomine quam pretio celebratior arce Tonantis

Discant Pistoris quid velit ara Iouis.

Posse fame vinci spes excidit, hoste repulso

Condita Pistori ponitur ara Ioui.

* Dignum hoc quoq; animaduersione. Cum scelerum damnati scelerent de rupe Tarpeia precipites dari, consueuissent probatos scriptores sine adfectione interdum dicere, de saxo, subaudientes Tarpeio. Plant. Qui in amore præcipitavit, peius perit, quam si saxo saliat. Lucret. scelerisque luela Carcer, & horribilis de saxo iactu deorsum. Tacitus lib. 3. Annal. Facta et de Mathematicis, Manlius Italia pellendus senatusconsulto: quorum è numero L. Pittunius saxo deiectus est.

ROMVLEOQVE RECENS HORREB. REGIA CVL.) Curiam Calabram dicit, quam Romulus texerat culmis, ad quam calabatur, id est, vocabatur senatus, & populus à rege sacrificulo: ut quoniam adhuc fasti non essent, ludorum, & sacrificiorum prænoscerent dies. Seruius.

ATQVE HIC AVRATIS VOLIT. ARG. ANSER PORTICIBVS) Atque hic, in Capitolio. auratis particibus ad tempora florentis Romæ retulit. De Capitolio per anserum strepitum à Gallis seruato, Liuius lib. 5. Galli nocte sublustrati tanto silentio in summum euasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal, ad nocturnos strepitus excitarent. Anseres non sefellere. Columella lib. 8. cap. 13. Anser præcipuè rusticis gratus est, quod nec maximam curam poscit, & solertiore custodiam præbet, quàm canis: nam clangore prodit insidiantem, sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitolij, cum aduentu Gallorum vociferatus est, canibus silentibus. Est igitur hieroglyphicum custodiæ, & vigiliæ anser. Lucret. lib. 4. *humanam longè præsentis odorem Romulidarum arcis fenerator candidus anser.*

Yy*

Vegetius

Vegetius lib. 4. cap. 26. in quo agit de cautela adhibenda, ne hostes furtim occupent murum. Illud quoque usus inuenit, ut acerrimos, ac sagacissimos canes in turribus nutrant, qui aduentum hostium odore presentiant, latratuque testentur. Anseres quoque non minore solertia nocturnos superuentus clamoribus indicant. Nam ingressi Capitolinam arcem Galli, Romanum nomen eruerant, nisi clamore anseris ex citatus Manlius restitisset. Mira diligentia, siue fortuna, viros, qui orbem vniuersum erant missuri sub iugum, aus vna seruauit.

Anseribus, inquit Cic. pro Sex. Roscio, cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio: ut significant, si fures venerint. Alia de causa hunc honorem anseribus haberi indicat Plinius, quod cum Virgiliana insinuatione mirè congruit: sic enim loquitur, lib. 10. cap. 22. Est & anseri vigil cura Capitolio defenso, per id tempus canum silentio proditis reb⁹. Quamobrem cibaria anserum Censores in primis locant. *At Helio galatam portenti portentorum, & omni honestatis, bonorumq; institutorum capitalis inimicus, cum hunc morem eiusq; causam non ignoraret, ut Romanus illi priscum illuderet, constituit, ut canes anserum secum moribus alerentur.*

Plutarch, Rom. quæst. 98. quærens, cur Censores, ubi magistratum acceperunt, nihil prius habeant locatione alimentorum pro sacris anseribus, præter alias rationes hanc quoque adducit, sub istis verbis. Aut pro veteri beneficio animalibus hæc refertur gratia, quod Gallos Roma capta, iam muros Capitolij superantes, canibus dormientibus, senserunt anseres, vigilesque suo clangore excitarunt. Cum Cicetone facit Arnob. lib. 9. canes, inquam, & anseres ali in Capitolio, ad furum videlicet aduentum significandum, ne deos subripiant. Cur canes in Capitolio pascitis? cur anseribus victum, alimoniamq; præbetis? Quin immò, si fiditis deos istice esse, nec ab signis vsipiam, simulacrisque discedere, permittite illis curam sui, referata sint semper, atque aperta delubra: ac si quid à quopiam temeraria fuerit fraude surreptum, vim numinis monstrent, & sub ipso furti, atque operis nomine sacrilegos pœnis conuenientibus figant. Indigna enim res est, & potentiam destruens, auctoritatemque summorum, custodiam numinum canum sollicitudinibus credere: & cum aliquam quæras prohibendis formidinem furibus, non ab ipsis petere, sed in anserum ponere, & collocare gingritibus. Hæc ille. Quid Virgilius crediderit, apertum est.

AVREA CÆSARIES OLLIS) Leuiculi, & molliculi duo Imperatores Commodus, & Ælius Verus, qui scobe aurea capillis inspersa, flauam comam quatenus potuerunt, mentiti sunt. De priore Lampridius, fuisse capillo semper fucato, & auri radiamenti illuminato. De posteriore Capitolinus, caput auri roramenti respersisse, quo magis coma illuminata flauesceret.

AVREA VESTIS) Vestis significat aliquando lanuginem, quam alibi florem vocat. *Tum mihi prima genas vestibat flore inuenta.* Lucret. lib. 5.

Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas

Tempore, et impubem molli pubescere veste.

Hinc inuestes, pro impuberes.

VIRGATIS LVCENT SAGVLIS) Sagum erat etiam Gallorum, non modò Romanorum. Strabo de Gallis, *σαγυροῦσι δὲ καὶ καπολεσφόροι*, Trebellius in vita Galieni, Perdita Gallia arrisisse, & dixisse perhibetur, non si ne trabeatis sagis tuta respub. est? Tacitus de moribus Germanor. Nudi, aut sagulo leues, nulla cultus iactantia. Sagum igitur ad Romanos à Gallis venit.

Rhodigin. lib. 16. cap. 7. sed & in tunicis virgæ

purpureæ vocantur paryphi: unde & in latinis litteris virgatæ vestes, & apud Virgil. virgata sagula, quæ haberent in virgarum modum deductas vias: cui sententiæ subscribit lib. 6. Diodorus, tametsi in eo allusum Seruius putat ad Gallicam linguam, qua virga diceretur purpura.

Turnebus lib. 2. cap. 14. Soler interdum in litteris nimia diligentia Grammaticos in errorem auferre. In hoc enim versu non acquiescunt, ut ea tantum intelligamus, quæ discoloribus tanquam currentibus regulis colorum, & ductibus varia cernuntur: etiam aiunt ad Gallorum respectum esse linguam, quibus virga purpuram significet, ut virgata sint purpurea. Ego intellectu simplici, & latino virgatum *παλιδάσι* significare puto, quod virgas quasdam in longum, aut latum varia ferie, & colore porrectas habet, ut in concharum genere sunt virgulatæ, id est, *παλιδάσι*. Valer. certè Flaccus lib. 1. Thracum mulieribus virgatas vestes tribuens, purpureas intellexit: sed barbarorum ritu discolors, & veluti virgatis segmentis contextas. Eius sunt versus.

*jam veniet durata gela, sed me quoq; pulsam
Fama viro: nostrosq; teros virgata tenebit.*

LACTEA AVRO INNECTVNTVR) erant torquati. Li. 5. de pueris Troianis, *in pectore summo Flexilis oborti per collum circulus antri.*

ALPINA GÆSA) Gesium, & gæsum scribitur: isto modo frequentius Græci, & vox, & telum peregrina. Athenæus lib. 6. Romanos petijisse ab Hispanis vult. Alij à Gallis. Nonius, Gæsa, tela Galliarum. Idem sentit Virgilius, fuisse scilicet Gallorum propria. Propertius etiam de Viridumaro eorum rege, *Nobilis è telis fundere gesarotis.* Claudianus etiam, quasi proprijs insignibus Galliam ornans lib. 2. de laudibus Stilicon. *Gallia crine ferox, eninclaquæ torque decora, Binaquæ gæsa tenens.* Comatam facit, Torquatam, Gæsatam. Statius Macedonibus tribuit 2. Achilleid. *didici quo Paones armatatum, Quo Maceta sua gæsa cecit.* Quidam tamen libri scripti habent tela pro gæsa. Suidas ita describit. *τέσσοι ὄπλον ἢ κόβηλον μακρότερον κατὰ τὴν.* Gæsi, telum vel contus longè feriens. Interpres Bibliorum quoque in libro Iudith ita vertit. Et grandius fuisse iaculum etiam Festus indicat, & Diodorus de armatura Gallorum. Pastoricium telum id Linius facit lib. 9. Silius ita ornat pastorem Afrum lib. 2. Hæc summatim ex Poliorcet. Lipsij lib. 4. dial. 4.

Quoniam Homerus ex omni Græcorum dialecto characteres delibauit, suisque poematis interfereuit, Ennius, ne transuersum ab eo vnguem discederet, multas exteras dictiones Romanis immiscuit. Idq; ab utroque factum puto, ut peregrinis huiusmodi verbis, eandem scriptis suis dignitatem, ac vetustatem tribuerent, quam nouæ res è remotis regionibus aduectæ, aptè, concinneque collocatæ præ se ferre consueuerunt. Ennius igitur Gallica lingua *ambactus* dixit: Sabina *catius*, & *casius*: Etrusca *fala*, & *subulo*: Prænestina *tonga*: quæ regio quamuis Romanis proxima esset, verbis tamen plurimum differebat. Plaut. Trucul. *Vi Prænestinis conia est ciconia.* Maro denique tantorum poetarum exemplo non abhorruit sua carmina alienigenis aliquot vocibus conpergere. Sabina enim lingua *cupentus* dixit: Persica *gaza*: Macedonica *phalanx*: Gallica *vri*, *gasa*: Punica *magalia*. Hieron. Columna in vita Ennij.

Alpina autem gæsa, non absq; ratione è doctrina interiore deprompta dictum est. Constat enim materiem campestem esse, molliorem, & teneriorem, mon-

montanam duriores, atque rigidiores, & hastilibus aptiores. Nam & montium sicior, & aridior habitus, lignum magis durat, & astringit, & ventis ibi ad soliditatem, & firmitatem tunduntur arbores. Itaq; Homerus, cuius emulatione hoc Virgilius protulit, cæsam fuisse ait hastam Achillis è vertice Pelij montis, bonitatem materiam demonstrans, & ἄριστος ἀνδρῶν appellat, Criticis durum, & rigidum hastile interpretantibus. Turneb. lib. 23. cap. 3.

SCVTIS PROTECTI CORP. LONGIS) Scuta fuerunt oblonga magis quam lata. Iosephus ideo appellat Romanorum istos *Suprastrimēnes*, scuta longa: & Plu-

tarchus *πρόσθους*, ad pedes demissos. Nā reuera totum hominem tegebant, leuiter se inclinantem. Argumentum, quodd Liuius scribit milites in vigilijs stantes, capite super marginem scuti posito, dormiisse. Si stantes, debuit fuisse productum, locus est lib. 44. Reperio & inferiore, ac corrupta iam militia hunc modum. Nam in Niceta Choniata, vbi Eustratius quiddā è legione Macedonica ad singulare certamē in hostem producit: *ἄνω*, inquit, *ἀνδρῶν καὶ ἵππων ἀδελφῶν*, scutum illi ad hominis longitudinem datur. Lipsius de Militia Rom. libr. 3. dial. 2. Petiuit ab Ennio, nonnulla immutatione. Ille Annali 16. *Protecti gladijs sub sentis*,

- Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos,
Lanigerosq; apices, & lapsa ancilia cælo
665 Extuderat: castæ ducebant sacra per urbem
Pilentis matres in mollibus. hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,
Et scelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem scopulo, Furiarumq; ora tementem,
670 Secretosq; pios, his dantem iura Catonem.
Hæc inter tumidi latè maris ibat imago
Aurea: sed fluctu spumabant cæcula cano:
Et circum argento clari Delphines in orbem
Æquora verrebant caudis, æstumq; secabant.
675 In medio classes æratas, Actia bella,
Cernere erat: totumq; instructo Marte videres
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.

EXULTANTES SALIOS) Fuere Salij Martis sacerdotes, Alex Nepolit. lib. 1. cap. 26. Ibidem de cœnis Saliaribus. De Salijs supra, *Tum Salij ad cantus*, &c.

NUDOSQVE LUPERCOS) De Lupercis, & Lupercalibus vide Liuium lib. 1. Ouid. 2. Fast. Plutarch. in Romulo. Dionys. lib. 2. Iustin. lib. 43. Varron. lib. 4. de ling. lat. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Diximus quædam supra ibi, *Et gelida monstrat sub rupe Lupercal*, ex Alexand. Neapolitan. lib. 4. cap. 12.

LANIGEROSQVE APICES) In apice lanam gerebant, quam *ἀμύμα*, id est velamentum, & filamentum vocabant. Turneb. lib. 29. cap. 31.

LAPSA ANCILIA CÆLO) Ancile, vt placet Varroni, ab ancisu dicebatur, quod ea arma ab vtraque parte, vt peltæ Thracum, incisa sunt: *am* enim apud veteres circum significabat: vnde ancidere pro circumcidere vsurpabant. Ouid. 3. Fast.

Idq; ancile vocant, quod ab omni parte recisum est,

Quemq; notæ oculis angulus omnis abest.

Seruius vult ancile dici, quasi vndique circumcisum: aut quasi *ἀμφίχηνος*, id est vndiq; labrum habens. Festus tradit appellari, quia ex vtroque latere erat recisum, vt summū, infimumq; eius latus medio pateret. vel vt alij malunt, quasi *ἀμφίκοιλον*, hoc est, vndiq; cauū. Ea forma vnum è cælo in Numæ manus, siue vt Dionys. lib. 2. scribit, in ipsius regiam delapsum est: ad cuius exemplar, & magnitudinem u. alia quam simillima Mamurius faber summa diligentia confecit: ne diuinum illud ab alijs dignosci posset, ac proinde furripi.

Magna religione olim, & singulari cærimonia arma ancilia fuerunt, quæ cælo delapsa, tanquam pignus imperij Romani seruabantur. Ea quotannis statò tempore

per sacerdotes, aliosq; primores urbis, quos Magister Saliorum delegisset, per urbem circumferebantur, ac demum certo die condebantur. Id fiebat mense Martio: explicantq; hūc ritū Dionysius lib. 2. & Plutarchus in Numa. Cæterum ijs diebus omnibus, quibus ancilia mouebantur, tanta religio homines, vel potius superstitio habebat, nihil vt publicè geri, non arma capi, nō castra moueri, non iter suscipi fas esset: & qui eam consuetudinem migrasset, sacer, improbusque haberetur: tum etiā quod egisset, infelix, infaustumq; eius capiti crederetur. Ad hūc morē pertinet Taciti locus Histor. 1. Fuere qui proficiscenti Othoni moras, religionemque nondum conditorum ancilium adferrent: aspernatus omnem cunctationem, vt Neroni quoq; exitiosam, & Cæcina iam alpes transgressus extimulabat. Et Suetonij lib. 8. Expeditionem autem impigrè, & præpropere suscepit, sed & motis, necdum conditis ancilibus. Et Liuij lib. 37. statua deinde ad Hellespontum aliquandiu habuerunt, quia dies fortè, quibus ancilia mouentur, religiosi ad iter inciderant. Iidem dies P. Scipionem propiore etiam religione, quia Salius erat, sciunxerant ab exercitu. Lipsius Antiq. lect. lib. 5. cap. 16. Ancilia depingit Pierius lib. 42. in Scuto, quem lege.

DUCEBANT SACRA PER VRBEM PILENTI MAT.) Pilentis, & carpentis per urbem vehi matronis concessum esse, quod cum aurum decesset, ex voto, quod Camillus vouerat Apollini Delphico, contulerant, scriptum à Festo. Id Liuius quoque lib. 5. sic exponit. Honorem ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilentis ad sacra, ludosque, carpentis festo, profestoq; vterentur. In hunc autem locū Seruius: Pilentia sunt vehicula, sicut nūc basternas videmus.

Erant

Vegetius lib. 4. cap. 26. in quo agit de cautela adhibenda, ne hostes furtim occupent murum. Illud quoque usus inuenit, ut acerrimos, ac sagacissimos canes in turribus nutrant, qui aduentum hostium odore presentiant, latratuque testentur. Anseres quoque non minore follertia nocturnos superuentus clamoribus indicant. Nam ingressi Capitolinam arcem Galli, Romanum nomen eruerant, nisi clamore anseris ex citatus Manlius restitisset. Mira diligentia, siue fortuna, viros, qui orbem vniuersum erant missuri sub iugum, auis vna seruauit.

Anseribus, inquit Cic. pro Sex. Roscio, cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio: ut significant, si fures venerint. Alii de causa hunc honorem anseribus haberi indicat Plinius, quod cum Virgiliana insinuatione mirè congruit: sic enim loquitur, lib. 10. cap. 22. Est & anseri vigil cura Capitolio defenso, per id tempus canum silentio proditis reb⁹. Quam obrem cibaria anserum Censores in primis locant. *At Hellogabalus portentū portentorum, & omniū honestatū, bonorumq; institutorum capitalis inimicus, cum hunc morem eiusq; causam non ignoraret, ut Romanis illi priscus illuderet, constituit, ut canes anserum secum in domibus alerentur.*

Plutarch, Rom. quæst. 98. quærens, cur Censores, ubi magistratum acceperunt, nihil prius habeant locatione alimentorum pro sacris anseribus, præter alias rationes hanc quoque adducit, sub istis verbis. Aut pro veteri beneficio animalibus hæc refertur gratia, quod Gallos Roma capta, iam muros Capitolij superantes, canibus dormientibus, senserunt anseres, vigilisque suo clangore excitarunt. Cum Cicetone facit Arnob. lib. 9. canes, inquam, & anseres ali in Capitolio, ad furum videlicet aduentum significandum, ne deos subripiant. Cur canes in Capitolio pascitis? cur anseribus victum, alimoniamq; præbetis? Quin immò, si fident deos istuc esse, nec ab signis vsipiam, simulacrisque discedere, permittite illis curam sui, reſerata sint semper, atque aperta delubra: ac si quid à quopiam temeraria fuerit fraude surreptum, vim numinis monstrant, & sub ipso furti, atque operis nomine sacrilegos pœnis conuenientibus figant. Indigna enim res est, & potentiam destruens, auctoritatemque summorum, custodiam numinum canum sollicitudinibus credere: & cum aliquam quæras prohibendis formidinem furibus, non ab ipsis petere, sed in anserum ponere, & collocare gingritibus. Hæc ille. Quid Virgilius crediderit, apertum est.

AVREA CÆSARIES OLLIS) Leuiculi, & molliculi duo Imperatores Commodus, & Aelius Verus, qui scobe aurea capillis inspersa, flauam comam quatenus potuerunt, mentiti sunt. De priore Lampridius, fuisse capillo semper fucato, & auri radiamenti illuminato. De posteriore Capitolinus, caput auri roramenti respersisse, quo magis coma illuminata flauesceret.

AVREA VESTIS) Vestis significat aliquando lauginem, quam alibi florem vocat. *Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta.* Lucret. lib. 5.

Nec minus incerto dentes cadere imperat etas

Tempore, et impubem molli pubescere veste.

Hinc inueſtes, pro impuberes.

VIRGATIS LVCENT SAGVLIS) Sagum erat etiam Gallorum, non modò Romanorum. Strabo de Gallis, *σαγαστοῖσι δὲ καὶ κομμοσφοῖσι*, Trebellius in vita Galieni, Perdita Gallia arriſſe, & dixisse perhibetur, non sine trabeatis sagis tuta respub. est? Tacitus de moribus Germanor. Nudi, aut sagulo leues, nulla cultus iactantia. Sagum igitur ad Romanos à Gallis venit.

Rhodigin. lib. 16. cap. 7. sed & in tunicis virgæ

purpureæ vocantur paryphi: unde & in latinis litteris virgatæ vestes, & apud Virgil. virgata sagula, quæ haberent in virgarum modum deductas vias: cui sententiæ subscribit lib. 6. Diodorus, tametsi in eo allusum Seruius putat ad Gallicam linguam, qua virga diceretur purpura.

Turnebus lib. 2. cap. 14. Solet interdum in litteris nimia diligentia Grammaticos in errorem auferre. In hoc enim versu non acquiescunt, ut ea tantum intelligamus, quæ discoloribus tanquam currentibus regulis colorum, & ductibus varia cernuntur: etiam aiunt ad Gallorum respectum esse linguam, quibus virga purpuram significet, ut virgata sint purpurea. Ego intellectu simplici, & latino virgarum *ῥαβδωτοῖ* significare puto, quod virgas quasdam in longum, aut latum varia serie, & colore porrectas habet, ut in concharum genere sunt virgulatæ, id est, *ῥαβδωτοί*. Valer. certè Flaccus lib. 1. Thracum mulieribus virgatas vestes tribuens, purpureas intellexit: sed barbarorum ritu discoloribus, & veluti virgatis segmentis contextas. Eius sunt versus.

*Jam veniet durata gelu, sed me quoq; pulsam
Fama viro: nostrosq; toros virgata tenebit.*

LACTEA AVRO INNECTVNTVR) erant torquati. Li. 5. de pueris Troianis, *ut pectore summo Flexilis obstri per collum circulus antri.*

ALPINA GÆSA) Gesum, & gæsum scribitur: isto modo frequentius Græci, & vox, & telum peregrina. Athenæus lib. 6. Romanos petiſſe ab Hispanis vult. Alij à Gallis. Nonius, Gæsa, tela Galliarum. Idem sentit Virgilius, fuisse scilicet Gallorum propria. Propertius etiam de Viridumaro eorum rege, *Nobilis est telis fundere gæsarotis*. Claudianus etiam, quasi proprijs insignibus Galliam ornans lib. 2. de laudibus Stilicon. *Gallia crine ferox, eninclaque torque decora, Binaque gæsa tenens*. Comatam facit, Torquatam, Gælatam. Statius Macedonibus tribuit 2. Achilleid. *didici quo Paones arma rotas, Quo Maceta sua gæsa cident*. Quidam tamen libri scripti habent tela pro gæsa. Suidas ita describit. *Γέσοι ὄπλον ἢ κόβη μακρόθεν κεντὺν*. Gesi, telum vel contus longè feriens. Interpres Bibliorum quoque in libro Iudith ita vertit. Et grandius fuisse iaculum etiam Festus indicat, & Diodorus de armatura Gallorum. Pastoricium telum id Linius facit lib. 9. Silius ita ornat pastorem Afrum lib. 2. Hæc summatim ex Poliorcet. Lipsij lib. 4. dial. 4.

Quoniam Homerus ex omni Græcorum dialecto characteres delibauit, suisque poematis interfert, Ennius, ne transuersum ab eo vnguem discederet, multas exteras dictiones Romanis immiscuit. Idq; ab utroque factum puto, ut peregrinis huiusmodi verbis, eandem scriptis suis dignitatem, ac vetustatem tribuerent, quam nouæ res è remotis regionibus aduectæ, aptè, concinneque collocatæ præ se ferre consueverunt. Ennius igitur Gallica lingua *ambactus* dixit: Sabina *catius*, & *casus*: Etrusca *fala*, & *subulo*: Prænestina *ronga*: quæ regio quamuis Romanis proxima esset, verbiſtamen plurimum differēbat. Plaut. Trucul. *Vi Prænestinis conia est ciconia*. Maro denique tantorum poetarum exemplo non abhorruit sua carmina alienigenis aliquot vocibus conſpergere. Sabina enim lingua *cupentus* dixit: Persica *gaza*: Macedonica *phalanx*: Gallica *vri*, *gæsa*: Punica *magalia*. Hieron. Columna in vita Ennij.

Alpina autem gæsa, non absq; ratione è doctrina interiore deprompta dictum est. Constat enim materiem campeſtrem esse molliorem, & teneriorem, mon-

montanam duriores, atque rigidiores, & hastilibus aptiores. Nam & montium sicior, & aridior habitus, lignum magis durat, & astringit, & ventis ibi ad soliditatem, & firmitatem tunduntur arbores. Itaq; Homerus, cuius emulatione hoc Virgilius prorulit, casam fuisse ait hastam Achillis è vertice Pelij montis, bonitatem materiam demonstrans, & ἄνυσσος appellat, Criticis durum, & rigidum hastile interpretantibus. Turneb. lib. 23. cap. 3.

SCVTIS PROTECTI CORP. LONGIS) Scuta fuerunt oblonga magis quam lata. Iosephus ideo appellat Romanorum istos *Supra ierimur*, scuta longa: & Plu-

tarchus *ποδὶ περ*, ad pedes demissos. Nā reuera totum hominem tegebant, leuiter se inclinantem. Argumentum, quod Liuius scribit milites in vigilijs stantes, capite super marginem scuti posito, dormiisse. Si stantes, debuit fuisse productum, locus est lib. 44. Reperio & inferiore, ac corrupta iam militia hunc modum. Nam in Niceta Choniare, vbi Eustratius quidā è legione Macedonica ad singulare certamē in hostem producit: *ἀντὶς*, inquit, *ἀντὶς ἀνδραμῶντος πλῆθος ἀνδρῶν*, scutum illi ad hominis longitudinem datur. Lipsius de Militia Rom. libr. 3. dial. 2. Periuu ab Ennio, nonnulla immutatione. Ille Annali 16. *Protecti gladijs sub sentio*,

- Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos,
Lanigerosq; apices, & lapsa ancilia cælo
665 Extuderat: castæ ducebant sacra per urbem
Pilentis matres in mollibus. hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,
Et scelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem scopulo, Furiarumq; ora trementem,
670 Secretosq; pios, his dantem iura Catonem.
Hæc inter tumidi latè maris ibat imago
Aurea: sed fluctu spumabant cæcula cano:
Et circum argento clari Delphines in orbem
Æquora verrebant caudis, æstumq; secabant.
675 In medio classes æratas, Actia bella,
Cernere erat: totumq; instructo Marte videres
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.

EXULTANTES SALIOS) Fuere Salij Martis sacerdotes, Alex Nepolit. lib. 1. cap. 26. Ibidem de cœnis Saliaribus. De Salijs supra, *Tum Salij ad cantus*, &c.

NUDOSQVE LUPERCOS) De Lupercis, & Lupercalibus vide Liuium lib. 1. Ouid. 2. Fast. Plutarch. in Romulo. Dionys. lib. 2. Iustin. lib. 43. Varron. lib. 4. de ling. lat. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Diximus quædam supra ibi, *Et gelida monstrat sub rupe Lupercal*, ex Alexand. Neapolitan. lib. 4. cap. 12.

LANIGEROSQVE APICES) In apice lanam gerebant, quam *ἀμύμη*, id est velamentum, & filamentum vocabant. Turneb. lib. 29. cap. 31.

LAPSA ANCILIA CÆLO) Ancile, vt placet Varroni, ab ancifu dicebatur, quod ea arma ab vtraque parte, vt peltæ Thracum, incisa sunt: *an* enim apud veteres circum significabat: vnde ancidere pro circumcidere vsurpabant. Ouid. 3. Fast.

Idq; ancile vocant, quod ab omni parte recisum est,

Quemq; notes oculis angulus omnis abest.

Seruius vult ancile dici, quasi vndique circumcisum: aut quasi *ἀμφίχολον*, id est vndiq; labrum habens. Festus tradit appellari, quia ex vtroque latere erat recisum, vt summū, infimumq; eius latus medio pateret. vel vt alij malunt, quasi *ἀμφίκοilon*, hoc est, vndiq; cauū. Ea forma vnum è cælo in Numæ manus, siue vt Dionys. lib. 2. scribit, in ipsius regiam delapsum est: ad cuius exemplar, & magnitudinem u. alia quam simillima Mamurius faber summa diligentia confecit: ne diuinum illud ab alijs dignosci posset, ac proinde surripi.

Magna religione olim, & singulari cærimonia arma ancilia fuerunt, quæ cælo delapsa, tanquam pignus imperij Romani seruabantur. Ea quotannis stato tempore

per sacerdotes, aliosq; primores urbis, quos Magister Saliorum delegisset, per urbem circumferebantur, ac demum certo die condebantur. Id fiebat mense Martio: explicantq; hūc ritū Dionysius lib. 2. & Plutarchus in Numa. Cæterum ijs diebus omnibus, quibus ancilia mouebantur, tanta religio homines, vel potius superstitio habebat, nihil vt publicè geri, non arma capi, nō castra moueri, non iter suscipi fas esset: & qui eam consuetudinem migrasset, sacer, improbusque haberetur: tum etiā quod egisset, infelix, infaustumq; eius capiti crederetur. Ad hūc morē pertinet Taciti locus Histor. 1. Fuere qui proficiscenti Othoni moras, religionemque nondum conditorum ancilium adferrent: aspernatus omnem cunctationem, vt Neroni quoq; exitiosam, & Cæcina iam alpes transgressus extimulabat. Et Suetonij lib. 8. Expeditionem autem impigrè, & præpropere suscepit, sed & motis, necdum conditis ancilibus. Et Liuij lib. 37. statua deinde ad Hellepontum aliquandiu habuerunt, quia dies fortè, quibus ancilia mouentur, religiosi ad iter inciderant. Iidem dies P. Scipionem propiore etiam religione, quia Salius erat, sciunxerant ab exercitu. Lipsius Antiq. lect. lib. 5. cap. 16. Ancilia depingit Pierius lib. 42. in Scuto, quem lege.

DUCEBANT SACRA PER VRBEM PILENTI MAT.) Pilentis, & carpentis per urbem vehi matronis concessum esse, quod cum aurum deesset, ex voto, quod Camillus vouerat Apollini Delphico, contulerant, scriptum à Festo. Id Liuius quoque lib. 5. sic exponit. Honorem obeam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilentis ad sacra, ludosque, carpentis festo, profestoq; vterentur. In hunc autem locū Seruius: Pileta sunt vehicula, sicut nūc basternas videmus.

Erant

Erant autem tunc veneti coloris, non ut nunc, ruffati, A quibus nisi castæ matronæ uti non poterant. Quod & ab Iſidoro refertur lib. 12. ubi & carpentum ab Horatio petorritum appellatum scribit. Diversum porro fuit à carpento & petorrito pilentum, ut pote mollius, quo & interdum per urbem cum sacris solitas vehi Vēstales Prudentius lib. 2. in Symmachum testatur. Ideoq; Capitolinus Zenobiam virilis spiritus fœminam vehiculo carpentario vſam, raro pilento, equo sapius. Pithœus lib. 1. cap. 5. Vide Alexand. Neapolit. de variis vehiculorum generibus lib. 2. cap. 30.

Matres familiās intelligit, ait Turneb. lib. 11. cap. 6. quæ sacerdotiis præstant. Nam sacerdotes, & virgines etiam Vēstales pilentis ferebantur. Prudent. lib. 2. contra Symmachum, *Fertur per medias ut publica pompa plateas Pilento residens molli.* Artemidorus. *παιδαμα-τος τειρεται* ita scribit. *φημι δὲ ἀγαθὸν ἐλευθέρως γυναικὲν ἀμαχὴν παρδίνου πλυσίαν τὸ διαπλέειν ἀμαχὴν ἐλευθέρως γυναικὲν ἀμαχὴν παρδίνου πλυσίαν τὸ διαπλέειν ἀμαχὴν παρδίνου πλυσίαν τὸ διαπλέειν.* De his matribus idem rursus lib. 13. cap. 8.

Ducere sacra, & ferre sacra dicuntur, qui res sacras, & quæ ad sacrum vtilia sunt, remque diuinam ferunt. Sic & apud Ciceron. Verrin. 6. Quæ manibus sublatis sacra quædam more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant, canephoræ ipsæ vocantur. Nam canephoræ canistra ferebant, in quibus ea erant posita, quæ ad Quinquatria, aut Cerealia pertinebant. Horat. sat. 8. lib. 2. ut *Attica virgo cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes.* Idem, sat. 3. lib. 1. *sepe velut qui Iunonis sacra ferret.* Varro libr. 4. de ling. lat. de sacra via. Quæ sacra quot mensibus feruntur in arcem. Ferunt & sacra sacerdotes, id est, res sacras, aut sacris vtilis, & diis consecratas, dedicatasque, diisque sacrificant. Maro 2. Georg.

*Ne verò primum dulces ante omnia Muses,
Quarum sacra foro ingenti percussus amore.*

Matronæ autem honestæ apud Romanos in publicis sacris vehiculis vehebantur, in quibus sacra ferebant, quæ respexit Maro. Liuius lib. 34. de lege Oppia. Ne iuncto vehiculo in urbe oppidoue, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa veheretur. Adducit & illud testimonium è lib. 5. quod supra posuimus. Turneb. lib. 2. cap. 14. * *Varia sunt genera vehiculorum, ut carrum, qui est carrus, plaustrum, carpentum, sarcinam. Sed hæc oneribus vehendis. Gestatoria, carruca, cistum effundum, rheda, petorritum, sterculum. Thensa erant sacra vehicula. Pilenta erant muliebria vehicula matronarum. Pilentis molibus, id est, pensilibus. Sunt autem pensilia gestatoria, quos tremulos currus vocamus. Hæc summam ex Budæo annotat in Pand.*

TE CATILINA MINACI PEND. SCOP.) Ex opinione viuorum & sensu, ad mortuum hominem, & ad orcum demissum pœnam transfert acerbissimam, ut illic quoque honore sepulturæ careat, & in sublimi scopulo infepultus pendeat, quæ & apud tragicos imprecatio immanissima habebatur. ut apud Cic. 1. Tullul. è veteri poeta.

*— ipse summis saxis fixus asperis,
Emisceratus, latere pendens, saxa spargens tabo,
Sanie, & sanguine atro.*

Turneb. lib. 23. cap. 3.

De exitu Catilinæ & immnai ferocia prodidit Salustius hæc in extrema historia Catilinaria. Interea Catilina cum expeditis in prima acie versari: laborantibus succurrere, integros pro faucibus accersere: omnia pronidere, multum ipse pugnare: sæpe hostem ferire: strenui militis, & boni imperatoris simul officia exquebatur. Paulò post. Postquam suas copias, seque cum pau-

cis relictum videt Catilina: memor gentis, atque pristinae dignitatis suæ, in confertissimos hostes incurrit, ibique pugnant confoditur. Et infra, non longè. Catilina verò longè à suis inter hostium cadavera repertus est, paululum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat viuus, in vultu retinens. Adde his verba Velleij è lib. 2. Catilina fortissimè dimicans, quem spiritum supplicio debuerat, patriæ reddidit.

HIS DANTEM IVRA CATONEM) Censorium significat, non Vicensensem, qui contra Cæsarem bella suscepit. Et supergressus est hoc loco Homeri dispositionem: siquidem ille Minoem, & Rhadamanthum, & Æacum de inferis iudicare dicit: hic Romanum duces innocentibus dare iura commemorat. Seruius.

Huius censorij Catonis laudatio extat apud Plin. lib. 7. cap. 27. Cæteris, inquit, virtutum generibus variè, & multi fuere præstantes, Cato primus Portiæ gentis, tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus orator, optimus imperator, optimus senator: quæ mihi omnia, etiamsi non prius, attamen clarius fulsisse in Scipione Æmiliano videntur: dempto præterea plurimorum odio, quo Cato laborauit. Itaq; sit proprium Catonis, quater, & quadragies causam dixisse: nec quemquam sapius postulatam, & semper absolutum. Rursus lib. 14. cap. 4. Catonem ille primus, triumpho, & censura super cætera insignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum, præceptisq; omnium rerum expetendarum datis generi Romano, inter prima verò agrum colendi, illius æui confessione optimus, ac sine æmulatione agricola. De eodem Seneca epist. 17. M. Catonem Censorium tam Romano populo profuit nasci, quàm Scipionem: alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit.

FLUCTV SPVMAB. CÆRVLA-CANO) Dicebat fuisse auream maris imaginem, quomodo igitur statim subiungit *cærvla*? sed ad genus ipsum respexit, mare enim cæruleum, & cærvla pro mari. Erat igitur cælatura illa habens maris faciem, quamuis non colorem. De spuma autem marina venustè Catull. de nupt. *Tortæq; remigio spumæ incannit unda.* Et, *Emergere feri canenti è gurgite vultus.* *ἄλο ποταὰ* mare canum à Græcis poetis dicitur. Ab Anacreonte apud Hephæst. *ποταὸν κύν-μα.*

ARGENTO CLARI DELPHINES) Cur delphines in maris superficie se vibrantes imminentem significant tempestatē, causam Physicam leges apud Rhodigin. lib. 8. cap. 6. in extremo.

ÆSTVMQVE SECABANT) Naturalem rem ostendit. Nam semper mare turbatur, cum delphina apparuerint.

IN MEDIO CLASSES ERAT. ACTIA BELLA) Descriptionem huius belli ex Velleij li. 2. proponemus, ex qua hæc Maroniana descriptio non parum lucis accipiet, & qui nam utriusq; finis, Antonij, inquam, & Cleopatæ fuerit, perspicitur. Cæsare deinde, & Messalla Corvino Coss. debellatum apud Actium, ubi longè antequam dimicaretur, exploratissima Iulianarum partium fuit victoria. Vigebat in hac parte miles, atque imperator: illa, marcebant omnia: hinc reges firmissimi, illinc inopia adfectissimi: navium hinc magnitudo modica, sed celerior: ex aduerso, illa specie terribior. hinc ad Antonium nemo, illinc ad Cæsarem quotidie aliqui transfugiebant. Denique in ore, atque oculis Antonianæ classis per Marcum Agrippam Leucas expugnata, Patræ captæ, Corinthus occupata, bis ante ultimum discrimen classis hostium superata. Rex Amyntas meliora, & vtiliora sequutus, inde illius exemplo vir audax

audax Dolabella, virque clarissimus Cn. Domitius, qui solus Antonianarum partium nunquam reginam nisi nomine salutavit, maximo, & præcipiti periculo transmissit ad Cæsarem. Aduenit deinde maximi discriminis dies, quo Cæsar, Antoniusque productis classibus, pro salute alter, in ruinam alter terrarum orbis dimicauit. Dextrum nauium Iulianarum cornu M. Lario commissum, læuam Aruntio, Agrippæ omne classici certaminis arbitrium. Cæsar ei parti destinatus, in quam à fortuna vocaretur, ubique aderat. Classis Antonij regimen Publicolæ, Sosioque commissum. At in terrâ locatum exercitum Taurus Cæsaris, Antonij regebat Canidius. Vbi initum certamen est, omnia in altera parte fuere, dux, remiges, milites: in altera nihil præter milites. Prima occupat fugam Cleopatra, Antonius fugientis reginæ, quam pugnantis militis sui comes esse maluit: & imperator, qui in desertores sæuire debuerat, desertor exercitus sui factus est. Illis etiam detracto capite, in longum fortissimè pugnandi durauit constantia: & desperata victoria, in mortem dimicabatur. Cæsar quos ferro poterat interimere, verbis mulcere cupiens, clamitansque, & ostendens fugisse Antonium, quærebat pro quo, & cum quo pugnarent. At illi quum diu pro absente dimicassent duce, ægrè summissis armis, cessere victoriam: citiusque vitam, veniamque Cæsar promisit, quam illis vt ea precarentur persuasum est. Fuitque in confesso, milites optimi im-

peratoris, imperatorem fugacissimi militis functum officio. Viderit, è suo, an Cleopatraz arbitrio victoriam temperaturus fuerat, qui ad eius arbitrium direxit fugam. Idem locatus in terra fecit exercitus, quum se Canidius præcipiti fuga rapuisset ad Antonium. Quid ille dies terrarum orbi præstiterit, ex quo, in quem statum peruenerit fortuna publica, quis in hoc transcurso tam artati operis exprimere audeat? Victoria verò fuit clemētissima, nec quisquam interemptus nisi paucissimi, & hi qui deprecari quidem pro se non sustinerent. Non prætereatur Asinij Pollionis factum, & dictum memorabile. namq; quum se post Brundusinam pacem continuisset in Italia, neque aut vidisset vnquam reginam, aut post enervatum amore eius Antonij animum, partibus eius se miscuisset, rogante Cæsare vt secum ad bellum proficisceretur Actiacum, Mea (inquit) in Antonium maiora merita sunt, illius in me beneficia notiora: itaque discrimini vestro me subtraham, & ero præda victoris. Proximo deinde anno persequutus reginam, Antoniumque Alexandriam, vltimam bellis ciuilibus imposuit manum. Antonius se ipse non segniter interemit, adeò vt multa desidia crimina morte redimeret. At Cleopatra frustratis custodibus illata aspide, morsu sanè eius, expers muliebris metus, spiritum reddidit.

• F E R V E R E L E V C A T E N • In promontorio Epiri, est mons Leucates.

- Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar,
Cum patribus, populoque, penatibus, & magnis diis,
680 Stans Celsa in puppi: geminas cui tempora flammæ
Lætæ vomunt, patriumque aperitur vertice sidus.
Parte alia ventis, & diis Agrippa secundis
Arduus, agmen agens: cui belli in signe superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona.
685 Hinc ope barbarica, variisque Antonius armis
Victor ab Auroræ populis, & littore rubro
Ægyptum, viresque Orientis, & vltima secum
Bactra vehit: sequiturque (nefas) Ægyptia coniux.
Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis
690 Conuulsum remis, solistrisque, stridentibus æquor.
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.
Tanta mole viri turritis puppibus instant:
Stupea flamma manu, telisque volatile ferrum
695 Spargitur: arua noua Neptunia cæde rubescunt.
Regina in mediis patrio vocat agmina sistro,
Nec dum etiam geminos à tergo respicit angues.

HINC AVGVSTVS AGENS ITALOS) Cum de statu Reipub. esset longa contentio inter Augustum, Antonium, & Lepidum, placuit, vt totum Orientem teneret Antonius: Augustus Galliam, Hispanias, cum Italia: Lepidus Africam, Sardiniam, Siciliam. Ad causam maioris fidei Antonius sororem Augusti duxit uxorem. Profecti itaque sunt in provincias suas. Sed Antonius in Ægypto captus est amore Cleopatraz, non viquequaue, adeo vt ea dimissa, contra

C Parthos proficisceretur: quibus victis, dum Cleopatraz cupiditate festinat, exercitum omnem frigore in Armenia perdidit: ipse cum paucis ad Ægyptum est reuersus, ubi ei suadere cepit Cleopatra, vt se fortiretur uxorem, derelicta sorore Augusti. Quo facto Augustus vehementer incensus, contra eam cepit bella moliri. Antonius re comperta, collectis orientis viribus, prior cum uxore venit ad bellum: conflictum est nauali certamine circa Actium Epiri promontorium,

vbi victi sunt Antonius, & Cleopatra, & in fugam co-
acti. Postea occiso Antonio, illa sibi serpentes adhi-
buit. Sed quia ciuili triumphus turpis videbatur, la-
borat poeta, vt probet iustum bellum fuisse, dicens,
Augustum esse cum patribus, populoque, Penatibus, &
magnis diis. Contra cum Antonio auxilia peregrina,
& monstrosa Egypti numina. Et reuera in Antonij
exercitu omnes barbari fuerunt, quod & Virgil. dicit.
Vnde etiam de hoc bello egit triumphum: nec enim
ciuile putatum est, quod tantummodò Romano du-
ce gestum est, qui & ipse barbaræ sequebatur vxori, a-
deo, vt prætoria ei castra concederet, quorumque po-
tiebatur imperio, ipsa vocabat exercitum. Vnde est il-
lud de Cleopatra, patrio vocat. agmina sistro. Nam
Antonius consulare tantum sibi detinuit imperium. Il-
le enim ducit exercitum, qui habet in potestate castra
prætoria. Seruius. * *Quenam causâ fuerint belli Asiatici,
quæq; gentes auxilia strisque partibus venerint, docebit Xphi-
linus in Augusto. Omnis insaufum Antonio fuit, quod pueri An-
toniani, & Cesariani Roma biduo pugnarunt, & victi sunt An-
toniani. Idem Xphilinus. De eodem breuiter Manilius lib. 1.*

Necdum finis erat, restabant Asia bella
De tali commissa acie, repetitaque rerum
Prælia, & in ponto quæsitus rector olympi,
Fœmineum sortita iugum cum pompa tetendit,
Atque ipsa Iliaco certarunt fulmina iusto.

AVGVSTVS CÆSAR) In eodem foro (Lacedæ-
mone) delubra sunt duo, Cæsari alterum, ei nempe
qui primus apud Romanos solus imperare concupi-
uit, & nouam constituit reipub. formam: alterum eius
filio Augusto dicatum, qui & imperium confirmauit,
& in eo cum dignitate, tum verò opibus augendo, pa-
ternam gloriam facile superauit. Cognomen verò Au-
gusti idem planè voce ipsa pollet, quod Græcorum lin-
gua οὐρανός, id est sanctus, ac ipsa quasi numinis cuius-
dam maiestate colendus. Paulan. in Laconicis. Vnde,
& quare appellatus sit Augustus, docebit te Sueton.
cap. 7. * *Quare posteri Cæsares dicti, & Augusti, suisq; Au-
gustorum nomine affectas etiam vxores, sorores, & filias Augu-
storum, tradidit Alexan. ab Alex. lib. 1. cap. 2. Est tamen Strabo-
lunt Traiani vxor, & soror, gloriosum sibi ducentes vocari, illa, con-
iugem, hac sororem Traiani imp. Plin. in Panegyrico. Tiberius au-
tem, & proditum est litteris à Suetonio, cap. 26. cum pronomen Im-
peratoris, cognomenq; patriæ patriæ, & ciuicam in Vestibulo coro-
nam recusasset, in Augusti quidem nomen, quamquam heredi-
tarium, vili, nisi ad reges, & dymastæ epistolis addidit.*

CVM PATRIBVS) Vide quæ hic à Germano ex
Tacito afferuntur.

CVI TEMPORA FLAMMAS LÆTA VOM.)
Ad oculos eius referendum putant, de quibus Sueton.
cap. 7.

PATRIVMQVE APERITVR VERT. SID.) Iu-
lij Cæsaris nummi post mortem eius signati cum stella
nunc super vertice, nunc ante frontem, nunc post cer-
uicem, de quo dictum in Eclog. 5. *Ecce Dionis proce-
ssit Cæsaris astrum.* Ex quo autem tempore per diem
stella visa est, dum sacrificaretur Veneri genitrici, &
ludi funebres Cæsari exhiberentur (cuius sidus puta-
tum est, Augusto persuadente) in honorem patris Au-
gustus stellam in galea cœpit habere depictam.

VENTIS, ET DIIS AGRIPPA SECVNDIS)
Vellejus lib. 2. Edificandis nauibus, contrahendoque
milite, ac remige, naualibusque assuescendo certami-
nibus, atque exercitationibus præfectus est. M. Agrip-
pa, virtutis nobilissimæ, labore, vigilia, periculo in-
uictus, parendique, sed vni, scientissimus: aliis sanè
imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes po-
situs, consultisque facta coniungens.

Tacitus lib. 1. M. Agrippam ignobilem loco,

A bonum militiæ, & victoriæ socium, geminatis consu-
latibus extulit: mox defuncto Marcello generum sum-
psit. De hoc eodem Solinus, cap. 4. prius declarata ra-
tione nominis: Contra naturam est, in pedes pro-
cedere nascentes. Quapropter velut ægrè parti appel-
lantur Agrippæ. Editi minus prosperè viuunt, & de
vita æuo breuiore decedunt. Denique in vno M. A-
grippa felicitatis exemplum est: nec tamen vsque eò
inoffensæ, vt non plura aduersa pertulerit, quàm se-
cunda. Nam & misera pedum valetudine, & aperto
coniugis adulterio, & aliquot notis retrouersi ortus o-
men luit. De hoc Agrippa, quantum Cæsari profue-
rit, quantosque ab eodem honores consecutus sit, Xi-
philinus in Augusto.

TEMP. NAVALI FVLGENT ROSTRAT. CORONA)
De bello Siculo, quod cum Pompeio gestum est, Vel-
leius lib. 2. Insigne coronæ classicæ, quo nemo vn-
quam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa
singulari virtute meruit. Turneb. lib. 26. cap. 29. Se-
neca de benef. lib. 3. Agrippa nauali corona insignis,
vnicum adeptus inter dona militaria decus. Nauali co-
rona solet donari, qui primus armatus in hostium na-
uim transiulerit ait Festus. Habebat autem speciem ro-
strorum naualium.

VARIISQVE ANTONIVS ARMIS) Plin. lib. 32. cap. 2.
vbi differit de admirabili potestate echeneidis piscicu-
li, qui naues retinet etiam in procella, & vento (quod
quidam pro fabuloso ducunt) fertur, inquit, Asiaco
Marte tenuisse prætoriam nauim Antonij properantis
circumire, & exhortari suos, donec transiret in aliam.
Ideoque Cæsariana classis impetu maiore protinus
venit.

ET LITTORE RVBRO) Id est, à littore maris ru-
bri, seu Erythræi. Hoc autem falsò sic nominari, docet
Brod. lib. 3. cap. 9. Quod Græci, inquit, mare Ery-
thræum à rege Erythra, qui ibi (vt mea fert opinio)
regnavit, appellant, hoc Latini rubrum dixerunt: alij,
solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alij
ab arena, terraque: alij, tali aquæ ipsius natura, vt scribit
Plinius. Plura affert Strabo. Sæpenumero de multis
sciscitatus sum, qui tempestatibus in hoc eiekti, quique
etiam hoc, peregrè in has regiones profecti, multos di-
es contemplati essent, an veritati consentirent, quæ de
eius rubra aqua, & arena partim vulgò iactarentur, par-
tim etiam à claris hominibus, litteris mandaretur: quo-
rum nonnulli infantiam meam mirari, alij stulticiam
meam ridere, qui mihi fucum fieri non sentirem. Ne-
minem porro adhuc tam stolidum nautam reperi, qui
mare illud rubrum nuncupatum, ab Oceano nostro
quidquam differre prædicaret. Quare explosa, reiecta-
que quorundam scriptorum mentiendi licentia, Cur-
tium rectè lib. 8. iudicantem aliquando amplectamur.
Mare certè quo alluitur, ne colore quidem abhorret à
cæteris. Ab Erythra rege inditum est nomen, propter
quod ignari rubere aquas credunt. Hebræi quoque græ-
cas nugas perosi tam sup, id est mare caricosum, Plinio
non repugnante, appellant, hoc syluis refertum esse lib.
13. memoriæ prodente. Quæ in eo arbores nascantur,
docet lib. 12. Theophrastus.

VIRISQVE ORIENTIS) Testatur hoc alicubi &
Pausanias. Idem in Bœoticis. In partibus Antonij pro-
pe omnes fuere, præter Mantinenses.

VLTIMA BACTRA) Vltima, non quantum ad
fines spectat orbis terrarum, sed vltima imperij Anto-
niani: constat enim Bactrianos post se habere gentes
innumeras. Seruius.

SI QVÆ

SEQUITVRQVE (NEFAS) ÆGYPTIACON.) A Exclamatio est, non in eo tantum, quod Ægyptiam Romanus duxerat, sed etiam quod mulier castra sequebatur, quod ingenti turpitudine apud maiores fuit: vnde bellaturus Pompeius, in Lesbo vxorem reliquit. Seruius.

Quod Seruius hîc ait, infame fuisse apud veteres, ducere secum in castra vxores, indicat verum esse Propert. lib. 4. epist. Arethuse, ad Lycotam maritum.

*Romanis utinam paruisset castra puellis,
Essem militie sarcina fida tua.*

Et locus ille M. Tullij Philipp. 5. vbi ea de causa irridet Antonium his verbis. Centuriones, quos bene de repub. sentire cognouerat, eosque ante pedes suos, vxorisque suæ, quam secum, grauis Imperator, ad exercitum duxerat, iugulari coegit. Apud Senecam Controuers. lib. 9. de Flaminio. Hic est Flaminus, qui exiturus in prouinciam, vxorem à porta dimisit. Augusti temporibus non ita fuisse vîtatam, indicant verba Suetonij cap. 24. Disciplinam seuerissimè rexit. Ne legatorum quidem cuiquam nisi grauâtè, hybernique demum mensibus permisit vxorem interuîsere. Apud Tacitum lib. 3. Annal. Cæcina censet, ne quem magistratum, cui prouincia obuénisset, vxor comitetur, allatis rationibus haud spernendis. Verùm paucorum assensu auditur, & ei Messalinus in partem alteram qualibus qualibus argumentis respondet. Addit pauca Drusus de matrimonio suo. Nam Principibus sæpe adeunda longinqua imperij. Quoties D. Augustum in Occidentem, atque Orientem meauisse comite Liuia? se quoque in Illyricum profectum, & si ita conducatur, alias ad gentes iterum, haud semper æquo animo, si ab vxore carissima, & tot communium liberorum parente diuelleretur. Hactenus Tacitus. Duxit item coniugem secum in expeditionem, quod ego legerim, ipse Germanicus Cæsar, vt videbis apud Tacitum, Mithridates Ponti rex, Belisarius Iustiniani dux strenuissimus. Silius quoque lib. 3. Punicor. Imilcen vxorem Annibali adiungit in castris, & in ipsa obsidione Sagunthi, quam tamen Alpes transiturus dimittit. Alexander quoque M. militibus vxores habere in castris permisit. Auctor Iustin. lib. 12. De mulieribus, quomodo castris plane prohiberentur, Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12. *

Pro corollariò admisceamus aliqua ex Lipsio de Milit. Rom. lib. 5. dial. 18. Enimuerò non Romani solùm hîc ita casti, sed Macedones, & Græci: ac de Philippo rege proditum, quod is bello in Thebanos, cum duo iuuenes psalteriam mercede conductam in castra induxissent, re cognita, ambos extra fines regni sui relegarit. Non ante multa sæcula ipsa Germanorum natio, quæ maximè nunc istic peccat, morem, aut legem hanc habuit in castris. Extat in Ligurino Guntheri poetæ, qui tum vixit, inter res Friderici primi Imperatoris in Italia gestas ista lex.

*Non eris in nostris nobiscum fœmina castris.
Qui rem extiterit, spoliis nudatus abibit.
Turpiter, & naso mutilabitur illa resecto.*

De Cleopatrz fortuna in illo nauali prælio Ouid. lib. 15. Metamorph.

*Romanique ducis coniux Ægyptia tade
Non bene fisa cadet: frustra que erit illa minata
Seruius in suo Capitolia nostra Canopo.*

De eadem, & Antonio pugna Actiaca victis, & fugatis exultat Horat. libr. 1. Ode 37. vbi præterea infaustum mulieris huius, generosum tamen interitum tangit:

quippe quæ toto corpore venenum à morsu aspidum, quas ipsa sibi admouerat, combibens decessit. Ab impudicitia, ambitione, πλομεξία notissima est. Sed quod propter libidinem dominandi vel ipsum fratrem veneno perdidit, & sororem per Antonium Ephesi sustulit, & alios insuper con sanguineos luce spoliavit, hæc paucis comperta arbitror. Hæc fœmina, vbi intra vngues suos Antonium concluserat, eius auctoritate, potentiaque ad explendam cupiditatem suam inexplabilem abusa est: nec aduersus eos, quorum opes, & pecunias adamauerat, hominem irritare, & extimulare vnquam destitit. Vndecunque lucri alicuius odor afflabatur, eò ipsa toto animo, apertisque faucibus ferebatur: nec templorum, nec sepulcrorum sanctitatibus parcebat, & furto etiam, ac sacrilegio quæ sita ad se deriuare nihil verebatur: omnia eodem ordine habebat, sacra profana, priuata publica: quin regna integra, & prouincias per scelus adiungere sibi contendebat: nec quidquam immensæ eius cupidini satis esse poterat. Iosephus Antiquit. lib. 15. cap. 4. Belli lib. 1. cap. 13. Pactum ei Romanum imperium ab Antonio affirmat & Propert. lib. 3. eleg. 10.

*Coniugis obsceni pretium Romana poposcit
Mœnia, & addictos in sua regna patres.*

ROSTRISQVE STRIDENTIBVS) tridentibus legendum.

MONTES CONCVRR. MONT. ALT.) Nempe & Florus docet tantas structuras, molesque Antonio fuisse exitio, cui assentitur ille Prudentij locus.

*Institant tenuis cymba, fragilesque phaseli
Inter turritas, Memphisica rostra, liburnas.*

TURRITIS PVPPIBVS) Ab Agrippa genus id turrium inuentum scribunt, quæ de tabularis subito erigerentur, simulac in prælium foret ventum, ad quod alludit poeta. Rhodigin. lib. 29. cap. 27.

TELIS VOLAT. FERRVM SPARGITVR) Ambitiosè, vt loquitur, Seruius. Tela sparguntur, quæ non sunt sine ferro. Sed quanto hoc venustius, volatile ferrum telis spargitur?

ARVA NOVA NEPT. CÆDE RVB.) Noua cæde, id est, magna, nimia. Nam non dicit reuera noua, quum alia fecerint bella ciuilia, & cædes aliæ in ipsis. Seruius.

* Hic mihi illud Horatianum occurrit, ex Ode 7. Epod.

Parumne campis, atque Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?

Considera porro libertatem poetæ, etiam arua Neptunia vocare audet, quæ aliis campis liquentes, campos salu. Plant. ni fallor, Neptunia præta.

REGINA IN MEDIIS) Verisimile est, Propertium recordatum huius loci, cum illa scriberet indig nabundus in Cleopatram, lib. 3. eleg. 10.

*Scilicet incesti meretrix regina Canopi
Vna Philippeo sanguine adusta nota,
Ausu Ioni nostro latrantem opponere Anubim,*

*Et Tiberim Nili cogere ferre minas,
Romanamque, tubam crepitanti pellere sistro,*

Baridos & contis nostra liburna sequi,

Fædæque Torpeio canopea tendere saxo,

Iura dare statuas inter, & arma mari.

Quid nunc Tarquinij fractas innuat esse securas,

Nomine quem simili vita superba notat,

Si mulier patienda fuit? cape Roma triumphum

Et longam Augusto salua precare diem.

Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili,

Accipere tua Romula vincla manus.

Brachia spectanti sacris ad morsu colubris,

Et trahere occultum membra soporis iter.

PATRIO SISTRŌ) Ex Plutarcho docet Turneb. A Apuleius lib. 2. Metamorph. Miserere per cælestia sidera, & arcana Memphisica, & sistra Phariaca. Hæc & plura collegit Tiraquell. in Alexan. Neapolit. libr. 3. cap. 2.

NEC DVM A TERGO GEM. ANGVES) Aspides, quas brachiis admouit, ut earum veneno sibi mortem conciliaret. Pulcherrimam vestem induit, ait Xiphilinus, ornataq; elegantissimè, ac in lectulo recumbens mortua est, aspide ad se in vrnula portata, vel (ut quidam putant) brachio puncto acu, qua solebat capillos suos crispas facere: quæ quod venenata esset, percelerè ei interitum attulit.

*Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire
factantem Pharia tinnula sistra manu?*

- 700 Omnigenûmq; Deûm monstra, & latrator Anubis,
Contra Neptunum, & Venerem, contraq; Mineruam
Tela tenent. sæuit medio in certamine Mauors,
Cælatus ferro, tristesq; ex æthere Diræ.
Et scissa gaudens vadit Discordia palla:
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
705 Aëtius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, & laxos iam iamq; immittere funes.
Illam inter cædes pallentem morte futura
710 Fecerat ignipotens vndis, & lapyge ferri.
Contrà autem magno mœrentem corpore Nilum,
Pandentemq; sinus, & tota veste vocantem
Cæruleum in gremium, latebrosa q; flumina victos.

OMNIGENVMQVE DEVM MONSTRA) Nulla gens Ægyptiis superstitionior fuit, qui deos etiam sub forma bestiarum, & rerum aliarum coluerunt. Consule Diodor. libr. 1. cap. 4. ubi etiam causæ 3. afferuntur, quare Ægyptij animantia pro diis venerarentur, & in fine cap. aliarum duarum. Strabon. libr. 18. Apuleium lib. 11. Herodot. lib. 2. Lactant. lib. 1. cap. 29. lib. 2. cap. 14. & 5. cap. 21. Rhodigin. lib. 16. cap. 5. & lib. 2. cap. 17. Versus Iuuenalis adscribentur è sat. 15.

*Quis nescit Volusi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? crocodilon adorat
Pars hac, illa panet saturam serpentibus ibin.
Effigies sacri nitet aurea cercopitheci.*

LATRATOR ANUBIS) Cynopolitarum deus in Ægypto fuit Anubis, quem cum capite canino figurabāt. Proditum memoriæ, eum ynà cum Osiride gigantes ex Italia pepulisse. Fuisse autem canino capite, inde factū, quod Isis, & Osiridis corpora custodierit, quod quidem canibus peculiare est. Ea que de causâ in veteribus nummis canem galeæ insculptum videre licet. Pierius lib. 5.

CONTRA NEPTVNVM, ET VEN.) Homerum sequitur, qui deos dicit contra se pro diuersis partibus habere certamen, dum alij scilicet Græcorum, alij Troianorum partes tuentur. Seruius.

TRISTESQVE EX ÆTHERE DIRÆ) Diræ propriè sunt vltices deæ: & bene has interesse dicit prælio ad puniendum Antonium, qui matrimoniale læserat fœdus. Seruius.

SCISSA DISCORDIA PALLA) De Discordia repere, quæ annotauimus ad Eclog. 1. ibi, *En quo discordia ciues Perduxit miseros*. Aristides Orat. de concordia ad Rhodios, vtriusque imaginem ita concipit. Debetis itaque non secus, ac si pictor aliquis vtriusque vobis imaginem proposuisset, aut etiam poeta quis descripsisset, alteram decoram, concinnam, boni coloris, gratiosam, secum per omnia consentientem, è cælo reuera ad homines delatam: alteram visu maximè formidabilem, capite supino, labris liuidis, oculis distortis, inflatam, recentibus perfusam lacrymis, manibusq; rapacibus, gladio in pectus inclinato, exilibus, & obliquis pedibus, vndique circumposita, veluti reti, caligine tenebrosa, per quam pleraque in sepulchris, non in templis visantur. debetis igitur harum alterutram vicissim aspicientes, &c.

CVM SANGVINEO FLAGELLO) Virgis autè sanguineis fruticibus, ut terror inesset in cruento earum colore: aut quæ ad horrorem, ut existimo, cruentabantur, quibus parricidæ cædebantur. Et Fecialis hasta sanguinea, & cruenta bellum indicebat. Liuius lib. 1. ut Fecialis hastam ferratam, aut sanguineam præstam, ad fines eorum ferret. Credibile sit, huc respicere Virgilium. Turneb. lib. 8. cap. 23. Vide lib. 12. in illum verbum, *circumq; atra formidinis ora Ira q; infideliq; Dei comitatus aguntur*.

BELLONA) A veteribus Duellona, ut duellum bellum, soror, & vxor Martis, ut ait Augustin. in Ciuit. Marti equos, & currum instruit, ut Statius canit in Thebaide. Vide Gyrard. Syntag. 10.

Active

ACTIVS ARCVVM INTEND. APOLLO) Significatur Apollo ille qui in Leucadii littore colebatur, atque ita littoralis vocabatur, & ludis triennialibus, & gymniciis, & Circensibus, naualibusq; celebrabatur: nā Apollini grata esse littora, ostēdit Homerus in eius hymno, scribens ἀλλὰ τ' εἰς ἅλα καλλιμῆναι, λιμένας τε θαλάσσης. Actij Apollinis mentio est apud Apollonium. Sed & templū quoq; Actij Apollinis in Magnesiæ finibus fuisse, Hyginus tradit his verbis. Callimachus autem in iisdem finibus, ad Actij Apollinis templū, quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur, in eo loco, qui Pagasæ vocatur. Turneb. lib. 21. cap. 9. * *Proprie sagittarū arcum dicuntur intendere. Translatè in Sextiana M. Cicero. Fuerat ille arcum iniquum in Repub. magno metu, & multorum timore intentus arcum in meum. Dicimus quoq; alicui animum intendere. Idem 2. Verrin. Quibus rebus, quid ipse speret, & quo animum intendat, facile percipit. Apollinem semper ex Homero Virgilium Troianum, Troianorumq; nepotibus fauentem inducit, blandiens ea arte & Augusto, qui, sicut Alexander tacitus etiam natales suos ad Draconem, inquam ad primordia quadam immortalitatis referebat. Lege cetera apud German. in Paralip.*

Ennius Alcmazone.

Intendit crinitus Apollo

Arcum auratum luna innixus.

Ad hosce versus eruditè Hieron. Columna. Effingebant, inquit, veteres Apollinis simulacra cū telo, arcu, & pharetra. Qui si telum in manib⁹ habeat, dicitur esse noxius. Statius. 1. Thebaid. *arcu crudelis iniquo Pestifera arma iacit.* Cum verò recondit, placidus, & beneuolus. Hinc Homerus principio Iliad. sagittas ante omnia ei tribuit, eundemque facit, & pestilentia, & salutis auctorem. *Neg enim semper*, ut ait Horatius Ode 10. lib. 2. *arcum Tendit Apollo*, qui frequentius ἀλκιος, & ἀλεξίπλοκος esse solet, malaque propellere, quam immittere. Cum verò noxius est, Apollinem ferunt dictū ἀπο τῷ ἀποβάλλειν, hoc est, ab iaciendo. Is porro non hominibus tantum formidabilis erat, sed ut Proclus Lycius testatur in hymnis, ipsiis dæmonibus, qui hominibus perniciosi sunt. Lege cetera, si videtur.

ÆGYPTVS, ET INDI) Indos ait, ut arbitror, quia Antonius vires Orientis, & vltima secum trahebat Ba-

tra: nunc latius accipit hoc nomen. Animaduertendum, nomine Indi antiquos latissimè esse abulos, ut Æthiopes etiam eo significarent, ut 4. Georg. *Vsq; coloratis annis demexu ab India.* Et ibid. *Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.* Parthum enim significat, credo q̃ Parthis India etiā pareret, & in eorū præsidij Indi etiā militaret. Hyginus, Iouis in India Thebas Thebaidos nomine nutricis suæ, quæ hecatompylæ appellatur, ideo q̃ centū portas habent. Hic Hyginus Indiam etiā appellauit superiorē Ægyptum, Æthiopiz finitimam, in qua erant Thebæ. Rursus. Liber in India Ammonem. Ita mediterranea Africæ Indiæ nomine afficit: quod quidē & nostrates faciunt, qui, quidquid propemodum transmarinum huc affertur, ex India aduectū dicunt. Sic fabas Indicas nominant, triticum Indicum, gallinas Indicas. Ne multa, quidquid domi nostræ non nascitur, pene Indiæ ferim⁹ acceptū. Turneb. lib. 21. c. 9.

VNDIS, ET IAPYGE FERRI) Nostri namque Galli (inquit Phauorinus è Gallia oriundus, apud Gellium lib. 2. cap. 22.) ventum ex sua terra flantem, quem sæuissimum patiuntur, Circium appellant, à turbine opinor, eius, ac vertigine: *ιάπυγα* ex ipsius Apuliz ora proficiscentem, quasi finibus Apuliz eodem, quo ipsi nomine, Iapygem dicunt. Eum esse propemodum Caurum existimo. Nam & est occidentalis, & videtur aduersus Eurum flare. Itaque Virgilius Cleopatram è nauali prælio in Ægyptum fugientem, vento Iapyge ferri ait: equum quoque Apulum eodem, quo ventum vocabulo appellauit lib. 11. hoc verò, *procul Orphitus armis Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.* * *De fuga Cleopatram in Ægyptum, quomodo Casari captiua iam blandita sit, quo pacto Antonium ibidem mortem sibi conscuerit, & in sinu Cleopatra obierit, hac omnia ex Diome Xiphilin. in Augusto.*

MAGNO CORPORE NILVM) septemfluo. In Georg. *magnumq; fluentem.*

VOCANTEM CÆRVL. IN GREMIVM) Hoc de historia est. Nam legitur, Cleopatram prælagio mortis futuræ oblitam esse recessus Ægypti petere, in quibus poterat facile bella reparare, de qua re se moriens dicitur increpasse. Seruius.

- At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
 715 Mœnia, dijs Italis votum immortale sacrabat,
 Maxima tercentum totam delubra per urbem.
 Lætitia, ludisq; viæ, plausuq; fremebant.
 Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ:
 Ante aras terram cæsi strauere iuuenti.
 720 Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,
 Dona recognoscit populorum, apratq; superbis
 Postibus. incedunt victæ longo ordine gentes.
 Quam variæ linguis, habitu tam vestis, & armis.
 Hic Nomadum genus, & discinctos Mulciber Afros,
 725 Hic Lelegas, Carasq;, sagittiferosq; Gelonos
 Pinxerat: Euphrates ibat iam mollior vndis:
 Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis,
 Indomitiq; Dax, & pontem indignatus Araxes.
 Talia per clypeum Vulcani dona parentis
 730 Miratur: RERVMOVE IGNARVS IMAGINE GAUDET,
 Attollens humero famamq;, & fata nepotum.

TRIPLICI TRIUMPHO) Tres enim Augustus habuit triumphos: nam primo die triumphauit exercitus, qui Antonium vicerat: secundo, qui Dalmatas: tertio ipse cum Alexandrino est ingressus triumpho. Seruius.

VOTVM IMMORTALE SACRABAT) Hoc est, nuncupatis votis debitum consecrabat. In quam sententiam, & verba Valerius lib. 1. In quo cum Marcellus quintum consulatum gerens, templum Honori, & Virtuti, Clastidio prius, deinde Syraculis positus, nuncupatis votis debitum consecrare vellet, à collegio augurum impeditus est. German.

OMNIB. IN TEMP. MATRVM CHORVS) Matrum meminit signatè, quoniam in precibus, & supplicationibus, & omnino in colendis sanctè cælestibus, præcipua solet esse laus mulierum: rectèque D. Augustin. de uorum fæmineum sexum vocauit. Ibat igitur populus in supplicationibus gratulatum dijs per templa omnia, idque aliquando etiam 50. diebus, qualis nomine triumphum Imperatorum Hirtij, Panfæ, & Octauij decreta est. Vide Philipp. 14. 58

ANTE ARAS TERRAM CÆSI STR. IUVEN.) In pompa Romani triumphi, secundum tibicines, qui modos triumphales faciebant, ibant boues albi, cornibus inauratis, vittis, ac fertis reuincti, ad sacrificium Ioui, dextra, læuaque popæ succincti, aureas, argenteasque pateras præferentes. Oratio bouis immolandi ad Iouem perquam lepida est apud Arnobium, lib. 7. cuius partem attexam. Ergone ô Iupiter, aut quis alius deus es, humanum est istud & rectum, aut æquitatis alicuius in æstimatione ponendum, ut cum alius peccauerit, ego occidar, & de meo sanguine fieri tibi patiaris satis, qui nunquam te læserim, nunquam sciens, aut nesciens tuum nomen, maiestatemque violarim. Animal, ut scis, mutum, naturæ meæ simplicitatem sequens, nec multiformium morum varietatibus lubricum. Nunquid aliquando tuas laudes minus sanctè, diligenterque perfeci, &c.

Eidem Ioui libenter, & multos boues albos victor macabat Marcus Imp. In quem proinde illud iactatum, sanè iocosum. Οἱ λευκοὶ βόες μάρκῳ τῷ καίσαρι, ἃν σὺ νικήσῃς, ἡμεῖς σπώλαμα. Id est, candidi boues Marco Cæsari. Si tu viceris, nos perijmus. Addam his duas γνάμας aureas Philonis lib. De plantatione Noe. *Deus omnes male sibi conscios, etiam si quotidie centum boues immolenti aersatur: infantes vero, etiam si quotidie centum boues immolent, aersatur: infantes vero, etiam si nihil omnino sacrificent, amplectitur, Gaudet enim Deus aris nullo igne calentibus, quas cingit virtutum chorus.* Idè eod. li. *Nemo malus sacrificat reuera, etiam si perenni sacrificio decem millia bouum immolaret quotidie. Nam præcipua vixima mens ipsa, non est integra: levis vero non est fas aras attingere.*

NIVEO CANDENTIS LIM. PHOEBI) In templo de solido marmore effecto, allato à portu Lunæ.

DONA RECOGNOSCIT POP.) Aurum coronarium dicit. Id specie triumphorum vel oblatum, vel exactum. Origo fuit, ut socij, & amici victori Imperatori coronas aureas offerrent, quasi gratulantes, & meritum ei caput cingentes, quæ ante ipsum in triumpho prælatæ, populo ostendebantur. Postea inualuit, ut pro ijs pecunia, & aurum in coronas offerretur, & hoc propriè aurum coronarium. Errat itaque Seruius, qui ad hunc poetæ locum ita scribit. Aurum coronarium dicit, quod hodie à victis gentibus datur. Imponebant autem hoc Imperatores propter concessam vitam. Non enim ab ipsis iam victis ob vitam datam, sed à socijs amicisque, ut dixi, datum tamen in pecunia, titulo coronario. Ut

Apud Polybium in Fragmentis. οἱ γὰρ οἱ ἐπὶ τὴν ἀσίσχον τὸν βασιλῆα περὶ ταύτας ἀργυρεῖν τάλαντας: Græci coronarunt Antiochum regem quingentis argenti talentis. Hæc carptim ex Lipsio de magnitud. Romanalib. 2. cap. 9.

QVAM VARIE LINGVIS) Lucret. lib. 5. *Quoniam modo genus humanum variante loquela Caperis.* Vnde & μέγας ἀνθρώπων.

DISINCTOS MULCIBER AFROS) *discinctos* dixit, inhabiles militiæ: omnes enim qui militant, cincti sunt, aut certè inefficaces. Vnde & græcè ἐνζώνος appellatur, non qui bonam habet Zonam, sed qui est strenuus. Seruius.

Macedonum lex erat militaris, ut qui miles hostem non occidisset, non militari cingulo, sed capistro cingeretur: quod apud Carthaginenses seruatum legimus, ut discinctos, postremos homines ducerent, tametsi Afrorum peculiaris feratur mos, fluxa tunica, & discinctos incedere. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20. Iuuenal. Sat. 8. *Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros.*

Inter pœnas militares fuit etiam, discingi, & turpi habitu prostitui, nempe ut parum viros. Liuius lib. 26. de Marcello. Centuriones manipulorum, quorum signa amissa fuerant, districtis gladijs, discinctos destituit. Sueton. de Aug. cap. 24. Pro cætero delictorum genere varijs ignominijs affecit, ut stare per totum diem iuberet ante Prætorium, interdum tunicatos, discinctosque. Plutarchus de Catullo. Quosdam notauit, ut discincti fossam foderent, exercitu spectante. Zosinus de Iuliano lib. 3. Amictos veste muliebri per castra duxit, ratus militibus qui viri essent, eam pœnam grauiorem morte futuram. Hæc Lipsius lib. 5. de Milit. dial. 18.

Multa epitheta sunt apud Virgil. quæ ab ipso facta creduntur: sed ea traxit à veteribus, partim simplicia, ut Mulciber de Vulcano, quod ignis sit, & omnia mulceat, ac domet, petulcus hædus, liquidus ignis, tristesque lupini, id est amari, auritus lepus. Partim composita, ut arcitenens, syluicolæ, velliolum, vitifator, noctuagus, bimembres, caprigenum. Vide Macrobi. Saturnal. lib. 6. cap. 5. Mulciber, inquit Festus, à mulcendo ferro dictus est: mulcere enim mollire, siue lenire est. Pacuuius, *Quid me obtinuit terra, & mulceat laudibus.*

EUPHRATES IBAT IAM MOLLIOR VND.) tanquam scilicet sese submitbens, & Augusti dominatum agnoscens.

EXTREMIQUE HOMINVM MORINI, RHENVSQUE) Mentio est Morinorum, & Rheni, quod imperante Augusto Carinas Morinos, & Sueuos deuicerit, de ijsque Augustus triumphauit, ut à Dione scriptum est lib. 51. Turneb. 23. cap. 5. Hi sunt, ut docet Seruius, in finibus Galliarum, qui Britanniam spectant. Sic & Homer. Æthiopas ἐσχάτους ἀνδρῶν.

RHENVSQUE BICORNIS) Etsi cornigeri amnium dii finguntur, vnde & tauriformis Aufidus ab Horatio dicitur Ode. 14. lib. 4. tamen etiam cornua amnium ipsorum ostia, & ora dicuntur, ut hic Rheni, exit enim duobus ostijs in Oceanum. Sic & Valerius lib. 8.

Haud procul hinc ingens Scythici ruit impetus Istri, Fundere non uno tantum quem flumina cornu Accipimus.

INDOMITIQUE DAE) Intimæ Scythiæ Asiaticæ populi sunt Dahæ, seu Daz, seu Dazæ, ad extremum ferè veteribus cognitum orientem Stephano *πρὸς ὁρίζοντα* lib. 7. Pomponio lib. 1. cap. 8. & lib. 3. cap. 21. & Plinio lib. 16. cap. 17. Notauit Delrius in Senecam.

PON-

PONTEM INDIGNATVS ARAXES) Non abs re Atum, sedatumque est ardens in lacernis, ut postea, cum dictum est à Marone. Nam ut refert Isidorus lib. 13. cap. 21. cum Alexander eum transgredi vellet, ponte fabricato, tanta vi inundavit, ut pontem dirueret. Servius notat id Xerxem conatum fuisse facere. Turneb. lib. 19. cap. 20. Hunc fluuium Eustathius vult nomen sortitum in τῷ ἀέρος τῷ ἐξυπὶ τῷ πύμῳ. Sed tamen pontem Augustinus imposuit, Vnde, indignatus pontē. Magnus scriptor Plutarchus, ipse quoque suo verbo quod huic Latino responderet, usus est, de nouo vino, oleoque loquens: dixit enim ipsa indignari, cum feruet scilicet vinum, & quasi pati non potest, se claudi, & vase aliquo contineri: eodemq; pacto recens oleum non ita quie-

tanquam maturitatem sensit: quo tempore non scintillat, atque ut Virgiliano verbo utar, indignatur. Verba Plutarchi in Sympol. quæst. sunt hæc. ὃ τὸν οἶνον εἰς ἑστὴν μόνον ζῆν, καὶ ἀγαπᾷ. ὃ δὲ τῷ λαῳ, αἰετὶ τῷ πυρρῷ, καὶ τοῖς λυχοῖς. Victor. lib. 36. cap. 10.

RERVM QVE IGNARVS IMAGINE GAUD.) Nondum rem ipsam gestam cognouerat, immo nec cogniturus erat: veruntamen illis futurorum imaginibus, & præuijs significationibus admodum recreabatur: Ita puto intelligendum, quod ait Servius, ignarus erat veritatis. 34



SYMBOLARVM IN P. VIRGILIVM MA- RONEM LIBER XIV.

Ad nonum Aeneidos.

SYNOPSIS.



A Pud Euandrum gerebantur, quæ libro precedente commemorata sunt, veneratq; eius suasu in Tusciam Æneas, auxilia quesiturus. Non se deserit Juno interea, Irim ad Turnum, in luco forte auum Pylum quibusdam carimonijs colentem, eiq; feriantem amandat, ad Troianorum castra, summi ducis præsentia destituta fidenter inuadenda cohortatur. Occasione ista optari meliorem nullam posse. Exhilaratus eo viso Turnus, sustollit in celum manus venerabundus, ibiq; signa frustra conspiciens, ingentes concipit animos, hausta aqua de flumine lustratur, deos orat, ut cogitata procedant feliciter. Confusa hætenus copia ordinatim disponuntur: ita quadrato, perpetuoq; agmine, Turno in medio supra omnes eminente atq; conspicioq; per patentem campum ad obsidenda Troianorum castra Rutuli gradiuntur. Illi è sublati longè lateq; puluerum nubibus, hostis aduentum præcipient: Caius primus reliquos commilitones ad arma corripienda, parandamq; propugnationem impellit. Minime cunctandum rati Troiani, ad portas custodes constituunt, muros defensoribus complent. Cupiebant illi quidem vehementer exire, & a quo campo cum hoste configere, ne eos Æneæ interdictum continuisset. Nam is ad Euandrum abiens, ut rerum militarium scientissimus, serio iusserat, si ab hostibus peterentur, quoniam exiguo essent numero, ne foras se darent: sed oppugnationem exciperent, ac bellum manibus propulsaret. Turno mora nimis longa, & incessus copiarum suarū videri lentior. Quare cū aliquot selectis equitibus antecedit, equo Thracio insidens, Latinos ad urbem adoriendam incendit: contortoq; iaculo eius retinuit ipse facit. Sequitur alacriter, & acclamat imperatori suo exercitus. Troianos pro effeminatis, & ignavis habent, qui prodire, & se in campum dare non audeant. Verum

Verum quid eos intus teneret, iam diximus: animos quidem non minus quam illi Martios, cominusque congregiendi, ut vir virum, pes pedem premeret, cupidissimos gerebant. Turnus instar lupi famelici, ovile circumcunctis, et vestigantia laniena sua aditum, castra circumibat, lustrabatque diligenter, nuncubi posset irrumpere, et obseffos elicere mirifice auebat: quibus, multitudinis suorum confisus, facile superiorem se futurum in spe summa habebat. Naues videt, quibus in Latium appulsi Troiani fuerant. His, quod fugere mari amplius non possent, et in terra pauci plurimis resistendo breui consumerentur, incendium primus infert. Sed diuinitus ab exustione seruatae sunt. Quo autem istuc modo, antequam narret, Musarum opem, ut in re veteri, et obscura inuocat. Fuerunt illa adificata, caesa in Ida monte materia. Qui mons cum sit in tutela Berecynthia deum matris, rogauit illa Iouem filium, hoc sibi daret, hanc naues omnis periculi expertes, actutas esse concederet. Visa est petere nimium, et plus quam honeste vel a deo tribui posset. Navigatione finita, in deas marinas conuersum iri permittit Iupiter, iureiurando sancit promissa. Ponitur oratio Berecynthiae, Troianos vetantis flammam restinguere (quia exuri nequeant) et naues iubentis deas fieri: metamorphosis continuo sequitur. Rutulis portento stupefactis, Turnus id Troianis malo fore auguratur, quibus auxilium fugae, perditis nauibus, creptum sit: et cum pauci numero sint, tot gentibus terra obiecti, ad unum omnes perituri videantur. Oracula deorum in Italiam aduentu, et sede contemnit: sibi contra in fatiis esse, eos delere: Menelaum imitaturum, qui pro rapta coniuge bellum gesserit, urbemque Ilium exciderit. Cetera eiusdem oratio plena est fastus, plena despicientiae Troianorum: immo et Gracorum, quos, ut imbelles, carpit, qui tam diu obsidionem duxerint. Tandem corpora uti curent, et ad pugnam se comparent, edicit. Ad portas castrorum Messapus iussu Turni excubias disponit, delectis quatuordecim centurionibus, et unicuique centum adiunctis militibus, qui vices variant, colludunt, et noctem poculis siccandis agunt. Troiani vigiliis seruandis, periculoque providendo, et tenendis stationibus officij sui munus praestabant. Portam unam custodiendam Nisus, et Euryalus, duo amici memorabiles acceperant. Nisus senior cum Euryalo iuniori consilium suum de nuntio Aeneae in Tusciam perferendo, eoque fortunis iam propemodum in extremo sitis accersendo, idque per media statua hostium, somno ac vino grauatorum aperuisset, ille in omnia pericula socium se indiuiduum, quamuis inuito, et obnitente Niso, obtulit, et adiunxit. Excubitores expergefuit, qui sibi in statione succedant: ambo ad Ascanium, consilium a se captum proposituri concedunt. Noctis multum praterierat, et Ascanius cum proceribus deliberationem habebat, deque salute communi consultans, quemnam ad patrem posset expedire nuntium, sententias rogabat. Improvisi adsunt, quos dixi, iubenteque Ascanio, Nisus quid veniant edictat, rei perfici vnde occasionem ostendit, gloriose reditus spem bonam dat. Alethes senex utriusque spiritum admiratus, eos complectitur, a deo in primis, tum etiam ab ipso Aeneae, eiusque filio mercedem tanta virtuti pollicetur: quam se venerari, et exosculari ipse etiam Ascanius significat, grandia et varia persolaturum se praemia spondens, praesertim si Italiam obtinere contingat. In Euryalum vero tanquam coeuum, non vulgarem amantis affectum exhibet: cuius matrem commendante eam sibi adolescente, Troianisque collacrymantibus in fidem suam recipit, et quidquid filio debeat, hoc se matri redditurum (subintellige, si quid secus Euryalo acciderit) iuratus promittit. Mox suo illum gladio donat. A Mnestheo Nisus pellem leoninam fert, cum eodem galeam Alethes permutat. Quid amplius? cum bonis ominibus, et votis ad portas a concilio deducuntur. Ascanius multa patri perferenda mandat: sed dijs aliter visum: viui enim ad Aeneam non peruenerunt. Suis egressi, Rutulorum castra ineunt: sopore victos, et inermes passim per herbam iacere conspiciunt. Nisus Euryalum stare velut in excubijs iubet, ipse ferro trucidatis corporibus, viam aperire insistit. Strages edita describitur. Postea Euryali facinora sequuntur, quem incautus pergentem reuocat Nisus. Aliquid spoliarum secum portantes egrediuntur, in equitum turmas incidunt, qui Laurento ad Turnum, Volscense magistro mittebantur. Euadente Niso, haesit in eorum manibus Euryalus, et frustra deprecante socio, confos-

sus occu-

ſus occidit. Quem tamen vindicans Niſus, ipſum Volſcentem interfecit: atque ita demum vulneribus ipſe quoque conſectus, ſupra amici corpus ſe proiciens, animam exſpirauit. Equites in caſtris luſtum, propter tot à duobus illis Troianis trucidatos offendunt. Diluculo, hortante Turno, Rutuli muros inuadere conſtituunt, capita Niſi, & Euryali præfixa contis ad terrorem Troianis incutiendum oſtentant. Spectaculum mæſum cum omnibus, tum præcipuè parenti Euryali inſaliciſſima, quæ omnia eiulatu, & lamentis complere. Oppugnatio caſtris admouetur acerrima, eademq; ad vnguem declaratur, ruruſq; Muſæ inuocantur. Turrim ligneam, unde ſe cuneus Troianorum tuebatur, Turnus coniectis ſacibus inflammat. Cedunt, qui erant intus, flammæ: & dum vnum in locum denſantur, cadens verſus hoſtem turris eos, telis ſuis, fractarumq; tabularum cuſpidibus indutos, & tranſfixos, ac morientes effundit: res ſpectatu miſera videlicet. Helenor, & Lycus tantum ſalui euadebant: quorum prior cum ſe in mediis hoſtibus conſtitutum cerneret, non ſecus quam aper truculentus in medio venatorum contra venabula niſus oppetiit. Poſterior, dum in muro hæret adhuc, porrectisq; ſociorum dexteris attrahitur, à Turno reuellitur, & interficitur. Enumerantur vtrinque occiſi. Aſcanius tum primum ſagittis in hoſtem vti cæpit, primumq; Numanum Turni aſſinem, hominem ventoſiſſimum, ſuos immodicè prædicantem, ac Troianos indigniſſimè lacerantem ſternit, ſuis gratulantibus. Laudat iuuenem è nubibus Apollo, deq; eius poſteritate ominatur optimè. Formam deinde cuiuſdam Butæ hominis longæui capeſſens, ſuadet, ne quid vltra: ſatis modò magnum ſuæ virtutis documētum dediſſe, periculum vitet. Idipſum ei, auctoritate freti Apollinis (quem illius vetuli formam, & habitum ſimulaſſe nō erant neſcij) Troiani inculcant. Ad pugnam animoſi redeunt, hoſtes cōſtanter, ac fortiter repellunt. Pandarus, & Bitias fratres proceriſſimis præditi corporibus, maximisq; viribus, creditam ſuæ fidei portam reſerant, hoſtem prouocant. Rutuli irrumpentes ſæua cum ſtrage reprimuntur. Conſertim eo prouolant Troiani, & audent etiam extra portam proferre pedem, dum hoſtem exigunt. Præter alios Turnus reintellecta conſeſtim accurrit, & Bitiam obtruncat. Fugiunt Troiani, Latinis inſtantibus. Pandarus magna vi portam occludit, atque ita nonnullos de ſuis excludit, & hoſtes aliquot, in iisq; ipſum Turnum includit: cuius aſpectu, & armis perturbationem Troiani in ſe concipiunt. Cum ei Pandarus, vt capto inſultaret, telumq; fruſtra coniiceret, eſt ab eo miſerè diſſecto per medium capite neci datus. Latebras quæruunt obſeſſi. Et potuiſſet tum Turnus portis patefactis accipere ſuos, belloq; finem imponere, niſi ei cadis cupido nimia mentem abſtulſſet. Quo ſauiente, & occidete quamplurimos, coeunt in conſilium Troiani. Mneſthei obiurgatione inſtaurant animos, factoque globo Turnū vehementiſſimè premunt: qui tamen ſemel, & iterum in eos dat impetū audaciſſimè. Verū vbi crescentem ſemper inuadentium copiam diutius ſuſtinere ſe poſſe deſperauit, ſudans, ſeſſus, & anhelus cum cedendo ad portam veniſſet, quā Tiberis præterlabebatur, armatus inſiluit, & ad ſuos exſpectatiſſimus tranſiit.

In hoc libro mutatio eſt rerum omnium. nam & perſonæ, & loca alia ſunt, & aliud negotium incipitur. Ab Æneæ enim tranſit ad Turnum, à Tuſcia ad Ardeam, à petitione auxiliorum, ad bellum. Quem tranſitum ad Turnum quidam culpant, neſcientes Virgilium prudenter iunxiſſe ſuperioribus negotiis ſequentia, per illam particulam, Atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur, ſcilicet dum offeruntur arma, dum dantur auxilia. Sanè formatus eſtiſte liber ad illud Homeri, vbi dicit, per noctem egreſſos eſſe Diomedem, & Vlyſſem, cum capto Dolone caſtra penetrarunt: nam partem maximam, & œconomiz negotium inde habet. Seruius,

EXPLANATIONES.



A T Q V E ad diuerſa penitus dum parte geruntur, Irim de cælo miſit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum. Iuco tum fortè parentis Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat. Ad quem ſicroſeo Thaumantias ore locuta eſt. Turne, quod optanti diuūm promittere nemo

- Auderet, voluenda dies en attulit ultro.
 Æneas vrbe, & sociis, & classe relicta,
 Sceptra Palatini, sedemq; petit Euandri:
 10 Nec satis: extremas Coriti penetrauit ad vrbes:
 Lydorumq; manum, collectos armat agrestes.
 Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere curtus:
 RVMPERE MORAS OMNES, & turbata arripe castra.
 Dixit, & in cælum paribus se sustulit alis,
 15 Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum.
 Agnouit iuuenis, duplicesq; ad sidera palmas
 Sustulit: ac tali fugientem est voce secutus.
 Iri, decus cæli, quis te mihi nubibus actam
 Detulit in terras? vnde hæc tam clara repente
 20 Tempestas? video medium discedere cælum,
 Palantesq; polo stellas. sequar omnia tanta,
 Quisquis in arma vocas. & sic effatus, ad vndam
 Processit, summoq; hausit de gurgite lymphas,
 Multa deos orans: ONERAVITQVE ÆTHERA VOTIS.

DIVERSA PENITVS PARTE) Admodum remotè ab A
 eo loco in quo Turnus. Infra mox

*Æneas vrbe, & sociis, & classe relicta,
 Sceptra Palatini, sedemq; petit Euandri:
 Nec satis, extremas Coriti penetrauit ad vrbes.*

IRIM DE CÆLO MISIT) Iris quasi Æcis dicta est, nunquam enim ad conciliationem mittitur, sicut Mercurius, qui ob id *εἰρηνοδότης*, & pacificator dictus: sed ad disturbance, lites, dissensiones, etsi non semper: & est ministra non tantum dearum, sed & deorum. Et Virgilius hoc probat dicens, *Æream calenam Iupiter Irim demisit, germana haud mollia iussa ferentē*. Plato in Cratylo dictam vult à verbo *ἰρις*, quod loqui significat, quia ipsa sit etiam *ἰρις*, id est nuntia, vt Mercurius, B & quia soleamus in primis sermone nuntiare. De ea Gyrald. Syntag. 9. Natal. lib. 8. cap. 20.

LVCO PILVMNI PARENTIS SEDEB.) Hic sedebat accipiendū reor de eo, qui mortuis feriat. Nam tamen à Turno, pro mortuo colitur. Sic denicalibus feriis resideri mortuos scripsit Tullius lib. 2. de leg. & Hesychius *ἡ δέκα πάλαι, ἡ δέκα ἡμέραι ἡμετέρας τῆς τελευτῆς*. Turneb. lib. 23. cap. 3. Abusiue autem dixit, parētis, pro avo. Nam pater Turni Daunus fuit.

Verbum *sedere* etiam in luctu vsitatum, de iis, qui feriabantur. Tibull. lib. 1. eleg. 6. *Illius ad tumulum fugiam supplexq; sedebo*. Propert. lib. 3. eleg. 14.

*Afferet huc vnguenta mihi, fertisq; sepulcrum
 Ornabit, custos ad mea busta sedens.*

Neque aliter intelligendum illud è libr. 6. *sedet, æternumq; sedebit Infelix Theseus*. Plin. lib. 14. cap. 14. Aristonidas artifex, cum exprimere vellet Athamantis furorē, Learchum filium precipitare volentis, & precipitato illo residentis pœnitentiam, &c. Residere pœnitentiam dixit, vt Plaut. Capt. *Venter, gustaturq; resident æsuriales ferias*, pro, sedendo agunt. Cic. quoq; 2. de Leg. denicales ferias appellat, quib. residentur mortui, quod sedendo scilicet mortuis feriantur. Torrent. in Iulium Suetonij, cap. 4. Turneb. in 2. de leg.

Germanus ad Pilumni *ἀγρόδωρον* potius respexisse putat: Cùm enim diis ex hominibus factis heroibus lucum sacrare antiquitati sollemne esset, vt lib. 8. innuit Virgil. illis versibus,

*Sylvanum fama est veteres sacrasse Pelagos
 Agrorum, pecorisq; deo lucumq; diemq;*

verisimile est Turnum, tum in valle Pilumno sacra, tanquam in sacro, & religioso loco consedisse, solitum quotannis ei diuinos honores instituire. *Parentis*, abusiue, vt supra dictum.

SACRA VALLIS) Ideo sacra, quia nunquam est locus sine religione.

THAUMANTIAS) Thaumantis filia dicitur idcirco Iris, quod admirationem eius aspectus facit hominibus. *Θαυμάζω* enim est admiror. Et quemadmodum apud Homerum Iris ad Agamemnonem, ita hic ad Turnum, ad miscenda omnia, mittitur: ibi à Ioue, hic à Iunone.

QVOD OPTANTI DIVVM PROMITTE. NEMO AVD.) Tale quid apud Comicum in Phorm.

— *Dij vestram fidem,*

*Quam saepe temere eueniunt, quam non audam
 Optare?*

Huc trahendum quoque Ciceronis de Pompeio dictum, orat. pro lege Manilia. Hoc breuissimè dicam, neminem vnquam tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot, & tantas res, tacitus auderet optare, quot, & quantas dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt.

VOLVENDA DIES) Voluendus, quod futuri videtur temporis, si Grammaticis credimus, tamen in præterito vsurpatum reperimus, pro, volutus, vt hic, & Æneid. 1. *Triginta magnos voluendis mensibus orbis*. Et apud Lucret. lib. 5. *Sic voluenda ætas commutat tempora rerum*. Et rursus lib. 6. *Glans etiam longo cursu voluenda liquefit*. Ex iterum. *Qua voluenda micant æterni sidera mundi*. Sed & voluens perpeffionis significatione positum, non inegâter apud illos duos poetas perpolitos animaduertimus. Æneid. 1. *olim voluentibus annis,*

annis, quod græcè est *πεντημεταετηρίαν*. Lucret. li. 5. Atunt illum. Multa de eo Pererius Comment. tom. i. in Genesin. 36
Multaq; per calum solus voluentia lustra. Rursus apud Maronem i. Georg. *Tardaq; Eleusina matris voluentia plaustra.* Valet enim, quæ voluuntur, vel quæ voluunt se. Turneb. lib. 30. cap. 19.

SEDEM QVE PETIT EVANDRI) In Vaticano quodam volumine, pro *petiuit*, legi *petit*, disyllabum, docet Politian. cap. 71. quod & metri ius cogit: alioqui prima syllaba vocis Euandri contra omnem rationem, vel consuetudinem brevis fieret. Est autem spondeus quinta sede, & syllaba posterior in verbo, *petit*, vel quia sit infine, vel quia coaluerit una ex duabus, iure producta est. Martianus Capella syllabam docet ubiq; esse communem, quæ definit in, t, litteram, sicut in illo cernimus B Virgilij, *Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis*. Petit, pro petiuit, syncopa est. Quales illæ apud Lucret. lib. 1. & 6. in verbis irritat, & disturbat. *sed eo magis acrem Virtutem irritat animi. Quos exitus hic animi Disturbat urbes.* Notat Priscianus, fumât, capit, audit, & similia habere ultimam syllabam circumflexam, si patiantur Syncopen. Ex Lamb. in Lucret.

EXTREMAS CORITI PENET. AD VRBES) Quia occurtebat, ab Euandro eum facile posse reuerti. Coritus est mons Tusciæ, dictus à Corito rege, ex cuius vxore Iupiter Dardanum genuit. Setuius

COLLECTOS AGRESTES) quò minus timendi, tantum militiæ imperiti.

RUMPE MORAS OMNES) Ouid. *Rumpe moras, semper nocuit differre parasus.* Virgil. alibi. *Eia agerumpe moras.*

TVRBATA ARRIPE CASTRA) Aut arripe, & turba, aut turbata inuade propter absentiam Æneæ.

PARIBVS ALIS) Bene addidit, *paribus alis*: nisi enim pari nixu præstare volatum non possunt: nam si una est debilis, incolumis verò altera, perinde sunt, ac si ambæ vexatæ sint. Donatus.

INGENTEM ARCVUM) Cur iris, cum imago sit solis, longè ipso sole maior appareat, expedit rationem Seneca Natural. lib. 1. ca. 6. Etiam Georg. 1. nominatur ingens arcus, & *bibit ingens arcus*. Vide ibidem Symbolam. Vbi notandū, quod habet Nonius. Arcus omnis suspensus fornix appellatur: arqus non nisi qui in cælo apparet, quem Irim poetæ dixerunt. Vnde & arquati dicuntur, quibus color, & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Lucret. lib. 6. *Tum color in nigris existit nubibus arqui*. Priscian lib. 6. ex 3. Cic. de nat. deor. probat arcum arci, in secunda quoque declinatione dici, pro arcu cælesti. Sic verò Cicero. Cur autè arci species non in numero deorum reponatur? Propert. cæruleum, Tibull. imbriferum arcum nominat. De eius pulchritudine sic est in Ecclesiastico. Vide arcum, & benedic qui fecit illum. Valde speciosus est in splendore suo. Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ: manus excelsi aperue-

Atunt illum. Multa de eo Pererius Comment. tom. i. in Genesin. 36

SVB NVBIBVS) Rectè, quoniam sine nubis beneficio non videtur.

IRI DECVS CÆLI, QVISTE MIHI) Homer. Iliad. 9. *Ἰὲ θεὰ τίς τ' ἀρ σὲ θεῶν ἐμοὶ ἀγγέλοις ἦκε.*

VIDEO MEDIVM DISCED. CÆLYM) Non hiatus modò, quod chasma dicitur, sed peruolitantes etiam fulgetræ cælum videntur diuidere, itemque fulmina, de quibus Lucret. lib. 6. *Ne trepides cali dimissa partibus amens.* Et lib. 3. *Diffugiunt animi terrores, mania mundi Discedunt.* diuiduntur & hiant, dissipantur, disparantur. Cic. de hiatu terræ, Quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus. * *Quemadmodum cælum sic etiam terra dicitur discedere, ut vidisti, cum nimirum ad aliquam altitudinem desideret, cum terramotus, aliæ de causa hiatus facit.* & *Soraginem.* Hoc Latini hiatus vocant, & græcè etiam chasma dicitur.

PALANTESQVE POLO STELLAS) quasi vagantes, & discursantes.

SE QV AR OMINA TANTA. Q. IN ARMA VOCAS) sic lib. 4. *Sequimur te sancte deorum Quisquis es.*

HAVSIT DE GVRGITE LYMPHAS) Solebant Romaniantes bella vota nuncupare, & in nūcupatione lustrare se aqua. Plutarch. in Mario. *ἑρταύδα νιψάμενος ὁ μάκετας χεῖρας, καὶ πρὸς τὸν ὄντα ἀνασχὼν, ἤνευτο τοῖς θεοῖς κατὰ ἑκατόμβης.* Atque inde Marius, cum manus lauisset, in cælum eas sustulit, deosq; veneratus est. Persius sat. 2.

Hec sanctè ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput bis terq;, & noctem flumine purgas.
 Turneb. lib. 25. cap. 30.

Setuius existimat ad augurum morem respexisse Virgilium, apud quos fuerat consuetudo, ut si post acceptum augurium ad aquam venissent, inclinati haurirent inde manibus, & fulis precibus vota promitterent: ut visum perseueraret augurium, quod aquæ intercessu disrumpitur. Vnde etiam in 12. lib. visum auguriū, quod aquæ intercessu disrumpitur, firmum est. Cygnus enim ab aquila dimissus in fluuium decidit, *pradamq; ex unguibus ales Proiecit flumini.* Hinc videtur etiam Turnus minimè potuisse liberari.

ONERAVITQVE ÆTHERA VOTIS) Haud dispar est hoc Tibulli li. 3. eleg. 3. *Quid prodest cælum votis implescæ, Neæra?* Multa, inquit, orans, & oneravit votis. Quibus verbis poeta satis docet, instituisse orare Turnum, multiplicasse, ac repetisse preces. Hic tu mihi, pie lector, Chrysostomum ausculta, Homil. 3. ad pop. Antioch. *Homines, quando ipsis continuè negotium facessimus pro rebus nostris, languescunt, & tergiuersantur, & agere ferunt: deus autem prorsus in contrarium: non quando ipsum continne oramus pro rebus nostris, sed quando hoc non facimus, tunc maxime indignatur.* Quidam exponunt, oneravit æthera votis, id est, diis diuersis pro sua, exercitusque sui salute diuersa vouit. Melius est referre ad duplicatas preces. 36

- 25 Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis,
 DIVES EQVVM, DIVES PICTAI VESTIS, ET AVRI.
 Messapus primas acies, postrema coercent
 Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
 Vertitur, arma tenens, ET TOTO VERTICE SVpra EST:
 30 Ceu septem surgens, sedatis amnibus altus
 Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
 Cùm refluit campis, & iam se condidit alueo.
 Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem

Aaa * 2

Prospi-

- Prospiciunt Teucris, ac tenebras insurgere campis.
 35 Primus ab aduersa conclamat mole Caicus,
 Quis globus ô ciues caligine voluitur atra?
 Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros:
 Hostis adest: eia. ingenti clamore per omnes
 Condunt se Teucris portas, & moenia complent.
 40 Namq; ita discedens præceperat optimus armis
 Æneas, siqua interea fortuna fuisset,
 Ne struere auderent acies, neu credere campo:
 Castra modò, & tutos seruarent aggere muros.
 Ergo, etsi conferre manum pudor, ira q; monstrat:
 45 Obiiciunt portas tamen, & præcepta facessunt:
 Armatiq; cauis expectant turribus hostem.

CAMPIS EXERCITVS IBAT APERTIS) Intelligimus hunc exercitum primum in campos cõfusse ruisse, post digestum in ordines, vt sit sequentium fluminum congrua comparatio, quæ flumina dicit post camporum inundationem in alueos suos reuerti: nam hoc vult dicere. Vt de campis flumina in alueos redeunt: sic digesta in acies militum multitudo, quæ fuerat ante diffusa. Seruius. Exercitus, ait Veget. lib. 2. cap. 1. ex re ipsa, atque opere exercitij nomen accepit: vt enim nunquam liceret obliuisci, quod vocabatur. Varro, exercitus, quod exercitando fit melior. lib. 4. de ling. lat.

DIVES EQVVM PICTAI VESTIS ET AVR) Veteres poetæ, præsertimque Lucretius, sæpissimè soluebant diphthongum hanc, ai, positam pro, æ, quod solebat antiquitas. Cognosce quæ differit Eythæus super ea, in Indice, voce, pictai vestis. Martialis quidem hanc licetiam in poetis sæculi sui, sicut & obsoletorum verborum vsum, contemnit.

*Attonitumq; legis terrai, frugiferai,
 Attius & quidquid, Pacuniumq; vomunt.*

POSTREMA COERCENT) Coercere est ambire, continere, circumplecti. Exercitû Turni equis pulcherrimè ornatis, ipseque militibus picturatis, & auro intertextis vestibus conspicuis fuisse illustrè, ac diuitem autumat: pretiû enim, & multitudo cultus, inquit Donatus, in bello auget hosti terrorem. Veruntamen sumptuosissimus cultus Daricorum militum Alexandrum, & Macedonas minimè terruit. Proximi ibant (verba Curtij refero de libro 3.) quas Persæ immortales vocant, ad decem millia: cultus opulentia barbaræ non alios magis honestabat. Illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant, manicatasque tunicas, gemmis etiam adornatas. Exiguo interuallo, quos cognatos regis appellant, decem, & quinque millia hominum. Hæc verò turba muliebriter propemodum culta, luxu magis, quam decoris armis conspicua erat. Infra. Currum decem millia hastarum sequebantur: hastas argento adornatas, spicula auro præfixa gestabant. Nunc audiamus de Macedonibus, quam illi fuerint pretiosè instructi. Contrà, ait Curtius, si quis aciem Macedonum inueneretur, dispar acies erat, equis, virisque, nò auro, non discolori veste, sed ferro, atq; ære fulgentibus, agmen, & stare paratum, & sequi: nec turba, nec sarcinis prægrauæ. Similiter Persico exercitui suum instruxerat Antiochus Syriæ rex aduersus Romanos, quibus Annibal succedurû dixit, si vel avarissimi forent: ad luxum videlicet, non ad copias respiciens, & regem interrogantem

A in ambiguo ludens. Habuit tamen militum fortissimèrum manum Alexander, qui ab argenteis clypeis quos gestabant, dicti sunt ἀργυροπιδες. De his Iustinus lib. 12. post hæc Indiam perit, vt Oceano, vltimoq; oriente finiret imperium. Cui gloriæ, vt etiam exercitus ornamenta conuenirent, phaleras equorum, & arma militum argento inducit, exercitumque suum ab argenteis clypeis Argyraspidas appellauit. De iisdem lib. 14.

Hic coercent, id est, *εγγυρει*, claudunt agmen, vt loquuntur Liuius, & alij sæpissimè. Seruius explicat cogunt, colligunt.

MEDIO DVX AGMINE TVRNV) Aquila circa medium totius legionis locabatur, eadem parte Imperator, vt exemplû hoc ostendit, & ratio postulat. Ibi enim imperator vt sit oportet, vnde prospiciat, & mandet facillimè in omnes partes. Is autem locus medius est, sed paulum tamen ad finem magis admotus. Nam inter Principes, & Triarios, ante aquilas, stetisse censeo Imperatorem. Argumento, quod is eius situs in castris, ante Principia dico, & aquilas. Itaque & Sallustius de Catilina, ipse cum libertis propter aquilam adstetit. Cum libertis, quos fidos habebat, & ad sui custodiam: sicut Imperator Ablectos apud se, & quosdam Euocatos. Lipsius de Milit. Rom. lib. 4. dial. 4.

VERTITVR, ARMA TENENS) Libri quidam hunc versum non habent. Sunt qui de septimo hunc translatum opinentur.

SEDATIS AMNIBVS) Horatius quietam aquâ dixit.

Non rura qua Liris quæta

Mordet aqua taciturnus amnis.

Et Tibull. de Cydno *tacitis qui lenis et undis Carnæna placidis per vada serpit aquis.*

ALTVS PER TACITVM GANGES) Per profundâ altitudinè tacitus. Germani, *Stille Wasser seigern tief*. De Gange sic Plin. lib. 6. cap. 18. Hunc alij incertis fontibus, vt Nilum, rigantemq; vicina eodem modò, alij in Scythicis montibus nasci dixerunt. Influerè in eum 19. amnes. Ex iis nauigabiles præter iam dictos Conucham, Vamam, Erranoboam, Cosongam, Sonum, &c.

AVT PINGVI FLVMINE NILVS) Nilus arenoso, & silenti solo, & aquam inducit, & terram. Nam cum turbulentus fluat, omnem in siccis, atque humidis locis faciem relinquit: & quidquid pingue secum tulit, arenibus locis allinit, iuuatque agros duabus ex causis, & quod inundat, & quod oblimat. Ita quidquid non adit, sterile, ac squalidum iacer. Si crevit super debitum, nocuit. Mira æquè natura fluminis, quod cum cæteri amnes abluant terras, & euiscerent, Nilus tanto cæteris

teris maior, adeo nihil exedit, nec abradit, ut contrā ad-
ijciat vires, minimumque in eo sit, quod solum tempe-
ret. Illato enim limo, arenas saturat, ac vngit. Debetq;
illi Ægyptus non tantum fertilitatem terrarum, sed ip-
sas. Seneca Natural. lib. 4. cap. 4. Huc etiam conferas
quæ ex eodem philosopho protulimus Georg. 4. ibi
scilicet, *effuso stagnante flumine Nilum*. Item, *Et vi-*
ridem Ægyptum nigra facundat arena.

Cognitu digna, quæ de eodem nobilissimo flu-
uio prodidit Strabo lib. 1. τῶν κατ' αἴγυπτον τὸ γυναιμέ-
ταλον, καὶ πρὸς ἀδελφοτάτον, καὶ μάλιστα πάντων μνήμης ἄξιον,
καὶ ἰσοείας ὁ ποταμὸς ὡς δι' αὐτοῦ αἱ ἀναβάσεις αὐτοῦ, καὶ τὰ
εὐμέλια. Omnium quæ in Ægypto sunt rerum celeberrima,
maximeque admiratione, & memoratu digna est,
ac historia fluius ille, eiusq; exundatio, & ostia. Infra
rursum, Οἱ ποταμοὶ πρὸς τὴν αἴγυπτον, ὅδ' ἐν ποταμοῖς
ἰσότης πρὸς τὴν χάριν, ἢ τὴν τῷ νεῖλῳ φύσιν, διὰ τὸ τὸς ὀπ-
ηαίους μήτε καυότερα τῶν λεγόντων ἔχειν πρὸς ἀνδρες ἔχους,
μήτ' ὀπηαίους πρὸς τὴν παρ' αὐτοῖς. Qui ad Ægyptum
appellunt, nihil prius in ea regione considerant, quam
Nili naturam, quod Ægyptij neque quidquam magis
inauditum peregrinis, neque illustrius suarum aliquid
rerum habeant, quod narrent aduenis.

HIC SVBITAM NIGRO GLOM. P. NVB.) Ibat qui-
dem tacitis gressibus exercitus Turni: sed nihil procu-
raturum silentium profuit: prodidit quippe quamuis ta-
tos pulvis, & Troianis semper absente rege diligenti
cura sollicitis, quasi quidam nuntius aduentum insidi-
osi hostis indicauit. Donatus.

QVIS GLOBVS CALIG. VOLVITVR ATRA?)
Furius Antias. *Omnia noctescaunt tenebris caliginis atra.*
Quis, admirantis est, hoc est, quantus globus, non in-
terrogantis. Mutum, & comune signum ait esse Vege-
tius lib. 3. cap. 5. hostis aduentantis, quoties proficiscēte
turba exercitus, pulvis ad similitudinem nubis surgit,
hostiumque prodit aduentum. Et Liuius lib. 10. cum ex
transuerso pulvis velut ingentis agminis incessu motus
apparuit. Paulo post, post altior, densiorque pulvis e-
quitum speciem, cogentium agmen dabat., Lib. 30.
Densior deinde incessu tot hominum, equorumque o-
riens pulvis signum propinquantium hostium fuit.
Cæsar de bello Gall. lib. 4. li qui pro portis castrorum
in statione erāt, Cæsari rem renuntiant, puluerem ma-
iorē, quàm consuetudo ferret, in ea parte videri, quàm
in partem legio iter fecisset, &c.

FERTS CITI FER. DATE TEL. SCAND. MVR.) Fa-
rendum est, aliquid contra numerorum legem hunc
poetam non raro sibi permisisse, non temere, sed vbi

A præsertim duriore aliqua licentia, & minus vilitata vten-
dum erat, ut in hoc versu, in quo videmus non leui de
caussa copulam, Et prætermittam, cum qua alioqui mē-
suræ legitimæ rationem magis habuisset. Siquidem tam
bello conuenire huic versui illa trium membrorum
dissolutio videtur, atque ita nobis velut ob oculos festi-
nantiam loquentis ponere, festinantiam inquam cum
trepidatione coniunctam (& vero sæpe hæc duo iisdem
simul inesse cernimus: vnde etiam vno pro altero, ni-
mirum trepidare pro festinare, sæpe dicitur) ut cum
maiore etiam versus incommodo (id est, etiam si nul-
lum ex appositione subsidium versui fuisset) particu-
lam illam omittitur fuisse videatur. Denique si ab hac
lectione discendum esset, non *scandite*, sed, *ascen-*
dite legere oporteret. Hen. Steph. de delect. lect. Virg.
HOSTIS ADEST: EIA INGENT.) Distinguendum,
ut Eia militum propetantium sit clamor.

MOENIA COMPLENT) Sic & Cæsar de bello Gall.
Portas claudere, murum complere cœperunt.

NAMQVE ITA DISCED. PRÆCEP. OPT. ARMIS
ÆN.) Excusatio Trojanorum, ne portas timore clausis-
se viderentur. Seruius.

Mandatum notat militibus à discedente optimo
imperatore datum, ut inferius paulò. *Quos bonus Æ-*
neas, si quando aduersa vocarent, Rectores iuueni, &c. Imi-
tatione, credo, illius Odyss. β. de Mentore, cui Troiam
proficiscens Vlysses, rem Ithacensem, & domesticam
omnem commendauerat:

Καὶ οἱ ἰὼν ἐν νηυσὶν ἐπ' ἑστῶν ἔκον ἀπαστα,

Πείθεσθαι δὲ γέροντι, καὶ ἑμπεδα πάντα φυλάσσειν.

Ut autem *optimus armis* ita Homer. Odyss. δ. καὶ ἑγχέσθαι
ἔναι ἀείων German.

SI QVA INTEREA FORT. FVISSET) Si quis casus
bellicus interuenisset. Fortuna est τῶν μίσων, hic aduer-
sam denotat.

Æneas abfuturus, qui tractare nosset incerta bel-
lorum, tale suis mandatum dederat, ut si aliqua emer-
sisset certandi necessitas, nō auderent struere aciem, nō
auderent se campo committere: sed solum aggerem,
& castra tuerentur, quæ securitatem illis plenam præ-
stare potuissent, magnam interea existimans esse victo-
riam, si suos remanens incolumes inueniret. Donatus

PVDOR, IRAQVE MONSTRAT) Et pudor, & ira
hortabantur, ac sollicitabant ad egressum, & eruptio-
nem: sed reuerentia ducis intus retinebat.

PRÆCEPTA FACESSVNT) Lib. 4. *Imperio latipa-*
rent, ac inissa facessunt. Ennius. 1. *Annali, latrones dicta*
facessunt. Afranius, *Multa, atq; molesta, potin, ut dicta*
facessas?

Turnus, ut antevolans tardum præcesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
50 Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecum, ô iuvenes, qui primus in hostem?
En ait, & iaculum intorquens emittit in auras
Principium pugnae, & campo sese arduus infert.
Clamorem excipiunt socij, fremituq; sequuntur
55 Horrifono: Teucrûm mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere. huc turbidus, atq; huc
Lustrat equo muros, aditumq; per auiam quærit.

Aaa* 3

Acve

- Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
 60 Cùm fremit ad caulas, ventos perpeffus, & imbres
 Nocte super media: tuti sub matribus agni
 Balatum exercent: ille asper, & improbus ira
 Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
 Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces:
 65 Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti
 IGNE SCVNT IRÆ, ET DVRIS DOLOR OSSIBVS ARDET:
 Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos
 Excutiat Teucros vallo, atq; effundat in æquor.

TARDVM AGMEN) peditum, qui sunt equitibus A emitteret, eo modo bellum indictum, & armis vti lice-
 tardiores. re arbitrati. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 3.

VRBI) Troiæ, quam fecerat Æneas castrorum in
 morem. Vide lib. 7.

VIGINTI LECTIS EQVITVM COMITATVS) Seu pa-
 te, seu bello, semper stipatum, & comitatum decet
 esse Principem: & quidem lectissimis comitibus, ac sti-
 patoribus, qui & corporum habitu ornamento eidem,
 & virtute animi præsidio sunt, si res postulauerit. §

MACVLIS ALBIS EQVVS THRACIVS) Magni fa-
 cit equos Thracios Maro, & albo sparfos. Talem de-
 dit etiam puero Priamo, Politæ filio, Priami regis ne-
 poti, lib. 5.

———— quem Thracius albis

Portat equus bicolor maculis: vestigia primi

Alba pedis, frontemq; ostentans ardens albam.

CRISTAQVE TEG. GAL. AVREA RVBRA) Exar-
 morum elegancia, & splendore nescitur dux in exerci-
 tu. Lib. 12. & rubra cornua crista: vbi eundem Turnum
 sese armantem inducit. De cristis alibi ex Lipsio scrip-
 tum à nobis.

IACVLVM INTORQ. PRINCIPIVM PVG.) Fecialis
 vbi bellum verbis conceptis indixisset, hastam in fines
 hostium emittebat, vt traditum etiam à Liuiolib. 1. in
 Anco Martio. Ad quem morem probabile est respexisse
 Virgilium: id quod etiam Seruius putat: neque apud
 Græcos aliter positum in more fuisse meminisse me vn-
 quam legere, nisi quod pro hasta, facem igniferā iacu-
 labantur. Vnde Euripid. in Phœnissis.

Εἴ τοι δ' ἀπὸ τοῦ πυρός, σῆμα πορτο

Μάχης.

Pugna cruenta symbolum postquam fuit

Emissa fax.

Titius lib. 4. cap. 13.

Romani quum vellent bellum indicare, Pater-
 patratus, id est, princeps Fecialiū proficiscebatur ad ho-
 stium fines, & præfatus quædam sollemnia verba, clara
 voce dicebat, se bellum indicare, propter certas caus-
 sas, aut quia socios læserant, aut quia nec abrepta ani-
 malia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc clarigatio di-
 cebatur, à claritate vocis: postquam clarigationem ha-
 sta in eorum fines missa, indicabatur iam pugna prin-
 cipium. Seruius.

Refert Diodor. Siculus, & post eum Iustinus lib.
 11. Alexand. Mag. cùm in Asiam trajiceret, primum
 Macedonicam è naui hastam iaculatum, littori Asiæ
 eam infixisse, ac statim exiluisse de naui, visum quodam-
 modo ope deorum captiuam terram occupare. Græcis
 verò in vsu fuit, vt Fecialis post res repetitas, si ad con-
 stitutum diem non darentur, arietem in hostium agros

A emitteret, eo modo bellum indictum, & armis vti lice-
 re arbitrati. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 3.

CLAMORE EXCIP. SOCII) Hastæ iactum clamore,
 & vociferatione comitantur. Lætis clamoribus suū
 erga ducem studium, & spem in eo repositam declarant.

INERTIA CORDA) Non reuera inertia, sed sicut
 ipsis videbatur.

NON EQVO DARE SE CAMPO) sequentibus ex-
 plicatur: non facere eos potestatem sui, campo aperto:
 sed vt mulieres latitare intra septa.

ADITVM PER AVIA QVÆRIT) etiam per avia.
 Sanè exprimitur Turni violentia, nam viam per avia
 B nullus requirit. Hactenus Seruius.

AC VELVTI PLENO LVP. INSIDIAT. OVILI)
 Comparatio insignis, & plena enargiæ, ad declarandā
 Turni impotentiam. Est autem natura lupi his versibus
 depicta scitissimè.

FREMIT AD CAULAS) Caulæ à cauo dictæ sunt,
 inquit Festus. Antiquitus enim ante vsum tectorum o-
 ues in antris claudabantur. Lucret. lib. 2. quod & ante
 monui per *caulas corporis*, significat partes cauas, &
 inanes corporis vulgò meatus, seu poros. *Dispergunt*
animas per caulas corporis omnes.

NOCTE SVPER MEDIA) vltra mediam noctem.

SÆVIT IN ABSENTES) Sumptum ex Varro de

C canc.

Si veteris potuit cerva comprehendere lustra,
Sævit in absentem, & circum vestigia lustrans
Æthera per nitidum tennes sectatur odores.

COLLECTA EX LONGO EDEN. RABIES) Longa
 cibi abstinentia, creat edendi rabiem, id est, rabiolam
 quandam cibi appetentiam. Pro maxima fame dixit e-
 leganter *edendi rabia*: de hominibus alibi, *edendi a-*
mor. Lib. 2. de lupis esurientibus *quos improba ventris*
Exegit cacos rabies. §

SICCÆ SANG. FAVCES) Superiore lib. de Caco.
Eliso oculos, & siccam sanguine guttur. De catulis lu-
 porum lib. 2. *catulig, relictis faucibus expectant siccis*

HAUD ALITER RVTVLO) Ἀῖδοις. Turnus est
 lupus, Troiani inclusi mœnibus, sunt oves in caula.

IGNE SCVNT IRÆ) ira enim quidam ignis. Vnde
 ardere ira, inflammari, incendi, &c. Pythagoras in Sym-
 bolis, dum vetat ignem fodi gladio, prohibet iratum la-
 cessere. Animus enim ira succensus, ac tumidus, bonis
 potius, ac mollibus, quàm duris, & malis verbis, tractā-
 dus, & sanandus est. Mollis enim responsio, frangit
 itam. §

EFFVNDAT IN EQVOR) Cogat æquo campo se
 committere, in campum descendere.

Classen

- Classẽm, quæ lateri castrorum adiuncta latebat
 70 Aggeribus septam circum, & fluuialibus vndis
 Inuadit: sociosq; incendia poscit ouantes:
 Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.
 Tum verò incumbunt: VRGET PRÆSENTIA TVRNI,
 Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.
 75 Diripere focos: piceum fert fumida lumen
 Tæda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.
 Quis Deus, ô Musæ, tam sæua incendia Teucris
 Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
 Dicite. PRISCA FIDES FACTO, SED FAMA PERENNIS.
 80 Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
 Æneas classẽm, & pelagi petere alta parabat:
 Ipsa Deũ fertur genitrix Berecynthia magnum
 Vocibus his affata Iouem: Da nate petenti,
 Quod tua chara parens domito te poscit olympto.
 85 Pineæ sylua mihi multos dilecta per annos,
 Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant,
 Nigranti picea, trabibusq; obscurus acernis:
 Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,
 Lætæ dedi: nunc sollicitam timor anxius vrget.
 90 Solue metus, atq; hoc precibus sine posse parentem,
 Ne cursu quassatæ vllò, neu turbine venti
 Vincantur: pro sit nostris in montibus ortas.

CLASSEM QUÆ LATERI) Non potuit fecisse, A quod fuerat primum. Conuerſit se ad aliud, ne in totum nihil profecisse videretur. Occasionem quippe lædendi, atque nocendi ut cunq; nauium vicinitas fecit, namq; adhærebant castris. Ex alia verò parte tutas reddebant circumfusi aggeres, & vnda fluuialis: sic tamen eas aggressus est, poscens incendia, quo facilius interirent. Donatus.

SOCIOSQUE INCENDIA POSCIT OVANT.) Hortatur suos ad ignes manib⁹ iniectandos, & exemplo mox præit, ut eos audaciores reddat. Rapit igitur facem prior, quàm in naues torquat, cùm neque muros, neque aggerem labefactare possit.

VRGET PRÆSENTIA TVRNI) Nihil verius, nihil secundum moralitatem dici expressius potuit. Hoc solum ad implendos effectus sufficit, ut præsens sit, qui iubere potuerat: quin potius plus valet præsentia, quàm iussio. Si enim iubeas, & recedas, potest iussio negligi: præsens verò etiam cùm nihil iubet, tacita præsentia videtur vtgere. Vnusquisque enim præsentiæ necessitate magis, magisq; compellitur facere, quod aduerterit esse faciendum. Donatus. * Potest in proverbialibus numerari hoc, Vrget præsentia Turni, cum Golemus scilicet indicare, quod alio quodammodo, & noto adagione dicitur, oculus domini pingue facit equum. Occurrit etiam memoria illud Plauti Amphit.

Nam ubi summus Imperator non adest ad exercitum, Citius quod non factum est usus, sit, quàm quod factum est opus

ATQUE OMNIS FACIBVS PVBES ACCING.) Ouid. 14. Metamorph. eandem tractans fabulam de seruatis, & mutatis in nymphas Æneæ nauibus.

— fert ecce anidas in pinea Turnus

Tecta facit: ignesq; timor, quibus vnda peperit.

Jamq; piceam, & ceras, alimenta q; caetera flamma

Mulciber urebat, perq; altum ad carbasa malum Ibat, & incurua fumabant transra carina.

Cum memor has pinus Ideo vertice casus

Sancta deũ genitrix, tinnitibus aethera pulsi

Æris, & inflati complent murmuræ buxi.

Perq; leues domitis inuicta leonibus auras,

Irrita sacrilega iactas incendia dextra

Turne, ait. eripiam: nec me patiente cremabit

Ignis edax nemorum partes, & membra meorum.

Intonnit dicente dea: tonitrumq; secuti

Cam saliente graues ceciderunt grandine nimbi.

Ætæaq; & tumidum subito concursibus aquor

Astræ turbant, & eunt in prælia fratres. &c.

QUIS DEVS, O MUSÆ) Dicite ô Musæ, quis de-

us à Teucrorum nauibus tam sæua auertit incendia? tantos ignes quis depulit? Manifestum est, naues fuisse arsuras, ut fugæ subsidium Troiani non haberent. Huius facti antiqua est fides, & posset vitio vetustatis intercepti, nisi illud fama propter admirationem posteris tradidisset. Huius igitur auctorem vult poeta libris suis inferere, & ut maiori fide confisteret, vult videri Musis suggerentibus posuisse veritatem. Donatus.

Renouatur inuocatio, quod colloquia, & facta deorum nisi Musis edicentibus, aut suggerentibus sciri haud poterant. Ergo valet hîc Horatianum illud, *Nec deus interfit, nisi dignus vindice nodus Inciderit.*

PRISCA FIDES FACTO, SED FAM. PERENN.) Hoc factum quamuis priscum sit, tamen fama eius non est oblitterata. Vim vocis huius, *perenne*, tradidit perbene Achilles Staius Comment. Catulliano in illũ versum, *Plus uno maneat perenne saclo*: Metaphora nota, inquit, non ut torrens aliquis, qui cum imbre creuerit, fertur, idem mox deficit: sed ut maiora flumina sempiterno

terno cursu ferantur, sic etiam hoc opus duret in omniszui memoriam. Græci *perenne* sic *ἀίωνα* dicunt, ut in Antipatri carmine lib. I. Anthol. *Πάρος ἀνάνυ ἱγυλίδας σελίδων*. Sic Horat. *Exegi monumentū are perennium*. Virgilius famā perpetuā, & constantem intelligit.

TEMPORE QVO PRIMVM) Tempus, & locum, & personas, & rem posuit, quibus maximam relationis fidem fecit. Tunc enim verum ostenditur factum, quū dicitur, quando extiterit, & ubi, & quibus annitentib⁹. Donat. * *Nihilominus figmentum est, tamen si tempus, locus, persona, res ponatur. Sed hoc ex arte: fabula enim etiam verisimiliter narrari debent, ut res vera magis, quam conficta videantur. Quamquam nonnulla, qua verisimilitudini parvam speciem habent, solent nonnunquam ad delectandum lectorem interferri, ut hoc ipsum de mutatione manium in nymphas per deam Berecynthiam, facultate à Iove concessa. Tamen si inde fit verisimile, quia Iupiter omnipotens. Sed satis de nugis.*

PHRYGIA FORMAB. IN IDA) *Formabat*, id est, formare cogitabat, ait Seruius: sed nihil opus hac explicatione. Naues autem apud Antandrum fabricatæ, sunt, cui vicinus mons Ida, vnde cæsæ arbores.

PELAGI ALTA) Hellenismus, ut auersa, ardua montis, truculenta pelagi, apud Catull. & Virgil.

BERECYNTHIA) Mater deūm, à monte Phrygio Berecyntho, cuius vltima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem Deli *Cynthus* dicimus.

DOMITO TE POSCIT OLYMPO) Videtur dicere, præsta ei, cuius beneficio seruatus, ad olympi regna venisti. Saturnus enim, quum omnes consumeret filios, Iouem solum esse non potuit, celatum matris auxilio. Domito ergo olympo, in tuas scilicet leges, per beneficium meum, mundo redacto. Seruius.

PINEA SYLVA MIHI) In Ida monte, ubi sanctissimè colebatur mater deūm, pinus abundabat, & ei penitus sibi lucus sacer erat. Claud. lib. I. de Raptu *densis quam pinus obumbrat frondibus, & nullo lucos agitante procella*. Ac pinus erat Cybelæ sacra, quod, ut ait Ouid. lib. 10. Metamorph. *Cybeleius Attis Exiit hac hominem, truncoq; induruit illo*. Sed & Arnob. scribit lib. 5. pinus illa sollempniter, quæ in matris infertur sanctum deæ, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis virū demessis genitalibus abstulit? Iterum. Quid enim sibi vult illa pinus, quàm semper statis diebus in deūm matris intermittitis sanctuario? Turneb. lib. II. cap. 22.

LVCVS IN ARCE SYMMA) in cacumine montis Idæ, cui Gargara nomen.

HAS EGO DARDANIO) Liberat suspitione impietatis Æneam, ne Matre deūm inuita, eius lucum succidisse putetur.

LÆTA DEDI) Ad accipientis meritum pertinet, ut beneficium digno videretur præstitisse. Multis enim inuitis extorquetur, & præstatur indignis. Donatus.

SOLVE METVS) Deme eripe mihi metum, libera me isto metu. Alio sensu Æneas dixit Achatī. *Æneid Solue metus, feret hac aliquam tibi fama salutem*. Ibi enim est, *pone metum*. Plenius Dido, *Soluite corde metum Teucri*.

PROSIT NOST. IN MONT. ORTAS) Debent esse maioris meriti, quàm quæ sacris in lucis non sunt ortæ. Prosit illis, fuisse mihi sacras, ortas in luco meo. Donatus.

- Filius huic contrà, torquet qui sidera mundi,
O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?
95 Mortaline manu factæ, immortale carinæ
Fas habeant? certusq; incerta pericula lustret
Æneas? cui tanta deo permissa potestas?
Immò vbi defunctæ finem portusq; tenebunt
Ausonios, olim quæcunq; euaserit vndis,
100 Dardaniumq; ducem Laurentia vexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magniq; iubebo
Æquoris esse deas: qualis Nereia Doto,
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idq; ratum stygij per flumina fratris,
105 Perpicet torrentes, atraq; voragine ripas
ANNVIT, ET TOTVM NVTV TREMEFECIT OLYMPVM.

FILIVS HYIC CONTRA) Filius non est assensus ei, D quæ studio magis, quàm ratione ducebatur. Reddenda tamen ei ratio fuit, cur non posset impetrare, ne læsa discederet: & mereri tamen aliquid debuit, quod legibus daris non irrogaret iniuriam. Donatus.

TORQVET QVI SIDERA MVNDI) cuius nutu cælum cum sideribus voluitur, & circumagitur. Seruius tamen exponit, regit, sustinet: ut etiam 4. Æneid. *cælum, ac terras qui numine torquet*. Sic ibid. de Atlante, *Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum. torquet*, id est, sustinet.

MORTALINE MANV FACTÆ) Non possunt æterna esse, quæ ab hominibus facta sunt. Horat. *Debemur morti nos, nostraq;*. Nam sicut animi facta sunt immortalia, ita corporis pereunt. Seruius.

CERTVSQVE IN CERTA PERIC. LVSTRAT) Hoc dicit, casibus licentiam hæc petitio vult adimere: nam Æneas forte qua homo est, navigationis debet timere periculum, quod perit, si eius nauibus æternitas datur. Seruius.

CVI TANTA DEO PERMISSA POTESTAS?) Quasi dicat, ne regi quidem deorum, concedendi potestas inquam.

IMMO VBI DEFVNCTÆ) Liberatæ, ut, *O tandem magnis pelagi defuncte periculis*. Navigationis periculis, & laboribus perfunctæ. * *De verbo defunctus, ex Budao videas licet quæ transiitulum in illum versum lib. 6. O tandem magnis pelagi, &c.*

PORTVSQVE TENEBVNT) Nautico vsus est verbo, quum de nauibus diceret.

QUÆCUNQUE EVASERIT) ostendit aliquas esse perituras. *Prænam que Lycios, &c. lib. 1.*

MORTALEM BRIP. FORMAM) Plus promittit, quā materia fuisse postulare, ut deæ pelagi fierent, & cæteris æquarentur.

SECANT SPVMANT. PECT. PONTVM) Tibulle eleg. 4. lib. 1. *Hic placidam nixeo pectore pellit aquam.*

IDQUE RATVM STYGI PER FLVM.) Quoniam rem arduam promiserat, futurum effectum iurando firmavit. Iuravit ergo firmum fore quod dixit, & iuravit per Stygem, cuius tanta potestas est, ut etiam ipsis diis credatur esse venerationi. *Vt lib. 6.*

Cocytis stagna alta vides, Stygiamq; paludem,

Dij cuius iurare timent, & fallere numen. Donat. B

Nec ignoro, ait Minutius in Octavio, plerosque cōscientia meritorum nihil se esse post mortem magis optare, quā credere: malunt enim extingui penitus, quā ad supplicia reparari. Quorum error augetur, & in sæculo libertate remissa, & dei patientia maxima, cuius quanto iudicium tardum, tanto magis iustum est. Et tamen admonentur hominū doctissimorum libris, illius ignei fluminis, & de Stygia palude sæpius ambientis ardoris, quæ cruciatibus terrenis præparata, & demonum indicii, & de oraculis prophetarū cognita tradiderunt. Et ideo apud eos etiam ipse vel Iupiter per torrentes ripas, & atram voraginem iurat religiosè: destinata enim sibi cum suis cultoribus pœnam præsci-
us horrescit: nec tormentis aut modus ullus, aut terminus. Illic sapiens ignis membra vrit, & reficit, carpit, &

A nutrit, sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec absumunt.

ANNVIT, ET TOTVM NVTV) Ineptum faciunt Phidiam garruli Græci. Etenim dixisse, se Iovem olympiū quum fingeret, ex tribus Homeri versibus maiestatem collegisse: quippe de superciliis, & crinibus. 1. Iliad,

ἦ, καὶ κινάροισιν ἐπ' ὀφρύσι νῦσα κροῖον.

Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χεῖται ἐπερρώσαντο ἀνὰ κροῖον.

Κροῖος δ' ἀπ' ἀθανάτοιο μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὀλυμπον.

Sanè aut ludunt Phidiam, aut eos ludit Phidias. Etiam sine Homero putò illum scisse Iovem non carere superciliis, & cælarie. Fortasse verò etiam ridicula nobis illa facies esset, si extaret. Itaque Virgilius quum parum tutam in hisce minutulis rebus sui carminis crederet esse maiestatem, dixit simplicissimè, *Annuvit, & totum nutu, &c.* Poterat enim non sine periculo grandiloquentiæ, ponere crinium defluxionem. Scalig. Poet. lib. 5. cap. 3.

Arnob. lib. 4. Ergone ille poli rector, pater deorum, & hominum, supercilio, & nutu totum, & morās, & tremefaciens cælum, ex viro cōcretus, & sæmina est? Repetitur autem hic versus lib. 10. Statius Thebaid. lib. 7. de Ioue irato,

Concussitq; caput motu, quo celsa laborant

Sidera, proclamatq; adici cernicibus Atlas.

Ouid. 1. Metam.

Terrificam capitis concussit terq; quaterq;

Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera movit.

Horatius de eodem, *cuncta supercilio mouentis.*

Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ

Debita complerant: cū Turni iniuria matrem

Admonuit, sacris ratibus depellere tædas.

110 Hic primū noua lux oculis effulsit, & ingens

Visus ab Aurora cælum transcurrere nimbus,

Idæiq; chori: tum vox horrenda per auras

Excidit, & Troūm, Rutulorumq; agmina complet:

Ne trepidate meas Teucride defendere naues,

115 Nēue armate manus: maria antè exurere Turno,

Quā sacras dabitur pinus. vos ite solutæ,

Ite Deæ pelagi. Genitrix iubet, & sua quæq;

Continuò puppes abrumpunt vincula ripis,

Delphinumq; modo demersis æquora rostris,

120 Ima petunt. hinc virgineæ (mirabile monstrum)

Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur,

Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.

ERGO ADERAT PROMISSA DIES) Retulit, quod olim gestum videretur, redit ad causam, & præsentis temporis necessitatem. Venerat, inquit, dies promissi, & dispositionem suam fata compleuerat: hoc est, & nauigiorum munus expletum fuerat, & Æneas in Italia erat: restabat, ut naues deposita forma mortali verterentur in deas. Donat.

CVM TURNI INIVR. MAT. ADMON. SACRIS RATIB. DEPELL. TÆDAS) In obliuionem venerat deū matri: sed interuenit iniuria, quæ illam commonefaceret, ut à sacris ratibus, hoc est, quæ ex sacris arboribus ædificatæ fuerant, incendia, & faces arceret, Donatus.

NOVALVX) Id est, nimbus deorum, quod statim dicit.

IDÆIQVE CHORI) Idæi Dactyli cum cymbalis suis.

NE TREPIDATE) Trepidare, est aliquid cum metu accelerare potius, quam festinare. Additur enim *mox nēue armate manus.* Ac si dicat, non est, quod trepidi concurratis ad seruandam classē. * *Seruius tamen simpliciter, ne festinetis exponit. Et Nonius, trepidare, festinare: profert hunc poeta locum. Item illum è 4. Georg. Tum trepidæ inter se coeunt, pennisque coruscant. Dixit etiam Sallustius alicubi, trepidare negotium, trepidare ad arcem. Et Lucanus, trepidam carinam, id est, celerem, Seruius interprete. Apud Vegetium lib. 2. cap. 23. pro, insurgere tripudiantes in clypeum, Urbesq; obsidere, manu scripti codices habent, insurgere trepidantes, &c. obseruatum à Stenochio. Adde Æneid. 4. Dum trepidant alæ, saltusque indagine*

B b b *

cingunt.

cingunt. *Phitrepidant non aliter licet exponere, nisi festinant. Trepidum nuntium erit festinus nuntius.*

MARIA ANTE EXVRERE) Non est huic diuersum quod habet Propert. lib. 2. eleg. 32.

*Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,
Atq; mortali deligere astra manu.*

GENITRIX IVBET) Absolutè genitrix, propter præstantiam genitorum, quia deos genuit. Cur non etiam Christiani, & quidem longè verius virginem, ac patronam suam, Dei matrem, sine vlllo adiuncto GENITRICEM vocent? Potest etiam verissimè dici, MAGNA MATER, & si quid eiusmodi est, quod dignitatem partus, seu felicitatem notet.

PVPP. ABRVMP. VINCVLA RIP.) Ennius 2. Annali,

A de equo generoso, *Vincta suis animis abruptis.* Horat. Ode 7. lib. 4. *Nec Lethæa valet Theseus abruptare chara Vincula Pirithoo.*

ÆRATÆ PRORÆ) Rostratæ naues, quas Græci χαλκίμβολους, & χαλκήρεσ vocat, unde dictæ sunt, nemo est vel mediocriter litteris imbutus, qui ignoret earum autem nauium rostra quia ex ære fiebant, æratæ etiam nominabantur. Cæsar 2. de bello ciuili. Interim L. Nasidius ab Cn. Pompeio cum classe nauium sedet, in quibus paucæ erant æratæ. Brod. lib. 4. cap. 13. Adde. Et in 1. Æneid. æs simpliciter pro æratis rostris posuit Virgil. *& spumas salis ærenabant,* id est, mare rostris nauibus quæ ærata erant, secabant.

Obstupere animis Rutuli. conterritus ipse

Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis

125 Raucà sonans, reuocatq; pedem Tiberinus ab alto.

AT NON AVDACI CESSIT FIDVCIA TVRNO:

Vltro animos tollit dictis, atq; increpat vltro.

Troianos hæc monstra petunt: his Iupiter ipse

Auxilium solitum eripuit, non tela, nec ignes

130 Exspectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris,

Nec spes vlla fugæ: rerum pars altera adempta est:

Terra autem in manibus nostris: tot millia gentes

Arma ferunt Italæ. nil me fatalia terrent,

Si qua Phryges præ se iactant responsa deorum.

135 Sat fatis, Veneriq; datum est, tetigere quod arua

Fertilis Ausoniae Troës: sunt & mea contra

Fata mihi, ferro sceleratam exscindere gentem,

Coniuge prærepta: NEC SOLOS TANGIT ATRIDAS

ISTE DOLOR, solisq; licet capere arma Mycenis.

OBSTUPERE ANIMIS RUTVLI) *obstupe-* B *re* non ad permutationem nauium pertinet tantummodò, sed ad omnia quæ visâ fuerant, vel audita. Donatus.

CON TERRIT. IPSE TVRB. MESS. EQ.) Ipse Messapus, qui esset constans inter suos, & fiducia virtutis intrepidus, terrefactus est, ipsi etiam equi turbati. Qualem terrorem putamus fuisse, quando maiestatis potentiam muta quoque animalia sensere? Donatus

CVNCTATUR ET AMNIS, RAUCA SONANS) Tiberis, pro quo mox ipsum deum nominat, Tiberinum inquam. Sic lib. 8. sensum dedit Euphrati. *Euphrates ibat iam mollior undis.* Vndis, & nemori principio eiusdem libri: *Miratur nemus infuetum, &c.*

REVOCATQVE PEDEM TIBERINVS) Pedem flumini tribuit, vt Lucr. lib. 5. *inde super terras fluit agmine dulci Quà via secta semel liquido pede detulit undas.* quos versus ad verbum iterat lib. 6. Sic Horat. Ode 16. Epod. *montibus altis Lenis crepante lympa desiluit pede.* Virgil. Culice. *Castaliaque sonans liquido pede labitur unda.* Lamb. in Horat.

AT NON AVD. CESS. FIDVCIA TVR.) Omnes facti nouitate occupauerat stupor, homines, equos, & flumē cum ipso deo suo: audacia tantum Turni immobilis mansit. Temerarij enim nō mouentur ex accidentibus, nec succedentibus malis aliquando franguntur. Sic pereunt, manifesta, & grauius pericula pro dubiis, & leuibus estimantes. Donat.

ANIMOS TOLLIT DICTIS) magnanimitatem suam comprobat dictis. Tale illud è contrario, *Turbatumq; oculis.*

ATQVE INCREPAT VLTRO) Increpat, & increpat paria sūt, & est aut incusare, aut insultare. Georg. 4. *Æstatè increpitans seram.* Et lib. 10. *Hostis amare, quid intrepitas, mortemq; minaris?* Et lib. 9. *quem Turnus pariter cursu, teloq; secutus Increpat his victor.* Cic. in Hortensio, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas. Item, *Increpare sonare.* Virgil. lib. 8. *iterum, asque iterum fragor increpat ingens.* Et lib. 9. *At tuba terribilem sonitum procul ere canoro Increpuit.* Hæc Nonius

TRIOANOS HÆC MONSTRA PETVNT) Non mihi, sed Troianis malum prænuntiat hoc portentum mutatarum nauium. Monstrū dictum volunt, quod monstrer futurum, & moneat voluntatem deorum. Virgil. 3. Æneid. *Delectos populi ad proceres, primumq; parentem. Monstra deum refero.* * Occurrit Philippus Macedo, qui similiter quod aduersum se videbatur, contra hostes salere in re portentosa dixit. Cum enim crinita stella apparuisset, & eo tempore bellum haberes, soleantq; cometa pro nuntio haberi regum interitum: non, inquit, ad me hoc prodigium, sed ad regem Persarum, qui capillatus est, pertinet.

AVXILIVM SOLITVM ERIP.) Non quod solitus esset ipsis præstare, sed quo Troiani hætenus vtī in fuga cōfuescent. Vltro Iupiter præstitit, inquit, quod efficere cupiebamus, vt ignavis istis deesset fugiendi opportunitas. Quare arreptas faces deponite. Diis iuuantibus factum est, quod per nos impleri non potuisset. Donat.

No

NON TELA, NEC IGNESEXPECT. RVIVL.) Non expectant Troiani, ut telis Rutulorum, aut ignibus pereant, qui iam navium amissione perierunt. Servius

ERGO MARIA INVIA TVVERIS) Ostendit Troianis pereundum: quia mari fugere non possunt amplius: terra cinguntur hostibus. Et ut veniant auxilia cum Ænea è Tuscis, nihil valebant contra gentes tam multas, quæ ductum, & arma mea sequuntur. ✽

NEC SPES VLLA FVGÆ) subsidium fuge.

RERVM PARS ALT. ADEMTA) facultas navigandi, siue mare. Mundum hunc infimum diuidit in duas partes, terram, & mare. Sic cum dicitur. 1. Æneid. *Romanorum dominos*, nomine rerum non nisi terram, & maria intelligenda sunt: æris enim, & cæli domini Romani utiq; non fuerunt, cum tamen mundum dicantur obtinuisse, siue vniuersum orbem, in quo nomine etiam mare includitur. ✽

TERRA AVT. IN MAN. NOSTRIS) In nostra est potestate, nobis patet, & patet.

SI QVA PHRYG. PRÆ SA) Quasi confingerent ista responsa Troiani.

SAT FATIS VENERIQVE DAT. TETIG. QVOD) Ut vera sunt responsa, hæcenus vera sunt, quod Italiam tetigerunt. Satis factum est satis Troianorum.

SVNT ET MEA CONTRA FATA MIHI) Falsum est, sed quis eum redarguat? Ex quia scit falsum esse quod dixit, argumentis probare dicta contendit, dicens, esse

A sceleratam gentem, ob raptam sibi coniugem: in quo facto vititur Græcorum exemplo, qui raptam Helenam gentem deleuere Troianam. Hæcenus Servius.

CONIVGE PRÆERTA) sponsam duntaxat inuidiosè coniugem vocat, ut Æneam faciat adulterum. Iuno lib. 10. de eadem re, *gremio abducere patas*.

NEC SOLO STANG. ATRID. ISTE DOL.) Ad proverbum alludit, *Non soli Atreida amant uxores*, quod quidem manauit ex Homeri Iliad. 1.

ἢ μῦνοι φίλους ἀλόχων μετὰ τὴν ἀνδρῶπων

Ἀτρεΐδης;

Num solis hominum Atreidis affectus, amorq;

Uxorum est?

Vfus eius erit, cum significare volumus, suam cuiq; dolere iniuriam, contumeliam, aut damnum, nec oportere quemquam impunè lædi. Chiliad.

Tangere etiam significat lædere, eodemque modo græcum, *ἀνίσταμαι*, pro quo etiam *ἀνίσταμαι* aliquando dicunt. Sic accipiendum illud Terentij Eunuch. *Quo pacto tetigerim Rhodium in conuiuio*. Alium quoque elegantem huius vocis vsum ostendit Victor lib. 9. cap. 19. Licet etiam exponas afficit, commouet. lib. 12. *Miserite si qua parentis Tangere cura potest*. Lucret. lib. 1. *Nec bene præmeritis capimur, nec tangimur ira*.

SOLISQVE LICET CAPERE ARMA MYCENIS) licet & nobis, pro vxoribus nostris contra raptos belum gerere, ut Græci in gratiam Menelai contra Troianos propter Helenam raptam gesserunt.

- 140 Sed periisse semel satis est. peccare fuisset
Ante satis, penitus modò non genus omne perosos
Famineum: quibus hæc medijs fiducia valli,
Fossarumq; moræ, lethi discrimina parua,
Dant animos. an non viderunt mœnia Troiæ,
145 Neptuni fabricata manu confidere in ignes?
Sed vos ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus omnes
150 Etrusci focios: tenebras, & inertia furta
Palladij, cæsis summæ custodibus arcis
Netimeant: NEC EQVI CÆCA CONDEMVR IN ALVO:
Luce palàm certum est igni circundare muros.
HAVD SIBI CVM DANAIS REM, FAXO, ET PVBE PELASGA
155 ESSE PVTENT, decimum quos distulit Hector in annum.
Nunc adeò, melior quoniam pars acta dici,
Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.

SED PERIISSE SEMEL) Propter Helenam raptam Menelao, semel perierunt bello Iliaco. Pereant iterum, qui iterum peccauerunt peccatum simile, & mihi Latiniam rapuerunt: vsque adeo nondum exosum habet feminarum genus. Occurrit igitur obiectioni, & contra, peccandi consuetudinem obicit, atque ita cuneum cuncto pellit. ✽

PERIISSE MODO NON) *Modo* non in affirmatione hoc loco, ut item apud alios scriptores ponitur, & valet propemq; pro, prorsus. Terent. Phorm. *Is senem per epi-*

Cstaleu pelleris, modo non morietur auri pollicens. Tibull. lib. 1. eleg. 1. *Iam modò non possum contentus vivere paruo*. Quintil. proæmio, Quis enim non de iusto, & æquo, ac bono, modò non & vir pessimus loquitur?

FOSSARVMQVE MORÆ LETHI DISCRIM. PARVA) Nihil aliud sunt illis vallum, & fossæ, nisi mortis parua quædam dilatio.

AN NON VID. MOEN. TROLÆ) Fiduciam gerunt, quia defenduntur fossis, & vallo, post paulum morituri, quasi non viderint Ilienses muros, mira firmitate, at-

que admirabili magnitudine structos, & Neptuni diuinis manibus fabricatos in ignes confedisſe. Donat.

CONSIDERE IN IGNE) *Æneid. 2. Tum vero omne mihi uisum considerare in igne Ilium.*

SED VOS O LECTI) *Homer. Iliad.*

ὄφρα δ' ἰπποδάμοις ἰσῶς, φηρύου δὲ δῖον

Ἀργείων, καὶ νηυσὶν ἰσῶς δεικνύδα ἔς αὐτόν.

Hosce duos versus, *Sed vos o lecti*, & sequentia, nonne vides germanum illi posito in principio libri? *Ecquis erit mecum o iuuenes, qui primus in hostem.*

QVIS SCINDERE VALLVM) Vallum dicitur ipsa munitio, nam valli fustes sunt, quibus vallum munitur. Ipse de sustentaculis vitium, *primus vallos sub tecta referto.* Seruius.

TREPIDANTIA CASTRA) Vnde scit Troianos intra vallum, seu in ipsis castris trepidare, hoc est, timere, & rebus suis diffidere? Certè si liceret, erumperent. More militari dictum: Imperatores enim ut suis militibus animos faciant, de hostibus tanquam ignavis, & imbellibus, ac desperabundis loqui gaudent.

NON ARMIS MIHI VULCANI) sicut Achilli. Bene arma generaliter dixit, nam ipse quoque habuit à Vulcano, sed solum gladium: ut,

Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti

Fecerat, & Stygia candentem tinxerat unda.

Per hoc autem quasi latenter dicit, se Achille meliorem, qui se Troianos etiam sine diuinis armis superare posse confidit. Seruius.

NON MILLE CARINIS) *Æneid. 2. Non anni domuer decem, non mille carina.* Oblique carpit Græcos, ut clarius patebit ex sequentibus.

ADDANT SE PROT. OM. ETRVSCI SOCIOS) Habeat licet, quanta optare possint auxilia.

TENEBRAS, ET INERTIA FVRTA) Respicit ad illa, quæ narrat Sinon. 2. Iliad. de Diomede, & Vlyſſe, quo pacto Palladium noctu Troiani ingressi surripuerint. Et ita Græcos vtrimpelles vituperat, qui à dolo petere auxilium voluerunt, cum à dextris, & virtute magis debuissent. Eodem pertinet, quod de equo ligneo statim sequitur, *nec equi caca condemur in aluo.* Sensus hic est, Nihil est cur metuant, ne per noctem, & insidias occurrentur. Non imitabimur Vlyſsem, & Diomedem.

NEC EQVICÆCA CONDEM. IN ALVO) Habes lib. 2. rem totam. Ibidem de turpissima Græcorum fuga, *paris ingentem formidine turpi Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo.*

LYCE PALAM CERTVM EST) Respondent hæc contrario illis, *tenebras, & inertia furta Ne timeant*

DECIMVM QVOS DIST. HECT. IN ANNVVM) Seneca Troadibus.

Column patria, mora fatorum,

Tu presidium Phrygius fessis,

Tu murus eras, lumerisq; tuis

Stetit illa decem fulta per annos:

Tecum cecidit, summusq; dies

Hectoris idem, patriaq; fuit.

Ad quem locum M. Anton. Delrius, Viuo Hectore capi non potuit: tantum in eo ad victoriam Græcorum differendam momenti positum erat. Horat.

& ademptus Hector

Tradidit fessis leniore tolli

Pergama Græcis.

Et Abramus Silo.

Ita agite o Danaï magnam Paanacanentes,

Ita triumphales, belli mora concidit Hector

Et Pentad. in epigram. *Defensor patriæ iuuenum fortissi-*

mus Hector, &c. Auctor Hyginus, Achillem, cum Hectorem raptaret, exclamasse, *expugnans Troiam.*

Fatetur & Diomedes lib. 11. per Hectorem, & Aeneam stetit, per istos duos potissimum, ut Græci tot annos Troiam obsidere cogerentur.

Quidquid apud dura cessatum est moenia Troia,

Hectoris, Aeneæ, manu victoria Graium

Hæsit, & in decimum vestigia retulit annum.

Palam est hoc, & superiore versu Græcis lentitudinem, ignauiam, & torporem, adeoque imbelliam obici, qui tanto cum exercitu tot annis vnam urbem circumfuderint. Quod videtur etiam fecisse Epaminondas, dum cuidam irrisori, ut videtur, falsè respondit. obiciente

B illo, qd Agamemnonis gloriam æmuleretur, ita occurrit, Falleris, nam Agamemno totius Græciæ auxiliis instructus, decem annis vix vnam cepit urbem: ego vnus huius (Thebarum) prædiis vno die victis, ac profligatis Lacedæmoniis, vniuersam Græciam seruitute liberaui.

MELIOR PARS ACTA DIE) Meliorem hanc partem dici esse censet, maiorem, quæ cum transacta est, inclinat dies in occasum. Maior autem pars è duodecim horis septem primarum est, non supremarum, quæ cum exactæ sunt, maior, & melior pars acta est: sed multo magis cum exactæ sunt octo, vel nouem, vel decem horæ, ut cum aduersperascit: quod tempus Turnus significauit. Tamen exacta septima hora maior pars acta est, vel teste locupletissimo Iurecos. Paulo, qui ita scribit: cuiusq; diei maior pars est horarum septem primarum diei, non supremarum. Turneb. lib. 3. cap. 14.

Alciat. tit. de verb. significat. in locum hunc Pauli sic scribit. Pleriq; crediderunt de die naturali Iureconsultum loqui, qui est ab ortu ad occasum solis, ut Censorinus auctor est, qui vulgò semper 12. horarum erat: quæ pro ipsa luce vel augebantur, vel minuebantur. Potest tamen de eo quoque intelligi, qui imparibus sit horis, quas Græci *ισμμενές* vocant. Nam & in Italia, & in prouinciis, maximus est 15. horarum, quod ex Ptolemæo, Procliq; commentariis in sphaeram intelligi facile potest: ut merito sequens pars, licet longior, tamen minor à Iureconsulto existimata sit, quod vespere non ita vegeti, promptique, sicut manè simus. Et hanc poeta noster meliorem vocat. Hesiodus quoque, qui maturius manè operetur, tertiam partem operis conficere ait. *ἡὸς γὰρ τ' ἐργασίῃ τεῖν ἀπαμείβεται αἶσαν.* Qui ergo à meridie ad occasum opus faciet, dimidiam operam præstitisse non dicitur, nec diurnæ mercedis dimidium merito consequetur.

QVOD SUPEREST, LETI B. GEST. REB. CORP. PR.)

Hom. Iliad. 19. *Νῦν δ' ἐρχομαι ἐπὶ δῖον, ἵνα συνάγωμιν ἄρηα.* Vnum, inquit, faciendum restat, quia omnia pro voluntate prouenerunt, ut reficiatis corpora vestra cum gaudio spei melioris, & animos vestros imminenti iam certamini præparetis. Donatus.

Alludit ad morem militum, ait German. qui pransi, & cibo roborati, & curati, expediti pugnam ducebantur. Vnde & Cato Orig. libr. 5. Exercitum suum pransum paratum, cohortim eduxit foras, atque instruxit. Sic & apud Homerum docet Vlyſſes non educendas copias ad pugnam ieiunio vexatas, & deiectas, hoc argumento. *Εἴτε γὰρ θυμῶν μαινομένων παλαμίζον, ἢ λατὸν γυῖα βαρύνεται.*

BNE GESTIS REBVS) In eo tantum, quod hostes egredi non sunt ausi: nam quid aliud gesserunt.

PVGNAM SPERATE PARATI) Cupidos eos ostendit pugna, & victoriz, ut viros fortes.

Interea

- Interea vigilum excubijs obsidere portas
 160 Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.
 Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
 Delecti: ast illos centeni quœq; sequuti
 Purpurei cristis iuuenes, auroq; corusci
 Discurrunt, variantq; vices: fusi; per herbam
 165 INDVLGENT VINO, ET VERTVNT CRATERAS AHENOS.
 Collucent ignes: NOCTEM CVSTODIA DV CIT
 INSOMNEM LVDO.
 Hæc super è vallo prospectant Troës, & armis
 Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
 170 Explorant, pontesq;, & propugnacula iungunt:
 Tela gerunt. instant Mnestheus, acerq; Sereestus:
 Quos pater Æneas, si quando aduersa vocarent,
 Rectores iuueni, & rerum dedit esse magistros.
 Omnis per muros legio sortita periculum
 175 Excubat, exercetq; vices, quod cuiq; tuendum est.

VIGILVM EXCVBIIS) Excubiæ sunt diurnæ, vigilæ nocturnæ. Tamen si pro vigilijs sæpe inuenias excubias, non contrà, vigilias pro excubijs. Doctè, vt semper, de vigilijs Lipsius libr. 5. Mil. Rom. dial. 9.

BIS SEPTVM RVTVLI) Incipit dicere, quali dispositione iussa curabantur.

INDVLGENT VINO, ET VERTVNT CRAT.) Velut de prosperitate securi, non reficiendis corporibus, vt Turnus mandauerat, sed onerandis vino, atq; obruendis operam dabant, vsque adeo, vt vasa exhausta vertrent: quæ res ostendebat tantum bibitum, quantum fuit, non quantum refectioni naturali sufficeret. Donatus.

HÆC SVPER È VALLO) Facilis fuit prospectus de summo, quia ignis plurimis locis accensus nihil occultabat.

TREPIDI FORMIDINE) Trepidus dixit cum timore diligentes, nec immunes à sollicitudine, vt etiam pro maiori cautela. Festini, propter formidinem, ait Seruius.

RECTORES IYVENI) Ascanio. si legas *iunenum*, accipe magistros militum.

RERVVM DEDIT ESSE MAGISTROS) Magistros vocari eos aiunt iure consulti, quibus præcipua rerum cura incumbit. Hinc dicti magistratus. Magistrare etiam apud Festum, pro moderari: vnde non solum artium, sed etiam pagorū, societatum, vicorum, collegiorum,

Aconuiuiorum quoque magistri, & magisteria obeuntur. Suet. Domit. cap. 14. ex quo sorte ducti magisterio fungerentur. Et Augusto cap. 2. municipalibus magistris.

OMNIS PER MVR. LEG. SORTITA PERIC.) Certum est, vigiles quaternos diuissse se in quatuor partes, ita vt singuli vigiliam vnâ noctis obirent, sorte diuidente. Ad quam sortem hic Virgilius aspexit: Ad vices autem, de quibus sequitur, *Exercetq; vices*, & mutationem, Vegetius lib. 3. cap. 8. Quia impossibile videbatur, inquit, in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepsydrâ sunt diuissæ vigilæ, vt non amplius, quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. Bona, & commodatio. Erant quatuor vigiles, atque ij vnâ: sed vnus ex ijs sua vigilia quisque perstabat intentus, & verè vigil, alij adiacebant, aut accubabant. Itaque his quies aliqua, & ille stans, si auxilium posceret, ad manum habebat. Lipsius.

Consultò videtur his verbis Virgilius ad murorum, seu, vt antiqui scribebant, mœrorum etymologiam allusisse, qui *ἡνὶ τῆς πόλεως* appellati sunt, quod quisque pro parte sua eos tueretur. Ita 3. Æneid. ad græcæ vocis explicationem respiciens, dixit, *ἡνὶ τῆς πόλεως* per aquor Cycladas. *ἡνὶ τῆς πόλεως* enim, hoc est, sparsæ, ex insulâ sunt in mari Ægæo appellantur, quas vt apparet, Virgilius à cycladibus non distinxit. Hieron. Columna C 3. Annal. Ennij, cuius est hic versus *muros, urbemq; forumq; Excubijs curant.*

- Nisus erat portæ custos, acerrimus armis
 Hyrtacides (comitem Æneæ quem miserat Ida
 Venatrix, iaculo celerem, leuibusq; sagittis)
 Et iuxta comes Euryalus: QVO PVLCHRIOR ALTER
 180 NON FVIT ÆNEADVM, Troiana nec induit arma,
 ORA PVER PRIMA SIGNANS INTONSA IYVENTA.
 HIS AMOR VNVS ERAT, pariterq; in bella ruebant:
 Tunc quoq; communi portam statione tenebant.

Bbb* 3

Nisus

- Nisus ait: DI NE HUNC ARDOREM MENTIBVS ADDVNT
 185 EVRYALE? AN SVA CVIQVE DEVS FIT DIRA CVPIDO?
 Aut pugnam, aut aliquid iam dudum inuadere magnam
 Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.
 Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
 Lumina rara micant: fomno, vinoq; soluti
 190 Procubere: silent latè loca. percipe porro
 Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.
 Ænean acciri omnes, populusq;, patresq;
 Exposcunt, mittiq; viros, qui certa reportent.
 Si tibi quæ posco promittunt (nam mihi facti
 195 Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo
 Posse viam ad muros, & moenia Pallantea.

NISVS HYRT.) Non illepidè quæri posset, an A-
 sius Troianus homo, quem Homerus Hyrtaciden vocat,
 Nisi fuerit frater, nam hic quoque Hyrtaci filius à
 poeta dicitur.

Αλλ' ὅκ' ὕπλ' ἀκρίδης ἴδ' ἐλ' Ἀσίου ὄρχαμος ἀνδρῶν
 Ἀδὲς Λυτῶν ἱπποῦς, ἃ ἠνιόχοι δαέσπονδοι.

Possunt etiam non sine causa fratres existimari fuisse,
 quod par ingenium, animusq; in illis erat: ambo enim
 aggressi sunt rem periculi plenam, & inducuntur ab
 his maximis poetis in primis audaces: quamvis fortasse
 veriori culpæ affinis fuerit Asius, qui contempsit opti-
 mum consilium Polydamantis, sapientissimi viri, & cui
 cæteri omnes paruerunt: nec tam iustam causam, quā
 Nisus habuerit, ut vitam, salutemq; suam tanto pericu-
 lo obijceret. Huiusmodi autem quæstiones non ineptè
 putabantur olim ab ingeniosis, & disertis viris in Ho-
 mero, quem semper in manibus habebant, & cuius sin-
 gulas voces, ac sententias diligenter ponderabant. Vi-
 ctor. lib. 28. cap. 16.

QVEM MISERAT IDA VENATRIX) Abusi-
 uè Idam montem venatricem dixit, pro venationibus
 abundantem. *μυλὴς θηρῶν* Homerus, ferarum paren-
 tem vocat.

IACULO CELER, LEVIB. SAGITT.) Bene inducit
 Nisum optimum esse iaculatorem, & hanc præmit-
 tit armorum peritiam, qua post plurimum poterit in
 in Euryali defensione. Seruius.

QVO PVLCHRIOR ALTER NON FUIT) Lib. 6. de
 Miseno, quo non præstantior alter.

ORA PRIMA SIGNANS INTONSA IUVENTA) Iu-
 nepta hic lanuginem, erumpentemq; barbam signifi-
 cat, ut & ἄλ' græcè. Quære lib. 8. quod huic carmini
 illustrando faciat, ibi, *Tum mihi prima genas vestibus
 flore inuenta*. Martial. lib. 9. de Camono adolescente.

Creuerat hic vultus bis denis fortior annis,

Gaudebatq; suas pingere barba genas.

Hoc totum vna voce antiqui dixerunt imbarbescere.
 Calpurnius eclog. 2. describit rem festiuè.

————— *quoties mollissima tango*

Ora manu, primi q; sequor vestigia floris.

Et paulo post.

————— *etenim sic flore inuenta*

Induimus vultus: ut in arbore saepe notant

Cerula sub tenui lucere cydonia lana.

HIS AMOR VNVS ERAT) Ambob. vnus amor, id est,
 alterius in alterum simillimus, & qui vnus videretur, si-

cut vnus è duobus faciebat. Quomodo autem vna
 sunt anima duo amici: sic duorum amicorum amores
 sunt vnus amor. Enumeremus litteris maxime celebra-
 ta amicorum paria, in quibus immortalitatem suam
 Virgilio debent Nisus, & Euryalus. Damon & Pythias,
 de quibus in 3. Off. Cic. Theseus, & Pirithous, Pylades
 & Orestes, Alexand. & Hephæstion, Achilles & Patro-
 clus, Epaminondas & Pelopidas, Scipio & Laelius,
 David & Ionathas. Enumerat etiam multos, qui amici-
 tia inter se iunctissimi fuerunt Hyginus cap. 257. 34

Est autem adeò rara ista inter duos eximia, & per-
 fecta videlicet amicitia, ut verè affirmet apud Cic. La-
 lius, ex omnibus sæculis vix tria, aut quatuor numerari
 paria amicorum. Et 1. de finib. Omnium rerum, quas
 ad beatè viuendum sapientia comparauit, nihil est ma-
 ius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius. Quod quam
 magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant: in quibus
 tam multis, tamque varijs ab vltima antiquitate reperi-
 untur, ut ad Orestem peruenias, profectus à Theseo.

Plutarch. lib. *πρὸς πολυγαλίαν*. Inuentionis autem
 binos semper amicos memoriz proditos, Theseum,
 & Pirithoum, &c. Est enim amicus animal vnà quidè
 degens: sed non ut in armento, aut graculorum ca-
 terua. Et quod amicus dicitur alter ipse, id nihil aliud
 significat, quam binarium, esse amicitiz mensuram.
 Paucis interiectis. *Itaq; valde amare, & amari, inter
 multos locum non habet. Sed sicut amos in multis diuisi
 Galueos imbecilli fiunt, ac tenuis: sic vehemens amor in
 animo, si dissipetur in multos, enervatur. Vnde fit ut ea etiam
 animalia prolem suam magis amant, quæ unicam tan-
 tum gignunt.*

TUNC QVOQVE COM PORT. STAT. TENEB.) Su-
 præ dixit, sorte singulis curanda loca prouenisse: quod
 ipsum fuerat ad istorum felicitatem, ut nec ipsa fors di-
 uisisse videatur, quos tanta familiaritas copulauerat.
 Donatus.

Passim lego de excubitu in porta, atq; etiam ante
 portam. Sallust. Jugurth. Neq; secus, atq; si hostes ades-
 sent, iter facere, castra munire, excubitu in portas co-
 hortem ex legionibus, pro castris equites auxilios mittere.
 Atq; adeo Romanis mos fuit totas cohortes, &
 turmas habere, & ponere quietas ante ipsas portas: non
 vnus, aut alterum militem, ut hodie solet. Illi plures,
 atque etiam cum periculum esset, alios super alios, &
 longius abiunctos. Id vocabant ab ista re stationes, sta-
 bant enim. Cæsar 2. Civil. Quæ in statione pro castris
 erant

erant Afranij cohortes. Palam hic pedites habes: at equites in Sallustio supra, & apud Liuium lib. 8. Manlius super castra hostium cum turmalibus suis ebrafit, vt vix teli iactu ab statione proxima abesset. Ibi Tusculanjerant equites. Communiter, & indistincte Cæsar 4. Gall. II, qui pro portis in stationib⁹ erant, Cæsari tenuntiarunt. Iterum 5. Gall. Qui erant in statione præcastris collocati. Et hic Virgilius. Stationes erant diurnæ, vigilæ nocturnæ. Stationes sunt quas Græci *στυλαιοὶ*, quasi dicas procustodias. Atq; hæc illi totum diem habitare mutauit Æmilius. Vtiles erant stationes, quod nunquā hostis imparatos, aut paucos deprehēdebat, immo, qui essent resistendo, donec succurreretur. Anxiæ autē feruatæ, & omnino capitale (nisi magna vi abriperentur potius, quā pellerentur) deseruisse. Hæc carptim ex Lipsio de Milit. libr. 5. dial. 8. Virgilius tamen cum de nocturno tempore loquatur, videtur *stationis* vocem pro vigilijs licentia poetica posuisse. Interim de stationibus hæc breuiter accepisse profuerit rerum antiquarum studiosis.

DII NE HVNC ARDOREM) Num deus aliquis hoc in animo meo incendium, hoc ardens desiderium excitat: an quæque cupiditatis suæ & hementiam sibi deum putat? His verbis allocutus est fortis amator charissimum suum, cum consilium suum, ac quid ipsi repente in mentem, gloriæ cupido venisset, illi aperire cœpit. Videtur Homerum imitatus, qui 10. Iliad. Dolonem Troianum, qui se Hectori exploratorem obtulerat, non bene vires animi sui ponderans, ita loquentem fecit.

Ἐκτορ, ἴμ' ὀτρύνῃ κεχρῖν, καὶ θυμὸς ἀγώνων,

Νῦν ὠκυπόρων σχεδὸν ἰαλόμεν, ἐκ τοῦ πύθιδαι.

Euripid. quoque in Cyclope ita induxit callidum illum Ulyssē, cum ostendit, venisse sibi in mentem facinus quo posset miserabiliter necatos socios suos à Polyphemō vlcisci, seq; à periculo liberare. Id autē erat eū inebriare. Incipit enim, εἰσῆλθε μοι θεῶν, diuinū enim consiliū illud, quasi à deo immisum appellauit. Virg. utrāq; Græcorū poetarum sententiam complexus est. Homerus enim videtur innuere, huiuscemodi cogitationes omnes excitari ab animo, cupiditateque aliqua: Euripides autem cælitus demitti. Ambo tamen singulis sententijs contenti fuere: nec de veritate rei tam subtiliter quæsiuerunt: neque enim tempus illud accuratā de his rebus disputationem requirebat. Quare non sine causā quæreret aliquis, an conueniat illi tempori, ac personæ grauis illa, acutaq; quæstio, quam proposuit Virgil. Victor. lib. 7. cap. 24.

AN SVA CUIQUE DEVS FIT DIRA CUPIDO? In Græcorum cōmentarijs reperitur dei nomen quinque ferè modis vsurpari solere. Vt modò sapientes homines modò reges, ac potentes deos vocarent: modò elementa, modò fatum, modò etiam facultates animi, & ipsas illius cogitationes, cupiditates, atque affectus, secundum quam extremam notionem hoc dictum est à poeta, *An sua cuiq; deus fit dira cupido?* Cum enim animū ipsum aut deum, aut quandā partē dei putarent esse, quidquid in deo esset, deum credebant esse. Neque verò, quod quasdam cupiditates malas, & vitiosas videbant, idcirco de sententiā dimouebantur: nam deos quoque alios bonos faciebant, alios malos. Ex hac opinione amor in deos relatus est. Ex hac, spei, timori, impudentiæ consecrata sunt templa. Ex hac Euripides *βουλόνας* vtilissimam deam: φιλόμυλον verò, id est, am-

ationem, deam perniciosam, φθόρον, id est inuidentiā, deum iniustissimum vocauit. [*Hu conuenienter Apuleius de deo Socrati. Nam quodam significato, & animus humanus etiam nunc in corpore sit, demon nuncupatur, dii ne hūc ardorem mentibus addunt, An sua cuique deus fit dira cupido? Igitur & bona cupido animi, deus bonus est. Vnde nonnulli arbitrantur, iudicatos dici beatos, quorum demon bonus: id est animus virtute perfectus est, &c.*] At eorum quidem opinionum ytramque falsam esse constat. Vera autem, & religioni nostræ consentanea est Plotini, grauissimi philosophi sententia, omnes honestas, & laudabiles cupiditates, omnia recta, & honesta consilia diuinitus immitti in animos nostros, viriosa autem ex naturæ nostræ corruptione, ac deprauatione proficisci. Muret. in Catilinar. & in Catull. Lege insuper Rhodigin. lib. 2. cap. 9. Theod. Canterum lib. Variar. 2. cap. 6.

AVT PUGNAM, AVT ALIQUID) Iam dudum desiderio ducor maximo, aut pugnam magnis nixibus aggredi, aut aliquid gloriosè perficere. In qua cogitatione sic agitur animus meus, vt consistere non possit. Et ecce occurrit occasio, quæ est omni virtute rapienda. Vides quemadmodum nos hostes contemnant. Negligentia enim illorum vnde nascitur, nisi quod nos imbelles arbitrantur? Rara micant lumina, ipsi somno, & vino sepulti iacent, latè omnia silent. Audi, quid in animo voluerim, & quid faciendum decreuerim. Donat.

SOMNO VINO QVÆ SOLVTI) Cur non sepulsi: sic enim infrā, & alibi loquitur, & veteres libri ita habent. Somno solutus sum apud Cic. 6. de repub. est, ego euigilavi.

QVÆ NVNC ANIMO SENT. SVRGAT) Æneid. 1. *Nate dea, qua nunc animo sententia surgit?*

ÆNEAN ACCIRI OM. POP. PAT.) Cogitationibus meis consentit opportunitas, & necessitas temporis: nam vno omnes, eodemque consensu, tam patres, quā populus ad Æneam decreuerunt esse mittendum. Cui rei virtus est necessaria, quæ tam egregium factum & aggredi possit, & implere. Donatus. Transfert Troianos, inquit Seruius, in Romanam consuetudinem, vt solet plerumque: prius enim iubebat populus, confirmabat, senatus, siue vt loquitur Liuius, patres auctores fiebant.

QVI CERTA REPORTENT) portent, nam re, vacat.

SI TIBI QVÆ POSCO) Si tibi me petente aliquid decernitur commodi (nam mihi sufficit gloria, quæ nascitur ex facto) videor mihi posse inuenire viam sub illo tumulto, hoc est, per hostis transitum, qui pergendi ad Euandrum præbeat facultatem. Donatus. *Poscere* est secundum Varronem, quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. *Petere* verò est, cum aliquid humiliter, & precibus postulamus. Seruius.

NAM MIHI FACTI FAMA SAT) M. Tullius pro Archia. Nullam enim virtus aliā mercedem laborum, periculorumque desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ. Et infrā. Nunc insidet quædam in optimo quoq; virtus, quæ noctes, & dies animū gloriæ stimulis cōcit, atq; admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam.

AD MOENIA PALLANTEA) urbem Euandri appellat lib. 12. A Pallante auo Euandri, dictum est illud oppidū Pallanteum.

OBSTVPVIT MAGNO LAVDVM PERCVLSVS AMORIS
Euryalus, simul his ardentem affatur amicum.

ME NE

- ME NE IGITUR SOCIVM SVMMIS ADIVNGERE REBVS
 200 NISE FVGIS? solum te in tanta pericula mittam?
 Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
 Argolicum terrorem inter, Troiæq; labores
 Sublatum eradij: nec tecum talia gessi
 Magnanimum Ænean, & fata extrema secutus.
 205 EST HIC, EST ANIMVS LVCIS CONTEMPTOR, & istum
 Qui vita bene credat emi, quò tendis honorem.
 Nisus adhæc. Equidem de te nil tale verebar,
 Nec fas: non ita me referat tibi magnus ouantem
 Iuppiter, aut quicumq; oculis hæc aspicit æquis.
 210 Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)
 Si quis in aduersum rapiat casusue, deusue,
 Te superesse velim: tua vitæ dignior ætas.
 Sit qui me raptum pugna, pretioûe redemptum
 Mandet humo solita: aut, si quæ id fortuna vetabit,
 215 Absenti ferat inferias, decoretq; sepulcro,
 Neu matri miseræ tanti sim causa doloris,
 Quæ te sola, puer, multis è matribus ausa
 Prosequitur, magni nec mœnia curat Acestæ.
 Ille autem, CAVSSAS NEQVICQVAM NECTIS INANES,
 220 NEC MEA IAM MUTATA LOCO SENTENTIA CEDIT.
 Acceleremus, ait. vigiles simul excitat: illi
 Succedunt, seruantq; vices. statione relicta
 Ipse comes Niso graditur, Regemq; requirunt.

OBSTUP. MAGNO LAUD. PERC. AMORE) Nō laudauit A
 Euryalum Nisus, vt suarum amore laudum percussum
 dicat poeta. Sed hoc vult, amore, ac desiderio earum
 laudum, seu illius gloriæ, quam Niso videbat proposi-
 tam, & ad quam illum impetu quodam eximio ferri
 cernebat, Euryalum quoq; fuisse correptum, ita vehe-
 menter, vt pæne apud se non esset. 34

ME NE IGITUR SOCIVM SVMM. AD. REBVS)
 Quàm promptus, & alacer Euryalus ad subeunda cum
 amico quæuis grauiæ? Tales per paucos esse, qui in re-
 bus asperis, periculosis, difficilibus socios, & comites
 se præbere sustineant, conqueritur hisce carminibus
 Theognis.

Παύρος εὐρήσεις, πολλοπαΐδῃ, ἄνδρες ἱταῖρος
 Πῦρ ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους.
 Οἷτινες αὖ τολμῶν, ὀμόφρονα θυμὸν ἔχοντες,
 Ἴσον τῶν ἀγαθῶν, τῶν τε κακῶν μίσχον.
 Τὸς δ' ὅχ' εὐρήσεις διζήμενοι εἰς ἐπὶ πάντας
 Ἀνθρώπους, οὓς γὰρ μὴ μὲν πάντας ἄγους.

Coniux Annibalis Imilce, postquam à viro audijt se re-
 linquendam esse loco tu to, nec ducendam simul in
 Italiam,

Mene oblitet tua nost. ram pendere salutem.
Abnuis inceptis com. item? sic fœdera nota.
Primitiæq; tori? gelu. los ne scandere tecum.
Deficiam montes conis ut tua? crede vigori
Famineo. castu handj superat labor vllus amorē. 35

Socius est par, comes verò r. pinor, quippe qui sequitur,
 & ducem habet. Ideo duces in bello, quoties milites al-
 loquuntur, conciliandæ ben euolentiæ gratia, non fere

appellant comites, sed socios, communicantes quo-
 dammodo suam dignitatem cum illis: vt è diuerso, cum
 commilitones vocant, communicantes suam condi-
 vctnem, ac sortem cum ipsis. Præterea comes est, qui
 vtrunq; sequitur alterius ductum: socius plerumque in
 negotijs, serijsq; rebus, & fortunæ arbitrio subiectis.
 Cæsar in Comment. Itaq; Antisthenes Prætor Thessa-
 liæ, cum se victoriæ Pompeij comitem esse mallet,
 quàm socium Cæsaris in rebus aduersis, &c. Verum hu-
 iusmodi differentia aptior est inter socium, & sodalem:
 est enim propriè sodalis in rebus lenioribus, ac sepe vo-
 luptuosis. Hæc Laurent. Valla. Socium tamen, & comi-
 tem sæpe ita coniungit Cicero, vt differentiam vix ag-
 noscas. Et Virgil. infra, *comitem casus complector in*
omnes.

Summis rebus. Summum, & extremum dicimus,
 & laudabile. Bene ergo in re dubia vsus est sermone du-
 bio. Nam hoc dicit: non debes me nec à tua gloria, nec
 à periculis segregare, Seruius.* *Sunt qui ita dictum velint,*
Et Cic. summa res pub. aut summa res pub. Melior Seruiana expo-
sitio.

NON ITA ME GENITOR) Quoniâ proprias laudes
 iactare nondum potest, paternam gloriam ostentat, &
 de patre superbit, quem à virtute militari commendat.
 * Immo etiam de se gloriatur, sequitur namq; mox, nec tecum ta-
 lia gessi. Sed maluit nunc à patre comendari, eumq; iustificatione.

TERROR EM INTER) quem Græci Troianis in-
 Cerebant.

SVBLATVM ERVDIT) Terent. And. *Quidquid*
peperisset, decreuerunt tollere. Nati enim infantes, & ab
 obstetrice sublati protinus nudi in terra statuebantur,
 deorumq;

deorumque auxilium nascenti inuocabatur. Inde à patribus tollebantur. Hoc officium poetæ diis adscribunt, quando eximie aliquem volunt commendatum. Qui autem non tollebatur, pro abdicatione, & proiectione habebatur. hæc omnia idoneis autorum sententiis confirmat ad 1. Thebaid. Statij. Ioan. Bernartius pag. 22. Vide item Turneb. lib. 22. cap. 11.

EST HIC EST ANIMVS LVCIS CONTEMPTOR) potest esse aduerbium demonstrantis, *hic*, ut sit, *est hic*, id est, in meo pectore, quod demonstret. Potest & sic accipi, ut dicat, hic est animus lucis contemptor, hoc est, iste animus. Seruius.

QVI VITA BENE CRED. EMI QVO TEND. HON.) Noui ipse quoque pro laude vitam, salutemque contemnere. Noui facinus magnum sine magno periculo compleri non posse: quippe gloriæ pretium est, necis discrimen. Donat.

De vita gloriæ causa dimicare est utique naturæ illius, quam 2. Tuscul. Cicero describit. Natura, inquit, nihil præstantius habet, quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus. Quam plena magnimitatis, & despicientiæ vitæ, hæc clauis Euryali: *Est hic est animus lucis contemptor, &c.* Honorem vita bene emi affirmat, id est, honorem, & gloriam esse mercem hoc pretio, sanguinis scilicet, dignissimam. Quis hunc animum satis laudat? Cato senior dicebat, plurimum interesse, utrum quis virtutem magni æstimet, an vitam non magni faciat. Significabat non esse statim numerandos in fortibus, qui essent audacissimi, & quauis in causa lucem hanc, vitamque contemnerent, ac mori non dubitarent: sed eos demum, qui tanti facerent virtutem, ut eius gratia, vitam alioqui charissimam negligerent. Et talem mortem gloria sequitur. ✱

E QVID EM DE TE NIL TALE) sanctè negat, quidquam tale cogitasse de Euryalo, quale ille suspicatur. Tres autem causas adducit, cur de eo socio sibi adiungendo minus cogitarit. Prima, ut si ipse (quod fieri potest) casu aliquo pereat, supersit amicus, cuius ætas quia minor, idcirco vita longiore dignior, & ne uterque pereat. Altera, ut habeat, si, ut dictum est, fortè vitam amittat, à quo funeretur, redempto corpore: aut si id non liceat, à quo sibi absenti tumulus, & iusta fiant. Tertia, ne matri eius dolor insanabilis afferatur, si filiū fortè amiserit. His causis feruidus adolescens, & magnanimus nihil permouetur.

N E C F A S. N O N) Non est fas, non, inquam, fas est.

IT A M E R E F E R A T) Ita sim saluus, ita viuam, ita me amabit Iupiter, ut est in comœdia.

Q V Æ M V L T A V I D. D I S. T A L I) Non semper præclaris cœptis fortuna est comes: & illud, *Virtute duce, comite fortuna*, magis optantis, quam assueuerantis, aut promittentis est.

S I Q V I S I N A D V E R S V M R A P I A T) Hæc, & quæ sequuntur, Silius lib. 3. ad Annibalem, & uxorem eius Imilcen quam ex Hispania in Italia secum ducere nolebat, accomodat.

*Quod si promissum vertat fortuna favorem,
Lamæ sit cœptis, te longa stare senecta,
Ænumque extendisse velim: tunc iustior ætas,
Ultra me impropera ducant cui fila sorores.*

R A P T V M P V G N A) in acie interfectum. lib. 12. *Et regem vobis pugna defendite raptum.* Rapi dicuntur, qui moriuntur, & rapti mortui, etiam in prælio, & in armis, atque inter arma. Pentadius in Epitaphiō Hectoris, *Sed raptum patre infelix, anroq, repensum Condidit.* lib. 6. de infantibus, *Quos dulcis vita exortet, & ab ubere raptos. Absulit atra dies.* ✱

H V M O S O L I T A) consueto sepulturæ loco, ubi reliqui humanantur.

A B S E N T I F E R A T I N F E R I A S) faciat iusta mihi absenti, cum scilicet cadaueris copia non erit.

D O N E T Q V E S E P V L C R O) honoratio, quod Græcis *Cest* καὶ ὁράσιον.

M V L T I S E M A T. A V S A. P R O S E Q.) Æneid. 5. *Transcribunt urbi matres.* Sola hæc filium suum præ amoris impatentia est ausa prosequi in Italiam, rem magnam scilicet aggrediens. ✱ *Etiā multis è matribus S. Monica filium Augustinum ex Africa in Italiam, & Mediolanum secuta est, nihil non agens, & eum Christianum, & Catholicum videret. De ea rescribit lib. 6. Confessio hac verba: Tam veneras ad me mater, pietate fortis, terra, mariq, me sequens, & in periculo omnibus de te secuta.*

N E C M E A M V T A T A L O C O S E N T. C R E D I T) Maneo in sententia, à sententia ista non desisto, non discedo, in hac mente, & sententia persequero, nemo me ab ista sententia deducet.

V I G I L E S S I M V L E X C I T A T) Si vigilantes fuerunt, quomodo excitabantur? Manifestum est, hinc nullam esse quaestionem. Vicibus enim seruatis, ea hora dormientibus aliis, qui fuerant vigilaturi, Nisus tunc, & Euryalus vigilabant: proinde recessuri excitabant alios, qui essent ex vigiliis numero. Donatus.]

R E G E M Q V E R E Q V I R V N T) Ascanium, regis Æneæ filium: nam hunc aliquoties regem appellat.

CÆTERA PER TERRAS OMNES ANIMALIA SOMNO

225 LAXABANT CVRAS, ET CORDA OBLITA LABORVM:

Ductores Teucrū primi, & delecta iuuentus,

CONSILIVM SVMMIS REGNI DE REBVS HABEBANT,

Quid facerent, quisue Æneæ iam nuntius esset.

Stant longis adnixa hastis, & scuta tenentes

230 Castrorum, & campi medio. tum Nisus, & vnà

Euryalus confestim alacres admittier orant:

Rem magnam, pretiumque moræ fore. primus Iulus.

Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.

Tunc sic Hyrtacides. Audite o mentibus æquis

Ccc *

Ænea,

- 235 Æneadæ: NEVE HÆC NOSTRIS SPECTENTVR AB ANNIS.
 QUÆ FERIMVS. Rutuli SOMNO, VINOQVE SEPVLTI
 CONTICVERE: locum insidiis conspeximus ipsi,
 Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.
 Interrupti ignes, aterq; ad sidera fumus
 240 Erigitur. si fortuna permittitis vti,
 Quæsitum Ænean ad mœchia Pallantea.
 Mox hîc cum spoliis, ingenti cæde peracta,
 Affore cernetis: nec nos via fallit euntes.
 Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem
 Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.

CÆTERA PER TERRAS ANIMAL.) Exagge- Astrum moram afferre vestris consiliis: verum huic mo-
 ratur vigilantium labor, Ascanij, aliorumque ducum ratum erit pretium, id est, remuneratio, namque hoc affe-
 scilicet. rebant, quod illi cogitabant. Seruius.

LAXAB. CVRAS, ET CORD. OBLIT. LABOR.) Hoc ve-
 rissimum est in hominibus, quorum propriæ sunt curæ,
 & laborum memoria. Reliquæ enim animantes paulu-
 lum admodum sentiunt præteritum, aut futurum. Som-
 nus igitur curarum queis, & laborum, dolorumque ob-
 liuio est. ✱

DELECTA IYVENTVS) Iuuenes consilio tam ar-
 duo miscet, consideratione Romani moris, quo equi-
 tes admissi, qui ferè è iuuentute. Accipiebantur autem
 ad consilium militare Legati, & Tribuni, tum Primipi-
 li quoque, & interdum alij Centuriones. Vide Lipsium
 de Milir. Rom. libr. 2. dial. 8. in quo agitur de consilio
 militari.

CONSILIVM SVMMIS REGNI) Lucilius. *Consilium
 summis hominum de rebus habebant.* Vide adagium, *In
 nocte consilium.* Quodnam autem caput consulta-
 tionis fuerit, statim subiungitur, *Quid facerent, quisq;
 ne, &c.*

STANT LONGIS ADNIXI HASTIS, ET SCVTA TEN.)
 Quamvis non essent morbo, aut vulnere grauati, vt de
 quibus narrat Homerus, & Cic. pro Rabirio. Corpus
 ita firmabant Troiani proceres rebus illis, quas tempus
 illud, ac periculum magnum ipsos tenere hortabatur.
 Lege Victor. lib. 38. cap. 18.

Præter vigiliarum laborem, inquit Donatus, non
 saltem sedentes, sed stantes, & tenentes scuta, & longis
 hastis adnixa. Ecce & armorum gestatio quantum labo-
 ris imponebat vigilantibus, quos solum leuabat hasta-
 rum auxilium, quibus innixi iuuabantur.

CASTRORVM, ET CAMPI MEDIO) Medio, bis ac-
 cipiendum est, vt sit, medio castrorum, & medio cam-
 pi. Campum hîc dixit, non talem, quales sunt, in qui-
 bus bellicæ congressiones agitantur, sed spatium in-
 tra castra constitutum. Donatus. Et Seruius breuissi-
 mè. In medio campi spatio, qui campus castrorum
 medius fuit.

REM MAGNAM PRÆT. MORÆ FORE) *Magna cum gratia, & venustate abest verbum, dicebant. Ita Cic.
 Habendas esse quam laxissimas habenas. Ovid. habent comoda
 magna moræ. Et alibi. Grande moræ pretium, tuta futura via est.]*
 Dicebant se afferre rem magnam, cuius mora pretium
 posset afferre, id est, pœnam. Terent. *Ego pretium ob-
 stultitiam fero.* Si tardè mittamus ad Æneam, luemus
 hostium pœnas. Alij sic. Scimus quidem aduentum no-

ACCEPTIT TREPIDOS) festinos, more suo.

NEVE HÆC NOSTRIS SPECT. AB ANNIS) Bene ex-
 cusat, quia scit de ætate puerorum posse dubitari, di-
 cens, non ex suggestione personæ, sed sua vi consilia
 ponderanda. Seruius aliter, Cum sciamus adolescen-
 tes solere inconsideratos esse, ac temerarios, ei suspi-
 cioni occurrit.

Locus est apud Isocratem in Archidamo, his ver-
 bis Maronianis illustrandis, & ornandis magnopere
 idoneus. *Εἰ μὴ γὰρ ἀποδείκνυμι, &c.* Nam si explo-
 ratum esset, seniores de omnibus rebus rectissime iu-
 dicare, adolescentes autem vbique falli, & hallucinari,
 nō immeritò nobis dicendæ sententiæ ius adimeretur.
 Sed quum non annorum spatium, sed ingenium, & di-
 ligentia in causa sit, vt alios alij prudentia superemus:
 nonne vtriusque ætatis periculum faciendum est, vt ex
 omnibus illis, quæ dicta fuerint, vobis deligere liceat vti-
 lissima? Summa Isocrateæ huius orationis est hæc. Se-
 nes non vbiquerecè iudicant: Et adolescentes nō sem-
 per falluntur. Inuenio senariolos duos Menandri, ad
 institutum, & verba horum iuuenum accommodatissi-
 mos.

Μὴ ἴτο βλέψης, εἰ παῖδες λέγω,
 Ἀλλ' εἰ περὺν τὸς λόγους ἀνδρῶν ἔγω.

Spectare noli, si ne iuuenis qui loquor,

Viri sed vtrum verba prudentis loquar. ✱

SOMNO VINOQVE SEPVLTI) A mortuis ad dormi-
 entes metaphora, profundum enim dormientes, haud
 multum videntur distare à mortuis. 2. Æneid. *In va-
 dunt urbem somno, vinoque sepultam.* lib. 3. de Polypho-
 mo. *Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus.* Lu-
 cret. lib. 5. *sed taciti respectabant somnoq; sepulti.* Tibull.
 lib. 1. *Somno domitos dixit.*

INTERVPTI IGNE) suprà, *lumina rara
 micant.*

AD SIDERA FVMVS ERIG.) signum sopitorum
 ignium, quoties maior fumus erigitur.

SI FORTVNA PERMITT. VTI) si fortunam sequi, &
 oblatam arripere occasionem sinitis.

PRIMAM VRBEM) primam partem vrbis Pal-
 lantei, vbi nunc est apud Euandrum Æneas. sic prima
 platea, primis digitis, & multa huiuscemodi.

AMNEM) Tiberim.

Hîc

- HIC ANNIS GRAVIS, ATQUE ANIMI MATVRVS ALETHES.
 Dij patrij, quorum semper sub numine Troia est,
 Non tamen omnino Teucros delere paratis,
 Cùm tales animos iuuenum, & tam certa tulistis
 250 Pectora. sic memorans humeros, dextrasq; tenebat
 Amborum, & vultum lacrymis, atque ora rigabat.
 QVÆ VOBIS, QVÆ DIGNA, VIRI, PRO TALIBVS AVSIS
 PRÆMIA POSSE REAR SOLVI? pulcherrima primùm
 Dij, moresq; dabunt vestri: tum cætera reddet
 255 Actutum pius Æneas, atque integer xui
 Ascanius, MERITI TANTI NON IMMEMOR VNQVAM.

ANNIS GRAVIS) Horat. sat. l. lib. l. *O fortunati mer-*
catores, gravis annis Miles ait. Fessus, confectus ætate,
 alibi Virgilius.

ANIMI MATVRVS) sic dictum, ut illud 5. Æneid.
Hoc Helymus facis, hoc ani maturum Acestor. Et paulò in-
 frà, hoc ipso lib. *atque integer ani Ascanius.* Simile Ho-
 ratianum Sat. 3. lib. 2. *Quid si quis natam pro muta de-*
nouet agna, Integer est animi? Ouid. Metam. 8. *Ante om-*
niaq; Lelax animo maturus, 63 ano.

DII PATRIJ) Græcis *Διοι πατῆρες*, patrios deos si-
 gnificant, tam patrios à patria, quam paternos, cogna-
 tos, gentiles, &c. German.

NON TAMEN OMNINO TEVCROS) Ac si diceret, li-
 cèt irascamini ad tempus, hinc apparet non velle vos
 penitus delere Troianos, quod tales animos iuuenibus
 datis. Seruius.

ET TAM CERTA PECTORA) quæ tam constan-
 ter res arduas, periculique plenas pro suorum salute
 adeundas sibi proponerent. Quæ maximum facinus
 aggredi, nihil dubitarent. Sic mihi videtur explicari
 posse hoc verbum *certa* isto loco. ✱

ET VULTVM LACRYMIS, ATQVE ORA) Gratula-
 tionis fuerunt lacrymæ, & doloris. Gratulationis, quod
 extitissent tales voluntarij. Doloris verò, quia dixit, *Non*
tamen omnino Teucros delere paratis. Recordatus est e-
 nim, quam perdidissent magnanimos heroas Troiani.
 Donat.

PRO TALIBVS AVSIS) Seruio legendum videtur,
 pro laudibus istis, id est, pro virtutibus, ut ex consequen-
 te antecedit. intelligatur. Nos lectionem vulgatam reti-
 nemus.

PVLCHERR. PRIM. DIJ, MORESQUE DAB. VESTRI)
 Quam vellem, tantum mihi suppeditaret eloquentiæ,
 ut horum verborum vberem, diuinamq; mentem pos-
 sem verbis exequi. Docet nos poeta sapiens, in præcla-
 ris actionibus nostris ante omnia spectare deum, & ab
 eodem rectè factorum nostrorum primum, præcipu-
 umque præmium expectare. Quæ enim à deo donan-

tur, sine dubio pulcherrima, & humanis donis longè
 præstantiora sunt. Quid ita? rogas? nonne cum dono
 semper coniunctus est donantis fauor, & animi pro-
 pensio, ac beneuolentia erga eum, qui donatur? Fate-
 ris. Dei autem fauor, & gratia nonne omnibus omni-
 um hominum, cælestiumq; fauoribus anteponi debet?
 Addit poeta, *moresq; dabunt vestri*, in quo videri pos-
 sit Stoicum *μαρτυρία* tangere, Virtutem sibi met ad
 felicitatē sufficere. In quam sententiā scriptum illud à
 Silio, seu Iuuenale, *Ipsa quidem virtus sibi met pulcher-*
rima merces. Quod si verum est istuc M. Tullij, Vacare
 culpa, magnum esse solatium, quāto maius esse oportet
 solatium in conscientia multorum meritorum, facto-
 rumque bonorum, si nihil fecisse mali tantam habet
 iucunditatem? ✱

INTEGER XUI ASCANIVS) Seruius explicat, adoles-
 cens Ascanius, cui adhuc ætas integra superest. Vnde
 Ennius deos xui integros dicit, quibus multum xui
 superest. Don. Adde Horatianum illud Od. 22. lib. 1. *In-*
teger vita, scelerisq; purus. Donatus in And. Terent. ad
 illa verba, *mulier quedam forma, atque ætate integra.* In-
 tegra est ætas, quæ in florē consistit, cui neq; addendum
 iam sit, neque quidquam adhuc sit imminutum. Pro
 teste producit Virgil. Et ita quidam exponunt, ubi ad
 maturam, seu virilem ætatem peruenerit. Nunc phra-
 sin, seu genus dicēdi aliquot auctoritatibus probemus.
 C Apud Afranium in Diuortio muliercula parum ho-
 nestæ, non desunt, mihi *Qui vltro dent: ætas integra est,*
forma satis. Plaut. Pseudolo, *Ubi sunt? ubi latens, quibus*
ætas integra est? Pacunius Niptris, *Ætate integra, ferocis*
ingenio, facie procera virum. Statius mutata voce, *integer*
annorum. Plaut. Mercatore, *Adolescens quomo sit, te, cum*
est sanguinis integer.

MERITI TANTI NON IMMEM. VNQVAM) Rectè
 non vnquam. Nam ut Cicero ait ad Quir. post red. non
 est æquum tempore, & die memoriam beneficij defi-
 niri. Huc etiam spectat, quod lib. 3. de Benef. scriptum
 lego à Seneca. Gratum hominem semper beneficium
 delectat, ingratum semel.

- Immò ego vos, cui sola salus genitore reducto,
 (Excipit Ascanius) per magnos, Nise, penates,
 Assaraciq; larem, & canæ pentralia Vestæ,
 260 Obtestor (quæcunq; mihi fortuna, fidesq; est,
 IN VESTRIS PONO GREMIIS) reuocate parentem,
 Reddite conspectum; NIHIL ILLO TRISTE RECEPTO.
 Bina dabo argento perfectæ, atq; aspera signis.

Bbb * 2

Pocula

- Pocula, deuictagenitor quæ cepit Arisba:
 265 Et tripodas geminos, auri duo magna talenta:
 Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
 Si verò capere Italiam, sceptrisq; potiri
 Contigerit victori, & prædæ ducere sortem:
 Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
 270 Aureus? ipsum illum clypeum, cristasq; rubentes,
 Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise.
 Præterea bis sex genitor lectissima matrum
 Corpora, captiuosq; dabit, suaq; omnibus arma:
 Insuper id campi, quod Rex habet ipse Latinus.
 275 Te verò, mea quem spatiis propioribus ætas
 Insequitur, venerande puer, iam pectore toto
 Accipio, & COMITEM CASVS COMPECTOR IN OMNES.
 NVLLA MEIS SINE TE QVÆRETVR GLORIA RBBVS,
 Seu pacem, seu bella geram: TIBI MAXIMA RERVM
 280 VERBORVMQVE FIDES.

IMMO EGO VOS, CUI SOLA SALVS GENIT.) Alethes A
 deorum liberalitatem pollicitus fuerat. Sequitur Asca-
 nius cum pollicitatione liberalissima. Immo ait ego vos
 munerabo præmiis certissimis, & quæ sensibus vestris
 vsurpetis. Adiicit causam, propter quam fiebat illis ob-
 noxius. Cui sola salus genitore redutto. Tunc scio tutam
 fore vitam meam, cum remeauerit pater meus. Proinde
 pro paterno reditu, & pro cōseruatione salutis meæ,
 ego vobis egregia soluam præmia. Addit iusiurandum,
 quo securiores faciat. Donat.

EXCIPIT ASCANIVS) AENEID. 4. *τὴν δ' ἀπαμειβόμενον*
ἔσπετόν. Græcis etiam *ὑπολαμβάνειν* dicuntur, qui re-
 spondent, quasi qui vices sermonis reddant. 36

PER MAGNOS NISE PENATES, ASSAR.) Hæc enim
 præcipua Troiani quæ colerent, habuerunt.

QVÆCVNQVE MIHI FORT. FIDESQVE IN VEST.
 PONO GREMIIS) Fortuna in euentu est factorum, fides
 autem in potestate. Quæcunque, inquit, in me fuerit
 fortuna, hoc est, si melior me fortuna respexerit, & si
 qua in me fides est, hanc seruabo meritis vestris, in tan-
 tum, vt in vestro arbitrio sit, quid repēdi vobis pro me-
 ritis debeat. Donatus.

NIHIL ILLO TRISTE RECEPTO) Hoc non solum
 ad Ascanium pertinet, sed ad omnia. Hoc sensu nihil
 triste futurum in castris Troianorum, vbi ille remeauerit.
 Donat. * *Ve si diceret, illud Horatianum, Nil desperan-*
dum Teucro duce, & auspice Teucro. Egregia, & plena Æneï
commendatio, ibi esse fortunam, salutem, bona omnia, vbi ille sit.
 Omnia ei adsunt bona, quem penes est virtus, ait Plaut. *Capt. Pe-*
nes Æneam virtus: ergo penes eum omnia bona, illi primum, deinde
per illum alia.

PERFECTA, ATQVE ASPERA SIGNIS) signis in aspe-
 ritate calata. Sic & nummus asper dicitur, bene percus-
 sus & recens, non vetus, neque tritus, atque ipso vsu
 leuis, fugientibus notis, nec nota expressa. Persius, *quod*
asper Vtile nummus habet. Qui enim pecuniaz amantes
 erant, in nummis fastidiosi erant, delectumque habe-
 bant, & nummos perfectissimæ, atque expressissimæ
 formæ seruabant. Turæb. lib. 18. cap. 28.

DEVICTA ARISBA) Troadis oppidum Arisba.
 Plin. lib. 5. cap. 3. inter vrbes ab Homero celebratas enu-
 merat.

ET TRIPODAS GEMINOS) Tripun, seu tripoda inter
 funebri certaminis præmia apud Homerum Achilles
 proposuit, alioqui non iis modò qui fortiter quippiam
 fecissent, sed & poetis in victoria, tripoda tribui hone-
 stissimum putabatur, quando Hesiodum, Homero de-
 uicto, eum retulisse proditum memoriæ scimus. Daba-
 tur & iis tripus, qui Dithyrambicum carmen cecinif-
 sent, ad imitationem Apollinei tripodis. Rhodigin.
 lib. 8. cap. 15. * *Ab Homero sumit Virgil. donationem tripodum*
lib. 3. 5. & hoc ipso. Græcorum hunc fuisse morem, & iis viros fortes
donarent, liquet ex Horatio, Ode 8. lib. 4. Donarem tripodas, præ-
mia fortium Græcorum.

SIVERO CAPERE ITALIAM) Tangit Virgil. mo-
 rem, qui vt vetus est, & heroum quoque temporibus
 vsurpatus, ita etiam omni ætate seruetur necesse est: vt
 cum respub. aliqua, rexque victoriam consecutus est:
 oppidumque aliquod diues expugnauit, ex omni acer-
 uo prædæ, quæ coacta est, partemumat, & illam qui-
 dem elegantiorē, præstantiorēque, atque ipsa or-
 net eos, qui magnopere viles in eo bello fuerint, for-
 temque in eo facto operam suam præbuerint, cum re-
 liqua præda sorte ducta, vniuersis copiis illis, exerci-
 tuique diuidatur. Idem etiam docet Euripides factum
 esse in exercitu Græcorum, Troia capta, apud quem
 Neptunus Troadibus (fungitur enim hic deus illic of-
 ficio prologi) ita loquitur: de captiuis autem mulierib.
 Troianis agit.

Καὶ τὰς μὲν ἄρ' αἰεὶ, τὰς δὲ θεσσαλὰς λέων
 Εἰληχ', ἀδριαίων δὲ θυσιῶν αἰετοί.
 Ὅσαι δ' ἄλλων τετραδὼν, ὑπὸ σέγαις
 ταῖς δ' εἴσι τοῖς πρώτοισιν ἐξηρημένοι
 Στεφάν.

Narrat, quia ipse, è numero omni captiuorum illorū,
 nobiliores extra sortē assignatas esse principib; illius e-
 exercitus: significat autē Callandram, Andromachā, Po-
 lyxenā. Sed in eadē fabula infra etiā huius moris memi-
 nit.

nit, idē verbum vsurpans: ita enim inducit Talthybium Acontingunt. Quae autem sibi obueniunt, nō perinde delectant. Verum non insipienter Menedemus Eretrienſis. Cum quidam diceret, maximū sibi videri bonū, si quā omnium potiri queat, quā optantē respondit ille, sed longe maius bonum est, amice, non optare, nisi quod oportet. Ponitur etiam sine casu verbum potiri. Cic. ad Att. lib. 7. An cuncter, & tergiuerſer, & q̄s me dem, qui tenens, qui potitur? In Tuscul. Secundum genus cupiditatum nec ad potitundum difficile cenſet, nec vero ad cavendum.

nit, idē verbum vsurpans: ita enim inducit Talthybium Acontingunt. Quae autem sibi obueniunt, nō perinde delectant. Verum non insipienter Menedemus Eretrienſis. Cum quidam diceret, maximū sibi videri bonū, si quā omnium potiri queat, quā optantē respondit ille, sed longe maius bonum est, amice, non optare, nisi quod oportet. Ponitur etiam sine casu verbum potiri. Cic. ad Att. lib. 7. An cuncter, & tergiuerſer, & q̄s me dem, qui tenens, qui potitur? In Tuscul. Secundum genus cupiditatum nec ad potitundum difficile cenſet, nec vero ad cavendum.

Hecubæ respondentē, quē ex ipſo quaſiuerat, quid de Andromacha factum eſſet. *ἡ δὲ τὴν δὲ ἀχιλλεύς ἔλαβε πᾶς ἐξ αἰσῶν.* Sed apud Homerum etiam huius consuetudinis vestigia multa reperiuntur: vt cum cecinit, Hecameden regis Arſinoi filiam, Achiuos in expugnatione Tenedi extra sortem Neſtōri dedisse: quia ſenex ille omnibus conſilio, ſapientiaque praestaret. Expresſit verō Virgilius verbum etiam græcum. Nam cum tragicus poeta dixiſſet, ipſas *ἐξηρμήνας*, id eſt, ē manubijs, acruoque prædæ exemptas, ipſe inquit, *excipere*. Animaduertendum verō, tertium verſum, quem ſupra citauit Virgilius, malè interpunctum eſſe in cunctis excuſis libris. Nam niſi nota collocetur poſt pronomen *illum*, B anſa errandi dabitur lectori, qui putaret pollicitum eſſe ſolūm Niſo Aſcanium clypeum, & criſtas: minimè autem equum, quod ſi feciſſet, qui animum eius incendere volebat, potius retardaiſſet, & à forti illo propoſito reuocaiſſet, ſi retento equo, rebus vilioribus eius periculofum facinus compenſare voluiſſet: nam clypeus, & criſta illæ, res leues erant, ſi conferrentur cum equo, qualis veriſimile eſt fuerit ille tam opulenti, & generoſi iuuenis: præterquam quod nullum eſt munus, quod magis capiat animum illius ætatis. Aut igitur equum quoque polliceri debuit: aut ne ipſius quidem meminiffe. Perſpicitur autem magis, equum inprimis polliceri Aſcanium debuiffe, quia cum apud Homerum Dolon huiusmodi facinus aggreſſurus eſſet: obijceretque vitam ſuam maximo periculo, popoſcit præmii illius facti equos Achillis, curruſque, quo ille fortiſſimus heros vehebatur in prælijs. Verſus poetæ hi ſunt, quibus Dolon fidem ſibi adſtrinxit Hecſtoris: mercedemque, quam vellet, patefecit. Lege reliqua, Viſtor. lib. 26. cap. 1.

SCPTISQVE POTIRI) Æmilii Probus interdum hoc verbum *potiri*, cum auferendi caſu coniungit: vt in Cimone, magna præda potitus: vt itē alibi: interdum cum generandi caſu, vt in Lyſandro, claſſis hoſtium potitus eſt: & in Ageſilao, Hic ſimulatque imperij potitus eſt. In Eumene verō cū accuſandi caſu. Etenim ſemper habiti ſunt fortiſſimi, qui ſummam imperij potirentur. Sic M. Tull. vtrumque caſum huic verbo iungit, gignendi, & auferendi ſcilicet: ſemper autem dicit, rerum, non rebus potiri. Etiam accuſandi caſu dixit, lib. 1. Tuſcul. urbem noſtrā aliquam gentē potituram: quomodo & Lucret. loquitur lib. 3. *quorum vnus Homerus Sceptra potitus.* Et lib. 2. *Sed quia multarum potitur primordia rerum.* Et lib. 4.

Vſq̄ adeo certē, vt videamur cernere eum, quem Reddita vitæ iam mors, & terra potita eſt.

Lamb. in Æmil. * *Thales Mileſius cuidam interroganti, quid putaret eſſe dolciſſimum, reſpondit potiri. Ea enim deum magnā habent voluptatem, quæ nobis expedit, ac magnopere deſideratur.*

VIDISTI QVO TURVVS EQVO) Iliad. 10. Hector Doloni ſpeculatum Græcorum caſtra ituro, equos, & curruſ Achillis promittit.

CRISTASQVE RVBENTES) Nec eruditius, nec diſertius quiſquam egit, agetū de criſtis, quam egit Liſpus de Milit. Rom. lib. 3. dial. 5. ad eum te mittimus.

EXCIPIAM SORTI) Id eſt, extra ſortem tibi dabo, nec in ſortitionem prædæ mittentur, nec ſortitō cuipiā attribuentur, ſed tibi extra ordinem cedent. Turneb. lib. 22. cap. 15. Adde Martial. in ſignum Viſtoriz, lib. 14.

Hoc illi ſine ſorte datur, cui nomina Rhenns Vera dedit, decies adde ſalerna puer.

BIS SEX LECTISS. MATRVM CORP.) Sumit ab Homero etiam hoc genus doni, cuius cauſam quaerat qui volet. Sanè libidinis tantum gratia tot ſæminas donari, non fit veriſimile. Sed donetur, nobis alijs moribus viuendum eſt. Lib. 5. cuidam victori ſerua datur, *operum haud ignara Minerva*, cui gemini erāt ſub vbere nati.

INSUPER HIS) Præter hæc. Vel lege, *inſuper id campi.*

CAMPI QVOD HABET REX IPSE LAT.) Mos fuerat, vt viris fortibus, ſiue regib⁹, pro honore daretur aliqua agri particula, vt habuit Tarquinius in campo Martio, quod ſpatium ab Homero τὸ τῆμνος dicitur. Hoc ergo quod Latinus pro honore de repub. habuit, ab Aſcanio intelligamus eſſe promiſſum. Seruius. A Seruio diſſentit German, putatq; intelligendum antiquum illum agrum, inter Laurentum, & caſtra Troianorum interiectum, quem Latinus lib. 11. Troianis ad pacem redimendam ſe oblaturum in concilio procerum dicit, &c.

MEA QVEM SPAT. PROP. ETAS INSEQ.) Cui ſum ætate vicini⁹: quem annis prope conſequor, cui ſum ferme cōævus. Similis ſimili gaudet, etiam in ætatibus verum eſt. Gaudet ſenes ſenibus, iuuenes iuuenib⁹, pueri pueris. Proinde ſequitur *te iā pectore toto Accipio*, id eſt, toto affectu, & vt Germani dicerent, *du biſt mir von hertzen lieb*. Quanquam non ætatis tantum ſimilitudo, ſed virtutis quoque præſtantia, quæ iam nunc in adoleſcente elucet, cum Aſcanio tam charum reddit.

NULLA MEIS SINE TE QVÆR. GLOR. RED.) Tibull. eleg. 7. lib. 1. *Non ſine me eſt tibi partus honos.*

RERVVM VERBORVMQVE FIDES) Et repub. tibi committam, pacis, & belli negotia, & tecum communicabo omne conſilium.

----- Contra quem talia fatur

Euryalus: ME NULLA DIES TAM FORTIBVS AVSIS

DISSIMILEM ARGVERIT. tantum fortuna ſecunda,

Aut aduerſa cadat. ſed te ſuper omnia dona

Vnum oro: genitrix Priami de gente vetuſta

285 Eſt mihi, quam miſeram tenuit non Iliæ tellus

Mecum excedentem, non mœnia Regis Aceſtæ.

Hanc ego nunc ignaram huius, quodcunq; pericli eſt,

Inq; ſalutatam linquo (nox, & tua teſtis

Ccc* 3

Dcx

Dextera) quòd nequeam lacrymas perferre parentis.

- 290 AT TV, ORO, SOLARE INOPBM, ET SVCCVRRE RELICTÆ:
HANC SINE ME SPEM FERRE TVIS: audentior ibo
In casus omnes. Percussa mente dederunt
Dardanidæ lacrymas: ante omnes pulcher Iulus,
ATQVE ANIMVM PATRIÆ STRINXIT PIETATIS IMAGO.

ME NVLLA DIES FORTIBVS) Ab hoc officio, & A
ab hac audacia accessu temporis inferior non proba-
bor, qualiscunq; fortuna comitetur. Seruius. Vel sic.
Nunquam meam de hoc audaci cœpto mutabo senten-
tiam. Quo ad vixero dabo operam vt hanc tuam expe-
ctationem non frustrer.

TANTVM) Tantummodo hoc possum de me
promittere, vt semper audeam, semper velim fortiter
facere. Ergo meum est hoc promittere, siue prospera,
siue aduersa fortuna comitetur. Nam aut disiunctiua
particula est, non negantis aduerbium, quasi *hanc* scrip-
tum esset. Seruius. * *Ex Seruiana interpretatione Versus istius
interpungendus sit fortasse.*

me nulla dies tam fortibus ausis
Diffimilem arguerit. tantum. Fortuna secunda,
Aut aduersa cadat,

SED TE SVPER OMNIA DONA VNVM ORO)
Quia matre, (nec immeritò) nihil charius habet, quæ
ipsum sola, è Sicilia etiam, præ amore nimio secuta est
in Italiam, sola, inquam, præ matribus cæteris, quoni-
am auelli ab eo non potuit, piæ eius curam gerit, abitu-
rus in tantum discrimen: & sibi eius salutem, & com-
moda omnibus donis fore potiora testatur. Notetur
exemplum pietatis in matrem. ✱

GENITRIX PRIAMI DE GENTE VETVSTA) de fa-
milia. Et bene eam etiam ex cognatione commendat.
Nam Ascanius nepos est Priami per Creusam matrem.

QVAM MISERAM) quæ sic impatienter diligebat
filium.

NON MOENIA REGIS ACESTÆ) Vide extremum
lib. 5. Nam in Sicilia non inuito Aceste, cupiente etiam
conditur vrbs: ibi imbellis turba Troianorum, senes,
timidi, scæminæ, pueri relinquuntur. Vocat Aceste
mœnia, in illius enim potestatem hanc omnem tur-
bam tradi iusserat Anchises, per quietem Æneam af-
fatus. Et de eodem dicitur ibid. *gaudet regno Troia-
nus Acestes, Indicitq; forum, & patribus dat iura vo-
catis.* ✱

- 295 Tum sic affatur.

SPONDEO DIGNA TVIS INGENTIBVS OMNIA COEPTIS
Nanq; erit ista mihi genitrix, nomenq; Creusæ,
Solùm defuerit: NEC PARTVM GRATIA TALEM
PARVA MANET, CASVS FACTVM QVICVNQVE SEQVETVR.

- 300 Per caput hoc iuro (per quod pater antè solebat),
Quæ tibi polliceor reduci, rebusq; secundis,
Hæc eadem matriq; tuæ, generiq; manebunt.
Sic ait illacrymans: humero simul exuit ensem
Auratum mira, quem fecerat arte Lycaon
350 Gnosius, atq;abilem vagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnesticus pellem, horrentisq; leonis
Exuias: galeam fidus permultat Alethes,
Protinus armati incedunt, quos omnis cuntes

HANC EGO NVNC IGNARAM) *Id est* ab insigni
pietate in matrem, imitatione Homeri, qui Telema-
chum matre in salutata ab Ithaca soluentem inducit, &
hac cautione matrem satagentem.

Ἀλλ' ὁμοσον μοι μηδὲ φίλῃ τὰ δὲ μὴ θάσσει
Πείν' γ' ὅτ' ἂν ἐρδύεσθαι τε δουλεύεσθαι τε γένοιτο
ἢ αὐτὴν ποθέειν, καὶ ἀφορμὴν βίβ' αἰετοῦ,
ὥς ἂν μὴ κλαίωσα καὶ ἄλγος καλὸν ἰάσθῃ.

Sic apud Calab. lib. 7. celat magna pietate matrem Dei-
damiam Neoptolemus causam aduentus ad se Vlyssis,
Diomedisq; eò quidem structum, vt ipsum Troiæ fa-
talem, in Græcorum castra, militiamque perducerent.
German.

B IN QVE SALVTATAM LINQVO) *timetis.* Notabis,
salutare dicimur etiam eos, quibus valedicimus, quia sa-
lutare nō est aliud, quàm salutē precari, q̄ facimus quo-
que cū valedicimus. Quid enim est bene valere, nisi sal-
uum esse? Ergo illud vulgatum, *in salutato hospite dis-
cedere*, non est alienum latinitati. Summa, tam abeun-
tium, quam accedentium est salutare. Plant. Milite.

Etiā nunc saluto te familiaris, primū quam eo.

Conserui, conseruaq; omnes bene valete, & vivite. ✱

QVOD NEQVEAM LACRYMAS PERFER. PAR.)
Excusat, ne videatur crudelis. Vnde sequitur matris eius
tragicus, & miserabilis ille conquestus. *potuisti linguere:
Solam? Crudelis.*

INOPBM) auxiliij egentem, me discedente.

HANC SINE SPEM FERRE TVI) fac me posse spe-
rare, te non defuturum precibus meis.

ANIMVM PATRIÆ STRINX. PIET. IMAGO) Exem-
plo Euryali audius cœpit amare patrem, etiam ante di-
lectum. Euryalus representauit charitatem erga paren-
tes. Seruius. * *Sic de Ænea libro sequenti cum Lausum à se in-
terfectum videt pallefcere, Lausum, qui tantæ pietate patrem Mo-
rentium protegerat, Et mentem patriæ subiit pietatis imago.*

Primorum manus ad portas, iuuenumq; senumq;
 310 Prosequitur votis. nec non & pulcher Iulus
 ANTE ANNOS ANIMVMQVE GERENS, CVRAMQVE VIRILEM,
 Multa patri portanda dabat mandata: SED AVRÆ
 OMNIA DISCERPUNT, ET NVBIBVS IRRITA DONANT.

SPONDEO DIG. TVIS ING. OMNIA COEPT.) Quod A
 vis à me donum optato, & feres. Plaut. Cic. ad Q. F.
 epist. 2. lib. 1. nostræ causæ non videntur homines de-
 futuri, mirandum in modum profitentur, offerunt se.
 Est & lib. 10. epist. apud eundem, omnia cuiuspiam polli-
 ceri.

NAMQVE ERIT ISTA MIHI GENIT.) Talia dicta,
 cum nimirum alterius patrem, matrem, fratrem, ami-
 cum, commoda, incommoda, nostra fore dicimus, vel
 pro nostris habituros, magnam humanitatem, amo-
 rem, atque studium declarant, & sunt plena elegantie
 ac leporis. Supra, *unum & commune periculum, Vna sa-
 lus ambobus erit.* Plaut. Capt.

Pollego, si andeam, te meum patrem nominem.

Nam secundum patrem tu es pater proximus.

Vide plura lib. 12. ibi, *Qui te cumq; manent isto certami-
 ne casus, Et me Turne manent.* &

NEC PART. GRATIA TALEM PARVA MAN.)
 Debet ab omnibus coli, quæ talem generavit. Quæ e-
 iusmodi adolescentem peperit, honoranda est ab om-
 nibus.

CASVS FACIUM QVICVNQVE SEQ.) siue redeas in-
 columis, siue non. Satis congruè. Præmia enim non de-
 bêtur euentui, sed voluntati, & virtuti. Vide infra, *Qua
 tibi polliceor reduci, Hac eadem matri.*

PER CAPVT HOC IVRO) Mos veteribus fuit, si
 quid affirmatius dicere vellent, vt per suum, ac per illo-
 rum etiam caput, quos charos habebant, iusiurandum
 conciperent. Ouid. de Ponto eleg. 3. lib. 3.

Per mea tela, facis, & per mea tela sagittas,

Per matrem iuro, Cæsaremq; caput

Briseis ad Achillem.

Perq; tuum nostrumq; caput, quod iunximus una

Perq; tuos enses, cognita tela meis.

Apul. lib. 2. Metamorph. Adiuro enim tuum mihi cha-
 ris. caput, nulli me prorsus, ac ne tibi quidem ipsi asse-
 ueranti posse credere, quod tu quidquam in meam co-
 gitaris perniciem. Iuuenal. item Sat. 6.

Multa pudicitia veteris vestigia forsan,

Aut aliqua extiterant, & sub Jone, sed Jone nondum

Barbato: nondum Gracis intrare paratis

Per caput alterius.

Iliad. 15. Iuno per caput Iouis iurat. Plura exempla qui
 cupit, adeat Briffon. Formular. lib. 8. num. 709. Non-
 nunquam & per oculos suos iurabant. Briffon. ibidem.

PER QVOD PATER ANTE SOLEBAT) quia ab-
 sens est Æneas. Plures explicationes vide apud Ser-
 uium.

QVÆ TIBI POLLICEOR, HÆC EAD. MATRI GE-
 NERIQUE MANEB.) Fortassis Virgilio in mentem venit
 illius loci è 14. Philip. Atq; etiam cenfeo P. C. quæ præ-
 mia militibus promissimus nos, repub. recuperata, tri-
 buturos, ea viuis victoribusq; cumulatè, cum tempus
 venerit, persoluenda: qui autem ex ijs, quibus illa pro-
 missa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus,
 liberis, coniugibus, fratribus eadem tribuenda cenfeo.
 Quin & Solon legem tulit de eorum liberis publicè
 colendis, atque instituendis, qui pro repub. appetij-
 sent.

HUMERO SIMVL EXVIT ENSEM) Antiquitus ab
 humero, non à medio cingulo pendebant enses militi-
 bus. Homer. Iliad. 2. ἀμφὶ δὲ ὤμοισιν, &c. Circum hu-
 meros iecit clavis gladium argenteis. Virgil. lib. 8. *Tum
 lateri, atq; humeris Tegeum subligat enses.* Loris autè
 latoribus dependebant, & id balteus, seu baltea. Virg.
 lib. 12. *humero cum apparuit ingens Balteus, & notis ful-
 serunt cingula bullis.* Sidon. lib. 4. epist. 20. penduli ex
 humero baltei. Sic lib. 10. *tergo, qua balteus imo Sinna-
 tur, coxaq; sedet munimen utring.* Qui versus tamen in-
 dicat, cingulum etiam commune, & quo in orbem am-
 bimur, balteum item appellari, quod verum est, & de
 utroq; Isidorus. Balteus dicitur non tantum quo cin-
 gimur, sed etiam à quo arma dependent. Plura Lipsius
 in Analect. lib. 3. de milit. Rom. ad Dial. 3.

LYCAON GNOSIVS) Cretensis. Laus ab artifice
 vt poculi Eclog. 3. *divini opus Alcimedontis.*

PELLEM HORRENTIS LEON EXUVIAS) Εἰς
 ἔξυνοίς, pellem, quæ erant leonis exuvias. Ex heroico-
 rum temporum consuetudine scriptum est. Vt enim
 exuvijs leonis Herculem, sic & alios heroas vestitos,
 aut aliarum bestiarum pellibus legimus, vt apud Ho-
 mer. Iliad. 2. ὡς φάσιν δὲ δὲ ἀμφὶ ὤμοισιν ἱστῶντο δέρμα λε-
 ονίου Αἰθωνοῦ. Virgilius autem, vt si quisquam alius, an-
 tiquitatis æmulatione, & reuocandis eius institutis, &
 moribus, poema suum perpolire cupit. Turneb. lib. 29.
 cap. 25.

Adi lib. 7. ad illud, *Ipse pedes tegmen torquens im-
 mane leonis.* Quibus licet hæc addas Apollon. lib. 1.
 Δέρμα δὲ ὃ μὲν ταύρου ποδῶντας ἀμφὶ ἔχει ὤμους. Vbi
 scholiast. σύνθητες τοῖς ἥρωσι τὸ δερμαλοφορεῖν. Tydeus a-
 pud Statium apri pelle amicitur.

Terribiles contra setis, ac dente recurvo

Tydeas per latus humeros ambire laborans

Exuvias.

Porro leoninum spoliū virtutis est hieroglyphicum,
 vt obseruat in Leone Pierius, eaq; de causâ dicatum
 Herculi, quem pro virtute veteres posuere. Quare Dio-
 genes quendam molliorem, eo ornatu sibi complacen-
 tem conspicatus, exclamavit: cur tu virtutis indumentū
 vituperas? Quin & equum instratum leonina pelle ab
 Euandro accipit Æneas lib. 8. ad finem.

Ducunt exortem Ænea, quem fulua leonis

Pellis obis totum, præfulgens unguibus aureis

Et Parthenopæi equus apud Statium. *Cornipedem tri-
 pidos succum prænertere cernēs Velatum gemina deiecit
 lyncis.* Totum verò locum ab Homero expressum o-
 stendit Vrsin. quem consule.

ANTE ANNOS ANIM. GERENS, CVRAMQVE
 VIR.) Videtur hic poeta, vt passim, ἀπρονία, & studijs
 Iuliæ familiæ, in persona Iuli ad Augustū alludere, eiq;
 assentari, qui, vt refert Cic. Philipp. 5. Dio lib. 46. Suc-
 ton. cap. 26. solutus Romanis legibus, referente Cic.
 ætatis priuilegio, prima adolescentia consulatum ges-
 sit. Itaque & in Eclog. *Hic illum vidi iuuenem Me-
 libæe, quotannis, &c. & infra libr. sequente. Num
 puero summam belli, num credere muros?* Nam quam-
 vis summa imperij potestas ab Ænea puero Ascanio
 deman-

demandata coarguatur, & à maleuola dea obijciatur A Veneri, quæ res tamen feliciter vertit, gloriam Aſcanij, fortunamq; firmare videtur. German.

Sententia à Pindaro prius prolata in Pythicis, εἰδὲ κρέσσοι μὲν ἀλκίας νόον φέρειν. Sophocles Troilū ἀνδράπαυδα his versibus, qui apud Pindari Scholiasten. in Pythicis leguntur.

Τὸν ἀνδράπαυδα διασπότην ἀπώλεσα,

Παῖδα μὲν τῇ ἡλικίᾳ, ἀνδρα δὲ τῷ φρονήματι.

Vrsin. * *Est autem ἀνδράπαυς puer quidem atque, sed vir iudicio, & prudentia. Non ætate, verum ingenio adipiscitur, sapientia, inquit Plaut. Trinum. Cui autem sunt sensus hominū, & atque seculū vita immaculata. Item, puer centum annorum morietur. Hac ex diuinis monumentis. Virtutis, & sapientia celerior cursus est, quam ætatis. Anthol. lib. 1. Tit. eis γῆρας, & γέροντας, epigramma est, Philonis, hac sententia. Cui, si adsit mens, sine prudentia & intelligentia, sunt venerabiliores. Nam si ea desit, tum magis longam ætatem dedecorant: nulli propterea sunt honori: sed potius infamia.*

Αἱ πολὺαὶ οὐκ ἐν γαστέρι, αἱ γὰρ αἶψα τῷ

Μάρτυρι τῶν παλαιῶν εἰσι δυνάμεις ἰσχυρῆς.

Adde hū dictum Seneca de Tranquillitate animi, cap. 3. Nihil turpius, quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo probet se demeruisse, præter ætatem.

SED AVRÆ OMNIA DISCERP.) Promissa, & mandata, quæ exitum non habent, poetæ dicere cōfueverunt à ventis discerpi, vel tota ipsis tradi ab illis, qui fidem violant, nec ullam in partem ipsa seruant, & vt Græci, ita etiam Latini, sic certè Catull. locutus est, cum inquit. *Quæ cuncta aerij discerpunt irrita venti.* Et in eodem carmine.

Immemor at inueniū fugiens pellit vada remis,

Irrita ventosa linquens promissa procella.

Eodem pacto Euripid. in Troadibus.

Ἀργεῖ δινείδῃ, καὶ φρυγῶν ἱπαινόε

Ἀνέμοις φέρεσθαι πᾶσι δίδωμι.

Id est, nō curo, & citò extingui, dissipariq; volo. Nō tantum promissa, & mandata, verum etiam vota, & gaudia, vt declarant hæc Virgilij loca, *reducem vt patria alta videret Non dedit, inq; Notos vocē versere procella.* Et de Turno, *nec ferre videt sua gaudia ventos.* Victor. lib. 30. cap. 8.

Modus hic loquendi, tradere auris, ventis, & similes, aut obliuionem, & negligentiam rei, aut spes frustratas significant. Virg. *voti succedere partem Mente dedit, partem volucres disperfit in auras.* Horat. Ode 26. lib. 1. *tristitiam, & metus Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.* Ouid.

Cuncta ne in aquoreos abierunt irrita ventos?

Cuncta ne lethæis mersa feruntur aquis?

Idem.

Quæ tibi sunt facienda tamen cognosce, nec Euris

Da mea, nec trepidis verba ferenda Notis.

Catull. ad Ortalum.

Ne tua dicta vagis nequidquam credita ventis

Effluxisse meo forte putas animo.

Nazianzenus *ἐπιτετυλιν. καὶ εἰ μὲν λυδὲς, αὐραὶ φέρονται.*

Id quod si falsum est, auræ differant.

- 315 Egredi superant fossas, noctisq; per vmbra
Castra inimica petunt: multis tamen ante futuri
Exitio. passim vino, somnoq; per herbam
Corpora fusa vident, arrectos littore currus:
Inter lora, rotasq; viros, simul arma iacere,
Vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus.
- 320 Euryale AVDENDVM DEXTRA: NVNC IPSA VOCAT RES.
Hâc iter est: tu, ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi, & consule longè.
Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, vocemq; premit: simul ense superbum
- 325 Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Exstructus, toto proflabat pectore somnum:
Rex idem, Regi Turno gratissimus augur:
SED NON AVGVRIO POTVIT DEPELLERE PESTEM.
Tres iuxta famulos temere inter tela iacentes,
- 330 Armigerumq; Remi premit, aurigamq; sub ipsis
Naetus equis, ferroq; lecat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino, truncumq; relinquit,
Sanguine singultantem: atro tepefacta cruore
Terra, toriq; madent. nec non Lamyrumq;, Lamumq;,
335 Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luserat, insignis facie, MVLTQVÆ IACEBAT
MEMBRA DEO VICTVS. felix, si protinus illum
Æquasset nocti ludum, in lucemq; tulisset.
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans

(Suadet

340 (Suadet enim vesana fames) manditq; , trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu: fremit ore cruento.

EGRESSI SUPERANT FOSSAS) De fossa A
ac vallo castrorum differit Lipsius de Militia libro 5.
dial. 5.

CASTRA INIMICA PETUNT) Non tantum hostilia,
sed etiam pernicioſa: nam cum dolore dictum *inimi-*
ca, unde scilicet redituri non erant, quod ex sequenti-
bus comprobatur. Dicendo enim, *multis tamen ante fu-*
ituri Exire, ostendit pernicioſa esse castra, quæ ipsis
mortem fuerant allatura. Seruius.

PASSIM VIN. SOM. PER HERBAM CORP. FUSA)
Confer locum Homeri de Ulyſſe, & Diomede specula-
toribus in castris Troianorum. Est autem Iliad. κ. τῷ δὲ
βάτην περὶ τῶν, &c. *Passim* dixit, non more dormientiu-
um, cum ordinatione aliqua, sed ubi quisque ebrietate
superatus conciderat: non stratos iacere, sed per herbã,
ut non iam dormientium, sed mortuorum funera puta-
rentur. Donatus.

Ἐπὶ μύροις καὶ μὲν ὄντες à Polybio in 6. lib. histor. vo-
cati sunt milites, qui securo animo, & sine ullo metu ho-
stium dormientes oppressi sunt ab aduersariis, & occa-
sionem illis dederunt rei bene gerendæ: quales etiam
inuenisse Latinos, castra Troianorū obsidentes, Nisum
& Euryalum hoc loco Virgil. commemorat. Sed suprà
etiam Nisus ipse ad Euryalum.

Cernis qua Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant: somno, vinoq; sepulti
Procubuerunt.

Quod verò priore exemplo poeta vocauit *corpora fusa*,
cum strata illa esse significare vellet, & ut historicus sua
lingua dixit, ἑπὶ μύροις, quod latinum verbum propriè
de aqua, & omni humore, cum contigit id, vsurpari so-
let, imitatus est in hoc Homerum, ipse enim quoque
cum Cærano Merionis auriga, interfecto ab Hectore,
commemoratur habenas, quas ille antea tenebat, humi
sparsas fuisse, inquit, τὰς, ἥντα χεῖρ' ἔειλε. Victor. lib. 35.
cap. 17.

Locus hic de Rutulis omni metu, curaque solu-
tis, redigit mihi in memoriam, quod est apud Velleium
libr. 2. Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil ti-
met, & frequentissimum initium calamitatis, securitas. D
Quomodo Cyrus fuga simulata, reuersus Scythas vi-
no oneratos, securosque in castris oppresserit, narrat
Iustin. lib. 1. Manauit autem Virgilianum carmen è ve-
na Enniannam ille Annali 12. *somni repente In campo*
passim mollissimū perculit acies. &c.

ARRECTOS LITTORE CVRRVS) Non, ut so-
let belli tempore, currus paratos habentes ad signum,
ait Seruius. Neglectæ excubiæ, & corrupta rei milita-
ris disciplina, rem verisimilem reddunt. Alioqui incre-
dibile videri poterat, duos adolescentes tantam stra-
gem edere potuisse.

INTER LORA, ROTASQUE VIROS SIMVL) Nulla
specierum discretio apparebat. Confuderat ebrietas, E
quæ solet sobriorum solertia separare.

VINA SIMVL) vasa vinaria, pocula, contentum pro
continente.

AVDENDVM DEXTRA) Audere debet manus, quod
opportuna monstrat occasio.

NUNG IPSA VOCAT RES) hortatur nos oc-
casio.

ET AC ITER EST) aperienda est per neces hostium
via, atque ista parte pergendum.

TV NE QVA MANVS SE) Constituti inter eos
erant, quos ad mortuorum vicem strauerat somnus, &
vinum. Tamen prouidus fuit Nisus, ne quis à tergo ad-
ueniens, imprudens inuaderet. Ego, inquit, aperi-
am perfectis cædibus viam, tu prouide, & longius re-
spice, ne à tergo opprimamur incauti. Hactenus ferè
Donatus.

RHAMNETEM AGGREDITVR) Gaudet poemati suo
Latina intexere nomina Virgilius. Propter enim equi-
tes Rhamnenses, hic Rhamnetis nomen finxit. Sed &
Homeri imitatione Rhânes in tapetibus dormit. Mox
Rhemum in poemate ponit, quod nomē finxit de no-
mine Remi, qui frater conditoris Romæ fuit: sed &
Lamum, à quo Lamiarum familia, ut apud Horat. Ode
17. lib. 3. *Æli vetusto nobilis ab Lamo.* Lamus etiam, ut
Hesychius scribit, regio erat Læstrygonum, & indigena
heros, à quo regio nominata. Etiam Fadum ob Fadio-
rum familiam posuisse videtur, & Cædicum ob Cædi-
cios, Serranum ob Serranos, Numam, & Numanum ob
Numam regem, & Numanos. Salomoneum verò ob vr-
bis Italicæ nomen, Sulmonem puta: ut & Priuernum
ob urbem cognominem. Capyn ob Capuam, Equico-
lum ab Equicolis populis. Turneb. lib. 22. cap. 15.

TOTO PROFLABAT PECTORE SOMNVN)
Quod ait de Rhamnete, cum toto pectore somnum
proflare, cum suprà vniuersè de Rutulis dixerit, passim
somno, vinoq; per herbam fusa corpora iacuisse, haud
dubiè de quiete minimè tacita, sed ronchos egregiè tra-
hente, stertenteque accipiendum est. Quem soporem
Cælius Aurelianus medicus (ut docet Mercurial. Var-
riar. lib. 1. cap. 10.) elegantissimè sorbilem nuncupauit,
in quo videlicet maximus stertor efficitur. Qui, quod
sorbitionis clarissimam imaginem præbeat, præter sen-
sus fidem etiam Plautinus ille Lucio in Militis fabula
manifestum fecit, qui interrogatus à Palæstrione, quid
Sceledrus ageret, sic cum eo sermonem habet L. *forbet*
dormiens. P. *quid sorbet?* L. *illud stertis volui dicere:*
sed quia consimile est quid stertas, quasi forbeas.

SED NON AVG. POT. DEPELL. FEST.) Augurium ab
auspicio differt, quamuis utrumq; ab auiibus deductum
sit. Illud enim ab auium gestu, siue garritu: hoc ab ea-
rum inspectione tantum captabatur. Nonius ait, his in-
tellectibus discerni, quod auspiciū sit auium inspe-
ctio, & quod ex volatu auium significatur, & vocibus:
augurium autem rerum omnium coniecturas, pruden-
ter, ac diligenter amplectatur.

Pestis, ut aliàs crebrò, est mors, & exitium. Home-
ri versus est, unde suum fecit Maro. ἀλλ' ἔκ οἰωνοῖσιν ἐρί-
σαστο κῆρ' ἐμὲ λαιναί. Et Xenoph. ἐπὶ τῇ καὶ οἱ μάρτυρες λέγον-
ται δὴ πῶς ἄλλους μὲν περὶ αἰσχροῦ τὸ μᾶλλον, ἑαυτοῖς δὲ μὴ
περὶ αὐτὸ τὸ ἐπὶ. German. qui & eiusdem sententiæ ver-
sus è duobus Apollonij locis profert.

SVB IPSIS EQVIS) inter ipsos equos.

PENDENTIA COLLA) quasi ebriorum.

TRVNCVMQVE RELINQVIT) libr. 2. *iacet ingens*
litore truncus.

SANGVINE SINGVLANTEM) palpitantem in san-
guine suo.

TEPEF. CRVORE TERRA, TORIQVE MAD.)
Sicalibi hastam ait tepesactam traiecto cerebro. Naso,
& Horatius hunc colorem imitati sunt. Hic ita. *In pa-*
tris ingulo ferrum, tepesecit acutum. Ille sic. *Sanguine*
Ddd * *Tlepole-*

Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam. Ecce ergo, ut A poetæ ex notissima cruoris natura, qui quidem, cum ex venis animantium fluit, calidus fluit, poeticos hos dicendi colores traxerunt, ut vulnerato aliquo, terram eo profluente tepefieri, & ferrum seu hastam, aut tale quod in vulnere tepefactum dicant. At verò historicus satis habuisset, in ingenti cæde facta, abundè profusi sanguinis copiam enarrare, nullo cruoris epitheto apposito. Erythræus.

ILLA QVI PLVR. NOCTE LVSERAT.) Qui in multam noctem luserat.

IACEBAT MVL. MEMB. DEO VICTVS) Simili pæne modo de Sileno temulento Eclog. 6.

Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.

Dat nobis hic occasionem poeta dicendi aliquid aduersus ebrietatem, & vinolentiam. Dicemus autem ex D. Chrysostomo de malis, quæ cõciliat ebrietas. Ille igitur Homil. super illud Apost. Vino modico vttere. *Quid enim ebrietate miserabilis? Mortuus est animatus ebrius: demon est voluntarius: morbus veniam non habens: ruina excusatione carens: commune generis nostri opprobrium. Non enim in conuentibus tantum inutilis ebrius, aut in priuatis, & publicis negotiis, sed etiam solo est aspectu omnium grauiissimus, fætores exhalans, teterrimos, & ructationes, & oscitationes, & voces ebriorum insuauis, atque molesta, eos qui spectant, & simul sunt, extrema abominatationis implent.* Hactenus ille. De bibonibus, comedonibus, ventrisque mancipiis scire dictum à Philone, lib. de sacerdotum honoribus. *Venter nihil est aliud, quam præsepe bruta concupiscentia: qua potationibus rigatur, & inglutitur, inundatur aliis post alios cibi, potuiq; delictis, suis more gaudens in cæni volutabro degere. Proinde locus excrementis dicatus conuenientissimus est illi turpi, & intemperanti pecudi.*

SI PROTINVS ILLVM AQ. NOCTI LVN. si ludendo perrexisset, si continuasset ludum vsque ad diluculum, sicut poeta subdit, *in lucemq; tulisset.*

IMPASTVS CEV PLENA LEO) Apparet Virgilium, cum fecit Nisum, & Euryalum per media castra hostiũ transeuntes magnam cædem fecisse, imitatum fuisse, Homerum: vsus est enim etiam eadem collatione, rei collustrandæ causã, qua vsus antea fuerat eo loco princeps poetarum. Cum enim ostendere vellet Homerus, & quasi ante oculos eorum, qui legerent, constitueret impetum Diomedis in Thraces, inquit.

Ως δὲ λέων μέλαιν' ἀσημάτωσιν ἐπ' ἄλδων
Αἰγῶσιν, ἢ οἷσσι κατὰ φρεσὶν ἐπ' ἐρύσῃ
Ως μὲν θρηίκας ἀνδρῶν ἐπ' ὄχετο τυδὶς ὕδρ.

B Victor. lib. 27. cap. 16. * *Saxum pecori hostem vocat leonem Catullus, congruenter utique Virgilianis verbis. Transit hanc similitudinem à Virgilio Silium lib. 2, cum Saguntum captam describit.*

Ceu stimulantē fame, cum victor ouilia tandem
Faucibus inuadit siccis leo, mandit hianti
Ore fremens imbelles pecus, patuloque redundat
Gutturē ructatus large cruor, incubat altis
Semelæ stragis cumulis, aus murmure anhelō
Infrendens, laceros inter spatiat aceruos.
Latè fusa iacent, pecudes, custosque molossus,
Pastorumque cohors, stabulique, gregisque magister,
Totaque vastatis disiecta mapalia lectis.

SVADET ENIM VESANA FAMES) quos improba ventris Exegit cecos rabies, dixit. 2. Æneid de lupis esurientibus.

C MOLLE PECVS) Et pelle, & lana, & carnibus, & viribus molle pecus ouis. Horatius Ode 2. Epod. *Ant ton- det infirmas oues.*

MVLTVMQVE METV) Sic lib. 12. *stat pecus omne metu mutum.* Lucret. lib. 1. de Iphigenia immolanda. *Multa metu terram, genibus, summissa petebat.* * *Αλογηδύναις* Graeci bruta animalia, quod ratione carent non quod sermone: quemadmodum necesse erit eos dicere, qui partem rationis eisdem videntur tribuere, quamquam malè, & impie.

Nec minor Euryali cædes: incensus & ipse
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumq; , Hebesumq; subit, Rhoetumq; , Abarimq;
345 Ignaros: Rhoetum vigilantem, & cuncta videntem:
Sed magnum metuens se post cratera tegebat.
Pectore in aduerso totum cui cominus ensē
Condedit assurgenti, & multa morte recepit.
PVRPVREAM VOMIT ILLE ANIMAM: & cum sanguine mista
350 Vina refert moriens. Hic furto feruidus instat.
Iamq; ad Messapi socios tendebat, ubi ignem
Deficere extremum, & religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breuiter cum talia Nisus
(Sensit enim nimia cæde, atq; cupidine ferri)
355 Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.
POENARVM EXHAUSTVM SATIS EST: via facta per hostes.

INCENSVS ET IPSE PERFVRIT) exemplo Nisi in D *lum in igne nomen, quia nullum in igne factum, unde nomen, sine notitia venit. avrovμης appellat Homerus.*

MVLTV IN MED. SINE NOM. PLEB.) Bene expressit, & bellatoris peritiam, & tyronis incõsideratam audacitatem. Nam Nisus reges interimir, Euryalus scuit in plebem. Sallust. Et insolentia audus malefaciendi. Sine nomine autem, id est, sine gloria, quorum per humilitatem non sunt omnibus nota nomina. Seruius. * *plebs sine nomine, est vulgus ignobile, milites gregarij, quorum ideo nul-*

IGNAROS) ad omnes pertinet, excepto Rhoeto, qui solus occisus est sciens, & conspiciens vniuersa. Donatus.

MAGNVM MET. SE POST CRATERA TEG.) De magno, & vasto quodam cratere, quem sublatum Theleus in Eurytum centaurum iecit, in nuptiis Pirithoi, vide Metamorph. lib. 12

MVLTA

MULTA MORTE RECEPIT) cum multo morientis A
 cruore gladium recepit, eduxit è vulnere.

PURPUREAM VOMIT ANIM.) Iuxta illos, qui ani-
 mam dicunt esse sanguinem. Vide Cæl. Rhodigin. lib.
 8. cap. 11.

CVM SANG. MIXTO VINA REFERT MORIENS)
 Stat. 5. Thebaid. *ingulsiq; modo torrentis apertis Sanguine commixto redeuntem in potula Bacchum.* Vide lib. 2.
 Æneid. de cæde Politæ: *Concussit, ac multo vitam cum sanguine fudit. Vina,* quæ pauld antè ingurgitauerat.
Versum, Purpuream vomit ille animam, *Et primæ dimidium sequenti sic lib. iam iam nominat vitæ est Naso.* Sanguinis ille globos pariter, cerebrumq; *medullas;* Vulnere, & ore vomens.

HIC FURTO FERVIT. INSTAT) Hic tanto ma-
 gis perficiendis cædibus operam dabat, quanto videbat
 occasionē multiplicem suffragari. *Furto,* quia sæniebat
 latenter nocturno prælio: furtivas cædes persequitur.
 Donatus.

RELIGATOS RITE) Non solutos, sed diligen-
 ter ligatos: unde addit, *rite,* id est, ex militari consuetu-
 dine optimè ligatos Sernius.

ABSISTAMVS, LUX INIMICA PROPINQVAT) Recedendum est, inquit, cum lux proxima sit, quæ nos hostibus posset prodere. Nec immeritò dixit inimicam lucem. Si enim tenebræ profuerunt, ut gloriosa cæpta perficerentur, procul dubio obfutura fuerat lux, quæ nihil relinquit occultum. Recedendum igitur suadebat Nisus. Donatus. Homer. Iliad. κ. ἀλλ' ἵσμεν, μάλα γὰρ νῦν ἐσθίεται, ἱγρὸν δ' ἡνέ.

POENARVM EXHAUSTVM SATIS EST) Bene exhaustum, ut eos ostendat avidos cædis fuisse, & cruoris humani.

VIA FACTA PER HOSTES) Dicere Euryalus potuit, occasionem talem non esse perdendam, qua hostes in maiori numero possent trucidari. Hoc ne diceretur, prior Nisus occurrit. Ad statum rei satis abundare, quod factum videbatur. Transitus, inquit, nobis per hostes fuerat necessarius, factus est, quid amplius quærimus? Et considerandum est hoc tempore, non quid amplius infligi debeat, sed quemadmodū vique ad ipsum Æneam susceptum instruat officium, ne lux ingruens prodar, quos tenebræ regunt. Donatus.

- Multa virūm solido argento perfecta relinquunt
 Armaq; , craterasq; simul, pulchrosq; tapetas.
 Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
 360 Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim
 Quæ mittit dona, hospitio cum iungeret absens,
 Cædicus. ille suo moriens dat habere nepoti,
 Post mortem bello Rutuli, prædaq; potiti.
 Hæc rapit, atq; humeris nequicquam fortibus aptat:
 365 Tum galeam Messapi habilem, cristisq; decoram
 Induit. excedunt castris, & tuta capeffunt.
 Interea præmissi equites ex vrbe Latina,
 Cætera dum legio campis instructa moratur,
 Ibant, & Turno regi responsa ferebant,
 370 Ter centum, scutati omnes, Volscente magistro.
 Iamq; propinquabant castris, muroq; subibant:
 Cum procul hos læuo flectentes limite cernunt:
 Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra
 Prodidit immemorem, radiisq; aduersa refulsit.
 375 Haud temere est visum (conclamat ab agmine Volscens)
 State viri: quæ causa viæ? quiue estis in armis?
 Quoûe tenetis iter? nihil illi tendere contrà,
 Sed celerare fugam in sylvas, & fidere nocti.
 Obiiciunt equites sese ad diuortia nota
 380 Hinc, atq; hinc, omnemq; aditum custode coronant.

PHALERAS RHAMNETIS) In donis militari-
 bus fuerunt etiam phaleræ. Silius inter dona Scipionis
 libr. 15.

— phaleris hic pectora fulget,

Hic torques aurato circumdat bellica colla.

Iuvenal. sat. vlt. *Ut latiphaleris omnes, & torquibus omnes.* Et distinguit uterque à torquibus, sicut & Dionysius lib. 10. in Siccijs donis discretè posuit, *στέρης, καὶ ἀσπίδος:* torques, & phaleras. Phaleræ demissæ ad pectus pendebant, torques stringebant magis, & ambi-

bant ipsum collum. Diuersitas etiam in forma, quod illæ planiores, & magis iacentes: isti contorti (vox latina, & græca indicat) & ex annulis, aut catellis plexi. An non ipsi quæ catellæ? In Liuiο est lib. 39. C. Calpurnium donasse equites suos phaleris, Quintium alterum Prætozem, suos catellis, ac fibulis. Postponit catellas phaleris, & minoris habet: quia, quod ex narratione videas, minus laudabilis opera Quintianorum. Idem iudicium de torque, si tamen est idem. Hæc Lipsius Milit. lib. 5. dial. 17.

AVRIA BULLEIS CINGULA) Bullæ hîc sunt, A quas Germani vocant *Spangen*. Bulla aurea, insigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebant eis à pectore, ut significaretur eam ætatem alterius regendam consilio. Dicta enim est à græco sermone βύλη, quod consilium dicitur latine: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est, pectus, in quo naturale manet consilium. Festus.

Balteum, seu cingulum illud, ex quo gladium suspendebant, veteres singulariter ornabant, eoque velut militiæ præcipuo insigni superbiebant. Bullis honestari cingula plerumque solent ex argento, auro, interdum & gemmis. Inde Varro balteum format, quod cingulum habeat è corio bullatum. Virgil. de Pallantis B cingulo, *notis fulserunt cingula bullis*. Bullæ autem istæ quid fuerint, Ilidor. docet. Bullæ, inquit, quod similes sint rotunditate bullis. Linius de Samnitibus, auratæ vaginæ, aurata baltea illiserant. Aufon. *aurata fulgentia cingula bulla*. Trebell. Pollio. Cum cingula sua plerique militantium ponerent hora conuiuij, Solonius puer his auratos, constellatosque balteos rapuisse perhibetur. Vbi constellatos accipere possumus, stellulis, aut stellarum in modum lineis decussatis sparsos. De gemmatis balteis apud eundem in Galieno. Gemmato balteo est vsus: Claudian. de Parthis. *Parthia quantis variantur cingula gemmis Regales iunctura sinum*. Adi Lipsij Analect. ad lib. 3. de Militia Rom. dial. 3. & Steuechium ad cap. 3. lib. 2. Vegetij.

QVÆ MITTIT DONA, HOSPITIO) Consuetudo erat apud maiores, ut inter se homines hospitij iura mutuis muneribus copularent, vel coram, vel per internuntios. Sensus ergo nuntialis est. Cædicius quidam Remulo, quum eum sibi absens vellet hospitio iungere, misit phaleras, & cingula bullis aureis, hoc est, clavis insignita. Remulus moriens nepoti suo cognomini hæc reliquit: qui postea victus à Rutulis est, & occisus: post eius mortem apud Rhamnetem Rutulum reperta sunt hæc munera. Seruius.

TVM GALEAM MESSAPI HAB.) Non occisi Messapi abstulit galeam: nam pugnaturus est paulò post: sed inuenit iacentem, & sustulit. *Habilem* autem, id est, aptam & convenientem. sic supra lib. 1. *humero de more habilem* (suspenderat arcum).

PRÆMISSI EQVITES EXVRBE LATINA) Non est contrarium illi loco, ubi ait *Sepsi se tectus, re- rum quæ reliquit habenas*, quod modò à Latina vrbe venire auxilia commemorat. Intelligimus enim Latinum in principio discordiæ, & tumultus paululùm se abstinuissè: postea tamen nec suorum copias, nec propria denegasse consilia. Nam eum & coetui, & fœderibus interfuisse dicturus est. Seruius.

Et quoniam primo loco dicit. *premissi*, hoc primum exponamus. Veniebant enim equites, veniebant pedites. Ex utroque cum constat exercitus, non potest vno duci itinere, quia humani gressus generi equino comparari non possunt. Ne igitur per armatos pedites, perindeque oneratos tardarentur, equites primi erant præmissi simul: illi verò (pedites) instructis ordinibus sequebantur ex vrbe Latina. Donatus.

CÆTERA DVM LEGIO CAMP. INSTRVCTA MOR.) Proprie. nam legiones peditum sunt, turmæ verò equitum. Seruius.

Vniuersus enim exercitus Roman. in duas partes fuit diuisus, legiones, & auxilia. Legio certa peditum, equitumque manus fuit, Varrone, & Plutarcho auctoribus, à delectu fortissimorum militum appellata. Plutarchi verba sunt. Εκλήθη λεγών τῶ λογάδαι εἶναι τὸς μαχίμους ἐκ πάντων. Vocata est legio, quod lecti ex omnibus essent militares. Ea verò iam inde à Romulo rege instituta est trium millium peditum, & trecentorum equitum. Ex singulis enim tribus mille conscripti sunt pedites, & centeni equites. [Hic fuit cæpitum, qui in singulas legiones dabatur: sollemnis, inquam, hic equitum numerus, teste Polybio: ipsum appellat Linius: Decreta, inquit, dua legiones, cum suis equis. Hac Lipsij de Milit. Rom. lib. 2. dial. 6.] Ut autem pedites in cohortes, equites in turmas distributi, sic cohortes in manipulos, turmæ in decurias, manipuli in centurias. Quoniam autem legionem à Romulo acceptis in ciuitatem Sabinis auctam scribit cum Dionysio Plutarchus, propterea eandem etiam à Romulo ad quatuor peditum millia redactam existimauerim. Quæ inde quadrata legio dicta est, auctore Festo. Subsequentibus verò temporibus pro vsu reipub. & senatus arbitrio variatum, ut legio modò quatuor, modò sex millium peditum, itemque modò ducentorum, modò trecentorum equitum scriberetur, &c. Lege Vegetium lib. 2. cap. 1. Quid inter legiones, & auxilia intersit, idem cap. 2. ibid. Steuechius. Lege Sigon. de antiq. iure Ciuium Rom. lib. 1. cap. 15. Lipsium Milit. lib. 2. dial. 5. In Analectis autem eiusdem dialogi varia nomina legionis græca, & latina producit in medium, *σεπτεπιδον, σεπτουμα, δέμα, τάξις, τάλος, τῶχοι*, numeri, ordines, virtutes.

SCVTATI OMNES. Non clypeati, nam clypei peditum sunt, scuta vero equitum. Seruius.

GALEA EURYAL. SVBLVST. NOCTIS) Sublustris nox est, habens aliquid lucis. Horat. *Nate sublustris nihil astra præter Vidiæ*. libr. 9. *Luna sub luce maligna*. ἀμφιλύκη Græci. Attulit hæc Niso, & Euryalo ex aduerso euentus exoriens, ut ea hora illic grederentur è castris Rutulorum, qua venientes hostes prope ingressum fuerunt. Attulit & incuria Euryali malum, qui fulgorem galeæ non abscondit. Seruius. Donatus.

QVÆ CAVSSA VIÆ, QVIV ESTIS) Triplex interrogatio. Quod secundo loco quaeritur, ordine, & natura rerum primum est, primumque interrogari debuit, qui sint. Deinde quò tenderent: postremo qua de causa. Sed huiusmodi ordo negligitur à poetis.

NIHIL ILLI TEND. CONTRA) Obmutuerunt, nihil contra responderunt. Tendo contra sermonem tuum, id est, tibi respondeo. Seruius.

CILERARE FVGAM IN SYL. ET FIDERE NOCTI) Nutriebat fugientium spem qualitas loci, & noctis opportunum tempus, quæ ipsa in contrarium versa sunt. Donat.

OBIICIUNT EQVIT. SE SE AD DIVORT. NOTA) Potuerunt inter initia existimari fuisse de numero Rutulorum. Sed cum Volscenti nihil responderetur, intellectum est, hostes esse potius, quàm socios. Proinde notitia locorum instructi clauserunt custodibus syluam, & omnia loca, per quæ euadi potuisset, tenuerunt. Donatus.

Dispositio

Diuortia, interua, unde in diuersa viâ deflectuntur. Non enim in coniugio tantum valet hæc vox, cum generatim rerum omnium separationem significet, vt habet Nonius, hunc locum laudans. Isid. lib. 15. cap. 16. Diuortia sunt flexus viarum, hoc est, viâ in diuersa tendentes: eadem diuerticula sunt, hoc est, diuersæ, ac diuisæ viæ: siue semitæ tranuersæ, quæ sunt alteræ viæ. Plin. quoque hanc vocem ad aquas transtulit: & prope

Aiphsingis ad diuortia aquarum castra posuisse. Et Cic. lib. 2. ad famil. Qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortijs. Idem 2. de Orat. Sic ex communi sapientum ingo sunt doctrinarum facta diuortia.

ADITVM CVSTOD. CORON.) Sincerior lectio, *abitum*, quam *aditum*: cingunt enim syluam, ne habeant, unde abire possint. Seruius.

- Sylua fuit latè dumis, atq; ilice nigra
 Horrida, quam densi complerant vndiq; sentes:
 Rara per occultos ducebat semita calles.
 Euryalum tenebræ ramorum, onerosaq; præda
 385 Impediunt: fallitq; timor regione viarum.
 Nilus abit: iamq; imprudens euaserat hostes,
 Atq; locos, qui pòst Albæ de nomine dicti
 Albani, rum rex stabula alta Latinus habebat.
 Vt steterit, & frustra absentem respexit amicum,
 390 Euryale infelix, qua te regione reliqui?
 Quæue sequar? rursus perplexum iter omne reuoluens
 Fallacis syluæ, simul & vestigia retro
 Obseruata legit, dumisq; silentibus errat.
 Audit equos, audit strepitus, & signa sequentium.
 395 Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
 Peruenit, ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
 Fraude loci, & noctis, subito turbante tumultu,
 Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.
 Quid faciat? qua vi iuuenem, quibus audeat armis
 400 Eripere? an sese medios moriturus in hostes
 Inferat, & pulchram properet per vulnera mortem?

SYLVA FUIT LATE DVMIS) Sylua occupata fuit B sentibus per immensam latitudinem fuis, ilicibus nigris, ramosis, & spissis tenebrosa, vt præter obscuritatem noctis, alias, atris frondibus suis, tenebras adduceret. Donatus.

RARA PER OCCVLTOS DVCEB. SEM. CALLES) Difficilis transitus, & plena inuestigatione, quæsitus inter angustos calles poterat aperiri. *Callis* quid sit, ipse poeta exposuit: viæ quippe sunt perangustæ inter dumos, quæ vix admittunt transitum. Duo igitur subsidia, videndi, atq; gradiendi fugientibus negabantur. Donat.

EVRALVM TENEBRÆ RAM.) Euryalum etiam quominus expedire fugeret, præter tenebras impediebat præda, quam portabat. Et timor faciebat, vt viam amitteret. Multis excusationibus excusatur Euryalus.

IMPRVDENS) Euryali remanentis.

ATQVE LOCOS) Legitur etiam, *lacus*: sed lacus ideo, quod Alba inter montem excelsum, & lacum magnum est condita. De lacu Cic. 1. de nat. deor.

FRVSTRA ABSENTEM RESP. AMICVM) Retrorsum aspexit, & cum eum, cuius causa hoc fecisset, animaduertisset absentem, frustra, inquit, respexit.

EVRYALE INFELIX) Donatus docet vocem *infelix* etiam ad Nisum posse referri, hoc sensu, O Euryale, ego infelix qua te regione reliqui? Lege locum. Sequitur Donatum Seruius.

PERPLEXVM ITER) Festus, *plexa*, colligata signi-

ficat ex Græco: cui nos etiam præpositionem adiicimus, cum dicimus, perplexa. Terent. Eunuchus *Perplexi sceleris perplexi loqui*? Verbum *perplexabile* est apud Plautum.

AVDIT EQVOS, AVDIT STREPITVS) Tantum inter ipsum, & hostes supererat spatij, vt ad eius aures equorum strepitus, & sequentium hostium signa peruenirent. Donatus.

NEC LONGVM IN MEDIO TEMPVS) inter auditum sonitum, & visum Euryalum.

CVM CLAMOR AD AVRES) clamor de capto Euryalo.

FRAVDE LOCI, ET NOCTIS) Suprà dixit, fallacem syluam. Est Euryali capti defensio, ne per incertiam videatur factus esse captiuus. Donatus.

CONANTEM PLVR. FRVSTRA) In ipsis tamen angustijs non sibi defuit: conatus est quippe multa pro se: sed contra tot difficultates obtinere non valuit. Donatus.

QVID FACIAT? QVA VI) Deliberatio Nisi, seruet amicum pugnando, an, quia contra tantam multitudinem nihil profecturus videbatur, occumbat cum amico, & quidem pulchro genere mortis: pulchrum enim est mori pro amicis.

PROPERET MORTEM) Mori properet, multis Rutulorum confossus vulneribus. Est autè frequens vsus verbi *propero*, in voce agere. Hor. Ode. 22. Ep. *Muricibus Tyris*

Ddd*

3

iterata

iterata vellere lana Cui properabantur, id est, properè, & A properè cudunt. Propeert. Quod si foris illi properè summo studio texebantur. Virgil. Georg. 4. Ac volu- vint fata quietem. Plura Lamb. ad Odam 6. lib. 2. silentis cyclopes fulmina massis Cum properant, id est,

- Ocyus adducto torquens hostile lacerto,
 Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur.
 Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori,
 405 Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.
 Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
 Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
 Suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi:
 Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras.
 410 Dixerat: & toto connixus corpore ferrum
 Conijcit: hasta volans noctis diuerberat umbras,
 Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibiq;
 Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.
 Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen
 415 Frigidus, ET LONGIS SINGVLTI BVSV ILIA PVLSAT.
 Diuersi circumspiciunt: hoc acrior idem
 Ecce aliud summa telum librabat ab aure.
 Dum trepidant. it hasta Tago per tempus vtrunq;
 Stridens, traiectoq; hæsit tepefacta cerebro.
 420 Sæuit atrox Volscens, nec teli conspicit vlsquam
 Auctorem, nec quò se ardens immittere possit.
 Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
 Persolues amborum, inquit. simul ense recluso
 Ibat in Euryalum.

Ocyus adducto torq.) Citò reduxit cum B
 hastili dexteram: citò ideo, ne locum mutarent, qui
 Euryalum tenebant. Reductio autem manus ideo fit,
 vt fortius exeat telum. Donatus.

Tu præsens nostro) Eclog. 1. Nec tam præ-
 sentes alibi cognoscere diuos. Ponitur & in alijs rebus præ-
 sens, declaratque efficientiam, vim, potestatem, & id
 quidem tam in bonam, quam in malam partem. Causa
 hæc est, quod quæ utilia, ac salutaria sunt, si adhibe-
 antur, fiantq; præsentia, celerius, ac vehementius pro-
 sunt, quam si remota sint. Et noxia quæ sunt, quis gra-
 uius nocitura dubitet, si vicina sint, & proxima, quam
 si remotiora fuerint? Quomodo igitur præsens auxili-
 um, remedium pro potente, valido, efficaci: sic præ-
 sens, præsentissimum venenum, periculum, & similia
 pro maximè noxijs, certis, magnis dicimus. 16

Astrorum decus, et nem.) Amant numina
 laudari, quum rogantur, ait Donatus: profectò etiam
 homines. Horat. Ode 12. lib. 1.

— micat inter omnes
 Julium fidus, velut inter ignes
 Luna minores.

vbi stellis omnibus præfert lunam: nam quod ad nostrum
 aspectum attinet, multò quauis stella & maior, & luci-
 dior est. Vnde & regina siderum eidem carmine sæcu-
 lari. Quod verò eandem custodem nemorum vocat, in-
 de est, quia eadem in cælis luna, in syluis Diana, & apud
 inferos Hecate. 17

Pro me pater) Ex paternorum meritum
 fiducia, velut debitam gratiam reposcit.

Si qua ipse mris) Ecce addit etiam obsequia
 sua, vt ostendat, se quoq; eius esse cultorem. Sic Chry-
 ses ad Apoll. lib. 1. Iliad.

Suspendiue tholo) Solebant veteres de præda
 dijs immolare, & partes quasdam etiam ijs interdum
 suspendere de tholo, & consecrare, vt Dianæ aprorum
 capita, & ceruorum cornua, vt est Eclog. 7. Statius lib.
 2. Thebaid.

— figamq; superbis

Arma tholis, quæq; ipse meo quasi venaxi

Sanguine, quæq; dabis captis Tritonia Thebis.

Vbi Placidius Lucatius, seu Placidus Lactant. inter-
 pres, tholus est in media templi camera locus, in quo
 vouentium primitiæ, aut exuuiæ figebantur. Et lib. 9.
 sen iam sub culmine fixus Excubat, antiquo seu pendet
 gloria ludo. Ad quem locum iterum idem. Alia sunt
 quæ figuntur, alia quæ à pastoribus templorum tholis
 suspenduntur. Dentes, & cornua figuntur: pelles, & a-
 lia suspenduntur.

Tholus, vt describitur à Philandro in Vitruvium
 cap. 7. est ædificij camera, quæ altius crescens, rotunda
 forma in fastigiatum cacumen desinit, à quo τράχυνος So-
 lois δὲ εἶναι scripsit Dio lib. 53. Re enim vera Panthe-
 um est hemisphærio tectum, hoc est, circulata camera,
 inque medio hemisphærio lumen ad circumum factum.
 Aliàs est testudinis umbilicus, id est, veluti scutum in
 medio tecto, quo trabes omnes conueniunt, vbi dona
 suspendebantur, auctore Seruio.

Alta ad fastigia fixi) In huiusmodi
 donorum consecrationibus, & oblationibus probati
 scripto-

scriptores libenter vti sunt verbis *ponere, & figere*. Propert. lib. 2. *Suscipere, & Veneri ponere vota iuuat*. Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Libatum* (pomum) *agricola ponitur ante deo*. Iulius Obsequens. sacrificatum tum à Romanis, donaque in templo posita. Propert. lib. 2. *Magna ego dona tua figam Cytherea columna*. Liuius li. 34. Et ante fixa fictilia deorum irridentes. Hæc in Tibullum Achilles Statius.

TVRBARE GLOBVM) Sana petitio. Nam quia impossibile fuerat vincere, petit, ut saltem perturbet telorum beneficio, quod & factum est. Seruius.

TOTO CONNIXVS CORPORE) aut quia paulo longius stabat: aut quia mittebat iratus.

HASTA VOLANS NOCTIS) Expressum hic beneficium deæ, & humanæ fortitudinis robur. Hastam enim Rutuli Sulmonis scutum excipit, & per scutum penetrans, in præcordia transit. Donatus.

ADVERSI IN TERGV) Perplexos hic locus habet Grammaticos, quod & tergum, & aduersi dicat: cum tergum sit in auerso. Itaque tergum pro clypeo accipiunt. Ego, *aduersi* interpretor, qui erat è regione, etsi non aduerso pectore: ut in eodem libro. *Sed furor ardentem, cadisq; insana cupido Egit in aduersos*: Id est, in eos, qui ante eum exaduersum ei erant, etsi tergum auerterant, & fugerant. Itaque mox sequitur, *& raptas fugientibus ingeris hastas In tergum*. Hasta porro hic fracta est ipso impetu, ut funderetur: ita lignum, & hostile fissum, & ipsa fissione acu minati præcordia transijt: nã filiorum fragmenta asperantur in aciem plerumque, & penetrabilia redduntur, ut in Henrici regis facto didicimus. Turneb. lib. 29. cap. 25. * *Henricum 11. Francisci 1. Regis Francorum filium intellige, qui ludis equestribus, in nuptijs filia ab aduersario, assula de eum hastili per galae foramen in oculum, & in cerebrum regis dissiliente, & impacta, est letho datus. Qui historiam melius norunt, certius referant. Genus mortis patrefeci*.

VOLVITVR ILLE VOMENS CALID.) Lucret. lib. 2. *Sanguinis expirans calidum de pectore flumen*.

FRIGIDVS) *Frigidus*: id est mortuus, moribundus, seu moriens: nam in mortis mentione sæpe videas usurpatum frigus, frigidus. Horat. Satyr. 2. lib. 1. *& maiorum ne quis amicus Frigore teferiat*. Luc. lib. 3. *Et gelidos artus in lethi frigore linguat*. Supersedebatur pluribus exemplis, cum aliàs alibi non pauca attuleram. Aliquando est venenatus, ut, *Frigidus in prato cantando rumpitur anguis*. Aliquando segnis, imbellis, ut lib. 11. *Largus opum, & lingua melior, sed frigida bello Dexterâ*. Nonius.

DIVERSI CIRCVMSP.) Non omnes vnam partem intuebantur, sed alij aliam, volentes nosse teli auctorem. Pacuuius Medea. *Diversi circumspicimus, horror percipit*.

TELV LIBRABAT AB AVRE) Gestus iaculantis. A libratione huiusmodi, libratores antiquis, quod no-

tauit German. prolato loco ex Taciti 13. Annal. Libratoribus, funditoribusq; attributus locus, unde eminus glandes torquerent, ne qua pars subsidium laborantibus ferret, pari vndiq; motu.

IT HASTA TAGO) Longiuscula, sed erudita disputatio est apud Iouianum de Aspirat. lib. 1. utrum, H, sit littera. Ad probandam partem aientem, hoc præter cetera argumentum adducitur, quod nonnunquam ita locatur in versu, ut eius in syllaba, quæ brevis præcedebat, producat. Exempli loco hic versus statuitur, in quo, ut vides, syllaba, it, producit, vi tantum consequentis aspirationis: non quod natura metri breuè illic toleret syllabam posse collocari: nullum siquidem est genus cæsurae, per quam brevis longa fieri queat. Respondet postea in partem negantem his verbis. Particulam, it, in hoc versu non præsentis esse temporis, sed præteriti, quæ sit concisa de præterito *init*, cuius prima producta sit naturaliter. Quoties enim concisio sit in hunc modum, quantitas syllabæ non mutatur. Cum enim dicitur *existimauit*, ipsa pronuntiatio docet, a, produci in penultima syllaba, cui si adimas, *vi*, dicasq; *existimat*, pro *existimauit*, syllaba, *mat*, serua-bit productionem suam, retinebitq; accentum, quem habebat stante integra dictione. Hoc exemplum ideo posui, quoniam Donatus dicit, Terentium in illo suo prologo posuisse *existimat*, pro *existimauit*. Similiter, immugit, pro immugiuit, & it, pro iuit. Quamquam cum dicitur *immugijt* a ijt, dempta tantum, v, littera, corripitur. Nam vocalis ante vocalē more nostro corripitur, nisi fuerit diphthongus, paucis quibusdam exceptis. Quin etiam affirmare audent, Virgilium reliquisse scriptum, non, it, sed ijt, cum duplici, ij, cum sequatur versus, habens præteritum tempus, qui est, *stridens, traiecitq; hastis tepe facta cerebro*. Non enim hæret dixit, sed hæsit. Siue igitur, it, pro iuit, siue, ijt, legatur, volunt ob eas, quas attuli rationes, H, in hoc versu vim litteræ nullam habere.

IT HASTA PER TEMP. VTRVMQVE STRID.) Lib. 12. de hasta, quàm in Turnum Æneas contorsit. *Per medium stridens transit femur*. Ennius Annali 11. *Missaq; per pectus, dum transit, striderat hasta*. Attius stridentibus litteris eandem fere extulit sententiam. *Fraxinea fixa ferox insensa infunditur ossis*. Homerus. *Αἰχμὴ δὲ στερον δίσσολο παρὰ πύονα*. Hieron. Columna.

SÆVIT ATROX VOLSCENS, NEC TELI) Plus crescebat iracundia Volscensis, quod auctor facti non apparebat, nec constabat, unde vlcio debuisset exposci. Donat.

TV TAMEN INTEREA CALID. M. SANG POEN.) Quoniam latet, inquit, socius tuus, tu interim donec ille inuenitur, duorum pœnas expendes. Ennius Annal. lib. 1.

Nec pol homo quisquam faciet impune animatus Hoc, nisi tu: mihi nam calido das sanguine pœnas.

-----Tunc verò exterritus, amens

425 Conclamat Nifus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.

ME, ME: ADSVM QVI FECI: IN ME CONVERTITE FERRVM,
O RVTVLI. MBA FRAVS OMNIS: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit (cælum hoc, & sidera conscia testor.)

430 TANTVM INFÆLICEM NIMIVM DILEXIT AMICVM.
Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus

Transla-

- Transadigit costas, & candida pectora rupit.
 Voluitur Euryalus letho: pulchrosq; per artus
 It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit:
 435 Purpureus veluti cum flos succisus aratro
 Languescit moriens, lassoue papauera collo
 Demisere caput, pluuiæ cum fortè grauantur.
 At Nisus ruit in medios, solumq; per omnes
 Volscentem petit, in solo Volscente moratur.
 440 Quem circû glomerati hostes, hinc cominus atq; hinc
 Proturbant. instat non segnius, ac rotat ensem
 Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore
 Condidit aduerso, & moriens animam abstulit hosti.
 Tum super exanimem sese proiecit amicum
 445 Confossus, placidaq; ibi demum morte quieuit.
 Fortunati ambo: si QUID MEA CARMINA POSSVNT,
 NULLA DIES VNQVAM MEMORI VOS EXIMET ÆVO:
 Dum domus Æneæ capitolî immobile saxum
 Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.

AVT TANTVM POTVIT PERFERRE DOLOR.) Ti. A bull. *O ego ne tantos possim perferre dolores.* Deserere amicum in tanto discrimine, fuit illi omni tormento, & morte acerbius: potuisset omnes dolores facilius ferre.

ME, ME, ADSVM QVI FECI) *Me, me,* subaudi, interficite: abrupta oratio, ex dolore. Verissimè ad Demonicum Ilocrates. Δοκίμαζε τὸς φίλους ἐκ τῆς πωλεῖ τοῦ βίου ἀτυχίας, καὶ τοῖς ἐν τῆς κινδύνοις κοινωνίας. Τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πωλεῖ δοκίμαζομεν, τὸς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν. Id est. Amicos in vitæ calamitate, tum in periculorum societate cognosces. Nam ut aurum igne exploratur: sic amicorum fides rebus aduersis declaratur. Et est profectò insigne summi cuiusdam amoris indicium, velle pro altero mortem perpeti: aut certè præsens mortis discrimen adire. Quin hoc amantibus proprium, & peculiare, ait in Symposio Plato, ut alij pro alijs mortem obeant, non viri tantum, sed etiam mulieres. Quare & Tibull. Messallæ suam fidem, charitatemq; ex isto loco commendat.

*Pro te vel rapidas ausim maris ire per undas,
 Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis:
 Pro te vel solus densis obsistere turmis,
 Kel paruum Ætnæ corpus committere flammæ.
 Sum quodcunq; tuum est.*

CÆLVM HOC, ET CONSCIA SIDERA TESTOR) Æneid. 4. *Testatur moritura deos, & conscia fatis sidera.* Vbi Seruius, id est, planetas, quibus factorum ratio continetur. Putemus inde dictum hoc, quod astris diuinitatem tribuerent. Æneid. 2. *Sinon, Vos æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen ait.* Immo δὲ θεὸς ἀδύνατον currere, quoniam stellas, quas credebant deos, animaduvertebant continuata motione volui.

MEA FRAVS OM. NIHIL ISTE NEC AVSVS, NEC POT.) Excusat amicû a voluntate & facultate, & proprium crimen, si ita dicendum est, confitetur, & hanc confessionem suam iuramento confirmat.

TANTVM INFELICEM) Potuit dici, si reus non est, quid hic facit, vel cur tecum est? Occurrit ultro, & ait, *Tantum infelicem,* &c. Amor eius erga me non fuit à me seiungi, quamuis nihil posset. Donatus.

NIMIVM DILEXIT AMICVM) Auxit significatum verbi *dilexit*, cum addidit *nimum*, fecitque ut esset idè, quod amavit. Amare enim plus est, diligere minus. Cic. ad Brutum. Clodius trib. pl. designatus valde me diligit, vel (ut ἐμπαλιώτερον dicam) valde me amat. Idem ad Dolabellam. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, què erga te habebâ, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.

TALIA DICTA DABAT, SED VIRIB.) Nisus quidem loquebatur, quæ Euryalo prodesse potuissent: sed hostis tenuit intentionem suam, & quantum iræ gereret animo, in ictu, quo Euryalum percussit, ostendit: nam viribus omnibus adegit ensem per costas eius, & pectus. Donat.

TRANSADIGIT COSTAS) Lib. 12. *Transadigit costas, fuluag. extendit arena.* Ibid. *crudo Transadigit costas, & crates pectoris ense.* Transuerberare dat hasta. Ut lib. 10. *Vibranti cuspis medium transuerberat.* Et lib. 11. *Aduersi longa transuerberat abiecit pectus.* Rursus lib. 10. *illa (hasta) volans elypei transuerberat ora Maonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.*

VOLUITUR EURYAL. LETHO) Aut septimus est, aut datiuus. Si datiuus, figuratum est, in lethum, ut, *It clamor calo.* * Ex hoc versu, & sequentibus comparauit sibi suos Silius lib. 12. & bi Pedianus Cinyper puerum, seu adolescentem arma Pauli consulis ab Annibale sibi donata gerentem interfecit.

Soluitur omne decus letho, niueosque per artus
 It stygius color, & formæ populatur honores.
 Ambrosiæ cecidere comæ, violatâq; ceruix
 Marmoreum in iugulum collo lambente recumbit.

PURPUREVS VELVTI CVM FLOS) Aptè adolescentem morientem cum flore marcente confert. Monstich. *εἰς νεότητα.*

Ἀκμῆς δὲ σύνολον ὡς δὲ ἄνθος διαφέρει.

Prorsum inuenta floribus similissima.

Ouid. Metamorph. lib. 10. de Hyacintho puero moriente, sine controuersia hunc Maronis locum adumbravit.

*Ut si quis violas, rignôq; papauera in horto,
 Liliâq; infringat fuluis herensia virgis:*

Mar.

*Mercida demittant subito caput illa granatum,
Nec se sustineant, spectentq; cacumine terram.
Sic vultus moriens iacet, & defectu vigore
Ipsa sibi est oneri cernix, humeroq; recumbit.*

Virgilium ipsum ad Catullianos hosce respexisse opinor.

— velut prati,

Ultimus flos praterente postquam.

Tactus aratro est.

Et ad hos, qui sunt in carmine nuptiali, in comparatione virginitaris, & floris illibati, seu indecerpti.

Ut flos in septis secretus nascitur hortis,

Ignotus pecori, nullo contusus aratro, &c. &c.

LASSOVE PAPAVERA COLLO. DEMIS. CAP. PLV-
VIA) Admodum elegans similitudo, qua Homerus est
vsus Iliad. 3.

Μήλων δ' ὡς ἐπὶ σπέρμα κέρη βάλεν, ἢ τ' ἐνὶ κήπῳ

Καρπὸν βρυθόμενον, νοτίζετο νιαιεῖσιν.

VOLSCENTEM PETIT) Cum gladiatores iam essent in statu, seu in gradu starent, petebat alter, vitabat alter. *Petebat* dico: ita enim proprie: & ictus ipsi petitiones. Seruius in hunc locum, Petitiones, inquit, proprie dicuntur impetus gladiatorum. Cic. in Catilin. Quot ego petitiones tuas ita coniectas, ut vitari nullo modo possent, parua quadam declinatione, & ut aiunt, corpore excessi? hoc est, lateris sinuatione, ut Prudentius interpretatur. Idem in Oratore. Ut enim athletas, nec multo secus gladiatores, videmus nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam: sic oratio neque plagam grauem facit, nisi petitio fuerit apta. Videntur etiam appellasse conatus, inuasionesque singulas, *manus*. Quintilian. lib. 5. cap. 14. Ut gladiatorum manus, quæ secundæ vocantur, &c. Lipsius Saturnal. libro 2. cap. 20.

QUEM CIRCVM GLOMERATI) De Neoptolemo infidiis Orestis circumuento Euripid. in Androm. *ὡς δὲ μιν περιεσθὲν κύκλῳ κατέχον, ὃ δίδόντες ἀμύχανοι.*

HINC COMINVS ATQVE HINC PROTVRBANT) Huc illuc dextra, læuaque protrudebant miserum. Lib. 10. *Telaq; coniciunt, proturbantq; eminus hostem Mifilibus.*

INSTAT NON SEGNIVS) Pedem figit, cum illo congressurus.

ROTAT ENSEM FVLGINEVM) quasi rotam describeret, ita expedite, celeriterque versat. Fulmineum autem, id est instat fulminis micantem.

CLAMANTIS IN ORE CONDIDIT ADVERSO) Cæsar li. 3. Bell. ciuil. Interfectus est etiam fortissimè pugnans Crastinus, gladio in os aduersum coniecto.

PLACIDAQVE IBI DEMVM MORTE QUIEVIT) Ex affectu patientis dictum est, qui cum amico moriebatur. Vel ita: tum demum quieuit ibi morte placida, quò illum vidit à se peremptum, Volscentem puta. Adhuc, ubi vidit à se interemptum Volscentem, hoste cæso, & amici vindicata nece contentus, placida morte quieuit, morte, quam placida mente, & libenti animo subibat.

SI QVID MEA CAR. POSSVNT, NVLLA DIES VNQ.) Plin. de versiculis in se à Martiale compositis, epist. 21. lib. 3. Dedit enim mihi, quantum maximum potuit, daturus amplius, si potuisset. Tamen si quid homini potest dari maius, quam gloria, & laus, & æternitas? At non erunt æterna, quæ scripsit. Non erunt fortasse, ille tamen scripsit, tanquam essent futura. Idem de auunculo suo, & scriptis Cornelij Taciti, ad eundem Tacitum epist. 16. lib. 6. Quamuis ipse plurima opera, & mansura condi-

Aderit, multum tamen perpetuitati eius, scriptorum tuorum æternitas addet. Non enim poetæ tantum hoc efficere se posse suis versibus gloriati sunt: sed alij item scriptores id non obscurè præ se tulerunt. Epicurus ad Idomeneum, si gloria, inquit, tangeris, notio rem te epistolæ meæ facièt, quàm omnia ista quæ colis, & propter quæ coleris. Tradit idem Plinius senior de Appione Grammatico, in præfat. operis sui, seu lib. 1. eum scripsisse, immortalitate à se donari, ad quos aliqua componeret.

Seneca quoque ad Lucil. epist. 21. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto Lucili. Habeo apud posteros gratiam, posse mecum duratura nomina educere. Idem epist. eadem. Numen Attici perire epistolæ Cic. non sinunt. Nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pronepos, inter tam magna nomina taceretur, nisi Cic. illum aperuisset.

Venio ad poetas. Hoc nimirum loquitur & Horat. quod hic Virgil. Ode 8. lib. 4.

Dignum laude virum Musa vetat mori.

Calo Musa beat. sic Ionis interest

Optatis epulis impiger Hercules.

Et Ode 9. lib. eodem.

— non ego te meis

Chartis inornatum flebo,

Totus tuos patiar labores

Impune tolli, & carpere linidas

Obliviones.

Totam lege. Statius lib. 10. Thebaid. de Hoplaco, & Dymante.

Vos quosq; sacra, quamvis mea carmina surgent

Inferiore lyra, memores superabitis annos,

Forfitan & comites non aspernabitur umbræ

Euryalus, Phrygiq; admittet gloria Nisi.

Tibull.

Quem referent Musa, vivet dum roboratellus,

Dum calum stellas, dum vehet amnis aquas.

Eandem sententiam splendidè sanè, & ornatè persequitur Pindarus, Nem. carm. 7. dicam latine. Magnæ corporis vires, magnæque animi virtutes, ab hymnis, & laudationibus derelictæ, densis tenebris circumfunduntur. Vnicum est autem rerum fortiter gestarum speculum, quo videlicet illæ posteritati prodantur, atque immortalitati commendentur, & consecrentur, carmen à docto aliquo poeta cōscriptum, quod illarum rerum laudes, tanquam laborum præmia complectatur. Sed nemo vnquam arrogantius cuiquam per scripta sua æternam famam, & nomen indelebile pollicitus est, quàm Cyro pollicetur Theognis, cuius tamen factum nulum memorat.

Σοὶ μὲν ἐγὼ πῆρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρητα πόρον

Πατήρη, κατὰ γῆν πάσαι ἀνέμουν,

E & quæ sequuntur.

DVM DOMVS ÆNEÆ CAP. IMMOB. SAX.) Hic ego domum Æneæ, familiam Iuliam significari puto, è qua Augustus erat. Domus autem Augusti in palatio, ut scribit Victor de vrbis Romæ regionibus, vnde non incolebat, sed accolebat Capitolij immobile saxum. Ad domum autem Augusti locus erat, qui sedes imperij Romani eodem auctore dicebatur. Etsi autem de toto Capitolio intelligi non ineptè potest, quod de saxo immobili cecinit, tamen Grammaticis ad Terminum, qui exaugurari non potuit, referri magis placet. Turneb. lib. 22. cap. 15.

Quin & Martial. huius imitatione dixisse videatur lib. 8. *Tarpeia summi saxa dum patris stabunt.* Sunt quoque,
Ecc *

que, qui poetam ad gloriam, priuilegiumq; velut fatale Aulæ familiæ hos versus dixisse velint, cui prærogatiua insignis ad Capitolium habitatio concessa videretur, quam patriciis omnibus denegatam fuisse docet Plutarch. Roman. Quæstion. * *Domus Latinus est saepe familia. Lib. 5. domus tenet a quo Sergia nomen. Lib. 1. Cum domus Alfaraci Phthiam clarasque Mycenæ Seruitio premet. Cic. ep. 46. lib. 13. Eum tibi igitur (Apuleio Nostium) sic commendo, ut unum ex nostra domo. Lib. 10. Ego necessitudinem constitutam habui cum domo vestra, antè aliquanto, quam tu natus es. Seneca Hippol. regiz proles domus. Historici, ut Plutarchus, Halicarnassensis, Livius, atq; adeo alij, qui de antiquitatibus Roman. scripserunt, unde Capitolium sit dictum, videntur dubitare. T. Livius certe non dubitat, enim verba in hac extrema symbola producimus.*

Quia autem huius vocabuli originem solus Arnobius videtur non ignorasse, eius verba, ut rei tam obscuræ, & ignotæ lucem quandam afferre possim, in medium adducere non grauabor. li. 6. ait. Sed quid ego hæc parua? Regnatoris in populi Capitolio quis est hominum qui ignoret, Toli esse sepulcrum Vulcæani? Quis est, inquam, qui non sciat, ex fundaminum sedibus caput hominis euolutum non antè plurimum temporis, aut solum sine partibus cæteris (hoc enim quidam ferunt) aut cum membris omnibus humationis officia sortitum? Quod si planum fieri postularis testimoniis auctorum, Sammonicus, Gramius, Valerianus vobis, & Falcius indicabant, cuius Tulus fuerit filius, gentis & nationis cuius, ut à germani seruulo vita fuerit spoliatus & lumine, quid de suis commeruerit ciuibus, ut ei abnegata sit patriæ telluris sepultura. Condiscitis enim (quamuis nolle istuc publicare se fingant) quid sit capite resecto factum, vel in parte, qua vitiosa fuerit obscuritate conclusum: ut immobilis videlicet, atque fixa obsignati animi perpetuitas staret. Quod cum opprimi par esset, & vetustatis obliteratione celari, compositio nominis iecit in medium, & cum suis causis per data sibi tempora inextinguibili fecit testificatione procedere: nec erubuit ciuitas maxima, & numinum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quam ex nomine Iouio nuncupare. Theod. Canter. variat. lect. lib. 1. cap. 11. Vide & Gyr. Syntag. 2.

Inter multa cognomenta Iouis, est etiam *Capitolinus*, propterea quod in Capitolio summa veneratione, & exquisitis cærimoniis, donariisque pretiosissimis ex toto propemodum terrarum orbe, eodem missis honorari solitus est. De ipso Capitolio qui nosse vult quando conditum, quando dicatum, quoties incensum, & instauratum, ac reliqua demum scitu digna, Tacitum legat lib. 19. Hic mons antè caput humanum ibidem inuentum, cum scilicet templi fundamenta foderentur, dictus est Tarpeius à Tarpeia virgine, quæ ibi à Sabinis necata est, & clypeis eorum obruta, ut tradit Liuius lib. 1. Hinc etiam ipse Iupiter ut Capitolinus, sic Tarpeius, & Tarpeius pater appellatus. Propert. lib. 4. *Tarpeiusq; pater nuda de rupe tonabat.* Ouid. in Fastis. *Undeque Tarpeio sunt mea templa Ioui.* Gyr. Syntag. 2.

Hoc immobile saxum Terminus fuit, de quo sic

450 Victores præda Rutuli, spoliisq; potiti,
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamneta reperto
Exangui: & primis vna tot cæde peremptis,
Serranoq; Numaq; ingens concursus ad ipsa
455 Corpora, seminecesq; viros, tepidumq; recenti
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.
Agnoscent spolia inter se, galeamq; nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.

A Lactant. lib. 1. cap. 20. Quid qui lapidem colunt informem, atque rudem, cui nomen est Terminus? Hic est quem pro Ioue Saturnus dicitur deuorasse. [immò propter magnitudinem deuorare nequiuisset. Sed quia fabula est, deuorauerit sanè: digerere quidè, seu concoquere illum non potuit, ubi enim Terminus esset?] Nec immeritò illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitolium facere veller, eoq; in loco multorum deorum sacella essent, consuluit eos per auguria, vtrum Ioui cederent: & cedentibus cæteris, solus Terminus mansit. Vnde illum poeta Capitolii immobile saxum vocat. Iam ex hoc ipso vides, quam magnus Iupiter inuenitur, cui non cesserit lapis: ea fortasse fiducia, quod eum de paternis faucibus liberauerat. Facto itaque Capitolio, supra ipsum Terminum foramen est in tecto relictum: ut quia non cesserat, libero cælo frueretur: quo ne ipsi quidem fruebantur, qui lapidem frui putauerunt. Et huic ergo publicè supplicatur, quasi custodi finium deo: qui non tantum lapis, sed etiam stipes interdum est. Quid de illis dicam, qui colunt talia? nisi ipsos potissimum lapides, ac stipites esse? De Termino consule Gyr. quoque Syntag. 1.

Cassiodorus tradit, aruspice interrogatum, quando imperium Romanum casurum esset, respondisse, quando saxum Capitolij cadet: addidisseque insuper, si eueniret, ut vnquam caderet, futurum, ut post 30. millia annorum iterum resurgeret. tanta artis eius fuit impudentia. Nisi per tantum numerum perpetuitatem intellexerit, quam apertius explicuit Maro, *Hic ego nec metas rerum, nec tempora pono.* Et hinc, *Capitolii immobile saxum.* Nam & serpens apud Homer. Iliad. 2. post nouem passeres deuoratos in lapidem mutatus, significasse dicitur, captæ, euerstæq; Troiz gloriam nullo vnquā tempore perituram, quamquam super hoc aliter alibi Pierius. 45.

Verba Liuij subnectam, vnde: & quare immobile saxum poeta Terminum vocarit, & vnde Capitolij nomen manarit cognoscemus. Lib. 1. in Tarquinio Superbo. Inter principia condendi huius operis (templi Iouis in monte Tarpeio) mouisse numen ad indicandam tantam imperij molem traditur deos. Nam cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere. Idq; omen. auguriumq; ita acceptum est, non motam Termini sedem, vnumq; eorum deorum nō euocatum sacratis sibi finibus, firma, stabiliaq; cuncta portendere. Hoc perpetuitatis auspicio accepto, secutum aliud, magnitudinē imperij portendens, prodigium est. Caput humanū integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse. Quæ vis spēs haud per ambages arcem eam imperij, caputque rerum fore portendebat, idq; ita cecinere vates, quiq; in vrbe erāt, quosq; ad eam rem consultandam ex Etruria acciuerāt.

IMPERIVM PATER ROM. HABEBIT) Pater Romanus est Imperator, cum præsertim Imperatores patres patriæ dicerentur, & hunc titulum Augustus consecutus sit, & pater nomen dignitatis sit. Aufonius in eam sententiam videtur accepisse, qui ad Theodosium scribens, Maronem imitatus ita dicit. *Tu modò te iussisse pater Romane memento.* Turneb. lib. 22. cap. 15.

- ET IAM PRIMA NOVO SPARGEBAT LUMINE TERRAS
 460 TITHONI CROCEVM LINQVENS AVRORA CVBILE:
 Iam sole infuso, iam rebus luce relectis,
 Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse
 Sulcit: æratasq; acies in prælia cogit
 Quisq; suos, VARIISQVE ACVVNT RVMORIBVS IRAS.
 465 Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
 Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,
 Euryali, & Nisi.
 Æneadæ duri murorum in parte sinistra
 Opposuerunt aciem (nam dextera cingitur amni)
 470 Ingentesq; tenent fossas, & turribus altis
 Stant mœsti, simul ora virum præfixa videbant
 Nota nimis miseris, atroq; fluentia tabo.

PRÆDA POTITI) Præda victos spoliatur: rapina subito venit. Itaque illa victoria gaudet, hæc petulantia. Cornel. Fronto. Intelligit non solum suis armis exutos Nisum, & Euryalum: sed etiam illa præda, quæ Rutulis fuerat ante detracta. Seruius.

NEC MINOR IN CASTRIS LUCTVS) Non fuit minor luctus in castris ex aliorum cædibus, quos primos, & plurimos una simul calamitas strauerat.

TEPIDVM QVE REC. CÆDE LOCVM) Sic lib. 8. *semperque recenti Cade tepebat humus.* Quidam legunt *tepidam, recentem cade locum*, etiam Seruio teste, ut sit hypallage. Iam ut apud Græcos *φύρος*, quod vocabulum cædem significat, etiam sanguis dicitur, ita & hoc loco tepida cæde, id est, tepido sanguine. Turneb. lib. 18. cap. 3.

IAM REBUS LUCE RETECTIS) Suprà, *rebus nox abstulit atra colorem*. Apparebant omnia, quæ nocturnis tenebris fuerant occultata.

ARMIS CIRCVNDATVS IPSE) Non semel narratur Turnus facere, quod aliis imperat: nec debent boni duces existimare, armante se, & pugnante milite, ipsis licere aleam ludere aut pocula ducere. Valet etiam hic quod ait Ouid. Fast. 6.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur, Cum index alios quod mones, ipse facit.

ÆRATASQVE ACIES IN PRÆL. COGIT QVISQVE SVAS) Quidam sic legunt, & distinguunt, *ærataq; acies in prælia cogit Quisque suos*, ut sit synthesis. Turnus adhortabatur milites, ad oppugnationem oppidi sese pa-

Arænt: duces eum secuti, cohortes expediebant, & quisque colligebat suos.

ACVVNT RVMORIBVS IRAS) Ex Nisi, & Euryali audacia, qui duo stragem tantam nocte illa in castris edidissent.

QVIN IPSA ARRECTIS IN HASTIS PRÆFIG. CAPITA) Tali crudelitate Dolabellam impurum hominem usum fuisse in C. Trebonium: quem Smyrnæ insidiis interfecit, narrat Philipp. lib. 11. Cic. his verbis. Post ceruicibus fractis caput abscidit: idque infixum gestare iussit in pilo, reliquum corpus tractum, atque laceratum abiecit in mare. Virgilius igitur moris huius, ut prisci, mentionem facit. Nam & apud Homerum simile supplicium, de hoste iam mortuo sumit Agamemnon de Hippolochos, Antimachi Troiani filio. Victor. lib. 28. cap. 8. * *Huiusmodi spectaculum quoque factum de capite Galba Imperat. ut auctor est Sueton. cap. 20. Eius verba tibi represento. Ille (Ottho) caput abscissum Galba, & ad se delatum lixis, calomibuscq; donauit. Qui hasta suffixum, non sine ludibrio circum castra portarunt, &c.*

ÆNEADÆ DVRI) durantes in labore. Diximus de notione vocis huius l. Georg. ad illa, *Vnde homines nati durum genus.*

TENENT FOSSAS) tumentur, defendunt.

ATROQVE FLVENTIA TABO) Quæ tabo corrupta, & scædata agnosci non possent, nisi ab his, qui ea penitus nossent. In eo autem Troianos dolor angebat, quod & tales viros perdidissent, & nihil fuisset Æneæ nuntiatum. Ob id dixit, *Stant mœsti*. Donatus.

- INTEREA PAVIDAM VOLITANS PENNATA PER VRBEM
 NVNTIA FAMA RVIT, matrisq; adlabitur aures
 475 Euryali: ac subitus miseræ calor ossa reliquit:
 Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa:
 Euolat infelix, & foemineo vlulatu
 Scissa comam, muros amens, atq; agmina cursu
 Prima petit: non illa virum, non illa pericli,
 480 Telorumq; memor. CÆLVM DEHINC QVESTIBVS IMPLET.
 Hunc ego te Euryale aspicio? tune ille senectæ

- Sera meæ requies? potuisti linquere solam?
 Crudelis: nec te sub tanta pericula missum
 Affari extremum miseræ data copia matri?
 485 Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
 Alitibusq; iaces. nec te tua funera mater
 Produxi; pressiuè oculos, aut vulnera laui,
 Veste regens: tibi quam noctes festina, diesq;
 Urgebam, & tela curas solabar aniles.
 490 Quò sequar? aut quæ nunc artus, auulsaq; membra,
 Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
 Nate refers? hoc sum terraq; , mariq; secuta?
 Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
 Ceniicite, ô Rutuli: me primam absumite ferro,
 495 Aut tu magne pater diuûm miserere, tuoq;
 Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo:
 Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

VOLITANS PENNATA PER VRBEM FAMA) A tur, quæ indecora, nec visitata essent. Propert. lib. 1. eleg. 19. *Ille meo charos donasset funere crines.* Ouid. 3. Metam. de Narcissi sororibus. *Planxere sorores Naiades & sectos fratris imposuere capillos.* Epist. Canaces ad Macareum.

Libr. II.

*Etiam fama volans tanti prænuntia luctus,
 Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complex.*

Lib. 12.

Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem.

Propter celerem in cuncta discursum, angelis, ac ventis alas tribui docet D. Hieron. Comment. in Esaiæ, cap. 6. Eadem de causâ plerisque deorum simulacris, Victoriæ, Fidei, Famæ veteres Romani affingebat alas, ut eos statim præstò esse indicarent. Ennius. *Fides alma, apta pinnis.* Sed & alæ, quas poetæ Mercurio tribuunt, aliud nihil, quam celeritatem, ac diligentiam in obiendo munere significant.

MATRISQVE ADLABITVR AVRES) Tale hoc, quale illud 1. Æneid. *Atque rotis summas leuibus perlabitur undas.* præpositio enim ad accusandicatum pertinet, ipsi verbo est appositâ, quod Græcis sollempne est. Adlabitur aures, pro, labitur ad aures. Monuimus hac de re & alibi.

MISERÆ CALOR OSSA REL. EXCVSSI MAN. R.) Hom. Iliad. X.

*Κοιτὴ δ' ἦκουσε, καὶ ὀμωγῆς ἀπὸ πύργου,
 τῆς δ' ἐλαλῆχ' ὅθι γῆα, καὶ αἱ δὲ οἱ ἐκπύεον κερκίς.*

Totum hunc locum de luctu matris Euryali super filio, expressum ex Iliad. 22. docet Macrob. libr. 5. cap. 9. vbi Andromache mortem mariti Hectoris lamentatur. Lib. 3. Æneid. *postquam pauor ossa reliquit.*

EXCVSSI MANIB. RADII REVOLVTAQVE) ἐν ἀργῇ, Ciceroni illustratio, & euidencia: quæ non tam dicere videtur, quàm ostendere: & affectus non aliter, quam si rebus ipsis intersimus, sequentur. Quintil. lib. 6. cap. 2.

FÆMINEO VLVLATV) impatienti, ut, *Fæmineo præda, & spoliis, ardebat amore.* Et infra de Amata regina, *Fæminea ardentem curâq; iraq; coquebant.* Et lib. 2. Æneid. *late plangoribus ades Fæmineis ululant.*

SCISSA COMAM) Apud Græcos viri in luctu funebri barbam, capillumque summittebant, mulieres comam detondebant, quem morem & Romanæ fæminæ seruarunt, ut etiam cadaueri, aut sepulcro subsecutos crines imponerent. Lugenti, enim aptissima putaban-

19. *Ille meo charos donasset funere crines.* Ouid. 3. Metam. de Narcissi sororibus. *Planxere sorores Naiades & sectos fratris imposuere capillos.* Epist. Canaces ad Macareum.

*Non mihi te licuit lacrymis perfundere iussu,
 In tua non tonsas ferre sepulcra comas.*

Catull. de nupt

*Illius egregias virtutes, claraq; factu
 Sape fatebuntur natorum in funere matres,
 Cum in cinerem canos soluent à vertice crines.*

Solebant & viri capillum in luctu ponere. Fecit hoc Archelaus Macedonum Rex in funere Euripidis, & Alex. Mag. in funere Hephæstionis. In sacris etiam libris legitur Iobum audita filiorum morte caput totondisse. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7. & ibid. Tiraquell.

MVROS AMENS ATQVE AG.) Homer. Iliad. 7. *μὲν δ' ἵ' ὡς τῆς τοῦ ἄνδρος ἀφ' ἑσπέρης Μαυρομένης ἦν, de Andromacha.*

NON ILLA VIR. NON ILLA PERICLI) Vnum pudoris est, alterum salutis. De Euandro simile lib. 11. *At non Euandrum potis est vis vlla tenere, Sed venit in medios.*

HVNC EGO TE ASPICIO) Ad hoc deducta est infelicitas mea, ut post illum ætatis tuæ florem hunc te videam mater, hoc est occisum, & triumphum præbentem hostibus. Donat.

SENECTÆ SERA MEÆ REQ.) quem sperabam fore requiem. Euander lib. 8. de Pallante suo, *mea sera, & sola voluptas.* Amata ad Turnum lib. 12. *spes tu nunc una senecta, Tu requies misera.*

POTVISTI LINQ. SOLAM CRVD.) Mirum quantū afferat vel affectus, vel ornamentum vox, quæ in principio carminis ponitur post expletam sententiā, quæ vox tamen illi appositâ, apponit & sensum, *crudelis.* Neque enim post *crudelis* punctum, siue notam interrogatiōnis liber apponere: sed post sententiā, quæ finitur illo nomine, *solam.* Enimvero plus placuit additamentum illud illius vocis *crudelis* gestu sustineri. Idem in 4. Æneid. *Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.* *Crudelis:* sic in 2. infelix. *Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat.* *Infelix.* Est enim tanquam elogium: quemadmodum bellatrix, venatrix, & alia. *dederatq; comam diffundere ventis.* *Venatrix.* Et in 11. æque. *cap-*

tine

ino sine ut se ferret in auro. Venatrix. Et in I. *Aurea sub- A*
nectens exerta cingula mamma. Bellatrix. Ne à Græcis
 quidē ignoratus dicendi modus, *σχέλιον, νήπιον*. Quā
 equidem figuram si velis dicere, appellare ausim Ex-
 pressionem. Scalig. Poet. lib. cap. 48.

Hanc lamentationem mortis Euryali comparat
 idem Scalig. Poet. lib. 5. cap. 3. cum fletu Andromaches,
 ob interitum mariti apud Homerum, additq; tandem.
 Anus nostræ Virgilianæ conquestio adeo sublimis est,
 adeo rara, ut sapientibus sustulerit audaciam imitandi.
 Affectus tot, tanti, tam frequentes, ut excutiant ani-
 mum potius, quàm lacrymas mihi. *Potuiſti linguere ſo-
 lam? Crudelis. quæ ſum terræ, mariq; ſecuta.* Nec id de-
 disti mihi, ut te extremum alloquerer. Hæc, postquam
 dixit senectæ requies, & sera: iaces præda canibus, in
 terra ignota Quod vulgò datur parentibus, saltem fu-
 nera citassem. Pro patria extinctus es: gaudeo. At, vul-
 nera non laui. Cui posui ergo operam in veste? cui fe-
 stina fui? Hac tela solabar curas meas, quæ illas auctura
 fuerat? Vbi nam es? vbi te quæram? Quod te sequar? In-
 tegernè saltem es, an discurrendum mihi, ut discerpta
 membra colligam? At verò nullum esse hostium tel-
 lum, quod me tibi possit adiungere? Et, si cessant illi,
 tu, quo me beatam potes efficere? Ita nihil omisſum
 cælesti viro illi: nihil addendum nisi ab inepris: nihil
 immutandum, nisi ab impudentibus. Omnia signatè,
 ex natura, ex arte, ex eruditione: sententiæ, numeri, fi-
 guræ, simplicitas, candor, ornatus incomparabilia: at-
 que vno verbo ut absoluam, Virgilij.

NEC TE AFFARI EXTREMVM) Vltimi affa-
 tus inter amicos, consanguineos, dum à se inuicem aut
 itinere longiore, aut periculoso, aut morte etiam di-
 uelluntur, solent esse dulcissimi. Quare cui ea facul-
 tas negata est, affari videlicet ad extremum, à quo esset
 distrahendus, & quem se amplius visurum certò spera-
 re non possit, non iniurià dolet. Cur autem hoc Eurya-
 lus matri negarit, supra exposita est causa: quia nequi-
 ret perferre eius lacrymas.

Non, inquit, accuso abscessum tuum. Missus es,
 nec tui iudicij fuit, quod maiorum tuorum imponeba-
 tur arbitrio (sic enim putabat, cum ultro se obtulerint.)
 Faceres tamen, quod fuerat potestatis tuæ, quod pub-
 lica non officeret causa: faceres, quod reprehendere
 nullus auderet subiectus casibus. Videres primum ma-
 trem, non leuem subiturus interitum: videres matrem
 tanta in pericula coniectus, dares loquendi liberum
 locum, misceremus extrema colloquia. Omnia hæc
 dolentis sunt: Donatus.

DATA COPIA MATRI) Æneid. 1. *postquam data*
copia fandi. Sallust. Catilin. at pop. Rom. nunquam ea
 copia fuit, quia prudentissimus quisq; negotiosus ma-
 ximè erat.

**TERRA IGNOTA CANIB. DATA PRÆDA LATI-
 NIS**) Catull. de nupt.

*Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusq;
 Præda: nec inieſtu tumulabor mortua terra.*

Ex Homero vterque, Iliad. a. *αὐτὸς δὲ ἐλόμεναι ταῦχ' ἐκ-
 νίσσιν ὁ ἰωνῖος τὴ πατρί.* & pluribus locis. Vide Vrsin.

NEC TE) Verba hæc separanda à sequentibus
 docet Donatus. Aliud enim fuerat dictura, & aliud sub-
 iecit: dolentis more, sed à quibusdam nugari putatur,
 docentibus, Funeras apud Romanos dictas esse, quæ
 defuncto sanguine proximæ, funeris ergo lessum faci-
 ebant, & veris lacrymis suas genas perfundebant. Atq;
 adeo hunc ipsum Maronis locum producant, quem
 ita interpungūt. *nec te tua funera mater Produxi.* Et est,

inquiunt, conquestio matris Euryali plena artis Rhe-
 toricæ. Nam pæne omnes partes habet de misericor-
 dia commouenda à Cicerone in Rhetoricis positas, ut
 scribit, Seruius, apud quem legendum funera, pro fu-
 nereæ, & ab eo solo petenda huius loci interpretatio.
 Idem suspectum habent verbum, *produxi*, mallent-
 que *prolaxi*, ut eo respiciat. Festus, prolugere dicun-
 tur, qui solito diutius lugent. Non tamen planè displi-
 cet *Produxi*, modò vox illa intelligatur de collocatio-
 ne. Producebant enim defunctum proximi, aut certè
 hæredes ex penitioræ ædium loco, vbi extremus eius
 spiritus à carissimis erat exceptus.

PRESSIVE OCULOS) Oculos mortuorum
 claudere solebant proximi, filij, mater, aut pater. Ho-
 merus. *ὅκ' ἄρα τῷ γὰρ πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ, ὅσσην ἔ-
 δαιμόνοισι.* Producere autem quod dicit, id est, *προβίβ-
 ναι*, quod est, ante ædes mortuos ad exequias propone-
 re. Turneb. lib. 19. cap. 16.

Frequens locus apud poetas, ad pathos maximè
 commouendum, de operiendis, comprimendisque
 morientium oculis: quo nomine infelices eos, inquit
 Plutarchus, vulgò solemus vocitare, quorum oculos
 propter abientiam non potuerint parentes obtegere.
 Plin. lib. 11. cap. 37. Morientibus oculos operire, rur-
 susque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sa-
 sacratum est, ita more condito, ut neque ab homine
 C supremum eos spectari fas sit, & cælo non ostendi ne-
 fas. Vide Crinit. lib. 18. cap. 12.

Adducamus aliquot Latinorum poetarum de
 hoc more testimonia. Penelope apud Ovid. in heroid.
 epist.

*Dij precor hoc iubeant, ut euntibus ordine fatis
 Ille (Telemachus) meos oculos claudat, & ille tuos.*

Infra.

*Respice Laerten ut iam sua lumina condas
 Extremum fatis sustinet ille diem.*

Ariadne ad Theſeum.

*Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo,
 Nec mea qui digitis lumina condat, erit.*

Albinouan. ad Liuiam.

*Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas
 Lumina, & excipias hanc animam ore pio,
 Atq; utinam Drusi manus altera, & altera fratris
 Formarent oculos, comprimerentq; meos.*

AVT VVLNERA LAVI) Ennius in Cresphonte.

*Neg, terram inijcere, neg, cruenta
 Conneſtire mihi corpora licuit,
 Neg, misera lauere lacryma ſalsum sanguinem.*

Æneid. 4. Anna sororem Didonem lamentans, *dare,
 vulnera lymphis Abluam.*

HOC MIHI DE TE NATE REFERS?) Æneid. 2.

Hoc erat alma parens, quod me per tela per ignes.

FIGITE ME SI QVA EST PIETAS) Magni-
 tudo, & impatientia doloris eò sæpe adigit homines
 ut aut ipsi sua sibi manu lethum pariant: aut ab alijs in-
 terfici, pro beneficio, habeant, & id etiam precibus cō-
 tendant: quàm cupiditatem licet improbam, Virgili-
 us in hac muliere expressit euidenter admodum. He-
 cuba apud Ennium. *Miserere annis, dare ferrum qui mo-
 animam priuem.*

ME PRIMAM ABSVMITE FERRO) Vnus-
 quisque enim in propriæ salutis desperatione, credit v-
 niuersa etiam posse consumi.

MISERERE, TVO QVE TELO) Miserere, inquit, Iupiter,
 & me perime fulmine tuo: sentio enim, quia aduersis
 superis viuo. In nece mea probabitur pietas, si dolentis

Ecc* 3 crucia.

cruciatu abruperis, & deleueris letho: aliud quippe Adæo in Pand.

doloribus meis remedium non est, nisi ut mors adimar, quod odiosæ vitæ diuturnitas dedit. Donatus.

Quod Græci dicunt, ἀπυροκρίτως ἔχειν, ἀπυροκρίτως, ἀπυροκρίτως, ὅτι τὸ ἔχειν δάκρυα, hoc est, deplorata spe vitæ esse, tædio lucis affectum esse, dicunt Latini (quamquā nno Cicero) despondere animum. Plaut. Menæch. in prologo, *Pater eius postquam perdidit puerum, animum despondit.* Τὸ βιάσθαι ἀπύρην, ἀπύρην ἡγήσασθαι. Item alibi. *Quæso hercle, animum ne desponde.* Vtuntur Varro, Liuius. Columella. Obseruatum à Bu-

INVISVM HOC CAPVT) Inuisum est quidem hoc, id est, odiosum caput, verum misericordiæ genus est, si me etiam iratus interimas.

CRVDEL. ABRVMP. VITAM.) Abrumpunt sibi vitam, qui mortem sibi met accersunt, qui semet de vita eijciunt, qui iniussu Imperatoris dei de statione decedunt. Hic autem ad Parcarum stamen alluditur, quod nondum rumpi tam ægrè fert hæc misera mulier. Et crudelem ex affectu dicentis intellige, quoniam in vita superstes est filio defuncto. ✱

HOC FLECTV CONCVSSI ANIMI, MOESTVSQVE PER OMNES

IT GEMITVS: torpent infractæ ad prælia vires.

500 Illam incendente luctus Idæus, & Actor
Ilionci monitu, & multum lacrymantis Iuli
Corripiunt, interq; manus sub testâ reponunt.

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit: sequitur clamor, cælumq; remugit.

505 Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum:
Quærun't pars aditum, & scalis ascendere muros,

Quà rara est acies, interlucetq; corona
Non tam spissa viris. telorum effundere contra
510 Omne genus Teucris, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.

Saxa quoq; infesto voluebant pondere, si quâ
Possent testam aciem percurrere: cum tamen omnes
Ferrelibet subter densa testudine casus.

515 Nec iam sufficiunt: nam quâ globus imminet ingens,
Immanem Teucris molem voluuntq; ruuntq;:

Quæstrauit Rutulos latè, armorumq; resoluit
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli: sed pellere vallo

520 Missilibus certant.

HOC FLECTV CONCVSSI ANIMI, MOESTVSQVE) B & missa sub testâ est, ne ulterius virorum animos suis clamoribus frangeret. Donatus.

Memorable exemplum συμπαθείας. Et nescio quomodo quæ feminis merentibus immerentibus mala ceniunt, magis ad misericordiam prouocant animos. An quia sexus fragilis, imbecillus, mollis, consilij expertus, & alieni auxilij maximè indigus? ✱

TORPENT INFRACTÆ AD PRÆLIA VIRES) Quum talia dicerentur, concussa omnium Troianorum mens est, & plena mæstitia vniuersorum sensus afflixit, tantum, ut pugnandi officium cuncti ommitteret, virtutis torpente substantia. Donat.

ILLAM INCENDENT. LVTVS) Luctus per se mali sunt, & graues, acerbiores verò sunt, si hos quispiam aliquibus nutrimentis accumulet. Quum igitur mater Euryali lugendum casum verbis accenderet, & affligeret audientes, Idæus, & Actor Ilionci monitu, & multum lacrymantis Iuli, eam in testâ reportant. Quoniam apud Iulum multarum rerum consideratio fuit: primò, quod ad patrem mandata perferri nequuerant: deinde amissio tantorum virorum: commendatio Euryali in causa matris, & fides promissa peragentis. Rapta igitur

ET MULTVM LACRYMANTIS IULI) Senioribus affingit tantummodo vehementem animi motum, & gemitum, iuueni etiam lacrymas. Flebat autem Ascanius & matris tam miserè, & acerbè lugentis, & filij eius Euryali causa, quem tantopere dilexerat, & iam amiserat: cum sibi multa de eius virtute iam esset pollicitus. ✱

CORRIPVNT) celeriter abripiunt, & asportant.

AT TUBA TERRIB. SONITVM) Hemistichium Ennij: nam sequentia Maro mutauit. Ille enim ad exprimendum tubæ sonitum ait, *At tuba terribili sonitu taratantara dixit.* Et multa huiusmodi Virgil. cum aspera inuenerit, mutat. Bene tamen electis verbis hic imitatur sonitum tubarum. Seruius.

Imitatus est igitur Virgil. non solum horridis, obstrepentibusque litteris, ac syllabis sonum illum terribilem, verum etiam pari numerorum velocitate ingentem spiritum excitauit. In utriusque enim poetæ versu,

versu, præter sextum, cæteri pedes dactyli sunt, quam-
uis Beda hunc Virgilian. versum omnino dactylicum
esse existimet, quem legitima, codicibus omnibus re-
fragantibus, *At tuba terribilem sonitum procul excitat*
horrida. Eum quidem Iouian. Pont. adeo extulit in A-
ctio, ut de eo dixerit, An non audientibus nobis illa, ca-
pillus ipse surrigitur, animusq; concutitur, & pene hor-
rescit? De tuba iterum loquens Virgilius eadem dacty-
lorum frequentia usus est. *Inde ubi clara dedit sonitum*
tuba, finibus omnes. Hieron. Columna in 2. Annal. Ennii.

Signa educendi exercitus, & certaminis conse-
rendi in Romanis legionibus, concentus tubarum, &
cornuum, & si quando silentio educendæ forent, tes-
teram fuisse accipimus. De utrisque Liuius lib. 20. Tu-
bæ, cornuæque ab Romanis cecinerunt: tantusque cla-
mor ortus, ut elephant in suos sinistro maximè cornu
verterent, Mauros, ac Numidas. Cæsar. lib. 3. belli ci-
uil. Tuba signum dari, atque in hostem impetum fieri
iussit. Et iterum. Hac habita oratione, exposcentibus
militibus, & studio pugnæ ardentibus, tuba signum
pugnæ dedit. De cornibus Virgil. lib. 8.

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce

Extulit, & franco streperunt cornua cantu.

Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2. & Tiraquell.

CÆLVM QVÆ REMVGIT) Plaut. Amphit. *bonat*
calum fremist virum. Noster, *calum tonat omne tumultu*,
lib. 12.

ACTA TESTVD. VOLSCI) Sublatis in caput clypeis,
& connxis. Testudinem ita describit Isidorus. Testu-
do series armorum, vmbonibus inter se connexorum.
Ibid. Est & testudo scutorum connexio, curuata in tes-
tudinis morem. Lucan. in 3.

Ut tamen hostiles densa testudine muros
Tecta subit virtus, armisq; innexa priora
Arma ferunt, galeamq; extensus protegit umbo.

Vide Steuechium ad cap. 16. lib. 2. Vegetij. Præterea re-
uertere ad locum 2. Æneid. ubi regia Priami oppugna-
tur summa vi; *obsessumq; acta testudine limen.*

INTERLVCETQVE CORONA) More Græco-
rum, quibus *scipar* eodem modo accipitur. Vide Pa-
ralip. Germani.

TELORVM EFFVND. OMNE GENVS) Pulchrè Ar-
nob. lib. 1. respiciens ad varietatem suppliciorum, per-
secutionumq; quib; olim tyranni Christum in suis ve-
xabant, bello, inquit, graui Christum, & omnibus per-
sequi telorum effusionibus, & minis. Æneid. 2. *nec saxa,*
nec vllum Telorum interea cessat genus.

DYRIS DETRVD. CONTIS) Hoc tum fit, quum
propè ad summum peruenitur.

ASSVETI LON. MVR. DEF. BELLO) Docet, in
omnibus vsum plurimum posse. Vsum appellauit Ci-
cero magistrum optimum.

SI QVA POSSENT TECT. ACIEM PER.) Te-
ctam aciem vocat nunc, quam insequenti versu testu-
dinem. Præter illa, quæ superius comprehendit missa,
vel potius effusa, dicit nunc ea, quæ testudinem quam-
uis firmam, & fortem opprimere pondere, & dissoluere
C potuissent. Donat.

NEC CVRANT CÆCO CONTEND. MARTE) Post
factam de suis stragem, ultra non sunt ausi Rutuli testu-
dinem struere: sed cœperunt aperta dimicatione certa-
re. Æneid. 2. *Scæco Martere sistunt.*

- Parte alia horrendus visu, quassabat Etruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Messapus, equum domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.
525 Vos ô Calliope precor aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisq; virum demiserit orco:
Et mecum ingentes aras euoluite belli.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
530 Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco: summis quam viribus omnes
Expugnare Itali, summaq; euertere opum
Certabant: Troës contra defendere saxi,
Perq; cauas densi tela intorquere fenestras.
535 Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri: quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustra; malorum
Velle fugam. dum se glomerant, retroq; residunt
540 In partem, quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subito, ET CÆLVM TONAT OMNE FRAGORE.
Semineces ad terram, immani mole secuta;
Confixiq; suis telis, & pectora duro
Transfossi ligno, veniunt. vix vnus Helenor,
545 Et Lycus elapsi.

HORÆ

HORRENDVS VISV PIN. QVASSABAT) Ibat Mezenti-
us, quem videre tantummodo ingens fuerat terror, cō-
cutiebat non paruam facem. Pinum dixit, quia hoc ge-
nus arboris quum ardet, plurimum fumum emittit.
Donatus. Et quoniam pinum solidam manu quatie-
bat, vult poeta nos hinc corporis eius magnitudinem,
roburq; intelligere: sicut in 3. de Polyphemo, *Trūca
manum pinus regit.*

AT MESSAPVS NEP. PROL) Ecce alia pars, in qua fuit
Messapus filius Neptuni, Troiæ euerforis, antiqui ini-
mici, qui obtinuit vallum. Quanto istorum laudatur
instantia, tanto præferuntur, Troiani, quos ingens ma-
nus superare non poterat. Donat. * *Neptunia proles ideo
quibundam videtur appellari Messapum, quod equi à Neptuno, &
ipse equum domitor inuidam & Homero, id est, equitandi peritum,
cin dapffer reitterfchman.*

VOS Ô CALLIOPE) Sensus est, te Calliope cum
reliquis Musis precor. Vel est syllepsis numerorum.
Calliopen autem vel solam, vel præcipuè inuocat, quia
heroico carmini præsit, de qua multa separatim Gy-
rald. Syntag. de Musis. Require lib. 7. dicta de Musa-
rum numero, nominibus, inuentis ex Ausonio, ibi,
Nunc age qui reges Erato. Est autem sollempne poetis,
quemadmodum & Fabius monet, non modò in exor-
tu poëmatum suorum Musas inuocare, sed longius eti-
am progressos: quando scilicet ad quippiam explicatu
paulò difficilius, velut ad scopulum, seu vadum aliquod
delati peruenerunt. Tunc vota iterant, & noua preca-
tione vtuntur: quomodo & oratores non solum in ex-
ordio, sed in medio quoq; orationis cursu beneuolen-
tiam auditorum renouant. ☞

ORAS EVOLVITE BELL) Oras pro spatio vsur-
pauit Ennius 6. Annali, & Maro per diligentem imita-
tus est. Ille, *Quis potis ingentes oras euoluere belli?* id est,
tam ingentia belli spatia, quod maximum, & diuturnis-
simum fuit. Igitur, euoluite oras belli, id est, belli spa-
tia explicate. Turneb. lib. 18. cap. 3. * *Oras belli euoluite,
nihil videtur aliud, quam illius & principia, & extrema explica-
re: seu bellum totum explicate: non enim vult medijs prætermis-
sæ, extrema differi.*

OPPORTVNA LOCO) Opportunum dicitur ab
eo, quòd nauigantibus maximè vtilis, optatque sunt
portus.

SVMMAQVE EVERTERE OPVM VI) Lib. 12. *Pro
se quisq; viri summa nituntur opum vi.* Ennius Annal. 4.
Romani scalis summa nituntur opum vi.

DENSI TELA) pro, densa tela.

PRINCEPS CONIECIT) primus coniecit. Nam Ci-
ceroni, Lucretio, Horatio, Cæsari quoq; no tantum
dignitatis, sed ordinis item nomen est.

QVÆ PLVRIMA VENTO) gliscens, aut, & magna
facta per ventum.

POSTIBVS HÆSIT ADESIS) cariosis, carie con-
sumptis.

IN PARTEM QVÆ PESTE CARET) Pestem sæpe
dicunt Latini pro noxa, & damno, vt Græci *ὄλεθρον*, tã
pro iactura, damno, & strage, quàm pro peste: hinc pro
incendio, verè damno maximo. Virgil. lib. 5. *lentiusq;
Carinas Est vapor, & toto descendis corpore pestis.* Lu-
cret. lib. 3. *Disfidium ut nequeat fieri sine peste, maloq;.*

CÆLVM TONAT OMNE FRAGORE) suprà, *calumq;
remugit.*

----- quorum primæuus Helenor,
Mœonio Regi quem serua Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis:
Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.
Isq; vbi se Turni media inter millia vidit,
550 Hincacies, atq; hincacies astare Latinas:
Vt fera, quæ densa venantum lepta corona
Contra tela furit, seseq; haud nescia morti,
Iniicit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
555 Irruit: & quæ tela videt densissima, tendit.
At pedibus longè melior Lycus inter & hostes,
Inter & arma fuga muros tenet: altaq; certat
Prendere tecta manu, lociùmq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu, teloq; secutus
560 Increpat his victor. NOSTRASNE EVADERE DEMENS
SPERASTI TE POSSE MANVS? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.
Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cygnū
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis:
565 Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupo. Vndiq; clamor,
Tollitur: inuadunt, & fossas aggere complent.

QVEM FVRTIM SVSTVLERAT) inconcesso thala-
mo. De notione ista *furti* dictum alibi. Sustulerat, à
partionem depositos tollebat, educandosq; suscipie-
bant.

bant. Vide supra, *Non. ita me genitor bellis affuit. Opheltes sublatum erudit.* * *Ipsa sustulerat, quia pater legitimum qui tolleretur, non erat. Matres peperisse, patres sustulisse liberos dicuntur proprie. In Truculento sumptuosa illa meretrix eadem de causa.* Si quod peperissem, id educare, & tollerem. Non igitur temerè locutus est Maro.

VESTITISQUE AD TROIAM MISERAT ARMIS) Ex seruis ad militiam sacramento rogare, aut villo modo admittere, nefas sancitum veteribus est, quod Cic. in Deiotariana significat, *[cuius Verba ita sonant, Vbi agit de equitatu, quem Deiotarus Casari supplicium misit. At (Phidippus accusator) nescio quem ex eo numero seruum iudicatum. Nō arbitror, non audiri: sed in eo, etiam si accideret, culpam regis nullam fuisse arbitrari.]* & Martinianus in Digestis, de re militari. Ab omni, inquit, militia serui prohibentur, alioqui capite puniuntur. Pausanias auctor est, Persico bello, quod in campis Marathonis gestum est, primum seruos in militiæ iura admissos, quo nomine etiam tumulus interfectorum inibi visebatur. Post Cannensem cladem armata Romanis seruitia Volonum nomine Liuius tradit, quum prius singulos forent sciscitati, vellent ne militare. Vnde est nomen ratio. Sociali quoque bello in militiam libertos admissos primum, Appiani historia tradit. Rhodigin. lib. 25. cap. 23. * *De hac re consulto etiam Stenechium in Vegetium lib. 1. cap. 7. Plin. quadam epistola querit à Traiano Aug. de supplicio seruorum, qui in tyrocinis reperi fuerant, Extat lib. 10. Nec serui modò, Seruum & alia hominum genera prohibebatur milita: qua tamen corrupta militari disciplina, adscripta sunt posterioribus temporibus. Ideo autem prohibebantur, ne honor militia, eorum silitate sedaretur, atque vilesceret. Excludebantur itaq; serui, libertini, histriones, opifices sellularij, item proletarij, capite censi. Vide cap. 6. de militia Roman. apud Ioannem Antonium Valtrinum.*

Lipsij verba sunt in Analectis ad dial. 2. lib. 1. de Milit. Tenuiores ad militiam non vocari, de bona illa, & composita repub. verum est: etsi postea remissum. Adeo vt non libertini solum, sed serui etiam adscripti: sed fere per ciuilia bella cum Virtus, & Honos ius suum ægre seruant. Exemplum tamen ab æuo Annibalis, cum necessitas id expressit. Tunc enim non solum octo millia seruorum in militiam empta, quod Liuius, aliiq; produnt: sed etiam pastores aliquot ferociores in equites adsumpti. Docet Valerius lib. 7. ex D Apulia quoq; & Fidiculis septuaginta, atq; ducentos ad equitatus supplementum emptos. Atque hos ipsos statim appellat à pastoralib. casis collecta mancipia. Pompeius etiam bello in Cæsarem, eodem illo tractu seruos pastores armat, atq; his equos attribuit, quod ita in Cæsare scriptum Ciuium. 1.

PARMAQUE INGLORIVS ALBA) Parma est rotunda. Nam parma, inquit Varro, quod à medio in omnes partes par. Idem in fragmento quodam aqud Nonium, quem sequuntur iam rotundis celites leues parmis. Notat Lipsius de Militia Rom. dial. 1. lib. 3. ibid. de eius materia, & magnitudine.

Tyrones primis stipendiis, seu primo anno clypeum gerebant sine omni argumento, & insigni candidum, quem clypeum appellat candidum vmbonem Perlius sat. 5. nubigerum Statius libro quinto, Syluar.

*Quid tibi tum tenero permisit plaudere collo
Nubigeros clypeos, intactaq; cadibus arma?*

Turneb. lib. 20. cap. 1. De Camilla libro vndecimo *puræque interrita parma.* Alioqui, vt est apud Vegetium, libro secundo, cap. 18. ne milites in tumultu prælij à suis contubernalibus aberrarent, diuersis cohortibus, diuersa in scutis signa pingebant. Vt ipsi nomi-

Anaut de iuua. Præterea in aduerso scuto vniuscuiusque militis erat nomen adscriptum, addito, ex qua esset cohorte, quauē centuria. Vide in idem cap. Stenechium, & Alex. ab Alex. libro sexto, capite vigesimo secundo.

ISQUE VBI SE TVRNI MEDIA INTER) Nil profuit Helenori, quod ruinam turris euasit, non enim euadere potuit millia hostium, in quos incidit. Igitur vbi se hostibus vndique circumdatum, nullamque fugiendi spem superesse vidit, ruit in confertos hostes ferrarum more, quæ viuendi desperatione se ingeruit ferro, & perunt mortem, quam vitare non possunt. Don.

VT FERA QVÆ DENS A) Adamauit hanc comparisonem Silius, eamque reddere tentauit initio lib. 10.

*Paulus ut aduersam videt increbescere pugnam,
Censera, quæ telis circumcingentibus, ultro
Assiluit in ferrum, & per vulnera colligit hostem,
In medios fert arma globos.*

SUPRA VENABULA FERTVR) Venabulum est telum venantium latissimum, & aieci longissimæ. Varro *ὄν λυγας.* Nempe sues syluaticos in montibus sectaris venabulo, aut ceruos. Nonius.

AT PEDIBVS, LONGE MELIOR LYCVS) *πὸ δὲ τοῦ ποδὸς ὀκνῶν,* Cvt de Achille centies, Homerus. Lib. 5. de Darete, *Ille pedum melior motu.*

PRENDERE TECTA MANV) quia tum alti non erant muri, sed ad impetum tantum repellendum, vt Sallust. etiam ostendit, vbi Sertorium humeris sublatum per muros conscendisse commemorat. Seruius. * *Æneid. 2. prestant fastigia dextris. Sed muri isti castrorum Troianorum ad tempus tantum erant excitati: alioqui veterum muri, seu mania, firmi, magni, alii fuerunt, quod demonstrat Lipsius Poliorcet. lib. 3. dial. 5.*

QUALIS VBI AVT LEPOREM) Aquilæ, & lupo Turnum, lepori, & agno Lycum comparat, *ὀμιχλῶς.* Vide Seruium, & Macrob. Saturnal. lib. 5. cap. 12.

IOVIS ARMIGER) Aquilæ sacra Ioui, vt aliæ aues aliis diis, deabusue. Arma Iouis sunt fulmen. Fulmina Ioui bello gigantæo aquila subministrasse dicitur. Habes causam huius epitheti. Sic appellat etiam lib. 5. Dicitur & Iouis ales lib. 1. ✽

MARTIVS A STAB. RAPVIT LVPVS) Marti dedicatus est lupus, siue propter Romulum, Remumq; educatos, quod deridet Festus, qui vult non à ruma, sed à virtutum magnitudine vtriq; fratrum inditum nomē, quod *ῥῶμ* notum apud græcos vocabulum fortitudinem significet, vt inde scilicet ij nomen adepti sint, velut *ἀπὸ τῆς ἀλκῆς* Alcides: siue propter ipsam voracitatem, quæ in bello crudiura est. Vnde & in sacris, gladius meus deuorabit carnes. Hinc & Mauorti nomē, quasi mares voranti: bellatores enim mares esse debent. Martios porrò lupos Virgilius, Martiales Horatius vocat. Apud Plaut. eos in tutela Martis cognoscit Strabax adolescens, ita profatus: *Fuit adepol Mars meo iratus patri: nam oues illius haud procul absunt à lupis, &c.* Pierius lib. 11.

FOSSAS AGGERE COMPLENT) Agger est cuiuslibet rei coaceruatio, vnde fossæ, aut valles possunt repleti. Agger Isidor lib. 15. propriè dicitur terra aggesta, quæ vallo facto propius ponitur: sed abusiue, & muros, & munimenta omnia aggerem dicimus.

Fff *

Ardentes

Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.

Ilioneus saxo, atq; ingenti fragmine montis

570 Lucetium portæ subeuntem, ignesq; ferentem:

Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asylas:

(Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta)

Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus:

Turnus Ityn, Cloniumq; , Dioxippum, Promulumq; ,

575 Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idam:

Priuernum Capys. hunc primò levis hasta Themillæ

Stinxerat: ille manum proiecto tegmine demens

Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,

Et læuo infixæ est lateri manus: abditaq; intus

580 Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,

Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,

Eductum Martis luco, Simethia circum

585 Flumina, pinguis vbi, & placabilis ara Palici.

Stridentem fundam positis Mezentius armis

Ipse ter adducta circum caput egit habena:

Et media aduersi liquefacto tempora plumbo

Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.

ARDENT. TÆD. AD FASTIG. IACTANT) Æneid. 2. A cuius auctoritas veritati præiudicare nō debet. Turneb. *flammas ad culmina iactant.*

INGENTI FRAG. MONT. LUCETIVM) Saxi exaggeratio est. Lucetij nomen apud alium auctorem inueniri negat Seruius. Lingua Osca Lucetius dictus est Iupiter, à luce, quam præstare hominibus dicitur. Ipse est enim nostra lingua diespiter, id est, diei pater.

STANTEM PRO TURRIBVS) pro defensione turrium.

LIVIS HASTA) leuiter veniens, vnde & *strinxerat* dixit, id est, paulum vulnerauerat. Seruius. Alibi istud *strinxerat*, sic periphasi quadam extulit, *summum degustat vulnere corpus*.

SPIRAMENTA ANIMÆ) Definitio pulmonum, à B spirando, vt græcè *σπύρον ἀπὸ τῆς πύλης*. Euripid. *πνεύματι διαπύλαις*. Suprà, latebras animæ.

ARCENTIS FILIVS) qui & ipse Arcens dicebatur. Vide Seruium.

FERRUGINE CLARVS IBERA) Ferrugo coloris genus est, qui vicinus est purpuræ subnigræ. *Ibera*, non Hispana, sed Pontica, nam Iberia pars Ponti est.

GENITOR QVEM MISERAT ARCENTIS) Ordo est, stabat Arcentis filius Arcens in armis egregius. Nam non congruit, vt huius filij prætermisso nomine bis fiat patris commemoratio. Sic Seruius. Difficile excusabis Maronem: videtur certè bis posuisse nomen patris

SIMETHIA CIRCVM FLVM.) Simethus Siciliae fluius.

PINGVIS ARA) *Pinguis* valet diues, exéplo Græcorū, quorum vestigia pedum solo premit libenter Maro. Est enim frequentiss. apud poetas Græcos dici *πλωρὰ πόντος*. Quamquam non me latet, aliter explicari à Macrobio,

lib. 18. cap. 3.

PLACABILIS PALICI) Qui fuerit iste deus, & cur dictum *placabilis*, consule Seruium. Item Macrobiū Saturnal. li. 5. cap. 19. Interpres Statij Lucatius in 12. Thebaid. ibi, *Siculosq; licebit Exorare deos*, sic narrat. Iupiter Æthnam nymphā compressit, quam cum Iuno persequeretur, illa terræ implorauit auxilium, & in sinu eius recepta, enixa est geminos, necdum partu maturo. Hos terra tam diu intra gremium fouit, quamdiu lex vtrū postulabat. Vnde Palici, id est, bis geniti, sunt appellati. Hos autem immites fuisse, & humano sanguine placari consuetos, fabula confirmatum est.

STRIDENTEM FVNDAM) Fundæ vel ex lino, vel ex setis fieri solebant. Est autem funiculus, qui duobus capitibus manu capitur, altero cum ansula, ne exeat: altero sine, vt dimitti possit, atque in medio latior est, vt ibi lapis contineatur. Hunc circumactō semel, aut tertium propter vim maiorem, valido funiculo, & ab vno capite dimisso, vehementer proiiciebant. Fundæ inuentores facit Plin. Phœnices, libr. 7. cap. 56. Veget. lib. 1. cap. 16. ex Floro, & aliis, Baleares.

LIQVEFACTO TEMP. PLVMB. DIFF.) De funda veterum multa peritissimè Lipsius de Mil. Rom. libr. 5. dial. 20. Vi, & effectu à nostris bombardis non multum abierunt, immò eas superarunt. E plumbo vtrumque telum, nec magnitudine, aut modo glandes valde dispares. Qui viderunt, & interfuerunt militiæ priscæ, iis credendum, & illi scribunt fuisse tantum impetū in emissâ peritè funda, vt glans sæpe liquefceret in medio cursu, concepto igne. Lucret. libro 6. *plumbea vero Glans etiam longo cursu voluenda liquefit*. Ouid.

Non

*Non secus exarfit, quam cum Balearica plumbum
Funda iacit. volat illud, & incandescit eundo,
Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.*

Lucanus.

*Inde facies, & saxa volant, spatiaq; soluta
Æris, & calido liquefacta pondere glandes.*

Statius, *arsuras caliper inania glandes*. Immo idem cum fulmine comparat, *volucres imitantur fulmina glandes*. Seneca Natural. lib. 2. cap. 56. *Æra motus extenuat, & extenuatio accendit. Sic liquefcit excussa glans funda,*

A& attritu æris velut igne distillat. Nec id tamen perdit vim teli: sed sic igneum veniebat in corpus, liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa perreftum extēdit arena. Vno icu ecce interficit. Nec miror de Dauide, qui iuuenis, & inter funditores hoc telo immanem Goliathū deiecit. Lege quæ subtexuntur de vi, qua lapides ex ea veniebant, de longinquo eius cursu, & quam certò tangere, quod petebant.

MULTA ARENA) Inde proceritas corporis insinuat.

- 590 Tum primùm bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces
Ascanius: fortemq; manu fuisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem
Germanam, nuper thalamo sociatus, habebat.
- 595 Is primam ante aciem DIGNA, ATQVE INDIGNA RELATV
VOCIFERANS, TVMIDVSQVE NOVO PRÆCORDIA REGNO
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat:
Non pudet obsidione iterum, valloq; teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætere muros?
- 600 En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hîc Attidæ, nec fandi fictor Vlysses.
DV RV M A STIRPE GENVS: natos ad flumina primùm
Deferimus, sæuoq; gelu duramus, & pndis.
- 605 Venatu inuigilant pueri, syluasq; fatigant:
FLECTERE LVDVS EQVOS, ET SPICVLA TENDERE CORNV.
AT PATIENS OPERVM, PARVOQVE ASSVETA IVVENTVS,
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur: versaq; iuuençum
- 610 Terga fatigamus hasta: NEC TARDA SENECTVS
DEBILITAT VIRES ANIMI, MVTATQVE VIGOREM.
Canitiem galea premimus: semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere raptō.
VOBIS PICTA CROCO, ET FVLGENTI MVRICE VESTIS:
- 615 DESIDIÆ CORDI: IUVAT INDVLGERE CHOREIS:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
OVERÆ PHRYGIÆ (NEQVE ENIM PHRYGES) ite per alta
Dindyma: vbi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos, buxusq; vocat Berecynthia matris
- 620 Idææ: SINITE ARMA VIRIS, ET CEDITE FERRO.

TV M PRIMVM BELLO) Necessitas ostenditur, cum B & ipsum Ascanium, quamvis puerum, venire ad arma oportuerit.

ANTE FERAS SOLIT. TERRERE FUGACES) Ouid. 2. Metamorph. de Apolline, & Pythone serpente.

*Hanc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Antè, nisi in damis, capreisq; fugacibus vsus.*

MINOREM GERMAN.) Maior enim Iuturna, fuit nympha, de qua est lib. 12.

DIGNA ATQVE INDIGNA RELATV) Horat. Ode 5. Epod. *Quid dixit, aut quid tacuit?* Significat multa effutuisse sine consilio, temere. Donatus ait, huiusmodi fere omnes quæ constant ex contrariis, prouerbiales existimari: quod genus sunt, fanda, atque infanda: facta, atque infecta. Plaut. Capt. *Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit.* Terent. And. *Quo iure, quâno iniuria.* Utuntur hoc loquendi genere boni scriptores, cum per contrariorum complexionem omnes, & omnia intelligunt. Cic. lib. 1. Accusat. Omnes noti, ignotique.

tiq̄ue. Plaut. Curcul. *Date viam mihi noti, atque ignoti.* Iterum Cic. ad Q. F. lib. 3. Omnia minima, maxima. Plaut. Afin. *Dignos indignos audire certum est.* Ista, & plura colligit Lamb. in Afinar. Plauti. Quin & hæc ex Demosthene, de Philippo, 1. Olynth. *κύνειον πρῶτον καὶ ἀπορρήτων.* Et contra Midiam. *ἐπὶ τῆς αἰτίας ζῶντες οὐ συνεχῶς μενεαυόμενοι.*

TYMIDVSQVE NOVO PRÆCORDIA REGNO) Aut noua regij generis affinitate: aut quia ipsi per regis filiam portio debebatur imperij, vt Seruio placet: aut forsitan quod veteres, personas omnes regij generis, aut affinitatis, reges, reginasq; appellabant, vt lib. 1. *scptum.* *Ilione quod gesserat olim Maxima natarum Priami.* Vide German.

ET INGENTI SESE CLAMORE FEREB.) Apparet liquidò, Seruium legisse, *ingentem*, cum ita exponat, non erat ingens: sed esse se clamitabat ingentem.

BIS CAPTI PHRYGES) Dirigenda non esse ad normam secundæ classis poetarum carmina, ne ipsius quidem Virgilij Latinorum omnium facile principis, hæc indicabunt exempla. Primum istuc ipsum. Non enim bis tantum, sed ter captum, excisumque Ilium tum fuisse censemus: primum ab Hercule, deinde ab Amazonibus, postremò à Græcis, duce Agamemnone, vt probat Zezes. Sic suprà.

*Stridentem fundam positis Mezentiis armis
Ipse ter adducta circum caput egit habena.*

Veget. lib. 2. semel circa caput agitandam fundam docet. Rursus Georg. 2. *insolita fugiunt in flumina phoca.* Eas alij poetæ Romani vitulos marinos appellant, tantum enim nomine discrepant. Georg. 2.

*Septima post decimam felix & ponere vitæ,
Et pressos domitare boues, & licia terra.*

Nos hic poetam septimum, & decimum ad ea quæ enumerat, felices & commodos dies scribere opinamur: ita tamen, vt decimum septimo bonitate antestare dicat. Brod. lib. 4. cap. 27.

MORTI PRÆTENDERE MVROS) oblicere contra mortem: vt nihil intersit inter vitam, & mortem, nisi murus.

NOSTRA CONNYBIA) Aut quasi Turni cognatus loquitur: aut inuidiosè retorquet, & vult causam omnium esse communem.

QVIS DEVS ITALIAM) subaudi vobis promisit, aut sum tale quippiam,

QVÆ VOS DEMENT. ADEGIT?) Subaudi huc curvertere.

NON HIC ATRIDÆ, NEC FANDI) Exaggeratio vituperationis. nam non tantum se Troianis, sed etiam victoribus præfert. *Fandi filior* *Vlysses*, id est, aut fallax, aut *λογισταῖς*, qui dolum celat, sermonis ornatu.

DVRVM ASTIRPE GENVS, NAT. AD FLVM. DEFER.) Videtur de Spartanis tractum moribus. Nam vt Seneca auctor est, lib. Suasor. 1. Omnib. sua decora sunt. Athenæ eloquētia inclytæ habebantur. Thebæ sacris: Sparta armis. Idem, Eurotas amnis hanc circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam. Reprehēdit tamen hunc morem Galenus de regim. san. lib. 1. vt inhumanum, ac plane Scythicum, quum teneri cuti frigus sit inimicissimum, iuxta senariolum hūc Euripidis. *Ψυχὴ δὲ λεπτὴ καὶ ὑπολαμψίμων.* Vide Rhodigin. lib. 6. cap. 2.

Sed illud sciendum, esse auctores, qui produnt, non aqua infantes, sed vino ablui à mulieribus solitos, experimētum quoddam ipsorum habitudinis ita faci-

entibus. Etenim dicunt huiusmodi rerum periti, agitudinibus obnoxios admoto mero debilitari, ac resolui: qui autem sit valetudinis obfirmatæ, amplius acueri ac obstipare habitum. Idem Rhodigin. lib. 18. cap. 1. Galenus, & Auicenna infantes etiam sale aspergi, & aqua falsa lauari procipiūt. Causam lege apud eundem Rhodigin. lib. 6. cap. 2.

Non lōgè diuersa tradit Victor. lib. 34. cap. 2. Animaduertendum, inquit, priscum illum morem, quem Virgilius fecit prædicare Numanum, cum disciplinam Italorum in celum ferret, quod statim natos infantes ad flumen ferrent, & Polidonium, & Aristotelem idem facere solitos commemorare Ligures, propriumque ipsorum fuisse. Sed non solum hos barbaros, verum etiam Lacones in litteris proditum est, in Eurota solitos lauare statim natos filios. Hæc etiam seruare, institutumque eorum vetus fertur, dura, atque assueta malis natio, quæ nullam certam sedem habens vagatur lierè per omnes omnium tellures.

Non prætermittam quæ ad hunc locum illustrandum conducunt ex Iouiano. Sic ille lib. 1. de Fortitud. In eo verò quem ad præclaras, atque arduas res ipse impellere animus debet, quid esse potest indignius, quàm tanta hæc corporis, animiq; tenebras? cum ne apis quidem aculeum, vt Cicero ait, sit laturus absque summis clamoribus. At quo animo dicuntur, & audiuntur illa, *Durum à stirpe genus*, & quæ sequuntur deinceps præne totis decem versibus? Vides vt in eo gloriatur, quod à primis statim annis duratus laboribus, per omnem vitæ cursum desidiā ignoret? Neque norit vnquam, quid fusus esset, ac mollities? Eæ sanè iure gloriatur, vt vir, ac planè vir. Videre licet alios nimis puerili animo cuncta pauentes. Alios, quamquam grauioribus in rebus, atque periculis, adeo tamen consternari, vt etiam cogitata excutiantur. Atque illi quidem in eo peccant, quod metuenda, ac non metuenda iuxta pauitant: hi, quod à modo, mensurāq; ita decedunt, vt pæne videantur exanimis. Sunt etiam quos ipsa præmeditatio ter-ritat.

Ad extremum, è Germanorum consuetudine tractum, inquit, Turneb. lib. 22. cap. 15. qui aquæ Rheni arbitrio explorabāt partus, esset ne legitimus, an nothus, qua de re epigramma extat. Hunc insignitum, peculiaremque ritum Germanis de exploratione liberorum, Tacitum omisisse in libro, quo eiusdem gentis mores descripsit, non iniuria miratur Lipsius. Ptolem. inquit, natam ad Rhenum ferebant, clypeoque imponebant. Si vndis abriperetur, nothum censebant: si innataret verò, suam. Claudian. in Rufinum. *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.* Nonnus Dionysiæ ab hac causa Rhenum *ἐλαγχιάμων* agnominat, velut iudicem, vindicemque coniugij. Lege etiam Iuliani epistol. ad Maximum. *πάρτος ὅδ' ὁ πῦρ*, &c. * Sic explorabant Celtæ suos partus, essent ne legitimi, an adulterini. Deferebant eos man ab ortu ad Rhenum flumen, scutoq; impositos, alneo, quæ vnda rapidiore committebant. Quibus vnda percussisset, agnoscebāt pro germanis, ac sui: pereuntes ducebant pro alienis, & ex adulterio conceptu. Epigramma autem, de quo Turnebus, est incerti auctoris Græci, & refertur in latinū conuersum à Parrhasio Comment. in Claud. nempe hoc.

Audaces rapido dubios in gurgite partus
Explorant Celtæ, donec diiudicet vnda.
Hæc nunquam capiunt gentes noua pignora matrum,
Quam prius imponant clypeo: tum flumina monstrant
An genus obliquum fuerit. post mater ad vndas
Egeriam tendit natos visura recentes,
Et suspensa timet cenforis flumina Rheni.

Aristoteles quoque 7. Polit. admonet, vt statim, cum parui pueri etiam nunc sunt, patiendis frigidibus

ribus assuescunt, idque prodesse multum affirmat ad reliquam ætatem ab immoderatis illis defendendam. Quæ frigora corpus offenderent magis, morbosque graues importarent, si noua, neque vnquam antea gustata venirent. Ad bellica etiam studia id accommodatum affirmat, in quibus necesse est multis modis ipsa fortiter tolerare. Addit præterea, multis eum morem barbaris fuisse populis, ut suos in flumen frigidum infantes mergerent. Vide quid ex Aristot. & alijs Vrsin afferat. Vide insuper German.

Spartani infantes primum editos, ut labore firmarentur, rigidissima aqua fouebant, nudosque in patientia laboris enutriebant, nihilque somni causa sternebant, &c. Alex. ab Alex. ex Plutarchi Lycurgo, lib. 2. cap. 25. ubi mira de gentium diuersarum consuetudine in infantibus educandis, instituendisque referuntur. Strabo lib. 3. de Cantabricis faminis. Mulieres cum pepererunt, suo loco vitos decumbere iubent, iisque ministrant, interque operandum ipsæ sæpenumero infantes lauant, & inuoluunt ad alueum alicuius amnis acclinantes.

Cum educatione ista, qua Numanus Latinam sobolem educari gloriatur, rigida scilicet, & aliena ab omni mollitie, congruunt illa, quæ de Honorio filio, à patre Theodosio disciplinæ adhibito narrat Claudian. Pa-negyri in 3. consul. eius.

*Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,
Non tibi desidia molles, nec marcida luxu
Otia, nec somnos genitor permisit inertes:
Sed nona per duras instruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires.
Frigora sana pati, grauius non cadere nimbis,
Æstium tolerare iubar, transare sonoras
Torrentum furias, ascensu vincere montes,
Planiciem cursu, valles, & concava salu,
Nec non in clypeo vigiles perducere noctes,
In galea portare nives, nunc spicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari spargere funda.*

GELV DVRAVVS ET VNDIS) Luctet. lib. 5. *Atque opere in duro durarent membra, manusque.*

SYLVASQUE FATIGANT) Ipsi fatigantur in sylvis. Aut pro feris sylva posuit, in quibus sunt feræ.

FLECTERE IVDVS EQVOS) Aliorum labor, nostræ pueritiæ ludus est. Æneid. lib. 1. de Neptuno, *caloq, innectus aperto Flectit equos.* Horat. Ode. 7. lib. 3.

*Quamuis non alius flectere equum sciens
Aequè conspicitur gramine Martio.*

In eo equitandi scientia maximè vertitur, ut equus sessori frænum moderanti pareat, & quamcunque in partem velit ille, sequatur. Quod declarat locus Cæsaris lib. 4. de bello Gall. ubi & eodem verbo usus est, loquens de essedarijs Britannicis. Ac tantum usu quotidiano, & exercitatione efficiunt, ut decliui, ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, & breui moderari, & flectere, & per temonem percurrere, & in iugo insistere, & inde se in currus recipere citissime possint. Ex Lamb. in Horat.

PARVOQUE ASSVETA IVVENTVS) Laudata est veterum Romanorum, & celebrata versib. poetarum insignis in perferenda paupertate patientia. Horat. de Fabricio, Curio, Camillo lib. 1. Ode.

*Hunc (Fabricium) & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sana paupertas, & anitus apto
Cum lare fundus.*

Virgil. lib. 6. *paruoq, potentem Fabricium.* Et de Serra-

no. *& te sulcos Serrane ferentem.* Claudian. libr. 1. in Eutropium, *animosq, pauperis umbra Fabricij.* Idem ibid. *in q, & si forte infernapiorum iugera, & Elysia scindis Serrane nonales.* Horatius item pueros ab ineunte ætate assuefaciendos esse paupertati, & vitæ militari admonet, si quidem idoneos bello, & pace bonos ciues videre eos parentes velint, Ode 21. lib. 3.

*Angustam amici pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat, & Parthos feroces
Vexet equos metuendus hasta.
Vitamq, sub dio, & trepidis agat
In rebus*

B Atque his quidem omnibus in locis coniungi paupertatem cum militari fortitudine videmus. Neque etiam Roma tulit vnquam fortiores viros, quam eos, qui suos ipsi agros coluere: neque præmium aliud ferè dedit viris fortibus, quam agri aliquot, quæ bello soluti exacercent suis bobus, iugera.

AVT RASTRIS TERRAM DOMAT) bene bellico usus est verbo: & ne à militari lege discederet, non dixit, terras colimus, sed domamus, ac si diceret, quum hostes desunt, terras ferro domamus. Seruius. Lib. 3. Iustinus, docens quo pacto Lycurgus Spartanos instituerit: pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci præcepit, ut primos annos non in luxuria, sed in opere, & laboribus agerent.

OMNE EVVM FERRO TER. VER. IVVEN. TER. FAT. HASTA) Id sic accipiendum videtur. Semper in manibus tela militaria gerimus, etiam cum terram subigimus. Nam & hasta pro bouum stimulo vitmur, & hasta tardos boues increpamus. Turneb. lib. 29. cap. 25.

NEC TARDATA SEN. DEBIL. VIRES ANIMI) Bene animi, quia non est ausus corporis dicere: nec enim potest fieri, ut quamuis robustus senex, vires habeat prioris ætatis. Seruius.

CANICIEM GALEA PREMIMVS) Tantum potest laborandi usus, ut nec ipsi senecturi parcamus. Tegitur canicies galea, nec tunc immune periculis caput est, quo debuit excusari propter senectutem. Donatus.

RECENT. CONVECT. IUVAT ET PRÆDAS VIVERE RAPTO) Tauros, Scythas, Herodotus scribit in Melpomene, furandi licentia sibi victum comparare, atque item ex bello. Refert Gellius, apud veteres Ægyptios (quod genus hominum constat, & in artibus reperiendis solertes cum primis extitisse, & in cognitione rerum indagnata sagaces) furta omnia indiscriminatim fuisse licita, & proinde citra ullam noxam, pœnamque. Fortasse, (ut solet ad gentium consuetudinem alludere, & mores veteres exprimere) idem hoc loco fecit de Latinis loquens Virgil. Rhodigin. lib. 18. cap. 1.

PICTA CROCO, ET FVLGENTI MYRICE VESTIS) Qui tales sunt, quales hinc aliquot versibus Numanus Troianos describit, ita delicate, ac molliter viuentes, hi profecto armis tractandis idonei non censentur: sed suis deuoluendis potius, nec virorum, sed faminarum digni sunt nomine. Hoc intelligens Cyrus, cum sibi cauere vellet in posterum, facereque, ne Lydi rebellare denuo auderent, arma illis, & equos ademit, iussitque (Iustino teste, lib. 1.) cauponas, & ludicras artes, & lenocinia exercere. Sic gens industria quondam potens, & manu strenua, effeminata mollitie, luxuriaque, virtutem pristinam perdidit: quosque ante Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos ouium, & desidia superauit. *

Crocodym intelligit, quæ vestis crocotula à Plauto apud Festum dicitur, mulierumque erat, non viro-
rum, ut ex Aristophane notum est, scribente in Ranis, ὅρων λεορτὴν ἐπὶ περικλυτῇ κειμένην. Quod enim Bacchus, & quæ essent muliebris sexus propria, & fortissimorum viro-
rum miscuisset, illuditur. Sed & splendens purpura probro dabatur à seuerioribus, ut apparet ex oratione pro Cælio: si quæ etiā minimorum horum aliquod offendit, si purpuræ genus. Plutarch. in Catone. ὅτι πορφύρεαν ἔωρεν τὴν καλακίως ἐνδεδυγμένην, καὶ ὅθεν ἀγαπωμένη αὐτὸς ἐφόρει τὴν μέλαιναν. Itaque ut effæminatos, & semiviros incescit Troianos. Turneb. lib. 22. cap. 15. & lib. 29. cap. 25. *Et tunica manicæ*, &c. chiridotæ exprobat.

Cura quædam cultus, & ornatus non omnino vetatur fæminis, præsertim maritatis: in viris reprehenditur, eius negligentia laudatur: super quo multa Tiraquell. in 3. leg. Connubial. à num. 45. deinceps. Tamen ut in his quoque vestitus sordidus vituperatur, sic mediocriter splendidus ad dignitatem, auctoritatemque vel comparandam, vel tuendam est utilis.

Fulgenti murice, id est purpura, inquit Seruius. Hanc autem vitio, & dedecori apud maiores fuisse constat. Iuuenal. peregrina, ignotaq; vobis. *Ad scelus*, atq; nefas, quæcumq; est, purpura ducit.

ET TUNICÆ MANICÆ) Chiridotæ significantur tunicæ (id est, manicatæ, manuleatæ, seu ad manum vsque porrectæ) quæ viris erant probro, ut molles. Turneb. lib. 29. cap. 25.

Veteres Romani togam habuere sine tunica, qua de re sic Gellius. lib. 7. cap. 12. Tunicis uti virum prolixis, ultra brachia, & vsque in primores manus, ac prope digitos, Romæ, atque in omni Latio indecorum fuit. Viri autem Romani primò quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas, & breues tunicas citra humerum desinentes habuerunt. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli F. P. Sulpitio Gallo, homini delicato, inter pleraque alia id quoque probro dedit, quod tunicis vteretur manustoras operientibus. Et D. Augustin. 3. de doctrina Christiana. Talaribus, ac manicatis tunicas habere apud Romanos flagitium erat: quod etiam videtur (nempe hoc loco) confirmare Virgilius. Aldus Manut. de quæsit. per epistolam libr. 1. cap. 2. * Statim lib. 7. Thebaid. dum Enneam Bacchi sacerdotem cum eum cultu describit, Brachiaq; in manicis. *Plant. Pseudolo*, manuleatam tunicam habere hominem decet? *Hominem dixit pro viro: nam quis fæminas deceat, non dubitat Seneca epist. 33. eodem alludens: Apud me verò Epicurus est & fortis, licet manuleatus sit. Quin & Cicero de genere quodam sociorum Carilina Orat. 2. Quos pexo capillo, mitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis, & talaribus tunicis, & velis amictis.*

HABENT REDIMICULA MITRÆ) Sic & Iarbas 4. Æneid. ut semivirum, & mollem incescens Æneam, mitræ usum, ut probum obijcit. *Meonia mentum mitra, crinemq; madentem. Subnixus.* Mitram Lydorum, ut Troianorum mulieres gestabant, viris probrosam, multò magis, si redimicula haberet. Redimicula sunt, quibus mitræ religantur. sed & de mitris redimicula habentibus Euripid. Hecuba. ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδύτοις μυθῆξιον ἐρρυθμίζωμαι. Turneb. lib. 29. cap. 25. * *Lucret. lib. 4. Vocat anademata.* Et bene parva patrum sunt anademata mitræ. *Luc. spiram, pallas, redimicula promit.* * *Habitum muliebrem induerunt mulierum homines, indigni proferri viro- rum nomine, & natura, Hercules, Sardanapalus, Clodius, Helogabalus, & alij. Vide Tiraquell. in 4. leg. Connubial. à num. 58. Im- mō Tertull. de Pallio, qui contra istam mollitiem diffinit acer- rimè.*

O VERE PHRYGÆ, NEQVE ENIM PHRYG.) Cita dubitationem respexit ad hoc carmen Homeri 2.

Αἰλιάδ. ὁ πτόνις, καὶ ἐλγχεῖ, ἀχάϊδες, ἐν ἐτ' ἀχαιοί. Vbi videre licet, homines molles, effæminatos, parumq; viros dici etiam pepones. Nam hic fructus simul atque maturuit, dulcis quidem est, verum flaccidus, atq; inutilis. Est tamen Homero etiam interdum blandientis vox, ut Iliad. ζ. ὁ πτόνις, ὁ μέλας. Chiliad.

Xerxem Artemisia regina Cariae bello nautali aduersum Græcos strenuè pugnando adiuerat, in quo eius duces fuerat ignauiores. Vnde Rex hoc testimonio reginam cohonestavit, ut Herodotus commemorat, οἱ μὲν ἄνδρες γαβήσασι μοι γυναικας, αἱ δὲ γυναικας ἄνδρες. Viri fuerunt mihi fæminæ, ac vice versa, fæminæ viri. Quam verò acerbum viro sit vulnus, & contumeliæ plenum, fæminam vocari, testatur Herodotus, ubi ait. περὶ δὲ πολλοὶς καὶ μεγάλας ἐργάζοιτο, καὶ γυναικας ἀπαυ- λισον. Id est, quos adorti ingenti clade affecerunt, fæminasque nuncupauerunt. Idem alibi, καὶ πέρσας γυναικας κακίῳ ἀνῆσαι, δέννος μέγιστος ἐστίν. Apud Persas grauiissima contumelia est, ut quis fæmina mollior vocetur. Nec abludit hinc Sesostris Ægyptij regis factum, qui quas gentes imbelles, & effæminatas subegerat, in earum finibus columnam cum incisa natura muliebri, quos contra fortes, ac masculas, columnam cum virili natura erigebat: illis muliebrementum animum exprobrans, in his virilem audaciam, virtutemque ad posteros testificans. Diodorus, Pierius lib. 34. * *Molles & effæminati aut fæmina, aut fæminæ nominibus solent appellari. Item semiviri, ut Æneas per comitium à Turno lib. 12. Contra fæminam quibus est virilis animus, meritò & mascula, & viragines vocitantur. In eos qui mollitia vestium, & ornatu supermacaneo, & cura capilli, & moribus imitantur mulieres, torquetur apud illud Drogem in adolescentem huiusmodi. Non te pudet, qui pectus tibi velis, quam ipsa natura voluit? Illa enim virum te fecit, tu te in fæminam re- fingis.*

BIFOREM DAT TIBIA CANTVM) Id est, bisonum, imparem, dissonum, dissimilem, non enim sunt pari modulatione compositæ. Vide Seruium.

TYMPANA VOS, BUXVSQVE) Lucret. lib. 2. agens de sacris Cybeles, siue Berecynthiæ.

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum Concana, rancifonoq; minantur cornua cantu, Et Phrygio stimulat numero cana tibia nos enter.

Ouid. de orgijs Bacchi lib. 4. Metamorph.

Famineæ voces, impulsæq; tympana palmis, Concanaq; resonant, longoq; foramine buxus.

Catull. de Atti in Galliambo.

Nixei citata cepit manibus lenæ tympanum, Tympanum, tubam, tua Cybele, tua mater initia: Quatiensq; terga tauri teneris cana digressis, Canere hac suis adorta est tremebunda comitibus.

Auson. epist. 25. tentis reboant cana tympana tergis. * *Tympanotribas in Plauti Trucul. est mollis, enervatus, enervatus, Geluti dnm è Cybeles sacerdotibus, qui Gallo dicebantur, à Gallo Phrygia fluuiio, & tympana in sacris suis pulsabant.*

Non abs re, cum vellet significare tibiam Phrygi-
am, buxum posuit, sed materiam tibie Phrygiæ propriam nominavit. Nam ut Asiorum tibie è loto erant, sic Phrygiæ è buxo. Pollux de tibiarum genere loquens, ἐλυμϑ, inquit, τὴν μὲν ὕλην πύξιν, τὴν δὲ ὕλην φρυγίαν. Sed & Elymus fortasse ille Virgilianus ab illa tibia nome adeptus est: quamquæ hoc pro indubitato affirmare, aut pro testimonio dicere nolumus. Turneb. lib. 30. cap. 39. Rhodigin. lib. 9. cap. 7.

MATRIS IDÆE) Idæa mater dicta est ab Ida seu Cretæ, seu Phrygiæ monte, utrobique enim culta est. Lucret. lib. 2. *Hanc varia gentes antiquo more sacrorum Idæam vocitant matrem.* Ouid. in Fast.

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit, & Idæa festa parentis erunt.

Ædema

Aedem Cybeles in Ida monte Claudian. describit in l. A
de raptu Proserp. Sic ait (Ceres) & fulvis serpentibus at-
rigit Idam, Hic ades angusta dea, &c.

SINITE ARMA VIRIS) Vos qui mulieres estis, re-
linquite nobis arma, qui viri sumus.

- TALIA IACTANTEM DICTIS, AC DIRA CANENTEM
NON TVLIT ASCANIVS: neruoq; obuersus equino
Contendit telum: diuersaq; brachia ducens,
Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus.
625 Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa feram sollennia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte iuuenicum,
Candentem, pariterq; caput cum matre ferentem:
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
630 Audijt, & cæli genitor de parte serena
Intonuit læuum. sonat vnà lethifer arcus:
Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perq; caput Remuli venit, & caua tempora ferro
Traijcit. I, VERBIS VIRTUTEM ILLVDE SVPERBIS.
635 Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.
Hæc tantum Ascanius. Teucric clamore sequuntur,
LÆTITIAQVE FREMVNT, ANIMOSQUE AD SIDERA TOLLVNT.

TALIA IACTANTEM) ad suorum gloriam.

AC DIRA CANENTEM) ad iniuriam Trojanorum.

NON TVLIT ASCANIVS) Æneid. 2. Non tulit hanc
speciem furiatam mente Choræbus Lib. 8. Non tulit Alcides
animis. Lib. 12. Non tulit instantem Phægen, animisq;
fremementem.

CONSTITIT ANTE IOVEM, SVPPLEX) Atqui Apollinem
inuocare debuit, iaculaturus: sed dicimus
ideo Iouem inuocatum, quia initium debetur Ioui: vt,
Ab Jove principium Musa. Vnde Ascanius non quid fa-
ciat, cogitat, sed quid primum. Seruius.

IUPITER OMNIPOTENS) Hoc epitheton inter-
dum ad numinis gloriam ponitur, interdum ad causam
dicentis. Namque hoc loco dicendo omnipotens,
ostendit eum etiam ijs, qui per se minus valent, præ-
stare posse virtutem. Seruius.

AVDACIBVS ANNVE COEPTIS) Quomodo voce
annuere vterentur antiqui in precibus ad deos, ex poe-
tis, item Liuius, Plinio productis locis demonstrat Bris-
son. Formular. lib. 1. num. 74.

FERAM SOLLEM. DONA) Promittit se alia quæ-
dam dona laturum, nam feram de iuuenico non di-
cimus.

AVRATA FRONTE IUVENCVM) Est hoc quidem
ritu Romano à Virgilio scriptum: sed non sine antiqui-
tatis effigie, nam & ita Homerus scribit, Iliad. x.

Τὸν τοι ἐγὼ πῆλ' ἄρ' ἔχουσιν ἄλγος πτερύχας.

Maclabo hunc superis auratum cornua tauro.

Turneb. lib. 29. cap. 25. Solebant cornua victima-
rum inaurari, testis Homerus Odyss. γ. Iliad. x. Virgil. 1.
Georg. & hoc ipso loco, Ouid. lib. 7. 10. & 15. Met. Ma-
crob. lib. 3. cap. 5. Saturnal. Alexand. Neapolit. lib. 3.
cap. 12. Annotauit Hartung. Decur. 3. lib. 8.

Seneca Oedipo, Aureo tauro rutilante cornu La-
bitur segnis. Tibull. Semper inaurato tauro cadit ho-
stia cornu. Ouid. 11. Metamorph. blandis induta corni-
bus aurum. Considerant ista ninea cernice iuuenica, Iu-

Buenal. & auratam Junoni cade iuuenicam. Tertullian.

Hunc tibi Iuppiter bouem cornibus inauratis voue-
mus esse futurum. Plin. lib. 33. cap. 3. Deorum honori
in sacris nihil aliud excogitatum est, quàm vt auratis
cornibus hostiæ maiores duntaxat immolarentur. Plu-
tarch. dum Pauli Æmilij triumphum describit, μὴ δὲ
τὸν ἡγεῖο χρυσόκερα τεύχων βὲς ἐκείν' εἰκοσι μίτης ἡ-
μιόνοι, καὶ σέμμασι. Post eos ducebantur auratis cor-
nibus boues centum viginti, vittis ornati, & fertis. Hæc
Delcius in Oedip. Seneca collegit. Seruius consulto di-
ctum putat iuuenicum: quia Ioui de tauro non immo-
laretur, nisi triumphii nomine. Quod ideo tamen ad-
missum, quia non tantum Ioui, sed aljs dijs, quæ bello
profunt, sacrificabatur.

CAPVT CVM MATRE FERENTEM) æqualem ma-
tri, nondum patri.

CÆLI DE PARTE SER. INTON.) Ennius. Cum
tonnis læuum bene tempestate serena. Varro sat. Eumeni-
des. Dum sermone cænulam variamus, Interea tonnit
bene tempestate serena. Fulmina, & tonitrua cælo puro,
ac sereno fieri merito negat, Lucret. lib. 6.

Fulmina gignit è crassis, alieq; putandum est

Nubibus extructis. Nam cælo nulla sereno,

Nec leniter densis mittuntur nubibus unquam.

Tamen id Virgil. sæpius factum dicit, hoc videlicet lo-
co, & 2. Æneid. Item Horat. Ode 34. lib. 1. Sallustius
quoque in Catilinario bello narrat M. Herennium die
sereno fulmine ictum esse. Sed in his intelligendum
est tonitrua, & fulmina naturalia cælo nubilo, & alie
extructis nubibus fieri: prodigiosa autem, & diuina, pu-
ro, & sereno. Quod ad Horatij locum spectat, videtur
ille significare, talia fulmina malum sibi minari, nisi re-
sispiscat: eademq; valere ad se, & cæteros homines ab
impietate deterrendos. Nam tonitrua, & fulmina diui-
na, qualia sunt ea, quæ cælo puro fiunt, tristia, & mala
portendunt hominibus, Adde his Homeri locum Odyss. v.

Ἡ μὲν γὰρ ἐκείνου ἀπ' ἑαυτοῦ ἀσπείρου.

Οὐδὲ ποδὶ τόφ' ἐκί, τίπαρ' ὑλλή' ἰδὲ παύει.

Id est

Id est. O Iupiter, profecto grauius è celo tonuisti: neque tamen vsquam nubes est: ostentum igitur aliquod tuum nobis præbes. Ex Lamb. in Horat. Vide insuper quæ posuimus Georg. l. i. *Non aliàs calo ceciderunt plura sereno Fulmina.*

INTONUIT LÆVVM) læua tonitrua, auguria, & auspicia ideo putantur feliciora, quod quæ nobis sinistra sunt, ea superis dextra dimitti creduntur. Videndi super hoc Dionysius libr. 2. Plutarch. problemat. Plinius. Sic a. *Æneid. subitoq; fragore Intonuit læuum.* Ouid. 4. Fast.

Ille precabatur, tonitru dedit omnia læuo Iupiter, & læuo fulmina missa polo.

Ad eandem quoque sinistra patris superstitionem pertinet locus ille Ciceronis in Mario.

Partibus intonuit cali pater ipse sinistris.

Sic aquila clarum firmavit Iupiter omen.

HORRENDVM STRIDENS ELAPSA SAGITTA) Sagitta à sagaci iactu dicitur, id est, veloci iactu. Pennis enim fertur quasi auis, ut celeriter mors perueniat ad hominem. His primum Cretenses vsi sunt. Vnde Dictæ sagittæ poetis. Isid. lib. 18. cap. 8.

PER QVE CAPVT REMVLI VENIT) Figmenta

hæc vulnera non sine ratione ponunt poëtæ: nam modò hunc ideo in capite dicit esse percussum, quia cū supra vaniloquum, & superbum introduxerat, quod vitio capitis euenit. Seruius.

IN VNC ET VERBIS VIRTUTE. ILLVDE SVF.) *capere.* Leoninus utique versus sine controuersia, quales & alij obseruati sunt in hoc poetarum signifero. Dicamus illud, *Emendaturus, si licuisset, erat.* Quare istiusmodi versus appellantur leonini, causam quærit Scalig. Poet. lib. 2. cap. 29. Vir quidam non vulgari doctrina ab initio echinos credit forsitan, vel appellatos, vel appellandos fuisse ab ἰχθῆ, quàm vocis imaginem Cicero, Horat. Lucretius dixere, resonat enim pars posterior, seu hemistichium posterius priori, ac repercutit syllabam quodammodo.

HOC TANTVM ASCAN.) Vel, dixit, ut alibi, *Nec plura.* Vel, & dixit, & fecit.

TEVCRI CLAM. SEQVVTVR LÆTITIAQ. FREMVNT) Commoti Troiani ex felicitate facti, extulerunt clamorem cum læto fremitu, & sperantes tanto auspicio meliora, plurimum gratulabantur. Donat.

- Ætheria tum fortè plaga crinitus Apollo
Desuper Ausonias acies, vrbemq; videbat,
640 Nube sedens: atq; his victorem affatur Iulum.
MACTE NOVA VIRTUTE PVER (SIC ITVR AD ASTRA)
Dijs genite, & geniture Deos. iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato ventura resident:
Nec te Troiâ capit. simul hæc effatus, ab alto
645 Æthere se mittit: spirantes dimouet auras:
Ascaniumq; petit: forma tum vertitur oris
Antiquum in Buten. hîc Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos.
Tum comitem Ascanio pater addidit. ibat Apollo
650 OMNIA LONGÆVO SIMILIS, vocemq;, coloremq;,
Et crines albos, & læua sonoris arma:
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum.
Sit satis Æneidè telis impunè Numanum
Oppetisse tuis: primam hanc tibi magnus Apollo
655 Concedit laudem, & paribus non inuidet armis:
Cætera parce puer bello.

CRINITVS APOLLO) Hoc adiuncto eum afficit C Ennius. Philostratus iunior in Heroicis, Pindarus in Isthm. Ode 1. ἀκροστέμνιν vocant, ἀκρὸς τὸ α, καὶ χεῖρας νόμιν. Vnde per periphasin Propertius lib. 3. & Ouid. lib. 3. Trist. intonsum deum dixerunt, & Horatius carmine saculari intonsum Cynthium. In lusibus in deum hortorum dicitur comosus Phœbus. Rursum Pindarus χαῖμῶν nōminauit in Pyth. Mos fuit antiquissimis illis sæculis, ut ephebi comam Apollini nutrent, qui deinde cum prima genas vestiret flore iuuenta, Delphos se conferentes, comæ primitias deo offerebant, cuius consuetudinis meminit in Theseo Plutarchus. Hæc Hieron. Columna ad Ennij Alcæon.

MACTE NOVA VIRTUTE) Sic apud Silium lib. 4. D Mars Scipionem adolescentem, postquam ille multis interfectis patrem consulem seruauit, lætus compellat, & prædicat.

*Tum celsò è curru Manors, Carthaginiæ arcus
Exscindes, inquit, Tyrios ad fœdera coges:
Nulla tamen longo tanta exorietur in auro
Lux tibi chære puer, mactæ, ô mactæ indole sacra,
Vera Jouis proles.*

Mactare est magis augere. Cic. 1. Tuscul. Mactæ virtute, ego enim ipse cum eodem ipso non inuitus errauerim. Liuius lib. 10. Tu quidem mactæ virtute, diligentiaque esto. Attius Philocteta. *Vt dixi, mactæ his, armisq; mactæ virtutem patriæ.* Lucil. Satyr. lib. 4. *Mactæ, inquam, virtute, simulq; his versibus esto.* Turpil. Boethontibus. *Mactæ virtute esto.* Pacuuius Duloreste. *Mactæ esto virtute, operaq;.* Cernis veteres libenter vocatum hunc mactæ, cum vocabulo, virtute coniunxisse, auferendi casu scilicet. Est autem sermo tractus à sacris, ut monet Seruius, & est verbum pontificale. Quoties enim augthus, aut vinum super victimâ funde-

fundebatur, dicebant, *maestus est tanrus*, hoc est, cumulata est hostia, & magis aucta. Inde etiam maestare, pro magis augere. Cic. de Repub. Ferunt laudibus, maestant honoribus. Et apud Plaut. *ego te maesto infortunio*. Solitos item vinum diis fundere in altaria, declarat Arnob. lib. 6. cum his verbis. *Maestus hoc vino inferio esto*. Quæ verba ibidem considerat, & argutè irridet. Interpretatur autem sic. Quid est aliud, quam dicere tantum esto maestus, quantum volo: tantum amplificatus, quantum iubeo, &c.

Nona virtute, vel magna, eximia, vt, *Pollio*, & ipse facit *nona carmina*: aut reuera noua, quantum ad bellum.

DIIS GENITE, ET GENITVRE DEOS) Imitatus est B hæc Seneca in consolat. ad Martiam, cap. 15. Quid aliorum tibi funera Cæsarum referam? quos in hoc mihi interim videtur violare fortuna, vt sic quoque generi humano prosit: ostendens ne eos quidem, qui diis geniti, deosque genituri dicuntur, sic suam fortunam in potestate habere, quemadmodum alienam. Obseruauit Muretus in Notis. *Diis genite*, inquit Seruius, propter Venerem: *geniture deos*, propter Iulium Cæsa-rem, & Augustum.

GENTE SVB ASSARACI) Romanam intelligit, inde vsque ab Assaraco propagatam. Assaracus fuit pater Cyprios, auus Anchisæ. Sic in 1.

Cum domus Assaraci Phthiam, clarasq; Mycenæ
Servitio premet, & victis dominabitur Argis.

Nec TE TROIA CAPIT) Philippi ad Alexand. fili-um apophthegma expressit. *ἡ γὰρ τοῦ βασιλείου ἰσχυρὰ καὶ ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι*. Quibus verbis eius generosam indolem, quod Bucephalum conscendisset, laudauit. Brod. lib. 1. cap. 26. & Turneb. * De Bucephalo memoria prædium à Q. Curtio, lib. 6. in hac verba. Namque ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium, & Gregem, cum vellet ascendere, sponte genua submittere excipiebat, credebaturq; sentire, quem haberet. Lucunda est de hoc equo apud Plutarchum narratio, lib. 6. *Verum animalia plura rationi habeant, terrestria, an aquatica. Bucephalus quantisper nudus erat, conscendendum se etiam equis dedit: ornatus vero regium iam aula, collaribusq; neminem admittebat, Alexandro tantum accepto: ceterum periculum facturum, aut aliqui propius accedentibus, ingenti hiannu occurrere, insultareq; ac nesciderent, fugam, sibi consulerent, proterere solent.*

SPIRANTES AVRAS) spirabiles, vitales, quibus spiramus, & viuimus.

FORMA TVM VERTITVR ORIS ANT. IN BVT.) Deligit eius hominis formam, qui antiquitatis, & exercitationis longinquitate collectæ merito, sanum consilium dare posset, & debuisset audiri. Donat.

FIDVSQVE AD LIMINA CVSTOS) Seruum atriensem, vel atriarium significari putat German. Elegans quidam vsus vocabuli, *ad*, explicatur à Cantero libr. 3. cap. 20. Propert. *Iam libet, & fortes memorare ad prælia turmas*, cum bellicas vellet, seu bellicosas dicere. Nec aliter paulò pòst ait. *Nunquam venales essent ad munus amica*, id est, mercenariæ, & vt ita dicā, municipes. Iam in fine lib. 3. dicit. *Hinc tibi ad eloquium ciues, hinc amplæ nepotum Spes*. Vbi eodem pacto facundos, & eloquentes ciues innuit: videtur enim hoc prouerbij huius vsu præ cæteris hic poeta delectatus, quin etiam paulo breuius idem lib. 4.

Sobrius ad lites: at cum est impressa corona,

Clamabis capiti vina subesse meo.

Et aliquāto post, *Lygdamus ad cyathos*, cum hinc pincer-nam, illic aduocatum, & caussarum patronum indicare vellet. Et lib. 4. eleg. 2. *Pastorem ad baculum possum curare*. quod est, pastorem me dixeris, si pedum habeam. Ergo fidus ad limina custos, est fidus liminū custos. Requiere præterea li. 10. super illo, *biuicq; ad frana leones*.

ET CRINES ALBO S) id est, canos Tibull. eleg. 8. lib. 1. *Tollere tunc cura est albos à stirpe capillos*. Plaut. Trinum. *ad istam capitis albitudinem*.

SÆVA SONORIBVS ARMA) strepitu terribilia, exponit Seruius. Vocabulo *sonor* pro sonitu non semel vsus inuenitur Lucretius, id q; aliās quoque testatus sum.

HIS ARDENT. DICTIS AFFATVR IVL.) Solent secundæ res erigere homines etiam ætate prouectos: sed quando ad pueri animum ventum est, sic ardere cœpit, & prosperis ferri, vt alia quoque non dubitaret audere: sed hunc Apollo ira reuocat, vt sciat Ascanius, animum suum robustiori ætati reseruandum. Donat.

PRIMAM HANC CONCEDIT LAVDEM) Dicendo hanc, pollicetur & aliam. Concedere autem ei se dixit ideo, quia sagittarum deus est: & licet eum Iupiter iu-uerit, Apollo tamen sibi suum officium vindicat: quod dicit se concessisse, quia non prohibuit. Ea enim, quæ ab aliis numinibus poscimus, tunc implentur, si nō aduersentur numina, quorum propria sunt, quæ poscimus: vnde & in 4. ait, *adaro, & tua si mihi certa voluntas*, hoc est, quod in me est, iungo eos: restat, vt & tuum impleri velis officium. Seruius.

PARIBVS NON INVIDET ARMIS) Expone, pari gloriæ. Nam vt Apollo puer occiso Pythone vltus est matris iniurias: sic Ascanius occiso Numano, Trojanorum castra, iniuriasq; defendit. Paribus ergo armis, id est, similibus: non peritiā, sed genere victoriæ. Seruius.

----- Sic orsus Apollo

MORTALES MEDIO ASPECTVS SERMONE RELIQVIT,

Et procul in tenuem ex oculis euauit auram.

Agnouere deum procures, diuinaq; tela

660 Dardanidæ, pharetramq; fuga sensere sonantem.

Ergo auidum pugne dictis, ac numine Phœbi

Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus

Succedunt: animasq; in aperta pericula mittunt.

It clamor totis per propugnacula muris:

665 Intendunt acres arcus, amentaq; torquent.

Sternitur omne solum telis: tum scuta, cauaq;

Dant sonitum flictu galeæ, pugna aspera surgit:

Quantus ab occasu veniens pluuiaribus hædis

Ggg*

Verbe-

Verberat imber humum, quàm multa grandine nimbi
In vada præcipitant, cum Iuppiter horridus Austris
Torquet aquosam hyemem, & cælo caua nubila rumpit.

SIC ORSVS APOLLO) Modò locutus, aliàs, cœpit A fatæ Ennij, *Ansatæ mittunt è turribus*. Iterum. Post: quod magis est proprium, lib. 1. *sic Venus, at. Veneris contra sic filius orsus. Æneid. 2. Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto*. Lib. 12. *sic Iuppiter orsus*. Lib. 6. *Tunc sic orsa loqui vates*. Orsa pro initiis, lib. 10. *Et in melius tua, qui potes, orsa reflectas*.

MEDIO SERMONE) quia non respondit Ascanius. Totus autem sermo ex dicente, respondenteque conficitur.

FVGA) discessu.

PHAR. SONANTEM) quia dixit suprâ, *Et sua sonantibus arma*.

DICTIS, AC NVMINE PHOEBI) Dictis, propter auditam orationem. Numine, propter agnitionem deum. Prohibebant eum pugna propter ea, quæ dicta erant, & ipsam auctoritatem cogniti in discessu Phoebi interponebant.

IPSI IN CERTAM. RVRSVS SVCCED.) utpote, quos aperta exempla certos, securosque præstiterant.

AMENTA QVÆ TORQVENT.) Tela amentis torquent. Quem possumus non rerum modò, sed verborum etiam explicatorem Iusto Lipsio inuenire magis peritum, magis sedulum? Iacula, inquit, aliàs sola manu mittebantur? aliàs loro reuincta, & eo excusso adiuvabantur. Id dicebant amentum. Glossæ, amentum, *ἀμύνω*, vinculum iaculorum. Festus, Amenta, quibus ut emitti possint, vinciuntur iacula. Ex Græco, quod est *ἀμύνω*, vel quia aptantes ea, ad mentum trahunt. Latini, & nodum vocant, ut Silius lib. 1. *Huic impulsæ leni torquetur lancea nodo*. Statius in 3. *Frana tenent, duplexq; inserto missile nodo*. Item ansam. Inde an-

quam defessi sunt stantes spargere sese Hastis ansatis. Habenam etiam alij. Fuit autem non aliud, quam lorum reuinctum in hasta media circiter, quod manus inde, & primoribus digitis illigabant leuiter, in emissu cum impetu soluendum. Hæc ipsa ille copiosius, & explicatius, & multa præterea huc pertinentia, quæ tunc leges cum voles, Poliorcet. lib. 4. dial. 4.

STERNITVR OMNE SOLVM TELIS) Concinnius utiq; hoc: Enniano istuc, *Sparsis hastis longis campum splendens, et horret*.

DANT SONITVM FLICTV GALEÆ) infra. *strepit assiduo caua tempora circum Tinnitu galea*. Vñ sunt simpliciter Liuius Ægistho. *Ipsæ se in terram saucius fligit cadēs. Attius. ἐνὶ ῥαυτὶ μάχη. Nec perdolescit fligi socios morte, campos contegi*. Et Ægistho. *Hec cuiatis stirpem funditus Fligi studeat*. Lucret etiam lib. 2. *nam cita supernè Obuia cum fluxere, sit, ut diuersa repente Dissiliant*. Est autem fligere, per concursum se mutuo tangere, & concutere, cum sono: & flictus hic erit *ῥαυτὶς ἡ νόστιμος*. Vñ etiam Ausonius. *Cymbala dant flictu sonitum*. Silius. *galea horrida flictu*. Ennius Annali 15. aliis verbis, eodem tamen sensu, *Æratæ resonant galea*.

QUANTVS AB OCCASV VEN.) Vide Vrsin.

QVAM MVLT. GRAND. NIMB. IN VAD. PRÆCIP.) Valerius Aedituus in epig. *Aut imber calo candidus præcipitans*.

AQVOSAM HYEMEM) non ipsum anni tempus, quod dicitur hyems, & æstati opponitur, sed pluuiam densam cum vento significat, ut alibi.

- Pandarus, & Biriæ, Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera,
Abietibus iuvenes patriis, & montibus æquos,
675 Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt,
Freti armis, vltroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextrâ, ac læuâ pro turribus adstant,
Armati ferro, & cristis capita alta corusci:
Quales aëriæ liquentia flumina circum,
680 Siue Padi ripis, Athesin seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quertus, intonsaq; cælo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
Irrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentes:
Continuò Quercens, & pulcher Equicolus armis,
685 Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmon,
Agminibus totis aut versi terga dedere,
Aut ipso portæ posuere in limine vitam.
TVM MAGIS INCRESCVNT ANIMIS DISCORDIBVS IRÆ:
Etiam collecti Troës glomerantur eodem,
690 Et conferre manum, & procurrere longius audent.

IDÆO ALCANORE CRETI) sanctissime, & religio- Dus, & apud Homeram Iupiter *Ἰδαίου μύθῳ* sæpenume-
rissimè colebatur à Troianis Iupiter cognomento Idæ- ro dicitur, & inuocatur. Ei locus erat in Ida monte ubi
educat

educati fuerunt Pandarus, & Bitias, & templum habebat ibi in alto Gargaro. Turneb. lib. 22. cap. 7.

SYLVESTRIS HIERA) Non satis perspicio; quæ sit ratio syllabæ in hoc verbo, in quo contra naturam videtur media tendi: & cum nescio quid miratulum hinc latere subodoror, parum abest, quin quemadmodum legimus à cerua, cane, lupa quosdam nutritos, sic hos à sylvestri hyæna educatos esse suspicer. Certe in hanc coniecturam prono labor animo: quæquam eam vix spero commendari, approbarique posse hominibus doctis. Turneb. 22. cap. 7.

ABIIT. PATRIIS, ET MONT. ÆQVOS) patris abietes sunt Idææ. Homer. *χάρπιοι τὰς ἐλάτῃσι βόικότες Ἰδαίῃσι*. Qui autem sunt ea corporum magnitudine quæ hic describitur montium similitudine, Græcis sunt *πλάτεις*, *παρὰ τὸ πλάτος οὗτος ἵνα κατὰ τὸ μέγεθος*.

PORTAM QUÆ DUCIS IMPERIO) Hunc locum manasse ex Iliad. lib. 22. docet Macrob. lib. 5. cap. 11. Scimus, quod Mnestheo, & aliis ducibus imperavit Æneas ad petenda proficiscens auxilia, ne portas aperirent, ut castra modò, & rutos seruantem aggerere muros. Item legimus Mnesthea, & Sergestum ductores fuisse, & rerum magistros, non Pandarum, & Bitiam. Unde apparet, quod hunc locum malè intellexerit Donatus, dicens commissam portam, id est, creditam, Pandaro, & Bitiæ, qui duces non erant. Cornutus verò melius sensit, dicens, portam quæ ducis imperio commissa fuerat, hoc est clausa, eam aperuerunt. Commissura enim dicitur tabularum coniunctio: sicut Cic. in Fundania meminit. Ergo melius est, ut commissam, clausam dicamus, quàm creditam Pandaro, & Bitiæ. Seruius.

PRO TURRIBVS) Ad vicem turrium propter proceritatem corporum ingentem. Statura quædam dicitur commoda, mediæ, militaris. Hanc qui superarent, dicebantur statura proceri. Adi Vegetium lib. 1. cap. 5. Ibid. Steuechium. Aut fortasse dictum sit, eo sensu, quo suprà illud, *Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idææ*.

QVALES AERLÆ LIQVENTIA) Comparatio Homerica, vide Seruium. Idem ait commemorari fluuium Liquetium, necesse epitheton, & legendum liquetia, non liquentia. De eadem re consule German.

ATHESIM PROPTER AMOENVM) prope, aut iuxta Athesim. Athesis fluuius ex alpibus Tridentinis labitur Veronam. Terent. Adelph. *Hic propter hunc assiste*. Cic.

2. de Inuent. Flauius Euroras, qui propter Lacedæmonem fuit. Aliquando sine nomine ponitur, & adueniunt vicem gerit. Terent. Adelph. *Est ad hanc manum sacellum, ibi angiportum propter est*.

INTONSA QVE CÆLO ATTOL. CAP. ET SVBLIMI VERT. NVTANT) Ennius, *Capitibus nutantes pinos, rectasq; expressos*. Quem ad locum hæc differit Fragmentorum Ennianorum à se conquisitorum, dispositorumque explanator solertissimus, & ingeniosissimus Hieron. Columna, quæ ad versum Maronianum quasi facelluculæta collustrandum, sunt perquam apposita. Pulcherrimè *nutare*, quod hominis proprium est, ad arbores transtulit. Nec quidem remota translatione arborum summitates *capita* dixit, eisque nutandi actum tribuit, cum hæ animalium structuram, atque opificium mirificè referant. Habent enim & radices quasi pedes, è quibus caudex, qui & truncus, & stipes dicitur, sursum affurgit: unde tanquam brachia rami diffunduntur, & inde furculi, quasi digiti. Eas etiam oculos habere quis neget? quibus frondes pro coma sunt: fibræ pro pilis: humor pro sanguine: cortex pro cute: cui subest caro, adeps, ossa, venæ, cor, medulla, nodi: quos Aristoteles nervis persimiles putavit lib. de plant. Catull. Ennij æmulatione, *conigeram nutanti vertice pinum*: ita enim duo calamo exarati habent, vulgati autem, *sudanti cortice*. Idè rursus, *Non sine nutanti platano*. Virgil. de quercubus *intonsaq; calo Attollunt capita, & sublimi vertice nutant*. Idem 2. Æneid. *Et tremefacta comam concusso vertice nutat*. Eclog. 6. *tum rigidas nutare cacumina quercus*. Ovid. lib. 2. Amor. *Dum bene diues ager, dum rami pondere nutant*. Septimius Serenus pulcherrimè pino brachia, & trepidationem tribuit. *Pinea brachia cum trepidant stridentia flabris*.

IRRVM PVNT, ADITVS) Non aditus rumpunt, qui iam patebant: sed irruunt Rutuli, ut viderunt aditus, porta patefacta. Donatus.

CONTINVO QVERCENS, ET PVLCHER) Hi primò venerunt, ut referatam portam violenter introirent: sed aut versi sunt trudentium agminibus, aut limine in ipso mactati. Aut, aliqui fugati sunt, aliqui interempti. Donatus.

COLLECTI TROES GLOMERANTVR) Tanti facti exemplo animati Troiani densabantur ad portam, remotaque trepidatione omni, & egredi longius audebant, & alios cominus prouocare. Donatus.

Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantiq; viros, defertur nuntius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.
Deserit inceptum, atq; immani concitus ira
695 Dardaniam ruit ad portam: fratresq; superbos,
Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti
Coniecto sternit iaculo: volat Italia cornus
Aëra per tenerum, stomachoq; infixæ sub altum
700 Pectus abit. reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepefcit.
Tum Meropem, atq; Erymantha manu, tum sternit Aphidnum,
Tum Bitian ardentem oculis, animisq; frementem,

Ggg* 2

Non

- Non iaculo (neque enim iaculo vitam ille dedisset)
 705 Sed magnum stridens contorta phalarica venit
 Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
 Nec duplici squama lorica fidelis, & auro
 Sustinuit. collapsa ruunt immania membra.
 710 Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens.
 Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
 Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
 Constructam iaciunt ponto: sic illa ruinam
 Prona trahit, penitusq; vadis illisa recumbit.
 Miscens maria, & nigrae attolluntur arenæ:
 715 Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile
 Inarime, Iouis imperiis imposita Typhoeo.

FERVERE CAEDE NOVA, ET PORT. PRÆB. PATENTES) Plus nuntiatur Turno, quam res habeat. Nondum erant tam multi Rutulorum occisi à Troianis, & ait, eos feruere caede noua. Nec patebant plures portæ, sed una tantum. Verum ita mos hominum est, ut non lætis modò, sed tristibus quoque aliquid affingant.

DARDANIAM RVIT AD PORTAM Ruit, inquit, non, venit, ut ostenderet eius feruorem, qui suorum necem veniebat ulturus, & qui nolebat patenti portæ occasionem perdere, ne iterum clauderetur. Donatus.

IS ENIM SE PRIMVS AGEBAT) Hoc est, incedebat: ut, se se Palinurus agebat. Tractus est autem sermo à ratione physica: nam agitur corpus animi iudicio, ut Terentius, *Quò te agis?* Seruius.

THEBANA DE MATRE NOTHV M SARPED.) Matrem hic Thebanam accipio è Thebis Hypoplaciis, quæ in Cilicia erant. Est enim verisimile, Sarpedonem Lycium ex ea provincia concubinam habuisse potius, quam ex aliis Thebis. Turneb. lib. 22. cap. 7. & lib. 29. cap. 25.

Nothum Græci natum ex vxore non legitima vocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur. Sic Festus. Isidorus autem lib. 9. nothus dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Huic cōtrarius est spurius, qui de matre nobili, & patre ignobili illegitimè nascitur. Item spurius patre incerto, matre vidua genitus.

Plutarchus in Problemat. ait Spurius apud Rom. primum nomen esse, ut Sextus, Decimus, Caius. Prima autem nomina cum vna, duabus, aut tribus litteris, ut T. Titius. Gn. Gneus, Sex. Sextus, vbi Sp. Spurius, eos aut qui sine certo patre erant, ἀπατορας, S, & P, designarēt, quasi sine patre, factum est hoc errore, ut qui essent sine patre, dicerentur spurij. Quos autem vulgo bastardos vocamus, interdum spurij dici possunt, interdum non possunt, ut hi, quos Principes agnoscere sollempniter solent, quasi que adoptare: nothi enim verbo græco appellantur, non spurij. Quintil. lib. 3. cap. 8. nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit: post legitimum natus, tantum ciuis. Et paulò post, nothum qui non sit legitimus, Græci vocant, latinum rei nomen non habemus. Nothia Græci appellant eam partem, quæ ex bonis paternis, lege Atheniensium, nothis dari poterat. Hinc factum, ut Græci nothum appellent, quidquid nō legitimum esse volunt, nec verum, ut νόθος ἀπίστωτον dicant non verum schema Atticum, sed adulterinum,

A spuriumque: contra νόθος ἀπίστωτον dicunt, veram, germanam, legitimamq; Atticorum elegantiam significantes? Budæus in Pand.

ITALA CORNVS) telum ex Italia cornu.

AERA PERTENVEM) In manu scriptis est, tenerum. Conuenit cum illo Lucretij, *Aëris in teneras possunt profectur auræ.*

REDDIT SPECVS ATRI VVL. VNDAM) Exaggeratio poetica, pro ingenti vulnere.

ATQVE ERYMANTHA MANV) id est, gladio cominus ferit. Nam illi, de quibus superius dixit, non manu occisi sunt, sed misso iaculo. Ergo ad differentiam telli iacti accipit, manu, id est, gladio. Seruius.

ARDENTEM OCVLIS, ANIMISQVE FREM.) Quod animo fremeret, oculi ostendebant. Ipse vultus hominis, eius animi ferociam loquebatur. Donatus.

CONTORTA PHALARICA) Hoc genus teli describit Seruius. Confule item Vegetium lib. 4. cap. 18. & Isidor. lib. 18. cap. 7. Præiuit Ennius, *Quæ valide venit contorta phalarica missu.* Forte scribendum *valido iactatu* valido missu. Sunt qui hanc vocem scribant *phalarica*.

FVLMINIS ACTA MODO) Amat Virgil. tela cum impetu magno venientia comparare fulminibus.

DVO TAVREA TERGA) Vsurpauit, pro taurina.

DVPLICI SQAMA, ET AVRO) Duplicibus squamis aureis. Sanè squama, & splendorem significat, si à piscibus venit, & sordes, si à squalore. Sed in Virgilio ubique splendorem significat. Seruius.

Lorica ferrea apud Romanos duplex, hamata, & squamata. Hamata sic dicta videtur, quod circuli, & catenæ nexæ, hamuli speciem dimidiatæ referebant, aut quod hami catenulas iungebant. Dicere hoc Sidonius videatur. *nec futilis illi Circulus impactis lorica, texuit hamis*, &c. Lipsius lib. 3. de militia Rom. Dial. 6.

CLYPEVM SVPER INTONAT. INGENS) Aut ipse ingens super clypeum intonat, aut ingens clypeum super eum tonat: nam lectum etiam est, hoc clypeum, ut probat Caper, quod magis debemus accipere. Nam Homerum imitatus est, qui ait, ἀέθρου δὲ τοῦ χαλκῶ. Et, ἀυροῦ δὲ βεγχε τοῦ χαλκῶ τοῦ χαλκῶ. Seruius. Sicut alibi, *sonitum super armade dere.* Clypeus masculini generis, ut *ardentes clypeos, atque aram cantantia cerno.* Neutrius, ut Virg. *clypeum super intonat ingens.* Licinius in Marte. *Partem magna leuius clypea portant.* Laberius Sororibus. *Hoc voluit clypeum, contra puluerem, protici.* Nonius.

IN EUBOICO BAIARVM LITTORE) De Eubœa Ader, Virgilium vsurpasse pilam pro columna: Huius venerunt Chalcidenses, qui condiderunt Cumas quæ sunt Baijs vicinæ. Seruius.

SAXEA PILA CADIT) Strabo lib. 6. ἡ δὲ πάλαι ἔμπορεῖον γέννηται, δὴ τὴν εὐβοίαν τῆς ἁμμῶν. διότι τῇ χάλκι καὶ αἰμαξάντῃ ἀμμοκονίαν, περὶ ἀλλοῖς χώμασι εἰς τὴν θάλατταν. Notauit Brod. lib. 5. cap. 25. Columnæ structiles sunt, quæ de lapide quadrato, aut laterculis extructæ sunt, quæ pilæ etiam dicuntur. Est enim hæc differentia inter columnas, quæ à Græcis κίονες, & pilas, quæ, σῆλαι ab illis dicuntur. Columnæ vno scapo constant, id est, lapide oblongo, perpetuo. Pilæ structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Plinius stelas vocat lib. 6. c. 28. stelæ autem sunt propriè lapideæ pilæ surrectæ, in quibus sædera inscribi solebant, vt omnibus innotescerent, & in quibus etiam homines proscribi solebant. Isocrat. in Panegyr. circa finem vitur, & Demosthenes identidem. Hodie stelæ vocari propriè possunt lapideæ cruces, vel huiusmodi monumenta, quæ in militaribus vijs extructa videmus, literis interdum insculptis ad memoriam alicuius rei prodendam, latinè cippi dicuntur, quales super sepulcra extruuntur. Et στήληται apud Demosthenem ἀτιμῶ, καὶ ἐν στήλῃ ἀναγεγραφέας. Vnde στήλῃν ἐκείνῃ λόγῳ. orationes infamantes, & programmata ignominiosa. Columnæ partes sunt scapus, quasi columnæ corpus: supra scapum capitulum, infra scapum spira, quæ basis sæpe appellari solet, infraque spiram stylobates. Auctor Vitruuius lib. 3. cap. 9. Hæc Bud. in Pand. Quis non vi-

INARIME IOVIS. IMP. IMPOSTA TYPH.) Latini ferè, nisi fallor, omnes vna dictione efferunt, quam Homerus in Catalogo duabus εἰν ἀείμοις. Ouid. lib. 14. Inarimen, Prochyta, legit, steriliq; locatam. Item Lucanus. Conditus Inarimes æterna mole Typhœus. Vnde Plinius hausit fortasse, quod scribit lib. 1. cap. 6. Ænaria Homero Inarime dicta. Nusquam certè hoc apud Homerum reperitur, neque apud Græcos, sed semper binis vocibus, vt apud Strabonem, Stephanum, Isidorum in Lycophronem. Malim Græcos sequi in hac controuersia, quàm Latinos. Hartung. Decuria 4.

B cap. 1. Super hoc versu lege totum cap. 18. apud Turneb. lib. 20. Lege præterea defensionem eiusdem aduersus Aldum Manutium, & Franciscum Robortellum apud Gulielmum Modicum cap. 1. Quæ verò Erythræus affert in Indice, magis ipsa defensionis egent, quàm Virgilium defendant, vt sentit Delrius in Senecæ Herculi. Oetheum. Quid simile habet Inalpinus cū Inarimis, &c. Inarimen aiunt esse montem Prochytae insulæ, quæ sita est in Puteolano sinu. Prochyta autem non ab Æneæ nutrice, sed quia profusa ab Ænaria erat. Ænaria ipsa à statione nauium Æneæ, Homero Inarime dicta. Hæc sunt Plinij, qui non montem insulæ, sed ipsam insulam vna voce sic vocatam dicit, de quo supra Hartungus, cum refutans. ✱

Hic Mars armipotens animum, viresq; Latinis

Addidit, & stimulos acres sub pectore vertit:

Immisitq; fugam Teucris, atrumq; timorem.

720 Vndiq; conueniunt: quoniam data copia pugnae,

BELLATORQVE ANIMO DEVS INCIDIT.

Pandarus vt fuso germanum corpore cernit,

Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,

Portam vi multa conuerso cardine torquet,

725 Obnixus latis humeris: multosq; suorum

Mœnibus exclusos duro in certamine linquit:

Ast alios secum includit, recipitq; ruentes,

Demens, qui Rutulum in medio non agmine Regem

Viderit irrumpentem, vltroq; incluserit vrbi,

730 Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.

Continuò noua lux oculis effulsit, & arma

Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristæ

Sanguineæ, clypeoq; micantia fulgura mittit.

Agnoscent faciem inuisam, atq; immania membra

735 Turbati subitò Æneadæ: tum Pandarus ingens

Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira

Effatur. Non hæc dotalis regia Amatae,

Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.

Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.

740 OLLI SVBRIDENS SEDATO PECTORE TVRNVS,

INCIPE, SI QVA ANIMO VIRTVS, ET CONSERE DEXTRAM,

Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.

Ggg* ;

Mars

MARS ARMIPOTENS) Lib. 12. *Cuncta pater, qui A bella tuo sub numine torques.* Hac velut *ωγωνοπολία* conciliat sequuturæ narrationi verisimilitudinem, & tanquam *Σειρ* *ἀνδ' ὑπὸ χερσίν* fingit, sine quo credi non poterat, Turnum castris hostium inclusum, incolumem euasisse. Mars dictus est, siue quod maribus præsit in bello: siue à Græco *ἀπὸς*. *Ἀπὸς* autem *ἀνδ' τὸ εἶπε*, ἢ *ἀναισθη*, hoc est, à tollendo, vel interficiendo. Maior vero, quod magna verrat: vel à Mars per epenthesein, ut Induperator. Vide Gyrald. Syntag. 10. Et Paladum ornatum hoc epitheto, lib. 2. & lib. 11.

STIMVLOS ACRES SVB PECT.) *ſauendi* scilicet: nam sunt & timoris, & libidinis stimuli. Notanda quoque oeconomia, quia id egit, ut verisimile sit, Turnum victorem euasisse de castris. Seruius.

ATRVM QVB TIMOREM) Atrum timorem dicit per metalepsin, fœdum, turpem, molestum, odiosum: ex eo, ut opinor, quod atra quæ sunt, inauspicata, & funesta, & iniucunda erant. Sic Flaccus Ode 11. lib. 4. *mi nuentur atra Carmine cura*, inuisæ, odiosæ, molestæ. Item Ode 1. lib. 3. *Postequitem sedet atra cura*, id est, molesta. Et Sæt. 6. lib. 2. *at simul atras Ventum est Exquiliæ*, id est, odiosas mihi, & molestas ob negotia. Sic ad Pisones. *atrum Definat in piscem mulier formosa superno*, dicit, proturpi, & fœdo. Turneb. lib. 22. cap. 7. * *Potes & pallidum interpretari ab effectu. Qui timent, pallens; & pallor est propemodum atrox. sic, cæruleis mœstæ vittis lib. 3. pro nigri vittis.*

VNDIQVE CONVENIUNT) Illi sine dubio; quibus Mars iniecit audaciam, qui inuenta opportunitate irruerunt in castra Troianorum. Seruius.

DYRO IN CERTAMINE) *finis* spe etradendi.

DEMENS) Hoc ex affectione sua dixit poeta: Alibi.

Sed tum forte caua dum personat æquora concha, Demens, & cantu vocat in certamina diuos.

Homerus solet dicere *ῥήϊος*, germanicè, *der narr*.

CONTINVO NOVA LVX) Tanta fuit inter cæteros dissimilitudo Turni, ut illum forma corporis, & armorum qualitate quivis posset agnoscere. Deniq; agnouerunt Æneadæ facile, qualem nunquam viderant, & licet turbati, quis esset agnouerunt. Donatus.

NON HÆC DOTALIS REGIA AMATA) Tibidata per dotem cum Lauinia. Et bene *Amata*, quæ sola illum generum esse cupiebat. Norandum sanè, quia id agit, ut ostendat, se non per imprudentiam Turnum inclusisse, sed illum per temeritatem sibi minimè profutura castra penetrasse. Seruius.

NEC MYRIS COHIB. PAT. MEDIA ARDEA) non es in media patria tua, ubi otioso, & securo tibi esse liceat. In castris hostium es, teneris circumclusus, non potes euadere, filius mortis es, ut loquuntur sacræ literæ.

OLLI SVBRIDENS SEDATO PECT. TVRN.) Magnam confidentiam virtutis ostendit, & similis est verus illi in 12. *Olli sedato respondit corde Latinus.*

INVENTVM PRIAMO NARRABIS ACHILL.) Vide dicta libr. 2. *Degeneremq; Neoptolemmum narrare memento.* Respicere videtur ad illud Sibyllæ in 6. *alii Latro iam partus Achilles.* Mittam te, inquit, ad Priamum, cui alterum Achillem in Italia inuentum esse nunties.

Dixerat. ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet, summis adnexus viribus, hastam.

- 745 EXCEPERE AVRÆ VVLNVS. Saturnia Iuno
Detorsit veniens: portæq; infigitur hasta.
At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies: neq; enim is teli, nec vulneris auctor.
Sic ait: & sublatum altè confurgit in ensen,
750 Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq; immuni vulnere, malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus, atq; arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atq; illi partibus æquis
755 Huc caput, atq; illuc humero ex utroq; pependit.
Diffugiunt versi trepida formidine Troës.
Et, si continuò victorem ea cura subisset,
Rumpere claustra manu, sociosq; immittere portis,
Vltimus ille dies bello, gentiq; fuisset.
760 Sed furor ardentem, cædisq; insana cupido
Egit in aduersos.

RVDEM NODIS) Non læuem, nec pulchram, sed fortem, impolitam, quam solam fortitudo maxima posset emittere. Donatus.

CORTICE CRVDO) viridi, nam hastæ plerumq; torrentur.

AT NON HOC TELVM) de gladio accipiendum. Sequitur paulo post, *confurgit in ensen.* Effugi istum tuum, at tu non poteris meum. Quando enim telum

missile est, potest declinari vigilantibus oculis, & corporis mobilitate. Quum verò ventum fuerit ad manū, atque ense pugnatur, ictus nulla potest ratione frustrari, & tum vera virtus ostenditur. Seruius Donatus.

PARTIBVS ÆQVIS HVC CAP. ATQVE ILLVC HVM. EX VT. PEP.) Simile vulnus, ac necis genus traditur à Plutarcho in Pyrrho. Vnus enim hostium longè ante alios præcurrens, vir & statūra eminenti, & fulgenti.

gentibus armis, laceffuit eum voce procaciore, prodiret si viueret (erat enim Pyrrhus gladio secundum caput vulneratus, & paulisper pugna excefferat.) Irritatus Pyrrhus, inuitis suis, venit se cum stipatoribus in eum, frendensque, & cruore madens, ac truci vultu per medios irrūpit, occupatque caput barbari ense ferire, fuitque ictus, & lacerti vi, atque acie ferri adeo violentus, ut ad infima penetraret, & eodem momento corporis partes dissectæ, hinc atque hinc dilaberentur.

BELLO, GENTIQUE FUISSET) quia plerumque

A bellum finitur gente superflite, ut in bello Troiano contigit. Finem bello imposuisset, deletis ad vnum Troianis omnibus.

SED FUROR ARDENTEM) Impedijt hoc consilium furor, qui humanas mentes à tractatibus commodis proturbare cōsuevit. Raptus est enim, ut insequeretur fugientes, & non vidit, quod prodesse plus posset Donatus.

EGIT IN ADVERSOS) In eos, qui ante eum ex adverso eierant, et si tergum auerterant, & fugerant.

- Principiò Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum (Iuno vires, animumque ministrat)
765 Addit Halyn comitem, & confixum Phegea parma:
Ignaros deinde in muris, Martemque cientes,
Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytanimque,
Lyncea tendentem contra, lociosque vocantem,
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
770 Occupat. huic vno deiectum cominus ictu
Cum galea longè iacuit caput. inde ferarum
Vastatorem Amycum: quo non felicius alter
Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.
Et clytium Æoliden, & amicum Cretea Musis:
775 CRETEA MVSARVM COMITEM, CUI CARMINA SEMPER,
ET CITHARÆ CORDI, NVMEROSQVE INTENDERE NERVIS:
Semper equos, atque arma virum, pugnasque canebat.

SYCCISO POP. GYGEN EXCIP.) Ordo est, excipit, & succidit poplitem. Nam antè fuit, ut eum circumveniret insidijs. Servius. Est ergo *σύνεισι* *σύνεισι*.

FUGIENTIBVS RAPT. INGERIT HASTAS) Raptas, inquit Servius, de hostilibus cadaveribus. Ego sic arbitror posse explanari, ut dicamus esse numerum multitudinis positum pro singulari, hastas pro hastam, hoc sensu videlicet. Hastam, quam de fugientium corporibus à se vulneratis, dum eos insequitur, raptim recipiebat, eam rursus in aliorum fugientium corpora intorquebat. Nam extrahere prius hastas è cadaveribus passim iacentibus, & currentes insectanti obuijs, moram utique persecutioni attulisset, & petitiones Turni fugitores illi acerrimi euasissent.

IVNO VIRE ANIMVMQ. MIN.) Æneid. 2. Ipse pater Danaos animos, virosque secundas Sufficit. Nō sit incogitum, vnum tot occidisse, Iunonis dat auxilium. Horat. ad Pison. Nec deus interfit, nisi dignus vindice nodus Inciderit.

ALCANDRYMQUE, HALIYMQUE) Versus Homeri ex Iliad. 4. ad ornatum magis operis translatus, quam ad historiarum veritatem accommodatus, quem & Naso habet Metam. 13.

CVM GALEA LONGE IACVIT CAP.) Ad exprimendam celeritatem, præterito usus est tempore. Potuisse autem caput cum galea longè iaci, præmissa loci altitudo significat. Servius.

FERRVMQ. ARM. VEN.) Speciosè dictum. Armabat ferrum, quo nos armare consueuimus. De Ismaro quoque libro sequenti similiter. *Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.*

CRETEA MVSARVM COMITEM, CUI CARMINA SEMPER, ET CITHARÆ CORDI, NVMEROSQVE INTENDERE NERVIS:

TEM) Poetam lyricum intellige. *παλλογία* est. Sic Cicerō in Arato.

Et matutinis ac credula vocibus instat,
Vocibus instat, & assiduas iacit ore querelas.
Lucret. lib. 2.

Fit quoque, uti soleant minus oblata acriter ictu
Reliquia motus vitalis vincere sepe,
Vincere, & ingentis plagæ sedare tumultus.

Et lib. 3. principio.

Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea perpetua semper dignissima vita.

Et lib. 5. Suppeditare nouum lumen, tremere ignibus instanti
Instant, &c. Horat. Ode II. Epod. amore percussum graui,
Amore qui me præter omnia &c. Et Ode 16. Et inquinatus erit tempus aureum, Aere, dehinc, &c. Hac animaduersione à Lamb. comment. in Lucret. Nos plura ad leuam. Virgil. 10. Æneid. sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens. Eclog. 10. Pierides vos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor, &c. Vide ibidem allam.

NVMEROSQVE INTEND. NERVIS) Rhythmos facere intentione nervorum: id est, qui secundum chordas verba componebat. Servius. Vel ita, qui chordis numeros aptabat. Tibull. *similes chordis reddere vocem* *sonos*. Nervus pro fidibus, quoniam à nervis conficiuntur, & similes nervorum sunt. Appellat sic etiam M. Tull. 1. Tuscul. Summam eruditionis Græci fidem conseruant in nervorum, Vocumque, cantibus. Et 3. de Orat. Nervus in fidibus insontant, ut à digitis pulsati sunt. Nōne gentes muliebri nervia ex Parrone adducit pro chorda scilicet. *ὁ δὲ λόγος* *ἵσχυρία* doceat, quomodo in psalterio effundamus nervias. Musicos porro Diogenes accusabat, quod in apertissimo ad harmoniam fidibus in cithara non essent diligentes, ac solliciti, moribus tamen manerent inconcinnis. Crede mihi, præstat longè bene vivere, quam Celo optimè nunc vocari, aut fidibus canere. Partus est conceptus est melior.

SAM.

SEMPER EQVOS ATQVE ARMA VIRVM PVG. A laudes ad tibiam caneantur, ut meminit i. Tusc. M. CANEB.) Nihil amatorum, aut molle canebat: sed res graues, & bellicas. Etiam in conuiujs olim non nisi vel res astrologice ad citharam, ut i. Æneid. vel alioqui notitate, & casibus insignes, ut reditus Græcorum capta Troia, à Demodoco in Odyssæa, vel clarorum virorum

Tullius. Neque vero Horatij lyra, quam imbellem vocat, & tantummodo amoribus, & conuiujs canendis aptam proficitur, non etiam saepe grandia, & Mæonio carmine digna cantat. 34

Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conueniunt Teucris, Mnestheus, acerq; Sereftus:
780 Palantesq; vident socios, hostemq; receptum.
Et Mnestheus: quò deinde fugam? quo tenditis? inquit:
Quos alios muros, quæ iam vltra mœnia habetis?
Vnus homo, & vestris, ô ciues, vndiq; septus
Aggeribus, tantas strages impunè per urbem
785 Ediderit? iuuenum primos tot miserit orco?
Non infelicitis patriæ, veterumq; Decorum,
Et magni Æneæ, segnes, miseretq; pudetq;?

AVDITA CÆDE SVORVM) Seruat τὸ πρῶτον, ne, B præsentibus ducibus, tot strages Turnus fecisse videatur.

QVO DEINDE FUGAM) Aut vacat, deinde, ut, tandem gentium, locorum: aut intelligimus cum mente tractasse, quod de campis milites solent ad castra confugere, & sic dixisse, quò deinde? scilicet de castris: quò fugietis vltius? & hoc est melius. Vnde & sequitur, quos alios muros? Et sic dictum est post cogitationem, quò deinde: sicut Terentius, Quid igitur faciam? Seruius. * Huius loco, quo & imbelles, & fugaces à ducibus suis increpantur Troiani, similem quodammodo faciem gerit ille lib. 11. Vbi Tarchon in suos Camillam fugientes increpat.

Quis metus ô nunquam dolituri, ô semper inertes Tyrrheni, quæ tanta animi signa venit?

Femina palantes agit, atq; hæc agmina vertit.

Quò ferrum, quidue hoc geritis tela imita dextris?

QVOS ALIOS) Ex Homero. Macrob. Saturnal. lib. 5. cap. 9.

VNVS HOMO TANT. STRAG. EDID.) Stat. 2. Thebaid. de Tydeo, unum, viri, tot cadibus, unus Ibis onans?

INFELICIS PATRIÆ) Troia, in qua nunc sunt, Seruius. Melius Donatus. Non vobis venit in mentem infelix patria, quam reparare debemus?

VETERVMQVE DEORVM) Penates significat, quos semper coluere Troiani. Non dii Troia considerantur, quos vultis addicere?

MISERETQVE, PVDETQVE) Prius ad deos, & patriam, posterius ad Æneam pertinet.

Talibus accensi firmanentur, & agmine denso
Consistunt: Turnus paulatim excedere pugna.
790 Et fluuium petere, ac partem, quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucris clamore incumbere magno,
Et glomerare manum. ceu sæuam turba leonem
Cum telis premit infensis: ac territus ille
Asper, acerbà tuens retro redit: & neq; terga
795 Ira dare, aut virtus patitur, nec tendere contra
Ille quidem, hoc cupiens, potis est per tela, virosq;:
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.
Quin etiam bis tum medios inuaserat hostes,
800 Bis conuersa fuga per muros agmina vertit:
Sed manus è castris propere coit omnis in vnum:
Nec contra vires audet Saturnia Iuno
Sufficere. aëriam cælo nam Iuppiter Irim
Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem,
805 Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.

TALIBVS ACCENSI) Ecce quantum commoda Consistunt, congregatique manent, & qui sibi fuga confiduerant, recuperata mentis fiducia consistunt. Donatus.

TURNVS PAVL. EXCED. PVG. ET FUGIVM) Vbi aduer-

aduertit Turnus, fugientium esse mutata cōsilia, & eos A plena fiducia obstinatione constitisse, ipse quoque fugiendi tractatum consulto suscipiens, tendebat ad eam partem, quæ vndis circumfluentibus cingebatur. Donatus.

ET GLOMERARE MANVM) Æneid. 2. *Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem.* Facer eglobum, historica elocutio.

CEV SÆVVM TURBA LEON.) Sensus hic est, haud aliter Turnus retrocedens petebat fluuium, ac solet leo pressus multitudine nec terga præbere propter iram, vel pudorem: nec posse, licet cupiar, in venantes impetum facere. Seruius. Comparatio Homeri, Iliad. λ. α. δ. α. ἄδωνα λῶντα βῶν. &c.

ASPER, ACERBA TVENS) Lucet. lib. 5. *Asper, acerba tuens, immani corpore serpens.* Eodem modo Aristophanes. βάλπει γὰρ τοι μανικόν, καὶ τετραπόδικόν.

QVIN ETIAM BIS TVM) Et tamen, cum sensim cederet, bis etiam tum hostes Troianos inuasit, bis in eos impetum dedit, tantumque solus potuit, ut bis innumeros fugaret.

NEC CONTRA AVDET SAT. IVNO) quia Iupiter ventur, nam sequitur, *germane hand mollia iussa ferentem.* Ergo quia numinis est desertus auxilio, telis obruitur.

* Non audet contra mariti mandatum venire Iuno quamvis regina deum, & soror Iouis, quia etiam coniux. Coniuges autem viris parere debent. Quia vero fuerit in uxorem suam Iouis auctoritas, & quantum illa virum timeret, non sine multo sale inducat Homerus in extremo i. Iliad. Cum enim se valde iratam ostendisset, & cum Ioue expostulasset de promisso, quod Thetidi pro Achille supplicanti dederat, ita ei respondet. Δημῶνιν, αἰνὴ μὲν ὄϊται, &c. Ponam Germani lastinos ex interprete.

Sic ne scelestiterum reputando nostra requires Consilia, ut solita es, nec suspitione carebis Coniectans alia ex aliis? nec forsitan vquam? Te potero latuisse? sed hæc te vana profecto Cura agitat, siquidem nil proficis artibus istis, Sed potius tibi me irritas, acuisque furore.

Quod si res ita habet, quid tibi? sic mihi cordi est:

Proinde sede, stultamque intra labra comprime vocem,

Nec meis vquam verbis parere recuses:

Ne si forte manus duro te verberare pulsem

Inuictæ, non vlla tibi succurere possit

Vis, aut cura deum, cælestia templa colentium.

Dixit. at ista graui pauidum formidine pectus

Pertimuit Iuno, duris contenta dictis,

Conticuitque sedens tandem, & tranquilla quieuit.

VIRE SVFFICERE) Subministrare. Sic Georg. 2.

B Ipsa satis tellus cum dente reducitur unco Sufficit humore.

Et 2. Æneid. Ipse pater Danaïs animos, viresque secundas Sufficit. Suprà, Iuno vires, animumque ministrat.

CÆLO NAM IVP. IRIM DEMIS.) De Iride non nihil dictum exordio libri huius. Ut alia quam plurima, sic etiam istuc commentum voluit imitari studiosior, quàm felicior Maronis æmulus, summus certè admirator Silius libr. 9. ubi Iupiter Irim mittit ad Palladem Pænis fauentem, ac pro eis in Iunonis gratiam pugnantem, iubetque, ut ipsa Iunonem à cæptis deducat, fatorum etenim leges mutari non posse.

At non hac superum fallebant praelia regem,

Demittit prope succinctam nubibus Irim,

Quæ nimios franet motus, ac talia satur:

Idea, & Oenotriis velox allabere terris,

Germanaque, truces dic Pallas mitiget iras,

Nec speres fixas Parcarum vertere leges, &c.

Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,

Nec dextra valet: iniectis sic vndique telis

Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum

Tinnitu galea, & faxis solida æra fatiscunt:

810 Discussæque iubæ capiti: nec sufficit umbo

Ictibus: ingeminant hastis, & Troës, & ipse

Fulmineus Mnestheus: tum toto corpore sudor

Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)

Flumen agit: FESSOS QVATIT ÆGER ANHELITVS ARTVS.

815 Tum demum præceps saltu sese omnibus armis

In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo

Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis:

Et lætum socijs, abluta cæde remisit.

ERGO NEC CLYPEO) Insistentibus Teucris, & Iu- D Statius 2. Thebaid. aliquanto remissius Tydeum pugnare cessante, nec clypeo tantis telis valebat occurrere, nec dextra pugnare. Hunc locum ex Homeri Iliad. 16. ubi Aiæcis pugnam describit, Ennius in 15. Annal. trāstulerat, docens quā generosè, ac strenuè Cælius Tribunus Istris sese oppugnantibus restiterit. Sed eum de incluso Turno gratia elegantiore composuit Virgilius. Macrobius lib. 6. cap. 3. Ut conferre locum cum loco possis, ecce tibi Enniana carmina.

Undique conveniunt, velut imber tela Tribuno

Configunt parmam: tinnit hastilibus umbo,

Æra sonitant galea: sed nec pote quisquam

Undique nitendo corpus discerpere ferro.

Semper abundantes hastas frangitque, quatitque,

Totum sudor habes corpus, multumque laborat:

Nec respirandi sis copia præpete ferro.

Istri tela manu iacientis sollicitabant.

Statius 2. Thebaid. aliquanto remissius Tydeum pugnare defatigatum ita describit.

----- attamen illi

Membra negant, lassusque ferit præcordia sanguis.

Iam sublata manus cassos desertur in ictu:

Tardatque gradus, clypeum non sustinet umbo

Mutatam spoliis gelidus cadit inter anhelos

Pectore, tum crines, ardentiaque ora cruentis

Roribus, & tetra morientum aspergine manans.

INIECT. VNDIQUE TEL. OBRVIT.) Tanta vis telorum iaciebatur in Turnum, ut eum potius obruerent, quam ferirent.

STREPIT ASSID. CAVA TEMP. CIRCVM TINN. GAL.)

E simile est, quod habemus lib. 5. de pugna Entelli, & Daretis. erratque, aurea, & tempora circum Crebra manu, duro crepitant sub vulnere mala.

SAXIS SOLID. ÆRA FATIS.) Æs quamvis solidum,

Hhh *

quo

quo formata fuerat galea, duris ictibus, multo amplius faxis euictum, in rimas plures vi maiore versum est. Donatus.

NEC SUFFICIT VMBRO) Quomodo enim vnum scutum tot millibus telorum omni ex parte venientium valebat occurrere, aut tantum ponderis sustinere? De vmbone annotata inuenies 2. *Æneid.* *Et summo nequidquam vmbone pependit.*

ET IPSE FVLGINEVS MNESTHEVS) Necessè enim erat, vt cum omnibus faceret, quod hortatu suo vniuersos videbat efficere. Ipse quippe alios segnes, & debiles reddit, qui quod iusserit, communicare non curat, & laborantibus cunctis, solus cessat otiosus. Donatus.

TVM TOTO CORP. SVDOR LIQVITVR) 2. *Æneid.* B desimulacro Palladis, *salsusq; per artus Sudor iit.* Et lib. 3. *Tum gelidus toto manabat corpore sudor.* Lib. 7. *ossaq; artus Perfudit toto prorsus corpore sudor.*

FESSOS QVATIT ÆGER ANHEL. ARTVS) Lib. 5. *cum creber anhelitus artus Aridaq; ora quatit.* Ibid. *vastos quatit eger anhelitus artus.*

PICEVM FLVMEN) Quærendum videtur, cur piceum sudorem dixerit: flumen enim illud sudor est. Ergo hic per transumptionem piceum interpretor nigrum, & ex eo multum: multus enim humor nigricat: qui paucus, pellucet, & limpidus est. Turneb. lib. 22. cap. 7.

TVM DEMVM) postquam se aliter euadere non posse vidit.

PRÆCEPS SALTU SESE OMNIB. ARM. IN FLVIVM DEDIT) Homeri sunt verba, vbi commemorat virtute Patrocli factum esse, vt Troiani, qui cum equis iruperant in castra Græcorum, impellente ipsos Hectore, contra consilium Polydamantis, inde subito eiicerentur, adiungitque, illum fortissimum iuuenem potissimum tunc vim illam suam in ducem hostium effundere voluisse, atque in eum tela conicere, quem tamen equi iam ex eo periculo asportarant. *Ἰσίδι ἐκπεσεν ὅλκας ἱπποῖ.* Declaratio autem vetus eius loci narrat, Æschylum in fabula quadam sua fecisse Achillem simili tempore, cum, inquam, ipsum quoque oportuisset cedere, retro se cum armis, quibus corpus texerat, coniecisse, atque ita saltu fossam pertransisse, ne tergum hostibus ostenderet. Similitudinem autem aliquam ipsius habere videtur, quod fecit Virgil. Turnum discedentem è castris Troianorum, in quæ solus inuaserat, & in quibus non paruam hostiû stragem ediderat, se armatum coniecisse in fluuium, atque ita è manibus ipsorum, qui conferti vndiq; in eum impetum fecerant, elapsus. Quod enim inquit, *omnibus armis*, expressit *πανοπλίαν*, quo etiam vsa est vetus illa, quam dixi, declaratio. Victor. lib. 38. cap. 24.

Suggestit mihi natatus Turni ad suos, præceptum illud militare, quod est apud Vegetium lib. 1. cap. 10. ad vsus natandi tyrones exercendos esse. Causæ ponuntur hæ. Non enim pontibus semper flumina transeuntur, sed & cedens, & insequens natare cogitur frequenter exercitus. Sæpe repentinis imbribus, vel niuibis so-

lent exundare torrentes, & quæ sequuntur. Putatur etiam Maro insinuare voluisse facinus Iulij Cæsaris sub persona Turni. Nam & ipse bello Alexandrino circumuentus ab hostibus, de ponte in mare subiectum desiluit, ducentisque passibus ad nauim proximam adnauit, sublata manu læua cum libellis, & mordicus paludamentum trahens, ne hostis eo potiretur.

Idem Vegetius lib. 3. cap. 4. seu mare, seu fluuius vicinus est sedibus, æstiuo tempore ad natandum cogendi sunt omnes. Ad cap. 23. lib. 2. vbi etiam inter exercitationes militares numeratur natatus, hæc præter alia Steuechius. Obseruaui non in mari solum, & fluminibus belli tempore natate coactos Romanos: verum, & domi aliquando in ipsis gymnasiis, interdum in priuatis balneis natandi arte imbutos: adducit Festus, & Plin. epistolas. Præterea ex Aristotele notat, facilius in mari, quam in flumine natari, quod mare corpulentia aquæ suæ, & crassitie, corpora humana, vt & alia onera, facilius eleuata teneat.

SVO CVM GVRGITE FLAVO) Cum Tiberim constet albicantes habere aquas, easque, Albulam olim vocatam fuisse, non indignum esse quæsitum videatur, cur eum flauum Maro appellarit. In quo non tam attendendam vim vocabuli quidam censent, quam transumptionem existimandam. Cum enim homines flauipulchri videantur, ex eo dicunt factum esse, vt flauus pulchrum significet, qua notione hic accipiendum esse, vt & apud Catullum. *Flauus quam molli præcurrit flumine Mella.* Sed & Hesychius doctissimus Nomenclator *ἑλκων* flauum, & pulchrum etiam interpretatur. Verius fit tamen, ob arenam ita vocari, vt apud eundem hunc, Virgilium dico, & *multa flauus arena*, hoc eod. lib. & Horat. Ode 2. lib. 1. *Vidimus flauum Tiberim, retortis.* Idem Ode 3. li. 2. *villag; flauus quam Tiberis lauat.* Turneb. li. 22. c. 7. *Suo cū gurgite flauo.* Redundat particula, cum, *ἡλκων* vocant, quo tamen modo locuti sunt boni auctores. Catull. Epithal. *bona cum bono Nubit alite virgo.* Iterum. *Frustra immò magno cum pretio, atque malo,* Hesiod. *σὺν οἰωνοῖς ἀγαθοῖσιν.*

MOLLIVS VNDIS) Lucr. lib. 1. *Quam cum mollis aqua fertur natura repente.* Et lib. 2. *qua mollibus undis Littoris incurui bibulam pauid aquor arenam.* Mollis dicitur aqua, quod aliis corporibus facile cedit.

ABLUTA CÆDE LÆTVM) Quod homines cæde contaminati, aqua se abluere, & purificare solerent, & Romanis post victorias de hoste partas, exercitum ad expiandam cædem lustrare sollemne erat. Sanè quærunt multi, ait Seruius, quum Tibris Æneæ faueat, cur liberauerit Turnum. Soluitur ista ratione. Ob hoc

Turnum esse liberatum, vt maior Æneæ gloria referuatur: quippe quem sua manu est interfecurus.





SYMBOLARVM
IN P. VIRGILIVM MA-
RONEM LIBER XV.

Ad decimum Aeneidos.

SYNOPSIS.



Nterea dum Æneas versaretur in Etruria, Euandrique prudens, & ab amicissima voluntate profectum consilium secutus, Etruscos copias auxiliares rogaret, Turnus Troiam oppidum, seu castra Troianorum obsidione cincta premere instituerat: ipsemet etiam, cum patefacta porta irrupisset, Troianos huc illuc insequendo agitans, ferro, & maledictis appetebat. A quibus tandem densato cuneo cum vrgeretur instantius, ita se defensavit, itaque instantes repulit, ut ad portam, quæ flumini proxima, perueniret. Ibi, sicut erat, armatus fluuiio se credidit, & ad suos viuius tranavit. Hæc summatim ex libro proximo superiore. Atq; hic rerum status erat, cum Iupiter tanquam communis parens, & superum, atque hominum moderator, ratus ad officium suum etiam atque etiam pertinere, discordes redigere in concordiam, & tranquilla pace iuuare mortales, cum deorum alij à Iunone starent, nauarentque studium Rutulis, alij facerent cum Venere, & vnâ patrociniū, ac defensionem Troianorum susciperent, concilium cogit, eorum inconstantiam, & mutabilitatem in reprehensionem vocat, quid cupiat exponit: nempe ut bello in præsens desistant, & odia cum certaminibus ad tempora aliquando futura, ad bellum scilicet secundum Punicum referuent. In hoc amplissimo confesso Venus Iunonem, ceu vnicam suorum, infestissimamque oppugnatricem, & hostem capitalem, quæ nisi Troianis funditus deletis, odium suum exsaturare nulla posse ratione videatur, acerrimè, & multis accusat. Quæ illi sigillatim obiecit, ferè libris antecedentibus memorantur, & argumenta sunt ad probandum firmissima Nepotem saltem Ascanium sibi incolumem donari obsecrat, si de Ænea conclamatum sit: & parietinas Troiæ veteris, si in Italia per Iunonis seuitiam, importunitatemque pedem ponere minimè liceat. Respondet ita Iuno, ut se ab omni culpa conetur eximere, non facta pro factis obiiciens, multa apertè menziens, & denique illud propemodum Terentianum dicens, Tutemet intriuiſti, tibi est exedendum, quando causſam malorum omnium à Venere ipsa, & Troianis ipsis principio profluxisse contendit. Auditis partibus, Iupiter, quoniam videt implacabiles, nec suæ pietatis esse ducit, alterutram offendere, pro neutra pronuntiat, & se rem in medio relicturum, satisque permissurum, iureiurando diis sollemni interposito profitetur. Rutuli ad oppugnationem castrorum summis opibus incumbunt: Troiani, quibus nulla spes fugæ (quippe vndique ab hoste circumdati) salutem inter tela, & enses viriliter expedire connituntur. Conspicitur in turba Ascanius, quamquam pugna supersedens, quia propter interpositam Apollinis auctoritatem pugnare non dabatur. Huius adolescentis præcipuam, diuinamque speciem illustri quadam comparatione Maro declarat. Aliquot

Hbb* 2

ducum

dutum virtus: deinde aduentus *Aeneae* ab Etruscis, cum impetratis cohortibus subsidiariis narratur: sed ante strictim, & dilucidè indicat poeta, quid apud Tarchontem egerit *Aeneas*, seu quae capita fuerint orationis, quae apud eum usus sit: quae si consideres, nec aptiora potuisse, nec plura esse debuisse confitebere. In classe igitur illa auxiliaria, prima uauis, id est, pratoria, *Aeneas* uehebatur, de belli euentu metu suspensus, ac multum sollicitus: Mars enim incertus, & ἀλλοτρίοι αλλοτρίοι. Sinistra *Pallas* ei assidebat, *Euandri* filius, quem pater velut tyronem magistro sanè optimo, duci què clarissimo in manus tradiderat. Is, ut est curiosior iuuentus, quoniam per lunam nauigabatur, & calum stellis confertum patebat, cum de sideribus, tum etiam de praterita eius fortuna *Aeneam* percunctabatur. Hic texendo catalogo, demonstrandis què copiis, unde, & quibus ductoribus venerint, ad prodendam posteris memoriam videlicet (quemadmodum in septimo factum meministi, ubi *Turni* auxilia describebantur) Musarum fauor imploratur. Ipsum catalogum, ne sim longior, omittam apponere. Certè si rationem subducas, & simul quadringentos illos equites ab *Euandro* acceptos adnumeres, qui alio itinere praeittebantur, manum haud aspernamdam deprehendas. Quid postea? occurrunt nymphae laetabundae (ille nimirum, quae libr. 9. dum *Turnus* incendium nauibus inferre, atque ita spem omnem discessus praecidere miseris parat, ad preces *Idae* matris, ex illis ipsis nauibus mirabili μετὰ μοῖαν existerant) occurrunt, inquam, suum studium, & amorem in *Aeneam* produnt, de sua item mutatione certiore faciant, faciem rerum memorant, ut cum prima luce pugnam edicat hortantur, victoriam promittunt, naues in cursu promouent. Precatur *Aeneas* *Cybelen*, ut iratum sit augurium. Surgente iam die nymphae monitis obtemperans, dato signo ad praeliandum suos inflammat, & cum iam in conspectu Troiana castra haberet, in puppi consistens, clypeum què illum *Vulcanium* ostentans, suis è muro aduentantem intuentibus hilaritatem summam, animorum què alacritatem eximiam iniicit: qui mox & tela audacius in hostem iaciunt, & concepta in praecordiis gaudia altissimis clamoribus testantur. Obstupefcunt rei nouitate Rutuli, donec classem littoribus allabi conspiciunt. Ibi tum suos *Turnus* incitat, ad littus cursim tendant, venientes què egressu prohibeant. Quid multa? exponitur copia, Tarchontis nauis vado impacta diffringitur. *Turnus*, ne si partem in Tuscos, & *Aeneam* conuertisset, partem ad castra obsidenda reliquisset, utrobique paruo negotio propter imminutum numerum vinceretur, totum agmen in aduenientes confestim ducit. Confligitur, *Aeneas* dat letho complures, nomina insigniorum recensentur, & qui mos est Homericus, ad leuandum, seu auertendum potius ex nuda enumeratione nominum, ac cadum proueniens fastidium, nonnullae vel natalium, vel fortunae historiola asperguntur: id quod non modo de hac, sed etiam de sequentibus siue huius, siue aliorum librorum stragibus intellectum volo. Omnino felici successu *Aeneas* dimicat, infestis què animis vterque concurrat exercitus. *Pallas* equitatum suum, propter iniquitatem loci fugae intentum, egregia cohortatione emendat, & audacia implet: cum & exemplo ipsis praeret, & manu sua non paucos obtruncaret. Permulti tum *Arcadum*, tum *Etruscorum*, & *Troianorum*, qui erant cum *Aeneae*, occumbunt: adeoque cominus pugnant, ut in se mutuò tela contorquere nequeant. *Iuturna* fratrem *Turnum* monet, *Lauso* *Mezentij* filio suppetias veniat: quem *Pallas* urgebat. Sequitur duellum *Pallantis* cum *Turno*, à quo interficitur, ac spoliatur, *Hercule*, cui se dimicaturus comisserat, ingemiscente, & lacrymante insuper, quod fati aduersantibus praestantissimo iuueni ferre opem nequiret. *Herculem* *Iuppiter* consolans, vnumquemque mortem manere suam, quam effugere nec deorum filij potuerint, breui quoque *Turnum* ipsum fato suo periturum docet. Ex acie scuto impositus *Pallas* à sociis cum comploratione effertur. Certissimo nuntio *Aeneas* cadem adolescentis, & quantum in discrimen, periculumque res *Troianorum* vocatae sint, cognoscit. Ferro sibi viam per *Rutulos* aperit, ac *Turnum* solum vestigans, multos ad orcum mittit: in quorum mortibus depingendis, est admirari poetae ingenium. Erumpit castris *Ascanius*, copiolas suas cum paternis coniungit. Facetè appellata à

Ioue

Joue Juno, ab eodem impetrat, uti pugnae, seu morti instanti Turnum sibi dilectum liceat subducere. Quod quidem sic consequitur, dum nubem in formam Æneæ componit, similibusque armis adornat: ac deinde idolum cum voce, & tumultu quodam Turno obiecit. Id dum provocatus longius semper, longiusque recedens insequitur, & usque in navim denique, Juno repente oram abrumpit, Turnum indignantem, & se ob tantum dedecus (quia fugam, quod turpe est viro forti, iniuisse poterat existimari) nunc gladio interimere, nunc in pelagus abijcere, & natatu ad suos redire cupientem cohibet, atque Ardeam ad Daunum parentem senem perducit. Capeffit eius locum Mezentius, homo impius, & sacrilegus: cuius constantia, corporis proceritas, & robur varijs comparationibus declaratur. A Tuscijs, quibus erat execrabilissimus, confertim lacescitur, ipse bene multos luce spoliatur. Iterum atrox conflictus, & mutua Troianorum, Rutulorumque cades, dijs miseros mortales de celo spectantibus, & misericordia prosequentibus. Cum Ænea congreditur Mezentius, dextram suam pro deo inuocans: in inguine ab eodem vulneratur. Hic Lausus adolescens filius patri, dum se abducat, vulnerique medicinam faciat, parmam memorabili pietate prætendit, Aeneam proritat, nec vel monitus desistit. Ita ab eo demum iugulatur. Necem hanc laudibus tollit Virgilius. Etiam hic super clypeo exportatur ex acie, sedensque ad Tiberim Mezentius, pro nuntio ipsum gemitum cadaver portantium accipit: ex quo id quod res erat, quodque prælaguerat animus, intelligit. Impensè dolet interitu filij, equum conscendit, cum Troiano congreditur: sed ab equo princeps datus, cogitur etiam ipse eius mactatu vitam ponere, cuius gladio iuuenis Lausus paulò ante occubuerat.

EXPLANATIONES.



- Anditur interea domus omnipotentis olympi:
 Conciliumq; vocat DIVVM PATER, ATQVE HOMINVM REX
 Sideream in sedem: terras vnde arduus omnes,
 Castraq; Dardanidum aspectat, populosq; Latinos.
 5 Confidunt tectis biparentibus: incipit ipse.
 Cælicolæ magni, quia nam sententia vobis
 Versa retrò? tantumq; animis certatis iniquis?
 Abnueram bello Italiam concurrere Teucris:
 Quæ contrà vetitum discordia? quis metus aut hos,
 10 Aut hos arma sequi, ferrumq; lacescere suavit?
 ADVENIET IVSTVM PVGNÆ (NE ARCESSITE) TEMPVS,
 Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
 Exitium magnum, atq; Alpes immittet apertas,
 Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit:
 15 NVNC SINITE, ET PLACIDVM LÆTI COMPOSITE FOEDVS.
 Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contrà
 Pauca refert:

PANDITVR INTEREA DOMVS OMNIP. OLYMP.) A
 Totus hic versus est à Nævio, vnica tantum voce, nempe epicheto, commutata: ille enim, *Panditur interea domus altitonantis olympi*. Et est in principio, seu in primis huius versibus manifesta Homeri imitatio. Librum quippe θ. Iliad. à concilio deorum, & Iouis ad eos habitata oratione orditur.

Ἦν δὲ μὲν κεκοιμητοὶ ἐκιδνᾶτο πάντες ἐν αἶαν,
 Ζεὺς δὲ δι᾽ ἄγροῦν ποίησάλο τερψιμέγεον.

Ἀρεστάτη κορυφῇ πολυδύσεδον ὀλύμπου:
 Αἰὲς δὲ σφ' ἀγρόν, θεοὶ δ' αἶμα πάντες δαυον.
 Κέλευσε μὲν πάντες τὰ θεοὶ, πᾶσαι τὸ δαυον,
 Ὅφρ' εἴπω τὰ με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι καλέει.
 Etiam prima novo terras Aurora renifens
 Lumine lustrabat, croceos nitidissima vultus.
 Concilium cogit diuūm pater, atq; hominum rex,
 Quæ suprema sita est stellantis regia celi.
 Omnibus hic tacitis tunc est sic Iuppiter orsus.

Hhh* ;

Cali-

*Calicola magni, quicunq; huc dijs, deaq;
Venistis, capite hac animis, & discite toto
Pectore, qua dicam, qua me depromere certa
Mentratione iubet.*

Lib. quoque Odyss. à concilio deorum incipit, in quo Minerva causam Ulyssis agit. Rhodigin. lib. 20. cap. 13. German. Vrsin.

Multos suboffendit hic versus. Cur enim attributionem *omnipotentis* olympo attribuat, non satis assequi se fatentur. Denique non desunt, qui iusto sacramento contendere parati sint, ita nullo modò Virgilium scripsisse, propinquamque scripturam rimati, partim *omnipotentis*, [In his Baptista Egmat. Racemat. cap. 20. hoc enim *gracum olympi* nomen in primis exposcere, cum dictum sit quasi *ἀλμυρὸς τῶν θεῶν* lucens. Ergo vestissimè *omnipotens*, quod vel omnibus, vel ab omni parte pateat.] partim *omnipotentis* corrigant. Ego nihil muto, verū epitheton alio sensu, quàm vulgò accipi videam, interpretor: ac olympum omnipotentem explico, omnia complectentem, omnibusque potentem. Potens enim non solum à possum, verum etiam à potior deducitur, vel auctore Cicerone, cuius verba sunt 2. de leg. Quod si fingenda nomina vice poetæ, potius vincendi atq; potiundi casta sunt dijs cognomina. Nam, ut reor, inde dicitur omnipotens, non tantum quod omnia possit, sed etiam quod omnibus potitur. Et cum Horatius dixit, *suspendisse potenti Vestimenta maris deo*, Neptunum intellexit, qui mari potitur, & cuius mare fors est. Turneb. lib. 29. cap. 24. Vide præterea Erythraeum in voce *olympi*.

Iupiter dictus est inter cætera nomina etiā *Olympius*, & sic vocatur ab Ennio. Nazius quoq; *altrionatis olympi* Diod. lib. 3. cap. 5. Præfectus ait, Iouis *Olympus*: à quo eruditus, & ad virtutē institutus, *Olympius* cognominatus est. Cum igitur sic cognominetur Iupiter, rectè additur, *omnipotentis*. Quod autem simplici *tertia*, non geminata vocali scriptum est, *olympi*, non *olympij*, eius contractionis exemplum sunt plurima cum apud alios, tum etiam apud Virgilium. Id porro non solum metri necessitate fieri, probari potest etiam ex vetustis inscriptionibus lapidum. Hæc ita à me dicuntur, ut magis in sententiam Stephani propendeam, ex cuius longiuscula, & erudita dissertatione super hoc, *omnipotentis olympi* hæc supertexam. Sicut in alijs plerisque vocibus ita etiam in hac voce *calum*, continens pro contento poni sæpenumero videmus: cælum videlicet pro cælestibus, seu cælicolis, aut cælestibus, id est, dijs. Cum autem *olympus* pro cælo ponatur, quid ni eadem ratione omnipotentem Virgilius vocauerit? Ac mirum, cur epithetum, quod hîc mutatum fuit, contrà intactum manserit lib. 12. *Iunonem interea rex omnipotentis olympi Alloquitur*. Omnipotens igitur *olympus* est cælum, quod Iuppiter omnipotens incolit.

Sensus carminis est, postquam factus est dies: poetæ enim matutino tempore, cum lux oritur, cælum aiunt aperiri, noctu verò claudi: unde est illud lib. 1. *Æneid. Ante diem clauso compones vesper olympo*. [Sidonius, Inde patefecit radijs rota candida cælum. Solem orientem vocat rotam candentem: nam candidum pro lucido poni solet.] Hoc ipsum firmatur ex eo, quod cælo etiam portas assignant: quod enim habet portas, aperitur, & clauditur: nec aliud officium potest esse portarum, nisi ut clausæ ingressum denegent: aut quum patent, venientes admittant. Vnam referunt portam, qua sol exoritur: alteram, quæ illum excipit occidentem. Quum igitur dies exactis noctis temporibus aduenisset, & cælū esset patefactum, concilium deorum fieri Iuppiter iussit, & in vnum cōgregari vniuersos. Donatus, Seruius.

A CONCILIUMQUE VOCAT) Σύγκλητον hic innuit, licet sint, qui malint consilium, per, ἢ, scribere, ut apud Horatium, consiliantibus diuis, & è superiore libro *Consilium summis regni de rebus habebant*. Cic. ad Art. epist. 10. lib. 45. Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, vehementer expecto. More Græcorum, quibus βουλὴ tria significat, locum scilicet, consultores ipsos, illudque, de quo consultatio agitur. Docet & Eustathius, esse βουλὴν τὸ τῶν ἐπιτιμῶν συνάδειον, ὃ καὶ σύγκλητος λέγεται καὶ τοῖς μὲν ἑμνεον, ἀγορὰν δὲ τὴν τῷ πλείονος συνάλεισιν.

Veteres, & præsertim poetæ, deos arbitrabantur concilia celebrare, concionesque, & senatum habere, & Ioui more Principum, regumque nostrorum, suos esse consiliarios. Quæ res 1. Metamorph. luculentissimè indicatur istis versibus.

*Ingentis animo, dignas Jone concipis iras,
Conciliumq; vocat: tenuis mora nulla vocatos.*

Paulo post.

*Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,
Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno,
Terrificam capitis concussit terga, quaterq;
Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera monit.
Talibus inde modis ora indignantia soluit.*

Vrsin. German. & alij.

DIVVM PATER ATQUE HOMINVM REX) Ab Ennio petiuit, ex Annal. 6. *Tum cum corde suo diuim pater, atq; hominum rex Effatur*. Homerus autem, à quo uterq; accepit potius, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

SIDER. IN SEDEM TERRAS VNDE ARD. OM.) ex Homero puta manasse, Iliad. 8.

*Λυτὸς δ' ἐν κορυφῇ κεκλιμένος, κύνῃ γάμον,
Εἰσορῶν τρώων τε πόλιν, ἣ νῆας ἀχαιῶν.*

Simile quiddam habet illud lib. 1.

*Et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo
Despiciens mare velinolum, terrasq; iacentes,
Litora, & latos populos.*

Et lib. 9. de Apoll.

*Aetherea tum foris plaga crinitus Apollo
Desuper Ausoniae acies, urbemq; videbat,
Nube sedens.*

CONSIDVNT TECTIS BIPATENTIBVS) Seruius Enniano sermone Virgilium scripsisse refert, *Considerant tectis bipatentibus*, ducta ab ostijs translatione, quæ utraque parte aperiantur: ut cælum ab ortu, & occasu patet. nam & Isidorus duas cæli ianuas dicit, ortum, & occasum. Portam tamen Virgilium posuisse pro hemisphærio, id est, semiglobo cæli, arbitror, illo versu 3. Georg. *quem super ingens Porta tonat cali*. Sed & bipatens cælum propter duo hemisphæria dici potest, superior, & inferior: quamquam Maro planè, ut existimo, tecta bipatentia ab ædium similitudine, quæ fores habent, quæ hinc, & inde, dextra, lævaq; aperiantur, quod videre est in magnatum domibus, (ut & bipatens pugillar, ab Ausonio dicitur, quod pugillares cum aperiantur, duas pandunt paginas) scripsit, cum superos in domum conuenisse dixit. Turneb. libr. 18. cap. 27. & 26. cap. 24.

CÆLICOLÆ MAGNI) Potentes vocat Ovid. 1. Metamorph. Cum autem per admirationem dicitur, *Dij magni*, aut *Dij immortales*, conuenit neque marinos, neque inferos, sed cælestes intelligere, quorum comparatione dii cæteri parui potius, & minuti, quam magni sunt habendi. Tamen inter duodecim maiorum gentium dos etiam Neptunus numeratur. Oratio autem ista Iouis est dissuasoria. Dissuadet hoc tempore diffi-

diffidium dijs, & inimicitias propter Troianos, & Latinos. Venturam ætatem, quo (bello scilicet Punico) explere odia mutua possint. A principio inconstantiam eorum castigat. Dicit etiam licet, ipsum suadere pacem & concordiam, sic enim orationem claudit, *Nunc finite, & placidum lati componite fœdus*. Cum Gorgias in ludis olympicis orationem ad Græcorum commune, de concordia habuisset, tetigit eum lepidè Melanthus quidam: Hic, inquit, de concordia Græciæ totius discribit, qui sibi, uxori, & ancillæ, tribus duntaxat, ut concorditer viuant, nondum persuasit. Possit hoc in Iouè torqueri, qui dijs cælitibus pacem, & concordiam suadet, cum ipse tamen toties cum uxore litiget, & eam aduersariam patiat, ut apud Homerum est legere.

Antiqui deos suos in certos ordines, & quasi classes transcripserunt: ut quemadmodum Romani patricij maiorum, & minorum gentium: sic illorum dii alij Maiores essent, alij Minuti. Maiores, qui præcipua munia in administratione rerum fungebantur, puta Iupiter, Saturnus, Iuno, Venus. Minores, qui leuibus curis occupabantur, & quos vix cælo dignos deputarent, ob meriti paupertatem, ut ait Fulgentius, quales sunt Priapus, Vertumnus, Pomona, Flora, alij tales. Hos Semones appellabant, fortè (si placet ineptias Stoicorum ἐτυμολογῆσαι imitari) quasi hemihemonem. Nam hominem antiqui hemonem. Lipsius Antiq. lect. lib. 2. cap. 18.

QUIA NAM) pro cur? Proprijs verbis, ait Quintil. libr. 8. cap. 3. dignitatem dat antiquitas. Namque & sanctiorem, & magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat usus: eoque ornamento acerrimi iudicij P. Virgilius vnicè est usus (olli, & quia nam, & mis, & ponè, pellucet) & aspergunt illam quæ etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem auctoritatem.

SENTENT. VERSA RETRO.) lib. 1. Venus ad Iouem, *quate genitor sententia vertit?* Appius Cæcus apud Ennium Annali 1. & adducit M. Tull. in Catone.

*Quò vobis mentes, recta qua stare solebant
Ante hac, dementi sese flexere ruina?*

ABNVERAM BELLO ITALIAM) *Quomodo hic locum cum illo in 1. Æneid. Bellum ingens geret Italia, conciliandum sit, consule Seruium.* De se Iupiter loquitur. Nec illud temerarium, aut fortuitum existimant ex lege versus positum, *Abnueram*. Respexit enim ad illud, quod Homerus de nutu, & supercilio Iouis 1. Iliad. scripsit: & Iupiter omnia nutu, & renutu faciebat: vnde & numinis appellatio. Et aliàs Maro lib. 9. *Annuir, & totum nutu tremefecit olympum*. Turneb. lib. 26. cap. 30.

QUÆ CONTRA VETITVM DISCORD.) Dixit *vetitum*, ut æquum, & *seruantissimus æqui*. Sub commonitione omnium deorum, maximè solam tangit Iunonem, cuius odia insequiebantur etià hoc bello Troianos, quod & sequentes Iunonis allocutiones manifestius significant. Seruius.

ADVENIET IVST. PVGNÆ, NE ARCESSITE, TEMP.) Tibull. lib. 1. eleg. 10.

*Quis furor est atram bellis arcessere mortem?
Imminet, & tacito clam venit illa pede.*

Eadem significatione videtur Euripides in Phœnissæ. λαὶ τὴν dixisse, qua hic poeta arcessere tempus pugna: nempe Creonti importunè oraculum, & respon-

sum efflagitanti, Tiresias respondet, *οὐδὲν μνηστὴρ τὸνδε λαὸν ὁ ὑπὲρ πάρος οὐδὲν παῖδι, ἰπποδὸν τὴν τύχην ἔχων*. & Lucanus. *Nil opus est votis iam fatum arcessisse ferro*. German. * *Quamquam Vulgati codices habent arcessite, & ea lectio damna non sit, tamen elegantius legitur in quibusdam castigatioribus, arcessite. Est autem arcessere advocare, arcessire, attrahere, adducere. Cic. pro Sex. Roscio, Tunc ab aratro arcesserantur, qui Consules fierent. Post reditum, Quo die nos P. Lentulus comitijs centuriatis arcessit in patriam. Pro domo sua Cum P. Lentulus, Q. Metellus me arcesserent in Senatum, non venirem? Est etiam arcessere, accusare. Inde dicimus aliquem capitum arcessere, iudicio arcessere.*

QVVM FERA CARTHAGO ROMANIS) Bellum Punicum secundū insinuat, quando Annibal per Alpes ingressus est Italiam. Fuit hic ingressus laboriosissimus, quem describit Liuius lib. 21. descriptionis extremum hoc est. Hoc maximè modo peruentum in Italiam, quinto mense à Carthagine noua, ut quidam auctores sunt, quinto decimo die Alpibus superatis. Quanta copia transgresso in Italiam Annibali fuerint, nequaquā inter auctores constat. Qui plurimum, centum milia peditum, viginti equitum fuisse scribunt: qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum, &c. De eodem transitu est apud Probum in Annibale ad hunc modum. Ad Alpes posteaquam venit, quæ Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo vnquam cum exercitu ante eum, præter Herculem Graium transierat: quo facto is hodie saltus Graius appellatur, Alpicos conantes prohibere transitum concidit, loca patefecit, itinera munijt, effecitque, ut ea elephantus oneratus ire posset, quæ antea vnus homo inermis poterat repere. Enumerat deinde prælia cum Romanis inita. De odio autem Annibalis in Romanos, exponit idem Probus ab initio. Arnobij verba sunt è lib. 7. Annibalem illum Pœnum, hostem potententem, ac validum, sub quo anceps, & dubia res Romana contremuit, & magnitudo trepidauit.

Feram vocat Carthaginem, quia studijs asperissima belli. Quin etiam Romanos propter militaris rei studium, armorumque tractationem diutinam, à veteri poeta gentem feram appellatam fuisse opinor. Versus extant apud Gellium, nempe hi.

*Punico bello secundo Mi saponnato gradu
Intulit se bellicosam Romuli in gentem feram.*

Ita vox *bellicosam* erit quasi interpretatio illius, *feram*. Ad morum enim feritatem nullo modo referendum est. Aut certè posterior prioris erit explicatio, tanquā per synonymiam.

TVM CERTARE ODIIS, TVM RES RAPVISSE) Liuius præfat. 2. belli Punici. Odijs etiam prope maioribus certarunt, quam viribus: Romanis indignantibus, quod victoribus victi ultro inferrent arma: Pœnis, quod superbe, auarèque crederent imperitatum victis esse. Prædationes autem, seu res per iniuriam ablatæ, & repetitæ, nec restituntur, olim ferè vnica, & iusta causa habebatur belli faciendi. Cic. 1. Off. Ac belli quidem æquitas sanctissime feciali pop. Rom. iure per scripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur: aut denuntiatur ante sit, & indictum. De rebus prius repetitis exemplum illustre extat apud Plaut. Amphit. vbi Sosia seruus in hunc modum.

*Principio ut illo aduenimus, ubi primum terram
cogimus,*

Continuo Amphitrone delegit viros primum principa.

Eoi

*Eos legat Telebois, iubet sententiam ut dicant suam.
Si sine vi, & bello velint rapta, & raptorem tradere,
Si qua asportassent, redderent: se exercitum extem-*

Reducturum: abiturus Argos Argivos, pacem, atq;

Dare illis: sin aliter sient animati, neque dent qua

petat, Sese igitur summa vi, virisq; eorum oppidum expu-

gnassere, &c.

De hoc eodem iure feciali, & caerimonia belli indicendi, huc transferemus verba Liuij, de lib. 1. ex Anco Martio, qui quartus Romæ regnavit. Ut tamen quoniam Numa in pace religiones instituisse, à se bellicæ caerimoniarum proderetur: nec gererentur solum, sed etiâ indicerentur bella aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequiculis, quod nunc feciales habent, descripsit, quo res repetuntur. Legatus, ubi ad fines eorum venit, unde res repetitur: capite velato (filum lanæ velamen est) audi Iupiter, inquit: audite fines (cuiuscunque gentis sunt nominat) audiat fas. Ego sum publicus nuntius pop. Rom. iuste, pieque legatus venio, verbisq; meis fides sit. Peragit deinde postulata. Inde Iouem testem facit. Si ego iniuste, impieque illos homines, illasq; res dedier pop. Rom. mihiq; exposco: tum patriæ compotem me nunquam sinas esse. Hæc, cum fines supra scandit, quicunque ei primus vir obuius fuerit, hæc portam ingrediens, hæc forum ingressus, paucis verbis carminis, concipiendique iurisiurandi mutatis peragit. si non deduntur, quos exposcit, diebus, tribus & triginta (tot enim solennes sunt) peractis, bellum ita indicit: Audi Iupiter, & tu Iuno: Quirine, dijq; omnes cælestes, vosque inferni audite. Ego vos testor, populum illum (quicunque est, nominat) iniustum esse, neque ius persolvere, sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus, quo pacto ius nostrum adipiscamur. Cum is nuntius Romam ad consulendum redit, confestim rex his ferme verbis patres consulebat: Quarum rerum, litiū, caussarum condixit pater patratus populi Rom. Quiritium patri patrato priscorum Latinorum, hominibusque priscis Latinis, quas res nec dederunt, nec soluerunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, solui oportuit, dic inquit ei, quem primum sententiam rogabat, quid censes? Tum ille: puro, pioque duello querendas censeo, itaque consensio, consiliscoque. Inde ordine alij rogabantur, quandoq; pars maior eorum qui aderant, in eadem sententiam ibat, bellum erat consensu fieri solitū, ut fecialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam

Aad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus presentibus diceret: Quod populi priscorum Latinorum, hominesue Latini aduersus prisci populū Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse, senatusque populi Romani Quiritium censuit, consensit, consciuit, ut bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego, populusq; Romanus populis priscorum Latinorum, hominibusque priscis Latinis bellum indico, facioque. Id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum: moremque cum posteri acceperunt.

IVPPITER HÆC PAUCIS) Non malè notauit Seruius, habere poetam rationem personarum, & superiorib. dare breuiloquiū (brevis est enim hæc Iouis oratio) contra inferiori potestati prolixam orationem. Sic in 1. de Didone regina, Tum breuiter Dido demissa profatur.

VENVS AVREA) Aureum poetis sæpissime valet pulchrum. Appellarunt quoq; Græci poetæ Venerem auream χρυσή ἀφροδίτη, & in primis omnium pater Homerus. Lucanus in Charidemo, ubi formam commendat, Iunonem, Minervam, Venerem ait nullo epitheto gaudere magis, quàm quod habet notionem pulchritudinis, & ut inde ipsas nominaret, Homerū impulsisse. Eius verba adducam in medium. Porro tanto semper studio, tantaq; cura formosæ audire expetiere, ut & heroum pariter, & deorum exornatori poetæ persuaserint, non aliunde magis, quàm à pulchritudine sese appellare. Proinde libentius audierit λευκώλετος (hoc est, niueis lacertis) Iuno, quam πρῶτα θεά, & θυγάτηρ μεγάλου κρόνου, (hoc est, antiqua dea, & Saturni magni filia) Minerua autem neq; Tritogenia, quam glaucopis vocari maluerit. Et Venus vniuerso etiam redemerit nominari χρυσή, hoc est, aurea. Quæ cuncta ad pulchritudinē pertinent. Certum est, Homerum deos, deasq; passim commendare à forma. Varia epitheta ad declarandam eorum pulchritudinem, acervauit Tiraquell. 2. lege Connub. pag. 32. col. 2. & sequenti. Quod verò Donatus mauult vocem aurea referri ad animum Veneris, quàm ad corpus, ἀφροδίτη. Producit plures poetarum vtriusque linguæ locos Tiraquell. in 2. leg. Connubial. num. 36. & varias ex grauissimis scriptorib. rationes colligit, ob quas aurea diceretur Venus: tamē non aliud magis, quàm pulchritudinem eius eo epitheto indicari ipse sentit, quod nobis quoque videtur verum.

O PATER, O HOMINVM, DIVVMQVE ÆTERNA POTESTAS,
(Namq; aliud quid sit, quod iam implorare queamus?)

- 20 Cernis vt insultent Rutuli, Turnusq; feratur
Per medios insignis equis, tumidusq; secundo
Marte ruat? non clausa tegunt iam mœnia Teucros;
Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent
Aggeribus murorum, & inundant sanguine fossæ.
- 25 Æneas ignarus abest. nunquamné leuari
Obsidione fines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ, nec non exercitus alter:
Atq; iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides. equidem, credo, mea vulnera restant,

Ectua

- 30 Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si sine pace tua, atque inuito numine Troës
Italiam petiere, luant peccata, neque illos
Iuueris auxilio: sin tot responsa secuti,
Quæ superi: manesq; dabant, CVR NVNC TVA QVISQVAM
35 FLECTERE IVSSA POTEST? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum regem, ventosq; furentes
Æolia excitos, aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
40 Sors rerum) mouet: & superis immissa repentè
Alecto, medias Italûm bacchata per vrbes.
Nil super imperio moueor: SPERAVIMVS ISTA,
DVm FORTVNA FVIT: VINCANT, QVOS VINCERE MAVIS.

O PATER, O HOM. DIVVMQVE) statu absolutiuo A
vitur Venus hac oratione, omniumque calamitatum,
quibus iactentur Troiani, causam in Iunonem con-
fert: Troiani, inquam, quibus Italiam fata concesserint.
Iuno autem relatiuo, dum nititur ostendere, Troianos
non sua, sed Veneris causa laborare. Seruius. Apud
quem Probus querit, cur Iupiter hominum, ac deorum
æterna potestas dicatur. Sed eam questionem meo iudicio
malè explicat. Ego enim puto significari imperatorem
deorum, & hominum esse Iouem, ut dicitur hominum
esse rex, atque deorum. Turneb. lib. 29. cap. 24. * *Videlib. 1. O qui res hominumque, deumque Æternis regis impetis. Et nota illud Homeri, geminum Maroniam huic, Iliad. β. in diis, ὅς ἐστι θεῶν, καὶ ἀνθρώπων ἀναστάς.*

NAMQVE ALIVD QUID SIT) Ac si diceret: quum
pæne omnes dii in fauorem Iunonis concesserint, non
habemus ultra, ad quem confugiamus, præter te om-
nium iustissimum. Seruius. Sic etiam Christiano homini
licet dicere, cum omni humana ope, auxilioque mortali
desperato, ad deum se conuertit, eius vnus auxilium
flagrans, in cuius manu vniuersa sunt posita, &
cuius voluntati nemo resistit, *Namq; aliud quid sit, quod iam implorare queamus?*

CERNIS VT INSVLTENT) Ad augendam inuidiam,
quasi diceret, nulla opus est narratione, cum Troiano-
rû miseria ipsemet conspicias. Seruius. De insultu Ru-
tutorum infra, *Interea Rutuli portis circum omnibus ins-
tant.*

INSIGNIS EQVIS) respicit ad illud lib. 7. *Viginti le-
tis equis, comitatus*: non enim castra Troianorum cum
equis irruperat.

NON CLAUSA TEGVNT) odium excitat, seu mis-
ericordiam valde commouet: quasi dicat, quod vltimum
erat vitæ seruandæ præsidium, ut in castra confugerent,
hoc quoque spoliati sunt, qui hostem in mediis castris
habent

AGGERIBVS MYRORVM) Mærorum pro murorû,
antiqua scriptura: illi siquidem pleraque eorum, quæ
nos per, v, dicimus, & scribimus, per diphthongam oe
scribebant, & pronuntiabant. Itaque mæri, non muri:
pænio, non punio. Hæc & superiora ex Seruio. * *Le-
gitur Aggeribus mærorum, pro murorum Sorsum. Necessa-
rio etiam mæris pro muris legendum erit in Versu, qui est ab hoc ter-
tium Obsidione fines? muris iterum imminet hostis. Tamen cum
alibi hac vox ubique per vocalem, & scripta cernatur, ne hic quidem
mutanda erit. Pluribus hac Steph. in Schediasmate.*

INVNDANT SANG. FOSSÆ) Seruius explicat, im-
plent, & inundare faciunt. Legit ergo, ut appareat *fossas*,
accusandi casu.

ÆNEAS IGNARVS ABEST) Magnum incommo-
dum exercitui, magnumque periculum absentia ducis,
& quidem tam egregij ducis, de quo verè Ascanius lib.
superiore, *nihil illo triste recepto*. Hoc enim non magis
de se vno, quam de omnibus Troianis dixit, non esse
timendum (scilicet Ænea præsentè, sed speranda omnia.
Est etiam victoria magis posita in prudètia ducis, quam
in virtute militum, ut eius absentia meritò dolenda vi-
deatur.

NEC NON EXERCIT. ALTER) Quæ ad hunc locum
billustrandum pertinent, dicta habes lib. 7. ad illa verba,
& *Paris alter*. Alter exercitus, Latinorum scilicet, prior
enim Græcorum fuit.

ATQVE ITERVM IN TEVCROS) Atqui non est ven-
turus. Vnde accipiamus Venerem non quasi deam lo-
qui, sed quasi vnam de Troianis, ut lib. 1. *vnus ob iram*.
Prodimur. Item eodem loco, *caliquibus annis arcem*:
ne futura ignorare videatur. Seruius,

ÆTOLIS AB ARPIS) Ætolis Arpis sic dixit, ut Cu-
mas Euboicas: nam de Ætolia Diomedes venit, qui
Arpos in Apulia collocavit. Seruius. * *Diomedes sepa-
ratim meminit Venus, propter virtutem Viri, quam & ipsa sensit.*
*Sic lib. 1. Danaum fortissimum vocavit Æneas, ubi eius manu pos-
sum ad Troiam occidisse optat, quam naufragio inglorius pereat. De
eodem Venulus obitam legationem renuntians, lib. sequenti, Con-
tigimusque manum, qua concidit Hia tellus.*

EQVID. CREDO, MEA VVLNERA RESTANT) *Vocem credo*, ut Græcorum ὁμῶς usurpari, quomodo
& *pulo* apud Ouidium, *οὐρανὸς* videlicet, si ritè re-
cordor, alibi docui. Cic. 1. Philipp. Annibal, credo, erat
ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur, &c. Sensus ver-
borum est. Hoc mihi forsitan restat, ut iterum à Tydide
vulnerer. De Venere à Diomede vulnerata Homerus
Iliad. 4.

Εἰδ' ἰποξέειμαι μετὰ δῆμον τυδίδος ἦδ' ὅς
Ἀχρην ὑπασσὶ χεῖρα μεταδίδωμι ὅξιν χαλκῷ
Ἀλκίχην. & aliquot interiectis versibus.
Κύπελ' αὖ μιν πρῶτον σχεδὸν ὑπασσὶ χεῖρ ἐπὶ πρῶτῳ.

Ex hoc figmento Homerico, de vulnerata Venere à
Diomede, captauit occasionem perlepidi epigramma-
tis Sanazaris, quo Pallas eidem deæ mollitiem, & ad-
ulterium, acceptamque à Diomede eum damno igno-
miniam false obicit.

Dum Venus armatum complectitur obuia Martem, A
Distinxit teneram fibula adnuca manum.
Sensit, & ante Iouem ridens ait amula Pallus,
Bella iterum gessit cum Diomede soror.
 Iam de diis ab hominibus vulneratis, hæc tradit Clemens Alexand. Exhortat. ad gentes. Rectè autem admodum coniiicit Homerus, introducens Venerem propter vulnus, acuta, & magna voce clamantem, & narrans bellicosissimum Martem fuisse à Diomede in ventre sauciatum. Polemo autem dicit etiam Mineruam fuisse vulneratam ab Ornyto. Quin etiam dicit Homerus, Plutonem fuisse vulneratum ab Hercule, & Eleum Augeam refert Panyasis. Item Iunonem coniugalem ab eodem Hercule fuisse vulneratam in Pylo arenosa, narrat ipse Panyasis. Solibus autem dicit, etiam Herculem fuisse in mand sauciatus ab Hippocoontidis. *

DEMOROR ARMA) sicut alibi *demoror annos, demoror Austros*. Ab indignitate rei, ego Iouis filia, & dea lædor ab hominibus. Manet me, seu impendet mihi casus idem ab armis mortalium.

LVANT PECCATA, NEQUE ILLOS IVVER. AVXIL.) Concessius est modus, quoties ratio contentionis quasi videmur concedere, quod tamen nolumus fieri: nam id agit Venus hoc loco, ut Iupiter magis præstet auxilium. Servius.

SIN TOT RESPONSA, QUÆ SVR. MAN.) Æneas Heleno lib. 3. *& cuncti sua serunt numine diui Italiam petere, & terras tentare repostas*. Responsum ista superum, maniumque ponamus ob oculos. Per superos accipe Apollinem, & penates: per manes Creusam, & Anchisen. Ad finem lib. 2. umbra Creusæ.

Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydiæ arua
Inter opima virum leni fluit agmine Tiberis.
Illic res læta, regnumque, & regia coniux
Paria tibi.

Apollo consultus apud Delum.
 lib. 3.

Dardanida duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto
Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem.
 Penates ibidem per quietem Æneæ.

Mutanda sedes: non hæc tibi litora suavit
Delius, aut Creta iussit confidere Apollo.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque ubere gleba,
Oenotrij coluere viri, nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Ha nobis propria sedes, hinc Dardanus ortus,
Jasiusque pater, genus à quo principe nostrum
 Anchises lib. 5.

Consiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautæ
Dat senior, lectos iuuenes fortissima corda
Defer in Italiam: gens dura atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est.

CVR TVA QVISQVAM) Quisquam, vetecundè, quia contra vxorem agit apud maritum. Servius.

CVR NOVA CONDERE FATA) Notat Iouis inconstantiam, quomodo & in primo, quæ te genitor sententia vertit?

Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux

- 45 Dura, per euerse genitor fumantia Troiæ
 Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis
 Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem:
 Æneas sanè ignotis iactetur in vndis,
 Et quamcunque viam dederit fortuna, sequatur:

QVID REPETAM EXYSTAS) De incensis nauibus lib. 5. De ventis, & tempestate lib. 1. *Talia flammato secum dea corde volutans Æoliam venit, ubi regiam Æoli Strongylen, non omnes Æolias significat.*

TEMPEST. REG.) *τεμπεσταῖος* Æolum nominat, qui, ut dicitur in 1. *Luctantes ventos, tempestatumque sonoras Imperio premit.*

VENTOSQUE FVRENTES) Eorum furor ibidem descriptus est.

AVT ACTAM NVBIBVS IRIM?) Irim ad Turnum missam intellige lib. 9. statim principio. Atque ita præteritione quadam demonstrat Æneam gravissimis afflictatum incômodis, quasi diis aduersantibus petisset Italiam, quod secus est, ut docuimus. *

NVNC ETIAM MANES) supra Iuno, *Flectere si nequeo superos, Acheronta monebo.*

HÆC INTEN.) De verbo *intentatum*, disputauimus ex Victor. lib. 8. ad illud,

At furis Caci mens effera, ne quid inausum,
Aut intentatum scelerisue, doline fuisset.

SORS RERVUM) id est, regnum: siquidem 3. fratres, Iupiter, Neptunus, Pluto sorte mundi regna inter se diuiserant. Et præter inferos Iuno cælum, & omnia elementa in Troianos concitârât. Itaque in 1. verè, *Quæ mare nunc, terrasque metum, calumque fatigat.* Et ipsa in 7. *Flectere si nequeo superos, Acheronta monebo.* Ibidem de Aleto, & eius effectu. Vide lib. 1. ibi. *Non illi imperium pelagi, sanumque tridentem, Sed mihi sorte datum.* Auctor hymni in Neptunum *ὁς τετρατὴς ἔλαχος μοῖσιν βαδὶ χάρμα θαλάσσης*, Servius, Virg. * *Pluto item apud Claudianum lib. 1. de rapto Proserp.*

Nonne satis visum est, grati quod luminis experti

Tertia supremæ patior dispendia sortis,

Informesque plagas?

Callimachus tamen hymno in Iouem, calum non sortitò, sed propter egregia facta illi obuenisse dicit: quæ enim, inquit, de calo, & inferis, (propter summam videlicet inæqualitatem) sortiri velis? Latinos, versus appingo;

Veta nec antiqui prorsum dixere poetæ,

Quod sit sorte tribus diuisus fratribus orbis.

Ecquis enim cælum, atque erebum, nisi cæcus, & amens

Ducere sorte velit? sortiri conuenit æqua:

At cælum, atque erebus toto procul orbe remota.

Mentiar hæc dicens, auresque fallere possint.

Non regem fors cæca deum, sed dextera fecit,

Et virtus, & iuncta tuæ victoria fellæ.

MED. ITAL. BACCH. PER VRBES) Omittit per occupationem superiora, & proximam, seu recētissimam Iunonis iniuriam refert, furiam scilicet ab inferis excitatam. *Urbes Italum* intellige Laurentum, & Ardeam.

NIL SVPER IMP. MOVEOR.) De imperio promisso recurrit ad 1. Æneid.

DVM FORTVNA FVIT) Lib. 3. *Hospitium antiquum Troia, sociisque penates, Dum fortuna fuit.*

VINCANT QVOS VINCERE MAVIS) Lib. 5. *vincant, E quibus hoc Neptunus dedisti.* Amara concessio vocatur, cū id permittimus, & pati nos velle significamus, quod minimè omnium volumus. Talis lecta est superius *luant peccata, neque illos Iunonis auxilio.* Et lib. 4. *I sequere Italiam ventis, pete regna per vndas.* *

Hunc

- 50 Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugna.
Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliæq; domus: positis inglorius armis
Exigat hic ævum. magna ditione iubeto
Carthago premat Aufoniam: nihil vrbibus inde
55 Obstabit Tyriis. quid pestem euadere belli
Iuuit, & Argolicos medium fugisse per ignes?
Totq; maris, vastæq; exhausta pericula terræ,
Dum Latium Teucris, recidiuaq; Pergama quærunt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
60 Atq; solum, quo Troia fuit? Xanthum, & Simoënta
Redde oro miseris: iterumq; reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris.

SINVLLA EST REGIO, TEVCRIIS QVAM DETTVA CON.) A
Venus libr. i. super Iunone apud Iouem querelam habens, inter cætera, quibus tot funera passis Cunctus ob Italianæ terrarum clauditur orbis.

FVMAN. TROIÆ EXCIDIA) Euripid. Troad. φρυγῶν πόλιν, ἢ νῦν ἔχοντα. Vocat item Troiam ἡγετοῦσα μιν. Et 3. Æneid. & omnis humo fumat Neptunia Troia.

LICEAT DIM. AB AR. INCOL. ASCAN.) Parentes plerumque se indulgentius gerunt erga nepotes, quam erga filios. [Hoc igitur ἡρώων in Venere exprimit. Laertes quoque Odysseus magis de Telemacho nepote, quam Ulysses filio est sollicitus.] Ideo Venus pro Ænea non petit. Aut quia soli Ascanio debetur imperium: vt lib. 4. cui regnum Italia, Romanaq; tellus Debetur. Seruius. * Hoc ergo petit. Liceat mihi nepotem meum ab armis seducere, eumq; vitam seruare, quemadmodum apud Troiam filium Æneam pugna, periculoq; subdixi.

SVPERESSE NEP.) Pro superesse, sunt qui legunt, idque non ineleganter, superare, est enim superare superuiuere, superstitem esse. lib. 3. Quid puer Ascanius, superat ne, & vespicitur antra Aethra? Lib. 12. Murranum, quo non superat mihi charior alter.

ÆN. SANE IGNOTIS) De Æneæ partibus taceo, ferat ille fortunam suam, iactetur etiam nunc per ignota pelagi, faciam sine crimine, tuo concessu, quod possum pro nepote meo: subtraham illum bello, qui si nusquam commorari sinitur, deget in meo, in aliqua mearum vrbium, quæ mihi sunt in Creta dedicatæ, aut insula Cytheris. Et quoniam eius virtuti, & gloriæ inuidetur, aliquo locorum istorum viuet inglorius. Hoc tantum sine nos perfrui solatio. Donatus * Par fecit Venus Thetidi, qua filium suum Achillem, quem oraculo acceperat parum diu viturum: sed immortalem sui relicturum memoriam, si ad bellum Iliacum esset profectum: sin minus, viturum quidem diu, sed sine gloria, maluit habere diu superstitem, quam uiu inglorium: quare cum inter filios Lycomedis occultaui. Sed insinu ab armis Ascanium suum abducere postulat Venus, cui promissum erat magnum imperium.

ET QVAMCVQVE VIAM DED. FORT. SEQVAT.) seu aduersa asperam, seu secunda planam, sequatur: id est, vtatur ea fortuna, quæ illi obtigerit. Desperate loquitur Venus, & quasi nescia, quo in statu sit filius. Sed hoc callidè.

HVNC TEGERE) tegere, est etiam defendere. Lib. 12. nec dii texere Cupentem Ænea veniente sui. Probauimus alibi, adductis auctoritatibus.

EST AMATHVS) Aliqua tuta Cypri loca sibi sacra recenset, in quæ ex hostium manibus Ascanium remoueat. De Amathunte Catull. in annales Volusij.

Nunc o ceruleo creata ponto,
Quæ sanctum, Idalium, Vriosq; apertos,
Quæq; Ancona, Gnidumq; arundinosam
Colis, quæq; Amathunta, quæq; Golgos, &c.

Inde eidem Catullo Amathuntia. Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam. Virgil. Ciri. Nam te iactari non est Amathusia nostri Tam rudis.

POSITIS INGLOR. AR. EXIGAT HIC ÆVVM) Ad Achilles fata allusum, de quibus paulo ante in appendice.

MAGNA DITIONE IVBETO) Venus per amaram concessionem dicit, quæ fieri nolle. Quia Carthaginenses, si victis Romanis Italiam obtinuissent, magnas opes adepti fuissent, magnum essent imperium, magnâ gloriam consecuti. Modicius cap. 36.

CARTHAGO PREMAT AVSONIAM) quod fieri non posse, & obstare sibi fata, nec ipsa quidem nescit Iuno. Scriptum enim in i.

Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arcas.
Hinc populum latè regem, belloq; superbum
Venturum excidio Libye sic voluere Parcas.

Futurum igitur potius sciebat, vt Aufonia, id est, Roma Carthaginem premeret, fatis ita volentibus.

NIHIL VRBIBVS INDE OBSTAB. TYRIIS) id est, Carthaginensibus nihil obstabit, quo minus orbis terrarum imperium consequantur. Oppressis Italis, Romanis victis, nihil erit præterea, quod illis resistere possit, aut repugnare. Modicius.

TOTQVE MARIS VAST. EXHAUST. PERICVL. TERRÆ) Lib. i. terris iactatus, & alto. Dido, Omnibus errantem terris, & fluctibus.

RECIDIUA PERGAMA) interpretatur Seruius, renascentia. Tractum, inquit, ab arboribus, quæ aliis sectis repullulant. Ergo illud solum reciduum dicimus, quod postea renascitur: vnde modò recidiua dixit, quæ renouantur ab his, qui sunt superstites Troianis periculis. Nimirum Seruius ἀναφυόμενα, παλιμνή, & ἀμβλασῆ accipit. Sunt qui rediuiua legi posse suspicentur, quibus fauet Propert. illo versu, Arma resurgens portans victricia Troia. Ita German. qui miratur, antepenultimam corripit, si ab arboribus sectis, & incisis ducatur vox quadam similitudine. * Quid si recidiua idcirco dicta sint Pergama, quia rursus ceciderant, nempe bis eversa, ab Hercule, & Graecis? πῆλιν.

CINERES PATRIÆ INSEDISSE) Lib. 4. Urbem Troianam primum, dulscq; meorum Reliquias colerem. Paphos

thos est à loco, & collatione periculorum, à minoribus Alata, in memoriam redigent eis belli Iliaci conditionem, atque fortunam. Turneb. libr. secundo, cap. 21.

SOLVM QVO TROIA FVIT) Principiò tertij, Et campos ubi Troia fuit.

XANTH. ET SIMOENTA REDDE) Hoc ambiguum visum esse intelligo antiquis Criticis. [*Servius quidem, quem fortasse potissimum perstringit Turneb. in hunc modum. Ambiguum est, Strum dicat, redde nobis remora Troiam antiquam: an, redde nobis terras in Italia, ad similitudinem Troia. Nonium enim hinc consuetudinem fuisse, ut advena patria sua imaginem sibi redderent: Strum 3. Effigiem Xanthi, Troiamque videtis.*] Puto sedes certas, coloniamque peti, quæ antiquæ patriæ effigiem, imaginemque habeant, ut ex locorum, portarum, fluviorum admonitione idem nomen habentium, veniat in mentem colonis antiquæ patriæ, B excidiique Troiani, & belli. Xanthus enim, & Simois, ad quos bellatum est, & Troia vetustæ Troiæ simu-

* Confirmant hanc explanationem illa lib. 3. Sibi Æneas discessurus, Helenum, & Andromachem affatur.

Arma neque Ausoniæ semper cedentia retro
Quærenda: effigiem Xanthi, Troiamque videtis,
Quam vestræ fecere manus.

Si ad Italiam refers, ait Servius, tum illud quod sequitur, *iterumque, revolvere casus*, sic intellige: redde nobis Italiam, & libenter repetemus ea, quæ in Troia pertulimus.

ITERVMQVE REVOL. CASVS ILIACOS) lib. 1. *volvere casus*. Magnum, inquit, meis præstabis beneficium, si patriam antiquam illis reddideris, seu loca patriæ antiquæ, cum hac conditione, ut iterum patiantur, quæ passi sunt.

----- Tum regia Iuno

Acta furore graui, QUID ME ALTA SILENTIA COGIS

RVM PERE, ET OB DVCTVM VERBIS VVLGARE DOLOREM?

65 Ænean hominum quisquam, diuûmq; subegit
Bella sequi, aut hostem Regi se inferre Latino?
Italiam petiit fatis autoribus: esto,

Cassandræ impulsus furiis. num linquere castra
Hortati sumus, aut VITAM COMMITTERE VENTIS?
70 Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrenamue fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? ubi hîc Iuno, demissaue nubibus Iris?

Indignum est Italos Troiam circundare flammis
75 Nascentem, & patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.
Quid, face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atq; auertere prædas?
Quid foceros legere, & gremiis abducere pactas?

80 PACEM ORARE MANV, PRÆFIGERE PVPIBVS ARMA?
Tu potes Æneam manibus subducere Graiûm,
Proq; viro nebulam, & ventos obtendere inanes:
Et potes in totidem classem conuertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse nefandum est?

85 Æneas ignarus abest: ignarus & absit.
Est Paphos, Idaliûmq; tibi, sunt alta Cythera:
Quid grauidam bellis urbem, & corda aspera tentas?
Nô sine tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achiuis

90 Obiecit? quæ causa fuit consurgere in arma
Europamq;, Asiamq;, & fœdera solvere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi, fouique cupidine bella?

TVNC DEC VIT METVISSE TVIS: NVNC SERA QUERELIS

95 HAVD IVSTIS ASSVRGIS, & irrita iurgia iactas.

ACTA FVRORE GRAVI) *Hic agitur furia*, de Tur. Cmittunt: & serui seruorum suorum efficiuntur. Agunt: nolibz. Non agunt, sed aguntur, qui se affectibus sub- tur autem? immo rapiuntur, præsertim ira, & furore, pessimis

peſſimis conſiliarijs. Seneca lib. 3. de Ira, cap. 1. Cæteri A affectus dilationem recipiunt, & curari tardius poſſunt. Huius incitata, & ſe ipſa rapiens violentia, non paulatim procedit, ſed dum incipit, tota eſt.

QVID ME ALTA) Principium abruptum, quoniam ſatis indignantiſſe leniter incipere non conuenit. Vide Macrob. lib. 4. cap. 2. *Me* id eſt, me verecundam, me iniurias diſſimulantem, me nulli inimicam. Donat.

SILENTIA RUMPERE) Lucret. lib. 4. *Aſſurmant vulgò taciurna ſilentia rumpi*. Horat. Ode 5. Epod. *Sed dubium unde rumperet ſilentium*. Oppianus, *ἡσυχία σιωπῆς*. Suprà lib. 2. *Compoſitò rumpit vocem*. Vox, & ſilentium quamuis contraria ſint, rumpere tamen vocem, & ſilentium, idem diuerſa oratione ſignificant. Nam rumpere vocem loqui dicimus, ſicut rumpere queſtus, queri, quia vox, & queſtus pectore rumpuntur id eſt, effunduntur. Alibi ipſe, *rumpuntur fontibus amnes*, id eſt, funduntur. Rumpere autem ſilentium ex eo loqui dicimus quia cum id facimus, veluti vocem rumpimus. Sic, rumpere moras, id eſt, non morari amplius: & ſerè eadem ratione rumpere ſomnum dicimus. Hoc eſt quod voluit indicare Seruius in commentar. ſuper hoc verſu, *Compoſitò rumpit vocem*. Sed ille meo iudicio id tantum annixus eſt. Erythræus.

Sigillatim dicta Veneris hac oratione ſoluuntur, cuius principium ita *ἔπειτα* Donat. Quid me pro-uocas loqui? quid vrget in publicum proferre, quod verecundo ſilentio diutiſſimè preſſum Quæ profectò adhuc continerem animo, niſi eſſet crimen, impudent obiecta non reſutaſſe reſponſa.

OBDVCTVM DOLOREM) Obductus dolor eſt, quem tegit patientia diſſimulantis.

VERBIS VULGARE) Vulgauit honeſtè poſitum, vile habuit, & quaſi in vulgus dedit. Plaut. Amphit. *cuique me abſente corpus vulgauit ſuum*. Vulgare, in vulgus dare, & quaſi multis audientibus, ac non taciturnis dicere. Virgil. *Quid me alta ſilentia*, &c. Ennius, *In vulgum vulgas, artemq; expromes inertem*. Nonius.

ÆNEAN HOMINVM QVIS QVAM) Celat quæ facta ſunt, quæ non ſunt facta Commemorat, malignè ſatis. Non enim Æneas, ſed Turnus inſtinctu Iunonis bella commouit.

Sic eſt, vt dicit Seruius. Multa item mentitur in ſequentibus. Quam inuidioſè, *hoſtem regi ſe inferre Latino*? Non infert bellum Æneas, ſed propulſat. Verum hic mos opulentorū, ac tyrannorū, vt conquerātur ſe accipere iniuriam, dum faciunt. Teſtem dabo magnum, Eccleſiaſt. 13. Diues iniuſtè egit, & fremet: pauper autem læſus tacebit. Quapropter quod Seneca ſuadet lib. 2. de Ira, cap. 33. hoc ſuadeo tibi, tu ſuade alijs. Potentiorum iniuriæ hilari vultu, non tantum patienter ferendæ ſunt: facient iterum, ſi ſe feciſſe crediderint.

CASSANDRÆ IMPVLSVS FVRIIS) Falſum hoc, monitu Caſſandræ vatis Æneam periſſe Italiam. Nam vt conſtat ex verbis Anchisæ, lib. 3. nemo tum ei fidem habebat: *aut quem tum vates Caſſandra moueret*? Et furijſ ait, vt vaticinium eleuet. Quamquā & Sibyllam furentem facit lib. 6. quam & Helenus in 3. inſanam nominat. Sed hic nequiſſimè dictum, pro ea quæ nihil niſi fureret. Ineſt præterea irriſio in hac oratione, dum cōcedit, ſatis auctoribus veniſſe in Italiam, & mox addit *Caſſandra impulſus furijſ*: qualia enim facta, ſi meræ furia?

NVM LINQ. CASTRA) Culpam omnem retorquēt in Æneam.

VITAM COMMITTERE VENTIS) quando ſcilicet duabus biremibus ad Euandrum profectus eſt, lib. 8. Qui pelago ratem commiſit, eſt apud Horat. Ode 3. lib. 1.

NVM PVERO SVMMAM BELLI) Cum conſtet, hoc totum opus in eo eſſe, vt poetæ Iuliz familiar cultura gratia quærat, ibo facile in eorum ſententiam, qui credunt, Maronem hunc locum in perſona etiam non æquæ Troiano nomini deæ, ad Auguſti laudem aſſentatoriè accommodaſſe, reuocantem tacito Aſcanij exemplo veluti gentilem imperatoris felicitatem, qui prior, primùm ſenatus decreto, referente Cicerone, in Antonium exercitum, ſummamq; rerum acceperat. German.

Æneas reuera belli ſummam, murorumque deſenſionem Aſcanio puero diſcedens non commiſerat, proinde mera eſt calumnia. Sic enim ſcriptum eſt lib. 9. idque cum eximia laude Æneæ, qui, quod ducem prudentiſſimum decebat, fecit.

*Namq; ita diſcedens praeceperat optimus armis
Æneas, ſi qua interea fortuna fuiſſet,
Nem ſtruerè auderent aciem, nem credere campo,
Caſtra modo, & tutos ſeruareſ aggere muros.*

Alio loco.

*— inſtat Mneſthem, acerq; Sereſtus,
Quoſ pater Æneas, ſi quando aduerſa vocarent,
Reſtores iuueni, & rerum dedit eſſe magiſtros.*

Ecce, nihil iuueni, ipſum potius credidit alijs. Tyrrenos verò non excuſſit quietos in bellum, ſed iuſta ex cauſa commotos, eos nauigaturos inuenit, eiſdemque ſe tum adiunxit. Donatus.

TYRRHENAMVE FIDEM) opem, vel auxilium, vt quum dicitur, *Dij veſtram fidem, Tuam fidem*, &c.

QVIS DEVS IN FRAVDEM) Quia quod ſtultum erat, puero ſummum relinquere in milites imperium, eumque ducem creare, non ſuaſerit, neque coegerit, vt neque ſocietatem cum Tyrrhenis, quos quietos turbauit Æneas, concludit ſe haud rectè vt auctorem huius belli reprehendi. Et tamen immiſit Aleſto furiam in 7. quæ Latinoſ, & Turnum exacerbaret in Troianos, & Irim ad eundem Turnum lib. 9. ſedentē in luco, quæ ipſum aduerſus Troianos ad arma impelleret. Male igitur ſe purgat. Fraus eſt damnum ſæpe, periculum, pœna, & incommodū. Ne ſit mihi, tibi ea res fraudi, id eſt, ne noceat. Sæpius ita locutum inuenias Ciceronē, & alios. Legimus etiam, id ſine fraude facere ius poteſtasque eſto, quod hodie dicunt, impunè facere liceat. Terent. Heaut. *In eandem fraudem ex largitate nimia Atq; ex parſimonia incidet*, id eſt, vtrumque æquè damnoſum eſt. Capitale fraudem admittere dicitur, qui ſe capitali crimine obligat.

INDIGNVM EST ITALOS) Per comparationem nititur leuare partes ſuas, & grauare partem aduerſam. Comparat enim perſonam ſuam, & Veneris, Æneæ, & Turni: factum ſuum, & factum Veneris, geſta Ænea, & geſta Turni. Ait ergo: indignum eſſe arbitraris Italos aſſiſtere commodis ſuis, & naſcentem Troiam flammis circundare? Nunquid indignum etiam illud eſt, vt Turnus terras ſibi patrias vindicet, regibus maioribus natus, ac diuina matre progenitus? Hoc verum aſſerebat Iuno ſed tacuit de Æneæ genere, quoniam Pylum Iupiter non fuerat conferendus, auus Æneæ, nec Veneri Venilia. Sed obiecit incendium Italis paraſſe Troianos. Sed hoc falſò compoſuit. Et arua aliena iugo premere illos, non fuit

lij *

verum;

verum: nam hoc voluisse Troianos, probari non poterat. Quomodo autem verum illud, *atq. auertere prada*, qui rogantes venerunt ad Latinum? Eligere autem soceros, aut gremijs pactas abducere, quando Æneas probatur voluisse, cum illi vltro Latinus filiam obtulerit? Quando autem post acceptam pacem Troianos poterat monstrare, arma sponte sumpsisse, quod non essent prouocari ad bellum? Post hæc falsa, affert quædam vera, vt etiam prioribus ex his fides concilietur. Donat.

CVI PILVM. AVVS, CUI DIVA VENIL. MATER) Nimirum ne in foro cælesti Æneæ Turnus cedere videatur, qui etiam maternum genus ad diuos, vt Æneas referat: qua fere ratione, & adhortatione Iliad. v. Apollo Æneam in Achillem instigar.

Ἡρώς ἀλλὰ γὰρ καὶ σὺ θεῶν αἰσχετέρησι
Εὐχαιο, καὶ δὲ σε φασὶ διδὸς κέρως ἀφροδίτης
Εὐ γὰρ ἄμυν, καὶ δὲ χερσίων· ἔκ δὲ θεῶν ἐστὶν:
Ἢ μὲν γὰρ διδὸς ἐσθ', ἢ δὲ ἔξ ἀλίοιο γέγονε.
Ἀλλ' ἴθις φέρε χαλκὸν ἀτρεΐα, μὴδ' σε πάμπαν
Λευγαλίοις ἰππίσιν ἀποτρίπτω, καὶ ἀρή.
Et tu pofce deos veniam, quem mater amorum
Dina Venus peperit, Ionis inclita filia magni:
Illum diua minor genuit, Thetis orta marino
De fenē: te superum rectoris filia. Sed tu
Vade, fer audaces in Achillem, & dirige gressus,
Nec mouere minis, nec dictis cede superbis.

Cuius loci imitatione constat omnino ille Calabri lib. 2. vbi Memnon insultans, & minabundus Achilli, se tanto illi præstare iactat, quanto Aurora mater Thetidi Nereidi. German.

QVID FACE TROIANOS ATRA) Atra, est infesta, dira, noxia, peruerfa, iniusta, quod niger color infestus sit. Sic apud Flaccum Ode II. lib. 4. *minuentur atra Carmine cura*. Sic Homerus *μαλ' αἶνας ὀδύνας*. Turneb. lib. 4. cap. 14.

Rhetoricum est, ait Seruius, quoties aliqua non possumus soluere, paria opponere, quod nunc luno facit. Nam negare non potest, nec soluere, quia obsidentur Troiani. Vnde dicit: hoc indignum est, Troianos obsideri, bellum sæuum Latinis facere, (hæc enim est atra fax) aliena matrimonia præripere dignum est: sic in Bucol. *Dic, quibus in terris inscripti nomina regum. Nascantur flores*, contra illud nempe, quod Damocetas quæsierat de cæli spatio non amplius tres vlnas patiente.

GREMIIS ABD. PACTAS) id est, sponfas: vt respiciat legis Iuliæ prouidentiam, & Antonini Seueri rescripta, quibus in sponsam admissa stupra vindicantur: quod nec matrimonium qualecunque, nec spem matrimonij violare permetteret. German. Virgo priusquā petitur, sperata dicitur. Dehinc promissa, pacta, sponsa dici potest. Nonius. * *Locutus est* significantissimè, gremijs abducere, quasi dixisset, è complexu amplexum rapere: in quo maxime cernitur iniuria, & violentia magnitudo. Ausette enipiam quod legitime habet, ac possidet, graue, & iniquum est: grauius, & iniquius è manibus, grauius è sinu, è gremio, è complexu per vim ausette.

PACEM ORARE MANV) Vide adag. 45. Cent. I. apud Iunium, *Altera caducum, hastam altera*. Pacem orauit Æneas à Latino per centum oratores libr. 7. Arma præfixit puppibus, cum ad Euandrum cum duabus biremibus venit. Quæ duo maleuolè coniungit, & nequiter interpretatur Iuno.

TV POTES ÆNEAM MANIB. SVDD. GRAIVM) Ex Homeri Iliad. 1.

Ἀμφὶ δὲ δὴ φίλον ὕδ' ἔχοντο πῆχες λευκαί,
Πρόθε δὲ οἱ πάλαιο φανῆν' ἡνύγχι ἐπ' αὐτῶν.

Ἐρμὶς ἴμεν βαλὼν, μή τις διασῶν τ' ἀρχαίων
Χαλκὸν ἐπὶ στήθεσσι βαλὼν, καὶ θυμὸν ἔλοιτο,
Ἢ μὲν ἰδὼν φίλον ὕδ' ὑπεξίφεραν πολέμοιο.
Certaq. pernicios aderat, nisi diua tulisset
Mater opem nato (quem pascua læta tenenti
Anchisa peperit Venus) & complexa lacertis
Texisset ninois carissima corpora nati,
Splendida præsendens nitida velamina pepeli,
Ne qua ferire queant Danaum veniens tela
Pectora nuda viri: medio ex ardore cruenti
Abducens belli, imparibus defendit ab armis.

IN TOTID. CLASS. CONVERT. NYMPH.) Quamuis mater deum classem Troianam in Nymphas conuerterit (de quo lib. superiore) tamen Veneri imputatur, quoniam in eius gratiam factum est, vt in Eclog. 6. *Quas illi Philomena dapes*, cum Progne fecerit, sed propter Philomenam. Seruius.

NOS ALIQVID CONTRA RVV.) à minus verisimili ad magis verisimile. Si tibi magna licuerunt, cur nobis parua non licebunt?

ÆNEAS IGNARVS ABEST) Repetit verba Veneris, quibus supra vsa est: sed ea & pronuntiatione deprauari à Iunone, & amara ironia cludi intelligendum est. Quæ enim soluere nequimus, mos est irridere. Sic in Bucolicis præmisit, *dimini opus Alcimedontia*. postea per irrisionem ait, *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit*. Seruius.

GRAVIDAM MUL. VRB.) Vt hic grauidā bellis, sic supra grauidam imperijs Italian. Sic & Græci transferunt. Nōnus, *ἀμπλακίης ἰγκύμονα κόσμον*. Et epigram. *πῶλον ἐν πλὴν ἰγκυον ἡσυχίῃσ*. Et *ὁπλοῦσαν ἵππων*, & *ἰβυρίας σιδηρολόχον*. German. * *Urthem*, & *opimatur*. Seruius, *promittiam dixit, Latium scilicet: quacum legerem, cogitabam fieri posse, & poetæ nomen Urbis eo significatu acceperit, quo vocē ciuitas frequenter Caesar, cum dicit, Helmetiorum, Biturigum, Sueslionum, Aduernum, Arvernorum ciuitas*. Num his locis *Caesari ciuitas* (quod vobis notat *Hoto manus*) effgens, quacum eadem lingua, tum etiā eodem iure, *vnium imperium, vnumq. magistratum habet*.

NOS NE TIBI) Omnem culpam Troiæ dirutæ in Venerem pctissimum, & adulterum Paridem confert. Sic apud Horat. Ode 3. lib. 3.

Ilion Ilion
Fatalis, incestusq. index,
Et mulier peregrina vertit
In puluerem.

FLVXAS RES) caducas, quæque etiam sine hoste potuissent perire. Cic in epist. res nostræ, vt in secundis fluxæ: vt in aduersis, bonæ.

VERTERE FVNDQ) Lucret. lib. 3. *Hunc vincula amicitia Rumpere, & in summa pietatem vertere fundo*, hoc est, funditus perdere.

AN MISEROS QVITR OAS ACHIVIS) Pythias Parmenoni in Eunuchio de Chæreæ, *Ni miserum insuper etiam patri indicares*. Ibidem Donatus, ad inuidiam E Parmenonis miserum dicit adolescentem: eo modo, quo Iuno accusans Venerem, ait, *an miseros, qui Troas Achivis Obiecit?*

CONSVRG. IN ARMA EVROP. ASIAMQVE) Europam dicit propter Græcos, Asiam propter Troianos. Et ob istuc bellum inter Europeos, & Asiaticos gestum cum cæde tot centenorum millium, Carull. Troiam festiuè commune Europæ, Asiæque sepulcrum vocat.

SOLVERE FVRTQ) id est, & amicitiam, & hospitium adulterio furtiuo dissipare, quod Paris fecit. Nā Priamo cum Menelao fuit hospitium, cuius uxorem Paris abduxit, quod iam decantatissimum est.

ME DVCE DARDAN. SPARTAM) Metropolis Laconiz

coniz Sparta, condita à Sparte filia Phoronei, vt docet Eusebius in Chronicis. Fuit olim ἀρείχιστος, sine moribus: cuius rei causam interrogatus Agesilaus, ostendit ciues armatos, cum his verbis, ταῦτ' ἐστὶν λακιστάμο- νιον τέχνη, hi sunt Lacedæmonum muri. De historia porro tractum, dicit Seruius, quod de Sparta à Paride expugnata Virgilius. Nam cum Helena sollicitata sequi Paridem noluisset, egressum ciuitatem obsedisse, illam rapuisse.

EXPVGNAVIT ADULTER) Propert. eleg. 34. lib. 2. *Hospes in hospitium Menelao venit adulter. Adulter, & adultera Festo dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferunt. In scriptis tamen poetarum nonnunquam adulter amatorem, & stupris deditum significat, nullo ad suam, alienamue nuptam respectu.* Horat. Ode 16. lib. 3.

*Inclusam Danaen turris abenea,
Robustæq; fores, & vigilum canum
Tristes excubias munierat satis
Nocturnis ab adulteris.* ✱

TVNC DEQVIT METVSS) Lib. 4. *Tunc decuit,*

cum sceptrum dabas. In Trinummo, cum Charmides re-
dux nuntium de filio Lesbionico accepisset tristissimū,
quippe qui per luxuriam fregerat rem patriam, vsque
ad vnicum agellum.

Adimit animam mihi ægritudo: Stasime, tene me. ST. Vis ne aquam Tibi peram? CH. res quum animam agebat, tum esse offusam oportuit. In eadem comædia idem seruus de eod. herili filio Lesbionico.

*Serò, atq; stultè, prius quod cantum oportuit,
Postquam comedit rem, post rationem putat.*

Stultus post factū, seu malo accepto, sapit. Euentus stultorum magister, ex Hesiodo. De L. Scipione Asiatico proditum est litteris, cum in Asiam aduersus Antiochum copias traiecisset, & rex tum primum legatos de pace mitteret, Hoc prius, inquit, Scipio factum decuit: nunc seruum est, posteaquam frænum, & sessor rem recepisti. ✱

IRRITA IVRGIA IACTAS) in ventum loqueris, frustra in me inuadis, & perdita restituere incassum cõtendis.

Talibus orabat Iuno: cunctiq; fremebant
Cælicolæ assensu vario: ceu flamina prima
Cum deprensa fremunt syluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

100 TVM PATER OMNIPOTENS, RERVM CVI SVMMA POTESTAS
Infir: eo dicente, deum domus alta silescit.
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther.

Tum Zephyri posuere, premit placida equora pontus.
ACCIPITE ERGO ANIMIS, ATQVE HÆC MEA FIGITE DICTA.

105 Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem:
Quæ cuiq; est fortuna hodie: quam quisq; secut spem,
Tros, Rutulusue fuit, nullo discrimine habebō:
Seu fatis Italum castra obsidione tenentur:

110 Siue errore malo, Troiæ monitisq; sinistris.
Nec Rutulos soluo. sua cuiq; exorsa laborem,
Fortunamq; ferent: REX IVPPITER OMNIBVS IDEM.
Fata viam inuenient. Stygij per flumina fratris
Per pice torrentes, atraq; voragine ripas,

115 ANNVT, ET TOTVM NVTV TREMEFECIT OLYMPVM.
Hic FINIS FANDI. Solio tum Iuppiter aureo
Surgit: cælicolæ medium quem ad limina ducunt.

TALIBVS ORABAT) Bene, orabas, vt intelligamus cum artificio quodam locutam, & ἡρωικῶς. Vt enim oratio propriè oratorum sermo dicitur: sic orare illi soli dicuntur. Li. 6. *Orabunt canisssæ alij.* Vel orabat, id est, agebat. Vnde oratores, qui nunc legati, quod reipub. mandatas sibi partes agerent.

CVNCTIQVE FREMEB. CÆLICOΛÆ) I. Æneid. *Talibus Ilioneu, cuncti simul ore fremebant. Danaida.*

ASSENSV VARIO, CEV FLAM. PRIMA CVM) Vario assensu pars Iunoni fauebant, pars Veneri. A comparatione amplificat, quam ducit à prognostico, siue signis denuntiantibus futuram tempestatem: hoc est, susur-

ro in syluis audito, antequam venti exoriantur. Huic susurro comparat fremitum deorum, qui hominum more alij huic, alij illi assentiebantur.

RERVM CVI SVMMA POTESTAS) Expressit Homericum, ὃς κρείττο' ἔστι μὲν ἄνθρωπων. Suprà, ὁ ἡμῶν, δι-
νῆμαq; æterna potestas.

INFIR) incipit. Sed diuersæ significationis est ab eo, quod est, fir: nam *infir* agentis, *fir* autem patientis est. Virgil. lib. 9. *Et Venulus dicto parens, sita farier infir.* Plaut. Aulul.

*Infir ibi postulare, plorans, ululans,
Vt sibi liceret miluium vadariet.*

Lucret.

Lucret. lib. 3. *Commutare animum quicunq; aderitur, & Ather;* (& sæpe dicitur poetis, quod nemo nescit, nisi qui *& instr.* Festus.

EO DICENTE, DEVM DOM. ALTA SILES.) Non dissimili sententia videtur vsus in Scipione Ennius, unde noster sua effinxit.

Mundus cali vastus constitit silentio:

Et Neptunus sanus undis asperis pansam dedit.

Soloquis iter repressit ungulis volantibus.

Constitere amnes perennes, arbores vento vacant.

Macro. lib. 6. cap. 2. Versibus his, qui sunt tanquam proœmium libri, quem de laudib. Scipionis contexuit Ennius, dicitur, dum ipse laudes eius viri celebraret, celum admiratione tantarum rerum stupefactum constitit tacitum, &c. Ex eodem hoc Enniano loco forsitan profluxit etiam ille de pastorum alterno cantu, E. clog. 8.

Immemor herbarum quos est mirata iuuenca

Certantes: quorum stupefacta carmine lynces,

Et mutata suos requierunt flumina cursus.

Vbi etiam licet animaduerrere hyperbolas pastoritiae humilitati conuenientes. Notat Hieron Columna, qui & illum locum ex 4. Georg. de inferis ad cantum citharæ obstupefactis huc reuocat. *Quin ipse stupuere domus, atq; intima lethi Tartara,* &c. Addit & Tibulli hyperbolas ad Messallam, nempe has.

Et fera discordes tenuerunt flumina venti:

Curua nec affuetos egerunt flumina cursus:

Quin rapidum placidis etiam mare constitit undis

* Blandum est locum iste Maronis Claudiano, quamobrem ex eo similitudinem est aucupatus, cum de Plutone verba facturo iam cecidit lib. 1. deraptu Proserpina.

— tunc talia cello

Ore tonat, tremefacta silent dicente tyranno

Atria, latratum triplicem compescuit ingens

Ianitor, & pressio lacrymarum fonte recedit

Cocytus, tacitisq; Acheron obmutuit undis,

Et Phlegethontæ requierunt murmura ripæ

Serò voluit, inquit idem Macro. lib. 5. cap. 14.

loquenti Ioui parem assignare reuerentiam. Nam cum & in 1. volumine, & in 4. & in 9. & hoc ipso loquatur quædam Iupiter sine tumultu, denique post Iunonis, & Veneris iurgium *deum domus alta silescit*, &c. tanquā non idem sit, qui locutus sit paulò ante, sine vilo mundi totius obsequio.

Respondet Iouian. in Antonio dial. Immo idem erat: sed nec antè Venus, Iunoque ad contentionem, & iurgia, Ioue corâ, proruperat. Quæ re vario assensu ob factionis studium cælicolæ fremebant. Itaque ut ostenderetur concionantis Iouis ea maiestas fuisse, ut mullitare contra nullus auderet, opportunissimè dicitur, summaque cum prudentia, quod non solum eo dicente deum domus silentium tenuit: sed orbis totus summi dei supercilium veritus est. Etiam poeta ex verbis ipsis vult innuere, Iouem supercilium obduxisse, ob deorū iurgia, & cælicolarum fremitum, ac partium studia, ut qui speciem irati præ se ferret. Vnde cum quodam supercilio ait, *Rex Jupiter omnibus idem*, iuratque per pice torrentes ripas. Atque ut dictis pondus adderet, caput mouet, totumque nutu tremefacit olympum.

ET TTEMEFACIA SOLO TELLVS) ponit & terræ motum Virgilius ad loquentis maiestatem indicandā. De qua præclara sunt illa Lucretij lib. 5.

Deniq; sub pedibus tellus quæ tota vacillat:

Concussa q; cadunt orbes, dubia q; minantur,

Quid mirum si se remittunt mortalia sacra,

Atq; potestates magnas, mirasq; relinquunt

In rebus vires diuini, quæ cuncta gubernant.

SILET ARDVVS ÆTHER) Cur cælum dicatur æ-

poetam nullum attigit) docet nos Aristoteles lib. de mundo his ipsis verbis. *Ὅθεν δὲ καὶ ἄστρον ὕψιον μὲν αἰθέρα καλῶμεν, ὃν ὡς τινες, δὲ τὸ πῦρ ὃν ὕψιον αἰθερα, πλημμυλῶντες περὶ τὴν πλεῖστον πύρρην ἀπὸ πλάγματος, ἀλλὰ δὲ τὸ αἰθὴρ δὲν κυκλοφοροῦμένην, στοιχείον ὕψιον ἔσται ἐν τῶν τεσσάρων, ἀκέραιον τε, καὶ δεινόν.* Id est. Cæli porro, siderumque substantiam appellamus ætherem: nō quidem ideo quod ignita flagret ipsa, ut aliqui censuerunt, plurimum vtique aberrantes circa potentiam illam, maximè ab ignea natura abhorrerentem: origine verò huius vocabuli inde ducta, quod semper æther currat motu circumductili: cum sit illud elementum à quatuor illis diuersum, tum diuinum, tum interitus expers.

TVM POSVERE) Lib. 7. *Cum venti posuere, omniq; repente resedit Flatus.*

ACCIPITE ERGO ANIMIS) Eadem his ipsis verbis Harpyia lib. 3.

QUANDO QUIDEM AVSONIOS) Hac oratione Iupiter vtriusque se æquum fore promittit, ita ut rem satis permittat.

SECAT SPERM) Secare interdum transigere, definire, absoluere est, ut apud Horat. lib. 1. Sat. 10. *ridiculum acri Fortius, & melius magnas plerumq; secaras.* Hic videtur esse, defecare: & proinde sumere. Qui enim quid defecat, sibi id sumit, quod & Græci *ἀπομύσσει* dicunt. Turneb. lib. 29. cap. 24.

Sernius exponit, sequitur, tenet, habet: ut *Ille viam secat ad naues.* Vnde & sectas dicimus habitus animorum, & instituta philosophiæ circa disciplinam. * Sernij sententia clarissime explicanda est. Quam quisque secat spem. Ille viam secat ad naues, id est, sequitur: inde etiam sectio, sectores. Sectores, qui empti sua persequuntur: sectio, ea ipsa persequutio. Hinc & seculum, & secundus, & secta, à seco, persequendo scilicet.

FVAT) antiqui posuerunt pro sit, aut fuerit. Lucret. lib. 4. *Quodq; alijs cibis est, alijs fuit acre venenū.* Et lib. 5. *Quanta hæc cunq; fuit, tanta hinc videatur in alto.* Terent. Hecyra *Fors fuit, pol.* Vbi Donatus, fuit, sit significat. Plaut. Amphit. *Nec quisquam tam audax nunc fuit homo, qui obuiam obstitat mihi.* Idem Aulul. *Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid dimortij fuit.*

SIVE ERRORE MALO TROIÆ) Error & erratum differunt multum: hoc enim peccatum est, Græcis *ἀμαρτία*. Error imprudentis est, ignorantis fere, aut certe falsa opinione ducti, sine culpa: erratum & scientis est, & culpa non caret. Cic. pro Muræna. non pariat te in tanto errore versari. Idem pro Cæcina. Nonnunquā honesto, ac probabili nomine bono viro iudici error obijci solet. Ita Lamb. in artem poet. Horatij, pluribus exemplis vtens ex eodem M. Tullio.

MONITIS QVE SINISTRIS) Quia Iuno dixerat, *Cassandra impulsus furia.* Post, *discrimine habeo*, velim collocare punctū, & post versum sequentem, subaudire, *nec Troas*: post, *monitis sinistris*, collocare virgulam, ut sensus sit. Siue suo malo fato Itali Troianos obsident, non eos soluo, ac libero, Troianos inquam: siue Troiani sinistra sequuti responsa venerunt in Italiam, & meritò obsidentur à Rutulis, non absoluo Rutulos, id est, non illis faueo, neutris faueo, rem satis committo.

SVA CUIQUE EXORSA LABOR. FORTVN. FASSENT) Sua cuique facta, operauit, malo, aut bono erunt. Vt quisque sementem fecerit, ita metet. Quod quisque intriuerit, hoc erit illi exedundum. Quæ homo seminauerit

nauerit, hæc & metet, verbum est Apostoli. 34

REX IVPITER OMNIBVS IDEM) Deus non respicit personam. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Boni consule, milector, cum tibi nonnunquam de cælestibus litteris paucillum propino, quando est, ut id fieri & piæ, & in tempore queat. Deus est omnibus idem, quia omnium procreator, omnium altor, omnium defensor, omnium liberator per filium, omnium rector, & custos, & iudex. Lucret. libr. 2. *Omnibus ille idem pater.* 34

FATA VIAM INVEN.) Euripid. in Bacchis. *ἴσθ' ἂν ἀδελφόν τιν' ἔχειν ἴδιοι*, quid hoc aliud, quam, *Fata viam inuenient*? Ideo hoc Iouem dicere putat Seruius, quia sciat, fatale esse, ut Æneas regnet in Italia. Lib. 3. B *Fata viam inuenient, aderitq; vocatus Apollo.*

STYGII PER FLVMINA FRATRIS) De hoc iureiurando deorum per Styga, locuti sumus lib. 6. super illo, *Dij cuius inrare timet, & fallere numen.* Hoc honore honoratam Stygem voluerunt, quod cum dij aduersus Iouem coniurassent, & iam vinculis pararent constringere, ipsa insidias eorum patefecerit. De ea Natalis libr. 3. cap. 2. 34

ANNUIT, ET TOTVM NVT. TREMEF. OLYMP.) Idem versus extat, ut & superiores duo, lib. 9. Vide annotata. Catull. de nupt.

*Annuit inuito celestium numine rector,
Quæ tunc & tellus, atq; horrida contremuerunt
Æquora, concussitq; micantia sidera mundus.*

Annueret dij dicuntur, cum ratum quid esse volunt, ut apud Homerum Iliad. 2. Thetidi pro Achille filio oran-

ti Græcorum perniciem, Iupiter annuit. Nec id tamen Ioui proprium est, sed etiam Neptuno, & fortasse omnibus diis. de Neptuno Ouid. 8. Metamorph. *μονήϊ κάπνι αἰνέρεται Rex, Concussitq; suis omnes assensibus undas.*

SOLIO TVM IVP. AVREO SVRG.) *χρυσόθρονον* tamen non Iouem, quod meminerim, sed Iunonem Homerus nominat, ab aureo solio videlicet. Metamorph. 2. Phœbus fedet in solio, *claris lucente smaragdīs.* Quis, autem, oro, vel semel Homer. legit, ut ei non continuo ista legēti occurrat locus 1. Iliad. ubi Iupiter audita Thetide in conclaue suum, diis assurgentibus, obuiamque procedentibus, redire fingitur?

*Ἦς ἄλλα ἄλτο βαθείαν ἀπ' αἰγλήντο δ' οὐλύμπι,
Ζεὺς δ' ἂν ἰδὼν πατρὸς δῶμα. θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέσαν
Ἐξ ἰδίων, σφύπατες ἐναντίον. ἔδδ' τις ἔπλε
Μεῖναι ἐπερχόμενον, ἀλλ' ἀντίοι ἔσαν ἅπαντες.
Ἰν' ἄρ' ἐπὶ καὶ τῆς ἑσπέρης, ἡ δὲ τῆς ἑσπέρης
Ἀυρεὰ τεῖχος ὑβὶ καλὸν: ὑβεννέει δὲ δεινὸν
Τεῖχος δὲ θεῷ, σὺν γὰρ ὅσῃς ἀπὸ τῶν ἑσπέρων
Καλὸν δὲ, ἐδύναντο πατρί, νεῖ, σὺν τῇ ὅσῃς
Ἰν' ἑσπέρῃ μανίσσῃ, ἀλλ' ὅσῃς ὅσῃς
Ἰν' ἑσπέρῃ μανίσσῃ, ἀλλ' ὅσῃς ὅσῃς*

Putatur quoque ad Romanum morem allusisse, quo Consul è curia domum suam deducebatur.

MEDIVM QVEM AD LIMINA DVCVNT) Ad quæ tandem limina? ad suam ipsius domum, ad magni teſta tonantis, ut vocat 1. Metamorph. Ouid. Et aliàs quoque deos quemque suam habere domum in cælo à Vulcano fabrefactam, fabulatur Homerus 1. Iliad. 34

- Interea Rutuli portis circūm omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.
120 Ast legio Æneadūm vallis obſeſſa tenetur:
NEC SPES VLLA FVGÆ. miſeri ſtant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona.
Aſius Imbraſides, Hicetaoniusq; Thymoetes,
Aſſaraciq; duo, & ſenior cum Caſtore Tiberis,
125 Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus, & Hæmon Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore ſaxum,
Haud partem exiguam montis Lyrneſius Acmon,
Nec Clytiogenitore minor, nec fratre Menestheo.
130 Hi iaculis, illi certant defendere faxis,
Moliriq; ignem, neruoq; aptare ſagittas.
Ipſe inter medios Veneris iuſtiſſimu cura
Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum:
(QVALIS GEMMA MICAT, FVLVVM QVÆ DIVIDIT AVRVM,
135 Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Incluſum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur) fuſos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli ſubneſcit circulus auro.

PORTIS CIRCVM OMNIBVS INST.) Ad E intermiſſam caſtrorum oppugnationem redit, è quibus feliciter euasérat Turnus. Inſtabant circūm omnibus portis, id eſt, circumfuſi erant ad portas omnes. Seruius.

VALLIS OBSESSA) intra vallos, id eſt, fuſtes foſſarū, qui valli vocantur. Nam munitio ipſa vallum dicitur, neutraliter. Et hoc dicit, tenebantur Troiani intra vallos, quos ipſi poſuerant, ne eorum caſtra facile irrumperent Rutuli. Seruius.

Lkk*

Nac

NEC SPES VLIA FUGÆ) Fuga miserimum, & vltimum præfidiū est: tamen hoc etiam carebant. Seruius. * Cornificius poeta cum cerneret bello inter Octavianum, & Antonium milites frequentes fuga se mandare, lepores illos galeatos appellabat. Quidam Spartanum claudicans cum abiret in militiam, admiranti, quid ita in bellum proficisceretur, cum esset claudus, quia, inquit, pugnare solo, non fugere.

ASIVS IMBRASIDES) Per quos, quanta vi, & viribus castra defensa sint, narrat disertissimè. Dum autem singulos dicit, & nomina specialiter enumerat, raritatem ipsam, de qua superius (*Et raramuros cinxere corona*) euidenter expressit. Nam qualis acies, prima in fronte constituta, quam cōficiēbant non plus sex homines? Donatus.

HI IACVLIS, ILLI) Non euidenter dixit, qui sint hi, qui illi: sed ex genere telorū intelligi possunt. Illi enim pugnabant saxis, qui fuerunt in edito Troiani: illi verò, Græci, iaculis, qui constituti videbantur in plano. Don.

VENERIS IVSTISSIMA CVRA) dilectissimus Veneri, & meritissimò. Non solum esse alicui curæ, sed esse alicuius curam dicimus, vt amorem exprimamus. Æneid. I. Venus de eodem Ascanio, *ad urbem Sidoniam, puerire parat, mea maxima cura*. Cyrenæ ait Arethusa de eius filio Aristæo Georg. 4. *tua maxima cura Tristis Aristæus*. Alibi alia testimonia producta sunt.

DARDANIVS PVER) In illa necessitate rerum, Ascanius quoque certantibus fuit admixtus, pueriles annos animi virtute præueniens. Nudum habens caput, hoc est, sine galea, quoniam ab Apolline prohibitus fuit pu-

Agate, responso quo dictum est; *Cetera phœci puer bello*. Donatus.

QUALIS GEMMA MICAT) Auctores fere sic vtuntur, vt gemma omnis lapillus pretiosus sit, margarita concharum partus. Iurecos. verò gemmas esse volunt, quæ pellucidæ sint materiæ, velut smaragdi, chrysolythi, amethysti: lapillos verò contrariæ superioribus naturæ, vt Obsidiani, Veientani. Margaritas autem nec gemmis, nec lapillis annumerant. Sic Horat. Ode. 24. lib. 3. *Gemmas, & lapidos, aurum & inutile*. Plin. initio libr. 37. gemmas violari signis nefas ducebant. Id enim de pellucidis intelligo. Torrent. in Suetonij Aug. cap. 30.

FVLVVM QVÆ DIVIDIT AVR.) quæ est in medio annuli aurei.

ORICIA TEREBINTHO) De terebintho cum eodem epitheto Propert. est autem Oricum in ora Macedonia oppidum.

*Sed Thyæ thalamo, aut Oricia terebintho
Effulsum pluma versicolore caput.*

FVSOS GERVIÆ CUI LACTEA CRINES) Fusos habuit in ceruicem crines, circulo tamen aureo tenebantur.

MOLLI SVBNECT. CIRCVLVS AVRO) Molle aurum ad speciem futuram retulit, non ad ipsam materiam, vt productum magis, quàm solidum fuisse videatur, ne oneri magis esset puero, quàm decori. Donatus. Libr. 5. de pueris Troiam ludum lusus. *in pectore summo Floxilis oborti per collum circulus auri.*

- Te quoque magnanimæ viderunt Ismare gentes
 140 Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,
 Mœonia generose domo: vbi pingua culta
 Exercentq; viri, Pactolusq; irrigat auro.
 Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
 Aggere murorum sublimem gloria tollit:
 145 Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.
 Illi inter sese duri certamina belli
 Contulerant, media Æneas freta nocte secabat.
 Namq; vt ab Euandro castris ingressus Etruscis,
 Regem adit, & regi memorat nomenq; genusq;
 150 Quidūe petat, quidūe ipse ferat: Mezentius arma
 Quæ sibi conciliet: violentaq; pectora Turni
 Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus,
 Admonet: immiscetq; preces. Haud sit mora, Tarchon
 Iungit opes, fœdusq; ferit. tum libera fatis.
 155 Classē conscendit, iussis gens Lydia diuūm
 Externo commissa duci. Æneia puppis
 Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones:
 Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
 Hic magnus sedet Æneas, secumq; volutat
 160 Euentus belli varios: Pallasq; sinistro
 Affixus lateri, iam quærit sidera, opacæ
 Noctis iter, iam quæ passus terraq; mariq;.

VVLNERA DIRIGERE) Vulnera dicit Ismarum dirigere, id est sagittas, sicut in 2. Æneid. *illum ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur*. Aut acerrimè expressit.

Cineuitabiles sagittas, dicens eum vulnèra, non tela dirigere. Ita Seruius.

CALAM. ARMARE VENENO) Lib. superiore de Amyco

myco. *quod non felicius alter Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno.* De Mibis Æthiopiæ populis, Silius. lib. 3. *sceleratq; succis Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno.* De sagittis veneno illitis audi Plin. lib. 18. cap. 1. Genuit venena tellus, sed quis inuenit illa præter hominem? cauere, ac refugere alitibus, ferisque satis est. Atque cum arbore exacuant, limentque cornu elephanti, & saxo rhinocerotis, & vtroque apri dentium ficas, sciantque ad nocendum se præparare animalia, quod tamen eorum tela sua, excepto homine, venenis tingit? Nos & sagittas vngimus, & ferro ipso nocentius aliquid damus.

PACTOLVSQVE IRRIGAT AVRO) De Pactolo M. Varro Satyra, quæ inscribitur Lex Mœnia. *Non hos Pactolus aureas undas agens Eripiet unquam à miseris.* Quæ ratione Pactolus euaserit aurifluus, narrat in hæc verba Fulgentius lib. 2. Mida rex Apollinem petiit, ut quidquid tetigisset, aurum fieret. Cumq; promeruisset, munus in vitionem conuersum est, cœpitque sui voti effectum torqueri. Nam quidquid tetigerat, aurum statim efficiebatur. Erat ergo necessitas aurea, locuplesque penuria. Nam & cibus, & potus, rigens auri materia, marmorabat. Itaque Apollinem petiit, ut malè desiderata conuerteret. Responsum accepit, ut tertio caput sub Pactoli fluminis undas subderet. Quo facto, deinceps aureas arenas Pactolus trahere dicitur.

VBI PINGVIA CVLTV) *πῖονα ἔργα* Homero. Culta vocat agros, siue arua, culta ad efferendam segetem. Georg. 1. *interq; nitentia culta Infelix lolium.* Vbi ipsas segetes intelligit. Sic Georg. 4. *Quæ niger humectat flauentia culta Galefus.*

ET CAPYS, HINC NOMEN CAMPANÆ) Capyn dedisse nomen Capuæ, auctores etiam Stephanus, & Strabo lib. 3. Vnde & Lucanus lib. 2. Capuam innuens, *trepido discedens agmine Magnus Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni.* Quamuis alij, ut Plinius, Capuam à camporum capacitate, & latitudine, ut Campaniæ caput, & metropolin deducant: alij, à Capi, hoc est, falconis augurio.

DVRI CERT. BELLI CONTVL) Ad historiam reuertitur de Ænea, quem in extremo octauo ad Tarchontē in Etruriam abiisse scripserat. Venuit dictum, certamina belli inter se conferre. Sic Epig. lib. 3. *ὄλετο δ' ἐν περ-μάχοις ὁξὺν ἄρην συνάγων.* Et sæpe apud Homerum. *συνάγει ἄρην, συνάγειν μάχην, & χῆρας.* Dicunt item *συμβάλλειν πρὸς τῖνα, vel τινί, & συμβάλλειν ἄλῳνα & ἔχθραν.* Ger. NAMQVE VT AB EVANDRO) Notanda est admirabilis, & concisa ἀνακισθαλαίσσις, rerū repræsentatio breuiter propositarum ab Imperatore, auxilium suis maturante, & in celeritate bonam partē belli administrandi, & expediendi ponente. German.

MEMOR. NOMENQVE, GENVSQVE) Intimauit Tarchonti Æneas primo personam suam: hoc est, indicauit quis esset, & quantus: oportuit enim Tarchontem nosse, cum quo, vel cum quali potius iuncturus esset amicitiam. Indicauit & genus, ne ignobilem putans spernendum potius, quam suscipiendum duceret. In editione autem generis non dubitamus eum asseruisse, quod Ioue auo esset, & Venere matre progenitus. Dehinc subiecit quid peteret, quidue ipse ferret: facilius enim postulata impetrat, qui se ostendit oblata vicissitudine profuturam. Petiuit auxilium, & vicissim promisit. Ostendit quantum sibi armatorum populorum Mezentius iungeret, ut ita aduerteret, etiam se opprimi posse violentia plurimorum. Iubebat considerare Turni personam violentam, hoc est, quæ nihil cogitaret, nihil respiceret, nisi quod esset quietis rebus, & placidis

animicum. Nam qui Tyrrhenorum hostem Mezentium susceperat, etiam se hostem illorum fuerat cōfessus. Ad extremum monebat cogitare, nullam esse felicitatem certam, ac stabilem, magnam esse rerum varietatem: & hoc solatium esse vitæ humanæ tutissimū, si vel mutua dentur auxilia: vel si in prosperis positi, etiam subiecta consideremus. Tandem quoque preces rationibus adiunxit. Donatus, & Seruius. * *Nomine poeta seipsum exponit? Quidue perat, quidue ipse ferat. Hoc enim nō aliud est, quam quod Æneas Euandro in 8. aquo similiter, & prius quidem, petro auxilia.*

Accipe, daque fidem, sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.

TVM LIBERA FATIS GENS LYD.) Auguror significari, liberè licuisse militatum ire Etruscis, nihil repugnantibus fati, cum Æneæ externo duci commissi essent. Nam duce Etrusco ne militarent in Mezentium, vatū effatis moniti ante fuerant. Turneb. lib. 2. cap. 21.

* *Hac dicit Euander Ænea, lib. 8.*

Toto namque fremunt condensæ littore puppes:
Signaque ferre iubent: retinet longæuius aruspex,
Fata canens. O Mæoniæ delecta iuuentus,
Flos veterum, virtusque virū, quos iustus in hostem
Fert dolor: & merita accendit Mezentius ira:
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
Externos optate duces. tum Etrusca refedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuū.

PHRYGIOS SVBIVNCTA LEON.) Ob venerationem Idææ matris, nauis Æneæ habebat leones in puppi: illi enim sacri sunt leones. Magnum dicit Æneam, magni consilij, magnarumq; cogitationum: ad animum siquidem refert. Quomodo autem non curis omnibus soluerent impetrata auxilia? & tamen cum ipsis sine cura non fuerat, iudicans, in euentu magis, quam in hominum multitudine constitutam victoriam: utpote quæ penderet ex casibus: sperare debere prosperum, sed timere contrarium. Donatus, German.

GRATISSIMA TEVCRIIS) propter facta nauigia, cæsa ibidem materia. Lib. 3. *classēq; sub ipsa Antandro, & Phrygia molimur montibus Ida.* Quia, inquam, parantibus fugam euerso Ilio, Ida materiam nauibus suppeditauit.

EVENTVS BELLI VARIOS) Cic. pro Milone. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemq; communem: qui sæpe spoliantem iam, & exultantem euerit, & perculit ab abiecto. Et Philipp. 11. sed ut concedā incertos exitus esse belli, Martem communem. Liuius lib. 10. belli Punici. Cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque belli communem propone animo. Vide prouerbia, *Omnium rerum vicissitudo, & Mars communis.* Dauid Rex ad Ioabum ducem suum, qui in obsidione cladem acceperat, per internuntium. Non te frangat ista res: varius enim est euentus belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius. Reg. lib. 2. cap. 11. Consentanea prorsus Cicero pro M. Marcello. Et certè in armis militum virtus: locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, cōmeatus multum iuuant. Maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat: & quidquid est prospere gestum, id præne omne ducit suum.

SINISTRO AFFIXVS LATERI) Longiusculam, & eruditam disputationem, vter locus antiquis honestior fuerit, dexter, an sinister, videbis, si voles, apud Lipsium. Elect. lib. 2. cap. 2. In sedendo certè dexter locus videtur priores habuisse. Id, quam plurimis scriptorū locis demonstrari potest. Sueton. Nerone, cap. 13. Perductum inde in theatrum (Regem Armeniæ) ac rursus supplicantem, iuxta se latere dextero collocauit. Cyrus conuiuas sibi valde charos ad læuam suam in accumbendo collocabat, tanquam cordi propiores, & ut ait Xenoph. lib. 8. *Pædiæ, quod læua magis obnoxia sit insidiis.*

Kkk. * 2

Qv44

QVÆRIT SID. OP. NOCTIS ITER) *Ennius Iphig. Co-*
gens sublime etiam atque etiam noctis iter *Valer. Flaccus lib. 7.*
Noxque suum peragebat iter.] Altra etiam cætera (præter
solem, & lunam) vel ortu, vel occasu suo certis stationibus
opportunitates temporum subministrant. Sed & nauigiis, quod
minus errabundo cursu per immensum vagentur, regimen præbent,
cum ea ritè gubernator obseruans, ad portum destinati littoris peruehatur. La-
ctant. de ira dei, cap. 13.

IAM QVÆ PASSVS TERRAQVE, MARIQVE) QVÆ-

arentem induxit Pallantem superflua, quæ ipsa illo tem-
pore ab ipsa persona, si maturi hominis affuisset inten-
tio, non debuerant queri. Denique noluit comprehendere
AENEÆ responsum * *id est, noluit dicere Aeneam res-*
pondisse ad quasita inuenit: quod tamen Homerus facisset, & re-
sponsa ipsa sine controuersia posuisset: qui etiam in medio fermore
certaminis longa fingere colloquia, & descriptiones texere consue-
nit: & que adeo decorationem sapientiam ducit. } vt ostende-
ret cum magis necessariis cogitationibus, non puerili-
bus quasitis fuisse districtum. Donatus.

- PANDITE NVNC HELICONA DEÆ, CANTVSQVE MOVETE,
Quæ manus interea Tuscis comitetur ab oris
165 Ænean, armetq; rates, pelagoq; vehatur.
Massicus ærata princeps secat æquora Tigri:
Sub quo mille manus iuuenum, qui mœnia Clusi,
Quiq; urbem liquere Cosas: queis tela sagittæ.
Corytiq; leues humeris, & letifer arcus.
170 Vnà toruus Abas. huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos,
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.
175 Tertius, ille hominum, diuûmq; interpretes Asylas,
Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent,
Et linguæ volucrum, & præfagi fulminis ignes:
Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alphææ ab origine Pisæ,
180 Vrbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.
Tercentum adiiciunt (mens omnibus vna sequendi)
Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis,
Et Pyrgi veteres, intempestaq; Grauiscæ.

PANDITE HELICONA) Phocidis mons est Parnassus, B
isq; biuertex, seu biceps, quod testatur Ouid. i. Metam.

*Mons ibi vertibus petit arduus astra duobus,
Nomine Parnassius, superatq; cacumine nubes.*

Quod autem litteratores Seruium, cacum ducē secuti,
duos istos vertices Citheronem, & Heliconem faciunt,
qui sunt montes Bæotiz, in eo erroris conuincuntur à
Beroaldo, Annotat. in Seruium, quem consule. Heli-
con frequetatur à Mûsis, quas nunc aptè, vt in re ardua,
rursus inuocat. Nam quemadmodum oratori nō mo-
dò in exordio, verum etiam alibi per totam orationem,
confirmationemue renouare beneuolentiam concess-
um est: sic poetis, quoties dignus vindice nodus (vt di-
cam cum Horatio) inciderit, non ipso tantum poema-
tis initio, sed cum res aliqua vel difficilis, vel granitate,
& magnitudine rara, & inusitata, vel nouitate admi-
rabilis se obrulerit. Sic in 7. *Tu vatem tu diuamone, dicam*
horrida bella, &c. Hac ipsa de re monuimus lib. superio-
re, ibi, *Vos o Calliope precor aspirate canenti.* Subiungit
verò hic inuocationi propositionem Virgilius, & se nar-
raturum promittit, quanta, quibus è locis Etruriæ au-
xilia cum AENEÆ in Latium venerint. In septimo quo-
que, antequam catalogum copiarum Turni texeret, in-
uocationem, propositionemque præmisit.

*Pandite nunc Heliconæ deæ, cantusq; monete,
Qui bello exciti reges, quæ quæmq; secuta
Complerint campos acies, &c.*

Imitatur his catalogis Homerum 2. Iliad. Adi Macro-
b. Saturnal. lib. 5. cap. 16. ✱

MASSICVS ÆRATA PRINCEPS) Hic est alter cata-
logus copiarū Æneæ naualium: positus est enim vnus
in lib. 7. Turni copiarum terrestrium: quanquam &
suis Æneas non nisi in terra vsurus est: sed ita vocauit,
quoniam non terra, sed mari aduentant, & iam paratæ
cum nauibus, ducem externum oraculo moniti exspe-
ctabant. Quatuor versibus, & nomen ductoris, & na-
uis, & numerus militum, & loca vnde mitterentur, &
genus armorum exprimitur. Dicitur autem nauis hæc
Tigris, vt infra alia Tritō, alibi quædam Centaurus, quæ-
dam Pristis, videlicet à signis pictis, sculptisue quibus ca-
rū proræ, aut puppes insignirentur. Qua de re scriptum
à nobis alios loco in his Symbolis. Vide etiā infra sym-
bolā Turnebi, ad illa, & *aurato fulgebat Apolline puppis.*
Nauis qua Iupiter Europam rapuit, insigne habuit tau-
rum, vnde fabula, taurum rapuisse Eropam. Consule
Alexand. Neap. lib. 4. cap. 2. ✱

CORYTIQVE LEVES) Coryti, vt explanat Seruius,
sunt thecæ arcuum, quanquam & sagittarū, aliàs pha-
retæ.

retra. Sed Lipsius Antiquarum lib. 1. cap. 2. hoc loco legit, *Coriciq; lenas*, emendās hunc locum Nonij in *Catapulta*, Silenna Historiar. lib. 3. Præterea catapultas 16. 4. balistas, 20. plaustra corijs, ac minoribus sagittis onusta. quid corij nomen, inquit, inter genera telorum? lego, plaustra coricis. Ita appellantur leuia missilia, in morem sagittarum. Virgil. *Coriciq; lenas humeris, ac leviser arcus*. Quid tibi videtur Lector?

VNA TORVVS ABAS) Toruum, inquit Donatus, accipere possumus aut oculis distortis, aut contracto vultu. Fortasse *συνθροον* intelligit. Laudat huius Abantis cohortes ab armorum nitore, qui ad hostem terrendum valet, & in disciplina sua militari ne hoc quidem Romani negligebant. Laudat deinde eosdem à scientia bellandi: est enim ars militaris: nec quiuis qui gladium potest educere, statim bello censendus idoneus. Nam tales sæpe, cum ad conflictum erit veniendum, proiecto scuto pedibus salutem sibi quærent.

AVRATO FVLG. APOLL. PVPPIS) Aurato simulacro Apollinis, siue aurata eiusdem imagine.

Veteres in puppi sacratium quoddam habebant, veluti lararium. Persius Sat. 6. *iacet ipse in littore, & vna ingentes de puppe dij*. Helychius. *πάλαιος θεὸς ποινίας, ὃς ἰσῆσι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νῆων*. Hæc tutela nauiserat, & insigne. D. Lucas in Actis cap. 28 *ἀνέστημεν ἐν πλοῖς, καὶ λαχόμενοι ἐν τῇ νήσῳ ἀλεξανδρίῳ πρεσβυτέρῳ διοσκύρις*. Sanè in veteri lexico tutela ipsa appellatur *πρεσβύτερος πλοῖν*. Ea etiam causā, cur puppi coronas imponerent, quod ibi sacratium nauigij erat. Maro 1. Georg. *Puppihus & lati nauta imposuere coronas*. Turneb. lib. 19. cap. 2.

EXPERTOS BELLI IUVENES) belli peritos, *ἐμπειροὺς πολέμοιο*. Participium in nomen degenerat. De Ilua insula, quam poeta inexhaustis generosam metallis appellat, hunc in modum Seruius. Quantum exhausta fuerit, tanto generosior. Ergo *inexhaustis* non est vna pars orationis: [non est vox decomposita, vult dicere, ex duplici propositione videlicet, & participio: sed composita modo, & in, est separatim legendum.] namque Plinius Secundus dicit, Quum in alijs regionibus effossis metallis terræ sint vacuæ, apud Iluam hoc est mirum, quod sublata repascuntur, & rursus de iisdem locis effodiuntur. Varro & aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in stricturam. Vide Plin. lib. 3. cap. 6. & lib. 34. cap. 14.

HOMIN. DIVVMQVE INTERP.) Interpretes diuū sunt, qui deorum mentes nobis indicant.

CÆLI CUI SIDERA PARENT) Verbum *parent*, est, penitissimè cognoscuntur, idque ad omnia referendum est, ad fibras, sidera, linguas volucrum, fulminis ignes. Nihil erat ei occultum. * Cum hoc *Affla* & *ate* componendum *Helenus*, de quo *Æneas* lib. 3. cum *variam* & *varicimandi* scientiam referens.

Troiugena interpres diuū, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

PRÆSAGI FVLG. IGNE) Dicuntur *κατανοοῦντες* interpretes fulminis.

RAPIT) raptim ducit.

DENSOS ACIE) in acie constrictos, & coniunctos.

ALPHEÆ PISÆ) Alpheus fluuius est apud Pisam, & Elidem ciuitates Arcadiæ, ex quibus locis venerunt, qui Pisas in Italia condiderunt, dictas à ciuitate pristina: vnde addidit, *Vrbis Etruscæ solo*, quum præmisisset, *Alpheæ ab origine Pise*. Seruius.

SEQ. PVLH. ASTVR, ASTVR EQVO) Astur commendatur vt *ἰπποδάμο*, optimus eques. Talis figura est Eclog. 10. *Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo: Gallo cuius amor*. Et Georg. 4. *Oceanitides amba: Amba autro pictis incincta pellibus*.

ADICIUNT) id est, accedunt, & consentiunt eius voluntati: quod explicatur, *mens omnibus vna sequendi*. Ita Seruius. Donatus autem. Qui sunt isti, qui adijciunt, & quibus vna est mens sequendi? *Qui Cærete domo, &c.* * Ego ordinem Verborum istum esse iudico. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis, &c. *isti inquam, adijciunt numero iam dicto, seu pro parte sua trecentos*.

QVI CÆRETE DOMO) ac si diceret, qui sunt domo Carthagine. Cæretanorum laudes exequitur Strabo lib. 5. Hi enim Gallos, qui Romam ceperant, debellauerunt, adortie eos in Sabinis: inuitisq; eam extorserunt prædam, quam illi volentibus Romanis abstulerant, &c.

MINIONIS IN ARVIS) Minio fluuius est.

INTEMPESTÆQVE GRAVISCÆ) Intempestas Grauis accipiamus pestilentes, secundum Plinium in naturali historia, & Catonem in Originib*, vt intempestas intelligamus sine temperie, id est, tranquillitate. Nam vt ait Cato, ideo Grauisca dicta sunt, quod grauem aërem sustinent. Seruius.

- 185 Non ego te, Ligurum ductor, fortissime bello
Transierim Cygne: & paucis comitate Cupauo:
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ:
CRIMEN AMOR VESTRVM, formæq; insigne paternæ.
Nanq; ferunt luctu Cygnum Phaëthontis amati,
190 Populeas inter frondes, vmbra q; sororum,
Dum canit, & mœstum musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linguentem terras, & sidera voce sequentem.
Filius æquales comitatus classe cateruas,
195 Ingentem remis Centaurum promouet: ille
Instat aquæ, saxumq; vndis immane minatur.
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis,

Kkk* 3

Qui

- 200 Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua nomen,
Mantua diues auis: sed non genus omnibus vnum:
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires.
Hinc quoq; quingentos in se Mezentius armat,
205 Quos patre Benaco, velatus arundine glauca,
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis Auletes, centenaq; arbore fluctum
Verberat assurgens: spumant vada marmore verso.
Hunc vehit immanis Triton, & cærule concha
210 Exterrens freta: cui laterum tenuis hispida nanti
Frons hominem præfert, in pristin definit alius:
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.
215 IAMQVE DIES CÆLO CONCESSERAT, ALMAQVE CVRRV
NOCTIVAGO PHOEBE MEDIVM PVLSABAT OLYMPVM.

NON EGO TE LIGVRVM) Genus est transitus, A flet, in auem sui nominis conuersus sit, ita canit Ouid. propter odiosam nominum continuationem, quod in Catalogis semper est. Hic igitur fortissimus fuit, Cupauo inquam, omnium Ligurum: quod cum dicitur, ostenduntur etiam illi fortes, quibus prælatus esse videbatur. Et laudauit in istis, quod alio loco in alijs. *Exigui numero, sed bello vinida virtus.* Venit deinde ad ipsius ducis cultum, & ait olotinas pennas fuisse in eius galea. Et more suo vult inducere fabulam de Cygno, vt in catalogo septimi libri de Hippolyto fecit. Inter tædia quippe tot nominum, quibus ipsi homines, montes, loca, & flumina significantur, immissa narratio legentem subleuare debet, & erigere audientem. Donatus.

CVIVS OLOR. SVRG. DE VERT. PENNÆ) Cristarum colores duos ponit Polybius, puniceum, & nigrum: ille honestior, & aptus sanguineo Marti: hic tristis, & Diti facer, ad quem multi in ferali hoc certamine ibant. Puto viliorum fuisse, nec legi exemplum. De candido, qui etiam color festus, & dignior, etiam Statius, *capiti intremis area castis Ter ninea scandente iuba.* Dat Annibali & Silius lib. 2. *vibrant cui vertice coni Albentis ninea tremulo nutamine penna.* Lasciua postea in hac re, assumpsere etiam pauonum. Sed fallor, aut regia, & lunonia hæc auis non nisi in Regum, & Principum vsu fuit. Indicat Claudian. qui de 6. eius consulatione, Honorio suo talem dat. *Quod picturatas galea lunonia cristas Ornet auis.* Sed etsi de nigris, & fulcis negari legere, non tamé ambigo quin tulerint: vt aquilæ, & talium auium, quæ pugnaces, aut rapaces, vel ominis scilicet causa. Lipsi. de Milit. 3. dial. 5.

CRIM. AMOR VESTRVM FORMÆQVE INSIG. PATER.) hunc continet sensum. O Cygne Cupauo, fili Cygni, cuius pater dictus est Cygnus: vestrum crimen, id est, ista poena transmutationis, ob amorem contigit vobis. Nam pater tuus ob amorem Phaetontis in cygnum transmutatus est: & inde cygnæ pennæ, quas tu geris in galea, paternam formam indicant: non quæ ab initio habuit: sed quam luctu amicissimi sui Phaetontis est adeprus. Sic Donatus. Sequitur fabula.

NAMQVE FERUNT LVCTV CYGNVM) Quomodo Rex Ligurum Cygnus, dum in fluuio Eridano Iouis ira submersum cognatum, amicūque Phaetontem de-

lib. 2. Metamorph. præcedentibus autem versibus sororum Phaetontis transformatio in alnos, siue populos narratur, qui versus à nobis recitati sunt Eclog. 6. ibi, *Tum Phaetontiadas musco circumdat amara Corticis, &c.*

*Affuit huic monstro proles Sthenelēia Cygnus:
Qui tibi materno quamuis à sanguine iunctus,
Mente tamen Phaeton propior fuit. ille relicto
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat urbes)
Imperio, ripas virides, amnemq; querelis
Eridanum impleat, syluamq; sororibus auctam:
Cum vox est tennata viro, canaq; capillos
Diffimulant pluma: collumq; à pectore longe
Porrigitur, digitosq; ligat iunctura rubentis.
Penna latus velat: tenet os sine acumine rostrum:
Fit nova Cygnus auis: nec se calog; fouiq;
Credidit, vt iniuste missi memor ignis ab illo.
Stagna petit, patulosq; lacus: ignemq; perosus,
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.*

Extremi quatuor versus repugnant extremo Maronis, *Linguentem terras, & sidera voce sequentem.* Cui consonant illa Eclog. 9. quamquam ἀλλήλοισι dicta.

*Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis)
Cantantes sublimē ferent ad sidera Cygni.*

ET I. ÆNEID. *Aspice bis senos latentes agmine cygnos, &c.* Sed Ouidius accommodatè ad fabulam, Virgilius ad etus Caus naturam appositè locutus est. Nam etsi plurimum in aquis habitet, non tamen volatus ei denegatus est: & inter ἀμφίβια numeratur. Legas licet, quæ ex Paulania in Atticis producit Vrsin. Fingit & Horat. libr. 2. Ode ult. se in cygnum conuerti, qui locus cum hoc conferendus est.

--- & album mutator in alitem
Supernè, nascunturq; leues
Per digitos, humerosq; pluma.

Supernè mutari in alitem, est canitiem ducere, in temporibus nimirum. Virgil. *Temporibus geminis canebat sparsa senectus.*

Fabulæ Phaetontis, eiusque μυθολογίας, siue interpretationis meminit Plato in Timæo. τὸ δὲ ἦν τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενον, &c. Lucret. quoq; lib. 5.

Auis

*Atia cum Phaetontarapax vis solis equorum
Aethere raptavit toto, terrasq; per omnes:
At pater omnipotens ira tum percussit acri,
Magnanimum Phaetonta repenti fulminis ictu
Deturbanis equis in terram solq; cadenti
Obnix eternam suscepit lampada mundi,
Disiectosq; redegit equos, iunxitq; tremantes.
Inde suum per iter recreavit cuncta gubernans,
Scilicet ut veteres Graiâ cecineret poeta,
Quod procula vera est animi ratione repulsum.
Ignis enim superare potest, ubi materiai.
Ex infinito sunt corpora plura coorta,
Inde cadunt vires aliqua ratione reuicta,
Aut pereunt res exusta torrentibus auris.*

Quæ Lucretij sententia non ita ab illa Platonis discedit German.

Vtramq; fabellam, de casu Phaetontis, & mutatione sororum planissime narrat Seruius. Germanus verò dçtè admodum ostendit, quò pacto hic in populos conuersas dicat, cum in Eclog. 6. in alnos commutatas dixerit.

UMBRAQUE SORORVM) Catull.

*Non sine nutanti platano, lentâq; sorore
Flammâ Phaetontis, & aëria cupressu.*

SIDERA VOCE SEQUENTEM) Expone, cælum cum cantu petentem.

FILIVS ÆQVALES) Filius eius (Cygni) quem supra cum pennis cygnæis descripsit, ducebat cateruas æquales, aut ætate scilicet, aut armorum cultu. Sic Donatus. At vero Seruius, per naues æqualiter habens distributas cateruas.

INGENT. CENTAVR.) Centaurum vocat nauem, à centauri simulacro, quod vndis imminere, & saxū iam iam in mare proiecturum videbatur. Id simulacrum vel in prora cōspiciebatur, vel in puppi, quomodo, Tigris, Triton, Apollo, & quibus supra.

OCNVS FATID. MANT. QVI MYROS, MAT.) Ocnus conditorem Mantuæ, filium Mantus fuisse Maro scribit, quæ filia Tiresiæ fuit. Eam tradit Suidas (quod adijciendum putavi) Sibyllam fuisse Thessalam. Turneb. lib. 29. cap. 24. [Inuenit occasiōem poeta, inquit Donatus, quæ aliquid diceret de patria sua, & plurimum sibi arrogauit, quod Romano ductori etiam Mantua auxilium prouideret. Quem porro hic Ocnus, Eclog. 9. Bianorem vocat.] Sed cum olim potens fuerit vrbs, Virgilij ætate plurimum de antiqua dignitate amiserat, ut etiā de magnitudine, eratque inferior multis Etruriæ urbibus: quæ iuvene etiam Marone, agri parte multata ob vicinitatē Cremonæ, pæne pessum ierat. Idem lib. 2. cap. 21.

SED NON GENVS OMNIBVS VNVM) Populares apud Athenienses sunt, qui apud Romanos tribules, *συμπόται* ab illis dicti. In decem enim populos Attica diuisa fuit. Ita quoque Etruria in duodecim olim populos discreta fuit, qui certis etiam sedibus distincti fuere. E Nannius lib. 2. cap. 15.

Operæpretium fore censui, ad perspicuam horum versuum intelligentiam Seruii verba subiungere. Origo Mantuanorum & à Tuscis venit, qui Mantuæ regnabant, & à Venetis: nam in Venetia posita est, quæ Gallia Cisalpina dicitur.

GENS ILLI TRIPLEX, &c.) quia, inquit idem Seruius, Mantua tres habuit tribus, quæ in quaternas curias diuidebantur, & singulis singuli Lucumones imperabant, quos tota in Tuscia duodecim fuisse manifestum est, ex quibus omnibus vns præerat. Hi autem totius Tusciæ diuisas habebant quasi præfecturas, sed omniū populorum principatum Mantua possidebat: vnde est,

A *Ipsa caput populis, quia totum robur à Lucumonib; habuit, ideo, Tusco de sanguine vires.*

Etruscos in 12. partes distributos latè à supero ad inferū mare imperio Italiam tenuisse, Liuius auctor lib. 5. Tuscorum, inquit, ante Romanum imperium latè terra, mariq; opes patuere. Mari supero inferoq; quib. Italia insulæ modò cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento, & alterum Tuscnm, communi vocabulo gentis, alterum Hadriacum mare, ab Hadria, Tuscorum colonia, vocauere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum, atq; Hadriaticū vocant. Ii in vtrumq; mare vergentes, incoluere urbibus duodenis terras, prius cis Apenninum totidē, quot capita originis erant, coloniis missis. Quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetiorū angulo, qui sinū circū colunt maris, vsq; ad Alpes tenuere.

QVING. IN SE MEZENT. ARMAT) id est, odio sui ad arma aduersum se excitat quingentos.

QVOS PAT. BEN.) Benacus est lacus Venetiæ, de quo fluuius nascitur Mincius. Iure ergo dux Venetus fluuiū prouinciæ suæ depinxit in naui, quæ Benaci filiū, quia ex ipso habet originē, dicit. Vide omnino Alex ab Alex. c. 28. lib. 3. Tulci vnde duxerint originē, & quæ duodecim vrbes fuerint, quarum consilio bello gerebantur.

VELATVS ARVND. GLAVCA) Hoc dictum propter arundineta lacus, & amnis istius.

CENTENAQUE ARBORE) Cur nō ait centemo remo, sed arbore? ad exprimendā nauis magnitudinem, quæ plures habuit remorum ordines. Seruius.

SPVM. VADA) lib. 3. *fugimus spumantibus vndis.* Et lib. 1. *spumas salis ære ruebat.* Catull. de nupt. *Tortaq; remigio spumis incanuit unda.*

IMMAN. TRIT. ET CÆR. CONHA) Sæpenumero credidi, inquit Turneb. lib. 2. c. 21. esse hanc poeticā phantasiā, ut Grāmatici loquuntur. Sensum enim mari rei surdæ, & inanimæ poetarū iure tribui credebā: quasi tā ingens esset Tritonis buccinantis sonus, ut maria terrefacere videretur. [Nunc in alia sum sententia, existimōq; id ex opinione veterum, & religione interpretandū, credentiū buccinatore Neptunū canoro, immaniq; tuba clangore solitū aquas increpare, & iniquā auritæ, (ut audacter, & poeticè loquar) vocari, quæ & imperio solita sint parere.] Itaq; in carmine Ætneo ex ea persuasione scriptum est,

*Nam veluti resonante diu Tritone canoro
Pellit opes collectus aqua, vietusq; mouetur
Spiritus, ac longas emugit buccina voces.*

Et Metamorph. lib. 1. Ouid.

*Ceruleum Tritona vocat, conchaq; sonanti
Inspirare iubet, fluctusq; & flumina signo
Jam renocare dato.*

FRONS HOMINEM PRÆF.) Nomine frontis in Tritone, prima pars hominis intelligēda. Nā hoc dicit, à capite, vsq; ad ima latera, hominis monstrabatur effigies.

TOT LECTI IUVEN. TER. DEN.) Nō est sensus, ut quidā voluerunt, singulos duces tricenæ nauis habuisse, nimis, hoc imperitè: nā enumeratorū militum nō conuenit numerus: præsertim cū sequatur, *subsidio Troia*, id est, paruo auxilio: sed numerū vniuersum nauium, quib. nominati proceres præessent, fuisse triginta. Seruius.

SUBSIDIO TROIÆ) Subsidiū dictum à triarijs, qui subsidebant. Plautus, *Agite nunc, subsidite omnes quasi solent triarij.* Præsidium est dictum, quia extra castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egressi possit inde. Ita Varro lib. 4. de ling. lat. Festus ita. Præsidium est, quod pro salute, & vtilitate alicuius auxilij gratia præponitur: subsidium quod postpositum est ad subueniendum laborantibus. Cornelius Fronto sic. Sub-

sic. Subsidium, quod subest deficientibus: præsidium A imponitur: auxilium repentinum est. Ita subsidium ad custodiam collocatur: auxilium, ut proſit, ex insperato venit.

CYRRV NOCT. PHOEBE PVL. OLYMP.) Quemadmodum sol Phœbus, & Titan, sic luna Phœbe, & Titanis dicitur. Describit noctem mediam, & ait finitum diem, more Romano scilicet, apud quos ciuilis dies est à nocte media, ad mediam insequentem. Nec sine causa fit lunæ commemoratio: nam alioqui nymphæ videri non potuissent. *Noctiuago curru*, quia cursus lunæ nō est rectus per Zodiaci medium, sicut solis, qui currit per eclipticam lineam; quæ Zodiacum bifariam diuidit: cum luna ad extremas Zodiaci decurrat oras, nunc in austrum, nunc in septentrionem declinans, & vagans. Id autem vagum appellatur, quod non rectam secatur viam, sed errare dicitur. Vnde & ἀπὸ τῆς πλάνης, id est, ab errore πλανήται vocati sunt. Seruius. De isto curru Noctis, & equis eius, diximus alio loco, quæ dicenda fuerunt.

Noctiuago curru luna pulſabat olympum, id est, per olympum equis ad currum adiunctis (quorum vngulæ cum rotis cæleste solum pulſabant) inuehebatur. Sic Ouid. Metamorph. de equis solis.

*Jam labor exiguus Phœbi restabat, equiq;
Pulſabant pedibus spatium declinans olympi.*

Eidem vehendæ interdum cerui à poetis attribuntur. An quod motus eius in planetas velocissimus? An quod eadem, quæ Diana, venatrix? *Pulſare pedibus* alioqui est choros ducere Ennius Annali. 1. apud Varron. libr. 6. de ling. lat. & Seruium in 11, *Æneid. Musa que magnū pedibus pulſatis olympum.* Horat. Ode 37. libr. 1. *Nunc est bibendum, nunc pede libero Pulſanda tellus.* Ouid. 6. Fastor. *Pars viridem celeri serpede pulſat humum.* 36.

Olympus aliquando cælum intelligitur, quasi Ὠλύμπου, vel Ὠλ. λαμπροῦ, quod Horatius significans Ode 3. libr. 3. lucidas sedes appellauit. Quandoque Macedoniæ mons est, ut placet Varroni libr. 6. de ling. lat. siue Thessaliæ, ut vult Herodotus libr. 7. siue inter vtramque situs, ut alij asserunt, assurgens, ut Geometrica ratione mensus est Zenagoras, supra 10. stadia. Vnde Lucan. libr. 2. *nubes excedit olympus.* Eandem rem sic vberius extulit Claudian.

— sed & alius olympi

Vortex, qui spatio ventos, hyememq; reliquit,

Perpetuum nulla temeratus nube serenum.

Celsior exsurgit pluuijs, auditq; ruentes

Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcant.

Merito igitur olympus mons, cum nullis sit perturbationibus obnoxius, hoc sibi cum cælo communenome comparauit. Sunt & alij alibi montes olympi, &c. Hieron. Columna. in 1. Annal. Ennij.

Æneas (NEQVE ENIM MEMBRIS DAT CVRA QUIETEM)

Ipse sedens, clauumq; regit, velisq; ministrat.

Atq; illi medio in spatio chorus ecce suarum

220 Occurrit comitum: nymphæ, quas alma Cybele

Numen habere maris, nymphasq; nauibusq; esse

Iusserat. innabant pariter, fluctusq; secabant,

Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.

Agnoscent longè regem, lustrantq; choreis.

225 Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea,

Ponè sequens, dextra puppim tenet: ipsaq; dorſo

Eminet, ac læua tacitis subremigat vndis.

TVM SIC IGNARVM ALLOQVITVR: vigilasne deūm gens

Ænea? vigila, & velis immitte rudentes.

230 Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus,

Nunc pelagi nymphæ, classis tua. perfidus ut nos

Præcipites ferro Rutulus, flammaq; premebar,

Rupimus inuitæ tua vincula, teq; per æquor

Quærimus. hanc genitrix faciem miserata refecit,

235 Et dedit esse deas, æuumq; agitare sub vndis.

At puer Ascanius muro, fossisq; tenetur

Tela inter media, atq; horrentes Marte Latinos.

Iam loca iussa tenet forti permistus Etrusco

Arcas eques. medias illis opponere turmas,

240 Ne castris iungant, certa est sententia Turno.

Surge age, & aurora locios veniente vocari

Primus in arma iube: & clypeum cape, quem dedit ipse

Inuidtum ignipotens, atq; oras ambiit auro.

Crastina lux (mea si non irrita dicta putaris)

245 Ingentes Rutulæ spectabit cædis aceruos.

Niqv

NEQUE ENIM MEMBRIS DAT CURA QUIET. A
De Didone in quarto, nec placidam membris dat cura quietem: Verum alia cura tibi intelligenda, alia hic. Vitanda autem cura omnis placidum dormire, & omnino dormire cupientibus. Vehementem animi in re aliqua intentionem, curamque mentis acriorem solere plerumque somnum aliquandiu impedire, & experimento cōpertum est, & ratione, causaque sua non caret. Tum enim, ut physici tradunt, spiritus vitales in cerebro agitati, calorem à vetriculo prohibent: in quem ille receptus, somnum creditur efficere, vaporibus in cerebrum sublatis, quibus motus, ac sensus omnis sopiatur. Vide 3. Georg. nec somnos abrupit cura salubres.

Tibullus quoque in elegia, qua somnium suum exponit, ita de se loquitur.

*Jam nox atherenum nigris emensa quadrigis
Mundum, ceruleo lauerat amne rotas.
Nec me sopierat menti deus utilis agra
Somnus, sollicitas deficit ante domos.*

Id enim vult innuere, se, cum sollicitus esset, atque anxius, multisque curis torqueretur, maiore noctis parte somnum capere non potuisse. Canterus lib. I. cap. 18.

Ex insomnia igitur ista sequitur cruditas, sequitur molestia animi, & volutatio crebra per lectulum. Tale quiddam de se peruigili Catull. ad Licinium.

*Hesterno Licini die otiosi
Multum lusimus in meis tabellis,
Ut conuenerat esse delicatos.
Scribens versiculos uterque nostrum,
Ludebat numero modo hoc, modo illoc,
Reddens mutua per iocum, atque vinum.
Atque illinc abij tuo lepore
Incensus Licini, facetiisq;
Ut nec me miserum cibus iuuaret,
Nec somnus tegeret quiete ocellos,
Sed toto indomitus furore lecto
Versarer, cupiens videre lucem,
Ut tecum loquerer, simulq; ut essem.*

Libr. 4. de Didone amatoriis incensa furiis, postquam genus omne animantium cōsopitum iam horis nocturnis dixit,

*At non infelix animi Phænissa: nec unquam
Soluitur in somnos, oculisque, aut pectore noctem
Accipit. ingeminant cura, rursusq; resurgunt, &c.*

CLAVVM REGIT, VELISQUE MINIST. Idem officium gubernatoris, pro submerso Palinuro præstitit in extremo lib. 5.

*Quum pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit, & ipse ratem nocturnus rexit in undis.*

Clauum tenere seu regere, pro Rempub. administrare, eleganter per tralationem dicitur. Cic. in Catone. Ille autem clauum tenens, quietus sedebat in puppi. Et pro Sextio. Qui enim clauum tati imperij tenere, & gubernacula Reipub. tractare in maximo cursu, ac fluctibus posse arbitretur. Et ad Pætum lib. 9. epist. Sedebamus in puppi, clauumque tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. Tacitus de moribus Germanorum, ut animaduersum est à Turnebo, lib. 29. cap. 24. Nec velis ministrant, nec remos in ordinem lateribus adiungunt. Est autem ministrare velis, se ministrum velis præbere: ut dicitur, homini ministrare. Lib. 6. de Charonte. Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat. Stadius, ministrare habenis, lib. 7. Thebaid.

*nunc illo sanguine feruet,
Ipse sedens velis, pariterq; ministrat habenis
Delius, &c.*

MEDIO IN SPATIO Medio in spatio, id est, inter nauigandum.

CHORVS ECCE SVAR. COMIT. Chorus est numerus collectus ex plurimis. Comitēs vocat, quod cum essent naues, cum ipso semper fuerant. Donatus.

ALMA CYBELE Alibi mediam corripuit. Sunt qui autem eam esse ambiguum, siue ancipitem. Nonnulli cum producit, geminant, scribuntque *Cybele*, Hen Stephanus arbitrat Virgilium in voce ista græca elemento, id eandem potestatem dedisse, quam habet in quibusdā aliis vocabulis græcis, nominatim in *μύλα*, unde quidam deducunt philomela. Liberum esto lectori iudicium.

ÆRATÆ PRORÆ Rostorum æratorum inuentor fuisse scribitur Piseus, ut est apud Plin. lib. 7. cap. 56. Adhibita autem rostra, non constratis tantum, seu tectis nauibus, sed etiam apertis: nec modò maioribus, sed & minoribus, tradunt Livius libr. 48. & Hirtius de bello Alexand. Plura Steuechius ad cap. 43. lib. 4. Vegetij.

LYSTRANTQVE CHOREIS hoc est, orbe, qui Ciceroni saltatorius: *κλυότες ὑπὲρ χῆμα ἀμφοτέρων*, cantantes, saltantesque obeunt, choro & tripudiis circum-eunt.

FANDI DOCTISSIMA Verbum *fari*, *fandi* poetæ sepius adhibent, cum de quodam oratorio sermone loquuntur. Sic lib. 1. de principe legationis Ilioneo, postquam data copia *fandi*. Lib. 11. *De libertatem fandi*, statimq; remittat. Lib. 6. vsus est verbo orare, quod oratorū est. Orabunt *caussas* alij.

CYMODOCÆA Idoneum nomen nymphæ, à receptu fluctuum.

PONE SEQVENS Æneid. 2. Ponè subit coniux, id est, à tergo. Plaut. Curcul. *Ponè eadem Castoris, ubi sunt, subito quibus credas male*. Ibid. *Ita præ virgo: non queo quod ponè me est, seruire*. Et Pænulo, *Ponè nos recede*. CO. *fiat*. AD. *nos priores ibimus*.

DORSO BMINET peritiam natandi ostendit.

TVM SIC IGNARVM ALLOQVITVR Lib. 1. Æneid. *Tum sic Reginam alloquitur*.

VIGILASNE? VIGILA Verba sunt sacrorum: nam virgines Vestæ certa die ibant ad regem sacrorum, & dicebant, *Vigilasne rex? vigila*: quod Virgilius iure dat Æneæ, quasi & regi, & quem ubique Pontificem, & sacrorum peritum inducit. Seruius. Credo alludere poetam ad symbolum, & vocem illam, quam exituri in bellum duces vsurpabant, Mars vigila, eius custodiam implorantes. German. * *Potest nihilominus referri commodè ad Vigilantiam, qua Principibus magna laudi est. Iactatum est illud Homeri, non decere Principem dormire solidam noctem. Sic Æneæ lib. 1. per noctem plurima voluit. Et hoc ipso libro supra. Hic magnus sedet Æneas, secumque volutat Euentus belli varios. Sic & Iasonem alij dormientibus Vigilantem sacri Placcus Argonaut. lib. 1. solus quibus ordine fufis Impatiens somni ductor manet. Vide symbolum lib. 1. in locum paulò ante adductum.*

VELIS IMMITTE RVDENTES id est, perseuera, & consenti flatibus, quia prosperis successibus nauigas, & habenas nauigij currentis ne retine: ne felicitatis tuæ successus obiecta tarditate impediās. Donatus.

NOS SVMVS IDÆÆ SACRO DE VERT. PINVS Catull. in faselum. *Tuo (Cytore) stetisse dicit in cacumine*.

PERFIDVS, VT NOS RVTVLVVS Perfidiū vocat Turnum: quippe qui post fœdus bella commouit. Vnde Latinus, *Ipsi has sacrilego penderis sanguine pœnas*. Inuitas rupisse vincula dicit, quasi diceret, malueramus tibi seruire potius, quam in nympharum numina commutari. Et nunc te per æquor ideo querimus, ut tibi & hoc ipsum, & statum rerum tuarum indicare possimus. Seruius.

FACIEM MISERATA REFECIT) Aut, re, vacat, aut **A** sedentem excitat, non dormientem. *Sorge age* non est iubentis, sed urgentis ad gloriam. Et aurora, inquit, veniente, hoc est, antequam plena redeat lux, in arma conuocari socios primus præcipe. Primum admonet facere, quæ res vincendi fiduciam promittebat. Consternabuntur hostes, si te primum viderint incipere, aggredi que cæramen, atque armis diuinis instructum. Prædicat & futura, ut verè appareat dea. Si non contempseris dicta mea, probabis, quantas de Rutulis strages videbit crastina dies. Donatus.

AT PVER ASCANIVS MVRO) De filio utique separatim audire pater cupiebat. Neque enim minus nunt, quam olim *Omnia in Ascanio chari stat contra parentis*. Huius ergo illi periculum summum nuntiat. *¶*

TELA INTER MED. ATQVE HORRENT. MARTE LATIN.) qui Marte suo, id est, bellandi ardore horrorem contra pugnantibus incutiunt. Horrens sæpe Virgilio valet horrifera, seu horrificum. Similia his sunt Eclog. 10.

*Nunc insania amor duri me Martis in armis,
Tela inter media, atque aduersos desinet hostes.* *¶*

IAM LOCA IVSSA TENET ARCAS) Æneas terrestri itinere præmiserat Arcadas equites, ab Euandro scilicet acceptos quadringentos, unà cum Etrusco equitatu, quos Turnus obiectis suis equitibus, ne se castris Troianorum iungant, impedire omni ratione conabitur.

MED. OPPONERE TURMAS) Turma est ordo militaris equitum, dicta quasi ter dena, ut ait Varro, quod ter deni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Rhâmensium, Lucerum fiebant. Constabat enim è triginta duobus equitibus, & qui illi præerat, decurio vocabatur. Cic. epist. libr. 5. Interea cognoui multorum litteris, atque nuntiis, magnum eorum equitum numerum, qui in Ciliciam transisset, ab equitum meorum turmis, & à cohorte prætoris occisione occisum. Liuius lib. 1. V. C. Equitum decem turmas ex Albanis legit.

SYRGE AGE, ET AURORA) Horratur ut surgat, sed

INGENTES RVTVLE SPECT. CÆD. ACERVOS) Hoc eodem li. Cum tamen ingentes Rutulorum linquis acervos. Lib. 11. ingentem cadis acervum, & tot stragis acervos. Silius lib. 8. iisdem verbis, *ἄγρῳδοι καὶ τῆς, iam stragis acervis Deficiunt campi*. Catull. de nupt. *Cuius ier castis angustans corporum acervis*. Sic apud Ennium in 14. *Annali pro, Contudit: indigno bello confecit acerbo*. Hieronymus Columna censet scripturam probabilem esse, *Contudit indigne: & bello confecit acervos*, cum, v, littera cum, b, mutua cognatione, ac liberiorum oscitantia facile harum vocum altera in alteram migrare poterit. Huc pertinet, quem ex 2. Catilinaria locum producit cum reliquis supra à me positis. Cn. Octavius cos. armis ex urbe collegam expulit: omnis hic locus acervis corporum, & civium sanguine redundavit. Et ex Varone Mysteriis. Nascimur enim spissius, quam emorimur. Vix duo homines decem mensibus edolatum vinum reddunt puerum: contra, una pestilentia, hostica acies puncto temporis immanes acervos facit.

Dixerat, & dextra discedens impulit altam:
(Haud ignara modi) puppim: fugit illa per vndas
Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta.

Inde alix celerant cursus. stupet infcius ipse
250 Tros Anchisiades: animos tamen omine tollit.

TVM BREVITER SVPERA ASPECTANS CONVEXA PRECATVR.

Alma parens Idæa deum, cui Dindyma cordi,
Turrigeræq; vrbes, biuigiq; ad fræna leones:
Tu mihi nunc pugna princeps, tu rirè propinques

255 Augurium, Phrygibusq; ad sis pede Diia secundo.

Tantum effatus: & **INTEREA REVOLVTA RVEBAT**
MATVRA IAM LVCE DIES, NOCTEMQVE FVGARAT.
Principio fociis edicit, signa sequantur:

Atque animos aptent armis, pugnaq; parent se.
260 Iamq; in conspectu Teucros habet, & sua castra,
Stans cella in puppi. Clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem. Clamorem ad sidera tollunt
Dardanidæ è muris: **SPES ADDITA SVSCITAT IRAS.**

Tela manu iaciunt: quales sub nubibus attris
265 Strymonix dant signa grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntq; Notos clamore secundo:
At Rutulo Regi, ducibusq; ea mira videri
Aufoniis: donec verfas ad littora puppes
Respiciunt, totumq; allabi classibus æquor.

270 Ardet apex capiti, cristisq; à vertice flamma
Funditur, & vastos vmbro vomit aureus ignes.

Non

Non secus ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubrè rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim, morbosq; ferens mortalibus ægris

275 Nascitur, & læuo contristat lumine cælum.

ET DEXTRA IMPVLIT PVPP.) Huc totum istuc figmentum spectat, vt Æneas secundis ventis ac mari, in primisque fauentibus diis, rediisse in castra videatur.

HA VD IGNARA MODI) Non erat Cymodocea ignara modi, id est, moderationis: sciebat, quippe quæ nauis nuper fuerat, quis conueniret nauis modus in cursu, quantum impellenda esset. Eodem modo aliæ nymphæ aliarum nauium cursus celeriores efficiunt, quomodo Cymodocea fecerat. Seruius.

Ocyoret iaculo, et vent.) Nota duas hyperbolas ad celeritatem exprimendam idoneas.

STVPE INSCIVS) Inscius rerum, quas modò audierat, ipsa auditione obstupuit Æneas. Sed animum tamè bene ominans sibi, erigit: supera autem aspectans precat, quoniam non nymphis agenda sunt gratiæ: sed illi, à quo bona illa profecta esse videbantur. Seruius, Donatus.

SYPERA ASPECTANS CONVEXA) Conuexa cæli, extrema eius sunt, à curuitate dicta, vt est illud: *Conuexum quoties claudis nox humida cælum.* Conuexum enim curuum est, quasi conuersum, seu inclinatum, & ad modum circuli flexum. Isid. lib. 3.

CVI DINDYMA CORDI) Dindyma, orum, mons in Phrygia, sacer Cybelæ, vnde eam Catull. in Galliambo Dindymenam dominam vocauit. Et quia in eius tutela ciuitates, quæ plerumque turribus cinguntur, ideo cum corona turrita pingitur.

BIUGI AD FRÆNA LEONES) sicut Terentius Andria, canes ad venandum, pro canibus venaticis. Leones ad fræna, id est, leones domiti, frænorum patientes: quæ enim animalia frænos recipiunt, domita sunt. [Lucr. lib. 2. de curru, & leonibus Cybeles.

Hanc veteres Graiùm docti cecinerunt poetæ

Sedibus in curru biugos agitare leones.

Interpretatur idem hoc, & vult significari, liberos quantumlibet feroces, debere parentibus obedire. aut enim.

Adiungere feras: quod quamuis effera proles

Officiis debet molliri victa parentum.

Aliam causam coniecit Ouid. 4. Fast.

Defierat, cœpi. Cur huic genus acre leones

Præbent insolitas ad iuga curua iugas?

Defieram, cœpit: feritas mollita per illam

Creditur: id curru testificata suo est.]

Sic postliminio dicit Cic. in Top. redire equum, eam, quæ fræna recipere solet, id est, quæ domita est. Tale illud Æneid. 9. *fidusq; ad limina custos.* Vide ibi dicta. Nam velut attriensem eum dicit fuisse. Et illud quoque Catulli, *Ad lecticā homines,* pro, lecticariis. Et Martialis, *ducit ad pedes vernam.* Turneb. lib. 3. cap. 23. lib. 23. cap. 6. & lib. 29. cap. 24.

PED E DIVA SEC V NDO) Lib. 8. ad Herculem. Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

REVOLVTA RVEBAT DIES) aperta dies, vt in uolutum dicitur, quod clausum est. Similiter de aduentu noctis lib. 2. *Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox.* Et in 6. *Nox ruit Ænea.*

MATVRA IAM LVCE) Tralatio à fructibus. Et est ὁπότερον ὁπότερον. * Sanè ortum dici, siue solis, omnia luce sua depulsi iam tenebris perfundenti, ac conuiescentis, ad rem spirituales considerandam suo more, & suauiter trahit Philo. lib. de Charitate, hoc pacto. Quemadmodum sole exorto euanescent tenebra, & luce impleantur omnia: eodem modo, quando sol diuinus illucescit anima, vitiorum, affectionumq; caligo depellitur, & splendissima virtutu pura, amabiliq; se profert species.

PRINCIP. SOCIIS EDICIT) Exequitur Æneas præ-

cepta Cymodoceæ. Signa accipe vel tessera, vel tubarum, vel militaria. Quod multorum præceptorum fuit, subacto sermone collegit: vt sequerentur signa, componerent animos, & hos pugna, ingruentiq; certamini præpararent. Donatus.

ANIMOS APTENT. ARMIS) ad arma animos applicent, desiderium armorum in pugna tractandorum concipiant.

STANS CÆLSA IN PVPPY) Ad altitudinem puppis accessit Æneæ quoque satis eminens forma: nam cum staret, multò altior est factus, ratione loci, & corporis proceritate. Accessit adhuc altitudini augmentum. Erexerit quippe sinistram manum cum clypeo. Donat.

ARDENTEM) Addit hoc, vt ex altitudine, & clypei ardentis flamma, facilius occurreret oculis Troianorum properantis aduentus. Idem Donatus.

SPES ADDITA SVSCITAT IRAS) Ex aduentu ducis magna spe victoria concepta, irascebantur hostibus quos antea propter eiusdem sui ducis absentiam (quippe cum eo tanquam fundamento niterentur) metuere videbantur.

TELA MANY IACIUNT) Ennius Annali 5. *Istri tela manu iacentes.*

QVALES SVB NVB. ATRIS.) Non ad telorum iactum, sed ad clamorem Troianorum pertinet ista comparatio. Sumpta est autem ex γ, Iliad.

C Τρῶες μὲν κλάγγη τ' ἐν πῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες αἶς.
Ὡς τε κλαγγὴ γέροντων πάλαι ἔχοντο, καὶ
αἶψ' ἐπὶ τὴν χερσὶν ὄρνιθ' αἶψ' ἀδελφάτων ὀμβρῶν
Κλαγγὴ τὰ γὰρ πτόνται ἐπ' ὀκεανοῖο ῥοάων,
Ἀνδράσι πυγμαίοισι φέρον, καὶ κῆρα φέρουσιναι.
Obuia torquentes Daonai vestigia Troës
Ibant, sublato campum clamore replentes:
Non secus ac cuneata grunum sublimè volantum,
Agmina, dum fugiunt imbres, ac frigora brumæ,
Per cælum matutino clangore feruntur,
Oceanumq; petunt, mortem exitiumq; cruentum
Irrita Pygmæis morituris arma ferentes.

STRYMONIÆ GRVES) Gruere dicitur grues, vt fues grunire, vnde tractum est congruere, hoc est, conuenire, quia id genus volucrum minimè est soliuagum. Festus.

FVGERE NOTOS) Notos, quosuis ventos frigidus: nam etiam grues significant tempestatem futuram, vt in Georg. legimus. aut illum surgentem, vallis imis Æria fugere grues. Seruius.

AT RVTVLO REGI, DVCIBVSQVE) Quia Rutuli in plano fuerunt, nesciebant causam clamoris, & gaudij Troianorum, & admodum mirabantur, vnde esset illis repentina lætitia. Dum autè causas cupiunt cognoscere, repente vident per totum æquor naues ad litus accedere. Et turbatis quidem repentino terrore plus apparebat, quam testabatur fides rerum: non enim fieri potuit, vt per totum æquor nauigia haberentur. Donat.

ARDET APEX CAPITI) Iliad. 5. Minerva Dimedi suo pugnanti, duntaxat flammam addidit ardorem.

Δαίμων οἱ ἐκ κόρυθός τε, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πυρ,

Ἀστὴρ ὁπότεν ὤρετο γλῶσσαν, ὅς τε μάλιστα

λαμπερὴν παμφαίνουσι λαλόμενον ὀκεανοῖο.

Τοιοῖο δαίμονος κατὰ κράτος, καὶ ὁμῶν.

Flamma repercussio clypei tam clara rotundis

Ære resulgebat, galea tam splendor ab alia

Ignem emicuit, quam pulchrum tempore fidus

LII* 2

Dimidi

*Dinitis autumnis, quod latum fluctibus alto
Surgit ab Oceano, calumq; illustrat, & omnes
Ante alios micat astrorum conspectus ignes.
Is fuit armorum Tydida splendor.*

Hoc miratus supra modum Virgilius, immodicè vñs est. Modò enim ita de Turno ait, *tremunt sub vertice crista Sanguinea, clypeoq; micantia fulmina mittunt*. Modò idem ponit de Ænea, *Ardes apex capiti, &c.* Quod quàm importunè positum sit, hinc apparet quod necdum pugnabat Æneas, sed tantum in naui veniens apparebat. Hæc est Macrobij reprehensio libr. 5. cap. 14. cui sic occurrit in Antonio Iouian.

Immodè magis opportunè non potuisset: siquidem apex ille ardere visus, & Troianis obsidione laborantibus, ac tantum non expugnatis castris, magnos addidit animos: vnde viso clypeo, clamorem tollunt ad sidera, spesque addita suscitatur iras, iaciuntq; manu tela, & Ausoniiis ducibus, nedum militibus is metus iniectus, vt soli Turno fiducia non cesserit. Quin etiam Æneas ipse, vt qui sciret, quantum armis illis opus, quantum opinionis, atque expectationis inesset, stans celsa in puppi, sinistra clypeura extulisse inducitur, cum primum in suorum, atque hostium conspectum venit. Itaque non potuit magis opportunè tempus seruari, cum suorum res tam in angusto, hostium tantus esset successus. Et profectò armis illis cælo missis, nec tempore magis necessariò sese instruere Æneas potuit, cum de summa rerum contendendum esset, & primus illorum aspectus necesse erat, vt vim diuinitus insitam & Troianis, & Rutulis cum spe, metu, horrore, fiducia, atque admiratione præ se ferret.

Homeri est & locus, & comparatio, nempe ex Iliad. X.

*Παμφαίνοντ' ὡς ἄστρ' ἐπισσύμνον πεδίῳ,
Ὅς βᾶτ' ὁ πῦρ ἐξ ἡσιν, αἰεὶ ἥλος δὲ οἱ ἀνγὰ
φαίνονται, πολλοῖσι, μὲν ἄρ' αἰσι πυκτὸς ἀμολγῶ,
Ὅτ' ἐκὼν αἰείοντ' ὀπίκλησιν καλίουσιν,
λαμψέτατό μιν ὄγ' ὅτ' ἐκὼν δὲ τὸ σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρε πολλὸν πυρὸς τὸν δολοῖσι βρυτοῖσιν.*

Quem (Achillem) senior Priamus primus conspexit in armis

*Fulgentem: velut exortum quod tempore sidus
Dinitis autumnis fulget. mortalibus agris
Triste quidem, sed præcipuo splendore cornuscans
Nocturnas vincit tenebras, quem nomine dicunt
Esse canem ferro, atque auro gravis Orionis.
Non secus Æacides cursu celer ætius anhelò
Sidereis toto fulgebat pectore in armis.*

Hoc autem Maro violentius posuit, quod ille, stellæ tantum facit comparationem: hic etiam stellæ pestiferæ, respiciens quam cladem Rutulis esset illaturus Æneas. Seruius.

CISTISQVE A VERT.) Procris tñq; emendasse Faetnum tristitñq; monet Virinus, nec eam scripturam ipse damnat, & ego non repudio.

VMBO VOMIT AVR. IGNES) Vmbo Latinis, Varro ne teste, quod Græcis ἀμβων. Græci autem ἀμβων vo-

Acant, quidquid extumidum est, & prominet. Hinc scriptores à parte, quæ in clypeo Romano instar dimidiati oui eminebat, *συνεδοχικὸς* vmbonem pro clypeo ponunt, vt hoc loco Virgil. & Stat. lib. 1. Thebaid. *vastæ metnenda vmbone ferarum Excursiens stabulum*. Sueton. Iulio, vmbone obuios agens. Hinc & pro toga quoque sumitur, ab vmbone, qui in ipsa. Pers. Sat. 5. *totaq; impune Saburra Permisit sparsisse oculos iam candidum vmbone*. Martialis. *In turbam incidetis, cunctos vmbone repellit*. Statius item pro omni eo, quod prominat, vocem vmbonem usurpat, lib. 6. Thebaid. *geminis vmbonibus agger Campum exire vetat*. Idem Hercule Surrentino, *contra riget vmbone maligni Montis*. Immodè pro humero, manu, B aut brachio. lib. 3. *clypeum nec sustinet vmbone*. Plura Ioan. Bernartius in 1. Thebaid. Statij.

NON SECVS AC LIQVID.) Quia scutum, & alia, quæ Æneas liberalitate Vulcani meruerat, in multorum exitium fuerant facta, comparantur his sidera, cometes, & Sirius: quæ quando oriuntur, morbos ferunt hominibus, & interitum plurimorum. Hæc dicuntur & imperiorum commutationem portendere. Donatus. * *De cometa nonnihil habebat à me Georg. 1. in extremo, ibi, nec diu toties arere cometa. Et calum, & humanum animas contristans, & dō magni, quò maioret.*

SIRIUS ARDOR) Statius. Thebaid. *Et in totum regnaret Sirius annum*. Canicula est, quam vterq; intelligit, sidus noxium, morbos cōplures generans. Vt porro hic Virgil. læuum lumen pro pernicioso posuit, sic idem Statius læuum ignem dixit eodem lib. *Quarenti quæ causa dati, quis ab æthere læuus Ignis*. Idem lib. 2. *cui læua volens semper*, id est, praua. Bernartius in 1. Thebaid. Statij.

Verum, cur, & quando Sirius pestilens habeatur, quando minus, docet Pierius lib. 44. Aiunt Ἀέρος, inquit, ortum caniculæ diligenter quotannis obseruare solitos, coniecturamque inde capere, salubrisne, an pestilens annus futurus esset. Ea enim stella si obscurior, & caliginosa præpmodum extitisset, pingue, ac concretum esse cælum, ac proinde eius afflatum grauem, ac pestilentem futurum ominabantur: sin illustis, atque pellucida apparuisset, cælum itidem tenue, purumque coniciebant, futuramq; inde salubritatē præsagebant. * *Considera mihi, amabè, qualem ex sideris huius pestilenti, Sirij inquam, qualitate similitudinem, ad Vita mortuūq; emendationem nobis persuadendam elicias S. Nyssen, Homil. in Hexæmëron. Ita nihil paucè est in rerum natura, vnde non p̄s mens aliquid salutari ter discat. Qui rationem ducunt valetudinis corporis, seipsos expurgant ante ortum caniculæ: nec quod humidum in illis est, & vehementi ipsius ardore corrumpatur, & morbos pariat. At qui animi curam gerunt, incertum mortis diem nolunt antevertere, ardoremq; excreciantis illius ignis, qui in æternum comburit, & nullam vñquam refrigerationem admittit.*

LÆVO CONTRIST. LVMINE CÆL.) tale est, quale illud, quod ait in 2. Æncid. *nam lux inimica propinquat*: vt ostenderet lumen non semper esse optimum, sed aliquando exoriri contrarium. Nam cometes, & Sirius tñ sunt perniciosiores, quanto fuerint luce maiore conspicui. Donatus. *Læuum lumen*, est infaustum, & potentosum, quo cæli aspectus fit tristis.

HAVD TAMEN AVDACI TVRNO FIDVCIA CESSIT
Littora præripere, & venientes pellere terra.
VLTRO ANIMOS TOLLIT DICTIS, ATQVE INCREPAT VLTRO.
QVOD VOTIS OPTASTIS, ADEST, perfringere dextra:
280 In manibus Mars ipse, viri. nunc coniugis esto
Quisq; suæ, tectiq; memor: nunc magna referto

Facta,

Facta, patrum laudes. ultro occurramus ad vndam,
Dum trepidi, egressisq; labant vestigia prima.

AVDENTES FORTUNA IVVAT.

285 Hæc ait: & secum versat, quos ducere contrâ,
Vel quibus obsessos possit concedere muros.
Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. multi servare recursus
Languentis pelagi, & breuib; se credere saltu:

290 Per remos alij. speculatus littora Tarchon,
Quà vada non sperat, nec fracta remurmurat vnda,
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu,
Aduertit subito proras, sociosq; precatur.
Nunc ô lecta manus validis incumbite remis:

295 Tollite, ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumq; sibi premat ipsa carina,
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel.

HAVD TAM. AVD. FID. CESS.) Quum contraria A partibus suis Turnus aspiceret, non perdidit eo viso constantiam: sed audacia, qua semper est usus, consilium tenuit: ut antecaperet tertiam, ne Æneas, & qui cum eo erant, navibus exponerentur. Donatus,

QVOD VOTIS OPTASTIS) Mos fuit, qui hodie nullus est, Imperatoribus, alloqui milites, eosque aut retinere, aut impellere. Retinere nimis, aut propere gestientes: impellere, tardantes, aut timentes. Utile hoc institutum, cum Imperator consilio, & sæpe eloquio validus, & semper auctoritate, suos cõposita oratione excitaret: & vel timidis robur, ac vires daret. Ab illo autem ardore ad pugnam rectè ibant, cum præsentia Imperatoris adhuc in oculis, & verba in auribus versarentur. Sæpe interequitans ordines, ita affatus eos est, sub ipsam pugnam: sæpe in castris, & ante egressum. Aliquando etiam extra suspicionem omnem pugnae, si qua seditio, aut querela, aut alius animorum morbus, cui sermone mederetur. Lege reliqua apud Lipsium de Milit. Rom. lib. 4. dial. 9. utilissimæ cognitionis plenissima.

Imperator porro, aut dux exercitum allocuturus, militibus classico ad concionem coactis, tribunal, suggestum, aut locum eminentiorem conscendere solebat, ubi aquilæ, & reliqua signa circumstabant, & ex historicis, & alijs antiquis monumentis nemo nescire potest. Tribunal istuc sæpe ex cespitibus erectum in castris memini, nominatim apud Tacitum 1. Annal. Cæterum Imperatore exinde concionante, modò ad seditiones componendas, interim ad laudandam militum fortitudinem, & dona distribuenda, modò ad citandos ad prælium animos, varia signa usitata fuerunt, quibus milites assentiri, gaudere, dissentire, indignari sese ostenderent. Assensus signa erant, manus extollere, clamare, scuta genibus illidere, &c. Latius hæc Steuechius ad Veget. lib. 3. cap. 9. De signis item approbationis, improbationis Lipsius. Idem Veget. 12. vide quæ præcepta det, pro concione militari.

Inducitur dictio hominis audacis, & eius qui nollet suos trepitatione confundi, asserentis prodesse potius, quod poruit videri contrarium. Donatus.

Magna ars persuadentis est, quod cupit fieri, in præiudicium ut trahat. Sic hoc loco vult Turnus, ut incant pugnam eius socij, qui eos hanc semper optasse dicit. *Perfringere* autem, id est, fortiter facere. Bene verbo militari usus est. Nec iam in votis, ut antehac, sed in manibus res est. Servius. A Xenophonte, sumptum arbitratu German. *ταύτ. ε. ε. μὴν δὴ πρῶτα ἐνέμμεθα, οὐν δούς πᾶσι τοῖς ἡμῖν.*

IN MANIBUS MARS IPSÆ) Præsenties iam sunt hostes, ita ut manu iam cum ipsis confligere possitis. Iam vobis facta est manum conferendi potestas. Silius lib. 2. *stat campus, & arma, Et Mars in manibus.* Contraria, Mars in pedibus, Mars in lingua.

Observasse videor, inquit Lipsius Variar. libro quarto cap. 13. C. Cæsarem peritum hominem, & in sermone proprietatis valde amantem, *In manibus esse*, noua quadam ratione, & præter vulgatam consuetudinem usurpasse, Commentario secundo rerum à se gestarum. Subitò omnibus copijs prouolarunt: impetumque in nostros equites fecerunt. His faciliè pulsus, ac perturbatus, incredibili celeritate ad flumen decurrerunt, ut pæne vno tempore, & ad sylvas, & in flumine, & in manibus nostris hostes viderentur. In manibus esse, ni fallor, dixit, præsenties esse, & ita propinquos, ut pæne manibus tangi possent. Quomodo etiam istuc Virgilij mihi accipiendum videtur, hanc enim habet sententiam. Quod votis semper optastis, ut pugna decernere cum hoste possetis, nunc aliquando contigit, est in manibus Mars, & præsens iam nunc pugna est. Cicero etiam nō longè dissimili ratione in Bruto scripsit illud: sed est in manibus vir, & præstantissimo ingenio, & flagrantissimo studio C. Gracchus. Cato item Censorius. Neque mihi ædificatio, neque vasum, neq; vestimentum ullum est in manu pretiosum. Quod autem Cic. lib. 4. in Verrem de supplicij scribit, Dij approbent, habemus hominem fecialium manibus educatum, id interpretor, in præsentia fecialium, & perpetua consuetudine educatum. Quod qui immutare conati sunt, & ex eo, *in fecialium moribus*, fecerunt, dum acuti videri volunt, non aliud quàm ignorantiam suam prodiderunt. Extat hoc idem dicendi ge-

nus in venusto, & elegantissimo epigrammate, *Docta, A*dam proposita libertate, opibus, gloria exeat. Quia igitur expergiscimini? en illa, illa, quam saepeo praestis libertas: praeterea diuitiae, decus, gloria in oculis sita sunt. Fortuna ea omnia victoribus praemia posuit, &c. Nec villo modo dubium est, quin etiam Respub. cum omnibus quae eius nomine continentur, hoste aut armis perimendo, aut consilijs sapientissimis auertendo saepe seruetur, ut proinde ea ab duce militibus ante oculos ponenda sit. En ut togatus ille Imperator M. T. de incruenta victoria sua gloriatur Caril. 3. Rempub. Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges, liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam, pulcherrimamque;

NUNC CONIVGIS ESTO) Ab Homero Iliad. α.

Ω φίλοι ἀνέρες ἔστε, καὶ αἰδῶ θεῶν ἐνὶ θυμῷ
Ἀλλων ἀνθρώπων, ὅτι δὲ μνήσασθε ἑκάστω
Παίδων ἡδὲ ἀλόγων, καὶ κλήσι, ἡδὲ τοκῶν,
Ἥ μὲν ὅτεω ξύουσι, καὶ ὃ καλεῖσθαι νύχασι.

Et rursum Iliad. θ. μέμασαν δὲ καὶ ὡς ὕμνῳ μάχῃσιν ἔχουσιν ἀναγκάσιν πρὸς τε παίδων, καὶ πρὸς γυναικῶν. His magno concentu respondent hi apud Aeschylum in Persis. ὦ παῖδες ἑλλήνων ἴτε, ἐλευθεροῦτε πατερίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πάτρων ἔδην, δὴ κατὰ δὲ περὶ γόνων νῦν ὑπὲρ πατρῶν ἀγών. Vrsin. & German. * Non abhorrent etiam hac Tyrtai, qui mares animos in bella versibus exatuit, de quibus non paucis feruntur etiam hodie.

Τιμῆνι γὰρ ἔστι καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχισθαι
Γῆς περὶ, καὶ παίδων, καὶ εὐχρίστον ἀλόχῳ
Ἀνδρῶντιν.

Limius lib. 7. Pugnatum haud procul portae Collina est, totius Viri bno Urbis, in conspectu parentum, coniugumque, ac liberorum, quae magna etiam absentibus hortamenta animi, tum subiecta oculis simul verecundia, miseri cordiaque, militem accendebant. Idem lib. 8. Consurgite nunc, inquit (Mamilius cos.) integri aduersus fessos, memores patriae parentumque.

Cum militum animos ad fortiter strenueque pugnandum acutere volunt imperatores, praeter caetera, quae ad hanc rem efficiendam argumenta colligere solent, frequenter ipsis ingerere consueverunt vxorum, filiorumque amorem, atque erga ipsos charitatem: yallet enim hoc multum ad excitandos animos eorum, qui vel vxorem habent, vel filios aliquando susceperunt. Possunt autem hac de re infinita propemodum exempla in medium produci: sed vno Xenophontis, altero Liuij contentus ero. Cyaxares in oratione qua Cyro persuadere conatur, minimè persequendos esse Assyrios, qui post ingens illud praelium infelicitè ab ipsis confectum, nocturnam fugam meditabantur, praeter caetera inquit. ἴδι ὅτι ὑ σὺι μάλλον τὰς ἐκείνων γυναῖκας, &c. Scire debes, non tam illorum vxores, ac liberos capiundi te cupidum esse, quam ipsi seruandi sint cupidi: etiam si es cogitato, posteaquam visae sunt cum natis fugere, tamen si multae sint numero: sin quis natos veneretur, non iam amplius, ne si vna quidem sit, fugit, sed eum qui capere conatur, inuadit. Scipio quoque Cos. cum Annibale congressurus, ita milites hortatur apud Liuium lib. 21. ut erga vxores, ac liberos amorem ante oculos ponat. Vnusquisque, inquit, se non corpus suum, sed coniugem ac liberos armis protegere putet, nec domesticas solum agiter curas, &c. Vnde colligi volo, milites qui vxorem habent, alacrius pro patria vitam profundere, ei que minus omnino parceret, quam qui calibes viuunt. Titius lib. 10. cap. 19.

Scriptum reperi, Themistoclem, cum in duos gallos gallinaceos acerrimè pugnantem incidisset, eorum exemplo vsum ad animandum exercitum, cum diceret, eos neque pro patria, neque pro penatibus, neque pro maiorum sepulcris, neque pro vxoribus, aut liberis configere: sed ea tantum de causa nolle alteri cedere, quia vinci nolit. At Catilina socios coniurationis apud Sallustium ad patriam perden-

dam proposita libertate, opibus, gloria exeat. Quia igitur expergiscimini? en illa, illa, quam saepeo praestis libertas: praeterea diuitiae, decus, gloria in oculis sita sunt. Fortuna ea omnia victoribus praemia posuit, &c. Nec villo modo dubium est, quin etiam Respub. cum omnibus quae eius nomine continentur, hoste aut armis perimendo, aut consilijs sapientissimis auertendo saepe seruetur, ut proinde ea ab duce militibus ante oculos ponenda sit. En ut togatus ille Imperator M. T. de incruenta victoria sua gloriatur Caril. 3. Rempub. Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges, liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam, pulcherrimamque; vrbem hodierno die, deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consilijs, periculisque meis, ex flamma, atque ferro, ac pane ex faucibus fati ereptam, & vobis conseruatam, ac restitutam videris. 36

NUNC MAGNA REF. FACTA PATRVM) Securus Sallustium hoc dicit, qui ait Hispanorum fuisse, ut in bella euntibus iuuenibus, parentum facta memorarentur a matribus. Vltro autem occurri descensuris debuit, ne firmatis post parua momenta vestigiorum gressibus, relinquerent firmitatem. Praestat, inquit, labantes aggredi, quam excluso pedum languore firmatos. Seruius, Donatus.

AVDENTES FORTVNA IUVAT) Non iuuat Fortuna torpentes, sed audentibus adest: nec deserit audentes ad gloriam: sed ausus egregios optatam perducit ad palmam. Donatus.

Quum cecinisset Ennius Annali 7. Fortibus est fortuna viris data, Maro eius vestigia sequens ita cecinit, Audentes Fortuna iuuat. Vicissim Naso Maronis vestigijs insistent, hanc sententiam ἐπαρτίσας Metam. lib. 10. Audentes deus ipse iuuat. Qui tamen alibi non itidem pro fortuna dixit deum, sed synonymo vsus est nomine: verum in eo aliquid innouauit, ut sit in parodijs, quod Venerem adiecit, atque ita late patentem sententiam, ad id de quo sermo erat, quodammodo restrinxit, cum scripsit Fastor. lib. 2. Audentes forsque, Veniuntque iuuant. Nec dubium est, quin ad eandem respexerit hoc dicto Metamorph. lib. 8. Ignavis precibus fortuna repugnat. Sed & ipse Ennius parodia videtur vsus, quum prouerbia hanc verba, fortes fortuna adiuvat. (quae apud Ciceronem, & Terentium legimus) in ista mutauit: Fortibus est fortuna viris data. At verò Tibullus mediam quandam inter Maronem, & Nasonem viam insistere dici potest, dum prouerbiū illud ita effert. fortes adiuvat ipse deus. Nam fortes ex prouerbio retinet, quod Maro in audentes mutauit, & cum Marone Naso: vicissimque fortuna, quod Maro seruat, mutat in hac, ipse deus. Potest etiam videri Virgilianam sententiam ex hac Menandri mansisse.

Ε Τόλμη διὰ τὰ καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

Ansā deū etiam iusta qua sunt prouehit.

Licet in ea non generaliter dicatur, audaciam iuuat deus: sed auxilium ei demum audaciae, quae iusta est, ascribitur. Quidam putant Maronem respexisse illud Homericum Iliad. η. θαρσάλεθ' ὃ ἀνὴρ ἐν πάσῃ ἀμύμον Εἴργοισι τελέθει. Sed ego cum potius ad illud vetus prouerbiū respexisse, quo & Ennius alluserat, & parodica immutandi libertate vsum esse crediderim. Quidam verò arroganter ita versum hunc expleuerunt, Audentes fortuna iuuat, timidosque repellit. Hen. Steph. in Schedias. * Sallustium, fortuna meliores sequitur. Memorabilis sententia Seneca, epist. 104. Multa non quia difficilia sunt, non audemus: sed quia non audemus, ideo difficilia sunt. Audacia, & audentia hoc differunt, inquit Domini, quod audentia fortitudinis sit, au-

fit, audacia temeritatis. Vt Sallust. Audacia pro muro habetur: Apud Veteres (ape sic. Virgil, Audentes fortuna iuuat. Et, audentior ibo In casus omnes. Quamquam & audaciam pro fortitudine legimus, Æneid. 9. Irim de cælo misit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum.

SECUM VERSAT, QVOS DVCERE) Cogitat quidem, sed non facit, ne diuiso exercitu utrobique vincatur: quod sequentia indicant: nam paulò post dicturus est, *sed rapit acer Totam aciem*, in Teucros. Seruius.

SOCIOS PONT. EXPONIT) Descensus eorum, qui cum Æneavenerunt, variè, breuiterq; describitur. *Pontes* intellige scalas nauticas.

LANGVENTIS PELAGI) Languens pelagus, est tranquillum pelagus.

BREVI. SE CREDERE SALTV) insilire in loca vadosa, *vaten*. Breuia, sunt vada.

PER REMOS ALII) Exponit Seruius, per scaphas.

QVA VAD. NON SPER.) Vada esse non sperabat, in quæ tamen incidit.

MARE INOFFENSVM) non offendens ad scopulos, & littora: æciue.

CRESCENTI ALLABITVR ÆSTV) Vegetius lib. 4. cap. 42. Nam certis horis, diebus pariter, ac noctibus, æstu quodam (quod rheuma vocat) vltro citroque procurrit, & more torrentium fluminum, nunc exundat in terras, nunc refluit in altitudinem suam. Hæc reciprocantis meatus ambiguitas, cursum nauium secunda adiuvat, retardat aduersa: quæ dimicaturæ magna sunt cautione vitanda. In idem cap. multa de æstu maris, & causis eius non vulgaria Steuechius.

SOCIOSQVE PRECATVR) Deprecatur socios ad officia virtutis implenda, quia plurimum ad effectum proficit, quum prece vitur, qui iubere potuerat. Donatus.

NUNC O LBCTA MANVS) Magnum ardorem viri fortis inducit, qui ob intentionem pugnae ipsa naufragia non dubitatmittere.

TOLLITE, FERTE RATES) ad celeritatem dictum est: & illud, *terram inimicam findite rostris*, militari felle, ut etiam terra ipsa quodammodo sentiat hostis aduentum. *Statio* autem est portus temporalis: nam portus est, ubi hyematur. Sed modò statio siccum litus significat. Hoc enim dicit, potiar terra, & nauem frangere non recuso. Donatus. * *Pradicandum Tarchontis, odium in Mez, entium. Nimirum longa mora est, dum ille sibi detur, dum armis cum tuuadat. Hoc si quam primum, celerimq; fiat, vel naues amittere paratum est. Sibi malo, & damno libenter sunt homines, dummodo hostium dera damnum, & malum liceat.*

TALI STAT.) Statio hic pro loco, in quo tutò naues stare possunt. Verum sunt aliæ huius verbi notio-

nes, non perinde, ut hæc, in vulgus notæ. Est enim ubi pro cohorte militum accipitur, qui ante fores palatij excubabant. Stat. lib. 1. Thebaid. *nec alterna ferri statione gementes Excubia*. Sueton. tum alibi, tum signatè in Nerone, ut comperit stationem militum recessisse, profluit è lecto. Tantique hæc statio momenti, ut inter præcipua signa principatus haberetur. Secundò significat cohortem, quæ per prouincias contra latrones collocabatur. Tertullian. Apolog. Latronibus inuestigandis per omnes prouincias fortitur statio militaria. Sueton. Tiberio. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Tertio milites significat in castris, vel vrbe excubantes. Stat. lib. 12. Thebaid. *Ubi paulum immisso cessit statio horrida somno*. Hinc stationem agere, pro excubare. Tacitus. Historiar. lib. 1. Igitur consultantibus placuit, tentare animum cohortis, quæ in palatio stationem agebat. Quarto notat officinam. Sueton. Nerone. Quod tabernastres de domo sua circa forum ciuitatibus ad stationem locasset. Seneca de beata vita. Alium quiddam est virtus, excelsum, & regale, inuictum, infatigabile: voluptas humile, seruiile, imbecillum, caducum, statio eius fornices sunt, & popinae. Plin. iunior epist. ad Senecionem. Deniq; in stationibus sedent, tempusq; audiendis fabulis contemunt. Quintò statio pro ieiunio sumitur. Isidor. lib. 6. Ieiunium autem, & statio dicitur. Tertull. de corona militis. Iam & stationes alij magis faciet, quam Christo. Denique apud mediæ ætatis scriptores statio pro munere seu officio. Lamprid. Commod. Iam in his artifex, quæ stationis imperatoris non erunt, ut calices fingeret, saltaret, cantaret. Sic Sueton. Claudio. Quod aliter euasurus, peruenturusque ad susceptam stationem non fuerit, id est, ad imperium. Ioan. Bernartius ad 1. Statij.

Cæterum apud Ecclesiasticos scriptores, auctore Panuino, in libello de stationibus vrbis, alia stationis est notio. Stationis enim voce significabant antiqui Christiani, actum quendam corporis, quo in sacris cõuentibus orantes stabant, nunc in hac basilica, nunc in alia conuenientes, nonnunquam apud martyria, id est, martyrum sepulcra, deũ stantes, & attenti precabatur, quod præcipue fiebat dominico die. Et post non paucas Romani, ait, Pontifices statis quibusdam diebus, præcipueq; in quadagesima, & festis, ad diuersas vrbis Romæ ecclesias accedebant, ubi sermone, vel concione ad populum adstantem habita, & oratione ad deum facta, diuina mysteria postea cum clero, & populo Romano celebrantes, participabant. Qui actus, statio appellata est, à significatione, quam Cic. lib. 6. ad Attic. usurpauit, pro temporaria videlicet habitatione, vel etiam à stando, quod in his accedentes populi starent.

----- quæ talia postquam

Effatus Tarchon, socij confurgere tonsis:

300 Spumantesq; rates aruis inferre Latinis:

Doncstro tenent siccum, & sedere carinae

Omnes innocuæ: sed non puppis tua Tarchon.

Namq; inflicta vadis dorso dum pendet iniquo,

Anceps, sustentata diu, fluctusq; fatigat,

305 Soluitur, atq; viros medijs exponit in vndis.

Fragmina remorum quos, & fluitantia transtra

Impe-

Impediunt: retrahitq; pedes simul vnda relabens.
Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer
Totam aciem in Teucros, & contrà in littore sistit.
310 Signa canunt.

SOCI CONSVRGERE TONSIS) Remiges, quos **Li-** **A** colit, à *sano serpentum innoxia morsu*. Nam innoxius qui uius socios nauales vocat. Quid *tonsa*, dictum lib. 7. ibi, *es in lento luctantur marmore tona*. Lib. 5. *remis insurge-* re dixit.

SPVMANTES QVÆ RATES) rates per vndas spu-
mantes.

SEDERE CARINÆ) De carinis eodem modo, &
forma Tacitus lib. 2. Annal. ubi agit de classe in Germa-
nos à Germanico structa. Aliæ breues angusta puppi,
proraque, & lato vtero, quò facilius fluctus tolerarunt:
quædam planæ carinis, ut sine noxa fiderent.

INNOCVÆ) Nonius, innocuum illæsum interpre-
tatur, ductus huius loci, quem citat, auctoritate: sæpe
tamen pro non nocente, & innocente accipitur. **Lu-** **B**
can.

*Tum fuit armorum series, ut grandine tella
Innocua percussa sonant, sic omnia tela
Respuit.*

De testudine in Massiliam acta loquitur. Innocuæ ergò
pro illæsa dixit Virgil. 9. de Pŷyllis. *gens unica terras In-*

non nocet, propriè, ut innocuus. German.

DORSO INIQVO) Dorsum est durior arenæ cu-
mulus, qui remeantibus fluctibus, & euntibus densa-
tur, & in modum saxi durefcit, quod à nautis puluinus
vocatur. Seruius. Tale quid in tempestatis descriptione
Lucan. lib. 9. *Pars sedet una ratis, pars altera pendet in
vndis*. German.

FLVCTVSQVÆ FATIGAT) dum ad eam alliduntur,
& franguntur.

NÆC TVRNVM SEGNIS) Transitio ad Turnum,
& Rutulorum studia, ad excipiendos Troianos, ut He-
ctor quondam festinabat cum suorum manu ad littus,
vt inde copias Græcorum prohiberet. Montfortius.

SIGNA CANVNT) Signa canere etiam Liuius dixit,
lib. 1. Alij, cum instructæ acies constitissent, prius, quæ
signa canerent, processisse Latinum inter primores.
Lib. 2. *Æneid.* exoritur clangor tubarum. Signum tu-
ba dare etiam probè dicitur. ✱

----- Primus turmas inuasit agrestes

Æneas, omen pugnae: strauitq; Latinos,
Occiso Therone: virum qui maximus ultro
Ænean petit. huic gladio, perq; ærea scuta,
Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.

315 Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta,
En tibi Phœbe sacrum: casus euadere ferri
Cui licuit paruo. nec longè Cissea durum,
Immanemq; Gyam, sternentes agmina claua,
Deiecit letho: nihil illos Herculis arma,

320 Nil validæ iuvere manus, genitorq; Melampus,
Alcidæ comes, vsq; graues dum terra labores
Præbuit. ecce Pharo voces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum, clamanti sistit in ore.

325 Tu quoq;, flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix, noua gaudia, Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
Qui iuuenum tibi semper erant, miserande iaceres:
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies. septem numero, septenaq; tela

330 Conijciunt: partim galea, clypeoq; resulant
Irrita. deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus.

PRIMVS TVRMAS INVASIT) Primum accipere **C**gas. Occidisse autem plurimos, ex eo colligimus, quod possumus non tantum primò incipientem, verum etiam sine aliorum societate: magnæ enim laudis instar est, ipse vnus in exitium plurimorum. Donatus.

OMEN PVGNÆ) Ideo omen pugnae, quia sicut
nunc, ita vbique vincet Æneas. Pugnae futuræ intelli-

nomina non edit, præterquam vnus, qui vel illorum qui strati sunt, vel Rutulorum maximus fuit, virtute scilicet, & audacia quoque, quippe qui ultro Æneam petere non formidaret [*ita quidem Sernius. Sed patrem* *μημονινος ἀμάρτημα, statim enim Lycam, & alios poenā nominat.*]
Sed

Sed hunc facile occisum dicit nobilitate potioris, miram enim sensit Æneæ virtutem. Fuit quædam difficultas in perforandis munimentis eius: sed omnia potiori virtuti cesserunt. Denique probata est fortitudo congre-
dientis: non cum eminus sagitta percussit, aut iaculo, quod faciunt, qui formidant hostis accessum. Res gladio gesta est, tanta fiducia, & securitate ferientis, ut rupto munimento ærati vestitus, plenus ictus per temerarij hominis latus exierit. Donatus, Seruius.

PER QVE AEREA SCVTA) *Aerea suta*, non *scuta* legi vult Vrsin: lorica enim hamata intelligit, atque Statij testimonio hanc lectionem confirmari. Versus Statij sunt hi, lib. 4. Thebaid. *latus omne sub armis Ferrea suta tegunt*. Lib. 3. *magnorumq; aera suta Thracum*. Lib. 7. *ser insuto seruant ingentia ferro Pectora, nam tergo nunquam metus*. Quibus verbis etiam ostendit, eam trilecem fuisse.

PER TVNICAM SQUAL. AVRO) Inter verba quæ nonnulli Grammatici in Virgilio quasi ignauiter, abiectè, & incuriosè posita reprehenderunt, hoc etiam est, tanquam non conuenerit dicere, *avro squalentem*: quoniam nitoribus, splendoribusque auri, squaloris illu-
vies sit contraria. Respondet Gell. lib. 7. cap. 6. & cum eo Macrob. lib. 6. cap. 7. verbum *squalentem*, significare copiam, densitatemque auri, in squammarum speciem intexti. Squalere enim dictum est à squammarum crebritate, asperitateque, quæ in serpentum, pisciumque coriis visuntur. Quam rem alij, & hic quidem poeta locis aliquot demonstrat. *quem, pellis abenis In plumam squamis avro conferta tegebat*. Et alio loco. *Iamq; adeo rutilum thoracem indutus abenis Horrebat squamis*. Attius in Pelopidis ita scribit: *eius serpentis squam-
ma squalido avro, & purpura pretexta*. Quidquid igitur nimis inculcatum, oblitumque aliqua re erat, & incu-
teret facie nova visentibus horrorem, id squalere dicebatur. Sic in corporibus incultis, squammosisque alta congerie sordium, squalor appellabatur. Cuius significationis multo assiduoque usu totum id verbum ita contaminatum est, ut iam squalor de re alia nulla, quam de solis inquinamentis dici cœperit.

LATVS HAVRIT APERTVM) eadem vi, & significatione utitur sæpe Homerus τὸ ἀνύσσεν, qua hic Virgil. *haurit latus*. Liuius libr. 7. vno, alteroque subinde ictu ventrem, atq; inguina hausit. Æneid. 2. *inimicus & haurit ensis*.

EXECTVM IAM MATRE) Propter descriptionum varietatem, & fastidium legentis immittuntur fabulæ non necessariæ: dicit enim quomodo iste natus sit. Omnes qui secto matris ventre procreantur, ideo sunt Apollini cōsecrati, quia deus medicinæ, per quam lucem fortiuntur. Cæsarum etiam familia ideo sacra retinebat Apollinis, quia qui primus de eorum familia fuit, ex secto matris ventre procreatus est, unde & Cæsar dictus est: licet varia huius nominis etymologia dicatur. Itaq; ille cui paruo licuit ferri casus euadere, scilicet cum matris exanimis vtero exsectus esset, fortissimi herois fer-
rum iam iuuenis vitare non potuit. Hoc loco ius factorum ex aperto monstratur. Medicorum ferrum quid istum profuit enasisse? quid Apollinem habuisse propitium? iuuenis interiit, qui nondum natus, non potuit perire cum matre. Donatus, Seruius.

NIHIL ILLOS HERCVLIS ARMA) suprà dixit, *Lycæ* non profuisse Apollinis numen: istis quoque arma Herculis, virtutem propriam, & meritum paternum auxiliari nequiuisset. Idcirco autem Herculis insigne gestabant, clauam scilicet, quia eorum pater Melampus in tantum laboribus Herculis fuerat iunctus, ut

Aquidquid ille esset aggressus, nunquam iste nesciret. Quo facto arbitrabantur per meritum patris inuictos se esse mansuros, & ad exemplum virtutis Herculeæ se periculo non futuros obnoxios. Donatus. * *Crebra esse apud Homerum ἡ χροῖστος ἐκὼντος, ἔπλα, κίθωνος & similia, monet German. Nos de laboribus Herculis, ex poetis non paucis, lib. 8. ubi eorum recensendorum videbatur occasionem nostri commodis-
simam*.

PHARO VOCES DVM IACTAT INERT.) Hominis ignauiam notat, lingua magis, quam animo pollentis. *Pharo, & Pharon* legitur. Vtramque lectionem agnoscit Seruius, & utrobique *clamantis*, non *clamantis* legit.

Quemadmodum hic Æneas voces inertes, id est, nihil nisi magnas voces, ore patulo iactanti, iaculum in ipsum os intorquet, & ita hominem interficit: sic lib. superiore Nisus ensen in ore Volscantis, similiter ducto ore vociferantis, & ita plagæ viam aperientis cōdit, eumque perimit. Singulare genus necis quæsitum est utrobique, leporis causa. Sed quomodo Pharon legi potest, ut vult Seruius, cum sensus postulet dādi casum? a Pharus sit utique; Pharo: à Pharon Pharoni fieret. Nec Pharus ipse alium iaculo occidit, sed ab alio, Ænea nempe, occiditur. Quanquam Seruius Pharon non datiuum, sed nominatiuum esse affirmat, ut sit figuratum: nam de nominatiuo, inquit, transir ad datiuum *clamantis*. &

FLAVENT. PRIMA LANVGINE MALAS) De lanugine malarum vide ampliùs lib. 8. in illum versum, *Tum mihi prima genas vestibat flore iuncta*. Pilare dictum, inquit Nonius, ut plumare, pilis vestiri. Afranius Compital. *Præterea corpus meum, nunc pilare primum caput*. Theodoretus Serm. 4. de diuina prouidentia, ubi de vultu pilorum disputat. Sic eos, inquit, qui virilem ætatem ingrediuntur, & pueriles annos transferunt, barba exornat, quæ genas aliqua ex parte cum mento inferiore vestit. Et primò quidem lanugine florent malæ: deinde modicum pilorum velamen easdem tegit: ut augmento hoc, ætatis discrimen doceat, & ipsa vultus figura homini persuadeat, ut relictis puerilibus nugis, ad res serias accingatur.

SEQVERIS NOVA GAVDIA CYDON) Bene profectò hunc amorem Cydonis *audax* execrabile, & scelestissimum, maximeque naturæ repugnantem Donatus vocat. Nec poeta, inquit, aliud hic innuit, quàm eos, qui scēdissimum hoc sequuntur vitium, tandem infelix pati exitium. Notat etiam illum Cydonem, qui quo tempore de salute potius fuerat cogitandum, ille de libidinibus nefandissimis cogitauerit. Vide insuper quid in hunc locum Seruius.

In castris crimen hoc capitale fuit, maxime in liberis. Adolescentem Trebonium qui tuendæ pudicitie causa C. Marij ex sorore nepotem interfecerat, idem Marius accusatum apud se à multis, defensum à nemine, cum ipse imperterritus vultu exposuisset rem, magna affectus admiratione collaudauit, coronamque quæ conferri virtutis causa solebat, afferri iussit, eaque, Trebonium donauit, quod pulcherrimū actum, articulo, quo maxime bonis exemplis foret opus, edidisset. Plutarch. in Mario. Cic. in Miloniana eiusdem facti meminit in hæc verba. Pudicitiam cum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marij, propinquus eius Imperatoris: interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculosè, quam perpeti turpiter maluit. Atque hunc ille vir summus, scelere solutum, periculo liberauit.

NI FRAT. STIP. COHORS) Ostendit casu potius Cydonem ab Æneæ manibus, quam propria virtute libera-

M m m *

libera-

liberatum. Nam eo momento temporis, quo poterat A autem ictus omnium in *Aeneas* scutum, & galeam: sed interire, emerfere filij Phorci, & densati sunt, simulque ideo erant irriti, quod mater Venus aderat filio, & potentia numinis sui venientium telorum ictus, violentiamque frangebat, ne corpus eius aliquatenus lederent. Hec Donatus. Notat Vrsinus, hoc tractum de Homero, ex Iliad. α. πρώτη δὲ διδὸς θυγάτηρ ἀγαλῆν ἦται πρὸς δαῖτυ σάσσα βέλῳ ἐχέτανυκε ἀμύνειν. Et in Iliad. ε. δὲ τότε βέλῳ ἀπὸ κηχήμενον ἔλεγον ἄλλῃ.

-----Fidum *Aeneas* affatur *Achatem*.

- Suggere tela mihi (non vllum dextera frustra
Torserit in Rutulos) steterant quæ in corpore Graiūm
335 Iliacis campis. tum magnam corripit hastam,
Et iacit. illa volans clypei transuerberat æra
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit *Alcanor*, fratremq; ruentem
Sustentat dextra. traiecto missa lacerto
340 Protinus hasta fugit, seruatq; cruenta tenorem:
Dexteraq; ex humero neruis moribunda pependit.
Tum *Numitor*, iaculo fratris de corpore rapto,
Aeneam petiit: sed non & figere contrà
Est licitum: magniq; femur perstrinxit *Achatæ*.
345 Hic *Curibus*, fidens primæuo corpore, *Lausus*,
Aduenit, & rigida *Dryopen* ferit eminus hasta,
Sub mentum grauitè pressa: pariterq; loquentis
Vocem, animamq; rapit traiecto gutture. at ille
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
350 Tres quoq; *Threicios Boreæ* de gente suprema,
Et tres, quos *Idas* pater, & patria *Ismara* mittit,
Per varios sternit casus. occurrit *Halesus*,
Auruncæq; manus: subit & *Neptunia* proles,
Insignis *Messapus* equis. expellere tendunt
355 Nunchi, nunc illi: certatur limine in ipso
Aufoniæ. magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt, animis, & viribus æquis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu, stant obnixa omnia contrà.
360 Haud aliter *Troianæ* acies, aciesq; *Latinæ*
Concurrunt, HÆRET PEDE PES, DENSVSQVE VIRO VIR.

FIDVM *ÆN. AFFATVR ACHAT.*) *Aeneas* cum vidisset constipati cunei turbam magno aduersum se telorum numero certare, atque contendere, allocutus est *Achatem* fidum sibi, & comprobatum in omnibus, ut tela in eos iacienda suggerat: erat enim maiore vi maior vis excludenda. Ordo est. Suggere tela mihi, quæ in campis Iliacis in Græcorum steteret corporibus. Nullum enim mea dextra in Rutulos sine effectu, aut irritum iaculabitur telum eorum, quæ iam sunt cæde hostium comprobata. Quasi consuetudinem haberent illa ferendi: & quasi sic possent stare in Rutulorum corporibus, quomodo in Græcorum steterunt, cum pugnaretur apud Troiam. Donatus, & Seruius. * Non temere tela petit ab *Achate*, quippe non solum fidissimo comite, & consiliario suo, sed etiam armigero. Patet ex illis. *Æneid.*

Constitit hic, arcumque manu, celeresque sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat *Achates*.
Et quamquam difficile est unum pugnare aduersum duos, ne dicam septem, tamen armis Vulcani confusus Aeneas, etiam cum septem ausus est configere.

CLYPEI TRANSVERB. *ÆRA MÆON.*) Quid fecerit tribus de illis septem fratribus *Aeneas*, ostenditur, *Mæoni*, *Alcanori*, *Numitori*.

SERuatQVE CRVENTA TENOREM) Hasta seruat tenorem, id est, currendi modum, ut exponit *Seruius*. Imitatus est eleganter *Lucanus* lib. 3. quod vidit *Germ.*

*Haud unum contenta latius transire quiescit,
Sed pandens perq; arma viam, perq; ossa, relicta
Morte fugit, superest telo post vulnera cursus.*

IACVLO FRAT. DE CORPORE RAPTO) *Alcanoris* tantum brachium vulnerauerat, *Mæonis* vero corpus, in

pus, in quo & hærebat iaculum, ideo de fratribus, non fratrum corpore rapuit Numitor. Magna autem fides, & laus Achata comitis, qui ita iunctus erat pugnantibus Æneæ, ut telum in eius corpus destinatum, ipse propter vicinitatem sentiret. Non esset factum, nisi protegendum officio proximus fuisset. Seruius, Donatus.

GRAV. PRESSA) Seruius ait, tenuisse hastam, non vibrasse, aut iecisse. Id ostendit quod additur, *grauiter pressa*.

VOCEM ANIMAMQUE RAP.) necesse enim fuerat utrumque simul auferri, quum ea pars corporis, guttur scilicet, traiecta esset, qua vox habuit exitum, & qua subsidium vitæ reperiebat ingressum. Deinde asserit in faciem cecidisse, quâdo fronte terram percussit. Crassum autem cruorem vomebat, utpote partim viuus adhuc, partim mortuus. In viuus quippe corporibus non congelascit sanguis: in morientibus verò cōstringitur. Recte igitur crassum dixit. Donatus.

FRONTE ERIT TERRAM) Homerus Odyss. 9. *ἔπειτα δὲ πρὸς τὴν γῆν δι' ἧλας παρτίματόν τε.*

TRES QUOQUE THREICIOS) Docet Gellius lib. 13. cap. 19. Virgilium priore versu scripsisse, tres, posteriore tris, ea iudicii subtilitate, ut si aliter dixeris, mutauerisque, & aliquid tamen auris habeas, sentias suauitatem sonitus diuidere. Sonat igitur suo quidque in loco aptissimè. Compendio vsus est, inquit Donatus, ut omnes simul poneret, & eorum exitus sub generali significatione transiret.

BOREÆ DE GENTE) De Boreæ gente, originem ducentes à Zetho, & Calai, qui Boreæ venti, & Orithyæ regis Atheniensium filii filij fuerunt.

PATRIA ISMARA) Ismara Thraciæ ciuitas, à monte Ismaro.

AVRUNCÆQUE MANVS) Auruncæ vrbis ciues, conditæ ab Aufone Vlyssis, & Calypso filio, à quo Aufoniæ nomen factum est illi parti Italiæ, in qua sunt vrbes Beneuentum, & Cales: quod deinceps nomen totius Italiæ tributum est, teste Festo.

LIMINE IN IPSO) id est, in ipso littore, ubi finis maris, & terre initium.

MAGNO DISCORD. ÆTH. VENT. PRÆLIA) Delectatur in primis poetæ, ardorem, & impetum in prælio concurrentium acierum, ventorum ex aduerso inter se pugnantium, & colluctantium similitudine ante oculos legentium ponere. Hinc illa comparatio 2. Æneid.

*Aduersus rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt Zephyrusq;, Notusq;, & letus Eois
Eurus equis: stridens sylua, sensitq; tridenti
Spumens, atq; imo Nereus ciet aquora fundo.*

Statius II. Thebaid.

*Ut Notus, & Boreas gemino de cardine mundi,
Hic niue Rhiphaa, Libycis hic pastus arenis,
Bella eient, clamant amnes, freta, nubila, sylua.*

Et lib. 8. elaboratius.

*Ut ventis, nimbiq;, minax, cum soluit habenas
Iuppiter, alternosq; affligit turbine mundum,
Stat cali diuersa acies: nunc fortior Austri,
Nunc Aquilonis hyems, donec pugnante procella
Aut nimis hio viciat aquis, aut ille sereno.*

Est & apud Ennium 17. Annali huius notæ comparatio, quam alibi protulimus. *Concurrunt veluti venti quum spiritum Austri Imbricator, &c.* & huic quidè Virgiliana, quam in manibus habemus, magis respondet, quamuis uterq; de Hom. promptuaria cella videatur propiisse.

MAGNO ÆTHERE) id est, in aëre magno, spatiofo.

At parte ex alia, quæ saxa rotantia latè
Intulerat torrens, arbustaq; diruta ripis,

Mmm * 2

Arcadas

Anam in æthere venti nulli sunt. Sicut supra, atq; æthera trahant cum sonitu, de gruibus.

OBNIXA OM. CONT.) Pro obnixæ legit Donatus obnixæ, aut obnixa, quomodo, & Seruius legi docet. Sensus est. Non sibi cedentibus ventis, ea quoque non cedunt, quæ ipsi flatibus suis scuiendo commouerint. Mare resistit mari, nubes nubibus, venti ventis.

ACIESQUE LAT. CONCVRRVNT) Militare verbum concurrere. Iterum Virgil. *Agmina cōcurrunt ducibusq; & viribus æquis.* Et mox. *ipsos concurrere passus.* Horat. Sat. I. lib. I. *quidem? concurrunt, hora Memento auscita mors venit, aut victoria lata.*

HÆRET. PEDE PES) Similis vocum collisio in 5. *Immiscensq; manus manibus.* Homerus Iliad. 13.

*ἡ δὲ Ζεὺς δόρυ δούει, σάκος δὲ σάκος περὶ δαλύνει,
Ἀσπίς δὲ ἀσπίδι ἐρείδεται, κέρυς κέρυι, ἀνέγξαι δὲ ἀνέγξαι.*
Achelus cōmemorans suum cum Hercule certamen, Metamorph. lib. 9.

*Inq; gradu stetimus, certi non cedere, eratq;
Cum pede pes iunctus, totoq; ego pectore pronus,
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.*

A. Furius Antiās, Annalium lib. 4. *Pressatur pede pes, mucrone mucrone, viro vir.* Ennius. *pedes pes premitur: armis teruntur & arma.* At verò Statius li. 8. Thebaid. & hunc ipsum Maronis locū, & ardorem præliantium vide mihi quam disertè, & copiosè, & tanquam *παρορρητικῶς* expresserit.

*Sam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,
Ense minax ensis, pede pes, & casside cassis.
Sic obnixa acies, pariter suspiria firmant,
Admotæq; nitent aliena in casside crista.*

Credo item huc respexisse Valer. Flaccum lib. 6.

*Illi ubi consertis innexere fremientia telis
Agmina, virq; virum galeis afflant adaetis.*

Conatus est etiam id ipsum Silius lib. 4.

*teritur iunctis umbonibus umbo,
Pesq; pedem premit, & nutantis casside crista
Hostilem tremulo pulsant conamine frontem.*
Et lib. 9. vberius.

*galea horrida sistit
Adversa ardescit galea, clypeusq; fatiscit
Impulsu clypei, atq; ensis contenditur ensi,
Pes pede, virq; viro teritur.*

Curtius lib. 3. de prælio Alexandri M. cum Persis. Duæ quippe acies ita cohærebant, ut armis arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent: collato pede quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio itabant, donec vincendo locum sibi facerent. Ibidem. vir viro, armis arma conferta sunt. Bella sanè, & complura huius generis inuenio apud Tyrtæum.

*Ἀλλὰ τίς ἐγγὺς ἰὼν, αὐτοσχάδον ἐγχεῖ μακρῶ
Ἡ ἔλπει ὑπὲρ τῶν δίκιον ἀνδρῶ ἐλέτω:
Καὶ πόδα παρ πόδι δέει, καὶ ἐπ' ἀσπίδι ἀσπίδι ἐρείσας,
Ἐν δὲ λόφον, τε λόφον, καὶ κυνὴν κυνὴν,
Καὶ σέρον σέρον πεπαλημένον ἀνδρῶ μαχέσθω
Ἡ ἔλπει κώπην, ἢ δόρυ μακρὸν ἐλῶν.*

Congrediens aliquis gladio vibrando, vel hastam, In pugnam, socium cominus accipiat.

*Cum pedibusq; pedes, cum sentis senta coaptant,
Cum crista cristam, cum galea galeam,
Et pectus ingens cum pectore pugnet in hostem,
Sive tenens hastam, sive tenens gladium.*

Hec Seruius, Macrobius, Donatus, German. Vrsin. Hieron Columna.

- Arcadas in suetos acies inferre pedestres
 365 Vt vidit Pallas Latio terga sequaci, + dare
 Aspera queis natura loci dimittere quando
 Suasit equos: vnum quod rebus restat egenis,
 NVNC PRECE, NVNC DICTIS VIRTUTEM ACCENDIT AMARIS.
 Quò fugitis focij? per vos, & fortia facta,
 370 Per ducis Euandri nomen, deuictaq; bella,
 Spemq; meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudis,
 FIDITE NE PEDIBVS. FERRO RVMPENDA PER HOSTES
 EST VIA, quæ globus ille virum densissimus vrget:
 Hac vos, & Pallanta ducem patria alta reposcit.
 375 NVMIMA NVLLA PREMUNT: MORTALI VRGEMVR AB HOSTE
 MORTALES: TOTIDEM NOBIS ANIMÆQVE, MANVSQVE.
 Ecce maris magno claudit nos obice pontus:
 Deest iam terra fugæ: pelago Troiam ne petemus?
 Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes.

AT PARTE EX ALIA) Omissio Æneæ narrat ea, quæ ab Arcadibus in diuersa campi parte gesta sint fortiter, & à Pallante, qui hic Patrocli Homericæ personam refert, non diu superstiti futuro, ut nec ille.

QVA SAXA ROTANTIA) In alio litoris loco describit exitum habuisse torrétem, aduexisse dirutas arbores, & saxa eò infinita traxisse. Arcadas verò equites nec equos inter hæc agere, nec pedestri contra morem suum pugna certare voluisse, Proinde in fugam cœpisse conuerti, & terga hostibus dare. Hoc enim in aduersis esse subsidium solet, ut salus fugiendo seruetur, quæ dimicando non potest defensari. Pallantem, qui hæc vidisset, nunc rogare eos, nunc obiurgare cœpisse, ne deferta gloria sua, victoriam hostibus relinquerent. Donatus.

Sed videntur Arcades ab equis descendisse, & ita fugam pedibus arripuisse. Seruius enim vocem illam *quando*, exponit *siquidem*. Commoditas igitur ista ad fugiendum maior, propter loca saxis, & arbutis, & truncis iam impedita. Sed tamen natura loci non eos ad fugam, sed dimissis equis ad pedestre certamen hortabatur. Monet prudenter Veget. lib. 3. cap. 9. Nam si equitatu gaudemus, campos debemus optare: si pedite, loca eligere angusta, fossis, paludibus, vel arboribus impedita, aliquoties montuosa, &c. In quem locum hæc Steuechius. Factum etiam quandoque, ut qui equitatu satis vtrinque instructi essent, in prælio tamen uti nequissent: quod loca aspera essent, impedita, nimis angusta. Qua de re exemplum in Pausaniæ Phocicis in prælio circa Thermopylas commissio. Veruntamen frenos sæpe equites detrahare coacti, quo fidem facerent peditibus, non deserturos. Idem in pedes eosdem sæpe desiluisse, historiæ testes sunt, & pugnam pedestrem pariter cum cæteris capessuisse. Vide eundem de idoneo loco ad pugnam eligendo, cap. 13. Verbo *rotantia* inuenimus eodem modo vsum Lucretium, libr. 1. *vertice torto Surripiunt, rapidoque rotantia turbine portant.*

ARGAD. INSVET. ACIES INFERRE PED.) Arcades à studio equorum, & nutritione commendati fuerunt olim, & equestri in primis valuerunt certamine. Nempe & Neptunus equestris in magna veneratione apud eos fuit, ut testatur Pausan. in Arcadicis, & equestribus

Aludis feriari solebant. German. qui etiam quæstionem ponit, cum Arcadiam montosam esse constet, quomodo ibi vfusequorum esse potuerit. Ad eam quæstionem vide, si placet, quid ipse respondeat.

QVO FUGITIS SOCII?) *Oratio Pallantis plaudens militum, & exhortatoria est, ad perumpendum per hostes, & fugam deducum fugiendum. Facit & Silium lib. 4. Cos. Scipionem suos in pugnam reuocantem, cum amulatione huius loci.*

Quo fugitis? que spes victis? Alpe sine petemus?
 Ipsam turrigero portantem vertice muros
 Credite submissas Romam nunc tendere palmas,
 Natorum passim raptus, &c.]

Tenuit omnia, quæ fugientes reuocarent, deditque ordinationem pulcherrimam diæis suis. Ait primo loco, *Quo fugitis?* hoc est dicere, ad quam tenditis partem, quum omnia teneant hostes? *Per vos*, nihil siquidem vnicuique nostrum tam charum, quam ipsemet sibi. Addit, *& fortia facta*. Multum valet in cohortando exempla alicui propria demonstrare, & præteritarum victoriarum redintegrare memoriam. Potest enim rursum vincere, qui laboribus suis tenuit aliquando victoriam, & ne facta gloriosa posterioribus ludibriis obruat, operam dare. *Per ducis Euandri nomen*, ut ne ducis sui nomen, actriumphos, & glorias militariis vellent flagitiis maculare. Cuique nostrum natura erga principem suum nescio quid amoris, ac reuerentiæ ingenuit. Vltimo loco rypocinium suum illis commendat, ubi se paternæ virtutis imitatore proflitetur. *Spemq; meam*, Per expectationem, inquit, quam sustineo, futuræ æmulationis virtutis paternæ. Deinde quid opus sit exponit. In certaminibus, inquit, bellicis spes omnis in dextera magis esse, quam in pedibus debet. Et nunc si viam in patriam quæritis, rumpatur ista via per hostium globos, accedentium strages perferat, iter virtus, ut decet, inueniat, &c. Hactenus Donatus. Quid autem faciendum duci, si vel pars, vel totus exercitus fugerit, docet Vegetius lib. 3. cap. 25.

DEVICTAQVE BELLA) id est, finita, exhausta, nam hostis vincitur, non bellum.

FIDITE NE PEDIBVS) Iustinus lib. 11. de Alexandri M. exercitu fortissimo ac selectissimo. Itaque nemo in prælio fugam, sed victoriam cogitauit: nec in pedibus cuiquam spes, sed in lacertis fuit.

NVMIMA

NVMINA NVLLA PREMUNT) A facili argumen-
tum. Alioqui cum dijs non pugnandum. *Dij me terrent,*
& *Juppiter hostis*, ait in 12. Turnus. Proverbia sunt, dijs
iratis, dijs propitijs. Vide Chil. in adagio *Genius malus*.

ECCB MARIS MAG. CLAYD. NOS OBICK) Anni-
bal transgressus Alpes, in oratione, qua suos cohortatur
ad fortiter præliandū in Italia. Dextra, lævaq; duo ma-
ria claudunt, nullam ne ad effugium quidem naum ha-
bemus: circa Padus amnis, maior ac violentior Rho-
dano, à tergo Alpes vrgent. Et rursus in extrema orati-
one. Nihil vſquam nobis relictum est, nisi quod armis
vindicauerimus. Illis timidus, & ignavis licet esse, qui
receptum habent, quos suus ager, sua terra per tuta, ac
pacata itinera fugientes accipient: vobis necesse est for-
tibus viris esse, & omnibus inter victoriam mortem ūc
certa desperatione abruptis, aut vincere: aut, si fortuna
dubitabit, in prælio potius, quam in fuga mortem op-
petere. Arbitror his duabus sententijs Luianus nō me-
diocriter illustratum esse, quod hoc versu, & sequente
dimidiato, à Pallante dicitur.

Sed adhuc aliunde plus lucis & ornamenti huic loco
afferemus, & istam necessitatem à qua Pallas suos ad
fortiter dimicandum incitat, ex collatione similium
magis declarabimus, idq; ex Hieron. Colum. Explica-
tionibus in fragmenta Medæ Ennianæ videlicet. Me-
dea igitur, malis sibi vndiq; imminentibus, cum hinc
premeret odium conceptū in Iasonem, ac pellicē, am-
borumq; vlciscendorum: illinc liberorum amor, minē
Creontis, & exilium, Ennius à feris sumpta translatio-
ne, quibus hinc canibus, illinc laqueis, & retibus cir-
cumclusis nullum patet effugium, dixit in eius persona,
Teneor conspecta, vndiq; vexor, alludens forsitan ad pro-
verbium, quod sic protulit Flaccus Sat. 2. lib. 1. *hac vr-
get lupus, hac canis angit*. Alio modo eandem expressit
sententiam Sat. 3. lib. 2. *hic fossa est ingens, hic turpis ma-
xima*. Græci eodem sensu, *ἐμπεδον κρημνός, ὀπίθεν λύ-
κοι*. A fronte præcipitium à tergo lupi.

MEDIVS DENSOS PRORVP. IN HOSTES) Quod effi-
cacissimum est, in fine posuit, & vt horretetur etiam ex-
emplo, primus in hostium globum irrupit. Seruius.

- 380 Obuius huic primum fatis aductus iniquis
Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere saxum,
Intorto figit telo, discrimina costis
Per medium quæ spina dedit: hastamq; receptat
Ossibus hærentem. quem non super occupat Hisbon,
385 Ille quidem hoc sperans. nam Pallas ante ruentem,
Dum furit, incautum, crudeli morte sodalis,
Excipit, atq; ens tumido in pulmone recondit.
Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare nouerca.
390 Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in armis,
Daucia, Laridæ Tymberq; simillima proles,
In discreta suis, gratusq; parentibus error.
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis:
395 Te decisa suum Laride dextera quærit,
Semianimesq; micant digiti, ferrumq; retractant.

FAT. ADDUCTVS INIQUIS) Dicendo, *fatis iniquis*
obuium fieri Lagum, ostendit periturum: interitum
statim subiungit. Vellebat autem saxum, quod in Pal-
lantem mitteret, quia terra retinebatur. Hasta ossibus
penitus inherebat, quam reducere vix potuit. Cupiebat
autem Hisbon Pallantem ad ebullendam hastam incli-
natum superoccupare, sed non processit. Nam dum in-
cautus rueret, furens propter crudelem mortem sodal-
is, anteuertit illum Pallas, ensēq; defixit in eius pul-
monibus. Donatus, & Seruius.

MORTE SODALIS) Sodales quidam dictos esse
putant, quod vnā sederent, essentq; Alij, quod ex suo
vesci soliti sunt. Alij quod inter se inuicem suaderent,
quod utile esset. Iidem quod coeant crebro, *κοιτίζεσθαι*
vocantur, à Græco vocabulo. quod est *κοιτίζω*. Congere
per vnum, *ῥ*, scribebant, consonantes enim non gemi-
nabant antiqui. Festus, & Scalig. F.

TUMIDO IN PVL) Pulmonem tumidum vocat
φυσικὸς planē. Inflari siquidem medici pulmones po-
nunt, vt folles, & eo more accipere auras. Vnde Arist.
de partibus animal. lib. 3. *τὸ δὲ πνεῦμα ὡς πνεύματι ὅταν*

*τόν τε, τὴν μὲν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἔχον ἀπὸ τῆς καρδίας, πο-
νὼν δὲ ἐνρυχνοῖεν τῇ εἰσόδῳ τοῦ πνεύματος, ὅθεν τὴν αὐτὴν συμ-
φύσησιν, καὶ τὸ μέγεθος. αἰετοῦ γὰρ ἰστέον τὸ πνεῦμα, συνι-
όντος δὲ ἐξέρχεται πάλιν*. German. Pulmo erat, & natura-
liter tumidus, & quia furebat. Seruius.

RHOETI DE GENTE VETUSTA) Origines singu-
lorum, & crimina, vel certè alta, idcirco addidit poeta,
non quod sint locis, & tempori necessaria: sed ne solis
nominibus longus narrationis textus horrescat. Rhœ-
tus Marrubiorum Rex fuit in Italia, qui Anchemolo
filio Casperiam superduxit nouercam. Hanc priuignus
stuprauit. Quo cognito, cū eum pater persequeretur,
& ad poenā vberet, ille se ad Turnum contulit. Donat.
Seruius.

THALAMOS INCESTARE NOVERCÆ) Thalami
vox poetis pro re coniugali accipitur. Deducta est autē
à *θάλασ* floreo, vireo, quoniam, vt Etymologites, *ἀπὸ
ἐν αὐτῷ θάλλωσι εἰσέναι σώματα, ἔτι ἐστιν ἀκμάζοντα, καὶ μὴ
ἀποσκηκότα*, corpora ed intrantium debent esse vigen-
tia, & virentia (propter sobolem procreandam scilicet)
non flaccida, infirma, & quasi emortua. Incestus, siue

Mmm * 2 ince,

incestum, latinis idem quod stuprum, quamuis vsus ad flagitium transferat: quod in affines comittitur. Stuprum autem vel cum nupta committitur, & adulterium propriè appellatur: vel cum alia persona, siue ea sanguine coniuncta sit, siue non, siue virgo sit, siue vidua. Incestare verò, est incestum perpetrare, siue polluere, & incestè, est pollutè, fœdè. Plaut. Pœn. *Earum hic alteram efflictim, neq. eam incestauit unquam.* Virgil. de cadauere Miseni insepulto, lib. 6.

Præterea iacet exanimum tibi corpus amici,

Hæc nescis, totamq. incestat funere classem.

Nouerca autem, auctore Festo, quam quis sublati liberis nouam uxorem ducit, augendæ familiæ gratia.

VOS ETIAM GEMINI) De geminis Lari filijs, quos nec sui discernere poterant, & in quibus parentes ipsimet sæpe, sed incundo illis errore errabant. Hos quemadmodum discreuerit Pallas, ostendit poeta. Vnus capite abscisso, alter amputata dextera obiit. Vide plura apud German. cuius item sunt ista Paralip. Lucan. lib. 3. idem de geminis argumentum, numeris ferè iisdem repræsentauit.

Stant gemini fratres, facunda gloria matris,

Quos eadem varijs genuerunt viscera fati,

Discreuit mors sæua viros, unumq. relictum.

Agnorunt miseri sublato errore parentes:

Aeternis causam lacrymis tenet ille dolorem

Semper, & amissum fratrem lugentibus offert.

Aristot. lib. 7. histor. animal. de geminis in hanc sententiam. τὰ δὲ διδυμα ἥδη μὲν ἐγένετο καὶ ἐν τοῖς αἰνέτοις, τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ οἱ ἐπὶ πολλοῖς τοῖς αἰνέτοις. * Fratres germanos geminos, appellatos Menachmos, eosdemq. quam simillimos, ὅτι eos nec

mater, qua mamma dabat, nec mater ipsa qua illos pepererat inter nosse posset, habes apud Plautum tota comedia, in qua ob istam similitudinem ludificationes multæ, & ridiculæ. Silius quoq. mole par fratrum inducit lib. 2.

Vos etiam primo gemini cecidistis in æuo

Eurymedon fratrem, & fratrem mentite Lycorma:

Cuncta pares, dulcisq. labor sua nomina natis

Reddere, & in vulnū genitricis stare suorum.

NAM TIBI TYMBRE CAPVT) Pro Tymber, metathesis. Vide Politian. cap. 17.

CAPVT EVANDRIVS AB. ENSIS) Idem quod hic, alibi quoq. sibi in hac littera, t, petmisit, ut eam produceret. Vñ sunt & alij hac licentia. Horatius. *Quum graminis dorso subiit onus. incipit ille.* Et in isto, *Qui non descendit alio culpante.* Nafio. *Nubibus esse solet, aut purpurea aurora.* Hen. Steph.

TE DECISA SVVM) ἡμῶν λέγεται dictum est, pro, à te, ô Lauride ô Dauciz, decisa tibi dextera requiritur, & desideratur.

SEMIANIMESQVE MICANT) Versus ab Ennio, teste Seruio.

Ositat in campis caput à cernice renulsum,

Semianimesq. micant digiti, ferrumq. requirunt.

Ouid. Metamorph. lib. 6. de lingua Philomelæ à Teceo præsecta.

— forcipe linguam.

Abstulit ense ferox: radix micat ultima lingua.

Vid. subire solæ mutilata cauda colubæ,

Palpitans, & moriens domina vestigia querit.

Stat. lib. 7. Thebaid. *diuidu trans corpus hians Truncum oculi querant, animus caput.*

- Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
Facta viri, mistus dolor, & pudor armat in hostes.
Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea præter
400 Traijcit: hoc spatium, tantumq. moræ fuit illo.
Illo namq. procul validam direxerat hastam:
Quam medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra,
Te fugiens, fratremq. Tyren: curruq. volutus
Cædit semianimis Rutulorum calcibus arua.
405 Ac velut, optatò ventis æstate coortis,
Dispersa immittit syluis incendia pastor:
Correptis subito medijs extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens victor flammæ despectat ouantes:
410 Non aliter socium virtus coit omnis in vnum,
Teq. iuuat Palla. sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos, seq. in sua colligit arma,
Hic maectat Ladona, Pheretaq., Demodocumq.:
Strymonio dextram fulgenti diripit ense,
415 Elatam in iugulum. saxo ferit ora Thoantis,
Ossaq. dispergit cerebro permista cruento.
Fata canens syluis genitor celarat Halesum:
Ut senior letho canentia lumina soluit,
Iniecere manum Parcæ, telisq. sacrarunt
420 Euandri. quem sic Pallas petit antè precatus:
Da nunc Tibri pater ferro, quod missile libro,

Fortu-

Fortunam, atq; viam duri per pectus Halesi,
 Hæc arma, exuiasq; viri tua quercus habebit
 Audijt illa Deus. dum textit Imaona Halesus,
 425 Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

ET PRÆCLARA TVENTES FACTA. V. MIST. DOL. ET PVD.) Habet magnam vim in prælio, non modo ipsa cohortatio ducis, sed exemplum quoq; Et Homerus cum Agamemnonem appellaret βασιλῆα ἀγαθόν, eodē carmine etiā καλεῖν ἀρχηγόν appellauit. Sic Annibalis, sic Alexandri milites præclara facta imperatorū suorum intuentes, in ferrum ipsi quoq; animosius ruebant: primos in acie ambos fuisse legimus. Constantinum sæpe hostium cruore oblitum, precibus, & lacrymis suorum excedere prælio coactum fuisse traditum est, vt se reipub. seruaret. Ergo & ipsa ducis oratio, & multo magis exemplum, & præterea dolor, atq; etiam pudor, quatuor istæ causæ Arcadas in hostes incitarunt. Magis tamen eos pudor, quam dolor vrsit. *Mistus dolor, & pudor*, sic de Mezentio, *astuat ingens Imo in corde pudor, mistosq; insania luctu*. &

FUGIENT. RHOETEA PRÆTER) Pallas direxerat hastam in illum: præterfugiens Pallantem Rhœteus, qui duos fratres Teuthram, & Tyren se insequentes fugiebat, illam volantem excepit in corpus suum. Non plus spatij seu moræ habuit mors Ili: nam eum quoq; cōfestim interfecit Pallas. Decidit ergo de curru Rhœteus, arua calcibus pulsans, quod doloris est indicium. Infra, de Acrone, *& atram Tundit humum exspirans*. &

CÆDIT RYTVLOR. CALCIBVS ARVA) Etiam in hoc ὀπνεῖται.

AC VELVT OPTATO) Comparationi subijcit vim Arcadam irruentium, lateque cædibus grassantium in hostes *Ventis coortis*. Simile illud Lucretij lib. 1. *Aut ita diffugiens, vt tempestate coorta*. Et infra, *Vsq; adeo donec tempestas sana coorta est*. Et lib. 6. *quas venti quum tempestate coorta complerunt*, Cæsar lib. 7. de bello Gall. quod magna subito erat coorta tempestas.

ACIES VVLCANIA) Aciem Vulcaniam vocauit, inquit Seruius, quæ comparatio ad bellum pertinet: nā de igne dicere aciem, satis incongruum est. Ergo acies Vulcania, vis ignis, quæ latè per campos effunditur. Victor autem, cui vota procellerunt, voti compos* *Sed cur non ita dicta accipiamus*, acies Vulcania, *quasi flamma latè diffusa, sint Vulcani copia quadam, & quidam exercitus, quo grassantur sylua, segetes, & quidquid ardere potest? An non ὁμοῦσι πῶς loqui poetis sollempne, & nimis sistratum est? an exemplum id cōfirmandum denuo, & in meridie accendendum lumen?*

BELLIS ACER HALESVS) Halesus virtute propria confusus, non dubitauit ire in plurimos, & contra venientes. Quos cum trucidauerit, satis apparet, quam bellis acer fuerit. Quod se in sua arma collegisse dicitur, nihil est aliud, quam scuto se totum communijr, post scutum se clausit aduersus impressionem multorum, quomodo Donatus, & Seruius exponunt. Strymonius autem, cum elata manu vellet gladium in Halesi iugulum defigere, præuentus ab eo, ipsam dexteram perdidit. Mirum porro, saxum veniens non præuidisse: quo ictu totum eius comminutum est caput, vt cum ossibus cerebrum, sanguisq; commista sint.

Cerebrum omnia habent animalia, quæ sanguinem: sed homo portione maximum, & humidissimum, omniumque viscerum frigidissimum, duabus supra, subterque membranis velatum, quarum alteru-

tram rumpi mortiferū est. Cæterum viri quàm famina maius. Hoc est viscerum excellentissimum, proximumque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus: hanc habent sensus arcem, huc venarum omnis à corde vis tendit, hic desinit: hic culmen altissimum, hic mentis est regimen. Plin. lib. II. cap. 37.

SEQUE IN SVA COLLIGIT ARMA) post scutum se claudit. Lib. 12. de Ænea, *Substitit Æneas, & se collegit in arma*.

SYLVIS GENITOR CELAR.) Cognito pater, quid Haleso filio inimica fata portarent, sylvis absconderat, ne inuentum perimerent. Itaque non malè etiam, *fata cauens* quidam legunt, pro, *canens*: nam & ab alijs audita cauere poterat. Sed quum sollicitum senem longa ætas traxisset in mortem, deficiente pia custodia, destituito intulerunt fata violentiam quam parauerant, & Euandri teiis tradiderunt iugulandum. Non tamen videtur occidi potuisse, nisi percussor eius, dei iuuaretur auxilio. Rogat Pallas regionis suæ deum, vt duo sibi præstet, quæ mortem faciant inimici: fortunam, vt perueniat ictus: & viam, hoc est aditum plagæ. Quod sequitur, *Hæc arma, exuiasq;*, &c. hunc habet sensum. Arma quibus ille securus dimicat, quibusque munitus est, erecto trophæo in luo tibi dicabo. [*De trophæo dicemus lib. sequenti, ad illud*, Ingentem quercum decisis vndique ramis Constituit tumulo.] Dum igitur Halesus alium studet à morte defendere, se ipsum nudato pectore opportunum tradidit morti. Sic Donatus.

CANENTIA LVMINA SOLVIT) ipse canus, ἡ πάλη γῆ. Et nota loquendi formam, *lumina soluere*, pro mori. Seruius, physicam rem dixit, inquit, dicuntur enim pupillæ mortis tempore albescere. Sed hoc non est explicare vim sermonis. Ego arbitror eò poetam respicere, quod morituris oculi iam fracti natant quodammodo, quod obseruarunt, qui morientibus astiterunt. &

INIECERE MANVM PARCÆ) Sermo iuris est. Nā manus iniectio dicitur, quoties nulla iudicis auctoritate expectata, vindicamus.

TELISQVE SACRARVNT EVANDRI) Quidquid destinatum est dijs, sacrum vocatur. Peruenire autem ad eos non potest, nisi libera à corpore fuerit anima: quod nisi morte fieri non potest. Ita ergo opportunè sacrum Halesum facit, quia erat appetiturus. Et hic proprietatem, & humani, & diuini iuris exsecutus est. Nam ex manus iniectione pæne mancipium designauit, & sacrationis vocabulo obseruantiam diuini iuris impleuit. Hoc loco non videtur alienum de conditione eorum hominum referre, quos leges sacros esse certis dijs iubent: quia non ignoro quibusdam mirū videri, quod cum cætera sacra violari nefas sit, hominē sacrum ius fuerit occidi, cuius rei causa hæc est. Veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur: sed abigebant ad fines deorum, quibus sacrum esset. Animas verò sacrorum hominum, quas Græci ζῷα κατὰ θεοὺς vocant, dijs debitas existimabant. Quemadmodum igitur quod sacrum, ad deos ipsos mitti non poterat, à se tamen dimittere non dubitabant: sic animas, quas sacras in cælum mitti posse arbitrati sunt, viduatas corpore quam primum eò ire voluerunt. Macrobi. Saturnal. lib. 3. cap. 7.

DA NVNC

DA NVNC TIBRI PATER) Inuocat numen vicinū, Are vult, vt pertexat. Hoc igitur iacit in spoliatorem, & grassatorem. Quod si hic, *denuo*, adscriptum non esset, legerem libenter, *pallio detexere*: mouet quippe me auctoritas Seruij, qui illud Plauti affert, verum ex alia vt reor, fabula: *Ego hunc hominem detexam pallio*, quod est, exuam, & spoliabo. Turneb. lib. 30. cap. 34. * In Seruio nostro, hoc quidem loco nihil aliud legitur, prater hac verba: *dū texit, dum spoliat: nam tempus praesens, non praeteritum, ab eo quod est texo.*

TVA QVERCVS) In tuis ripis nata.

DVM TEXTIT IMAON. HALESVS) Texere pro exuere, ac spoliare positum, sicut detexere apud Plautum in Amphit. vbi ita Sofia seruus. *Illic hoc homo denuo vult pallium detexere*: Id est, proinde, quasi hoc pallium non iam perfectum, detextumque sit, eo me exue-

- At non cæde viri tanta perterrita Lausus,
 Pars ingens belli, finit agmina. Primus Abantem
 Oppositum interimit, pugnae nodumq;, moramq;.
 Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Etrusci:
 430 Et vos ô Graijs imperdita corpora Teucri.
 Agmina concurrunt, ducibusq;, & viribus æquis.
 Extremi addensent acies: nec turba moueri
 Tela, manusq; finit. hinc Pallas instat, & vrget,
 Hinc contrà Lausus. nec multum discrepat ætas:
 435 Egregij forma: sed queis fortuna negarat
 In patriam reditus. ipsos concurrere passus
 Haud tamen inter se magni regnator olympi:
 Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
 Interea soror alma monet succurrere Lauso
 440 Turnum, qui volucris curru medium secat agmen.
 Vt vidit socios, Tempus desistere pugna:
 Solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas
 Debetur. cuperem, ipse parens spectator adesset.
 Hæc ait: & socij cesserunt æquore iusso.

AT NON CÆDE VIRI) Nihil est tanti viri cæde, B duntur, & reuersio capitur pro reditu, vt lib. 2. de finibus. Vt omnium siderum eodem, vnde profecta sunt, fiat ad vnum tempus reuersio. Reditus autem pro reuersione, vt Philipp. 2. Qui verò Narbone reditus? cū tamen reuersio illa potius Antonij fuerit. Profectus enim ab vrbe, vt in Hispaniam irer, Narbone dies aliquot mansit: deinde, murato consilio, Romam reuertit. Hæc Manut. in 1. Philipp.

PARS INGENS BELLI) cuius erant præcipuæ partes in eo bello, seu, qui virtute, & armis non parum excellebat, & præstabat in bello. Sic infra *Pars belli haud temnenda viris*. Et libr. 2. *Æneid. Et quorum pars magna fui.* ✽

PUGNÆ NOD. MORAMQVE) Metaphora à nodosis arboribus, quæ cuneis etiam difficilè perumpuntur. Nihil est aliud quam robur, firmamentum exercitus, ἔργον πολέμου, vt loquitur Homerus, veluti murus, vallum, propugnaculum suorum. ✽

O GRAIJS IMPERDITA CORP. TEVCRI) quos Græci perdere nequiuertunt. Teucros autem intellige, quos secum ducit Æneas. Seruius.

ADDENSENT ACIES) Sic legendum, vt sit secundæ coniugationis, non primæ.

IN PATRIAM REDITVS) Reditus est eius, qui, quod statuerat, peruenit: reuersio autem eius, quem ex itinere causa aliqua reuocat, ac reducit ad eundem locū, vnde à principio discesserat. Interdum tamen confun-

bus. Vt omnium siderum eodem, vnde profecta sunt, fiat ad vnum tempus reuersio. Reditus autem pro reuersione, vt Philipp. 2. Qui verò Narbone reditus? cū tamen reuersio illa potius Antonij fuerit. Profectus enim ab vrbe, vt in Hispaniam irer, Narbone dies aliquot mansit: deinde, murato consilio, Romam reuertit. Hæc Manut. in 1. Philipp.

MAIORE SVB HOSTE) Vult duobus adolescentibus apud lectorem conciliare gratiam, dum eos describit impigros, ætate propemodum pares, forma insignes: quibus tamen in fatis erat non redire in patriam. Pulchrum fuisset ipsos inter se cōcurrere, sed vtrique Iupiter suam seruabat gloriam, maiorem scilicet hostem, cuius manu caderent: Æneam, à quo Lausus, & Turnum, à quo Pallas interemptus est. Ne sic accipias, quasi vterque ab vno, eodemque occidendus esset, quia dicitur numero singulari, *sub hoste*: sed intellige duos, & illustriores. ✽

INTEREA SOROR ALMA) Iuturna soror Turni, cui Iupiter, vt in 12. legitur, erepta pro virginitate hunc honorem sacravit, vt nymphea esset, sollicita vicem Lausi, de eo adiuuando fratrem admonet, cui per medium agmen curru volanti, cedebant omnia. Vt ergo ad socios venit, & vidit quid ageretur, iussit milites quiescere, qui ibi erant, sibi que soli pugnam aduersus Pallanta depoposcit, optans etiam adesse Euandrum, vt corā ex filij interitu maiorem caperet dolorem, quam ex auditione capturus videbatur. Recurre ad 2. Æneid. vbi de supplicijs filiorum in conspectu parentum egimus ad illa,

ad illa, *qui nati coram me cernere lethum Fecisti, &c.* Nam sine immanitate summā ne optari quidē hoc cuiquam parenti potest, ut oculis suis interfici liberos suos videat. Itaque cum magno felle dictum, *cuperem ipse pater spectator adesset.* *

ÆQVORE IVSSO) ipsi iussi, hypallage. *Æquore*

Acedere dictum, ut *cedere foro, patria, vita.* Etiam cum dandi casu inuenitur, *cedere legibus, fortunæ, oneri, honori, sed alio significatu.* *Cedere græcè* ὑπακούειν dicitur ὑπακούειν, ὑπιστάσθαι, ὑπαίχειν, ἐπιδίδουαι, μεδίσασθαι, secundum varios significatus. Vide Bud. in Pand.

445 At Rutulūm abscessu iuuenis tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno: corpusq; per ingens
Lumina voluit, obitq; truci procul omnia visu:
Talibus & dictis it contra dicta tyranni.

AVT SPOLIIS EGO IAM RAPTIS LAUDABOR OPIMIS:

450 AVT LETHO INSIGNI: sorti pater æquus utrique est.
Tolle minas. Fatus medium procedit in æquor:

FRIGIDVS ARCADIBVS COIT IN PRÆCORDIA SANGVIS.

Desiluit Turnus biugis: pedes apparat ire
Cominus. Utq; leo, specula cum vidit ab alta

455 Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.
Hunc vbi contiguum missæ fore credidit hastæ,
Ire prior Pallas, si quā fors adiuuet ausum,
Viribus imparibus: magnumq; ita ad æthera fatur.
Per patris hospitium, & mensas quas aduena adisti,
560 Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis:
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victoremq; ferant morientia lumina Turni.

IVSSA SUPERBA MIRATVS) superbiam iubentis, B auctoritatemque miratus est Pallas, quam expertus est in abscessu Rutulorum. Spectabat autem corpus, quia verè spectatu dignum. Nam & magni membrorum artus erāt, magna vultus dignitas, & statura procerior. Vocauit enim in septimo *prestanti corpore*, & dixit, toto vertice suprà alios eminere. Quamquam poeta oculis inimicis à Pallante lustratum vult, qualibus tum maximè aspici, & obiri debuit. Quamuis porro adolescens, tamen se minis eius nihil perterrefactum ostēdit, vsque adeo, ut etiam liberrimè hominem, & cum supercilio affari audeat. *

AVT SPOLIIS EGO IAM RAPTIS) Aut occidā te, quod mihi summæ futurū est gloriæ: aut occidat abs te, & erit C mihi rursus laudi generosè oppetita mors: patri meo, cui tu dolorem inurere maximum, & quem adesse spectatorem concupiscis, vtrumuis gratum erit: qui, si lātari non poterit, se filium victorem, at certè lētabitur, se generosum bellatorem, & qui in acie occumbere non dubitaret, genuisse. Arcades meritò timebant, cum imparem viderent congressum, velut Troilum Achilli, & ut mox sequitur, taurum leoni. De spoliis opimis alibi, ni fallor, diximus. Quoties Ioui in Capitolium delata sint, Alex. ab Alex. lib. I. cap. 14. Quadrant huc duo versiculi, ex Attij fragmentis.

Nam trophaum ferre me à forti viro pulchrum est:

Si autem. & vincat, vinci à tali nullum est pro-
brum. *

FRIGIDVS COIT SANGVIS) Alibi, *gelidusq; coit for-*
midine sanguis.

IN PRÆCORDIA) Plin. lib. II. cap. 37. Extā homini

ab inferiore viscerum parte separātur membranis, quæ præcordia appellantur, quia cordi prætenduntur, quas Græci appellant phrenas.

DESILUIT TURNVS BIUGIS) Quia certissimam spectabat victoriam Turnus, ideo de curru desiluit, ut pedes congrediretur.

VTQVE LEO SPECVLA CVM VIDIT) Turnum comparat leoni, Pallantem tauro, ut ex hoc iam præuideri possit, cuius dicturus sic prouenisse victoriam. Adiecit, *meditantem prælia*, quia & Pallas tum primū belli certamina cœperat meditari. Donatus.

HUNC VBI CONTIGVVM) Vbi vidit Pallas Turnum eò processisse, ut hasta posset cōtingi, venisse intra iactū hastæ, ut ea posset feriri, intra iactum teli esse, ut posset eum tangere, ire voluit prior, si forte, imparem se viribus fortuna adiuuaret. Fundendam nihilominus credidit precem, ut fauore rogati numinis efficeret, quod humana virtute, & adhuc parua complere non poterat. Cum autem suprà contra inferiorem hostem fluminis imploraret auxilium: nunc contra maiorem viribus, deum vocat virtute præstantem. Contra illud demum, quod Turnus dixerat, *cuperem ipse pater* (Euander) *spectator adesset*, dicit Pallas, quasi par pari referens, *Cernat semineci*, &c. id est, ipse suum cernat interitum, & suis oculis me suum victorem cogatur intueri. Seruius, Donatus.

PER PATRIS HOSPIT. ET MENSAS) lib. 8. *hæc limina victor Alcides subiit.* Quasi diceret Pallas. Etsi deus factus es meritis tuis, fuisti tamen aliquando homo, fuisti hospes patris mei, fuisti conuiua, habes vbi vicem reddas. Donatus.

- Audiit Alcides iuuenem: MAGNUMQUE SVB IMO
 465 CORDE PREMIT GEMITVM, lacrymasq; effudit inanes.
 Tum genitor natum dictis affatur amicis.
 STAT SVA CVIQUE DIES: BREVE, ET IRREPARABILE TEMPVS
 OMMIBVS EST VITÆ: SED FAMAM EXTENDERE FACTIS,
 HOC VIRTVTIS OPVS. Troiæ sub mœnibus altis
 470 Tot nati cecidere deûm. quin occidit vnà
 Sarpeden mea progenies: ETIAM SVA TVRNVM
 FATA VOCANT, METASQUE DATI PERVENIT AD ÆVI.
 Sic ait, atque oculos Rutulorum reiecit aruis.
 At Pallas magnis emittit viribus hastam:
 475 Vaginaq; caua fulgentem diripit ensem.
 Illa volans, humeris surgunt quâ tegmina summa,
 Incidit: atque viam clypei molita per oras,
 Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.

AVDIIT ALCIDES) Audiuit, id est, exaudivit quidē A Mantuanus intelligens, illud stare dici, ad quod acceditur, ait: *stat sua cuique dies*: extremum diem stare dicens, quasi ad quem per omnes statut. Macrobl. lib. 1. cap. 16.

Alcides cognominatus est Hercules ab auo Alceo, siue ἀλκιος, à fortitudine. Pindarus initio Alciden nominatum, postea Herculem dicit, ab ἥρως, quam Iunonem dicimus: quod eius imperiis opinionem, famamque sit consecutus. Proclus in Platon. Cratylum Herculem ait Alciden prius appellatum, à mortalibus parentibus, Pythia verò Heraclea vocavit, propter gloriam, quam adeptus esset, & diuinitatem ex Iunonis afinitate, & cognatione. Phornutus verò, seu Cornutus, Herculem innuit vocatum, quod τοὺς ἥρωας κλέζεται, id est, quod heroas gloria afficiat, siquidem Herculem rationem esse ait, quæ in vniuersis existat, per quam natura fortis, ac robusta sit, &c. Gyrald. Syntag. 10. in Hercule.

IMO CORDE PREMIT GEM.) Lib. 1. de Ænea, *premit altum corde dolorem*, ut hic, premit sub imo corde gemitum. Est enim eadem sententia. Qui premit gemitum, premit & dolorem, & contrā: sed tamen lacrymas cohibere, ne oculi madescant in dolore, difficile est. Ideo lacrymatur Hercules, quamvis gemitum premat, & dolorem dissimulat: si tamen dissimulare dicendus est, qui plorat. Et intelligimus nihil locutum Herculem, cum lacrymæ pro sermone essent: etsi velint quidam τὰ τὸ σιωπώμενον Herculem preces fuisse pro Pallante. Nunc quibus verbis, & quam grauitur miserum, & imbecillum deum, ipse suam imbecillitatem prodens consoletur Iupiter, audiamus.

STAT SVA CVIQUE DIES) Consolatio complectitur generalem sententiam, qua communis conditio ostenditur, & inde sequitur: non esse dolendā communia. Subiiciuntur exempla cum argumentatione à maiori ad minus. Denique ad solatium maius, ipsius quoque interfectoris Turni mors breui secutura prædicitur.

Homerus, cum ait, τὴ μὲν φθινόγοντα μινδὲς, τὴ δ' ἰσαμείνοιο, quid aliud, nisi illum φθινόγοντα dicit, cuius paulatim deficientis supputatio in nomen definit secururi: & ἰσαμείνον illum, qui præcedit numerum, successurus priori in defectum meanti? Quod & Homerus vester

Mantuanus intelligens, illud stare dici, ad quod acceditur, ait: *stat sua cuique dies*: extremum diem stare dicens, quasi ad quem per omnes statut. Macrobl. lib. 1. cap. 16.

Virgiliana sententia, siue γινώμην bipartita est: prior pars de breuitate huius vitæ, & necessitate moriendi loquitur: posterior nos ad eandem breuitatem spe sempiternæ gloriæ ex virtute, & rectè factis nascituræ consolandam excitat, & ad præclara facinora suscipienda inuitat. Qui igitur nondum credit statutum esse omnibus semel mori, ut diuinæ scripturæ dicunt, (quis autem potest non credere, cum quotidie, si velit, oculis aspicere possit morientium cadauera) ei fidem faciēt quæ sequuntur testimonia, quorum similia accumulari quæat vel sexcenta. Seneca lib. de Ira. Stat super caput fatum, & pereuntis dies imputat, propiusque, ac propius accedit. Idem lib. de breuitate vitæ. Quisquis ad vitam editur, ad mortem destinatur. Alium alio tempore fata comprehendunt, neminem præteribunt. Et Natural. lib. 2. cap. 59. Ita est, Lucili, omnes reseruamur ad mortem. Totum hunc quem vides populum, quousque cogitas esse? citò natura reuocabit, & condet: nec de re, sed de die quæritur. Eodem citius, tardiusue veniendum est. Quid ergo? non tibi timidissimus omnium videtur, & insipientissimus, qui magno ambitu rogat moram mortis? Nonne contemneres eum, qui inter perituros constitutus, beneficij loco peteret, ut vltimus ceruicæ præberet? Idem facimus. Magno æstimamus mori tardius. In omnes constitutum est capitale supplicium.

Cic. in Catone. commorandi nobis natura diuerforium, non habitandi dedit. Seruius Sulpit. ad Ciceronem super obitu Tullia. Quæ si hoc tempore diem suum non obiisset, paucis tamen post diebus ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Ad poetam venio. Lucret. lib. 3. *Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus vsa.*

Ibidem.

*Certe equidem finis vite mortalibus astat.
 Nec denitari lethum pote, quin obeamus.*

Eiusdem est elegantissima ποσειδωνία naturæ, ad vitæ nimium cupidos, & mortis fugitantes, in eodem lib. sub extremum.

*Denique si vocem rerum natura repente
 Mittat, & hoc alicui nostrum sic increpet ipsa, &c.*

Horas.

Horat. Ode. 4. lib. 1.

*Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres, ô beate Sexti.*

*Vita summa brevis spem nos vetat inchoare longam.
Iam te premet nox, fabulaq; manes.*

Et Ode. 3. lib. 2.

Omnes eodem cogimur, omnium

Versatur urna, serius, ocyus

Sors exitura, & nos in aeternum

Exilium impositura cymba.

Apud Ouid libr. 10. Metamorph. alloquitur Orpheus Plutonem, pro Eurydice vxore sua recipienda.

Serius aut citius metam properamus ad unam.

Tendimus hac omnes: hæc est domus ultima, vosq;

Humani generis longissima regna tenetis.

Propert. li. 2. eleg. 18. *Longius aut propius mors sua quem-
que manet.* Idem lib. 3. eleg. 4.

Lydius Dulichio non distat Croesus ab Iro,

Optima mors parca quæ venit apta die.

De spatiis vitæ humanæ longissimis, vide Plinium lib. 7. cap. 48.

Ad alteram sententiæ partem illustrandam quod attinet, require quæ dicta lib. 6. sub finem, ad illud, *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?* Libet nihilominus eximiam cohortationem Plinij apponere, ad comparandam nominis gloriam videlicet. Est autem epistola 3. lib. 9. eaque pæne tota. Alij alium, ego beatissimum iudico, qui bonæ, mansuræque famæ præsumptione perfruitur, certusq; posteritatis, cum futura gloria viuit, ac nihil nisi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud, altumque otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere, aut immortalitatem suam, aut mortalitatem cogitare: & illos quidem contendere & non remitti: tum hos quiescere, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare: vt video multos misera simul, & ingrata imagine industriæ ad mortalitatem sui peruenire.

Adde Isocratem ad Philippum. *Ὁ δὲ θυμὸς δὲ ἵτι τὸ μὲν σῶμα, &c.* cogites velim, mortale corpus omnes nos habere: sed gloria, laudibus, famæ perpetuitate fieri compotes immortalitatis: cuius cupiditate omnes vires exercendæ, nulli labores, nulla pericula recusanda, &c. Pluribus in locis similia M. Tullius. Hæc si cui ni-

Amium multa videbuntur, pauca legat suadeo: præstat si quidem pauciora legere cum attentione, & animi fructu, quam plura cum fastidio inutiliter. 38

TROIÆ SVB MOENIBVS ALT. T. NATI CECID. DEVM)

Pulchrè dictum à Seneca in Consolat. ad Martiam. Ne deos quidem fabulæ immunes reliquerunt: puto vt nostrorum funerum leuamentum esset, etiam diuina concidere. Antipater in epitaphio Orphei.

Τί φθιμένοις σοναχέμεν ἢ φ' ἡάσις, ἀνὴρ ἀλαλχὴν

Τὼν παίδων αἰδὼν ὅδ' ἀποῖς δυνάμει

Hæc est sententia. Quid propter mortuos filios gemimus, quando liberorum mortem arcere, à liberis suis mortem auertere nec dii possunt? Non ita diuersum est ab his, q̄ lego in Euagora Isocratis. *Τὼν μὲν γὰρ ἡμετέων τὸς πλείους, καὶ ὀνομαστοτάτους ἐνρήσομεν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσόντας.* Nam semideorum plerosque, & eos quidem celeberrimos, in maximas scimus incidisse calamitates. Ad rem propositam verò accommodatissimus est locus ille in Encomio Helenæ. Tantam quippe cupiditatem incessisse laborum, & expeditionis Troianæ propter Helenam dicit, non Græcis tantum, & barbaris, sed diis etiam, vt ne filios quidem suos à Troiani belli discriminibus abesse vellent. Nam quamuis Iupiter fatum Sarpedonis, Aurora Ménonis, Neptunus Cygni, Thetis Achillis præuiderent: tamen eos cohortati cæteris adiunxerunt: existimantes, gloriosius eis fore, si de filia Iouis dimicantes occumberent, quam si periculorum illorum expertes domi consenescerent. Vide adagium, *Ne dii quidem à morte liberant.*

OCVL. RVTVL. REICIT ARVIS) Respicendo fecit partem feliciter: vt in secundo, *Aspice nos, hoc tantum*: quod enim Iupiter videt, admodum iuuat. Ne autem telo iacto inermis esset, stringit gladiū: siue vt, si hasta optatum tenuisset euentum, mox parato mucrone, plenum de hoste supplicium sumeret. Hasta sic cecidit, vt per summas oras clypei, quod tegebat corpus Turni, post aliquantulas moras viam in corpus hostile reperiret: non solum traiectis munimentis, verum etiam vulnerato ipso, qui se plurimum præferebat. Seruius, Donatus.

CLYPEI MOLITA PER ORAS) In verbo *molita*, inest difficultatis significatio. Sic Lucret. *molirier arua*, pro, magno labore inuerrere, atque arare.

Hic Turnus ferro præfixum robur acuto

480 In Pallanta, diu librans, iacit: atq; ita fatur.

Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.

Dixerat: ac clypeum, tot ferri terga, tot æris.

Cum pellis toties obeat circumdata tauri,

Vibranti cuspis medium transfuerberat ictu,

485 Loricæq; moras, & pectus perforat ingens.

Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:

VNA, EADEMQVE VIA SANGVIS, ANIMVSQVE SEQVNTVR.

Corruit in vulnus: sonitum super arma dedere:

Et terram hostilem moriens petit ore cruento.

490 Quem Turnus super assistens,

Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte

Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.

Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est,

Largior, Haud illi stabunt Æneia paruo

Nnn * 2

Hospi-

- 495 Hospitia. & læuo pressit pede, talia fatus,
Exanimum: rapiens immania pondera baltei,
Impressumq; nefas. vna sub nocte ingali
Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq; cruenti:
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.
- 500 Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetq; potitus.
NESCIA MENS HOMINVM FATI, SORTISQVE FUTVRÆ,
ET SERVARE MODVM REBVS SVBLATA SECVNDIS.
Turno tempus erit, magno cùm optauerit emptum
Intactum Pallanta, & cum spolia ista, diemq;
505 Oderit.

TURNVS FERRO PRÆFIXVM ROVR.) Turnus vbi A Et Iliad. α.
ex vulneris caussa violentior factus est, hastâ diu librans
in Pallanta iecit, contemplatus diu, vbi Pallantem op-
portunè feriret.

NOSTRVM PENETRAB. TELVM.) Penetrabile pro
penetrati: nam quod penetrat, penetrabile dicitur: quod
autem penetratur, penetrabile. Quam vehemèter por-
rò hastam iecerit Turnus, ex descripta firmitate scuti
Pallantei, quod penetrauit, cognoscitur.

ETPECTVS PERFORAT INGENS.) Epitheton *ingens*
cum voce cuspis coniungendum est, ne incōgruū sit,
si de puero dixeris, ingens pectus. Haftenus Seruius,
Donatus.

RAPIT CALID. FRVSTRA DE VVL. TELVM.) Existi-
matis Pallas, se sibi auxilio fore, rapuit infixum telum e
corpore suo, ratus id ipsum salutis retinendæ profuturū,
sed id factum est frustra, nam educto telo mox anima
cum sanguine effusa est. Donatus.

VNA EADEMQVE VIA SANG. ANIM. SEQ.) In voce
eadem, moduli eadem est ratio, quæ inferius lib. 12. *Vno*,
eademq; tulit partem, figura, quæ *συζυγισ* dicitur. Apud
antiquos verbi *sanguis* posterior, spatio fuit anceps, qua-
re Gifan. statuit legendum sine copulatiua. Idem apud
Lucretium lib. 1. legit *Ignis, an humor? an aura? quid ho-*
rum? sanguis, an ossum? Valer. Flaccus lib. 3. *modo tela sa-*
cerdos Porrigat, & iusta sanguis exuberet vnda. Verun-
tamen, ut antiquitas syllabam hanc extenderit, non est
verisimile, ut Stephanus opinatur, tanti fecisse poetam
hunc archaismum, ut propter illum carmen suum mul-
to minus sonorum relinqueret, atque ita nullo suas au-
res valere iudicio ostenderet. Animus autem dixit, pro
anima. Etenim, ut bene Donatus, animus consilij est, a-
nima vitæ. Sententiæ autem versus respondet illud Ho-
meri Iliad. ε. *ψυχὴ δὲ καὶ ὑπαμίνην ὠτειλὴν ἔσονται ἰππογυ-*
μίνην, τὸν δὲ σὺν ὅσῳ ἐγγέλυσεν.

CORRVIT IN VVLNVS, SON. SVP. ARMA DED.) Lucret.
lib. 4. *Namq; omnes plerumq; cadunt in vulnus.* Quod
sequitur, ex Homero est. Iliad. δ. *ἀντιπὸν δὲ πρὸν, ἀ-*
εἰβνός δὲ τοῦ χιτῶνος. Quod carmen ita interpretatus
est Ennius Annal. lib. 16. *Concidit, & sonitum simul in-*
super arma dederunt. Georg. 3. *si qua sonum procul arma*
dederit. Et 2. *Ancid. sonitum quater arma dederit.* Furius
Antias Annal. 1.

Ille gravi subito densit vulnere habenas
Misit equi, lapsusq; in humum defluxit, & armis
Reddidit eratis sonitum.

Vrsin.

TERRAM HOSTIL. MOR. PET. ORE CRVENTO.) A-
mulatus videtur Homerum Iliad. α.

ὄϊος δὲ ἀμφοῖς ἔγχεον
ὄϊος δὲ ἔλκεν ἑλκεῖς ἑλκεῖς ἑλκεῖς.

ὣς ὁ πρὸς ἱππὸν, καὶ δὲ τοῦ κίτου ταυροδότης
Βιβρυχῶς, κόνι δὲ δέσγει μὲν αἵματος.

Et Iliad. φ. *ἔπειτα δὲ πρὸς ἑλκεῖς, καὶ δὲ ἑλκεῖς παρὰ τὸν κίτου.*
Vrsin.

SIC ORE PROF. ARCAD. HÆC.) Quædam veteres
editiones tantum habent prius hemistichium, *Quem*
Turnus super assistens, ut pro assumpto ducendum sit,
quod sequitur *ἀεστελλυτιον*, sic ore profatur. Ego ut Vir-
gilianum recipiendum autumo. Cur poeta relinqueret
imperfectum carmē, cum hoc tam aptum, & conueni-
ens sit, ut aliud nihil, causam non video.

QVALEM MERUIT PALL. REMITTO.) Insultans Tur-
nus, & successu superbior factus describitur. Fieri autē
nō potuit, ut hostis & Euandro, & Pallanti infensus, pro
male factis benevolentiam redderet: vnde sub imagine
humanitatis, dum spōte patri reddit occisum, etiam pa-
trias pœnas conatur exigere. supra enim professus est,
quid animi gereret: nam dixit.

Solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas
Debetur, cuperem ipse parens spectator adesse.

Quod factum non est, alio genere cupiebat impleri: ut
qui cadentem filium spectare in campo non potuisset,
in sedibus suis positus videret occisum. Leuius enim, ut
suprà dictum est, dolemus, si audiantur mala: grauius
verò, si videantur.

HAUD ILLI STAB. ÆN. PARVO HOSPITIA.) Potest
intelligi, quod spem gereret, etiam Euandrum perse-
quēdi, scilicet superatis Troianis, & auxiliis, quæ *Æneæ*
fuerāt iuncta. Et talia locutus, læuo pede corpus defun-
cti Pallantis pressit, rapiens ei pōderosum, & pretiosum
balteum, in quo, opera Eurytionis cælatoris præstantis-
simi, Danaïdum cælata fabula.

Danaïdes cum filiis Ægypti patruelibus suis quin-
quaginta, ipsæ totidem numero nupsissent, instinctu, &
iussu patris Danai, singulæ maritos suos, præter vnā
Hypermnestram, quæ Lynceo pepercit, prima nuptia-
rum nocte iugularūt. Quæ autem quos nominatim in-
teremerint, recenset Hyginus ca. 170. Idea Antimachū,
Philomela Panthium, &c. Fabulam persequitur Horat.
qui & illam, quam dixi Hypermnestram, suum suauiter
alloquentem, & ad fugam cohortantem inducit. Fue-
runt autem hac pœna apud inferos damnatæ, ut aquam
continenter in vas pertusum infunderent.

Tibul. eleg. 3. lib. 1.

Et Danaï, proles, Veneris quod numina læsi
In cana letheas dolia portat aquas.

Sic ergo Venusinus lib. 3. Ode. 11.

stetit urna paulum
Sicca, dum grata Danae puellas
Carminis mulcas.

Andia

*Audiat Lyde scelus, atq; notas
Virginum penas, & inane lymphæ
Dolium fundo percutis imo,*

Seraq; fata,

Quæ manent culpas etiam sub orco,

Impia. nam quid potuere maius?

Impia sponso potuere duro

Perdere ferro.

Vna de multis face nuptiali

Digna, periturum fuit in parentem,

Splendide mendax, & in omne virgo

Nobilis animum.

Surge qua dixit inueni marito,

Surge, ne longius tibi somnus unde

Non times, datur: socerum, & scelestas

Falle sorores.

Qua velut nacta vitulos leana,

Singulos, eheu, lacerant. ego illis

Mollior, nec te feriam, nec intra

Clausura tenebo.

Me pater sexis oneret catenis,

Quod viro clemens misero peperci:

Me vel extremos Numidarum in agro

Classe releges.

I, pedes quòs terapiunt, & antra,

Dum fauces nox, & Venus: i secundo

Omne, & nostri memorem sepulchro

Sculpe querebam.

Epistola item Hypermenestrix ad eundem Lynceum
sive Linum, ut alij, est apud Ouid.

NE SCIA MENS HOM. FATI, SORTISQUE FUTV-
RA) Latabatur spolio Turnus, & se beatum ducēbat
tali praeda: sed, ut sunt mentes hominum futuri ignaræ,
nec facillè in secundis alteram sortem metuentes, nesci-
ebat se propter hunc eundem balteum ab Ænea inter-
emptum iri, ut scriptum est in extremo duodecimo.
Quid victor gaudet hac te victoria perdet, ait Ouid. de
Sex. Tarquinio stupratore Lucretiæ.

Duo sunt effata in duobus illis versibus: vnum,
à mentibus humanis futura prouideri non posse, quod
duobus verbis ad Demonium dixit Isocrates, τὸ μάλ-
λον ἀβέβαιον: alterum, ob id ipsum homines sibi non im-
perare in secundis, sed immodicè efferri. Certè idem
Isocrates, oratione contra sophistas, futura nos late-
re, sapienter in hunc modum docet. Οἷμαι γὰρ ἀπείρην
εἶναι πάντων, &c. Omnibus enim perspicuum esse arbi-
tror, futurarum rerum prænotionem non esse nostri
ingenij: sed humanæ prudentiæ captum vsque adeo ex-
cedere, ut Homerus opinionem sapientiæ maximam
consecutus, etiam deos interdum de futuris delibera-
ntes introduxerit. Qui etsi animum eorum perspectum
non habuerit, nobis tamen ostendere voluit, id ex eo-
rum esse numero, quæ vires humanas superarent, &c.
Quod ad alterum effatum attinet, tritissima, eademq;
vtilissima doctrina est, in aduersa, humilique fortuna
præstare fortem animum, in secunda, & fælici modera-
tum. Hoc ita extulit Horatius Ode 10. lib. 2.

Rebus angustis animosus atq;

Fortis appare, sapienter idem

Contrahis vento nimium secundo

Turgida vela.

Isocrates autem ad Demonium hoc modo. νόμῳ μὲν
ἀλλ' εἴηαι τῶν ἀνθρώπων βέλαιον. ὅτε γὰρ ὅτ' ἐν ὁλίγοις ἔσθ' ἡ
ἐκχαρὴς, ὅτε δὲ συρῶν στείλνται. Existima nullam rerū
humanarum esse stabilem, ac firmam. Sic enim neque
rebus secundis immodica læticia efferere: neq; aduer-

Asis mœrore contabescas. Phocyl. κοῖτὰ πᾶθ' αἰών, ὃ
ἐστὶ τέρχον, ἀσπλόν ὄλεον. Theognis sic.

Μῖθ' αἶψαν χαλεποῖσιν ἀσπλόν ὄλεον, μὴ δ' ἀγαθοῖσιν

Χαῖρ', ἐπεὶ ἐς ἀνδρὲς πάντα φέρει ἀγαθόν.

Neque rebus difficilibus, & asperis animum tuum ni-
mis excrucia, neque bonis nimium lætare. Est enim vi-
ri boni, omnia ferre. Retulit hæc Lamb. in Oden su-
pra nominatam. Mire isti loco affinis est, historia pul-
cherrima de Cræso, & Cyro, quorum hic ex illius ma-
lo didicit cauere suum. Ea litteris mandata inuenitur a-
pud Herodotum lib. 1.

Præclara omnino, & sapiens oratio Legatorum
Spartanorum apud Athenienses extat lib. 4. Thucydi-
dis, qua illos, pacem, fœdus, & societatem offerrentes,
grauiter monent, ne secundis confisi, aduersorum se-
cui velint esse. Pauca transcribemus. Ac intueamini
nostram calamitatem, qui cum summam dignitatem
habeamus inter Græcos, nunc venimus ad vos ea pe-
tentes, quæ antea existimabamus à nobis petenda esse.
Nec verò nobis hæc acciderunt penuria militum, ne-
que quod superbe aliquid fecerimus: sed errore lapsi
sumus, ut omnibus hominibus accidit, cum quidem
nec potentia nostra infirmior esset, nec mores mutati
essent. Ideo nec vobis existimate fortunam perpetuò
benignam fore, propterea quod ciuitatis vestræ poten-
tia sit, & nunc aliquid accesserit.

Addatur Seneca lib. 3. Natural. præfatione. Quid
est præcipuum? alios supra fortuita spiritus tollere, ho-
minis meminisse: ut siue felix eris, scias hoc non futu-
rum diu: siue infelix, scias te hoc non esse, si non putes.
Muretus lib. 5. cap. 15. aliquot grauium scriptorum au-
thoritatibus confirmat, secundam fortunam difficilius
ferri, quam contrariam. E re tua feceris, si totum ca-
put, quantum est, perlegas.

Quid Sallustius in Catilinario? quid? secundæ
res sapientum animos fatigant: ne illi corruptis mori-
bus victoriæ temperarent. Sic Demosthenes oratione
contra Leptinem: ἀλλ' οἷμαι τὸ μᾶλλον ἀδύλον πᾶσιν ἀν-
θρώποις, καὶ μικροῖ καὶ μεγάλων πραγμάτων αὐτοῖς γί-
νεται, διὸ δὲ μάλιστα ἐν ταῖς ἐνδοξασίαις, καὶ σεσορμημέ-
νοις τὸ μᾶλλον φαίνεται. Trebell. Pollio in Claudij vita.
Plerique milites Claudij secundis rebus elati, quæ sa-
pientum quoque animos fatigant, ita in prædam versi
sunt, &c. D. Augustin. Ciuitatis lib. 17. cap. 20. de Sa-
lomone scribens: hic bonis initijs malos exitus habuit:
quippe secundæ res, quæ sapientum animos fatigant,
magis huic obsuerunt, quam profuit ipsa sapientia, e-
tiam nunc, & deinceps memorabilis, & tum longè læ-
teque laudata. Collegit hosce locos in scholijs Sallusti-
anis Aldus Manut. Duos adhuc locos nobilium scri-
ptorum si adiecero, finem faciam.

Tacitus Historiar. lib. 1. Secundæ res acrioribus
stimulis animum explorant, quia miseræ tolerantur,
E fælicitate corrumpimur. Cato, ut citat Gellius lib. 7.
cap. 3. Scio solere plerisque hominibus rebus secun-
dis, atque prolixis, atque prosperis animum excellen-
tem, atque superbiam, atque ferocitatem augescere,
atque crescere. quod nunc mihi magnæ curæ est, quòd
hæc res tam secundè processerit, ne quid in consulendo
aduersi eueniat, quòd nostras secundas res confri-
cet: ne uè hæc læticia nimis luxuriose eueniat. Aduer-
sæ res se domant, & docent quid opus sit facto: se-
cundæ res læticia transuersum tendere solent à rectè
consulendo, atque intelligendo. Quo maiore opere
dico, suadeoque, uti hæc res aliquot dies proferatur,
dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redea-
mus.

MAGNO CVM OPTAVERIT EMT. INTACT. PAL-
LANTA) magno pretio intellige. Sic 2. *Æneid.* *Et magno
mercentur Atrida.* Sensus est. Tempus erit, quo Tur-
nus optabit quouis pretio redimere, ne ipse Pallantem
occidisse videatur. Seruius.

DIEM QVE ODERIT) Sicut dierum, quibus ali-

quid boni nobis obigit, iucundum: ita illorum, qui-
bus mali quippiam pertulimus, graue est meminisse:
& illos quidam albo, hos atro calculo notabant. Quos
autem dies statos per annos variaz gentes felices ac fau-
stos, quos infelices & infortunatos habuerint, docebit
Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. ✱

— At socij multo gemitu, lacrymisq;
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atq; decus magnum rediture parenti:
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Cùm tamen ingentes Rutulorum linquis acervos.
510 Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor
Aduolat Æneæ: tenui discrimine lethi
Esse suos, tempus versis succurrere Teucris.
Proxima quæq; metit gladio, latumq; per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum
515 Cæde noua quærens. Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis: mensæ, quas aduena primus
Tunc adiit, dextræq; datæ. Sulmone creatos
Quattuor hîc iuuenes, totidem quos educat Vfers,
Viuentes rapit, inferias quos immolet vmbris,
520 Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammæ.

IMPOS. SCUTO REFER.) In pugna cæsi Lacedæ-
mones, scutis suis impositi efferebantur ex acie: quod
sæpe legas in græcis epigrammatis. Reliquos tres ver-
sus plerique à poeta dictos volunt: alij à socijs, qui por-
tant cadauer. Dolor autem propter, *Hæc te prima dies
bello dedit, hæc eadem aufert.* [*Et est alioqui in magnis cladi-
bus præcipua fortuna iniuria, quod duces ipsos de medio tollit, ut in-
quit Lacedæmonius Pausanias.*] Decus propter id, *Cùm tamen in-
gentes Rutulorum linquis acervos.* Ingentes acervos, hoc
inquam, transtulit, ex Heluio Cinna. *Nec tam dimorum
ingentes mirabere acervos.*

Stattius Thebaid. 8. de Menalippo à Tydeo ad
mortem vulnerato, & agente animam.

*Et poscentem hastas, mediâq; in morte negantem
Exspirare, trahunt, summiq; in margine campi
Effulsit gemina latera inclinantis parma
Ponunt.*

Et in eodem libro de alio quodam.

*Fertur Atys seruans animam iam sanguine nullo,
Cui manus in plaga, dependet languida cernix
Exterior clypeo.*

Huc spectat animosum Spartanz mulieris dictum, filio
clypeu tradentis, Aut cum illo, aut super illo. Id est, fac
redeas non amisso clypeo, aut honestè occumbens su-
per eo referaris. Ioan. Bernartius in Scholijs.

Quod hic Pallanti, infra etiam Lauso præstat, At Lausum socij
exanimem super arma ferebant. Ceterum ad ea qua hic de Pallan-
te dicuntur illustranda, valde conducunt, qua de Thrasylulo Pita-
nensi Lacone in acie interfecto, & à commilitonibus super scuto in
motem Lacedæmonicum elato in 3. Anthol. scribit Dioscorides. Erant au-
tem ingentia illa scuta. Homerus vocat ἀμφιβόλος ἀσπίδας, quod
Gering, tegerent militem.

Τὰ πῆλα θεοσέβησ' ἐν ἀσπίδ' ἔλθον ἄντες,
Ἐπὶ πῶς ἀργαῖον τεύχεα δ' ἐξέρχον,
Δουκὺς πρὸς θάνατον. τὸν αἰγυλίστην δ' ὁ πρῶτος
Παῖδ' ἐπὶ πυρεκαῖς τύπησ' ὅπως τιθεῖς,
Δηλοὶ κλαίεσθαι, ἔγω δ' οἷσι τέκνον ἄδαντες
Θάψω, τὸν, ἢ ἔμδ', ἢ λακισσάμενον.
Ausonius Latium dedit.

Excipis aduerso quod pectore vulnera septem,
Arma superueheris, quod Thrasylule tua,
Non dolor hic parris, Pitanz sed gloria maior,
Rarum tam pulchro funere posse frui.
Quem postquam mæsto socij posuere pheret,ro,
Talia magnanimus edidit oris pater.
Flete alios, gnatus lacrymis non indiget vllis,
Est meus, & talis, & Lacedæmonius.

NEC IAM FAMA MALI) Hoc malum non fama,
quæ solet nuntiare nonnunquam pro veris falsa, sed
nuntius verus ad Æneam fideliter pertulit, tanta celeri-
tate, vt famam antecurreret. Addebat, tenui discrimi-
ne lethi esse suos, hoc est, inter ipsos, & mortem modi-
cam remansisse mortis moram, & quasi interstitium:
propter q & magna Pallantis virtus ostenditur, quo vno
interempto, pæne actum videbatur de toto exercitu.
Tempus esse subueniendi versis iam, & ad fugam spe-
ctantibus, imò fugari iam cœptis Troianis: quibus ver-
bis & metum, & spem commouet. Nam si adhuc tem-
puserat, non igitur ad plenum fuerant superati, pote-
rantque adiuuari maturo auxilio, quanquam essent ver-
si. Seruius, Donatus.

Vide Homer. Iliad. λ. Κεκεῖναι δὲ τρεῖς, &c. vbi
à Cebrione Hector certior fit damni ab Aiace Troia-
nis dati, vt hic Æneas imminentis à Turno suis pericu-
li. Similis est huic Virgilij apud Aeschyl. locus in ἰθάκῃ.
ἦλθε δὲ αἰκατὰ πῆμα, ὃ λόγῳ, τὰ δ' αὐτὸδὴλα πρὸς ἡμῶν ἄγ-
γελον λόγῳ.

PROXIMA QUÆQUE METIT GLADIO) Sunt quæ
& πόλεμον ἐπὶ τῷ πολλῷ ἀμείν deducunt, à merendo sci-
licet multos. Ergo nō malè, proximos, seu obuios quos-
que Æneam, velut herbam, aut segetem gladio messu-
isse. Sic Horat. Ode 14. lib. 4.

Vt barbarorum Claudius agmina

Ferrata vasto diruit impetu:

Primosq; & extremos metendo

Strauit humi sine clade victor.

A messoribus etiam similitudinem ducit Catull. de
nupt.

nupt. vbi videlicet Parcæ in carmine fatidico, seu genethliaco Achillis nascituri, inter alia de eius eximia fortitudine sic.

*Namq, velut densas proſternens meſſor ariſtas,
Sole ſub ardenti flauentia demetit arua,
Troingenūm infeſto proſternet corpora ferro.*

Quid faceret qui properabat ad ſuos: & cui dictum fuerat, ſubueniendi tempus vrgeret: & hoſtibus in medio poſitis tranſire non poterat? Metit gladio, quæ proxima fuerunt. Metere dicimus, ſecare falcibus ſegetes, quæ cum abſcinduntur, ferro non reſiſtunt. Magna autem virtus Æneæ, qui ſibi per infinitam multitudinem cædendo poſſet viam, & latam quidem aperire. nam vox *latum*, cum limitem coniungenda eſt, nō cum agmen. Fuit autem occidendus ante omnes, qui illo tempore cauſas tanti doloris inuexerat, propter quem cætera negligebat, vt eum ſolum inueniret. Voluebat in animo ſecum, & ante oculos habebat multa. Ipſum Pallantem, quē infelix pater ſibi commendaue- rat, Aetatem, & ſpem adoleſcentis, & quod ſuo parenti vnicus. Euandrum orbatum filio, & ſucceſſore, reli- ctumque in extrema ætate omni carentem ſolatio. Eius humanitatem, hoſpitalitatem, qua fuerat ab eo aduena ſuſceptus: beneficium ſummum, quo ab eodem datis auxilijs fuerat adiutus, & fidem denique data dextera ſibi obligatam. Donatus.

LATVMQVE PER AGMEN AVD. LIMIT. AGIT FERRO) Nyſus ad Euryalum libr. 9. *Pænarum exhan-*

Aſtum ſatis eſt: via facta per hoſtes. Poſſet huc etiam per- tinere illud è 2. Æneid. *Fit via vi, rumpunt aditus.* Su- præ, hoc eodem libro. *Fidite ne pedibus, ferro rumpenda per hoſtes Eſt via.*

QUATTUOR HIC IUVEN.) Homerus Iliad. 9.

*Ζῶντες ἐκ πόλεμοιο δυνάμεισ' ἀλέαλο κίρως,
Ποινὴν παλῶν κλοιο μνηστιάδαιο δαμόντες.*

[Vide illud libro ſequenti. Vinxerat & poſt terga manus, & huc confer, quæ ibidem à nobis ex Laſſantio prolata inuenies.] Certū eſt autem, poetas cum de inferijs, aut ſacris, manibus ſoluendis, faciendisue agitur, numerum parem vſurpa- re, vt ſupra.

Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho

Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro, &c. German.

VIVENTES RAPIT, INFERIAS) Magnum apparet obſequium Æneæ, & magnum ſtudio ad honoran- dam deſuncti memoriam, qui octo homines non addu- ceret, ſed raperet ad immolandum. Donatus. Inferiæ ſunt ſacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur. Sanè mos erat in ſepulchris virorū fortium captiuos necari. Quod poſtquam crudele viſum eſt, placuit gladiatores ante ſepulchra dimicare, qui à buſtis buſtuarij dicti ſunt. Seruius.

CAPTIVO SANGVINE) captiuorum. Sicalibi, *Cap- tivi pendunt currus.* Et, *captiuag, veſtis.* Hunc ſpecio- ſum ornatum appellat Seruius.

- Inde Mago procul inſenſam cum tenderet haſtam,
Ille aſtu ſubit, ac tremebunda ſuperuolat haſta:
Et genua amplectens effatur talia ſupplex.
Per patrios manes, & ſpes ſurgentis Iuli,
525 Te precor, hanc animam ſerues natoq; , patriq; .
Eſt domus alta: iacent penitus deſoſſa talenta
Cælati argenti: ſunt auri pondera facti,
Inſectiq; mihi. non hîc victoria Teucrûm
Vertitur: haud anima vna dabit diſcrimina tanta.
530 Dixerat. Æneas contrà cui talia reddit.
Argenti, atq; auri memoras quæ multa talenta,
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Suſtulit iſta prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchifæ manes, hoc ſentit Iulus.
535 Sic fatus, galeam læua tenet: atq; reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdedit enſem.
Nec procul Æmonides Phœbi, Triuiæq; ſacerdos,
Inſula cui ſacra redimibat tempora vitta,
Totus collucens veſte, atq; inſignibus armis.
540 Quem congreſſus agit campo, lapſumq; ſuperſtans
Immolat, ingentiq; vmbra tegit. arma Sereſtus
Lectæ refert humeris, tibi rex Gradiue trophæum.

ILLE ASTV SVBIT, AC TREMEB.) Subſediſſe Ma- C gum dicit aſtutè.

TREMEBVN. SVPERVOL. HASSA) De haſta ſuper- uolante, & Homerus. Iliad. 7. *τῇ δ' ὑπὲρ ἤατο χάλκῳ*

ἔρχο.

ET GENVA AMPLECTENS) Petitū à fontib; Homeri. ζ

*Ἀδρης δ' ἂρ ὑπὲρ ἡ λαῶν εἰλις αἰὼ γένων,
Ζῳγρεῖ ἀτρίως ἦδ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα,
Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειῷ πατρὶς κεμήλια κείται,
Χαλκὸς τε, χρυσὸς τε, πολυμήλῳς τε σίδηρος.
Τῶν κεν τοι χαρίσασθαι πατὴρ ἀπὲρ εἰσὶ δῶματα,
Εἶκον ἰμὲ ζῶντι πεπύθοιτ' ὅσσιν οὖν ἀχαιῶν.*

Iliad.

Iliad. 9. etiam Mercurius admonet Priamum ad Achillem aditurum,

——— λάτρε γυνάλα πηλείωνος,
Καί μιν ὑπὲρ πατρός, καὶ μητρὸς ἠὲ νόμοιο
Δίος, καὶ Τηκεός, ἵνα οἱ σὺν θυμὸν δαίης.

Virg.

Genua quia misericordiae sacrata, ideo à supplicibus contingebantur. Diximus a libi. Plurima sunt apud auctores testimonia ad hunc morem probandum. Pauca etiam hic adscribam. Virgil. 3. Aeneid. Et genua amplexi, genibusq. volutans. Plautus. Per ego hac genua te obtestor senex Quisquis es. Livius lib. 45. Summittentēque se ad pedes iustulit, nec attingere genua passus. Cic. orat. post reditū, ubi L. Pisonem acerbissime cōpellat. Tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuam, filiam meam superbissimis, & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Idem valent illa, ad pedes iacere, & accidere ad pedes, genibus aduolui. Cur autem in supplicationibus genua contingerentur, duplex affertur ratio. Vna est Plinij, quod nimirum in illis sit vitalitas, ut loquitur. Hinc Theocritus οἷς γόνυ χλαυεῖν. Et Horatius. Dum virent genua &c. Altera est, quæ à Seruio affertur, & nos supra posuimus. Vide Pierium lib. 35. in Genibus, & Stukium lib. 2. cap. 32.

PER PAT. MANES, ET SPES SVRG. IVLI) cum per res charissimas rogare mos sit, non video quid Aeneas charius fuerit memoria defuncti patris, & filio superstiti. Respondet Aeneas & infra utriusque, Anchisæ scilicet, & Iulo fore gratius, si Pallas vindicaretur, & Euandri orbitas, quàm si ignoscatur.

IACENT PENIT. DEFOSSA TAL.) Multitudo diuitias suas obruebant: vnde Horat. Sat. 1. lib. 1.

Quid inuait immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?

Seruius. Adde. Et obrutum dixit, ut magnam materiam ostenderet copiam, & ab arte duxit laudem (causati) ut pulcherrimum demonstraret.

AVRI POND. FACTI INFECTIQUE) Tria sunt genera auri, argenti, & æris, signatum, factum, infectum. Signatum in nummis, factum in vasis, & signis, infectum in massis. Id. lib. 16. cap. 17. Aurum factum, infectumq; Græcis χρυσός κηλέργας, καὶ ἀκηλέργας.

TAL. GNATIS PARCE TVIS) Parcere talenta, pro seruare, ut Terent. quod compar sit. Ita & sub accusandi casu Lucret. lib. 6. cur telum perpetiuntur Obtundi, cur ipse finit, nec parcat in hostē? Et Propert. Jupiter ignosco pristina furta tua. German.

Admiranda responsio, pro persona eius, qui eo tempore decreuerat, nulli esse parcendum, propter Pallantis ultionem, & commodum victoriæ suæ: illud enim quod promittebat, ad victores cum ipsa victoria erat transiturum. Proinde sic incipit: diuitias tuas parce liberis tuis, hoc est, serua. Inde enim parci dicuntur, qui non multum erogant, quia quod habuerint, seruant. Et saltem parcum Virgilius dixit alio loco, quia tradita sibi custodit: ait enim. Et parco sale contingunt, hyemiq. reponunt.

Hoc plerique parentum diligenter dant operam, & in diuitijs multis, magnisque propter filios corradendis, sunt noctes, atque dies occupati: quasi id demum maximè necessarium, & vnicum, & perpetuum parentum in filios officium, ac munus esset: de iisdem virtute, bonisque artibus excolendis, ne per somnium quidem cogitantes. Tales audiant Xenophontem in epistola ad Critonem. Qui filijs de multis opibus prospiciunt, ut autem boni, & egregij euadant, negligunt, simile quiddam agunt equos alentibus, quos belli disci-

plinam non docent, multum verò pabuli exhibent. Sic enim equos habituri sunt pinguiore: sed rerum, quas præstare oportebat, imperitos. Nam equi laus non in corpulentia, sed audacia, peritiaque in bello sita est. Eodem modo peccant, qui filijs multos agros comparant, ipsosmet verò negligunt. Possessiones enim magni pretij habebunt, ipsi autem viles erunt: cum contra oporteret, custodientem re possessa pretiosorem esse. Itaque si quis filium suum magni pretij hominem effecerit, quamuis paucas opes ei relinquat, multa tamen largitus est. Animus enim facit, ut res multæ, aut paucæ appareant: quippe bono quidquid possidet, moderatum est: rudi autem, & inepto, modicum.

Audiant præterea Isocratem ita differentem ad Nicoclem. Præstare puta, liberis tuis honestam famam, quàm magnas opes relinquere: nam hæc mortales sunt, illa immortalis. Fama pecuniæ quæri possunt: emi pecunijs fama non potest. Opes etiam improbis contingunt: gloriam verò parare non possunt, nisi virtute præstantes. Est etiam præclarum, quod Phocionem respodisse auctor est Probus. Cū à rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatique hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate paternam tueri gloriam: hic illè, si mei similes erunt, idem hic agellus illos aler, qui me ad hanc dignitatem perduxit: sin dissimiles sunt futuri nolo meis impensis illorum ali, augeri que luxuriam.

Dicamus de vsu vocabuli huius, nati. Gnatis, inquit, parce tuis. Antiqui oratores, historicique, aut carminum scriptores, etiam vnum filium, filiamue multitudinis numero appellarunt. Recitat verba Asellionis historici Gellius lib. 2. cap. 13. de Tiber. Graccho Trib. pl. Orare cœpit, ut se defenderet, liberosque suos: eū quem virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci iussit, populoque commendauit prope flens. Hactenus Gellius. Sic M. Tullius, cum de filia M. Antonij à prædonibus capta, abductaque loqueretur in Manilianna: eius, inquit, ipsius liberos. T. Livius libr. 3. iniquum esse, absentem de liberis dimicare. sermo est de Virginia, L. Virginij filia. Terent. And. domus, vxor, liberi inuenti sine patre. Vbi Donatus interpres, liberi inuenti dicit, cum vnus esset, sed inuidiosus. Item Hecyra. Qui illum dignum decreuerunt, suos cui liberos committerent. Huc planè respexit Maro, cum dixit Gnatis: supra enim de vnico tantum locutus est: ut quancūq. numerus sit multitudinis, plures tamen vno intelligi nequeant. Caius iureconsultus, tit. de verborum significat. Nō est sine liberis, cui vel vnus filius, filiaue est: hæc enim enuntiatio, habet liberos, non habet liberos, semper plurali numero profertur, sicut & pugillares, & codicilli. Nam quem sine liberis esse dicere non possumus, hunc necesse est ut dicamus liberos habere. Dicitur tamen, quod ibidem adnotauit Alciatus, aliquando liberum, numero singulari. Modestinus, non potest quis nolle suum liberum esse. Vlpianus, Locupletior non est factus, qui liberum acquisiuit.

BELLI COMMERCIA TVR. SVSTVLIT) Humanitatem poscis, quæ inter partes solet aliquando præstari: sed istam mihi tuus ille sustulit Turnus, & inhumanitatem plenam morte Pallantis docuit. Scire non erat meum: sed fuit misereri promptissimum mihi. Sed magisterio partis vestræ didici, quod mihi non dedit natura nascenti: factus sum, quod non eram. Magis hoc factū placebit manibus patris mei, placebit & filio. Donat.

Belli

Belli commercia exponit Seruius, vicissitudinem, & ignoscendi facultatem, seu vicissim redimendi captiuos, ἀναλύτρωσιν. Locum hunc ex illo Homeri pœne ad verbum translatus notantur eruditi, Iliad. φ.

Νήπιε, μή μοι ἀποινα πιδάυσκειο, μή δ' ἀγόμεναι,
Πρὶν μὲν γὰρ πάτερ κλονέσθαι τῶν μύσειμον ἡμᾶς,
Τόσση δέ μοι παρὶδίδαι ἐγὶ φρεσὶ φίλτερον ἢν
Τρώων, καὶ πολλὰς ζωὴς ἔλον ἢ δ' ἐπ' ἐργασα.

* *Belli commercia dixit, quia Magni aut, argentiq, vitam comabat* mercari. Nec solum studio disciscendi Palliis, sed ob magnitudinem quoque animi, oblatam pecuniam despiciit Æneas. Sic enim verè Cicer. in i. Philipp. Credo enim vos homines nobiles magna quadam spectantes, non pecuniam, qua semper ab amplissimo quoque, clarissimoq, contempta est. Et infra non possum adduci, ut sufficeret pecunia captiui: nihil. inquam in te foridum, nihil humile cognoui.

REFLEXA CER. ORANTIS CAP.) De Pyrrho Priamum occidente lib. 2. non adeo diuersum scribitur.

Implicuitq, comam lana, dextraq, cornu scutum.

Exulit, ac lateri capulo tenui abdidit ens.

Vituperat Lactantius lib. 5. cap. 10. quod bonus & pius ille Æneas haud aspernenda precantem trucidauerit, cū per patrem, quem tantopere dilexit, & charissimum filium adiuratus esset: trucidauerit, inquam, furis accensus, & ira. Quisquamné igitur putet, hunc in se pietatis aliquid habuisse, qui & furore tanquam stipula exarserit, & manium patris, per quē rogabatur, oblitus, iram frænare nequiuert? Nullo igitur modo pius, qui non tantū non repugnantes: sed etiam precantes, & obtestantes interemit. Dicit hic aliquis. Quæ ergo, aut vbi, aut qualis est pietas? Nimirum apud eos, qui bella nesciunt, qui concordiam cum omnibus seruant, qui amici sunt etiam inimicis, qui omnes pro fratribus diligunt, qui cohibere iram sciunt, omnemque animi furorem tranquilla animi moderatione lenire.

Prudentissima omnino, & humanitatis, clementiæque plenissima est oratio apud Diodorum Siculum lib. 13. Nicolai cuiusdam Syracusij, qua Syracusanis conatur persuadere, vti Athienfes à se victos, atque captiuos vita, & libertate donent. Inde nonnullos quasi flores lectori odorandos decerpam. Quænam, obsecro pietas, quod seueritatis exemplū, quod specimen esse maiestatis, prudentiæ: aut modestiæ valet, prostratum, atq; ad pedes procumbentem hostem iugulare? Quæ deinde gloria, ipsum eundem nudum, vinculis constrictum vlciſci ulterius, ac seuire odiis pergere? Nam qui deiectos à fortuna ferocius, neglecta cōmiseratione, insectatur, qui uē aduersus calamitatibus, & miseriis obrutos iram, & crudelitatem retinet, hic utiq; suæ conditionis oblitus, imbecillitati humanæ vim afferre videtur. *Paulo infra.* In captiuos quid atrocius animaduertere cōtenditis? Ipsi profecto sese digna ultione perire. Nam sese ipsos, armaque, quibus tueri salutem cōsueuerant, ultro dedere in manus nostras, fidei nostræ suas animas, sua quisque corpora commendauere: eare credentes (vti humanum est) sibi victorum iras per clemētiā conciliatum iri. Indignum nempe, per Deos immortales, atq; atrox nimium, miseros illos, qui ad fidem nostram, & humanitatem, velut ad aras quasdam deū confugerunt, spe nostræ benignitatis & clementiæ, per crudelitatem, & inuitiam fraudari. Nam qui contra nos ira, odioque implacabili flagrans perrexere, in pugna cæsi viribus vestris, omnes interiere: isti verò sese dedentes in vestram potestatem, gladiis simul cum ira depositis, supplices pro hostibus vestræ clementiæ facti sunt. Qui enim in ipsa pugna hosti arma, corpusque dedunt, eos viribus diffusos, eam ultimam salutis spem tentare constat: quod si sua spe delusi, contra rapiantur ad supplicia, calamitatem quidem cogentur illi insperatam subire: verū qui ad id coegerint, auerso sanè, immanique ingenio existimabuntur, &c.

NEC PROCVL ÆMONID.) Hoc nomen Æmonides, licet possit esse & patronymicū, quia in des exit, vt dicamus, Æmonis filius: tamen melius est vt, id pprium esse dicamus, quia nusquam nomē eius aut præmissum est, aut secutum. Ergo simile est patronymico, vt sit Æmonides, sicut Thucydides.

INFVL/CVI SACRA) Infula est fascia in modum diametris, à qua vittæ ex vtraque parte dependebant, quæ

Aplerunq; lara, & tortilis de albo, & cocco. Prodebat igitur illum habitus capitis quis esset, cum vittas gestaret, quas non nisi sacerdotes habere consueuerant. Donatus.

Falsum est quod Donatus ait, non nisi sacerdotibus vittas gestare licuisse. Licuit & aliis, quod ostendemus. Prius dicamus quid fuerit vittæ. Vittæ fuit fascia, qua cū caput crines religabantur. Capella. Vittæ sunt, quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli: & vittæ dictæ, quod vinciunt. Vittati igitur erant sacerdotes, vittati vates, vittati etiam poetæ. Tacitus An. l. 1. Sacerdos apud aram Vbiorum creatus, ruperat vittas. Virgil. de Heleno lib. 3. *Exorat pacem diuū, vittasq, resoluū Sacra capitis.* Stat. de poetis, *Epicedio in Glauciam. Et nunc heu vittis, & frontis honore soluto Infestus vates.* Erant autē vittæ cum vatum, tum sacerdotum vel oliuæ, vel lauri ramo intextæ, vt à matronarum vittis distinguerentur scilicet. Virg. 3. Æneid.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq, sacerdos, Vittis, & sacra redimitus tempora lauro.

Erant præterea etiam deorum statuar vittis insignitæ. Virg. 2. Æneid. de Palladio.

Corripuere sacram effigiem, manibusq, cruentis Virgineas ausi dina consingere vittas.

Iuuenal. Sat. 5. *Pauca adeo Cereris vittas contingere dignæ:* Hinc, vt religione mouerēt supplices, etiam vittas præferebant. Virgil. lib. 8.

Optime Graingenū, cui me fortuna precari, Et vitæ comptos voluit præcenderet ramos.

Stat. lib. 12. Thebaid. *Ipsa manu ramosq, deæ, vittasq, precantis Tradit.* Tacitus Historiar. lib. 1. Cum haud ignari discriminis sui Viennenses, velamenta, & infulas præferentes: vbi infulas pro vittis posuit, quod alij quoque fecere. Vittis præterea ornabantur templorū fores. Stat. Li. 4. syl. *Pande fores superū, vittataq, templa.* Et ipsæ aræ. Virgil. lib. 3. Æneid. *stant manibus aræ Ceruleis mæstæ vittis.* Etiam sacris operaturi. Dido ad nutricem lib. 4.

— inq, ipsa pia tege tempora vitæ.

Sacra Iouis stygio, quæ ritè incepta parati, Perficere est animus.

Immo ipsæ victimæ vittatæ. Sinon apud Virgil. libr. 2. *vittasq, deū quas hostia gessi.* Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. de Oreste, & Pylade, Dianæ immolandis.

Sparſit aqua captos lustrali Graia sacerdos, Ambiat ut fuluas infula longa comas.

Stat. Achilleid. lib. 2. *vittata genitrix placata iuuenca est.* Sueton. de eo, qui p salute Caligulæ se deuouerat. Cunctantem pueris tradidit verberatum, infulatumque. Postremò quidquid venerabile efficere volebant, vittis ornabant. Hinc vittatæ naues. Plin. Vittatam nauem Dionysius tyrannus Platoni misit obiam. Vittatæ faces nuptiales. Auctor Thebaid. *nec sua latas faces vittæ reninxit.* Vittati postes ædiū, in quas noua nupta deducebatur. Lucanus nuptiarum festiuitatem describens, *Infulaq, in geminas discurrit candida postes.* Moris etiam fuit, vt nubentes puellæ, simul ac peruenissent ad limen mariti, puta antequam ingrederentur, ornarent postes laneis vittis, & oleo vngerent: & inde vxores dictæ, quasi vnxores. Præmia vittata in ludis. Virgil. lib. 5. *Victori velatum auro, vittisq, iuuenem.* Vittatæ arbores Stat. lib. 2. Thebaid. *ab arbore casta Nectent purpureas niveo discrimine vittas.* Prudent. contra Symmachum. *Et quæ fumificas arbor vittata lacernas Sustineat.* Hunc tã multiplicem vsum vittarum collegit ad 5. lib. Statij diligētissimus Ioan. Bernartius.

LAPSUMQUE SUPERST. IMMOLAT) Pulchrè, immolat, tanquam victimam, vt ille consueuerat, non occidit, alludens ad officium sacerdotis. Et quia dixerat suprā,

Ooo*

Totus

Totum collucens veste, atque insignibus armis, videbatur A
inde trophæum bellorum deo lactari commodè posse.
Sere est duo intelligēdi, vnus in castris, alius cum Aenea.
Donatus, Seruius.

INGENTIQUE VMBRATEGIT) magnitudine corporis
sui obumbrat cadauer eius.

LECTA REFERT) delecta, ad trophæum Marti sta-
tuendum, vel detracta, exuta.

TIBI REX GRAD. TROPH.) De cognomine hoc Mar-
tis, Graduius, dectum lib.3. Aeneid. ad versum, *Gradi-
umq. patrem Getici qui praesidet aruis*. Vide etiam Gy-
rald. Syntag. 10. De trophæo dicitur lib. 11. principio.

- Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Cæculus, & veniens Marforum montibus Vmbro.
545 Dardanides contrà furit. Anxuris ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
DIXERAT ILLE ALIQVID MAGNUM, VIMQUE AFFORE VERBO
CREDIDERAT, CÆLOQUE ANIMUM FORTASSE FEREBAT:
CANICIEMQUE SIBI, ET LONGOS PROMISERAT ANNOS.
550 Tarquitus exultans contrà fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno Dryope quem nympa crearat,
Obuius ardenti sese obtulit, ille reducta
Loricam, clypeiq; ingens onus impedit hasta.
Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis
555 Dicere, deturbat terræ, truncumq; repente
Prouoluens, super hæc inimico pectore fatur.
Istic nunc metuende iace. non te optima mater
Condet humi, patrioue onerabit membra sepulchro:
Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum
560 Vnda feret, piscesq; impasti vulnera lambent.
Protinus Antheum, & Lycam, prima agmina Turni,
Persequitur, fortemq; Numam, fuluumq; Camertem,
Magnanimo Volscente satum: ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnavit Amyclis.
565 Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq; manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusq; arsisse: Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses:

INSTAURANT ACIES) Κατὰ τὸ σιωπώμενον acies fufas A
ante intelligimus, ex eo, quod dicit, instaurant, vel con-
fufas potius, turbante Aenea, qui in multorum necem
fauiebat.

DIXERAT ILLE ALIQVID MAGNUM) Soluit Ma-
ro, Græcorum τὸ μεγαλήγορον, vnde & magniloquentia
μεγαλήγορία, & μεγαλήγορος. Fortasse legendum, *Dixerat
ille aliquid magicum*, vt innuat poeta, amuletis quibus-
dam fufurrisq; magicis, & superstitionis consecrationi-
bus sese aduersus vulnera, fatumq; veteres loricasse, &
munivisse, quo audentius pericula subirent. Non repu-
gnat item diuinationi nostræ elementorum inter ma-
gnum, & magicum affinitas, & concordia, hæcque ver-
borum in hoc contextu consequentia, *vimq; affore ver-*
bo, hoc est, carmini magico, *Crediderat*. Lege German.
* *Vet at magna loqui Theognis, quia quæ fors quemque maneat, in-
certum est in diem, immò in horam.*

Μὴ ποτὶ κῆρτι ἀγορεύσθαι ἱππὸ μίτῃ. οἶδ' ἔτι γὰρ εἰδὼς
Ἀθροῦπον ὅτι πῶς ἔ' ἤμην ἀνδρῶν τελευτῶν.
Porro istum Vmbro nemem expressit in Bogo quodam Silius, dum pugna
ad Thrasimenum describit lib. 5.

Occubuit Bogus, infaustum qui primus ad amnem
Ticini rapidam in Rutalos contorserat hastam.
Ille sibi longam Clotho, turbamque nepotum
Crediderat, vanis deceptus in alite signis.

CÆLOQUE ANIMUM FORTASSE FEREB.) Allusum
ad prouerbium, *Calo digitum, attingere*, de iis qui se
venditant. Significat infestam fortasse fuisse Nemelin,
aduersari solitam superbis, eiusdemq; insolentiam pro-
uocasse deorum inuidiam, quæ ei exitij causa fuerit, &
pestis. Turneb. lib. 2. cap. 21.

CANICIEMQUE SIBI, ET LONG. PROMIS. ANNOS)
Seneca.

Nemo tam diuos habuit fauente.

Crastinum ut posset sibi polliceri.

nedum caniciem. *Es certam presens vix habet hora fidē*,
dixit Ouid. Cicero alicubi. Quis est enim, quamuis ado-
lescens, cui exploratum sit, se ad vesperam esse victurum?

SYLVICOLÆ FAUNO DRYOPÆ) Faunum hoc loco
rusticum quendam putat intelligi debere Seruius, non
deum. Nonnulli etiam nympam, nō deam volunt, sed
græcè spōsam dictam: ne incredibile sit, ex duobus nu-
minibus creatum esse mortalem. Quamquam hæc nu-
mina, secundum Aristotelem, aliquando moriantur. E-
tiam ex verbis infra sequentibus apparet, Faunum ho-
minem fuisse, *patrioue onerabit membra sepulchro*. *
*Credibilis est, Faunum syluicolam hic nō agrestem quempiam ho-
minem, sed deum accipiendum, & quod ait Seruius, incredibile vi-
deri.*

deri, ex duobus nominibus nasci mortalem, de maioribus, non de minoribus, istis diis forte intelligendum sit, quorum nonnulli moriuntur. Et Servius confitetur. Ita Faunus ex Fauno quatuor deo natus, patrum sepulchrum habere potest. At patrio sepulchro, id est, sepulchro in solo patria, ut adiectum illud non à patre, sed à patria ducatur. Melius quod dicam, non habeo.] Epitheton *syluicola* à Næuio, & Artio sumptum docet Macrob. Satur. lib. 6. cap. 5.

ILLI REDUCTA LORICAM) Turneb. sic explicat lib. 2. cap. 21. hasta Æneæ transuerberatum fuisse clypeum, & ita penetratam lorica, ut in ea hæreret. Ita lorica, & clypeus impediatur. Quod autem *reducta* ait, id nimirum facit, quia lacertos retro ducit hastam mittere parantes.

ISTIC NUNC METVENDE IACET) Σαρπηδόης, id est, hostilis irrisio, qualis apud Homerum Iliad. 6. vnde hic totus Virgilij locus manauit. Insultat autem Achilles Lycaoni iam perempto.

Ἐνταυθὶ γὰρ καὶ σὺ μετ' ἰχθύσιν, οἳ σ' ὠτειλῆς
 Αἰμ' ἀπυλχμήσονται ἀκρόβις, ὅδ' σε μήτηρ
 Ἐνθάμην λελύσσει γόησται, ἀλλὰ σέφαμανδρε
 Οἴσσι δινῆς, ὅσω ἄλδ' ἐνθά κολπον.
 Θρώσκων τις κατὰ κῆμα μάλα γὰρ, φείχ' ὑπαίξει
 Ἰχθύς, ὅσα φάγης, λυγρόν τε ἀργύρεα δαμόν.
 Et Iliad. λ.

Α' δὴλ', ὃ μὲν σοῖα πατήρ, καὶ πότινα μήτηρ
 Ὅσσε καδαρήσονται θανάτῳ, ἀλλ' οἰωνοὶ
 Ὡμῶν αἰετοὶ πρὶν πικρὰ λαβόντες.

German. Vrsin.

ALITIBVS LINQVERE PERIS) Quod de alitibus dicit, est crebra comminatio apud Homerum, & reuocat mihi in mentem respōsum Diogenis, interrogati, vbinam vellet sepeliri. Retuli 2. Æneid. ad illum, *facilis iactura sepulchri*. Præsertim ad vultures pertinet, qui multis ante diebus, ubi strages futurae sunt, dicuntur præsentire. Vide Pierium lib. 18. Lectum est etiam à me, aliquando exercitum gradientem comitatos, spe epularum videlicet, quas se adepturos è militū cadentium cadaueribus prælagirent. 38

IMPASTI VVLN. LAMB.) Impasti, inquit Seruius, ita amidi, ut semper credantur impasti: sicut de Harpyiis dixit in tertio, *Et pallida semper Ora famæ*.

ANTH. ST. LYCAM PRIM. AG.) Non erant Antheus, & Lycas prima agmina Turni: sed hos, & qui deinceps

anominantur, adeoq; primum Turni agmen persequeretur Æneas, ut neminem prope viuum relinqueret. Hanc esse poetæ mentem arbitror.

DITISS. AGRI QUI FUIT AVSONID.) 1. Æneid. de Sichæo, *ditissimus agri Phœnicum*. Lib. 7. de Galeo, *Avsoniisq; olim ditissimus arvis*.

TACITIS REGN. AMYCL.) Inter Caietam, & Tarra-
 cinam oppidum est, constitutum à Laconibus, qui comites Castoras, & Pollucis fuerunt, & ab Amyclis provinciae Laconiae civitate est ei nomen inditum. Quum frequenter falsò nuntiaretur hostes, & inani terrore ciuitas quassaretur, lata lege cautum est, ne quis vnquam hostis nuntiaret aduentum. Postea quum verè hostis veniret, nullo nuntiante, ex improvisò capta est. Vnde tacitæ Amyclæ dictæ sunt, quòd periere silētio. Hinc est quod ait Lucilius, Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo periisse. Seruius. Vide adagium, *Amyclas perdidit silentium*.

ÆGÆON QVAL. CENT. CVI BRACHIA DICVNT) De istis centum brachiis sine manibus Briarei, sine Ægæonis Claudian. quoque meminist de rapin Proserp. lib. 3. nostros an fortè penates Appetit centum Briarcia turba lacertis. pluribus gigantibus tot manuum tribuit, & c. Vides.] Morem suum etiam hoc loco poeta seruauit, ut eius, quod incredibile fuerat, & fabulosum, non se profferret auctorem. Ægæon poetis *ἑκατόγχεος*, & *ἑκατόταχης*, de quo Homerus Iliad. α. v. bi & Briareum appellari à diis affirmat, ut sit binominis, C& Ioui tulisse ait auxilium.

Ἀλλὰ σὺ τὸν γ' ἐλθῆσαι διὰ, ὑπελύσας δισμῶν,
 ὡς ἑκατόγχεον καλῶσας ἐς μακρὸν Ὀλύμπου,
 Ὅν βεβάρων καλῶσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ τε πάντες
 Αἰγαίων. ὃ γὰρ αὐτὴ βίη ὅσας πατέρες ἀμείνων.

Hic Hesiodo *ἕβαν καὶ γῆς*, aliis *γῆς καὶ πόντος* filius: pro eodem Typhoea, & Typhonem videntur poetæ vsurpare, &c. German.

Ægæoni seu Briareo, cui poetæ, ut & Gygi, & Homer. soli centum manus quare tribuerunt? Interpretes Hesiodi per Briareum vernum tempus dici tradunt, ob herbarum, frondium, & florum copiam, quam affluenter adeo sumministrat. Per Gygen verò hyemi, ob ea multa, quæ iam dudum collecta, congestaque in varios vsus distribuit, & negotiis quæque suis accommodat. Quòd sol centimanus, multa & innumerabilia eius officia, quæ apertissima sunt, significet. Pierius lib. 35. in Manu.

Sic toto Æneas defæuit in æquore victor,

570 Ut semel intepuit mucro. quin ecce Nyphei

Quadriiuges in equos, aduersaq; pectora tendit:

Atque illi longè gradientem, & dira frementem

Ut videre, metu versi, retroq; ruentes,

Effunduntq; ducem, rapiuntq; ad littora currus:

575 Interea biugis infert se Lucagus albis

In medios, fraterq; Liger: sed frater habenis

Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus enssem.

Haud tulit Æneas tanto feruore furentes:

Irruit, aduersaq; ingens apparuit hasta.

580 Cui Liger.

Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis,

Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis, & æui

His dabitur terris. Vesano talia latè

Dicta volant Ligeri: SED NON ET TROIVS HEROS

000*2

Dicta

585 DICTA PARAT CONTRA: IACVLVM NAM TORQVET IN HOSTEM.

Lucagus, vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos, proiecto dum pede leuo
Aptat se pugna, subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei: tum leuum perforat inguen.

590 Excussus curru moribundus voluitur aruis.

Quem pius Æneas dictis affatur amaris.
Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut vanæ vertere ex hostibus umbræ.
Ipse rotis saliens iuga deferis. Hæc ita fatus,

595 Arripuit biiugos. frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem.
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troiane, sine hanc animam, & miserere precantis.
Pluribus oranti Æneas, Haud talia dudum

600 Dicta dabas, morere, & FRATREM NE DESERE FRATER.
Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri
More furens. tandem erumpunt, & castra relinquunt

605 Ascanius puer, & nequicquam obfessa iuuentus.

ÆNEAS DESERVIT) Valde læuit, præpositio enim A Æneas tanta fiducia, & furore venientes pati non potuit. Donatus.
auget. Huius ordinis sunt decertare, deperire, despretus, deuitare, & alia quam plurima. Habet & notionem minuendi: de, in his, deplere, detumere, defaltare, deuirginare, deludere, pro à ludo desinere, de pannis, pro, sine pannis. Vide Ioan. Bernart. in Achill. Statij pag. 135.

VT SEMEL INTEPVIT MVCRO) Gladius sanguine concalfactus, non exiguum occisorum numerum arguit. Non abhorret ab elocutione ista, q̄ in quadam Philippica Ciceronis legitur. Imbuti sanguine gladij exercituum nostrorum, vel madefacti potius. Mucronem, aiunt Grammatici proprie dici ensis, aut teli acumen, seu cuspidem. Apud Plinium est legere, herbarum mucrones. Translatè mutro est vis, & id in quo præcipua spes est. Cic. p̄ Cæcina. Peractum hoc tibi videtur, hic est mucro defensionis tuæ.

QVADRIUGES IN EQVOS) propter ὁμοιοτέλευτον noluit dicere quadringos, contulitq; se ad aliam declinationem: nam & quadriugos, & quadriuges dicimus: sicut inermes, & inermos, exanimes, & exanimos. Seru.

LONGE GRAD. ET DIRA FREMEN. VT VID. METV VERSI) Longè gradientem exponitur à Seruio, longis gradibus incedetem: & est militaris incessus. Valde virtus Æneæ commendatur ex eo, quod etiam ratione carentes animantes eum ferre non potuerunt: sed eius aspectu, & incessu conterriti retro fugerunt, excusseruntq; dominum, in quem ille ibat: quem etiam occisum par est intelligere, licet separatim de eo nihil dicat poeta.

INTEREA BIIUGIS) Interea significat ad alia transitum, vt continuatio interrupta narrantis, legentis tædiū releuet, remoueatq; ex varietate fastidium: & alia similiter propter hanc causam inuenta sunt, vt velut quandā nouitatem narrationis inducant. Biiugis albis, inquit, Lucagus, & eius frater Liger vno curru vecti sese intulerunt, hoc est, ingresserunt se Æneæ. Exposuit autem ipse, quid officij singuli gererēt in curru constituti. Liger, inquit, regebat equos, Lucagus autem pugnabat. Quos

NON DIOMED. EQ. NON CVR. CERN. ACHIL.) Elegit eorum nomina, qui inter Græcos præcipui fuerant: & hæc non pro merito suo, sed iniuriosè, vt illos, & Æneam obreccatione perfunderet, quasi ipse cum equis suis esset omnibus potior. Non isti, inquit, Diomedis equi sunt, aut Achillis, quos euadere potuisti, nec in Phrygiis campis constitutus es: & hoc pro conuitio positum, quasi in quibus nascerentur imbelles. Ecce & terrarum fecit comparisonem, quasi ipsæ proferant fortes, ipsæ debiles faciāt. Et melius, inquit, factum est, vt nobis occurreres, vt salus tua simul cum ipso bello terminum summat. Donatus. * Apud Statium lib. 12. Creon Lam lethale furens, atque audax morte futura, sic Thæsem compellat.

Non cum peltiferis, ait, hæc tibi pugna puellis,
Virgineas nec crede manus. hic cruda virorum
Prælia, nos magnum qui Tydea, &c.

VESAN. TAL. LATE DICT. VOL. LIG.) Huiusmodi verba Liger fundebat vesana mente, vt pote qui iam factis vltimis traheretur in mortem. Æneas non dicta, sed iaculum contrà parauit: nec voluit referre conuitia, quæ animum lacerare, nō vitæ discrimen inferre potuissent: sed hastam iecit, qua ipsum hominem cum suis verbis exstingueret. Compleuit sapientis bellatoris laudē, qui illo tempore, atq; illo loco non ventosis verbis, sed ferro debuit, & neci hostium operam dare. Lucagus, qui pugnandi tenebat officium, dum equos admonere nititur telo, & concitare in Æneam, dumque se ad certamen habitu specioso componit, & vnum pedem reducit, alterum porrigit, leuo inguine sub imas clypei partes ictum hastæ euntis excepit. Iacuit igitur moribundus in campo, qui superbus ferebatur in curru. Donat. Adde. Quomodo hic dictum, Ligeri volare dicta, sic lib. sequenti Turnus Dranci, sed non replenda est curia verbis, Quæ tunc tibi magna volant.

SED NON ET TROI. HEROS DICTA PARAT CON.) Liger pugnabat lingua, Æneas iaculo: & ille verbis, hic armis

rem

rem gerebat. Non igitur dictis aduersum dicta, sed mortifero telo certabat, & docebat miserum, facta verbis esse potiora. ✱

TELO ADMONUIT BIYGOS) Quemadmodum Virgilius telo admonere dixit, sic Sueton. in Caligul. cap. 20. ferulis obiurgari, & in Othone, cap. 2. flagris obiurgari, Columella, admonere flagello. Fustium admonitio Callistrat. libr. 7. de pœnis. Torrent. in Sueton.

PROIECTO DVM PED. LAVO APTAT. SE PVG.) *Proiecto*, id est, protento, extento. Pes laeuus ante porrectus, aggressionis indicium est, quo ita firmato, gestum aiunt ad inuadendum aptum, quod dexteri pedis agilitas ictum, quoquo versum quis incubuerit, iuuat. Sinister enim sua quadam peculiari tarditate totius est veluti corporis firmamentum, & quasi centrū, circa quod alterius pedis alacritas, & propitudo versetur, exerceatur que, & quasi rotæ curuatura axi per radios innixa circumagatur, partim vicique laboranti opem allatura. Militaris præterea disciplinæ magistri commonent, si missilibus agatur, sinistros pedes ante haberi à peditibus, ita enim vibrandis spiculis vehementiorem esse ictum. At si res, inquit, agatur gladio, dexter pes proferendus, ut propinquior dextra sit ad vulnus inferendum. Pierius. lib. 35.

LEVVM PERFORAT. INGVEN.) Vide quæ diximus ex Plin. 3. *Æn.* ad illa *Et nunc aequali tecū pubesceret auro.*

DICTIS AFFATVR AMAR.) Vtitur amaris verbis, egressus pietatis suæ modestiam, quum iniuriis verbis esset puocatus. Petiuit illum prius, quæ videbat armatū. Cuius mortē facile sequebatur interitus alterius, qui nō arma, quib⁹ fideret, sed habenas tenebat equorū. Insultant animo loquitur cum moribundo. Nihil est quod equos peccasse causeris: illi nō erant segnes, nec eos aliqua fefellit imaginatio (hoc est dicere, nihil te prodidit, nisi inertia tua) cū tua voluntate (apertus est sarcasmus) à curru defilieris. Donatus. At Seruius in hunc modū, plenius aliquatō. Obiecisti mihi, quod sim & à Diomede, & ab Achille cōuersus in fugam: te verò nec equorum tarditas prodidit (quod mihi contigit) nec aliqua umbra equi tui sunt terrii.

ARRIPVIT BIYGOS) aliter inermem, aliter petijt armatum. Vbi enim Lucagus fuit, eminus hasta pugnātū est: quum autē Liger nudatus esset fratris auxilio, ipsos equos Æneas tenuit, quibus fugiēdo ille posset euade-

Are. Cum videret ergo Liger, nihil iam superesse, nisi ut ipse quoq; pro conuiitijs pœnas daret, sese ad preces miser conuertit, & laudare cœpit, quem paulò ante contempserat. Donatus.

PER TE, PER QVI TE TAL. GEN. PARENT) Conuitia necessitas in obsequiū vertit: & laudare cœpit eū, cuius paulò ante vituperatio dicebatur. Donatus. Adde, *Æn.* 1. *qui tanti talem genures parentes?*

HAVD TALIA DVD. DICTA DAB.) Cum grauissimè iratus Æneas, non videretur paucis posse flecti ad misericordiam, orabat pluribus Liger. Sed Æneas non se patiens multiloquio detineri hominis, cui non erat parsurus, respondet paucis. Non ita te paulò ante gessisti, ut vitam à me impetrare dignus sis. Moriendum tibi est, ut cuius fuisti aduersum me socius, cum quoque mortuum ne relinquant. His dictis commotionem suā omnem in ictu, quo Ligerem perdidit, expressit, aperiendo ingenti plaga pectus eius, in quo anima lateat solet, & quo patefacto erumpit. Donatus.

PECTVS MVRONE RECLVDIT) Pectus gladio transfigit. Sic locutus est etiam Horatius, Ode 17. Epod.

Voles modò altis de silire turribus:

Modò ense pectus Norico recludere.

DVCTOR DARD.) Signatè ait *duxtor Dardanius.* Magnū enim Dardanijs pugnacitatis decus sibi antiquitus usurpauere. Hinc honoratum semper apud Platonem Dardaniæ nomen, cum secus Phryges ferè semper velut imbelles notarentur. Factum itaque est, ait Pollux, uti monetam gallinaceorum conflictu signarent. Pierius. lib. 24.

TAND. ERVMP. ET CAST. RELINQ.) Ecce, quantum valuit Æneæ præsentia, quantam obsessis fiduciam dedit illius aduentus? Tutiores se iam arbitrantur in aperto campo futuros, quàm si parietibus, & vallo teneantur. Donatus. Facta igitur è castris eruptione suasum Ænea copias coniungunt.

Ponam hinc legem quandam militarem, de eruptione præscriptam ducibus à Vegetio, libr. 3. cap. 12. Præterea obseruandum est, præsentibus hostibus, siue ex castris, siue ex ciuitate producas ad prælium, ne, dum per angusta portarum particulatim procedit exercitus, à collectis, & præparatis debilitetur inimicis. Ideoque prouidendum est, ut ante, omnes milites egrediantur portas, & aciem construant, antequā hostes adueniunt,

Iunonem interea compellat Iuppiter ultro.

O germana mihi, atq; eadem gratissima coniux,

Vt rebare, Venus (NEC TE SENTENTIA FALLIT)

Troianas sustentat opes: non viuida bello

610 Dextra viris, animusq; ferox, patiensq; pericli.

Cui Iuno summissa. Quid, ô pulcherrime coniux,

Sollicitas ægram, & tua tristitia dicta timentem?

Si mihi, quæ quondam fuerat, quamq; esse decebat,

Vis in amore foret, non hæc mihi namq; negares

615 Omnipotens: quin & pugna subducere Turnum.

Et Dauno possem incolumem seruare parenti.

Nunc pereat, Teucrisq; pio det sanguine pœnas.

Ille tamen nostra deducit origine nomen:

Pilumnusq; illi quartus pater, & tua, larga

620 Sæpe manu, multisq; oneravit limina donis.

Cui rex ætherij breuiter sic fatur olympi.

Ooo* 3

Simoi

Si mora præsentis lethi, tempusq; caduco
Oratur iuueni, meq; hoc ita ponere sentis,
Tolle fuga Turnum, atq; instantibus eripe fati.

625 Hactenus indulgisse vacat: sin altior istis
Sub precibus venia vlla latet, totumq; moueri,
Mutariue putas bellum, spes pascis inanes.

Cui Iuno illacrymans. Quid si, quod voce grauaris,
Mente dares? atq; hæc Turno rata vita maneret?

630 Nunc manet infontem grauis exitus: aut ego veri
Vana feror: quod vt ô potius formidine falsa
Ludar: & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.

O GERM. MIHI ATQVE EAD. GRATISS. CON.) A autem hic Pilumnus quartus pater, id est, abauus dicitur (abauus enim proauis pater) potuit fieri, vt idem vterque nomen haberet. Sed quia genus, & proauis nō sunt vocanda nostra, addit & propria eius merita, dicēs illum religiosè sacrificijs, & muneribus Iouem coluisse, vt eum gratiæ referendæ admoneret. Donatus, Seruius, German.

CVI REX ÆTH. BREU. SIC PATVR OLYMPI) Propter moram, quæ gerendis rebus fieri non debuit, breuem orationem inducit, seu propter maiestatem loquentis potius. Ex Iouis autem concessione, quali arte egerit Iuno, cognoscitur: scilicet vt Turnus posset euadere. Ne igitur totum videatur negasse poscenti, concedit, quod factorum cursum remorari non posset. Patiar, inquit, vt illum interim ingruenti iam subtrahas morti, quem caducum esse, breuique moriturū, manifestum est: hoc enim illæsa factorum lege præstari potest. [Et iam 7. Æneid. docet Iuno differri quidem ad tempus factum posse, mutari non posse.]

TROIANAS OSTENTAT OPES) Hoc nomine opes multo plus, quam diuitiarum vocabulo significari norunt omnes, qui latine sciunt. Cic. Epistol. lib. 1. contra tantas opes pugnandum non arbitraret, neque delendum, etiamsi id fieri posset, summorum civium principatum. Idem contra Rullum. totam Italiam suis opibus obsident. Eiusdem sunt, alicuius opes frangere, euertere. Virgil. Æneid. 2. Troianas vt opes, & lamentabile regnum Eruerint Danaï. Et Pentadius in epitaphio Hectoris, Qui sepe Argolicas debilitauit opes. 30

CVI IUNO SUMMISSA) Idcirco summissa, quia humilem decet esse vnumquemque, vbi petendi beneficii necessitas adest. summissa non corpore, sed mente, ac voce, immo etiam verbis. Fingit autem, idque artificiosè, se Iouem magis timere maritum, quam fratrem. Tristia dicta, seuera, imperiosa. Meminerat enim, vt in libro nono positum est, Irim ab ipso ad se missam, cum mandatis haud mollibus, vt fauorem Rutulorum deferret. Eò autem se impetraturam magis credebat, si ostenderet auxilia sua, prohibentibus mariti iussionibus quieuisse. Etiamsi porrò Solon vim vehementissimam à voluptate afferri, & coacta iudicaret, quæ per amoris illecebras extorquentur: hic tamen vim plæxi accipio, & δυνάμιν ἰπποκρίτου, ἢ βίας, poetam ratus prima omina, temporaque conflati inter Iouem, & Iunonem amoris respicere, cum deformatus in auem, sorori obrepisse dictus est. Et verbum, Omnipotens hic ad nominandi casum refero, non vocandi, hoc est, παντοδύναμος ὢν, vt loco intelligamus poetam insistere rhetorico ἡνδὲ δυνάμει, vt supra, Aeole, nāq; tibi diuinum pater, atq; hominū Rex Est mactere dedit, &c. Et alibi, Nasci mea viros, mea magna potentia solus. Et 7. Tu potes unanimis armare in praelia fratres. Inuidiosè quod subditur. Nunc pereat, &c. Ironica concessio eius, quod minus vult fieri. Non enim hoc agit, vt pereat. Si putas iustum, inquit, pereat innocens, & consequantur scelerati victoriam. Et ne indigno postulare videatur beneficium, nonnulla ad eius commendationem præterea congerit. Diuina est origine. Cui Pilumnus auus, cui diua Venus mater. Quod

tur (abauus enim proauis pater) potuit fieri, vt idem vterque nomen haberet. Sed quia genus, & proauis nō sunt vocanda nostra, addit & propria eius merita, dicēs illum religiosè sacrificijs, & muneribus Iouem coluisse, vt eum gratiæ referendæ admoneret. Donatus, Seruius, German.

CVI REX ÆTH. BREU. SIC PATVR OLYMPI) Propter moram, quæ gerendis rebus fieri non debuit, breuem orationem inducit, seu propter maiestatem loquentis potius. Ex Iouis autem concessione, quali arte egerit Iuno, cognoscitur: scilicet vt Turnus posset euadere. Ne igitur totum videatur negasse poscenti, concedit, quod factorum cursum remorari non posset. Patiar, inquit, vt illum interim ingruenti iam subtrahas morti, quem caducum esse, breuique moriturū, manifestum est: hoc enim illæsa factorum lege præstari potest. [Et iam 7. Æneid. docet Iuno differri quidem ad tempus factum posse, mutari non posse.]

Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,
Atq; immota manet fati Lauiua coniux,
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus.]

Si plus aliquid speras, ac sub precibus tuis latet aliud, quod concedi non possit: & putas aut poni bellum posse, aut mutari pactionibus, vana ducis spe, quia fieri necesse est, quod satis definientibus cautum est. Ecce bonus largitor beneficii & moras pmisit, & quemadmodum procurari possent, possibili consiliorum remedio demonstrauit, vt fuga subtraheret aliquantum, quæ ingruentis lethi premebat acerbitas. Si mora præsentis, &c. Sic Homerus Iliad. 6. inducit Iouem cum Iunone consultantem de proferendis Sarpedoni fati, ei impendente iam Parca. Ponere pro statuere, facere. Sic Lucilius Homerū secutus, qui ait, ἀλγὶ ἰδυίης, id est, dolores fecit. Veniam hic Seruius beneficiū interpretatur, speratum à Iunone, vt supra haud dubiè venia pro beneficio, & gratia accipitur 4. Æneid. Extremam hanc oro veniam, miserere sororis, &c. Spes pascis inanes, Simili translatione vsus est Eubulus hoc versu apud Athenæum lib. 2. ἀβήτορας αἰσας, ἰατρίδας στήματα. Sophocles in Aiace, ὅς τις ναυτίαν ἰατρίαν διαμαίνεσθαι. Donatus, Seruius. German. Vrlin.

HACT. INDVL. VACAT) vndiq; iam in mortem truditur, hoc tantum vacat spatium.

SIN ALT. ISTIS SVB PRECIB. VENIA) Venia, veniæ impetratio, & est sensus. Sin preces istæ tendunt ad impetrandam, aliam veniam, id est, vt aliud indulgeam.

SPES PASCIS INANES) Cum id boni, quod aliqui sibi promiserunt, repente euauit, elapsūq; ipsis est è manibus, M. Cicero. spes illas fallaces vocare solet, atq;

atque inanes, ut in peroratione pro Milone. O spes fallaces, ô cogitationes inanes nostras. Aeschylus verò in Agamemnone, ubi inducit præconem, qui missus erat, ut Clytemnestræ nuntiaret, captum Ilium, aduentareque Agamemnonem, salutare Argos, sedesque illas omnes, facit illum dicere, se tandem, cum prius spes ipsius fractæ foret, vnam nactum. Loquitur igitur de spe, quæ sine corpore est, tanquam de re solida: hæ namque propriè franguntur, & dissipantur. Propter similitudinem tamen res quoque aliæ vacuæ à corpore frangi dicuntur. Cicer. procæmio libr. 3. de Orat. O inanes nostras contentiones, quæ in medio cursu sæpe franguntur. Verba Tragici sunt, πολλὰν ῥα γαῖαν ἐλπίδων μιᾶς τυχαίαν. Victor. lib. 31. cap. 9. * Non tam spes pascunt ipsi homines, quam à spebus pascuntur. Nisi explicemus spem pascere, spem facere, ut in 4. Æneid. famamque fouemus inanem, Sophocles in Alcææ flagellifero dixit ναῦσιν ἐλπίσι θρηνησάτωι σαλακίῃσιν seu inanibus spebus incenditur. Æschines, ἐλπίδων ναῦν ὑπερλάσας, id est, postquam illum inani spe implesset.

QVOD VOCE GRAVARIS) Pari forma Sueton. in Aug. Ampla, & operosa prætoria grauaba-

tur. Idem in Tiberio cap. 50. Matrem Liuiam grauatus, velut partes sibi æquas potentia vindicantem. Horat. Ode 11. lib. 4. Pegasus terrenum equitem grauatus Bellerophontem. Vox Iouis fatum est, siquidem fatum à fando. Statius, & vocem fati sequuntur, &c.

Hoc dicit. Vtinam quæ negas voce, mente præstares: nam si Iouis voluntas fatum est, potest aliud volendo, fieri ordinem commutare. Gramari autem, negas, grauiter fers: & hac locutione non nisi per accusatiuum vtimur: ut si dicas, aggrauor aduentum tuum, id est, grauiter fero: grauior præsentiam. Seruius.

VERI VANA FEROR) Id est, sum veritatis ignarus.

QVOD VT O POTIVS) Quod vtinam ita sit, ut ego potius inani formidine angar, & tu sententiam tuam mutes, & in melius referas.

IN MELIUS ORSA REFLECT.) Orsa in melius reflectere est, quod ipse Iupiter lib. 1. promissit de Iunone, Consilia in melius referet.

- Hæc ubi dicta dedit, cælo se protinus alto
Misit, agens hyemem, nimbo succincta, per auras:
635 Iliacamque aciem, & Laurentia castra petiuit.
Tum dea nube caua tenuem sine viribus umbram,
In faciem Æneæ (VISU MIRABILE MONSTRUM)
Dardanijs ornat telis, clypeumque, iubasque
Diuini assimulat capitis: dat inania verba,
640 Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis.
Morte obita quales fama est volitare figuras:
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
At primas læta ante acies exultat imago,
Irritatque virum telis, & voce laceffit.
645 Instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam
Coniicit: illa dato vertit vestigia tergo.
Tum vero Ænean auersum ut cedere Turnus
Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem,
Quò fugis Ænea? thalamos ne desere pactos:
650 Hac dabitur dextra tellus quæ sita per vndas.
Talia vociferans sequitur, strictumque coruscat
Mucronem: NEC FERRE VIDET SVA GAUDIA VENTOS.

NIMBO SUCCINCTA) Nimbo succinctam intellige nubibus ambitam, quia præmisit, agens hyemem: quod nisi esset, splendorem acciperemus, qui est circa corpus deorum.

TUM DEA NUBE CAUA) εἰδωλοποιία hæc ad decorum pertinet, ut Turnus terrore potius ex pugna auferri, quam sponte sua fugere videatur.

IUBAS QVÆ) iubas, propter equinam caudam, quæ esse solebat in galeis: ut, cristag, hirsutus equina. Deinde ex persona poetæ dictum est quod sequitur, diuini capitis, intuentis, inquam, futura: nam post mortem in numerum referetur deorum.

INANIA VERBA) nec à mente venientia. Hactenus ex Seruio.

Locum hunc accepit Maro ex 1. Iliad. ubi idē facit Apollo.

Ἀλλὰ δ' εἰδωλον τέλει ἀργυρότερον ἔειπεν

Αὐτὸν τ' αἰνεῖα ἱελέον, καὶ τεύχεσι τοῖον.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' εἰδὼλε Τρώας, καὶ δῖοι ἄχαιοι
Δῖον ἀλλήλων ἀμφὶ στήθεσσι βοῶντες.

Illud à Lucretio, Morte obita, &c. Ille enim lib. 4.

ne forte animas Acheronte reamur
Effugere, aut umbras inter viros volitare.

Et lib. 1. Morte obita quorum tellus amplectitur ossa. Ibi, Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus, physicè locutus videtur poeta, cum vigilia sit sensuum usus. Vide Arist. de somno & vigilia, & Plutarch. in placit. philosoph. an somnus, & insomnia sint animi, & sensuum. Germ. Vrsin.

Expendit hunc locum Scaliger in Critico Morte Dobita &c. ac Virgilium laudat, quod rem controuersam penes auctorum fidem statuatur. Quippe de idolis anima, atque vita factorum, Fama, inquit, est, & signatè figurat, quippe sine corpore, Et volitare, non enim mole

mole consistunt. Par eruditio è somnijs: sunt enim species sine materia, à materiatis fluentes speciebus. Nec sine maxima scientia dixit, sopitos sensus eludi: nō enim eluduntur non sopiti. In sequentibus autem versibus, *At primas læta ante acies*, &c. non pictam rem, aut mortuam poësin videas, sed rem ipsam, vt ita dicam, vegetā, atq; viuam.

PRIM. LÆTA ANTE ACIES EXULT. IMAGO) Ideo hac arte agit Iuno, & imagine decipit Turnum, quia si ex aperto fugā suaderet, more vlti fortis ille fugæ præponeret mortē cū præsertim ipse in sequētib. dicat, *Vsq; adeūne mori miserum est*: Ideo autē læta, ideo exultans imago, vt prouocaret in iracundiā Turnum, q; magis facit telis, & voce. Tot modis prouocatus Turnus sumit audaciā, hastā iacit. Sed vmbra mox in fugam versā est, nempe vt se infectantē paulatim ab exercitu ad nauim perduceret. Seruius, Donatus.

IRRITATQVE VIRVM TELIS) Irritare dictum est propriē prouocare, tractum à canibus, qui cum prouocantur, irriunt. Lucil. Saryr. lib. I. *Irritata canes quod homo quam planis dicit*. Sallust. Historiar. lib. I. Tunc vero & pasci, cum cæteri eiusdem causā, & ducem senatus rati, maximo gaudio bellum irritare. Plaut. Amphit. *Irritabis crabrones*. Varro Sesquiulyse. Omnes irritares ventos, omnesq; procellas. Hæc Nonius.

AVERSUM VT CED. TVRNVS CRED.) Vanus error fuit in sensibus Turni, vt ipsum Æneam terga dedisse crederet. Quare vana spe ductus, in vocem superbam erupit. Expecta, inquit, vt seruata pactorum fide, optatam ducas vxorem. Ego tibi mea dextera (vides sarcasum?) dabo terram, quam diu quæsiuisti per maria. Sic alibi ipse, simili figura sermonis. *En agros, & quam*

A bello Troiano petisti, Hesperiam metire iacens. Donatus, Seruius.

NÆC FERRE VID. S. GAUD. VENTOS) Nec animaduertit, vanum esse suum gaudium. Prouerbiali schemate usurpari solet, ventis tradere, pro eo, quod est, obliuisci, atque ex animo eiicere. Nam quæ ventus rapit, nostram custodiam euadunt, & nobis quodammodo amplius cordi non sunt. Hoc eodem prouerbio vtitur poeta lib. 9. *sed aura Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant*. lib. II.

Audijit, & voti Phœbus succedere partem.

Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.

Catullus ad Alphenum, quem perfidiæ accusat,

Idem nunc retrahis te, actua dicta omnia, factaq; Ventos irrita ferre ad nebulas aërias sinis.

Anacreon.

Ὅτ' ἐγὼ πῖνον τὸν αἶνον Ὡς dulce potō σῖνον,

Ἀπὸ φίλων μὲν μῆλον Ὡς οὐδὲν μολεβν σῖνον, &c.

Πολυφροντίδης δὲ βυλαὶ Ὡς οὐδὲν σῖνον, &c.

Ἐπ' ἀλκυόνος αἶψας Ὡς οὐδὲν σῖνον, &c.

Theognis.

Τῶν ἀγαθῶν ἔσθ' ἢ μὲν ἀποκρίσεις, ἢ δὲ δὲ ἔργα.

Τῶν δὲ καλῶν ἀνέμοι δειλὰ φέρουσιν ἔσθ'.

Bonorum bona est responsio, & bona opera: malorū autem venti misera ferunt verba. Titius lib. 9. cap. I.

Adiunge ex Indice Erythræi hæc testimonia Virgil. lib.

II. *inque Notos vocem vertere procella*. Catull. de nupt.

Quæ cuncta aërei discerpunt irrita venti Ibid. *Irrita ventosa linquens promissa procella*. Penelope Ouidiana. *Fal-*

lor: & hoc crimen tenues vaneſcat in auras. Et Dido apud

eundem. *Atq; ijdem venti vela fidemq; ferent*. * *Huius-*

ce ordinis sunt etiam, ventis loqui, Lucræ. lib. 4. tu fac ne ventis

verba profundam. Item, verberare aërem, &c.

Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi

Expositis stabat scalis, & ponte parato,

655 Qua rex Clusinis aduectus Ofinius oris.

Huc sese trepida Æneæ fugientis imago

Conijcit in latebras. nec Turnus segnior instat,

Exuperatq; moras, & pontes tanſilit altos.

Vix proram attigerat, rumpit Saturnia funem,

660 Auulſamq; rapit reuoluta per æquora nauem.

Illum autem Æneas absentem in prælia poſcit:

Obuiam multa virū demittit corpora morti.

Tunc leuis haud vltra latebras iam quærit imago,

Sed ſublimè volans nubi ſe immiſcuit atræ:

665 Cum Turnum medio interea fert æquore turbo.

Respicit ignarus rerum, ingratusq; ſalutis:

ET DVPLICES CVM VOCE MANVS AD SIDERA TENDIT:

OMNIPOTENS GENITOR, TANTON' ME CRIMINE DIGNVM

DVXISTI? ET TALES VOLVISTI EXPENDERE POENAS?

670 Quò feror? vnde abij? quæ me fuga? quem uic reducet?

Laurentisné iterum muros, aut caſtra videbo?

Quid manus illa virū, qui me, mea; arma ſecuti?

Quosq; (nefas) omnes infanda in morte reliqui?

Et nunc palantes video, gemitumq; cadentum

675 Accipio. quid agam? aut quæ iam ſatis ima dehifcat

Terra mihi? vos ô potius miſereſcite venti:

Inru-

In rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem, sævisq; vadis immittite syrtes:
Quò neque me Rutuli, neque conscia fama sequatur.

- 680 HÆC MEMORANS, ANIMO NVNC HVC, NVNC FLUCTVAT ILLVC,
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigit enssem:
Fluctibus an iaciat mediis, & littora nando
Curua petat, Teucrûmq; iterum se reddat in arma.
685 Ter conatus vtramque viam: ter maxima Iuno
Continuit, iuuenemq; animo miserata repressit.
Labitur alta secans fluctuq; , æstuq; secundo,
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.

FORTE RATIS CELSI) Ostenditur occasio percom- A
moda ad Turnum auhendum.

CREPIDINE SAXI) Crepidine pro crepidini, vt su-
prà, *heres pedepes*, pro pedi. Crepidinem ex Lexico ve-
tusto interpretatur Turneb. riparum summitatem, &
gradum saxum.

RUMPIT SAT. FVNEM) Quod dixit rumpit, nō sol-
uit, & auulsam, id est, non simpliciter separatam à saxo,
ostendit magnam interuenisse necessitatē. Adhibenda
quippe factò fuerat vis, quo citius fieret, quod fuerat
necessarium, antequam Turnus aduerteret, & depre-
henso dolo ad bellum rediret. Vbi cunq; autem poe-
ta posuit *rumpere*, maiorem ostendit necessitatem. Lo-
cos congerit Donatus.

ÆNEAS ABSENT. IN PRÆLIA POS.) Verus Æneas ab-
sentem Turnum quærebat, & petebat in prælia: quicun-
que verò illi fieret obuius, eum morti tradebat. Leuis
autem umbra, quippe quæ ex nube constabat, comple-
to eo, q̄ fuerat necessarium, vltèrius latebras non quæ-
siuit: sed se nubibus miscuit, & ed, vnde venerat, remea-
uit. Interea vis venti Turnum per pelagus trahebat: qui
artis, qua euaserat, ignarus, & pro aduerso existimans,
quod pro ipsius salute fuerat gestum, terendit manus
ad sidera, & hæc gemebundus effudit: quo in facto po-
tuisset ingrati crimē incurrere, nisi gesta nesciret. Don.

DIMITTIT CORPORA MORTI) De Palamede lib. 2.
quæ falsa sub prodicione Pelagi Demisere neci. Ibid. *mul-
tos Danaûm demistimus orco.*

INGRAT. SALVTIS) ἀχρεὺς ὃς τὴν σωτηρίαν.

OMNIPOT. GENIT.) Duplex antonomasia pro vno
proprio, vt, Tritonia Pallas. Incipit deinde enumerare
omnia, quæ illum cruciabant. Quod affirmat se palan-
tes videre, & gemitus cadentum audire, moralitatem
texuit. Nam cū in incertis relinquimus quempia, vel ad
incerta dirigimus, potius mala speramus euenire posse,
quam bona. Certè longius aberat Turnus, quam vt vel
videret palantes, vel audiret gementes. Dolet deinde, si-
bi etiam infelicitium vota ablata: siquidem in mari con-
stitutus, optare hiatum non potest terræ. Dido in 4. *Sed
mibi vel tellus optem prius ima dehiscat.* Mox à ventis sup-
plicium pro beneficio petit. Nam pro perentis qualita-
te nonnunquam mors videtur esse necessaria. Sic suprà
lib. 9. *Figite me, si qua est pietas.* Cupit autem nauim in
saxa impingi, vt ea fracta ipse submergatur: aut in syr-
tes, quæ sunt arenosa mundi extremi loca, quo eum fa-
ma, seu ignominia ista non sequatur. Donatus, Seruius.

VOLENS VOS TVRNVS ADORO) Adoro positum est
pro, oro, compositum pro simplici. Sic Propert. lib. 1.
eleg. 4. *maneat sic semper, adoro.* Quid. *Hunc ego me non
ut defendere tentes, adoro.* Iuuenal.

libertas pauperis hæc est:

*Pulsatus iacet, & pugnis concisus adorat;
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.*

Sic apud Lucret. in descriptione veris. *Prima calor is e-
nim, pars & postrema rigoris Tempus adest verum.* Ad-
esse dixit pro esse, sicut non longè à principio eiusdem
libri. *Delibata deum per te tibi numina sancta Sape ade-
runt.* Sic ad stare pro stare, in libero Carmine. *Auctum-
nis sterilis duobus astant.* Probus in Datame, accredere
pro credere.

NVNC HVC, NVNC FLUCT.) Quum hæc diceret, &
animo fluctuaret, apto verbo vltus est poeta *fluctuat*, al-
ludit enim, vt quomodo in fluctibus fuit, sic mente quo-
que fluctuare videretur, huc atque illuc vertens tracta-
tus suos omnes instabiles, & vagos. Aliquando enim
parabat sese percutere gladio, & ferro abolendum de-
cernebat dedecus suum. Aliquando vt iret in fluctus, &
nando perueniret ad littora: sed hoc armis efficere non
valebat: non enim natate posset armatus. Inermis au-
tem quomodo veniret ad terras, armis hostium pleno
ardore feruentibus? Quoties autem voluit aggredi al-
terum de duobus, toties Iuno ardore animi iuuenilis
oppressit. Quid enim prodesset morti esse subtractum,
si se in mari perimeret, aut se necaret gladio suo? Donat.

MUCRONE INDVAT, ET CRVD. PER COST. EXIG.
ENSEM) Αυτάχρηστος dixit, pro feriat: aut ὑπὸ μα-
κρύνων, pro mucronem suo induat corpore. Si enim
induere, est vestire, non mucrone corpus induitur, sed
induitur mucro corpore, id est, tegitur, & vestitur. *Crudum
ensem*, id est, crudelem, & cruentum. Seruius.

Per abusionem à Virgilio dictum Seruius existi-
mat, *mucrone induat*, à quo dissentio. Nam & elegantis-
simus in primis, & doctissimus scriptor Cæsar eodem
modo loquitur lib. 7. se ipsi acutissimis vallis induebat.
Inde natum dicendi genus, quod quæ inhærent cor-
pori, tanquam vestimenta viderentur. Turneb. lib. 29.
cap. 24. * *Idem Cæsar lib. 2. acutissimis stipitibus inducantur.* Sæpe
loquitur & Tullius 4. Verrin. *Hic Videte, in quos laqueos se induer-
unt.* Et in Academ. *Antiochus in id ipsum se induit, quod timebat.*
Lucret. *festinè admodum ad falsam opinionem conuertit hoc Verbi,*
lib. 4.

Deinde adopinamur de signis maxima paruis,
Ac nos in fraudem induimus, frustamur & ipsi.

*Quidam libentius legerent ex Prisciano, & propter quadam exem-
pla Ciceronis, in accusandi casu, an sese in mucronem. Sed nos
vulgatam lectionem non mouemus.*

TER CONATVS, & C. TER. MAXIMA IVNO) Est ta-
le, quale illud lib. 6. *Bis conatus erat casus effingere in an-
ro, Bis patria cecidere manus.* Et quod addere potuisset
Germanus ex 2. Æneid.

Ppp *

Terco-

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,

Ter frustra cōpressa manus effugit imago.

ANIMO MISERATA) Seruius legit, *animi miserata* ut sit figurata locutio, quomodo lib. 12. *O praestans animi iuuenis*, pro animo.

LABITVR ALTA SECANS) Ecce quantum potuit Iuno. Turnus sententiam ordinare non permittitur: naus sine rectore, sine arte, sine suffragio prosperante

Aventorum, ad antiquam urbem secundis lapsibus venit. Compleverum est, quod apud Iouem egit Iuno, ait enim, *quin & pugna subducere Turnum, & Damno possem incolumem seruare parenti.* Donatus.

ANTIQUAM DAVNI DEFERTVR AD VRBEM) intellige Ardeam, & ideo sic longè, ne exproquo statim rediret, & ut eam affectus retineret parentis. Seruius.

- At Iouis interea monitis Mezentius ardens
 690 Succedit pugnae, Teucrosq; inuadit ouantes.
 Concurrunt Tyrrenae acies, atque omnibus vni,
 Vni, odiisq; viro, telisq; frequentibus instant.
 Ille, velut rupes vastum quæ prodit in æquor,
 Obuia ventorum furiis, expostaq; ponto,
 695 Vim cunctam, atque minas perfert cæliq; marisq;:
 Ipsa immota manet. Prolem Dolicaonis Hebrum
 Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumq; fugacem.
 Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis
 Occupat os, faciemq; aduersam: poplite Palmum
 700 Succiso volui legnem finit, armaq; Lauso
 Donat habere humeris, & vertice figere cristas.
 Nec non Euantem Phrygium, Paridisq; Mimanta
 Æqualem, comitemq; vna quem nocte Theano
 In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
 705 Cisseis regina Parin creat: vrbe paterna
 Occubat, ignarum Laurens habet ora Mimanta.
 Ac velut ille canum morfu de montibus altis
 Actus aper (multos Vesulus quem pinifer annos
 Defendit, multosq; palus Laurentia) sylua
 710 Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est,
 Substitit, infremuitq; ferox, & inhorruit armos:
 Nec cuiquam irasci, propiusue accedere virtus,
 Sedi iaculis tutisq; procul clamoribus instant:
 Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
 715 Non vlli est animus stricto concurrere ferro,
 Missilibus longè, & vasto clamore lacescunt.
 Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,
 Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.

AT IOVIS INTER. MONIT) Nouimus sacrilegum B esse Mezentium, quomodo ergo procedit, *At Iouis interea monitis*, &c. dicimus primò, Iouem iustitiæ fauere, non partibus: quod si est, iure Mezentium in Turni locum fecit venire, ut iustum prælium inueniatur, nec vna pars penitus à ducibus sit destituta. Quod autem dicitur, sacrilegum Iupiter admonere nō debuit: non admonet ut vincat, sed ut possit perire. [Vide qua scripta sunt 2. Æneid. super illis. Hic mihi nescio quod trepido malè numen amicum Confusam eripuit mentem.] Illud etiam frustra queritur, quemadmodum numini sacrilegus obtemperare potuit, cum Mezentium nō apertè Iupiter moneat: sed ei iniiciat tale desiderium: vnde est, *diuine hunc ardorem mentibus addunt*, Euryale, an sua cuique deus sit dira cupidō? Meritò autem, concurrunt Tyrrenæ acies, quæ specialiter odio Mezentij in bellum ruebant. Similitudo est ex Iliad. o.

ὅττις πύρην
 ἡ λιβάτῃ, μεγάλη, πολλῆς αἰδὸς ἔγγυς εὔστα,
 ἡ τὴν μένιν λιγύων ἀνέμων λαίφησιν κλέουσα,
 κύματα τε τροφόντα, τὰ τε περισσεύονται ἀκτῇ,
 οἷς Δαναοὶ τρώας μένον ἔμπροσθεν, εὐδ' ἐφ' ἑβόρτο.

Seruius, Vrsin.

OMNIBVS VNI, VNI ODIISQVE VIRO TELI
 FREQ. INSTANT) Imitatus est Statius lib. 12. in extremo, de Tydeo.

Et iam corporibus sese, spoliisq; cadentium,

*Clauserat: unum acies circum consumitur, unum
 Omnia tela vouent.*

Adeo exulceratos in Mezentium, cuius tyrannidem ferre ultra non potuerant, gerebant animos Tyrreni, ut simul ac eum in acie cōspicerent, præ omnibus eius caput

put quasi coniurati peterent: quò ita dolorem, & odium suum eius interitu, si possent, consolarentur. Sic cum Epaminondas Thebanorū Imperator apud Mantineam, acie instructa audacius instaret hostibus (verba sunt AEmilij Probi) cōgnitus à Lacedæmoniois, quod in eius vnus pernicie, patriæ sitam putabant salutem, vniuersi in vnum impetum fecerunt, neq; prius absceserunt, quam magna cæde facta, multisq; occisis, ipsum Epaminondam pugnantem, sparo eminus percussum concidere viderunt. 35

VASTVM QVÆ PROBIT IN ÆQVOR.) Notatum est à me alibi, vocabulum *æquor* non solum dici in mari, sed in terra quoque, & cæto: immò verò de aliis quoque rebus videas vsurpari, quæ planæ sunt. Itaque Lucret. lib. 2. dixit æquor saxi, pro æqualitate, & planitie quādā saxi. *atque rigere Frigore, cum in summo gelidi cubat æquore saxi.* Id est, in saxo æquabili, non aspero, polito. 36

OBVIA VENTOR. PYRIIS.) Tibull. lib. 2. *Stare vel insanis cantus obnoxia ventis.*

PROL. DOLICAONIS HEB.) Describuntur quos occidit Mezentius. In vnica interdum epitheti voce dictū aliquod memorabile inclusum videri potest, velut hic. Nam ad illud Simonidis alludi puto. *ὁ δ' αὖ θάνατος ἐκίχθη καὶ τὸν θυρόμαχος.* Quod Horatius totidem verbis interpretatus est, *Ode 2. lib. 3. Mors est fugacem persequitur virum.*

POPLITE SVCCISO VOLVI SEG.) non ambulanti, ob succisum poplitem

DONAT HABERE) Græca figura, vt, *argenti magnum dat ferre talentum.* In 5. etiam de lorica Demolei dixit, *donat habere.* Vide quæ ibidem ex Victorio attulimus. Nō malè dedit hæc arma hosti detracta, filio: quia enim deos contemnere perpetua obstinatione didicerat, nō ea cuiuspiam numini seruare potuit. Hactenus ex Donat. Seruio, & alijs.

PARIDIS MIMANTA ÆQ. COMITEMQVE) Ludit inter duorum nomina, natiuitates, parētes, mortuos. Occidit enim Mezentius Euanthem, occidit Mimantem, qui Paridis aliquando fuisse æqualis, & comes, natus Amyco, & Theano. Paris ex Cisseide, id est, Hecuba Cissei filia secundum Euripidem, secundū alios Dymantis, quæ antequam pareret Parim, per somnium se facem eniti vidit: quare portendebatur, facem patriæ suæ futurum, quem mox paritura esset. Quod etiam euentus comprobauit. Et Paris quidem apud urbem paternam, Troiam videlicet, occubat, Mimanta Laurentes cadentem exceperunt.

ÆQVALEM) Æquales sunt similes, & ex æquo. Æquales rursum æquari, vt hic. Lucil. Sat. 5. Verummen vnum cecidisse tamē senem Tiresiam æqualem constat. Virgil. lib. 5. *Ast illum fidi æquales.* Terent. Eunuch. *patriis cognatum, atq; æqualem Archidemidem Nostin?* Cic. 3. Off. P. Scipionem dicere solitum scripsit Cato, qui fuit ferè eius æqualis. Et de Senect. Ego vero propter sermonis delectationem tempestiuus quoq; conuiuus delector, nec cum æqualibus solum, qui pauci restant, sed cum vestra etiam ætate. Hæc Nonius.

FACIE PRÆGNANS) Quatuor facies sceleratas animaduertit, & vocauit, Hyginus, cap. 249. Facem, quam sibi visa est parere Hecuba Cissei filia, siue Dymantis. Nauplij, ad saxa Capharea, cū naufragium Achiui fecerunt. Helenæ, quam de muris ostendit, & Troiam prodidit. Althææ, qua Meleagrū occidit, filium suum. Meminit Virgil. primæ facis etiam li. 7. vbi furens Iuno. *nec facit ætatum Cisseis prægnans ignos enixa iugales.* Vide ibid. Symbolas.

IGNARVM) id est, ignoratum, ignotum. Lege cap. 9. lib. 12. apud Gellium, de verbis, quæ in vtramq; partem significatione reciproca efferuntur, id est, agendi, & patiendi. In extremo sic ait. Ignarus æquè vtroque versum dicitur, non tantum qui ignorat, sed & qui ignoratur. Sallust. More humanæ cupidinis ignaro visendi. Deinde hunc ipsum Maronis locum laudat, quem & Nonius in verbo *Ignarus*, vt obseruatum est ab Aldo Manut. in Scholiis Iugurthin. qui insuper hæc producit testimonia. Tacit. lib. 2. per occulta, & vigilibus ignara. Et lib. 3. non sibi quidem ignara, quæ vulgabatur. Et lib. 12. nihil tam ignarum barbaris, quam machinametrica, & astus oppugnantium. Sic *gnarus* pro cognitus, apud eundem Tacitum. Idque nulli magis gnarus, quam Neroni. Et, campos madentes, & ipsos gnaros.

ACVEL. ILLE CANVM) Ille, ornatus tantum gratia inseritur. Homerica comparatio est ex Iliad. A.

ὧς δὲ δὲ κέλεον ἀμφὶ κύνας, θαλάσσι δ' αἰχμοὺς
Σείονται, ὁ δὲ τ' εἴσι βαθείης ἐκ ἐυλόχοιο,
Θήγων λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμῆσι γένουσι,
Ἀμφὶ δὲ τ' αἰσσοῦνται, ὑπαὶ δ' τε κέμπω ὀδόντων
Τινετὰ. οἱ δὲ μύουσιν ἄφαρ δέινον παρ' ὀντα.

Quam generose venatoribus resistat aper, quantaque cum difficultate capiatur, his carminibus ostenditur. Videndus libellus Xenophōtis de venatione. Lib. eiusdem 1. de vita, & disciplina Cyri, interrogāti puero Cyro comites, dum in venationem exit, quæ nam feræ propius adeundæ non sint, & quæ fidenter insequendæ, ipsi respondent. Per multos cum apris, & vrsis, & leonib. & pardalibus congressos, esse interemptos: ceruos aut, & capras, & sylvestres oues, & asinos etiā sylvestres esse innocuos. Infra idem Cyrus puer, dum apud coeuos ferarum viuariis inclusas contemnit, & montanas, siue sylvestres longè antepōnit, & harum venatum illarum venatui multum præfert: ὁ pueri, vt nugabamur, quādo hortorum feras venabamur? Nam id mihi simile videtur, quemadmodum si quis ligata animalia venaretur. Primum enim erant paruo in loco, deinde tenues, & scabiosæ: & alia earum clauda erat, altera manca. Sed quæ in montib. bestię sunt, & pratis, vt sunt pulchræ? vt sunt magnæ? vt pingues apparebant? Atque ceruæ quidem tanquam volucres saltu tollebantur ad cælum: apri verò, vt viri fortes traduntur, ferebantur aduersi: quorum tanta est latitudo, vt ab his ictus aberrare nequeat. Pulchriores profectò hæc mihi feræ videntur vel mortuæ, quam viuæ illæ munimine hortorum, muroque inclusæ. Hactenus Xenophon.

IVSTÆ QVIB. EST MEZEN. IRÆ) Sic dictum est *quibus est ira*, vt dicimus, quib. est odio, amor, Ergo intellege, qui iuste irascuntur Mezentio, meritoq; illi infensi sunt. * *Versum hunc cum duobus sequentibus, fortasse rectius legeremus post illum, quos vno tantum interposito sequitur, nempe post hunc, Dentibus infrendens, & tergo decurrit hastas, & esset comparatio non interrupta, & duo vsi versus, Ille autem impavidus: Dentibus infrendens, non de Mezentio, sed potius de apro acciperentur. Monet hac de re Stephanus.*

ILLE AVTEM IMPAVIDVS) Hoc, & quod sequitur, ad aprum pertinet, ad ipsum enim remeat, vt parabolam claudat. Essent autem hi duo versus cum superiore illo coniungendi. *Sed iaculis, iustisq; procul clamoribus instant.* Ad illustrandum, similem è 6. Lucani locum profert German. de elephanto.

*Getulus densis elephas oppressus ab armis,
Omne percussum squalenti missile tergo
Frangit, & herentes mota cute discutit hastas.*

TERGO DECUTIT HASTAS) scuto, quia scuta tergoribus bubulis intgebantur.

- Venerat antiquis Coriti de finibus Acron,
 720 Graius homo, infectos linquens profugus hymenæos.
 Hunc ubi miscentem longè media agmina vidit
 Purpureum pennis, & pactæ coniugis ostro,
 Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans
 (SVADET ENIM VESANA FAMES) si fortè fugacem
 725 Conspexit capream, aut surgentem in cornua ceruum,
 Gaudet hians immanè, comasq; arrexit, & hæret
 Visceribus super accumbens: lauit improba teter
 Ora cruor:
 Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
 730 Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
 Tundit humum expirans, infractaq; tela cruentat.
 Aque idem fugientem haud est dignatus Oroden
 Sternere, nec iacta cæcum dare cuspide vulnus.
 Obuius aduersoq; occurrit, seq; viro vir
 735 Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
 Tum super abiectum posito pede nixus, & hasta,
 PARS BELLII HAUD TEMNENDA VIRIS, iacet altus Orodes:
 Conclamant socij lætum Pæana secuti.
 Ille autem expirans: Non me quicumque es inulto,
 740 Victor, nec longum lætabere: te quoque fata
 Prospectant paria, atque eadem mox arua tenebis.
 Ad quem subridens mista Mezentius ira.
 Nunc morere: ast de me diuûm pater, atque hominum rex
 Viderit. hoc dicens, eduxit corpore telum.
 745 OLLI DVRA QVIES OCVLOS, ET FERREVS VRGET
 SOMNVS, IN ÆTERNAM CLAVDVNTVR LVMINA NOCTEM.
 Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hidasphem,
 Partheniumq; Rapo, & prædurum viribus Orsen,
 Messapus Cloniumq;, Lycaoniumq; Ericaten:
 750 Illum, infrænis equi lapsu tellure iacentem:
 Hunc, peditem pedes. & Lycius processerat Agis:
 Quem tamen haud expers Valerus virtutis auitæ
 Deiicit. Atronium Salius, Saliumq; Nealces,
 Insignis iaculo, & longè fallente sagitta.

VENERAT ANTIQ. COR. DE FINIB. ACRON A nec habent aliquam in resistendo virtutem. Cætera ad GRAIUS) Nihil horum ad bellorum pertinet causam, sed, sicut iam sæpe dictum est, reficiendo lectori proficiunt: vel ne deturpetur dictio si puris, ac solis nominib. comparetur. Quanquam igitur origine Græcus Acron, tamen de Tuscia veniebat, & cum reliquis Tuscis sese Troianis iungebat. Etiam parabola propter ornatum dictionis interponuntur, ne horrescat totum, si nomina sola cumulentur. Addidit autem causam, quæ faceret, ut eum Mezentius longè conspiceret agmina perturbantem, cristas purpureas, & sponsæ vestem purpuream: quare satis suam mollitiem, & inertiam ostendebat. Mox in eum Mezentius tanta auiditate irruit, quanta esuriens leo in capream, aut ceruum fertur: in duo scilicet animalium genera, quæ nec pugnare sciunt,

pompam descriptionis pertinent, ut leonis auiditas ostendatur. Donatus.

INFECTOS LINQVENS PROFVGVS HYMENÆOS) Desponderat sibi puellam, sed eam nondum factis nuptiis domum duxerat. Talia exempla non sunt ita rara. Ire autem in militiam nuper ducta vxore, præsertim a adolescente, hoc rarum. Itaque etiam Moyse Deuter. cap. 29. militiæ immunitatem huiusmodi novis maritis per annum concedit, his verbis. Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publice: sed vacabit absq; culpa domi suæ, ut vno anno lætetur cum vxore sua. ✽

HUNC VBI MISC.) Huic versui non dissimilis est ille A laudes, Pzanasy vocat. Seruius. De Pzane videas quæ à Homericus Iliad. 6. τὸν δ' ἰδὲν αἰνείας ἀλαπάξοντα σίχαι ἀνδρῶν. γ.

Ὅς ἐκ λῶν ἐχάρη μεγάλην δὲ σάματι κύρσας,
Εὐρὼν ἢ ἑλαφὸν κερσόν, ἢ ἄγειον αἶγαν.

[A Virgilio autem sumum Claudiam. lib. 2. de rapto Proserp.

Ille, velut stabuli decus, armentiq; iuuenecam,
Cum leo possedit: nudataque viscera fodit
Vnguibus, & rabiem toros erexit in armos
Stat crassa turpis sanie, nodosq; iubarum
Excudit.

Et Statius lib. 6. Thebaid.

Qualis vbi primam leo mane cubilibus atris
Exerit rabiem, & sæuo speculatus ab antro
Aut ceruum, aut nondum bellantem fronte iuuenecum
It fremitu gaudens.]

Illud item laus improbat eter, ora cruor, ex Odyss. χ.

Ὅς ῥά βεβρωκὲς βοὸς ἔρχεται ἀγέφυλοιο,
Πᾶν δ' ἄρα οἱ σῆθός τε παρήϊά τ' ἀμφοτέρωθεν
Αἰμαλόνια πέλει, δινὸς δ' οἷς ὅτα ἰδύδαι.

Vrsin. German.

SVRGENT. IN CORN. CERVVM) capite arduo, cornibus eminentem, Ouid. celsus in cornua.

STERNIT. INFELIX ACRON) Bene infelix, qui delicijs relictis ad certamen perrexit, quod complere non poterat, & nec coniuge, nec salute poritus est. Qui expirans tundeat calcibus terram, quod sæpe etiam apud Homerum fit, ad dolorem monstrandum, cum aliaratione non posset. Donatus.

CALCIB. ATRAM TVND. HYM.) Supra de Phæreo, Cedit semianimis Rutulorum calcibus arma.

TELA INTRACTA) Vel non fracta, id est, integra: vel reuera fracta, utrumque enim significat. Donat.

FUGIENT HAVD. EST DIG. OROD. STER.) Respondeat sine dubitatione huc Statius de Theſeo illa scribens lib. 12.

videt fugientibus vii

Theſea, nec facilem dignatur dextra cruorem.

Cætera plebeio defuit sanguine virtus.]

Mezentius haud se dignum est arbitratus Orodem sternere fugientem, nec ei à tergo non videnti vulnus dare, hoc enim appellat cæcum vulnus. Quæ enim esset ista gloria, fugientem, & auersum ferire? vicit ergo eius fugam, & ei aduersus apparuit, qui paulo ante posterior fuit, melior utique virtute quam furto, id est, insidijs: proinde aperto congressu superauit eum, qui se fuga elapsurum sperârat. Testatur autem Mezentius, eius morte magnum accipi detrimentum, utpote, in quo maxima pars ipsorum victoriæ niteretur. Donatus.

SED VIRO VIR CONTVLIT) ut illud, heret pede pes, densuq; viro vir.

HAVD FVRTO MELIOR) Quidquid occultè fieret, furtum appellabant. Virgil. lib. 4. neq; ego hanc abscondere furto speravi, ne finge, fugam. Et lib. 9. cum de cæde & strage nocturna Euryali loquitur, hic furto feruidus instat. Stat. lib. 9. Ausus erat furto dextram iactare Leontem. Valerius lib. 2. Pont. Max. in C. Cæsaris locū furto creatur. Et disertè pro dolo, & insidijs, tum hoc loco Virgilij, tum apud Curtium lib. 4. Parmenio peritissimus inter duces artium belli furto, non prælio opus esse censebat: intempesta nocte opprimi posse hostes.

SVPER ABIECT. POS. PEDE) Videtur hoc facere Mezentius ex superbia, & contemptu magno iacentis.

LÆTVM PÆANA SECVTI) Propriè Apollinis, laus Pzan: sed abusiue etiam aliorum dicitur: vnde Pindarus opus suum quod & deorum, & hominum continet

Germano traduntur in Paralip.

EXPIR. NON. ME QVICVN.) Mos est poetarū, omni losiā morituros vaticinātes introducere. De quibus illud Platonis in apologia Socratis καὶ γὰρ οἱ μὴ ἐλπίδων, ἐφ' ὧν μάλιστα ἀνδρῶν τοι χρησιμώδεις, ὅταν μέλλουσιν ἀποθανεῖν. φημι γὰρ ὅτι ἀνδρες, εἰ με ἀποκλινέητε, τιμωρεῖσθαι ὑμῖν ἤξεν εὐθὺς μετὰ τὸν ἐμὸν θάνατον πολλὰ χαλεπώτερον τῇ δία, ἢ ὅταν ἐμὲ ἀποκτείνετε. Latine sic. In illum. n. temporis statū iam perueni, in quo homines diuinandi facultate maximè pollent, quando nimirum morituri sunt. Aio autem, o quicumq; me interfeceritis, pœnas continuò post mortem meā vobis euenturas, multò certe grauiores, quam eas, quibus modò me morte multatis. Vnde & illud Iliad. 6. sub persona Patrocli.

Ἄλλο δέ τοι ἔρεω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλω σῆσι,

οὐ θνήσκει· αὐτὸς δὲ πρὸν βέη, ἀλλὰ τοῖσδε

Ἄγχι παρῆσθε θάνατον, καὶ μοῖραν κελεύει,

χερσὶ δαμέντ' ἀχιλῆος ἀμύμονος αἰακίδαο.

Consulendus Eustathius hac de re. Item Iliad. χ. Hector Achilli mortem prædicit. Et habent eiusmodi vaticinia plerumq; exitum. Sic apud Senecam Agamemnone, cum occiditur Cassandra, quæ nuntiat Clytemnestræ, & Ægistho: veniet, inquit, & vobis furor: occidit namque ambos Orestes, qui exinde cœpit fugere. Apud Sophoclem Ajax moriens, precatur Agamemnoni & Vlyssi, ut à charissimo occidantur. Factum. Illum Ægistus patruelis, & vxor Clytemnestra: hunc Telegonus filius trucidauit. Apud alios item auctores talia reperuntur exempla. Calanus Indus, sciscitanti Alexandro nunquid vellet, respondit, Nihil, breui te videbo. Non multis à Calani morte diebus, Alexander Babylone veneno interijt. Anyti quoque filio omnia eueniunt, quæ verissimè euentura Socrates moriens diuinârat, ut est apud Xenophontem in Apologia Socratis. Hartungus. Decuria 4. cap. 8. & alij. * Adiciat licet superioribus exemplis etiam hoc Ouidij 7. Metamorph. ubi Dryas.

Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno:

Quæ tibi fatorum pœnas instare ruorum

Vaticinor moriens, nostri solatia lethi.

Et hoc Lucani, ubi Domit. lib. 7. his verbis.

Non te surrepta scelerum mercede potitum,

Sed dubium fati, Cæsar, generoq; minorem

Aspiciens, stygias Magno duce liber ad vndas,

Et securus eo: te sæuo Marte subactum,

Pompeioq; graues pœnas, nobisq; daturum

Cum morior, sperare licet.

De diuinatione, seu prædictione, & vaticinio morientium Cicer. libr. 1. de Diuinatione sic scribit. Cum ergo est somno seu vocatus animus à societate, & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet. Iacet enim corpus dormientis, ut mortui: viget autem, & viuunt animus. Quod multo magis faciet post mortem, cum animus ex corpore excellerit. Itaque appropinquante morte, multò est diuinior. Nam & id ipsum vident, qui sunt morbo graui, & mortifero affecti, instare mortem. Itaque his occurrunt plerumque imagines mortuorum: tumque vel maximè pœnitet. Diuinare morientes, etiam illo exemplo confirmat Posidonius, quo affert, Rhodium quendam morientem sex æquales nominasse, & dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset.

DIVVM PATER ATQVE HOM. REX VIDERIT) Per irrisum accipiendum, quod dicit: Viderit, utrum Mezentio nocere possit ille, quem vos deorum, & hominum creditis esse rectorem. Eduxit autem e corpore telum, quo facilius intreretur, largius videlicet sanguine prorumpente. Seruius.

Ppp* 3

OLI

OLLI DVRA QUIES OCVL. ET FERREVS) A
Ex Homero est, qui mortem, somnum ferreum, id est,
ὑπνον χάλκρον nominauit. Iliad. χ. ὅς ὁ μὲν ἀνδρῶν πᾶσιν, κοι-
μήσας χάλκρον ὑπνον. quod ad duritiem retulisse vide-
tur Maro, cum duram quietem scripsit, velut interpre-
tans somnum ferreum, cum Plutarch. in Consolat. ad
Apollonium, ad sensus orationem, & amissionem re-
ferendum crediderit, ita scribens, πάλιν τὴν περὶ τοῦ
θανάτου εἶναι χάλκρον ὑπνον, τὴν ἀναμνησίαν ἡμῶς διδάσκει
παραμένει. Turneb. lib. 19. cap. 16. Vt autem hic Maro
æternam noctē, sic Catull. *Nox est perpetua dormi-
enda.* Horat. *Ergo Quintiliū perpetuus sopor Urget.*
German.

CÆDICVS ALCATHOV) Reprehendunt Maro-
nem plerique in his versibus, quod nomina confundat,

vt intelligi non possit, quis Troianus sit, quis Rutulus
Ego Virgilium culpa carere puto, & calumnia libero
Nominibus enim satis nationem distinxit, cum Latina
nomina voluerit esse Rutulorum, Græca Troianorum.
Quod non attendisse, nec vidisse Grammaticos pluri-
mum admiror. Turneb. lib. 29. cap. 24.

INFRÆNIS EQVI) Casu equi asperrimi, qui
frænorum sperneret regimen. Infrænos autem etiam
hominēs dicimus: vt, *Hic Numida infræni cingunt.*
Dicimus & infrænus, & infrænis: sicut inermis & iner-
mus. Infrænis est Isidoro qui frænis non regitur.

INSIGNIS IACVLO) τὸ ξυρτὸν εἶδος dixit Home-
rus de Teucro, Iliad. μ. *iaculo, & longè fallente sagitta,*
est ἢ δὲ δοῖν, iactu longè fallentis sagittæ.

- 755 Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera: cedebant pariter, pariterq; ruebant
Victores, victiq;: neq; his fuga nota, nec illis,
Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
- 760 Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno.
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
At verò ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo: quàm magnus Orion,
Cum pedes incedit medij per maxima Nerei
- 765 Stagna, viam scindens, humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,
INGREDITVRQVE SOLO, ET CAPVT INTER NVBILA CONDIT:
Talis se vastis in fert Mezentius armis.
Huic contra Æneas, speculatus in agmine longo,
- 770 Obuius ire parat, manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum operiens, & mole sua stat:
Atq; oculis spatium emensus, quantum satis hastæ:
DEXTRA MIHI DEVS, & telum, quod missile libro,
Nunc adsint, voueo prædonis corpore raptis
- 775 Indutum spolijs, ipsum te Lausæ trophæum
Æneæ. Dixit, stridentemq; eminus hastam
Iecit: at illa volans clypeo est excussa: proculq;
Egregium Anthorem latus inter, & ilia figit:
Herculis Anthorem comitem, qui missus ab Argis,
- 780 Hæserat Euandro, atq; Italia confederat vrbe.
Sternitur infælix alieno vulnere, cælumq;
Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Æneas hastam iacit, illa per orbem
Aere cauum triplici, per linea, terga, tribusq;
- 785 Transijt intextum tauris opus, imaq; fedit
Inguine: sed vires haud pertulit. ocyus ense
Æneas, viso Tyrrheni sanguine, lætus,
Eripit à femore & trepidanti feruidus instat.

IAM GRAVIS ÆQVABAT) Luctus, & funera iam Bria quippe detrimenta vtriusq; partis extabant: quum-
granis Mars, & grauis exitus dimicationis æquabat: pa- que ex vtraq; parte caderent viri, & alternis vincerent,
atque

atque alternis vincerentur, nullus vertebatur in fugam, & auerti non nouerat: tanta cupiditas obtinendi in partibus fuit. Donatus.

CEDEBANT PARITER) Seruius legit cum diphthongo, *cadebant*, id est, occidebant. Si *cedebant* legimus, exponemus, terga dabant. *Ruebant* cum priore lectione exponendum est, *cadebant*: cum posteriore, terga vertebant. * *Arque lectio hac, cedeabant, id est fugiebant, aperte cum verbis poeta sequentibus pugnat, quod Seruius fecit, ait enim, neque his fuga nota, nec illis. Quisq; locum suum tuebatur. Plaut. Amphit.*

Sed fugam in se tamen nemo conuertitur,
Nec recedit loco, quin statim rem gerat.
Animam amittunt, priusquam loco demigrent:
Quisq; ut steterat iacet, obrinetq; ordinem.

IRAM MISERANT. INANEM) Generaliter dicit omnem iram bellicam. Vbi enim tam inanis iracundia est, quam in bello, ubi, ut pereamus, irascimur? Ita quidem Seruius, sed amplius videndum de hoc epitheto: non enim profecto ne in bello quidem irascimur ut pereamus, sed ut perdatius potius: sicut nemo castra sequitur, ut occidatur, sed ut occidat. Hoc quidem habet propositum. Cernebant autem strages tantas Venus, & Iuno, quatum illa funeribus Rutulorum, hæc Troianorum gaudebat. Bene illud Seruius *Pallida Tisiphone*, &c. accipiendum non de ipsa dea, quæ in agmine nulla apparebat, sed de affectu eius, hoc est, insania: furebant in se mutuo vehementer exercitus. Sed cur *pallida*? cur frigus pigrum? vidisti furentes aliquando? nonne pallent? &c.

Cum dii à poeta nostro dicantur capti miseratione, videntes tantos mortalium labores, ipsi contra à poetis inducuntur vacantes omni molestia. Homerus *Iliad. l. 2. δὲ δὲ πέλα ζωόντες*. Et Lucret. lib. 2.

Nam pro sancta deum tranquilla pectora pace,

Quæ placidum degunt æuam, vitamq; serenam.

* *Ponit hæc duote simonia Vrsin. Potebat etiam multo luculentius illud ex l. Lucretij: Vbi simul, quod in ægei est diuina providentia tollitur, cui Homerus sunt & Virgil. amicissimi.*

Omnis enim per se diuini natura necesse est
Immortali æuo summa cum pace fruatur,
Semota à nostris rebus, seiunctaq; longè.
Nam priuata dolore omni, priuata periculis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

QUAM MAGNVS ORION) Ante voculam *quam*, deest particula *tam*, quomodo & alij auctores locuti sunt. Terent. Eunuch. *Parmenionis esse hanc scio technam quam me vivere*. Virgil. 3. Georg.

Quam magis exhausto spumauerit ubere mulctra,

Lata magis pressis manabunt ubera mammis.

Plaut. Trinumm. *Confut cito, quam si tu obijcias formicis papauerem*.

Non potuit vlla cum ratione magis proceritatem corporis significare, quam incessum præaltum humeris extantibus referendo: nec dubito quin bonos auctores in eo de Orione commento secutus sit, & eā fabulam respexerit, quam Seruius narrat. Orini tamen alij datū à patre Neptuno fuisse tradunt, ut super mare ambularet, ut Iphiclo super aristas segetis. At super mare cum prædicant ad Vulcanū Lemnum, ab Oenopione cæcatū venisse: auctor Theon in Aratum, & Higynus lib. 2. Id si ita est cur in vadū pedibus descendere necesse ei fuit potius, quā suspēla per æquor plāta ire? Sed fabulis, & poetis idem iuris est, ut licenter nisi loquātur, & mendaciter modò hoc, modò illud nugētur, suo numeri desint. Turneb. lib. 27. cap. 38. Notauit idem lib. 3. c. 19. Græcos poetas nō rarò mare, & Oceanum appellare *λίμνην*, id est, stagnū: q; ab Hefychio obseruātū est. Horum exemplum secutum esse his verbis Maronem.

* *Nempe cū ait, maxima Nerei stagna. Vbi Seruius. per epinheton inquit, eleuauit tapinos in more suo. Dixit alibi, in gurgite vasto. In primo quoq; Æneidos hac eadem figura legi volumus nonnulli, palus dū fiderat palcer, pro, palus. Vt mare vocatur palus.*

HVMERO SUPEREMINET VNDAS) Huiuscemodi vastitas corporis lib. 3. in Polyphemo describitur. *graditurq; per aquor jam mediū, nec dū fluctus latera ardua tinxit.*

MANET IMPERT. ILLE) Mezentius cū Æneam videret contra se venientē magno animo, ipse nihil territus stabat, virtute confusus sua: & cū missæ cōtiguū hastæ, id est intra teli iactū iā esse credidisset, perstās in sua impietate, deorumq; cōtemptu, asserit sibi præter dextrā suā, & telū quo multas occiderat, nullū numē esse necessariū. Et cū soleant viri fortes, ubi aliquē virum memorabile fuderūt, dijs aliquib; maximè Marti, trophæa muneris, & gloria causa conferre: & cū id faciunt, deligere arboris truncū, eiq; occisi arma suspēdere, ut armati hominias speciē mentiātur, Mezentius, qui dixit deos suos esse hastā, & dextram suā, atq; oēs semper, & ubiq; contempsit, Lauso filio se collaturū spōder, quæ se sperabat Æneæ superato posse detrahere. Trophæum, ait, faciā te Lause, induā te spolijs, quæ Æneæ rapuero, & ad vicē inanis numinis consecrabo tibi melius quidquid dederit hostis occisus. Donatus.

ET MOLE SVA STAT) Aptè monosyllabo hoc firmitatem status tam vasti corporis expressit.

DEXT. MIHI DEVS, ET TEL.) Perstat in instituto suo Poeta, qui deorū induxit contemptorē Mezentium, aluditq; ad gigantū immanitatē, quorum nonnulli, ut liquet ex Homero, & poetis, per hastā, tanquā numen iurabāt. eamq; obnoxij, hospitibusq; adorandā obtrudebāt: vnde in prouerbium abiisse docet interpret Apollonij, *τὸ καὶ τὸν ἄλφειον*, quod hastam venerandam proponeret, illiq; ipse sacrificaret. German.

Prorsus haud dispar quiddam huic Mezentianæ impietati de Capaneo refert Stat. 2. Thebaid. *virtus mihi numen, & ensis Quem teneo*. Et lib. 10.

----- ades o mihi dextera tantum,

Tu preses bellis, & inenitabile numen,

Te voco, te solum superum contemptor adoro.

Sic ait, & voti sese facit ipse potentem.

D Capaneus contra Iouis voluntatē Thebas se capturum dixit: & cū murū ascēderet, fulmine ab Ioue est percussus. Hygin c. 71. Huius generis diuini cōtemptor Ajax Telamonius, qui patri bene ac prudenter moriēti, stultē nimis, arroganterq; respondit, profecturus ad oppugnandam Troiam scilicet. Rem istis versibus exequitur Sophocles in Aiace Lorario, dicam latinè ex interprete Ratallero.

Ajax lares sed cum relinqueret suos,

Dementis in morem bene monenti patri

Responderat. Sic ille, Fili bellica

Virute fac vincas, deo sed auspice,

At arrogantor heo parenti restulit,

Atq; stolidè: adinuante, mi pater, deo

Victoria potitur ignauissimus:

At destitutus etiam ope deorum, scio,

Bellūq; me confido adepturum decus.

Eodē referamus Flaminium Rom. Col. quē Silius lib. 5. inducit temerariū, & contemnentem auspicia, amicorumq; monita, & nimīū fidentē dextera, atq; gladio.

Quippe mouent superi. Similes ne fingite vobis

Classica qui tremis, diuus sat magnus in hostem

Angur adest ensis, pulchrūq; & milite dignum

Auspiciū Latio, quod in armis dextera prestat.

In historia Regum lib. 1. cap. 17. talis Thrafo, planè impius, depingitur Gollath.

VOVEO IPSVM TE LAVSE TROPHÆVM) Sciendum sanè,

sanè, Lauso propriam ideo nihil profuisse pietatem, q̄ A
in eum pater mente sacrilega munera transferebat de-
orum, & ei occisorum spolia deuouebat. Donatus.

EREGIVM ANTHOREM) Nominatiuus est An-
thores, non Anthor. De lectione huius nominis con-
sule Alciat. Paterg. lib. 7. cap. 16.

ALIENO VVLNERE) Alieno vulnere dicit, quia
Æneæ fuerat destinatum, ac propterea infelix, quia nō,
vt viro forti pulchrum fuisset, in congressu ceciderat.
Memorat mox quis fuerit, & vnde in Italiam venerit ad
Euandrum. Cælum autem moriens aspiciebat, vel quia
quasi inimicum morte sua deorum iudicium reprehē-
debat: vel quia naturaliter morientes cupiunt satiari
extremo lucis aspectu. Vnde in 4. de Didone agente a-
nimam, *Quasiuit calo lucem*. Et quod additur de patria
Argis, inter physica signa mortuorum etiam hoc legi-
tur, patriæ aspectum desiderare perituros. Vel ideo re-
miniscebatur Argos, quasi hoc vel alio genere apud su-
os non esset moriturus, si remeasset, aut à suis in totum
non recessisset. Donatus, Seruius.

DVLCEs MORIENS REMINISCITVR ARGOS)
Quod patriæ recordatio moribundum subierit Antho-
rem, humanum quiddam est. Nam illa dulcedo, quam
ex affectu erga ipsam à natura nobis ingenito percipi-
mus, ne in extremo quidem spiritu, in longinquis etiā
locis noscitur finit esset immemores. Et quis est tandē,
qui non malit in patrio, quam in peregrino solo emori,
vbi se circumfundant amici, vbi claudantur ei oculi
à consanguineis, fleatur & tumuletur à charissimis? Ti-
bull. eleg. 3. lib. 1.

Me tenet ignotis agrum Phœacia terris.

Abstineas auida mors precor atra manus.

Abstineas mors atra precor, non hic mihi mater

Quæ legat in tepidos ossa perusta sinus.

Non soror, Assyrios cineri quæ dedat odores,

Et fletat effusus ante sepulcra comis.

De Lacone, simile quiddam Virgiliano Statius lib. 8.

----- *hastam.*

Extrahit, atq; hosti dextra labente remittit

Sanguineam: dilecta genis morientis oberrant

Taygeta, & pugna, laudatq; verbera matri. ✱

PIVS ÆN. HAST. IACIT) Bene pius, qui deorum
contemptorem interficit. Est enim pietatis tollere im-
pios, cui, & quādo licet. *Iā sedit sanguine*, hypallage est,
pro, in imo inguine. Seruius.

Tocus locus conuersus ex Homero Iliad. γ.

Ἦ ῥα καὶ ἀμπεπαλὼν περὶ πολυχόμον ἔρχομαι.

Καὶ βάλε Πριαμίδα κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἴσθιν,

Διὰ μὲν ἀσπίδ' ἦλθε φανίης ὁμειμαὶ ἔρχομαι,

Καὶ δὲ θάρηκος πολυδαίδαλον ἤρρητο,

Ἀντιπρὸ δὲ παρὰ λαπαρὴν δάμνησε χυτὼνα

ἔρχομαι.

PER LINEA TERGA) lino enim integebantur scu-
ta, vt posset inhaerere pictura.

INTEXTVM TAVRIS OPVS) cooperto pluribus bo-
um tergoribus.

ERIPIT A FEMORE) Donatus, & Seruius legunt,
à femine, cuius nominatiuus femen secundum Capru-
nusquam lectus est.

- INGEMVIT CHARI GRAVITER GENITORIS AMORE,
790 Vt vidit, Lausus: lacrymæq; per ora volutæ.
Hic mortis duræ calum, tuæq; optimâ facta,
SI QVA FIDEM TANTO EST OPERI LATVRA VETVSTAS,
Non equidem nec te iuuenis memorande fitebo.
Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus
795 Cedebat, clypeoq; inimicum hastile trahebat.
Proripuit iuuenis, seseq; immiscuit armis.
Iamq; assurgentis dextræ, plagamq; ferentis
Æneæ subiit mucronem: ipsumq; morando
Sustinuit, socij magno clamore sequuntur,
800 Dum genitor nati parma protectus abiret:
Telaq; conijciunt, proturbantq; eminus hostem
Missilibus. furit Æneas, rectusq; tenet se.
Ac velut effusa si quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
805 Omnis & agricola, & tuta later arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris: vt possint sole reducto
Exercere diem: sic obrutus vndiq; telis
Æneas, nubem belli, dum detonet, omnem
810 Sustinet: & Lausum increpitat, Lausoq; minatur.
Quò moriture ruis? MAIORAQVE VIRIBVS AVDES?
FALLIT TE INCAVTVM PIETAS TVA. nec minus ille
Exultat demens: læuæ iamq; altius iræ

- Dardanio surgunt ductori: extremaq; Lauso
 815 Parca filia legunt. validum namque exigit ensem
 Per medium Æneas iuuenem, totumq; recondit.
 Transiit & parmam mucro, leuia arma minacis,
 Et tunicam, molli mater quam neuerat auro:
 Impleuitq; sinum sanguis. TVM VITA PER AVRAS
 820 CONCESSIT MOESTA AD MANES, CORPVSQVE RELIQVIT.

INGEM. CHARI GRAVIT. GENIT. AMORE) Memorabile exemplum pietatis in patrem, quod poetæ summo opere placet, ut sequentia verba testantur.

LACRYMÆQUE PER ORA VOL.) Mœstitiā, doloremque suum Lausus filius lacrymis indicauit.

MORT. DVRA CAS. TVAQUE OPT. FACTA) Duram mortem ad ætatem retulit adolescentis. *Facta*, quod in defensione patris occubuit. Sensus est. Ego quidem facta tua, ô Lause, & mortem ex pietate venientem (hoc enim est opus tuum) non silebo: si tamen crederet vetustas, ex scelerato homine pium filium procreatum fuisse. Seruius. * *Vetustas etiam de futuro tempore, non solum de præterito. Cic. pro M. Marcello. Nihil est enim opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat, & consumat vetustas.*

ILLE PED. REFER. ET INVIL. INQUE LIGAT.) Nexibus vulneris illigatus, & impeditus, paulatim retroce-
 debat, ne auersus terga nudaret.

PRORIPVIT IUVENIS, SESEQUE) sese bis accipien-
 dum: ut sit proripuit sese iuuenis, & se immiscuit armis,
 Quod quia duplicare otiosum fuit, addidit, que, ut su-
 periori simul, inferioriq; seruiret. Quidam legunt *Pro-
 rupit*, ex Rom. codice.

IAMQUE ASSVRG. DEXTRÆ) In Lauso, clypeum
 protegendi patris vulnerati, aduersus Æneam irruentē
 obiectante, eximiam virtutem P. Scipionis adolescen-
 tis, qui postea dictus est Africanus maior, latenter com-
 mendat. de quo Sic Liuius lib. 21. Is pauor perculit Ro-
 manos, auxitque pauorem Cos. vulnus, periculumque
 intercursum primum pubescentis filij propulsatum.
 Florus libr. 2. cap. 6. Valer. lib. 5. cap. 4. Silius Italicus
 libr. 4.

*Hic puer ut patrio defixum corpore telum
 Conspexit, maduere gena, subitoq; trementem
 Corripuit pallor, gemitumq; ad sidera rupit.*

Lege quæ sequuntur, ait enim educto telo sustulisse pa-
 trem in humeros, & attonitis ad tantæ pietatis specta-
 culum Poenis, ex acie extulisse. Pro *dextra* melius legi-
 gitur *dextram*.

TECTVSQUE TENET SE) Quid enim facere posset
 tot obsidentibus, nisi aduersus vim multitudinis sese
 contegeret: furebat tamen, quod plenam de tanto ho-
 ste victoriam reportare non poterat. Donatus.

AVT AMNIS RIP. AVT ALTI FORNICE) In lateribus
 æstium inueniuntur loca, quæ hominem tegant. *For-
 nice* autem dicuntur curuaturæ, quæ aut arcus, aut came-

ras faciunt, siue sint naturales, siue hominum manu per-
 fectæ. German.

DVM PLVIT IN TERRIS) Erit ἀρχαῖος, debuit
 enim dicere, in terras. Hemistichium Lucretij, quodi-
 ta, ut inuenit, Virgilius transtulit. Ille lib. 6. *Cum pluit in
 terris, & venti nubila portant.* Seruius.

VT POSSINT SOLE REDVCTO) Æneid. 1. *Collectasq;
 fugat nubes, solemq; reducit.*

EXERCERE DIEM) ἡ μάχη, pro, ipsi per diem ex-
 erceri. Seruius. Bellum (*nubem belli*) pro prælio acci-
 pi manifestum est, ut apud Sallust. in eo bello recenti
 milites desiderati sunt, ut & Græci πόλεμον, & μάχην
 confundunt. Vt autem belli nubem, sic & Homerus.
 Iliad. 5. ἰπὲρ πολέμοιο νέφεος οὐρανὸν πάντα καλύπτει ἔκτορος.
 German.

DVM DETONET) Dum violentus hostium impetus
 remittatur. Alij aliter distinguunt.

QVO MORITVRE RVIS?) Bene pro patris salute
 succederes, si mecum æquo Marte certare posses. non
 victurus, sed moriturus ruis in prælium: audes, quod
 implere nequis. Piè dum facere vis, incautè facis. Iratus
 deinde percussor, & modus cædis exprimitur. Tunica
 meminit, ut ostendat, pulchrè potius vestitum, quam
 armis fortioribus tutum. Sinum ideo impleuit sanguis,
 quia medium iuuenem dixit esse percussum, hoc est, su-
 præ cingulum. Donatus.

EXTREMAQUE LAVSO PARCÆ FIL. LEG.) Nomina
 Parcarum ex Chrysippo interpretatur Theodoretus de
 Prouidentia serm. 6.

MOLLI MATER QVAM NEVER. AVRO) Nota morem
 priscum, quo inualuerat, ut matres texerent chlamydes
 militares filiorum. Stat. lib. 8.

———— triplici velauerat ostro
*Surgentes etiamnum humeros, & lenia mater
 Pectora.*

Et lib. 9.

*Ipse bis Oebasio saturatam matrice pallam,
 Lucentemq; auro tunicas (hoc neueras unum
 Mater opus) tenni collectus in ilia vincla,
 Cornipedis laevo clypeum demiserat armo.*

Ioan. Bernartius.

* *Forſitan de tali Veſte accipiendum eſt, quod in cinlaſu illo ſuo mar-
 vat mater Enryali, lib. 9. tibi quam noctes feſtina diesq; Virgebam,
 & tela curas ſolabar aniles.*

VITA PER AVRAS CONCESSIT MOESTA AD MA-
 NES) Libr. 12. *Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub
 umbras.*

At verò ut vultum vidit morientis, & ora,
 Ora modis Anchisiades pallentia miris:
 Ingemuit miserans grauiter, dextramq; tetendit:
 Et mentem patriæ subiit pietatis imago.

- 825 Quid tibi nunc miserande puer pro laudibus istis,
 Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum?

Qq q *

Arma,

Arma, quibus lætatus, habet tua: teq; parentum
Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:

- 830 ÆNEÆ MAGNI DEXTRA CADIS. Increpat ultro
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum,
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam
Vulnera siccabat lymphis, corpusq; leuabat
835 Arboris accliuus trunco: procul ærea ramis
Dependet galea, & prato graua arma quiescunt.
Stant lecti circum iuuenes: ipse æger, anhelans
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam.
Multa super Lauso rogitat, multosq; remittit
840 Qui reuocent, mœsti q; ferant mandata parentis.

VT VLTV. VIDIT MORIENT.) Æneas ut vidit vultum A
morientis miro modo pallore confusum, ingemuit gra-
uiter, plena miseratione commotus, & tetendit dextrā,
ut ipsum, quod sequitur, terra subleuaret. Ideo misera-
batur, quia erat ipse quoque pater, & viderat, quam re-
ligiosè patri suo hic adolescens seruierat: neq; cum fu-
giebat, quid filij parentibus, & hi vicissim debeant libe-
ris. Donatus.

QVID TIBI NVNC MISERAND. PVER) Cum vbique
inducatur pius Æneas, tum etiam hic à decoro eius per-
sonæ non receditur. Non solum pietatem adolescens
in patrem laudat, verum etiam præmio donat. Reddit
illi sua arma, quibus cum exuere poterat. Remittit eum
sepeliendum, ipsosq; eius socios increpat cunctantes, B
segniore q; in auferendo corpore.

PRO LAVDIBVS ISTIS) Laudes vocat, quia contra
se fortiorem, & pro patris salute dimicare conatus est.

TANTA DABIT INDOLE DIGNVM) Indoles propriè
est imago virtutis futuræ. & de semet, ad vitandam arro-
gantiam tertia persona vsus est. Seruius.

ARMA QVIBVS LÆT. HABE) quia cum iis rebus
solebant sepeliri, quas viuentes dilexerant, cum qui-
bus, ut inferatur Lausus sepulchris maiorum suorum,
(si quid sentiant manes) permittit Æneas.

SI QVA EST EA CVRA) Ad fabulā alludit, qua perhi-
bentur defuncti semel gustatis aquis letheis, rerum hu-
manarum curam omnem deponere.

ÆNEÆ MAGNI DEXTRA CADIS) Afferre nescio quid
laudis, seu minus est triste, atque acerbum vinci, aut e-
tiam iugulari à viro bellicoso, & magno, quam ab im-
belli, & ignauo. Itaque in quam sententiam hæc scribit
Virgilius, in eandem apud alios item poetas loci inue-
niuntur. Metamorph. lib. 5. Nileus Nili fluminis filius,
qui de origine sibi magnopere plaudebat, interfectu-
rus Perseum, ut quidem rebatur.

Aspice, ait, Perseu nostra primordia gentis:
Magna feret tacitus solatia mortis ad umbras,
A tanto cecidisse viro.

Et lib. 12.

Quisquis es, ô iuuenis, dixit, solamen habeo
Mortis, ab Aemonio quod sis iugulatus Achille.
Achelus verò ab Hercule lucta superatus, lib. 9.

--- nec tam.

Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est,
Magna q; dat nobis tantus solatia victor.

Stat. lib. 8.

--- tandem inualidos Actolus ad istum
Forte refert oculos, & formidabile videns:
Jam dudum video, magnum cupis improbe lethi
Nomen, ait.

Et lib. 10. Capaneus.

Cui super assistens, non inficiamur honorem,
Mortis, ait: refer huc oculos, ego vulneris auctor.

Videtur hoc eodem libro Pallas lethum insigne appella-
re, si à Turno occidatur, quem se potius occidurum
confidit.

Aut spoliis ego iam raptis laudabor optimis,
Aut letho insigni: sorti pater aquus utriq; est.

Nec verò frustra Æneas lib. 1. Æneid. in media tempe-
state exclamat,

--- ô Danaum fortissime gentis
Tydide, mène Iliacis occumbere campis

Non potuisset inag; animam hanc effundere dextra?

Neutiquam prætereundus nobis Curtius. Is lib. 7. de
triginta è Sogdianorum captiuis, eximio corporum ro-
bore nobilissimis, cum essent ad Alexandrum regem
perducti, ac per interpretem mandato regis ad suppli-
cium se trahi didicissent, carmen lætantium modo ca-
nere, tripudiisque, & lasciuiori corporis motu gaudium
quoddam animi ostentare cœperunt. Admiratus rex,
eos tanta animi magnitudine ad mortē proficisci, caus-
samque huius lætiæ requirens, audiuit. Si ab alio occi-
deremur, ô rex, in mœstitia fuissetis, & tristes mortē
excepissetis. Nunc quoniā à tanto rege, omnium gen-
tium victore maioribus nostris reddimur, honestam
mortem, quam fortes viri voto quoque expetunt, car-
minibus nostri moris, lætitiæque celebramus. Hæc
Curtius. Verba Æneæ, Æneæ magni dextra cadis,
ad se quoque transtulit eadem de causa Diocletianus.
Aprum siquidem Numeriani socerum, eiusdemq; in-
terfectorem occidēs, gloriare, inquit, Aper, Æneæ ma-
gni dextra cadis. Vopiscus in Numeriano. ✕

INCREP. VLTRO CVNCT. SOCIOS) Quum accede-
rent, & venirent Rutuli, ut prostratum tollerent, ultro
eos obiurgabat, tanquam tardos, & negligentes. Suble-
uabat ipse iacentem, comas suas ad pulchritudinem cō-
positas, terræ puluere, & sanguinis sui vbertate turpan-
tem. Antiquo more viri, sicut mulieres, componebant
capillos, quod verum esse, & statux antiquorum docet,
& personæ, quas in tragœdiis videmus similes in utroq;
sexu, quantum ad ornatum pertinet corporis. Donatus,
Seruius.

VVLN.

VULNERA SICCA. LYMPH. Nouè, & physicè locutus est. nam cum aqua omnia infundatur, ait siccat vulnus: fluxus enim sanguinis aquarum frigore cōtinetur. Seruius.

CORPVSQVE LEVAB. ARB. ACCLIVIS TRVNCO) Leuabat corpus accliuus trunco arboris, id est, ipsa inclinatione non nihil fouebat, & recreabat. Suprà, *arboris obnixus trunco*, nempe in 3. Georg. Docti legunt *acclinis* per, n, non *acclinis*, ut & apud Horat. Sat. 2. lib. 2. *Acclinis falsis animus*, à clino, clinas: vnde & apud Lucret. *clinamen principiorum*. * Erit ergo *acclinis* pro *accubans*, & *acclimatus*. trunco arboris se sustinebat. Simile quid huic Virgilij loco illud Casaris lib. 6. belli Gall. de alcibus. *His sunt arbores pro cubilibus*: ad eas se applicant, atque ita paululū modò acclimata quietem capiunt. Iterum, huc cum se consuetudine acclimant. Malè & trobique reclinantur excudi reor, contra auctoritatem librorum veterum Turneb. lib. 3, cap. 19.

PROCVL DEPENDET) *Procul* modò iuxta significat, ut Eclog. 6. *Serta procul, tantum capiti delapsa iacebant*. Bene autem *grania arma*, ut & galeam arma, sed leuia intelligamus: & talis est figura, sicut illa Sallustij, leonem atq; alias feras. Ergo & leo fera est Seruius.

STANT LECTICIR.) Stabant circū egregij & animosi iuuenes, qui solarentur ægrum, & debilem tuerentur.

FVSVS PROPEXAM IN PECT. BARBAM) est ἀρχαῖος, pro, in pectora. Sicalibi, mediis effusus in vndis, pro, in vndas medias. Seruius.

MVLTA SVPER LAVSO ROGITAT) sollicitus pro filio Lauso, diligenter, & multum de eo sciscitabatur, & mandata mittebat. Cōsiderabat quid ipse ab Ænea per tulisset, considerabat filij personam & ætatem, timebat ne per imprudentiam ipse salutem suam proderet, Donatus.

- At Lausum socij exanimum super arma ferebant,
Flentes, ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Agnouit longè gemitum præfaga mali mens:
Caniciem immundo deformat puluere, & ambas
845 Ad cælum tendit palmas, & corpore inhæret.
Tantane me tenuit viuendi nate voluptas,
Ut pro me hostili paterer succedere dextræ,
Quem genui? tuanè hæc genitor per vulnera seruo,
Morte tua viuens? heu nunc misero mihi demum
850 Exilium infælix, nunc altè vulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,
Pulsus ob inuidiam folio, sceptrisq; paternis.
Debueram patriæ pœnas, odiisq; meorum
Omnes per mortes animam fontem ipse dedisse.
855 Nunc viuo, neque adhuc homines, lucemq; relinquo.
Sed linquam. Simul hæc dicens, attollit in ægrum
Se femur: & quanquam vis alto vulnere tardat,
Haud deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,
Hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat
860 Omnibus. alloquitur mœrentem, & talibus infit,
Rhoebe diu (RES SI QVA DIV MORTALIBVS VLLA EST)
Viximus: aut hodie victor spolia illa cruenta,
Et caput Æneæ referes, Lauisq; dolorum
Ultor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,
865 Occumbes pariter. NEQVE ENIM FORTISSIME, CREDO,
IVSSA ALIENA PATI, ET DOMINOS DIGNABERE TEVCROS.

AT LAVSYM SOCIJ EXAN.) Eruditè animaduersum C modà quæ superius annotata, in illum versum, *Imposuisti* à Scaligero. Poet. libr. 3, cap. 12. *λύτεις & ἀποινα* neglecta fuisse ab Ænea, magna significatione temperantiæ, cum iure belli redēpticiam pecuniam liceat accipere. Fuit igitur nō dissimilis Pyrrho, cuius illa vox apud Ennium, *Non campanantes bellum, sed belligerantes*. Ideo & corpus Lauis dedit, ut apparet, sine pretio: & hac, & cæteris omnibus virtutibus fero Achille maior, qui filium patri auro vendidit: & auri atque argenti talenta pollicenti ait, Æneas inquam. *Auri atque argenti memoras quæ multa talenta, Gnatiparce tuis*.

SVPER ARMA FEREBANT) Mos Græcorum, milites in acie cæcos scutis imponere, & efferre. Huc acco-

scuto referunt Pallanta frequentæ.

INGENT. INGENTI VVLN. VICTVM) Per simile est illud Lucretij lib. 1. *Et graniter magni magno cecidere iubi casu*.

CANICIEM IMMUNDO DEF. PVL.) Deformat puluere capillos, etiam sollempne in luctu. Exemplum est in 12. de Latino. Catull. *Caniciem terra, atque infuso puluere fœdans*. Homer. Iliad. σ.

Ἀμφοτέρησι δὲ χερσὶν ἱλὼν κόριν αἰδαλίσσας,
Χέυατο καὶ κεφαλῆς, χέλειν δὲ ῥοχυνε μέτωπον.
Euripid. Hecuba. ἐπὶ χθονὶ κεῖται, κόνη φύρσα δὲ σπινὸν κέει.
In Supplicib. ἀμφὶ δὲ σποδὸν κέει κακίμεθα. * Licet hunc mo-

rem *Et in sacris scripturis observare, idq; sapius. Nos adhuc quadam* A domino suo, hic solatium, ipsius auspicio ex bellis omnibus victor remeabat. Talis etiam fuit, qui ad ultionē duci debuisset. Non enim tam vivere Mezentius cupiebat, quam filij interitum vindicare. Tali ergo uti equo voluit, qui antē cum palma redire consueffet. Hunc quasi mala domini sui sentientem alloquitur. Donatus.

nunc propexis in pectore barbis
Verrere humum, nunc fœdantes in pulvere criam
Canentem.

Stat. lib. 4. hausta que informis arena Quæstibus implet agros. *Secundum Troade.*

Soluite crines, per colla fluant
Mœsta capilli, tepido Troiz
Pulvere turpes pariet exertos.

Ch. ——— coma demissa est
Libera nodo: sparsitque cinis
Fervidus ora,

Vide Alex. Neap. lib. 3. cap. 7.

AD CÆL. TEND. PALM.) Cur tendit ad cælum manus? Hoc gestu diis quasi cædem hanc exprobrat, & eos increpat. *Corpore inheret*, dictum est per figuram enalagen, ablativus pro dativo nimirum. Inheret etiā corpori Pallatis sui, & procumbit super cum gemitu, & fletu Euander libro sequenti, nec sine tristi querimonia. Vide item quæ dicta sunt Eclog. 5. ibi,

Cum complexa sui corpus miserabile nati,
Atq; deos, atq; astra vocat crudelia mater.

TANTANE ME TEN. VIVENDI VOLVPT.) Tangit vitium quod Græci φιλοφυχία, & φιλοζωία vocant, vitæ retinendæ mollem, & turpem cupiditatem. Suprà, *quæ lucis miseris tam dira cupido*, nempe lib. 6. *Per vulnera*, inquit, invidiosè, cum vno tantum vulnere, gladio videlicet per pectus adactō concidisset. Dicit deinde, solatio viventis filij sibi vtrumque, & exilium, & acceptum ab Ænea vulnus fuisse tolerabile. Dolet enim de infamia, qua illum asperferat, cum exulis filius dicatur, & vult videri immeritò pulsus. Quod si iustè ad pœnam petebar, tradere me potius omnibus suppliciis debui, quam cū odio civium meorum superesse. Omnino vivere ultra velle nū debui, si meis exosus fui, quia malè de iis meruerim. Atque ita letho tuo non superessem. Ex Seruio, & Donato.

OMNES PER MORT. ANIM. SONT. IPSE DED.) Debueram me cuilibet periculo, sine vlllo mortis metu obicere.

ATTOLLIT IN ÆG. SE FEM.) Cum ipso ultimo verbo sententiæ, qua indicavit sibi esse moriendum, in ægrum se extulit femur. Et licet tardaretur alti vulneris violentia, haud deiectus tamen, neque in totum debilitatus animo, equum duci iubet, ut eo veheretur debilis, quo uti solitus fuerat sanus. Hic ornamentum erat

RHOEBE DIV, RES SI QVA DIV MORTAL.) Sic Achilles Xanthum equum suum alloquitur Iliad. 7. Lege quæ affert in Indice Erythræus, in voce *Rhoebe*. Cic. p. M. Marcello. Quid enim est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cum venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est, quia postea nulla futura sit? Seneca de breuitate vitæ, capite 2. Vita, si scias uti, longa est. Idem epistola 93. vitam boni, & sapientis viri comparat libro paucorum versuum, sed laudando, atque vtili: improbi, & stulti, annalibus Tamulij cuiusdam longis, & insulsis, atque ineptis. Sed diuina sunt, quæ habet epist. 93. Non ut diu viuamus, curandum est, sed ut satis. Nam ut diu viuas, fato opus est: ut satis, animo. Longa est vita, si plena est. Impletur autem, cū animus sibi bonum suum reddidit, & ad se potestatem sui transtulit.

Quam sunt hæc verba (Mezentij) forti viro digna? quam etiam propria, si dolor aliquanto fuisset sedatio? Vides qua fiducia magnum, ac se dignum facinus aggredi parat: quod etiam animo decernat mori, si fortuna parum fauisset incepto? Honestam mortem turpi vitæ anteponit. Iouian. de fortitud. lib. 1.

SPOILIA ILLA CRVENTA) Cum Seruio accipimus arma Æneæ, cruore Lausi perfusa: ipsi enim Lauso arma Æneas non detraxerat.

VLTOR ERIS MECVM) Pariter apud Statium Hippomedon ad equum Tydei.

Quod superest, caros i saltem ulciscere manes,
Aut sequere, extorrem neutu quoq; laeseris umbram
Captiuus, timidumq; equitem post Tydea portas.

APERIT SI NULLA VIAM VIS) si virtuti est aduersus euentus.

NEQVE ENIM FORTISS. CREDO) Est & hoc notatu non indignum: quod ait fortissime, intelligi Teucros ignavos. Plerumque enim ex alterius personæ vituperatione, vel laude, cognoscimus quid de alia dicatur. Ex Rhoebe ergo laude, hinc Troianos vituperatos cognoscimus. Seruius.

Dixit: & exceptus tergo consueta locauit
Membra: manusq; ambas iaculis oneravit acutis,
Ære caput fulgens, cristaq; hirsutus equina.
870 Sic cursum in medios rapidus dedit, æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoq; infania luctu,
Et furiis agitatus amor, & conscia virtus.
Atque hinc Æneam magna ter voce vocauit.
Æneas agnouit eum, lætusq; precatur.
875 Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo:
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & infesta subit obuius hasta.
Ille autem: Quid me erepto sæuissime nato
Terres? hæc via sola fuit, qua perdere posses.

- 880 NEC MORTEM HORREMVS, NEC DIVVM PARCIMVS VLLI.
 Desine. iam venio moriturus, & hæc tibi porto
 Dona prius. Dixit: telumq; intorsit in hostem.
 Inde aliud super, atq; aliud figitq;, volatq;,
 Ingenti gyro: sed sustinet aureus umbo.
 885 Ter circum astantem læuos equitavit in orbes,
 Tela manu iaciens: ter secum Troius heros
 Immanem ærato circumfert tegmine sylvam.

EXCEPTVS TERGO CONSVETA LOCA.) Equo se A
 præbente, & admovente susceptus est, quod fieri ple-
 runq; conspiciamus in consuefactis equis. Et quod ma-
 nus ambas oneraverit iaculis, auiditas sævientis expri-
 mitur. Æstuabat duobus animi motibus: pudore, quia
 victus erat, quia inuenerat fortiolem, & cuius virtutē
 in vulneris atrocitate persenserat: & luctu, quia talem
 perdidit filium. Servius, Donatus. * *Æstuabant præ-
 rea, & sequitur, amor erga mortuum, & Gortus: id est, hisce dua-
 bus quoq; rebus vehementer incendebatur. Verba ista æstuat in-
 gens, cum duobus versibus deinceps sequentibus, repetuntur lib. 10.*

ÆN. MAG. TER VOCE VO.) Debit non prouo-
 care eum, cuius virtutem senserat, & timere potius,
 quem exemplo suo probauerat fortiolem: sed cur me-
 tueret, cui æquis votis optabile fuit, aut vincere, aut pe-
 rire? Sæpius igitur Æneam clara voce vocat, ostendens,
 post acceptū vulnus nihil imminutum de animi, sui cō-
 stantia. Remittit responsum Æneas, ne timorem ali-
 quem silentio testetur. Magna deinde animi, ac virtu-
 tis fiducia monstratur in Ænea, dum in hostem primus
 tela contendit. Donatus.


INCIP. CONFERRE MAN.) Lib. 12. Turnus ad Pan-
 darum, *Incipe si qua animo virtus, & consere dextram.*

INFESTA SVB. OBVIVS HASTA) Infesta hasta, est
 in vulnus parata, vel protenta.

QVID ME EREPT. SÆVISS. NATO) Orbatum fi-
 lio frustra territas patrem, magis enim post illius exces-
 sum cupio mori. Odi hanc lucem, in qua incolumem
 natum meum videre non possum. Inuenisti viam, qua
 Mezentium perderes, alia eum superare non posses.
 Mors mihi beneficium est, quam minaris. Non parco
 dijs, quos ipse veneraris, & colis (& respicit ad illud, q
 proximè dixerat Æneas, *Sic pater ille deum faciat.*) nec
 superstitionis precibus rogabo, quas contemno. Sed ac-
 cipe prius munuscula, & excipe hastas meas, vt irasca-
 ris, & pereas. Multò copiosius Donatus hæc eadem.

B VOLATQVE INGENTI GYRO) Circumibat Æne-
 am ingentibus gyris, vt aduersum potius, quam auer-
 sum feriret. Æneas omnibus telis occurrebat, scuto ea
 excipiens. *Lævos in orbes* ideo, vt Æneæ dexteram par-
 tem circumueniret, quæ utique nuda erat. Fuerat autē
 scutum Æneæ tot iaculis fixum, vt sylvæ faciem præfer-
 ret. Donatus.

ÆRATO CIRCVMF. TEG. SYLVAM) Versum hūc
 ecce vt imitetur Statius lib. 8. loquens de Tydeo, *densis
 iam consitus hastis Ferratum quas vmbra nemus.*

- Inde vbi tot traxisse moras, tot spicula tædet
 Vellere, & vrgetur pugna congressus iniqua:
 890 Multa mouens animo, iam tandem erumpit, & inter
 Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.
 Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
 Verberat, effusumq; equitem super ipse secutus
 Implicat, eiectoq; incumbit cernuus armo.
 895 Clamore incendunt cælum Troesq;, Latiniq;.
 Aduolat Æneas, vaginaq; eripit enssem:
 Et super hæc: vbi nunc Mezentius acer? & illa
 Effera vis animi? contrà Tyrrhenus, vt auras
 Suspiciens hausit cælum, mentemq; recepit.
 900 Hostis amare, quid increpitas, mortemq; minaris?
 NVLLVM IN CÆDE NEFAS, NEC SIC AD PRÆLIA VENI,
 Nectecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.
 Vnum hoc per (si qua est victis venia hostibus) oro,
 Corpus humo patiare tegi. scio  serba meorum
 905 Circumstare odia: hunc (oro) defende furorem,
 Et me consortem nati concede sepulcro.
 Hæc loquitur, iuguloq; haud inscius accipit enssem:
 Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.

PVGNA CONG. INIQUA) Pugnam iniquam dicit, Alectorem lib. 1. ibi, *Per si qua est, quæ restat adhuc mortalibus usquam Intemerata fides*. Vide item quemadmodum hunc locum, *Nullum in cade nefas, nec sic ad prælium veni*, explanet Titius lib. 3. cap. 10. Omnino discedit à mente interpretum.

CORPVS HYMO PATIARE TEGI) Quod suum corpus petit ad sepulturam permitti, nec concedi Tuscis inimicis, qui id pro libidine tractare parati erant, est Homericum, Iliad. χ.

Δίσσωμ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γυναικός, σὼν τε τοκάων,
Μή μ' ἴα παρ' ἑνὸς κύνος καταδάσαι ἀχαιῶν.
Ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκὸν τε ἄλλω, χερσὶν τε δίδεξο,
Δῶρα τὰ τοι δώσουσι πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ.
Σῶμα δ' οἷα δ' ἐμοὶ δόμεναι πάλιν, ὅσῃ πυρὸς με
Τρώες, καὶ τρώων ἀλοχοὶ καλὰ χυσοὶ σπώντα.

INTER BELLAT. EQVI CAVA TEMP.) Per similem victoriam de Geminio Metio Titi Manlij narrat Livius lib. 8. Circumactis deinde equis, cum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset, spiculum inter aures equi fixit. Ad cuius vulneris sensum, cum equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, excussit equitem. Quem cuspide, parmaque innixum, attollentem se graui casu, Manlius ab iugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit.

TOLLIT SE ARRECT. QVAD.) Erectis primò per aëra primis pedibus, posterioribus sterit. Postea mutato schemate auras verberauit calcibus, & cum dolore pernicioso turbaretur, obsequium solitum, & portandi consuetudinem prodidit. Donat.

EFFVSVMQVE EQVIT. SVP. IPSE) Tale quiddam Statius lib. 8.

----- ruit ille rumentem.

*In Prothoum, lapsa q̄, manu querentis habenas
In vultu galeam, clypeumq̄, in pectora calcat.*

EIECTOQVE INCVMBIT CERNVVS ARMO) Mezentio eiecto, seu deiecto ab equo, pronus incumbit, cadens in armum. Cernuus dicitur propriè inclinatus, quasi quod terram cernat. [Item cernuus, pronus, aut qui in faciem demisso capite cadit.] Lucil. Satyr. lib. 3. *Cernuus extemplo plantas conuestit honestas*. Et lib. 27. Modò sursum, modò deorsum, tanquam collus cernui. Varro de vita pop. Rom. Etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrabant, ibi cernuabant. A quo ille versus vetus est in carmine, *Sibi pastores ludos faciunt cernui Consualia*. Nonius. Vide quid de hac voce tradat German.

Turneb. lib. 28. cap. 9. cernuos videtur appellare Nonius, qui se in caput iaciant, quod & cernuare Varro: cernui autem cum erecti sunt, collum sursum habent elatum: cum se in caput mittunt, tum caput habent deorsum missum: hinc Lucilij quod supra legisti. Adde Senecam, qui in epistol. quadam hoc verbum cernuo in actione ponit. Qui hoc faciunt, inquit, nò euertit fortuna, sed cernuat & allidit.

CLAM. INCEND. CÆL.) Implent, καὶ ἐκχέουσιν. Troes quidem gaudio, Latini dolore. *Postquam hausit calum*, aërem, postquam respirauit, & se collegit. *Nullum in cade nefas*. mori ultro viro forti nefas non est: nec sic pugnavit tecum Lausus filius meus, ut mihi vitæ vllum reliquerit desiderium. Lausus me perire voluit. Vnum tamen oro, quod victi semper impetrare consueuerunt, & quod ipse præstitisti filio. Vereor enim ne ciues mei, veteris odij memores, funus execrabile per membra discerpant: & quod viuo nequiuuerant, reddant mortuo. Proinde cum consortem me feceris filio, vno vtrumque gladio perimens, vni nos sepulcro, pulso meorum furore concede. S. dicitis, sciens mucronem excepit, & in arma vndanti cruore animam diffudit. *Haud inscius λιτότης*, non enim dicit, non ignarus, sed expectans omnibus votis. Donatus, Seruius.

PER, SI QVA EST VICTIS) De anomalia particulari huius, per, in obtestatione, arbitror me monuisse

Amor & cura corporis nostri, etiam omni sensu destituti, atque extincti, à natura nobis insira est. Quæ impulsus Nero, ut relatum inuenio à Tranquillo, cum mortem sibi instare animaduerteteret, nihil prius, aut maius à comitibus exegit, quam ne potestas cuiquam sui capitis fieret. Othonem etiam Tacitus libr. 17. ambitiosis precibus petiuisse dicit, ne caput sibi mortuo amputaretur, ludibrio futurum. Vnde sapienter, ut multa, Homerus Hectorem ab Achille prostratum, iam iamq̄; confodiendum, inducit precibus maximis contendentem, ne ille se mortuum canibus Achiuorum deuorandum relinquat: sed ut corpus auro, atque ære redemptum parentibus reddat. Ajax quoque Sophoclis, gladio incubiturus, Iouem rogat, ne corpus suum canibus, auibusque laniandum exponatur. Plin. lib. 36. cap. 15. litteris consignauit, Romanam plebem sub Tarquinio Prisco, tædium laboris cloacarum ut deuitaret, sibi passim necem consciscentem, fuisse nouo, & antea, posteaq̄; in excogitato remedio seruatum, cum omnia ita defunctorum corpora, crucibus, spectanda ciuibz, simul & feris, volucribusque laceranda figerent. Quamobrem, inquit, pudor Romani nominis proprius, qui sæpe res perditas seruauit in præliis, tunc quoque subuenit. Sed illo tempore imposuit, tum erubescens, cum puderet viuos, tanquã puditurum esset extinctos. Hæc ille. Sed non solum pudore, verum etiam proprii corporis amore coerciti videntur. Plutarch. lib. περὶ ψυχῆς primo (ut refert Gell. lib. 15. cap. 10.) & libro de claris mulieribus cap. 2. Milesias virgines, quæ vesania quadam corruptæ, seu magis à dæmone malo impulsæ, repentinæ mortis libidine mira per strangulationem incessabantur, nec vlla ratione ab ea sæuitia poterant abstrahi, pudore identidem seruatas ait incolumes. Spectatæ namq̄; prudentiæ viri cuiusdam rogatione ad populum perlata decretum fuisse, ut virginum, quæ sibi mortem ultro consciuissent, per medium forum cadauera nuda efferrentur. Quo turpitudinis, atq̄; ignominia metu illas deterritas, à vesania abstinuisse dicit. Florentiæ post Montemvrlensem victoriam, cum capitali pœna in captiuos patricos viros animaduerteteretur, ferunt quendam promissa ac pulcherrima barba præditum, cum ceruicem intrepidus ferro supponeret, carnificem orasse, ut barbam à gula abduceret, ne ea abscessa, vultus à ciuibz spectandus deformaretur. Hæc Magius lib. 2. cap. 21.

Miror equidem valde, quomodo Magium præterierint exempla duo tam insignita: vnum, istuc Mezentij, quod in manibus habemus: alterum Turni, lib. 12. qui Æneam mox ab eo interficiendus suppliciter orat, ut corpus suum vitali lumine spoliatur, Rutulis ne deneget. Quæ verò idem Magius ex Euripide, & Ouidio de

dio de Polyxena, & rursum ex Ouidio de Lucretia, ex Plurarch. de Nicia Aristodemi filia, ex Floro de Cleopatra, ex Iustino de Olympiade Alexandri matre, ex Suetonio de Iulio Cæsare narrat: hæc, inquam, omnia, hoc idem, quod initio superioris symbolæ tradebatur, insitam videlicet esse nobis curam exanimati corporis nostri, & eius magna nos sollicitudine teneri, præclare demonstrant. Istam porro curam, sollicitudinemque quid aliud, quæso, nisi taciturnam quandam probationem, seu argumentum æternitatis nostrorum animorum dici fas est? Quod & Ciceroni in Tusculanis visum. ✽

HVNC, ORO, DEFENDE FVROREM) Verbum defendendo eandem habet vim, quam arceo, repello. Diximus ad Eclog. 7. *Solstitium pecori defendite.*

IVGVLOQVE. H. INSCIUS ACCIPIT ENSEM) Iugulum eum præbuisse intelligendum. Loquens de gladiatoribus Cic. 2. Tuscul. Quis, cum decubisset, ferrum recipere iussus, collum contraxit? *ferrum recipere*, est iugulum, aut latus ferro præbere: non se contrahere, non manus, non lacertos, non pedes opponere, non ictum declinare. Iubebantur autem interdum, qui decubuerant, à populo iugulari. Eodem genere loquendi pro Roscio Amerino est usus. Quod non, inquit, totum telum corpore recepisset. Qui autem telum recipiebant, fortiores habebantur: quam qui collum contrahebant. De fortissimi igitur Mezentij morte verba faciens, ad hunc morem animosorum gladiatorum respexit Maro. Turneb. libr. 8. cap. 18. * *De gladiatoribus item Cic. quod etiam huc Valer. Philipp. 3. quod gladiatores nobiles faciunt, ut homines decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum. gentiumque omnium, ut cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia seruiamus.*

Mutuatus est à Turnebo nonnulla, & adiecit plura Lipsius Saturnal. lib. 2. cap. 22. dum ad morē fortiter decumbentium gladiatorum alluisse docet, ipsumque morem explicat, his pæne verbis. Læsi gladiatores, &

mortem metuentes, submittebant arma. Id signum victi, fractique. Nec ideo tamen liberi. Anutu populi pendebat mors eorum, vel salus. Intercedebat pro victis, læsisque: interfici iubebat idem. Si alba quidem, fauensque sententia, miser ille mittebatur. Sed iu cum diem, aut id munus duntaxat, ut censeo. Sin funesta, boni gladiatoris erat decumbere, & libenter, fortiterque recipere ferrum. Cic. pro Sextio. Ipsum verò quid accusas? num, ut gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit? his verbis subiecta hæc vis, ut iugulum ultro præberent: nec membra contraherent: nec manum opponerent. Seneca epistola 30. Mors enim admota, etiā imperitis animum dedit non vitandi inevitabilia. Sic gladiator tota pugna timidissimus, iugulum aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat. Cic. prorsus graphice totam rem depinxit lib. 2. Tusculan. Verba supra recitata sunt. Seneca de Tranquillitate. Fortuna illa, quæ ludos sibi facit, quod, inquit, te seruem malum & trepidum animal? eò magis confodieris, & conuulneraberis, quia nescis præbere iugulum. Viues tutius, & morieris expeditius, qui ferrum non subducta ceruice, nec manibus oppositis, sed animosè recipis. Pertinet huc apud eundem Tullium, Fimbriæ impotens responsum, Scaeuolam accusantis, quod non totum ferrum corpore recepisset. Allusit & Prudentius. *Ferrum in papillas omne recepero.*

VNDANTIQVE ANIM. DIFFVNDIT IN ARMA CRVORE) quasi anima aut sanguis sit, aut in sanguine: ledem enim eius quidam hanc esse docuerunt. Hinc animam effundere, profundere. Dicit autem *vndanti crvore*, ad significandum copiam erumpentis ex lethali vulnere sanguinis, quo ipso etiam arma lauabat, &c. ✽



IN P.



SYMBOLARVM
IN P. VIRGILIVM MA-
RONEM LIBER XVI.

Ad vndecimum Aeneidos.

SYNOPSIS.



Eneas, quod Marti de Mezentio trophaeum vouerat, id bene mane, vnum hoc rebus omnibus anteuertendum ratus, constituit. Inde suos compellans, sublato hoste importunissimo, ad consummata victoriae spem, & expectationem eos erigit. Monet, uti se ad arma diligenter comparent: ut cum primum fixa in castris signa vellentur, ad obsidium oppidi, promptè, alacriterq; procedant. Tum de sociorum corporibus terra mandandis, adiungit, & de Pallante imprimis ad patrem Euandrii remittendo, ibiq; neci bellicosissimi iuuenis illacrymat. In tabernaculum concedit, ubi corpus exanime custodiebatur. Illic femina Troiana funus circumstantes, passoque crine mortuum lamentantes, ut Aeneam conspexerunt, plorare vberius, & ingemiscere altius ceperunt. Ipse cadauer aspectans, & patens in aduerso pectore vulnus considerans, querimoniam orditur admodum πᾶν ἄνθρωπον, in qua & se promissa seni de filio data (quod nimirum incolumen restiturus esset) implere non potuisse, & eius ipsius vicem, omnia fausta & felicia sperantis, dijsq; seruatoribus ob salutem Pallantis sui tuendam, incassum sacrificia facientis vehementer, & medullitus dolet. Vnum Euandro futurum solatio, quod non, ut fugitiuum, auerso, sed ut strenuum bellatorem aduerso vulnere interemptum recepturus sit. Pompam funeri honestissimam instruit, mille de toto exercitu selectis, qui comitentur. Feretrum componitur, vestes duae purpureae, auroq; intextae, labor, & munus Didonis proferuntur: quarum altera meliorem corpus, instar floris recens decerpti, adhuc aspectu iucundum, & viuulum inuoluitur, velo caput obnubitur. Adduntur quae Pallas ipse hostibus spolia rapuerat. Item adolescentuli 8. soluturi inferias. Ad haec arma ducum, quos manu sua ipsemet occiderat, in speciem trophaorum, cum eorundem praefixis nominibus preportantur. Acetes longaeuus Pallanti à patre custos additus, mæroris magnitudine, quam decrepita senectute imbecillior, atq; fractior, necesse habet manu duci, pectus manu percutit, genas unguibus laniat, sepiusque inter eundem humi collabitur. Insuper Rutulis adempti currus ducuntur. Sequitur sponte equus eius Aethon, amoremque erga dominum suum grandibus lacrymis prodit. Portabantur etiam arma, quae, ceteris sibi sumptis, Turnus ei reliquerat, galea & hasta scilicet. Prodeunt in funus Troiani, Etrusci & Arcades inuersis armis, qui mos est militum duce mortuo. Aeneas ipsemet, aliquo vsq; secutus, represso gradu extremum Pallanti valedicit. Castra, seu Troiam illam ad tempus excitatam, iam soluta obsidione liberam ingreditur. Latini oratores inducias suorum cadaueribus curandis supplices rogant, humanitatis ius obtinentes. Aeneas iustam rem petentibus, facillimum sese præbet. Leuiter Latinos obiurgat, qui cum


cum ipsum habere amicum, & socium possint, inimicum tamen malint: pacem etiam cum viuis libentissimè facturum: nec sua sponte, sed diuino consilio in Italiam venisse: Regem vltro temerata fide Turno adhæsisse: quem ipsum equius sit vnum discrimini caput opponere, secumque certamen inire, quā tot innocentes pati sua causa occumbere. Stupefacti clemētia, & moderatione tanta Latini, mutuū, ac muti etiam intuentur: donec Drāces, æuo maturior, legationis princeps, Turniq; æmulus verba tādē facere occēpit. Laudat Æneam eximie, eius iustitiam, fortitudinemq; tollit, gratias communi nomine agit, sua, suorumq; studia in Latino reconciliando, & vr̄bis adificatione adiuuāda pollicetur. Secunda admurmuratione omnes reliqui dicta approbant. Concedūtur duodecim dierum induciæ. Vidisses ibi indiscriminatim Troianos, Latinosq; per sylvas discurrere, arbores cadere, cæsas conuētare. Ad Pallantem reuertamur. Fama pompam anteuolans, Euandrum agrimonia ingēti impleuit, ac totam vr̄bem luctu permiscuit. Miserum sanē, audire occisum, quem paulo ante diis secundis pugnantem audierant, & se victorem, ac triumphatorem breui cōplexuros cōfidebant. Effundunt se obuiam cū facib. plangunt illi, plangunt, qui vnā veniunt Troiani. Euander nulla vel personæ regie, vel ætatis ducens rationem, per medios irrūpit, superq; charissimi sui corp^o exanime procumbens, ea cū lacrymis conqueritur, quæ illum conqueri tali statu videbatur æquissimum. Teucros extra suspicionē ponit, totum fatis suis acceptum refert: genere mortis aliquātilium gaudet: causam diutius viuendi hanc vnā sibi relictam testificatur, vt filium Æneæ manu vindicatū, ac Turnum ab eo trucidatum intelligat, tū deniq; se libet̄er abiturum. Sole reuerso, corpora cæsorū cū spoliis intēduntur, circum rogos ludicri cursus, more militari exhibentur, pecudes mactātur. Exponitur deinceps quib^o officiis Latini suos psequuti sint. Sequitur luctus vr̄banorū, cum lamentarentur matres filios, cōiuges maritos, sorores germanos, filij patres, bellumq; & Turnum simul, vt caput malorū, diris execrationib^o figerent. Drances flāmæ oleum suggerēbat: & magis magis animos ciuiū aduersus Turnum exacerbabat: cui tamē virtus sua, & Amata mater teræ gratia apud multos patrociniabatur. Ex Apulia, quò li. 7. mittebantur, legati reuertunt: nec donis, nec precib^o Diomedem ad mittenda auxilia inflecti potuisse renuntiant: quippe qui pacem quoq; cū Troiano faciendā suaderet: tantum abesse, vt armis eum vel suis, vel illorū ledendum putaret. Latinus Rex quid ageret, incertus animi, cū ab Æneā deos videret stare, frequentissimū cogit consiliū. In eo sigillatim legatos acta narrare iubet. Narrat Venulus, venisse in conspectū Diomedis, munera obtulisse, qui essent, vnde, & quāobrē venirent, quid peterent edixisse. Verū ita respōdisse ipsum, vt eos à tā quietis, atq; pacificis maiorib^o profeminatos, paci bellum anteferre miraretur. Malè euenisse Græcis euersum Ilium: certorū casus exempli causa commemorasse, & in his suum ipsius quoq;. Nullas sibi iam inimicitias cum Troianis intercedere: darent Æneā illa munera, cuius ipse virtutem egregiā apud Troiam experiundo sensisset. Alia in super ad eius laudem magnifica dixisse. Latinus seram videri deliberationem ait, Troianos esse inuictos, in sua cuiq; dextra salutē fore. Placere, si Troiani in Italia manere velint, vt salutētur socij, iisq; ager ad Tiberim pertinēs habitandus assignetur. Sin discedere ad insulam aliquā malint, naues iis, & necessaria suppeditētur. Nihilomin^o honorifica legatio cū munerib^o exquisitis mittatur. Mutuæ criminationes Drancis, et Turti subtexuntur, qui demū ad Latinum conuersus, non esse desperandum docet locis de fortuna communib^o: se paratum cū Æneā congregi. Interim ad vr̄bem appropinquat Æneas, perfertur nunti^o, trepidatur, & ad arma conuolatur. Turnus insultat Laurentibus, cunctationem eis pristinam exprobrat, dat mandata ducibus. Latinū incōstantiæ suæ pœnitet. Muniuntur portæ, signū belli editur. Mulieres Palladi aduersus Æneā supplicant. Arma induit Turnus, cui cū equitib^o suis Camilla occurrens, soli sibi certamen equestre deposcit. Magnanimā et generosā virginē collaudans Turnus, sibi peditatū ad insidias Æneæ p solitudinē, ac montes venienti locandas retinet, Latinos, & Tyburtes equites Camilla permittit. Locus insidiarū describitur. Diana Camillā se praelio credere indigne fert: quippe q̄ occasuram sciret. Quomodo sibi cōsecrata, quo pacto educata sit, desertim exponit. Opi sagittam tradit, qua Aruntē eius interfectorē cōfigat. Vterq; exercitus, & fuga, & confliētus depingitur. Camilla facinora memorantur. Monitu Iouis quasi somno expergiscitur Tarchon, suis

Rrr*

addit

addit animos & verbis, & exemplo. Aruns Camilla infidiatur: ipsa Chloreum, pulcherrimis eiusdem armis capta, incautius persequitur. Tum Aruns Apollinē precatus, hasta ei mortiferū vulnus facit. Labitur ex equo moribunda, priusq; mandat Acca, Turnū moneat, vti ad oppidum tuendū se conferat. Teucris clamorem gratulabūdi tollunt. Pugna ingrauescit. Opis Aruntem speculata, & quasi audiēti conuitiata, corpus eius telo lethali consauciat: quem sui insepultū reliquerunt, vt ita etiam lumine cassus poenas daret interfecta virginis fortissima. Camilla occasu consternati omnes, ad urbē fugiunt. Ibi ad portas magna cades, cum etiam à ciuibz ciues excluderētur, & alij in fossas precipitarentur, haerentibus in terga Troianis. De muro sudes iactantur. Turnus perculsus nuntio, ad oppidum festinat. Aeneas eodem contendit: paruo ibi spatio distantes, mox confluxissent, nisi exiguum quod supererat lucis, prohibuisset. Ergo castris ante urbem communitis ambo confidunt.

EXPLANATIONES.



OCEANVM INTEREA SVRGENS AVRORA RELIQUIT.

Aeneas (quanquam & sociis dare tempus humanis

Præcipitant curæ, turbataq; funere mens est)

Vota deūm primo victor soluebat eoo.

5 Ingentem quercum decisis vndique ramis
Constituit tumulo: fulgentiaq; induit arma,
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum

Bellipotens, aptat rorantes sanguine cristas,

Telaq; trunca viri, & bis sex thoracæ petitem,

10 Perfossūmq; locis: clypeūmq; ex ære sinistra

Subligat, atque ensē collo suspendit eburnum.

OCEAN. INTEREA SVRGENS AVRORA) De Oceano sic Melalib. l. ca. 1. Hæc ergo (altera zona habitabilis) ab ortu porrecta ad occasum est: & quia sic iacet, aliquanto quam vbi latissima est, lōgior, ambitur omnis Oceano, quatuorque ex eo maria recipit, vnum à septentrione, à meridie duo, quartum ab occasu. Vide & Ilidorum lib. 13. cap. 15. More suo prætermisit noctis descriptionem, quam transisse indicat præsens ortus: quæ enim naturalia sunt, patent omnibus. Huius versus sententia ex Homero expressa est, Iliad. 7.

Ἦός μιν κερκόπυπλον ἀπ' ἀκλανοῖο ῥοάων
Ὡς γυῖθ', ἵν' ἀθανάτοισι φῶς φέροι, ἠδὲ βροτοῖσι.

Iliad. 7.

Ἦέ μιν ἔπειτα νῆον αἰεσίβαλλον ἀνύρας
Ἐξ ἀκολάρρεϊτας βαδύρεσσιν ἀκλανοῖο
Ὀυρανὸν εἰσανιόν.

Seruius, Vrsin. German.

QUANQVAM ET SOCIIS DAR. TEMPVS HVM.) Tametsi cura humani suoz, quæ res dilationem non patitur, urgebat, & esset Pallantis interitu mœstissimus, tamen diuina obsequia, cultumq; numinis, ac voti persolutionem omnibus anteponendam, & quamprimum trophæum Marti, cuius potissimum beneficio tam prosperè pugnasset, statuendum censuit. In hanc pæne sententiam Donatus.

TVRBATAQVE FVNERE MENS EST) Pallantis funere, quem honoris gratia separat à cæteris, vt sæpe faciūt poetæ. In hanc quidem sententiam Seruius: sed id alia de causa fieri, infra ex Donato ostendemus.

VOTA DEVVM PRIMO SOL. EOO) primo eoo, scilicet tempore, prima parte, principio diei, simul atque sol esset exortus, vota soluebat, antequam nimirum luctū subiret, & funestaretur. Cōsuetudo enim Romana fuit, vt polluti funere, minimè sacrificarent: si ramen cōtingeret, vt vno eodemq; tempore & funestaretur quis, &

A cogeretur operam dare sacrificiis, laborabat, vt antè sacra compleret, quam funus agnosceret, &c. Seruius.

INGENTEM QUERCVM) Ingentem quercum elegit Aeneas, vt ingentibus armis sustinendis idoneam, quæ vt commodè sustineret, ramos eius circum circa amputauit. Eam tumulo cōstituit, id est, in colle, quia trophæa non nisi in eminentioribus locis figebantur. Sallust. de Pompeio. Deuictis Hispanis, trophæa in Pyrenæis iugis cōstituit: ex quo more trophæa in urbibus, figebantur in arcibus exadificatis. Marti autem, cuius, vt supra dictum, opibus feliciter pugnarat, & quem Mezentius vnā cum cæteris diis contempserat. Trophæum exponunt Grammatici monumentum victoriæ, constitutum, & erectum in loco, quo hostes fundi, & in fugam verti cœperunt. Nam à τρεῖς τερπῆ, inde τερπῆων, pro quo Latini mutata tenui in aspiratam, trophæum. Multa scitu vtilia super notione huius vocis trophæum Alex. Neapol. lib. l. cap. 22. & in eum Tiraquellus.

MAGNE BELLIPOTENS) aliàs armipotens. Ennius de Romanis. Bellipotentēs sunt, magē, quam sapientipotentia.

APTAT RORANTES SANG. CRISTAS) Statius 2. Thebaid.

Huic leues galeas, perfossaq; vulnere crebro
Inserit arma ferens, huic truncos istibus enses
Subligat, & tinctas membris spirantibus hastas.

Lib. 12. currūq; abscissa duorum Suspendis capita, & rorantia sanguine portat,

TELA TRVNCA) intellige præfracta: ita enim in trophæis poni consueuerant.

BIS SEX THORACA PERFOSSVM LOCIS) ideo dicit, quia Tusciæ populus fuit in duodecim partes diuifus: & solebat interemptos duces omnis vulnerare exercitus, vt de Hectore Homerus commemorat Iliad. 7. ὅτι τις ἀντιτίζα πᾶσι. Seruius.

ENSEM

ENSIM EBURNVM) propter vaginam eburne-
am: Homerus vocat *ἰσφαρτὸν*. Ita Seruius, cui ne-
gat se assentiri posse German. in eo, quod in cadauer
Mezentij sauitum dicit, & eo illa de clypeo duodecim
locis perfosso accommodat, cum ad laudem Mezentij,
Æneæque pertinuerit, potius viuum, pugnantemque
Mezentium tot in armis, & corpore vulnera excepisse:
quæ interpretatio Cæsaris loco videtur conuenire. Is
enim lib. 3. belli ciuilis. Scuto ad eum relato Scæuæ cen-
turiæ, inuenta sunt in eo foramina ducenta triginta.
Sic in Epig. *ἀσπίδα πολύτρητον*. Quæ autem hic de ar-
mis suspensis, seu trophæo Marti dicato scribuntur, in
iis elucet Græcorum imitatio, qui statuendis trophæis
παρὰ πάλαν appendebant. Eurip. in Heraclid. *καὶ τε-
ραὶ ἰδρύνται παρὰ πάλαν ἔχοντα πολεμίων σέδον*. Vnde &
Martem, & Iouem *τερπαῖον* habebant, qui & *τερπαῖ-
ον*, & *σκυλοφόνος*, feretrius, Iunonem quoque *τερπαῖαν*.
Hic mos ab Italia, & Græcia, velut iure gentium, etiam
ad Christianos peruasit, vt hostium spolia, & exuias sa-
cris postibus, locisque, tanquam victoriam ad numen
referentes, appendant.

Plutarchus in Romulo, vbi ipsius de Acronē tro-
phæum describit. Romulus vt votum Ioui redderet
quam gratissimum, & oculis ciuium speciosissimum,
quercum, quam in castris vidit, miræ proceritatis, re-
cidit, & instar adornauit trophæi, Acronis armis apte
suspensis ex ea, adaptatisque. Claudian. lib. 1. in Ruffinum,
prope extremo.

*Festinas urgete manus, meus ecce paratur
Ad bellum Stilich, qui me de more trophæis
Dicit, & hostiles suspendit in arbore cristas.*

Sidon Paneg. Maioriani.

*Instamant clypeo, cuspis trabe surgit eburna,
Ebria cade virum, propter Bellona trophæum
Extrahit, vt quercum captiuo pondere curuet.*

Maro, inquit Turneb. lib. 14. cap. 13. libenter poe-
mati suo mores Romanos interfecit, & eis opus suum
distinguit, atque exornat: & vt mihi videtur, decus o-
pimorum spoliū Æneæ tribuit hoc loco, quæ &
Marti Gradiuo dicari facit in trophæo. Harum rerum
obseruatione, & ingeniosum se ostendit poetā, & poe-
ma eruditione commendat.

Tum socios (namque omnis cum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes.

MAXIMA RES EFFECTA VIRI: timor omnis abesto,

15 Quod superest. hæc sunt spolia, & de rege superbo
Primitiæ: manibusque meis Mezentius hic est.

Nunc iter ad regem nobis, murosque Latinos.

Arma parate animis, & spe præsumite bellum.

Ne qua mora ignaros (vbi primum vellere signa

20 Annuerint superi, pubemque educere castris)

Impediat, segnesque metu sententia tardet.

Interea socios, inhumataque corpora terræ

Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imo est.

Ite, ait, EGREGIAS ANIMAS, QUÆ SANGVINE NOBIS

25 HANC PATRIAM PEPERERE SVO, decorate supremis
Muneribus, mœstamque Euandri primus ad urbem

Mittatur Pallas: quem non virtutis egentem

ABSTVLIT ATRA DIES, ET FVNERE MERSIT ACERBO.

TVM SOCIOSHORTATVR) Perfectis rebus diuinis, C
socios, id est, Troianos, & auxiliares, qui cum ducibus
suis confluerant, incipit alloqui. Occiso, inquit, Me-
zentio bellum magna ex parte confectum est: reliqua
facile perfecta dabuntur. Nullus congressionem me-
tuat desiderato Mezentio: quem ego talem reddidi,
qualem in hac quercu videtis. Sic merentur occidi, qui
in regni potestate opprimunt potius, quam subleuant
suos. Donatus.

MAXIMA RES EFFECT. VIR.) Homerus Iliad. α.
θάσει δαρδανίδη πείλας φρεσὶ, μὴ δὲ τι τάρβῃ. Et Iliad. χ.
ἰσχυρὰ μὲν κῦδος, ἐπὶ φρονίμῳ ἔκτορς ἴον.

QVOD SUPEREST) τὸ λοιπόν, siue in posterum, de-
inceps.

PRIMITIÆ) victoriarum mearum. Primitiarum no-
mine (quas proprie dicimus, quæ de fructibus nouis, aut
fœtibus gregum diis offeruntur) & spoliū, quodam
circuitu verborū *ἀνεσθίνα* significare voluit Maro, quæ
& spolia, & frugum primitias sonant: *ἀέφρα* autem vi-
uis abstracta: *σῶλα* verò, & *συνλίμματα* mortuis. Ger-
man.

MEZENTIVS HIC EST) talis est, qualem videtis. vel,
hic est, vt sit aduerbium.

NVNC ITER AD REGEM, MVROSQUE) Iam campe-
stri superauimus prælio, restat, vt etiam obsidione vin-
camus, & capiamus eam urbem, quæ perfugium est, &
arx inimicis. Proinde ad arma componite animos, &
sperate iam nunc vos denuo bellum gesturos cum opta-
ta victoria. Hoc ante tempus dico, ne vos dispositionis
meæ ignaros turbet repentina commotio, & opportu-
nam faciendi celeritatem mora aliqua ex timore cor-
rumpat. Ne impedimento sitis, cum captatis auguriis
signa vellere, & exire castris cœperimus. Donatus.

SPE PRÆSUMITE BELLVM) Præsumere Quintilia-
nus, & æquales eius dixerunt, quod Cicero, & eius æ-
tas dixerat, præcipere, vt præsumere cogitatione, quod
nondum vsu habeas. Plin. ep. 10. lib. 2. vt tandem præ-
cipias gaudium, quod ego olim pro te non temere præ-
sumo. Et præsumere spe, *προκαταπίττειν*. Et præsum-
ptiones Quintil. lib. 9. id est, *ἀντιλήψεις*. Cic. 1. Off. Il-
lud etiam ingenij magni est, præcipere cogitatione fu-
tura, & aliquanto ante constituere, quid accidere possit.

Rrr* 1

Liui.

Liuius lib. 4. quanquam fama prius præcepta res erat. A Budæus in Pand.

VBI PRIMVM VELLERE SIGNA) Vellere propriè dicit, quia Romana signa figebantur ante prætorium in castris: & cum ad bellum eundum fuisset, captratis auguriis euellabantur à terra: nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur, si auellentem faciliè sequeretur, hoc enim erat indubitata victoriæ signum. Contrà verò, si in eximendo magno impulsu opus foret, tunc cladem, & excidium futurum haud dubiè præmonstrabant. Appian. in bello Parthico tradit, Crassum iturum in bellum aduersus Parthos, euellere signa nequiuisset, ibiq; ipsum occisum fuisse. Aliud non dissimile prodit Paulus Orosius de Furio Camillo Scriboniano lib. 7. cap. 6. Hæc ex Seruio, & aliis.

Aquilam auream Xiphilinus fuisse narrat in Pompeio, quæ cū Crasso Euphraten aduersum Parthos transire noluit: sed terræ perinde adhærebat, atque si in ea nata fuisset, donec eam multitudo, quæ circumstabat, conuulsit, ipsa quoque vi consecuta est. Portendit & hoc exitium Flaminio Cof. apud lacū Thrasimenum pugnaturo cum Annibale, quod signa difficilè vula sunt, & secutus cruor, ut his versibus cecinit Silius lib. 5.

*Signa etiam effusa certant dum vellere mole,
Teter humo lacera nitentum erupit in ora
Exultans cruor, & cadis documenta futura
Ipsa parens miseriis gremio dedit atra cruento.*

Prius id memoriæ proditum à Liuiio, lib. 21. in hæc verba. Territis omnibus, qui circa erant, velut fœdo omne incipiendæ rei, insuper nuntiatur, signum omni vi moliente signifero, conuelli nequire. Conuersus ad nuntium, Num literas quoque, inquit, ab senatu affers, quæ me rem gerere vetent? abi, nuntia, signum effodiant, si ad conuellendum manus præ metu obtorpuerint. ✽

SOCIOS INHVATAQVE CORP. TERRÆ MAND.) Suprà lib. 9. *Mandet humo solita.* Notum illud Euripid. in τῶν ἱκετιδῶν.

*Ὅθεν δ' ἔγχεον εἰς τὸ σῶμα ἀφίκατο,
Ἐνταῦδ' ἀπὸ λυγρῆς, πνέυμα μὲν αἰεὶ αἰδέεσθαι,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.*

Apud Homerum leguntur hæc tum alibi, tum Iliad. π.

*Ἐνθα δ' ἐπαύσαντο καὶ σῆντοι τε, ἔται τε
Τύμβῳ τε, σήλῃ τε, τὸ γὰρ γέρας ὅτι δαμόντων.*

Vrsin.

INTEREA) dum obsidionis tempus adueniat, dum vacamus ab armis.

QVI SOLVS HONOS ACHER. SVB IMO EST) Honorem ait esse apud Acherontem, sepultum esse, alioqui animæ centum annos circum ripas Acherontis errare coguntur: vnde 6. Æneid. Grammatici Acherontem πᾶσι τὸ ἀχὴν ῥέειν deducunt: & Eustathius docet, tres hoc nomine fuisse fluuios, vnum apud Cimmerios, circa Thesprotiam alium, alium & in Alpheim influere: sed & Acherusiam quandam paludem restagnantem prope Siculas Cumas, inde & acheroida sterilem arborum populum.

Acherontem, inquit, Turneb. lib. 5. cap. 7. legimus inferorum flumen esse: sed apud veteres Latinos,

inferos plerumque significat, non flumen: ut apud Plautum Trinummo. *In nostro agro ostium est Acherontis:* id est, inferorum. Et hoc loco, & aliis multis, quos adscribere superfluum, ne copia oneraret lectorem.

EG. ANIMAS QVÆ SANG. NOB. HANC PAT. PEPER.) Ingenti arte laudat potius, quam miseratur extinctos, ut præsentium animos in bella succendat. Respicit Homericum ἰφθίμους ψυχὰς. Tale quid & Epig. 4.

*Ἀκμαῖς ἐσπεῖαν δὴ ξυρῆ ἑλλὰδα πᾶσαν,
Ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι.*

Planè enim huic, *qua sanguine nobis Hanc patriam peperere*, respondet.

Anima etiam pro animato corpore sumitur. Lucet. lib. 4.

*Nam certè ex vino Centauri non sit imago,
Nulla fuit quoniam talis natura animai.*

Atque ira etiam pro homine apud Latinos scriptores crebrò. Apud Hebræos non semel, ut Numeror. cap. 19. Actor. 27. & alibi. Si Nonio credimus, anima etiam pro corpore, seu cadauere aliquando accipitur, ut hoc loco. Lege totum caput Magij 12. lib. 1.

DECORATE SVPREM. MVNER.) Catull. ad fratris tumulum. *Ut te postremo donarem munere mortis*, quomodo quidam legunt, pro, amoris. Ouid. 3. Elegiar.

*His certè manibus fugientis pressit ocellos
Mater, & in cineres ultima dona dedit.*

Græci quoque γέρας, id est, munus vocant. Virgil. rursum lib. 6. *& fungar inani munere*, loquens de floribus tumulo Marcelli aspergendis.

EVAN. PRIM. AD VRBEM MITTATUR PALL.) Quum generatim loqueretur de mortuis, ne Pallantem quoque aut flammis ibi cremandum, aut humo operiendum putarent, separat eum à cæteris. Regales enim nunquā confusæ sepulturæ iunguntur. Ed accedebat, quodd orbatus filio patre vel mortuum suscipere debuit, si non quiuisset videre victorem. Donatus. * *Legetis. eis ἀνδρῶν. 3. lib. Antholog. Vbi multi commendantur, qui sanguine suo non patriam quidem, sed patria libertatem peperere. Et obseruam hoc verbo parere translationem pulchram. Sic Scipio apud Ennium, Romanæ alloquens. Namque tibi monumenta mei peperere labores. Cic. Tuscul. 5. Tu Vrbes peperisti: tu dissipatos homines in societatem vitæ conuocasti. Sermo est de Philosophia. Idem Epist. lib. 9. nec ea solum memineris, quæ ab aliis magnis viris acceperisti, sed illa etiam quæ ipse ingenio, studioq; peperisti. Ad Brutum. Magna pestis erat depulsa per vos, magna. pop. Rom. macula deleta: Vobis vero parua diuina gloria.*

QVEM NON VIRTVTIS EGENT.) Lucet. pro, abundè magna virtute cumulatam. Ab Ennio sumptum monet Seruius. Sic. lib. 8. *quem non rationis egentem.*

FVN. MERSIT ACERBO) Acerbum funus, est imitaturum, translatio à pomis. Lib. 6. eleganter de infantibus apud inferos,

*Infantumq; anima fletus in limine primo,
Quos dulcis vita exortet, & ab ubere raptos*

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

Hic profectò satis indicauit, cur funus acerbum vocaret. Et quanquam valde acerba infantum, tamen etiam adulescentum (qualis erat Pallas) acerba funera, quia nondum matura. Tibullo immitis mors. *Hic iacet immisi consumptus morte Tibullus.* et si aliter hoc liceat interpretari. ✽

Sic ait illacrymans, recipitq; ad limina gressum:

30 Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior, qui Parrhasio Euandro
Armiger ante fuit: sed non fœlicibus æquè

Tum

Tum comes auspicijs charo datus ibat alumno.
 Circum omnes famulûmq; manus, Troianaq; turba,
 35 Et mœstæ Iliades crinem de more solutæ.
 Vt verò Æneas foribus sese intulit altis,
 INGENTEM GEMITVM TVNSIS AD SIDERA TOLLVNT
 PECTORIBVS: mœstoq; immugit regia luctu.

RECIPITQVE AD LIMINA GRESSVM) MOXVT Æ-A
 neas sepeliendorum curam, & transferendi Pallantis
 sollicitudinē posuit, recipit se ad limina, id est, ad locū,
 in quo iacebat funus, quod seruabat Acetes senior. Hic
 Virgilio fatorum iniquitas displicet: seruabat enim lon-
 geus infelicissimum iuuenis funus: & obierat, qui per
 ætatem prodesse publicis rebus potuit: incolumis ve-
 rō fuerat, qui Euandri comes tor euaserat bella, & E-
 uandri filius iacebat occisus. Sed nec ipsa patris, & filij
 paria esse auspicia potuerant: nam quoties Acete co-
 mite Euander iuit ad bellum, vtrisque toties laurea, tri-
 umphiq; cesserāt: perrexit cū miserimo Pallante, nō
 reducturus incolumem, sed reuersurus cū extincto. O
 dispar pugnandi conditio: ò fortuna diuersis fauoribus
 currens. Alter inter arma, & gladios potest in senium
 durare cum socio, alterius dies vna, & pugna spectauit
 ad mortem. Donatus.

CORPVS VBI EXANIMI POSITVM PALLANT.) Ea-
 dem forma, *Corpus ubi exanimi positum Pallantis*, qua
 suprà lib. 2. *Sic ò sic positum affati, discedite, corpus*: & 4.
sic ut te posita crudelis abessem? Lucret. lib. 3. *Post mor-*
tem fore, ut aut putrescat corpore pæto. κείνον Græci di-
 cunt. Apud quos & τιβέσαι funebre verbum est: vnde
 & ὅπως τελευτήσαντων apud Plat. Polit. A. German.

Mos familiaris fuit, vt post efflatam animam ca-
 dauere cubiculo efferrent, in vestibulo ædium colloca-
 rent ad ianuam. Id proprio verbo dicitur collocatio.
 Hunc morem tangit occultè, vt solet, vates magnus. A-
 deas Lipsium Elect. lib. 1. cap. 6. in quo diligenter præ-
 terea obseruati ritus antiquorum funebres.

PARRHASIO EVANDRO) Arcádico, ab vrbe Ar-
 cadiz Parrha.

IBAT COMES) pro, ierat.

ET MOESTÆ ILIADES CRIN. DE MORE SOL.)
 Serui domini sui casum, & Troianæ matres infelicem
 iuuenem plena miseratione plangebant, sparsis crini-
 bus. Seruius has mulieres fuisse putat ancillas Æneæ:
 omnes quippe matres hoc est, mulieres nobiles, in Si-
 cilia remansisse dixit, excepta Euryali matre: de qua le-
 gimus lib. 9. *Qua te sola puer tantis è matribus ansa Pro-*
sequitur.

Facit mentionem leorsim fæminarum, quia, vt
 ait Sophocles, φιλοκτισον, καὶ συμπαθήσας γυνή. De mo-
 re autem non indocti homines reddunt per illud poe-
 tis familiare, κατὰ κόσμον, licet κατ' εἰωθός aliud videatur.
 German.

VT ÆN. FORIBVS SE INTVLIT ALTE) Naturale
 enim est, vt intermissa lamenta repetantur, cum aliquis
 notus aduenerit. Sic apud Statium, ingressis ducibus
 denuo defletur Archemorus.

— mox ut morientia dignis
*Vultibus Inachij penetrarunt limina reges,
 Ceu nona tunc clades, & primò saucius infans
 Vulnere, lethalisq; irrumperet atria serpens,
 Sic alium ex alio, quanquam lassata, fragorem
 Pectora congeminant, integratq; resultant,
 Accenso clamore foras.*

Seruius.

TVNSIS PECTORIBVS) 2. Æneid. de Troianis fæ-
 minis, quæ Palladi supplicatum ibant. *Suppliciter tristes,
 & tunc pectora palmis.* De Iuturna lib. 12. *Terq; quater-
 que manu pectus percussit honestum.*

Ipse caput niuei fultum Pallantis, & ora,
 40 Vt vidit, leuiq; patens in pectore vulnus
 Cuspide Ausonia, LACRYMIS ITA FATVR OBORTIS.
 Tène, inquit, miserande puer, cum læta veniret,
 • Inuidit fortuna mihi? ne regna videres
 Nostra, neq; ad sedes victor veherere paternas?
 45 Non hæc Euandro de te promissa parenti
 Discedens dederam, cum me complexus euntem
 Mitteret in magnum imperium: metuensq; moneret
 Acres esse viros, cum dura prælia gente.
 Et nunc ille quidem spe multum captus inani,
 50 Fors & vota facit, cumulatq; altaria donis:
 Nos iuuenem exanimum, & nil iam cælestibus vllis
 Debentem, vano mœsti comitamur honore.
 Infelix, nati funus crudele videbis.
 HI NOSTRI REDITVS, EXPECTATIQVE TRIUMPHI:
 55 Hæc mea magna fides. at non Euandre pudendis
 Vulneribus pullum aspicias: nec sospite dirum

Rrr* 3

Opta

Optabis nato funus pater: hei mihi quantum
Præsidium Aufonia, & quantum tu perdis Iule.

IPSE CAPUT NIVEI) Mortui corpus noua arte laudauit: augent enim dolorem, quæ possunt in defuncto laudari. Tantæ, inquit, Pallas pulchritudinis erat, ut cum nec mors deformare valuisset. Non pallescit ille, sed niueus apparebat: quæ res augebat dolorem religiosi viri, quum in vno cæso multa fleret extincta: spem iuuenis, vota patris, & pulchritudinem corporis. Vbi autem penitus, & intimus est dolor, etiam ante verba fluunt lacrymæ. Inde Æneas lacrymis prius obortis factur. Donatus.

Epitheton *nivei*, latè patet, inquit Seruius: referri enim potest & ad candorem pristinæ pulchritudinis: & ad pallorem ex morte venientem: & ad frigus, quod propriè mortuorum est: ut, *corpūq; lacuant frigentis, & ungunt.* * Si ad pallorem referatur, nescio quo pacto quadret comparatio, quæ infra ponitur de viola, & hyacintho: quæ sine dubio poetæ pulchritudinem vultus, quamuis exanimis exprimere voluit. Immo nec si ad candorem referatur, quadrabit, nisi in genere: quia scilicet, candor pulchritudinis est, ut illi flores, quamuis non candidi.

LEVI IN PECTORE) pulchro, puerili, nondum setoso.

TENE INQVIT MIHI) Est iteratio in verbo, inquit: suprà ait, *lacrymis ita satur obortis*: sicut in quinto posuit, & *fidam sic satur ad aurem*, & paulò post sic intulit, *Dic ait*. Sanè sciendum & allocutionem esse talem, qualis illa, ubi defleat Euryalus: nam locis omnibus commouet miserationem, ab ætate, à tempore, à vulnere, à spe parentis. Seruius.

INVIDIT FORTVNA) Ac si diceret, quantum noceret aduersa, quum læta talem intulit casum? Videtur autem dolere: quod queri non potest de fortunæ crudelitate, quæ ei vno, eodemque tempore & tanta contulit beneficia, & tale intulit damnum. Pleno affectu dixit *nostra*, quasi communia esset habiturus cum eo, si illum incolumem fata seruassent. Seruius.

NE REGNA VIDERES NOSTRA) Quid sit, cum læta venires fortuna, his verbis declaratur, regnum in Italia scilicet, quod se adepturum Æneas spe præsumebat, confusus tot oraculis. Coniunxit vtrumq; & Creusa lib. 2. fortunam lætam videlicet, & regnum. *Ad terram Hesperiam venies, &c. subiungit, Illic res læta, regnūq; & regia coniux Partia tibi.* *

NON HÆC EVAND. DED. PROMISSA) De promissis suis, quæ Euander dederit, κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus: nam abscedens nusquam Euandrum est allocutus. Seruius.

SPE CAPT. INANI) Cum sperat vnusquisq; quod non est, vel optat incolumem, quem morte constat oppressum, hæc spes inanis est. Donatus.

FORS ET VOTA FACIT) Aliter legitur *forset, & forset* coniunctim, ac melius quidem, quod nec Seruius dissimulat. Lucret. etiam lib. 6. de Nilo sic ait. *Forset & Ethiopum penitus de montibus altis Crescat.* Dicitur autem *forset*, quasi fors sit, quemadmodum dixit in Hecyra Terentius, *forset suat pol.* Canterus lib. 4. cap. 8. Adde, *forset* est fortasse, sicut & fors, Prisciano teste.

CVMVLATQVE ALTARIA DONIS) Lib. 5. *strueremq; suis altaria donis.* Sæpius vocantur dona, quæ dijs offeruntur. Aliquando etiam munera. lib. 9. *Ipse tibi ad sua templa feram sollempnia dona.* Penelope Vlyssi. *Grata ferunt nympha pro saluis dona maritis.*

NIIL IAM CÆL. DEBENT.) Qui viuunt, obnoxij sunt superis dijs, mortui extra eorum conditionem sunt, &

in aliorum ius, conditionemque concedunt: qui autem alicui obnoxius est, qui alicuius imperio paret, is ei aliquid debet. Ex eo Maro nihil debentem cælestibus cū scripsit, mortuum intellexit. Turneb. lib. 5. cap. 7. Sophocles Aiace.

Ἀγαν γὰρ λυπεῖς, ὃ κατόρθ' ἐγὼ δούω
ὧς ὅδ' ἐν ἀρκείῃ οἴμ' ὀφθαλμοῖς ἐτι.

Virgilij locus tantam habet cum Sophocleis versibus similitudinem, ut non sine causâ existimari possit, illos æmulatus esse Vrsin.

VANO COMITAMVR HONORE) Vano honore, inani, quantum ad mortuos pertinet: nā talia de mortuis sunt ad solatium superstitum, ut est apud Cicero- nem in Catone maiore: Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum, & lamentis vacare: vult, credo, se esse charum suis. Ita Seruius.

Vano, inquit German. quod eo in vitam desiderati mortui reuocari non possunt. Neque enim conueniret personæ, & pietati Æneæ, extremum illum honorem, cuius se studiosissimum ubique ostendit, eludere, & eleuare, cum præsertim nuper admodum à Palinuro, & inferis didicerit, quanta cura, & ratio sepulturæ habenda sit. Non potuit itaque κατ' ἐν παραπλήσις poeta à se ipso dissidentem inducere Æneam: quamuis & supra lib. 6. iusta, inferiasque aspiciens Maro, *fungar inani munere*, cum eadem, qua hic sententia dixerit, &c.

INFELIX NATI FVNVS CRVD. VIDEB.) Apostrophe ad Euandrum, cuius vicem dolet, qui pro victore, & triumphante crudeli vulnere extinctum recepturus est.

HI NOSTRI REDITVS) tale est, ut, *manibusq; meis Mezentius hic est.* Ερριχίδης in semetipsum, qui spe sua tantopere frustratus sit. Talis est illa Turni oratio in alium, siue magis est sarcasmus, lib. 12.

Εν αγρῶ, & quam bello, Troiane, πετίσθι
Hesperiam metire iacens. hæc præmia qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic mania condunt. *
HÆC MBA MAGNA FIDES) κατὰ τὸ σιωπώμενον,

quam de Pallantis reditu promiserat patri.

PVDENDIS VVLNERIBVS) Pudenda vulnera sunt, in tergo accepta, ut sit fugientibus. De his vulneribus doctè German. Sic & Epig. libr. 3. ὃ γὰρ μὴ τῶτα τυ-
πὴς δάνει. Et semper auerla, posticaque vulnera poetæ turpitudini, ignauiaque tribuerunt: ut Homerus Iliad. 1. Idomeneus Merionæ fortitudinem laudat,

Εἰ περ γὰρ καὶ βλεῖο πονέμεναι, καὶ τυπῆς,
Οὐκ ἂν ἐν ἀνδρῶν ὀπίθε πύθοι βέλῳ, ὅλ' ἐν τῶτῳ,
Ἀλλὰ κεν ἢ σέριον, ἢ νηδύ' ἀντιείκεις,
Πρόσω ἱεμένοιο μετὰ περὶ μάχῃς δαείσιν.

Etq; solatio Hecuba Iliad. 6. mitigabat suum, Priami- que de morte Hectoris dolorem.

... ἐπεὶ δ' ἡ κακίστην γὰρ καλῆτα,
Ἀλλὰ περὶ Τρώων, καὶ Τρωάδων βαθυκόλπων
Ἐστὶν ὅτε φίλον μνηστήμον, ὅτ' ἀλίστην.

Celebrantur item passim περὶ δια τεύματα a poetis.

Atque ut hæc, auerla, inquam, vulnera pudenda, & ignominiosa: sic illa gloriosa, quæ a duerla accipiuntur, & in quæ proni cadunt, qui vulnerantur: illa, quoniam timoris, & fugæ: hæc, quoniam fortitudinis argumentum sunt. Iocus Augusti apud Macrobi. lib. Saturnal. 1. cap. 4. in eum, qui saxo in expeditione percussus, ac notabili cicatrice in fronte deformatus, nimium sua

opera

opera iactabat: at tu, inquit, cum fugies, nunquam post te respexeris. Contra laus L. Sicinij Dentati, præter alias plurimas, quadraginta quinque cicatricibus aduerso corpore, nulla in tergo insignem fuisse. Plin. lib. 7. cap. 28. Valer. lib. 3. cap. 2. Lege item epitaphium Tit. *airspius* in Thrasybulum Lacedæmonium, qui septem ab Argiuis vulnera, omnia aduersa, nullum auersum accepit. Iustinus de Atheniensibus victis à Macedonibus, lib. 9. non tamen immemores pristinae gloriæ cecidere: quippe aduersis vulneribus omnes, loca quæ tuenda à ducibus acceperant, morientes corporibus

A texerunt. De talibus ita est apud Curtium lib. 3. Circa currum Darij iacebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti: omnes in ora proni, sicut dimicantes procubuerant, aduerso corpore vulneribus acceptis.

NEC SOSPITE DIRVM OPT. NATO FVNVS) non optabis sospite dirum funus, id est, ipsi sospiti, est enim enallage casus. Si fuisset vulneratus à tergo, & ita euasisset, tu optares ei quamuis crudelem interitum. Au. ita, nec filio turpiter superstite, tibi mortem optabis.

- Hæc ubi defleuit, tolli miserabile corpus
 60 Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
 Mille viros, qui supremum comitentur honorem,
 Intersintq; patris lacrymis: solatia luctus
 Exigua ingentis, misero sed debita patri.
 Haud segnes alij crates, & molle pheretrum
 65 Arbutis texunt virgis, & vimine querno:
 Extructosq; toros obtentu frondis inumbrant.
 Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt:
 Qualem virgineo demessum pollice florem
 Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,
 70 Cui neq; fulgor adhuc, necdum sua forma recessit:
 Non iam mater alit tellus, viresq; ministrat.
 Tum geminas vestes ostroq; auroq; rigentes
 Extulit Æneas: quas illi læta laborum
 Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
 75 Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
 Harum vnam iuueni, supremum mœstus honorem
 Induit: arsurasq; comas obnubit amictu.

HÆC VBI DEFLEUIT) ubi fletum absoluit. Sicut B debellauit, defunctus est: seu, ubi hæc cum lacrymis dixit.

TOTO LECTOS EX AGMINE MILLE VIROS) Troianos, Tuscos, Arcadas, ut dicit Seruius. Cur tantum adderet comitatum, duæ causæ. Quia id regale funus decebat: quod obsequij genus ideo supremum dicitur, quia postea nullum est. Altera propter solatium, & lacrymas patris, ut aut ipsi dolorem mœrentis lenirent persuasionibus suis: aut ex congregatione tantorum leuaretur animo, intelligens in tanta necessitate bellorum filij sui causam fuisse potiore, propter quam tot lecti fuerant viri: & Æneam saluti propriæ Pallantis obsequia prætulisse: quanquam vniuersum dolorem C seni exhauriri non posse villo solatio crederet. Donatus.

SUPREMVM COMITENT. HONOREM) qui funus deducant, qui quidem defunctorum est honor vltimus.

HAUD SEGNES ALII CRATES) Humanitate simul, & principis Æneæ iussu cogentibus, non erant segnes, & properantes aggrediebantur necessaria. Dicit deinde quomodo pheretrum contexuerint, q. latine capulus dicitur. Vnde ait Plautus, capularis senex, id est, vicinus capulo, qui dictus capulus ab eo, quod corpus capiat. Donat. Seruius.

EXTRUCTOSQVE TOROS) Extructus, est exaggeratus, aggestus, accumulatus. Georg. 1. *Ter pater extructos deiecit fulmine montes*. Lucret. lib. 6.

Scilicet hoc densis sit nubibus, & simul aliis Extructis alijs alias super impete miro.

Rursum. Fulmina gignier è crassis, altæq; putandum est Nubibus extructis. Gifan. in Lucret.

OBTENTV FRONDIS) obtentis frondibus.

AGRESTI SVBLIMEM IN STRAMINE PONVNT) id est, super frondes ponunt: nam hic reddit, quod omiserat supra, dicens, *Extructosq; toros*, nec addēs, vnde. Seruius.

VIRG. DEMESSVM POLLICE FLOREM) Simile illud Propertij lib. 1. *lilia, Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungui*. Et Catulli. *Idem cum tenui carptus defloris ungui*. Eunt sæpe in comparationes has, reciprocasq; metaphoras poetæ, ab hominibus scilicet ad herbas, floresq; & contra: vnde & pubescere plantas dicunt, florere, & deflorescere homines: quemadmodum & Adonidis horti ab ipsis effæta, fugientesque illecebræ dicuntur, ab Adonidis Assyrij adolescentis morte præmatura, &c. German.

De digitis, quoniam nata est occasio, disputemus. Pollex dicitur, quod præ ceteris digitis polleat. Nomina autem digitorum sunt, primus pollex, secundus index, qui & salutaris, tertius medius, infamis, seu famosus, impudicus, quartus medicus, & annularis, quintus minimus, & auricularis. Politian. cap. 62. Quid porro sit pollicem premere, pollicem vertere, idem cap. 42. Multa item cognitu præclara de pollice, reliquisq; digitis Alexand. ab Alex. lib. 4. cap. 26. Plin. lib. 11. cap. 43.

Homi-

Hominis digiti articulos habent ternos, pollex binos, & digitis aduersus inuicem flexitur: per se verò in illis, quum porrigitur, crassior cæteris. Huic minimus mensura par est, duo reliqui sibi, inter quos medius longissime protenditur. Hec ille. Cur salutaris dicatur is, qui est à pollice proximus, hæc forsitan sit ratio, quod eum solemus ad mouere ad os, cum silentium ab alio, alijque postulamus: quod ferè facimus in ijs rebus, quas tacitas haberi perutile nobis, aut illis, ac salutare iudicamus. Hoc eum nomine Sueton. afficit in Augusto, dū ait, eum habuisse digitum salutarem sinistræ manus imbecillum. Indicis autem nomen ab indicando accepit. vsus eius est in exprobrando. Vtebatur eo scitè Crassus orator: testis Cicero. 34

LANGVENTIS HYACINTHI) Propert. lib. 4. eleg. 2.

*Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter
Impositus fronti langueat ante mea.*

NON IAM MATER ALIT TELLVS) Bene tellurē matrem vocat. Lucret. lib. 5.

*Linguitur, ut merito maternum nomen adeptus
Terra sit, è terra quoniam sunt cuncta creata.*

Inducitur funus Pallantis retinens adhuc viui hominis speciē. Itaq; iacens in agresti stramine, super herbas agrestes, talem habuit colorem, qualem flos violæ, vel hyacinthi, quum languet abscissus, & quum illi adhuc naturalis permanet fulgor: & tamen vires solitas mater iam denegat terra. Donatus.

Nonne tibi hic in mentem venit, lector optime, illius, Omnis caro fœnnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni: Flos erat Euryalus, flos Pallas: sed morientes deciderunt, elanguerunt, perierunt. Quam facile autem est fœnnum, seu gramen arefcere, florem languescere, tam facile est ex viuo homine mortuum fieri, & omnem eius decorem fœdari, atque cortumpi. *Brenitas vite*, inquit D. Basil. Homil. 5. in Hexaem. *oblectamentumq; prosperitatis humane, atq; hilaritas exiguo tēpore persistens, accommodatissimam est apud prophetam similitudinem sortita. Hodie virens corpore, propter diuinitas obesus, & florente colore pradius, ob ætatis viriditatem lasciuens, vehemens, impetu intolerabilis eras idē ipsemet miserabilis fueris, aut morbo forsan dissolutus, aut tempore, senioq; confectus.* 34

Huius Pallantis corpus Clemente 7. Pontifice Rom. inuentum dicitur à quibusdam, tantæ proceritatis, ut murorum vrbis Romæ pinnas erectum vertice

pertingere posset. Nec verò si huius magnitudinis cadaver effossum credamus, Pallantis id fuisse minus fuerit existimandum, quod Virgil. libro hoc eius corpus exustum fuissem narret, cum satis constare possit illud de Pallantis concrematione *ἡτὰρ πάλαντον* fuisse à poeta prolatum. Lege Magium lib. 1. cap. 4.

VEST. OSTROQVE AVROQVE RIG.) Dicturus Æneam vestem funeri contulisse, dicit eius pretium, & meritum. Has, inquit, fecerat Dido: ecce vnum meritum. Maht sua, & labore proprio, augmentum laudis, ipsa, quæ fuisset regina, & haberet, per quas hoc faceret, fecit tamen Æneæ, quem dilexerat plurimum, ut verū, ac plenum amantis demonstraret affectum. Magnum hinc Pallanti amorē ab Ænea exhibitum ostendit. Donauit ei tanti rem pretij, reginæ manu confectam, donatam sibi ab ea, quæ coniunctionem per merita, & munera roborare cupiebat, cuius laborem operis illa non senserat: fecerat. n. libens, fecerat læta, nō quemadmodum faceret, sed cui faceret cogitans. Tantæ igitur fœminæ tantum munus duarum vestium, cum defuncto diuinit. Donatus.

LÆTA LABORVM) quam laboris non pigeret.

IPSA SVIS QVONDAM MANIBVS) Laustela à donatrice, & artifice. Suprà lib. 4. *dinos quæ munera Dido Fecerat.* Et Homer. Odys. n. *Ὅς ἦ παῖς ἐταῦρον ἰδύοι πατρίδόςσι.* Et Epig. 6. *χαρὸς δὲ ταῖς ἰδέαις ἐξέπνοον χαῖται.* Ipsa, *αὐτὴ*, ut Iliad. 6. *χαίτης ἄμυν αὐτὰς*, hoc est, *αὐτὴν γὰρ.* In hac quoq; significatione à Sophocle Antig. *αὐτόχαρ, αὐτοργός.* Propert. lib. 2. *Sed quas ipse suis fecit Amor manibus.* German. Ornat & ipsa Andromacha ex hoc loco munera sua, quibus donat Ascanium lib. 3. *Accipe & hac, manuum tibi quæ monumenta mearum Sint, puer.*

HARYM VNAM IUVENI) Veteres veste vna corpus inducebant, altera, qua amiciebantur, etiam interdū caput inuoluebant: quo factum est, ut duas vestes mortuo Pallanti iniiciat Æneas, ut vna corpus, altera caput tegatur. Sic & lib. 3. *Purpureis velare comas adopertus amictu.* Et Varro lib. 4. de ling. lat. vestes in indutum, & amictum diuidit. Prius, inquit, de indutu, aut amictu quæ sunt, tangam. Turneb. lib. 5. cap. 7.

OBNUBIT AMICTV) *Obnabit*, velat, translatio à nubibus, quibus tegitur cælum: vnde & nuptiæ dicuntur, quod nubentium corpora velantur. Seruius. Adde. Arnob. lib. 3. *Quod aqua nubit terram, appellatus est, cognominatusq; Neprunus.*

Multaq; præterea Laurentis præmia pugnae

Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci.

80 Addit equos, & tela, quibus spoliauerat hostem.

Vinxerat & post terga manus, quos mitteret vmbis

Inferias, cæso sparsurus sanguine flammæ:

Indutosq; iubet truncos hostilibus armis

Iplos ferre duces, inimicaq; nomina figi.

85 Ducitur infelix æuo confectus Acetes,

Pectora nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora:

Sternitur & toto proiectus corpore terræ.

Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.

Post bellator equus, positus insignibus, Æthon

90 It lacrymans, guttisq; humectat grandibus ora.

Hastam alij, galeamq; ferunt, nam cætera Turnus

Victor

Victor habet. tum mœsta phalanx, Teucriq; sequuntur,
 Tyrrheniq; duces, & versis Arcades armis.
 Postquam omnis longè comitum processerat ordo,
 95 Substitit Æneas, GEMITVQVE HÆC ADDIDIT ALTO.
 Nos alias hinc ad lacrymas, eadem horrida belli
 Fata vocant. salve æternum mihi maxime Palla,
 Æternumq; vale. Nec plura effatus, ad altos
 Tendeat muros, gressumq; in castra ferebat.

LAVRENTIS PRÆMIA PVG.) Plautus quoque præmium, & poenam sæpe coniungit: & sanè utrumque idem est prope, id videlicet, quod hosti, aut victori miles, aut grassator manu eripit. Tibull. eleg. 2. lib. 1.

*Nec finit occurrat quisquam, qui corpora ferro
 Vulneret, aut rapta præmia veste petat.*

Petronius Arbiter. Quid a quis dici formosius potest? in publico tamen manant. Solus ergo amor furtum potius, quam præmium erit? Urbanè furto commisit præmium, quod alterum dolo, clam, alterum vi, palam capitur. Ian. Guillem.

LONGO PRÆDAM IVBET ORDINE DUCI) Cur longo ordine prædam duci iubet? Ne in globum collecta, ambitionem, ac pompam funeris minueret. *Caso sanguine, pro, casorum sanguine, ut supra, Capriusque regi perfundat sanguine flammis.* Duces (puta illius χιλιάρχο, quæ Pallantis funus comitabatur) iubet trophæa portare, præfixis occisorum nominibus. Donat. German.

ADDIT EQVOS, ET TELA) *Cuius equos & tela?* Dicit statim ipsemet poeta, quibus spol. hostem: captiva enim maximè conveniebant pompæ funebri. Donat.

VINXERAT ET POST TERGA MAN.) Æneid. 2. *Ecce manus inuenem interea post terga reuinctum.* Et de Furore lib. 1. *& centum vinctus ahenis Post tergum nodis.* Versum hunc, & sequentem arripit Lactant. lib. 5. cap. 10. ad accusandum Virgilium, qui non consentanea finxerit: etsi etiam hoc exemplo Æneæ proposito, veterum illorum pietatem aliquando fuisse impiam, & iniustam iustitiam videri vult. Quæ nobis, inquit, documenta iustitiæ protulit? (exemplum enim pietatis, & iustitiæ facit Æneam, quo iustior alter Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis, illo versu, *Vinxerat & post terga manus, &c.* Quid potest esse hac pietate demètius, quam mortuis humanas victimas immolare, & ignem cruore hominum tanquam oleo pascere? Sed fortasse hoc non ipsius vitium fuerit, sed poetæ, qui illum insignem pietate virum insigni scelere cœdauit. Vbi est igitur, ô poeta, pietas illa, quam sæpissime laudas? Ecce pius Æneas

— Salmone creatos

*Quattuor hic inuenes, totidem quos educat Vfers,
 Videntes rapit inferias, quas immolet umbris,
 Capriusque regi perfundat sanguine flammis.*

Cur ergo dicebat eodè isto tempore, quo vinctos ipsos homines ad immolationem mittebat, *equidem & vinis concedere vellem*, cum quos viuos haberet in potestate, iuberet occidi? Sed hæc, ut dixi, culpa, nō illius fuit, qui litteras fortasse non didicerat, sed tua: qui cum esse eruditus, ignorasti tamē, quid esset pietas: & illud ipsum, quod nefariè, quod detestabiliter fecit, pietatis esse officium credidisti: videlicet ob hoc vnum pius vocatur, quia patrem dilexit. Hæc Lactant. * *Reliqua recitamus* lib. 10. ibi. Per patrios manes, per spes surgentis Iuli Tē precor, &c. Quid porro dicit Lactant. ad illam pietatem Augusti et-

Aga maiorem anniculum suum Iulium? Quævis quam? Scribunt quidam, trecentos ex deditiis electos (capta Persia) Striusque ordinis, ad aram D. Iulio extructam, Iulius Martius hostiarum more mactatos. Ita Sueton. cap. 15.

INDVTOSQVE IVBET TRVNCOS HOSTIL. ARMIS) De trophæis accipiendum est, de quibus initio explanationum dictum.

INIMICAQVE NOMINA FIGI) Alludit ad Romanum morem, quo constat in funere imperatorum, nomina sub titulis hostium victorum, & gentium prælara, & exhibita fuisse: & Tacitus de pompa funebri Augusti: Tunc consultatum de honoribus, ex quis maximè insignes visi, ut porta triumphali duceretur funus. Gallus. Asinius, ut legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur. German.

DVCIT. INF. ÆVO CONF. ACETES) Nimio dolore debilitatus, & aliàs ætate fellus Acetes incedere nō poterat. Atque viverum dolorem suum indicaret, pectus, & os suum, seu faciem pugnis contuderat. Quin & in terram corruerat omnino præ defectione virium. Hoc ad miserationem fingit poeta, ut alia. Nonius confectum exponit defessum, laudat hunc locum. Item Lucil. lib. 26. Tum doloribus confectum corpus animo obfistere. Cic. 2. Off. Nec me angoribus dedi, quibus essem confectus, nisi iis restitissim.

BELLATOR EQVVS) Bellator equus Græcis πολεμιστής. Et Propert. lib. 4. *Bellicus ex illo fonte bibebat, equus.*

POSITIS INSIGNIBVS) sine ornamentis suis, nudus planè, non instratus

ÆTHON IT LACRYMANS) Superlacionis esse putatur poetica, & extra veritatem longo spatio, tractuque excurrentis, iumentis lacrymas tribuere, quod Homerus facit, Iliad. p. de Achillis equis mortem Patrocli deflentibus. Vide Seruium, & German. Est hoc loco æmulus eius Virgilius. Id tamen in historia scribit Tranquillus, nempe in Iulio, cap. 81. mendacis opinionem æquè reformidans, ac impostoris & plani. Nam ita scribit. Eorum greges, quos in flumine Rubicone traiciendū consecrārat, ac vagos sine custode dimiserat, compertis pertinacissimè pabulo abstinere, vbertimq; flere. Turn. lib. 2. cap. 23. * *De abstinentia pabuli Virgil. quoque Eclog. 5. in qua sub persona Daphnidis, mortem Iulij Caesaris deplorat, nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. De fletu equorum Plin. libro 8. capite 42. Praesagium pugnam, & amissos lugens dominos, lacrymasque interdum desiderio sumunt.*

Sunt autem qui dubitent, an ea sententia dictum sit à poeta, ut equum intelligeret cum ipso cadauere exustum iri: nimirum quod solerent præci cum mortuis ipsis charissima quæque cremare, arma, vestes, canes, equos, instrumenta. Vnde Sophocles in Antig. sub persona Creontis iubet, Εἰ τοιόλαι μὲν, ὅς πόλεως ὑπερμαχῶν ὅλας τῆς δὲ πάντ' ἀεικύνσας δεῖ, τὰ φθ' τε κρύψαι, & τὰ πάντ'.

SSS *

τὰ πάντ' ἀπ' αὐτοῖς. αὐτοῖς αἰετοῖς ἐρχέσθαι καὶ τοὺς νεκροὺς. Alij malunt equum ad comitatum, & pompę ornatum ductum tantummodo, &c. Germ. qui priorem amplectitur sententiam, & ex Lucretio adducit, *Et lacrymis falsis hume-
stant ora, genasque.*

HASTAM ALII, GALEAMQUE) Cur hic Maro præter hastam, galeamque cætera de Pallante spolia Turnum habere dicit, quem paulò antè, in cæde Pallantis, contentum balteo victorem abiisse cecinit? Accedit huic dubitationi altera: cur galeam, hastamque victo hosti Turnus præ thorace, gladio, lorica, & huiusmodi remisit. Ad priorem dixerim, poetam videri posse concisè, & compendiosè expressisse Turnum balteum detraxisse fuso hosti, ut decus, ornamentumque præcipuum, & victoriæ suæ monumentum, cæterasque exuias, minus nobiles, cum balteo tamen à Rutulo ablatas, omisisse: nec in longo ordine manubiarum recensendo commorari voluisse. Ad posteriorem, hastam, galeamque inter armaturam aliam restitutas Pallanti satis congruè: quod prius Turnus heroica virtute à Marone instructus, in victo hoste clementiam ostendit, cum sepulturæ ei honorem concessit, atque ipsum patri funerandum remisit: quem mortuum pro hoste habere hac beneficij gratia defuisse visus non fuisset, & meriti sui laudem diminuisset, si cum militaribus insignibus, familiaribusque spoliasset: ex quibus hasta inter τὰ πλεονεκτηνὰ ὅπλα, & inter φυλακτικὰ galea, locum præcipuum tenere cognoscuntur. German.

VERSIS ARCADES ARMIS) More lugentium, mucronem hastæ, non cuspidem contra terram tenentes. In funere magistratum quia omnia fieri præter morem amant, etiam lictores fasces præferebant inuertos. Tacit. lib. 3. Annal. de funere Germanici. Igitur tribunorum centurionumque humeris cineres portabantur: præcedebant incompta signa, versi fasces. Pede in elegia ad Liuiam.

Quos primum vidi fasces, in funere vidi:

Et vidi versos, indiciumque mali,

Statius 6. Thebaid. *Orbis ducunt insignibus ipsi Graingena regis.* Ovid. Amor. lib. 3. eleg. 8.

Ecce puer Veneris fert eversamque pharetram,

Et fractos arcus, & sine luce facem.

Nec fasces suos solum lictores, sed milites etiam invertebant scuta, & arma, manentque in militia nostra hodie vestigia eius ritus. Adde, quod non indignum monitu, versionem hanc armorum non luctus solum notam fuisse, sed etiam transfugij, & defectionis. Ammianus lib. 26. eumque secuti complures iam gladios quatientes, & pila, ad imperatorem transeunt, cum vexillis scuta peruersa gestantes: quod defectionis signum est apertissimum. Lipsius ad 3. Annal. Taciti. Turneb. lib. 22. cap. 11.

GEMITVQVE HÆC ADDIDIT ALTO) Sentiet vir fortis incommoda, ærumnas, vulnera, & dolebit, & grauius secum agi intelliget, feret tamen non æquo tantum animo, verum etiam magno, atque inuito, quod honestum, quod pulchrum, quod se dignum id iudicet; ac si secus fecerit, turpe, molle, fæmineum esse. Etenim Marius, cum sine illo gemitu secabatur, vincebat quidem dolorem magis, quàm nō sentiebat. Theseus post grauissimos illos labores exhaustos, apud Senecam cō-
quiritur, seque perpetiendis defessum malis testatur.

Sed fessa virtus robore antiquo caret,

Trepidantque gressus. Heu labor quantus fuit,

Phlegethonte ab imo petere longinquum athera.

Pariterque mortem fugere, & Alciden sequi?

Idem quoque mori fert grauius: neque enim vitam odit, ut qui sciat se maximè dignum, qui vitæ ipsius bonis perfruatur, intelligatque honestam sibi materiam, causamque præberi, sæpius utendæ virtutis, viuendo diutius. Qui hoc mihi videtur admirabilior, laudibusque maioribus prosequendus, quod vitæ suę portum per labores, ac pericula in dubijs, atque asperis rebus, in bello denique decus anteponat. Iouian. libro primo de fortitudine.

NOS ALIAS HINC AD LACRYM.) Silius lib. 10. quo loco Paulum Cos. ad Cannas occisum quasi Pallantem, Annibalem quasi Æneam facit.

*Id decus Ansonia, quo fas est ire superbas
Virtute, & factis animas. Tibi gloria letho
Jam parva insigni, nostros fortuna labores
Versat adhuc, casusque inbet nescire futuros.*

SALVE ÆTER. MIHI, ÆTER. VALE) Æternum habet hic vim aduerbij, & significat, semper. Tibull. eleg. 6. lib. 2. *Et æternum sit mihi virginitas.* Longum saluere, longum valere μακρόν χαίρειν dicebant in rebus tristibus. Interpretatur Lucianus. τὸ γὰρ μακρόν χαίρειν, τὸ μακρὸν φερντίνην δηλοῖ. Hoc dictum, longum valere, declarat, nobis non amplius curæ futurum. Cic. ad Att. li. 8. At ille, πᾶσι χαίρειν τῷ καλῷ dicens, cōtulit se Brundisium. Hippolytus apud Euripidem.

Τὴν σὸν δὲ κύπτειν πολλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

Veneri tua multum valere nuntio.

Eodem intellectu dicebant, æternum valere. Catull. *Atque in perpetuum frater aue, atque vale.* Titius lib. 6. cap. 16.

Audire Seruium libet. Varro in libris logistoricis dicit, ideo mortuis *salve*, & *vale* dici: non quod valere, aut salui esse possint: sed quod ab his recedimus, eos nunquam de cætero visuri. [Sic & Charinus, in Mercatore apud Plautum, salutat limina extremum, discedens peregre, & non reuersurum.

• Limen superum, & inferum salve, simul aue, vale:

Hunc hodie postremum extollo mea domo patria pedem.]

Hinc ortum est, ut etiam maledicti significationem interdum *vale* obtineat: ut Terent. *Valeant, qui inter nos dissidium volunt.* Hoc est, ita à nobis discedant, ut nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. Ergo cū mortuo dicitur *vale*, non etymologia consideranda est, sed consuetudo: quod nullis valedicimus, nisi à quibus recedimus. Vide insuper Brisson. Formul. libr. 8. num. 747. & 748.

Sic & à Græcis mortui geminatis vocibus, ἑλε καὶ χαίρειν extremum salutabantur. Iliad. 4. Patrocli funeratione absoluta, Achilles postrema salutatione amicum prosequutus, χαίρει μοι ὃ πάτερ καὶ καὶ εἰν αἰδῶ δόμοισι. Et iugulanda mox Polyxena ad matrem, χαίρ' ὃ τέκνον, χαίρει καὶ σὸν ἀνδρὰ τ' ἐμοί. Laertes quoque Odyss. 6. hac fausta precatatione, & duplicata, ἑλε τε καὶ μίχα χαίρει, δεοὶ δὲ τοὶ ὀλβία δόισιν, Vlysses accepit. Sed & alia est apud poetas huius verbi acceptio, nimirum ad imprecationem vsurpati: ut apud Tibull. lib. 2. *Quisquis abest valeat: fruges lustramus, & agros.* Ibi enim poeta se ambarualis sacri μυσταγωγὸν profiteretur: quod tanta cæremonia peragere aggreditur, ut nemo sodalium sine culpa abesse possit, & tantis sollemnibus deesse: quo fit, ut non antiquam retineam lectionem, sed loco adest, abest reposuerim: neque enim *valeat* bene precando poetæ classici efferre mihi visi sunt. Valeat itaque, hoc est, ipse-
to. German.

Iamque

- 100 Iamq; oratores aderant ex vrbe Latina,
Velatiramis oleæ, veniamq; rogantes:
Corpora, per campos ferro quæ fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ:
NVLVM CVM VICTIS CERTAMEN, ET ÆTHERE CASSIS:
105 Parceret hospitibus quondam, focerisq; vocatis.
Quos bonus Æneas, haud aspernanda precantes,
Prosequitur venia: & verbis hæc insuper addit.
Quæ nam vos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
110 Pacemné exanimis, & Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Nec veni, nisi fata locum, sedemq; dedissent:
Nec bellum cùm gente gero: rex nostra reliquit
Hospitia, & Turni potius se credidit armis.
115 Æquius huic Turno fuerat se oppomere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis.
Vixet, cui vitam deus, aut sua dextra dedisset.
Nuncite, & miseris supponite ciuibus ignem.
120 Dixerat Æneas. olli obstupere silentes:
CONVERSIQVE, OCULOS INTER SE, ATQVE ORA TENEBANT.

IAMQVE ORATORES AD. EX VRBE LAT.) Poeta A
bellici iuris peritus, ut integram, solidamque victoriam
Troianisasserat, & eos campo potitos doceat, inducit
legationem Latinam ad Æneam, quæ ad sepulturam
corpora deposceret à victore, secundum scilicet histo-
ricam fidem, & receptum belli morem, & legem impe-
ratori illi superiores commissæ pugnæ partes adiudi-
cantem, penes quem campi, & sepulturæ potestas re-
mansit. Eurip. *πρὸς λόγους κρείττοι, νεκρῶν σώματα ἑξαυτῶ-
μων*. German.

More Græcorum, factis aliquot dierum induciis,
cadauera ad sepulturam petebantur: itaque sequitur in-
frà, *bis senos pepigere dies*, atque id etiam victi impetra-
bant, quod ex Thucydide percipi potest, qui sæpe *νεκρῶν
ὑποσπόνδους* esse datos refert. Id etiam ex Homero no-
tum. Quod quidem imitatus est Maro. Turneb. lib. 5.
cap. 7.

Ex cap. 20. libr. 2. apud Vegetium cognoscimus
Romanum militem pro humatione suorum fuisse sol-
licitum. Legimus etiam sæpe Græcos, sæpe Romanos
pactum cum hostibus iniisse, de corporibus suorum se-
peliendis. Etiam inducias sepeliendis, vltima cæsis in a-
cie datas memorat Liuius lib. 32. Appianus de bellis Pu-
nicis scriptum reliquit, Afrubalem victos à se Roma-
norum Tribunos, rogatu Scipionis sepeliisse. Insigne
pietatis huius exemplum est apud Cornelium Tacitum.
Romanus exercitus, inquit, sextum post cladis an-
num, trium legionum ossa, nullo noscente, alienas re-
liquias, an suorum humo regeret, omnes, ut cõiunctos,
ut consanguineos, aucta in hostem ira, mœsti simul, ac
offensi condebant. Apud Græcos, ut refert Iustinus lib.
6. deditionis, seu traditæ victoriæ signum fuit, si per præ-
conem corpora interfectorum ad sepulturam posceretur.
Hæc Stuechius ad Vegetium.

Oratores hoc in loco iidem, qui aliàs legati. Sic
Liuius decad. 4. lib. 7. Theij oratores cum infulis, & ve-
lamentis ad Romanos miserunt. Quo vocabulo eos le-
gatos propriè significari cenſeo, qui deprecabundi ve-
niunt, tametsi *πρεσβεις* apud Græcos (vnde hoc latinum
per imitationem mihi ductum videtur) legati dicantur
omnis generis, etiam legati in exercitu. Bud. annotat.
poster. in Pand.

VELATI RAM. OLÆ) *ἱκετείας* significat. Liuius
lib. 29. Quos (sexcentos Cretenses apud Thasymenum
captos, ac dimissos) vbi ex signis, armorumque habitu
cognouere Hippocrates, atque Epicides, ramos oleæ,
ac velamenta alia supplicum porrigentes, orare, ut reci-
perent sese, &c. Putat autem Budæus, eos legatos hoc
vocabulo propriè significari, qui deprecabundi veni-
ant. Adi locum illum in 7. *Preferimus manibus vittas, &
verba precantum*. Consule etiam cap. 11. libr. 2. apud Iu-
nium, de variis supplicandi ritibus apud diuerſas gen-
tes.

TUMULO SVCCEDERE) tumultum subire.

NVL. CVM. V. CERT. ET ÆTHERE CASSIS) Versi-
culus iste *αεγισμαυς* in illos torquetur, qui de mor-
tuis loquuntur malè, aut in eos scriptitant. Quod qui-
dem verat Plin. ep. 1. lib. 9. quæ est ad Maximum. *Sæpe,
inquit, te monui, ut libros, quos vel pro te, vel in Blateram,
immo & pro te, et in illum (ita enim materia cogebat) com-
posuisti, quam maturissimè emitteras: quod nunc precipue,
morte eius audita, & hortor, & moneo. Quamvis enim le-
geris multis, legendosq; dederis, nolo tamen quenquam o-
pinari, defuncto demum inchoatos, quos incolumi eo pere-
gisti. Salua sit tibi constantia fama. Erit autem, si nos tam
æquis, iniquisq; fuerit, non post inimici mortem scribendi
tibi natam esse fiduciam: sed iam paratam editionem, mor-
te præuentam. Simul vitabis illud ὅχι δόσον ὀδινύοις ἰστῶν
ἀνδράσι*

ἀνδρῶν ἐν ἑστῇ ἀσπίδι. Nam quod de vivente scriptum, de A
vivente recitatum est, in defunctum quoque tanquam
vivente adhuc editur, si editur. Carmen istoc, quod
 affertur à Plinio, & extat Odys. X. significat Homerus,
 improbum esse facinus, insultare interfectis, in eosque
 probra iacere: quod nimirum cum Virgiliano carmi-
 ne egregie conspirat, & à Plinio ἀλλήλοισιν, aliò per-
 bellè conuertitur. Chilon malè dictitate mortuis pro-
 hibuit, quod censeret ignavia cuiusdam, eos lingua la-
 cessere, qui iam respondere, seseque defendere non pos-
 sent. Vide proverbum, *Luctari cum larnis.*

QVOS BONVS ÆNEAS) Etiam Philippus Macedo
 devictis Græcis singularem animi moderationem in vi-
 ctoria, quæ sua natura insolens, & superba est, & miram
 clemenciam adhibuit, tamen si callidè potius, quam ex a-
 nimo: tamen pij victoris officium quod esset, docuit. Ius-
 tini verba recitabimus de lib. 9. in quibus etiam Æneas
 noster suis coloribus depingi videtur. Denique non so-
 lita sacra Philippus illa die fecit: non in conuiuio risit:
 non ludos inter epulas adhibuit: non coronas, aut vn-
 guenta sumpsit: & quantum in illo fuit, ita vicit, ut victo-
 rem nemo sentiret. Sed nec regem se Græciæ, sed Ducem
 appellari iussit. Atque ita inter tacitam lætitudinem, & do-
 lorem hostium temperavit, ut neque apud suos exultasse,
 neque apud victos insultasse videretur. Atheniensibus,
 quos passus infestissimos fuerat, & captivos gratis
 remisit: & bello consumptorum corpora sepulture reddidit:
 reliquiasque funerum, ut ad sepulcra maiorum deferrent,
 ultro hortatus est. Hæc Iustin. Imitabilis fanè,
 & ab omnibus laudanda humanitas.

Quum dicit Æneam *bonum*, iam debemus intel-
 ligere non negaturum petita: suadebat quippe etiam ip-
 sius petitionis qualitas, quæ sperni non debuit: sepul-
 tura enim beneficium generaliter debetur vniuersis.
 Quum dicit, *ex verbis hac in super addit*, confirmat illum
 esse admodum bonum: illius enim reuera bonitas est,
 qui & petita præstat, & verbis adhuc cumulat benefi-
 cium, paratus plura, quam postulantur, largiri. Et videtur
 excusare Latinos, dum ait admirans, quæ, id est, quanta,
 & qualis fortuna vos inuitos huic bello inuoluit. Bene-
 uola planè obiurgatio, ita, ut quod delicti ipsorum fuit,
 diceret esse fortunæ. Item. *Pacemné exanimis, & Martis*
forte peremptis Oratis? hic se excusat, ut nō Troianorum
 vitio, sed cōditione belli, quod ipsis auctoribus motum
 est, videatur extincti. Dum ait deinde se etiam viuis vel-
 le pacem cōcedere, latenter arguit eos pertinaciæ, qui
 amplius pugnare cogitent, in quo plus sibi met, quam
 illi nocituri sint. Quod autem se affirmat volentibus fa-
 tis venisse, iterum & se purgat, & illos carpit tacitè, qui
 prohibere, & impedire diuina decreta tentauerint. Pos-
 tea se commēdat illis, dum in vnum Turnum omnem
 belli causam congerit. Qui, si voluit bellum cæde finiri
 (potest enim & pace) debuit in negotio suo ipse discrim-
 en subire, & mecum congregari, non alios suppone-
 re. Ita vixisset, quem aut virtus sua, aut fortunæ volun-
 tas data victoria viuere iussisset. Cremate igitur ciues ve-
 stros miseros, quia aliena culpa perierunt. Donatus,
 Seruius.

EQVID. ET VIVIS CONCEDERE VELLEM) Donatus

Tum lenior, semperque odiis, & crimine Drances

Inferus iuueni Turno, sic ore vicissim

Orsa refert. ô fama ingens, ingentior armis

125 Vir Troiane, QVIBVS CÆLO TE LAVDIBVS ÆQVEM?

IUSTITIÆ NE PRIVS MIRER, BELLINE LABORVM?

legit mallem, quam lectionem si recipimus, omittenda
 erit copulatiua, &. Prope modum talis Æneæ mansue-
 tudo, lenitas, & clementia, qualis Theodosij iunioris,
 qui ab amicis rogatus, cur neminem eorum à quibus
 læderetur, capite multaret, respondit, Vtinam mihi li-
 ceret & mortuos ad vitam reuocare. Talis planè animus,
 qualis etiam Agefilai Lacedæmoniorum regis, qui cum
 apud Corinthum pugnasset feliciter, ac de Spartanis
 pauci, de Corinthiis, Atheniensibus, aliisque sociis per-
 multi occubissent, usque eo non est elatus victoria, ut
 Græciæ vicem ingemisceret, quæ intestino bello tantum
 virorum amisisset, quantum toti barbariæ debellandæ
 sufficere potuisset.

HVIC TVRN. SE OPPONERE MORTI) δυνάμει, *hinc*,
 quasi manu bello cæsos, ibique per campum iacentes
 demonstraret. * *Hoc idem sentiet infra in consilio Drances, a-*
quum videtur, ipsum Turnum cum Ænea congressi, quam, quod ille po-
stulat desiderata puella nuptum, tot milia occidi. Aut si fama mo-
uer, &c. & mox.

Scilicet ut Turno contingat regia coniux,
 Nos animæ viles, infleta, inhumataque turba
 Sternemur campis, &c.

Noceat ut conditionem Turno: quoniam, si alter Achilles sit, vel ipse
 maior etiam, se cum illo confuturum.

Quod si me solum Teucris in certamina poscunt,
 Idque placet, tantumque bonis communibus obsto, &c.

MECVM CONCVRRERE) Docuimus alibi, *concurr-*
ere verbum esse militiæ. Multa exempla Maro suppe-

ditat. VIXIT) Metri necessitas sæpe cogit poetas ad li-
 bertatem quādam in verbis, ut addant, demant, immu-
 tent. Talia sunt apud nostrum præterea extinxem, pro
 extinxissem, direxti, pro direxisti, accessis, pro accessis-
 tis, porgite, pro porrigite, composta, exposta, imposta, fu-
 mat pro fumauit, petit pro petiuit, gubernaculum, cir-
 clus, manipuli, oraculum, &c. Lucret. conflixet, pro con-
 fluxisset, protraxet, pro protraxisset, consumpsit, celsit,
 pro consumpsisse, cessisse.

CVI VITAM DEVS, AVT SVA DEXTRA DEDISSET) quia
 duplici ratione constat victoria, inquit Seruius, aut vir-
 tute, aut voluntate fortunæ, eam quippe nomine dei
 intelligit.

ITE, ET MISERIS SUPPONITE CIVIBVS IGNEM) Ex-
 emplum humanitatis in hostem. Sic Constantinus Ma-
 gnus illacrymauit etiam hostium cadaueribus, eosque se-
 peliri, & spirantes curari iussit. Sigon. de imp. occident.
 Marcellus captis à se Syraculis, Liuius. 25. August. Ciuit.
 lib. 1. cap. 6. Plutarch. in Marcelllo. Valer. lib. 5. cap. 1. Hinc
 pro summa inhumanitate obiecit Ciceroni Antonius,
 quod eius vitrici corpus ad sepulturam dare noluisset,
 Philipp. 2. Concludam hanc Symbolam, si grauius di-
 ctum ab Herodiano adiecero. Humanum est humanis
 casibus ingemiscere: multoque magis misericordiam
 prouocant, quæ oculis vsurpamus.

OBSTP. CONVER. OCULOS ATQVE ORA) Homerus
 Iliad. η. αὖς ἰσθ' ὅ, οἱ δ' αἶμα παύρας ἀνδρῶν ἐγύοντο σιωπῇ.
 Admiratione tantæ lenitatis, cum plus quam optave-
 rant, sese aduerterent consecutos, stupefacti sunt, nec
 reperire valuerunt, quid deberent in responsione com-
 plecti, diu inter se intuentes, quomodo deliberantes se
 sent. Donatus.

Nos

Nos verò hæc patriam grati referemus ad urbem:

Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi. quærat sibi fœdera Turnus.

130 Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaq; subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc: vnoq; omnes eadem ore fremebant.

Bis senos pepigere dies: & pace sequestra
Per sylvas Teucris, mistiq; impunè Latini

135 Errauere iugis: ferro sonat alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad sidera pinus:
Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

TVM SENIOR DRANCES) Ex omnibus legatis, A admirationis stupore defixis, solus Drances, vel quod esset ætate prior cæteris, & exercitior cunctis: vel quod odisset iugiter Turnum: vel propter vtrumque (quod vult poeta) respondet, & arrepta temporis occasione, ea dicit, quæ grauarent eum, quem exolum habebat. *Odijs, & crimine infensus*, crimen vel ad ipsum mer Drancem refer, & intellige inertiam eius, vel ad Turnum, qui tot viris causa mortis extitisset, Donatus, Seruius.

ODIJS ET CRIMINE) Sic odijs, vt quodcumq; posset, cum criminaretur. *Hinc semper Vlyssa Crimini- bus terrere nonis*. lib. 2.

INFENSVS IUVENI TVRNO) Infensus inducitur B Drances homo ignauus Turno, vt ab Homero Ther- sites Agamemnoni 2. Iliad.

ORSA) verba cœpta.

O FAMA INGENS) *Sum pini Æneas fama super athera notus*, lib. 1. Quomodo autem *ingentior armis*? quoniam certiora cum sint quæ videntur, quâ quæ tantum audiuntur, pro maioribus etiam habentur. Aut vult significare Drances, famam re ipsa superari ab Æ- nea, virtute bellica, cuius tamen eiusdem iustitia non vi- detur cedere, vt statim sequitur. ✱

QVIBVS CÆLO TE LAVDIV: ÆQ. cælo, cælitibus, qui degunt æuum in cælo. Tali dubitatione vti cō- sueuimus, cum nos aut propter multitudinem, aut propter magnitudinem alicuius rectè factorum verbis idoneis deficiat laudandum ostendere volumus. Scitè Ifo- crates in Panegyrico. *ὁμοίως γὰρ ὅτι χαλεπὸν, ἰπαινοῦν τὸς ὑπερβληκώτας τὰς τῶν ἄλλων ἀρεταῖς, ὥσπερ τὸς μὲν ἀγαθὸν ποιητικώτας*. Acquæ enim difficile est eos laudare, qui aliorum virtutes superarunt, vt illos, qui nihil præclarigesserunt. Quærat aliquis ab Isocrate, quo id tandem modo? *τοῖς μὲν γὰρ ὅτι ὑπὲρ τοῦ πλείονος, ὥστε δὲ τὸς ἑκείνων ἀρμόττοντες λόγοι*. Nam alteris res desunt, alteris apta verba reperiri non possunt. ✱

IUSTITIÆNE PRIVS MIRER) Disertus fuit orator Drances: cognoscitur id ex multis, in quibus etiam hoc, quod cum laudare vellet Æneam, cuius rebus contra studium Turni vehementer fauebat, mis- sus ad eum legatus à rege Latino, commendauit ipsum præsertim à duabus, quæ requiruntur in vero rege, maximis virtutibus, id est, iustitia, & fortitudine, siue scientia rei militaris. Homerus quoque, quo loco ornavit Sarpedonem mortuum, laudi ipsi dedit, quod iustitia, & viribus liberaret omni malo Lyciam, quam terram ille regebat: ita enim de homine locutus est, veteribus- que ipsius honestè factis.

Ὁς λυκίην ἔρυστο δίκησι τε, ἔθ' ἀνὴρ ὅς, *Iustitia Lyciam qui intabatur, & armis.*

Vetus autem scholion in eo loco citat duos senarios Æschyli, qui grauis, & eruditus tragicus fuerat eiusdem sententia: dixeratque copulam harum duarum rerum esse præter cæteras omnes solidam, ac firmam. Inquit igitur.

Ὅτι γὰρ ἰσχυρὸς συζυγῶσι καὶ δίκη
Πόλις ἐνταυτοῖς πῶς δὲ κατεργάσεται?

Rectè itaque fecit Drances, qui hæc potissimum cele- brauit in eo, quem ferre in cælum volebat. Victor. lib. 38. cap. 3.

Quod ad figuram loquendi attinet, hellenismus est, miror te iustitiam, laborum, subauditur enim, causa: vt illi dicunt *ἐν δαίμονιζω σε τῶν κτημάτων*, &c. subaudi- entes *ἐνικα*. Commendat poeta in persona Drancis Æ- neam à pacis, bellique artibus, memor, vt credo, poli- tiorum, quæ exequens Aristoteles impugnât Spartanâ temp. in eo, quod ciues omnino ad belli, victoriæque cupidinem formaret, & accenderet, non ita ad pacis studia contemperaret: quamuis potiore, magisque necessarium finem: hinc effici contendēs, vt bello qui- dem impigri, & felices Spartani euaderent: nec pacis tamen tempora, nec otium ferre, disciplinarum hone- starum cognitione destituti possent, tumultuari in qui- cte plerumque soliti. Turneb. lib. 5. cap. 3.

SI QVA VIAM DED. PORT.) Si nostræ voluntati fortuna responderit.

QVIN ET FATAL. MVRORE.) Ad id respicit, quod dixerat Æneas, *nec vni, nisi fata locum sedemq; dedit*.

VNOQUE OM. EAD. ORE FREMEB.) Expressum est Homericum istuc Iliad. α. *ἡ πρὸς φήμην ἄχαιοι*. Sic Pla- to. 1. leg. *μὴ δὲ φωνῇ, καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος πάντας συμ- φωνῇ*. Donatus sic. Eadem quæ verbis suis complexus fuerat Drances, quasi vno ore, omnes proficebantur se facturos.

ET PACE SEQUESTRA) Sequestrem, vel seque- strum Modestini. sub. tit. de verbor. significat. cum acce- pit, apud quem plures rem aliquam, de qua controuer- sia est, deposuerunt: ita dictum, quod eius, qui electus sit, vtraque pars fidem sequatur: est enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid deponitur. Hæc auctoritate inducti interpretes, pacē sequestram indu- cias interpretantur, quod mediæ sint inter bellum præ- teritum, & futurum. Ego, quanquam mihi nō omnino hæc sententia displicet, quod pax paucorum, vt duode- cims

cim dierum, & induciæ in eadem pæne causâ, & significatione sint, frigidiusculum tamen existimo, hic pacem ad sequestri instar inter bellum diuersi temporis mediam collocare: nam potius inter altercantes, hoc est, Teucros & Rutulos constituenda fortè fuit: eo exemplo, & ratione, accipere pacem sequestram simpliciter præstiterit intermediam, intercedentem, *μεσσηνικήν*, cuius interuentu impune aduersæ partes, & innocuè rebus suis vacare, & superesse potuerint: vt oratores sequestres accipiunt pro interpretibus, qui iudicijs corrumpendis, aut eiusmodi maleficijs suscipiendis operam suâ locant. Lege cætera apud Germ.

FERRO SONANT ALTA BIPENNI FRAX.) Lib. 10. Silius, postquam Annibal suos in pugna Cannensi occisos cremari iussit.

innum mœnura iussa

*Defessi quanquam accelerant, sparsimq; propinquo
Agmine prosternunt lucos, sonat alta bipenni
Frondosi: sylua alta ingis: hinc ornus, & alta
Populus alba coma validis accisa lacertis
Scinditur: hinc ilex proanorum condita saclo.*

Denolunt quercus, & amantem littora pinum, &c.

Græci solent interdû duo substantiua coniungere, quorum alterum pro adiectiuo accipitur, vt *πρωμήνη*, in nauibus puppibus, pro postremis nauibus: hoc est, partibus nauium. Id imitantur Latini vates, quod etiam monuimus lib. 1. ibi, laticemque Lyæum. Hic ergo *ferro bipenni*, pro ferro vtrinque acuto. Definitio casualis securis ipsius. Nā pinna inter cætera dicitur, quidquid acutum est. Videndus Eustathius in 2. Iliad. Leuiter interpretes hæc, atque alia id genus attingunt, quæ tamen, vt aiunt, Delio natatore opus habere videntur. Hartung. Decuria 3. cap. 6. *Ferrum bipenne* Græcis est *αἰθρὴς ἀμφοτέρω*, ἢ ἀμφοτέρω. Cæsar autem castrensi verbo lignari, & materiari dicit. *ξύλοισιν*, & *ύλοτομοῖν*. German.

ACTAS AD SIDERA PINVS) Inter arbores, quæ

Acelsius caput efferunt, vt loquitur 1. Eclog. est etiam pinus.

ET OLENTIEM SCINDERE CEDRYM) Cedrum, non solum propter gratum odorem, verum etiam, vt indicium sit, perpetuam seos famam meruisse, qui punyantes pro patria vitam profuderint.

De cedro subscribemus verba Victorij ex lib. 38. c. 1. Narrat Virgilius, Troianos inducijs factis cum Latino rege liberè lignatum profectos: in materia verò, quam exponit eos tunc cecidisse, numerat cedros, quæ tamen arbos in hac terra nostra non nascitur. Quærendum igitur quomodo hoc probari possit: vitio enim datur poetis, fingere aliquid, quod à vero alienum sit, nec respondeat naturæ illarum rerum, quas tangunt: decet enim poemâ integrum esse, & ab omni macula vacuum. Quis autem nescit, in simulatum eundem esse, quod fecit ceruos in Africa, ab Ænea sagittis fixos: cū tamen in ea parte, in quam venerat, bellua illa non reperiatur. Existimo igitur, simile hoc superioris huius, quod nunc ostendit, esse. Et sanè nonnulla huiuscemodi peccata inueniuntur apud laudatos etiam poetas: ita namque cupidi sunt illi ornamentorum, vt non caueant, neque reformident magnopere huiuscemodi culpas. Aut igitur huc confugiendū: aut, cum cedrū appellauit, intellexisse ipsum, ppter similitudinē, iuniperū putandum, quod verius puto. Plinius certè assimsimilem cedro esse inquit. Nam quod addidit poeta, ornare hanc stirpem volens, & naturam ipsius aperire, *olentem*, congruit etiam hoc mirificè huic frequenti in hac tellure stirpi: suauitate enim odoris, folijs, baccis, vt alijs rebus valde similis ipsa cedro est, etsi vincitur ab ipsa bonitate huius naturalis dotis. Huic simile est illud eiusdem è Georg, *Sepe etiam cursu timidos agitabis onagros*. Neque enim onagri vlli in Italia, quibus populis videretur ille artem agri colendi, & pascendi tradere voluisse, neque in vicinis etiam regionibus, &c.

- 140 ET IAM FAMA VOLANS TANTI PRÆVNITIA LVCTVS,
Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complet,
Quæ modò victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere: & de more vetusto
Funereas rapuere faces. lucet via longo
Ordine flammæ, & latè discriminat agros.
145 Contrà turba Phrygum veniens plangentia iungit
Agmina. quæ postquam matres succedere tectis
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus urbem.
At non Euandrum potis est vis vlla tenere:
Sed venit in medio pheretro Pallante reposito
150 Procumbit super, atq; hæret lacrymansq; , gemensq; :
ET VIA VIX TANDEM VOCI LAXATA DOLORE EST.

ET IAM FAMA VOLANS) Lib. 9.

*Interea panidam volans pennata per urbem
Nuntia fama ruit, matrisq; allabitur aures.*

Narratione aliquantū interrupta, ad funus Pallantis regreditur, ostenditque quanto cum luctu, & priuato, & publico, præsertim ab Euandro parente acceptū sit. Hectori respondet Pallas, Priamo Euander. Nam & ille apud Homerum acerbè filij mortem luget.

Quum Troiani, Latiniq; hæc agerent, iam mortem Pallantis ad Euandrum, atque eius domos, & totā

Urbem fama, nuntiusque pertuxerat, occisum esse afferens Pallantem, quæ fama paulò ante ferebat apud Latium esse victorem. Quam grauis luctus fuerat accipiendus de eo, cuius ante momentum victoriæ nuntiabantur, & gloriæ? Egregia moralitas seruata hoc loco. Namque, vt sit, feralis nuntius ad aures Euandri primò peruenit: dehinc ad domos eius: postremò ad omnem ciuitatem. Insuperato igitur malo commoti, sic festinabant cadaueri obuiam ire, vt non ambulare iam, sed ruerent ad portas urbis, ac funereas fates de more (per noctem enim cadauera efferebantur cum faculis) rap-

ptim

ptim ferrent, & ordinē longo vnam terræ faciem in-
teriectis facibus quasi in partes diuiderent. Donatus.

ORDINE FLAMMARVM) funium accensorum, siue
ardentium, quibus pheretro processerāt obuiam, à qui-
bus funalibus etiam funus deduci volunt Grāmatici.

TVRBA PHRYGV M PLANG. IVNGIT AGMINA)
plangebant oppidani, plangebant qui funus comita-
bantur, non tantum Phryges, sed etiam Tusci, & Arca-
des, qui cum Pallante abierant. Auxit autem plango-
res istos fœminarum quoque planctus. Magna utriusque
spes, magnum præsidium perierat. Vnicus hæres, & tā-
tæ indolis. Quod nunc & Pallantæ, & Troianæ res niti
poterunt? ✽

INCENDVNT CLAMOR. VRBEM) Quomodo hic B
clamoribus incendunt urbem, sic suprâ, *clamore incen-
dunt calum Troesq̃, Latiniq̃*, id est, implent, ut exponit
Serdius. Translatio est à re militari, ibi enim ignibus
coniectis, vrbes, & oppida inflammantur.

AT NON EVAND. POTIS EST) Cum grauitè lu-
gerent cæteri mortem Pallantis, an non grauissimè de-
buit pater, cui ille erat vnicus? Apud Plautum in Capti-
nis Hegio senex ad Ergasilum parasitū de filio suo Phi-
lopolemo captiuo.

*Alienus cum eius incommodum tam agre feras,
Quid me patrem par facere est, cui ille fuit vnicus?*

Proinde non illum ætatis imbecillitas, non personæ re-
giz dignitas retinebat, quin per medios accurreret: re-
positoque pheretro, Pallante super procumbit, hinc-

Animus ordo est verborum, id est, super corpus eius se pro-
ijcit, & in questum ac lamentationem miserabilem do-
lore vix etiam voci concedente erumpit. Pro Pallante
quidam legunt Pallanta, ut nulla sit opus enallage ca-
sus, quam faciunt alij, dicentes positum esse Pallante
pro Pallantis. Perquam similis affectus est matris Eu-
ryali lib. 9. ubi filium ab hostibus interemptum didicit.

*Nuntia fama ruit, matrisq̃ allabitur aures
Euryali: ac subito misera calor ossa reliquit:
Excussimanihus radij, renolutaq̃ pensa.
Euolat infelix, & famineo ululatu,
Scissa comam, muros amens, atq̃ agmina cursu
Prima petit, &c. ✽*

ET VIA VIX TAND. VOÇI) Bene vix tandem via
laxata voci: solemus siquidem in grauissimis doloribus
obmutescere: ut apud Sophoclem in Antig. Eurydice
nuntio accepto de nece Æmonis filij, silentio obruta,
& præfocata inducitur. Talis cum voce præ dolore in-
terclusa Andromaches apud Maronem lib. 3. elegans
expressio.

*— magnis exterrita monstis
Dirigit visu in medio, calor ossa reliquit.
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur.*

Plura apud German. Ouid. Et pariter vocem, lacrymasq̃
introrsus obortas Denoras ipse dolor. Propter æternum in
luctu silentium, Cicero credit poetæ finxisse Nioben
conuersam in saxum. Lib. 12. de Turno, *Vi primum fari
potuit, sic incipit ore.* Nempe vix illi præ ira laxata est vox,
sicut Euandro vix præ dolore.

Non hæc ô Palla dederas promissa parenti,
Cautius ut sæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
155 Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuenis miseræ, belliq̃; propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
Vota precesq̃; meæ: tuq̃; ô sanctissima coniux
Fælix morte tua, neq̃; in hunc seruata dolorem.
160 Contrà ego viuendo vici mea fata, superstes
Restarem ut genitor, Troum locia arma secutum
Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem:
Atq̃; hæc pompa domum me, non Pallanta referret.

NON HÆC DED. PROMISSA) Sinon, pro
nonné accipi potest, tum per interrogationem legendi
primi duo versus. Potest autem, ut Seruius quoque in-
dicat. Sensus est planus, Pallantem discedentem pro-
misisse patri, & iussisse illum esse bono animo, nihil se
temere, & incautè facturum: quod eum non seruasse,
& incitatum dulcedine gloriæ maiora viribus ausum,
modò conqueritur senex. Sciebam quid posset rerum
nouitas, & in experta pericula quemadmodum decipi-
ant rudes, exemplis præcedentibus noueram. Solam
gloriæ viam tractant, & solo laudis amore raptantur.
Cumque sic aguntur improvidi, discrimina incognita
vitare non possunt. O duræ primitiæ iuuenis, ô incaf-
sum fux preces meæ, & frustra facta pro eius incolu-
mitate sacrificia. Ex Donato ferè. * *Considera lamentatio-
nes, quas è Padia Cyri, & Plutarchi consolatione ad Apollonium
profert Germanus. Vide item Æges super filio Theſeo apud Catullu
car. de nupt.*

QUANTVM NOVA GLOR. IN ARMIS) De filio
adolescente M. Catonis Censorij, qui à Popilio cum

Legione dimissus, tamen amore pugnandi in exercitu
remanlit, Cic. 1. Offic.

PRIMITIÆ IUVENIS MISERÆ) rudimenta mox
vocat. Sententia est, male cessisse iuveni principia, ha-
buisse infelix tyrocinium: causa subiungitur, quia dii
preces pro eo factas audire noluerunt.

NULLI EXAUD. DEOR. VOTA) Pathos ab eo
quod sperauerit. Macrob. lib. 4. Saturnal. cap. vlt.

O SANCTISS. CONIUX) Propter incorruptam ca-
stitatem, ut Macrob. libr. 3. cap. 3. Per apostrophem
prædicat beatam uxorem, quæ ante è vita excesserit,
quam videret tantum malum, ruinam vniuersi generis,
& familiæ suæ.

VIVENDO VICI MEA FATA) quia naturalem or-
dinē vita longiore superavi: est enim naturalis ordo, ut
parentib⁹ sint filij superstitēs. [Sic choron in Andromacha
apud Euripid. de Peleo liberis superstitis. *Δαῖδός τε πεισὺν καὶ Πυρ-
ρὸν τὸν τῶν Τρώων νότον Γερμαν.*] Ipse statim explicat, *superstes
Restarem ut genitor gnato.* Seruius.

Vixisse se sua fata dicit, Lucretij imitatione, cuius
hic est

hic est versus lib. 1. *Multaq; viuendo vitalia vincere scita.* Se autem hic Euander *ὑπέρβροτος* significat. In eandem pæne sententiam Propert. de Nestore, & Antilocholib. 2. eleg. 13.

Nam quò tam dubia seruetur spiritus hora?

Nestoris est visus post tria sæcla cinis.

Si tam longæuam minuisse fata senectæ

Gælicus Iliacis miles in aggeribus:

Non ille Antilochi vidisset corpus humati,

Diceret aut, ô mors, cur mihi sera venis?

Lucan. lib. 2.

— ut miseros tangit sua cura parentes,

Oderuntq; gravis viuacia fata senectæ,

Servatosq; iterum bellis civilibus annos.

* Solent omnes boni, germaniq; parentes optare, atq; adeo precari hoc liberis suis, ut sibi sint superstites. Plaut. *Asinar.*

Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ!

Supersse vitæ, hospitem, & superstitem,

Ita te obtestor.

Cic. 2. de nat. deor. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant,

TROVM SOCIA ARMA SECVTVM OBRVERENT
RVTVL1) Videtur Euander causam suæ calamitatis proferre, hanc nimirum, quod Troianis belli socium sese addiderit. Ex quo cum in Rutulos, ac Latinos peccarit, optat sibi potius, tanquam reo hanc necem, non filio contigisse. Sed non ita est, pugnant enim hæc cum sequentibus, ubi dicit non fœdera cum Troianis facta, sed sortem senectæ suæ huius mali causam esse. Ergo ex hypothese loquitur. Quasi dieat, si peccavi hoc faciendo, tunc vitinam mihi potius quam filio mori contigisset. Omissa autem particula optandi *utinam*, nempe ut diceret, utinam obruerent, vel, ô si obruerent. Sic apud Catull. *Tecum ludere sicut ipsa possem*, pro, utinam possem. Et apud Ouid. *Me quoq; quæ patrem mactasset improbe dextra*, utinam mactasset. Et Tibullum. *Tum mihi vita foret*, utinam foret.

HÆC POMPA DOMVM ME REFERRET) Accuratam pompæ funereæ descriptionem lege apud Alex. lib. 3. cap. 7.

- Nec vos arguerim Teucris, nec fœdera, nec quas
165 Iunximus hospitio dextras: fors ista senectæ
Debita erat nostræ. quod si immatura manebat
Mors natum, cæsis Volscorum millibus ante
Ducentem in Latium Teucros, cecidisse iuuabit.
• Quin ego non alio digner te funere Palla,
170 Quam pius Æneas, & quam magni Phryges, & quam
Tyrreniq; duces, Tyrrenum exercitus omnis.
Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera letho.
Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par ætas, & idem si robur ab annis,
175 Turne. sed infælix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte.
Quod vitam moror inuisam, Pallante perempto,
Dextera causa tua est, Turnum gnatoq; patriq;
Quam debere vides. meritis vacat hic tibi solus,
180 Fortunæq; locus. non vitæ gaudia quæro,
Nec fas: sed gnato manes perferre sub imos.

Nec vos arg. TEVCRI) Exonerat eorum pudorem, ne videantur causa orbitatis fuisse Troiani, dicens, hoc sibi fataliter debitum: & lucrum quodammodo putat impendisse pro amicorum felicitate filiū, qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus: & est a qualitate beneficij solatium. Seruius.

IUNXIMVS HOSP. DEXTRAS) Etiam libro tertio dicit, *Iunximus hospitio dextras, & testa subimus.*

CÆSIS VOLSCOR. MILL. ANTE) Consolatio, seu mitigatio doloris, ab honesta, & gloriosa morte filij. Sequitur mox alia, ab honorificis exequijs, quibus cum Æneas ornaue.

QVIN EGO NON ALIO DIG. TE FVN.) Nihil addam ad pompam funeris tui: nihil enim factum est minus, quam conuenerat fieri. Latenter Æneæ pietas ostenditur, qui in amici funus tanta contulit, ut pater amplius præstare nō posset. Rectè mox in dolorib; suis deformationem inferit Turni, ut quod ille præferebat in sese, hoc iste facta comparatione eleuaret, vel negaret potius. Donatus.

TV QVOQVE NVNC STARES) Quemadmodum isti duces, de quibus ista trophæa præferuntur Pallanti meo. Et est apostrophe ad Turnum, qua non virtute, sed robore validioris ætatis vicisse Turnum affirmat. Ad senilem iactantiam potest referri, quomodo facit Nestor apud Homerum Iliad. 4.

ESSET PAR ÆTAS) vel mea, vel filij, ad vtrumq; enim potest referri, ut vult Sernius. Donatus ad filium refert, hoc sensu. In hoc trophæorum numero etiam tu esses, ô Turne, si ætas filij mei ætati tuæ congruisset, aut robur eius tuo robori membrisque conuenisset.

TEVCROS QVID DEMOROR ARMIS) Dimittendi sunt Troiani, ut morte Turni satisfiat doloribus meis.

QVOD VITAM MOROR INVISAM) Spes Æneæ de tua virtute concepta, quæ Turno perempto, natum, & patrem vlcisci potes, sola me in vitam inuisa mihi propter obitum filij, retinet, ne illam abruptam.

MERITIS VACAT HIC TIBI SOL. FORTVNÆQVE LOCVS) Ordo verborum est. Hic solus locus vacat tibi, id est,

id est, relictus est tibi. *meritis, fortunæq.*, ad merita tua, hoc est, ad egregia facinora tua augenda, siue ad gratiam mihi, filioq.; referendam, & ostendendum, quantum tibi fortuna faueat. Nihil mihi acceptius, nihil tibi for-

A tunatius potes facere, quam si Turnum occidas. *GNATO MANES PERFERRE SVB IMOS*) gaudia scilicet, lato de interfecto Turno nuntio.

- AVRORA INTEREA MISERIS MORTALIBVS ALMAM
EXTVLERAT LVCEM, REFERENS OPERA ATQVE LABORES.
Iam pater Æneas, iam curuo in littore Tarchon
- 185 Constituire pyras: huc corpora quisq; suorum
More tulere patrum, subiectisq; ignibus atris
CONDITVR IN TENEBRAS ALTVM CALIGINE CÆLVM.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
- 190 Lustrauere in equis, vlulatusq; ore dedere.
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma:
IT CÆLO CLAMORQVE VIRVM, CLANGORQVE TVBARVM.
Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Conijciunt igni, galeas, ensesq; decoros,
- 195 Frænaq;, feruentesq; rotas: pars munera nota,
Ipforum clypeos, & non fœlicia tela.
Multa bouum circa mactantur corpora morti:
Setigerosq; fues, raptrasq; ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. tum littore toto
- 200 Ardentes spectant socios, semustaq; seruant
Busta. neq; auelli possunt, nox humida donec
Inuertit cælum stellis fulgentibus aptum.

AVRORA INTEREA MISERIS) Multis locis poeta luscæscientes dies describit, de noctibus tacet, consulens breuitati dictionis, quæ legentibus familiaris est. Orta igitur fuerat lux, alma quidem, hoc est, illustris, & clara, sed importuna hominibus: quoties enim existit, refert opera, & labores, nec finit in otio esse morituros. Don.

MISERIS MORTALIBVS) Miseros mortales quæ aptè, & verè vocet, nemo nescit. Lucret. eodè epitheto vsus est lib. 5. *Pabula dia tulit, miseris mortalibus ampla.* Homerus, ἀλλοῖσι βεβήοισι, quod vel ægris, & miseris mortalibus latinè redditur. Mortales esse miseros, atque ægros, & eorum vitam lamentandam, docent verba Senecæ de consol. ad Polybium, cap. 23. Omnes agetum mortales circumspice. Larga ubiq; flendi, & assidua materia. Alium ad quotidianū opus laboriola egestas vocat. Alium ambitio nunquam quieta sollicitat. Alius diuitias, quas optauerat, metuit, & voto laborat suo, &c. Lacrymæ nobis decurrunt, antequam caussa dolendi.

REFERENS OPERA ATQ. LABORES) Hominem natū esse ad loborem, vt aues ad volandū, aiunt sanctæ litteræ: & in sudore vultus vescendum ei pane suo. Caussam huius mali omnes Christiani nouerunt. Veruntamē reficiendis virib⁹, nocturna respiratio est necessāria. Nox itaq; opera, & labores hominum interrumpit, & quietem corporibus affert: aurora eadem refert, hoc est, ad eadem repetenda compellit.

IAM PAT. ÆNEAS, IAM) Confecta narratione interposita, quæ ad funus Pallantis pertinebat, redit ad ordinatam dispositionem, & cæterorū quoq; describit exequias. Pyra est lignorum congeries. Rogus cum ardere cœperit dicitur. Bustum verò iam exustum vocatur, quē ordinem seruat poeta, dicens: *Constituere pyras. Itē, subiectis ignibus atris Ter circū accensos Decurrere rogos.* I-

tem, *semustaq; seruant Busta.* More patrum ideo dicit, quia apud varias gētes diuersa fuerunt genera sepultura. Tō atris epithetum traxit de negotio, hoc est, funeribus, vt paulo post, *mœstum funeris ignem*, id est, funebre: nam nec ater, nec mœstus esse potest ignis. Et si fortasse etiam ad fumum atrum, qui è viridibus lignis cum igne prodians, cælum quoq; infuscabat, referri potest. Donatus, Seruius. * *Quando capsum, quando desitum sit apud Romanos cremare defunctorum corpora, & quinam ritus gentium fuerint in sepeliendis mortuis, seu de sepultura Varijs generibus, describit Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2.*

CONDIT. IN TENEB. ALT. CALIG. CÆLVM) caligo, ex fumo orta facit, vt cælum sit in tenebris, id est, vt videri non possit, sicut ea quæ tenebris teguntur.

TER CIRCV ACCENS. DECVR. ROG.) In funerib⁹ clarorum virorū decursiones militares fieri solebāt: milites enim suis instructi armis, & tanquam in procinctu, gradu militari, & exercitatione quadā ludicra decurrebant. Tacitus, Princeps ipse, cū legionibus decucurrit. Sueton. in Claud. cap. 1. Ceterum ei exercitus honorarium tumultū excitauit, circa quē deinceps stato die quotannis miles decurreret. Id Virgilius hoc loco est imitatus. Sed læues orbes agere, circumq; in sinistrā decurrere primū solebant: deinde, vt expiarent contagionem funeris, in dextram decurrebant. Papin. libr. 6. *lustrantq; ex more sinistro Orbe rogam.* Dein subiicit.

— hīc luctus abolere, nouisq;

*Funeris auspiciū vates, quanquam omnia sentis
Vera, iubet dextro gyro, & vibrantibus armis
Hac redeant.*

Milites autem cum in armis ordinem seruantes pleno passu incedebant, aut currebant, decurrere dicebantur. Seneca epist. 18. miles in mediā pace decurrit sine vllō hoste, vallum iacit, & superuacuo labore lassatur, vt sufficere

Tte*

ficere

hic est versus lib. 1. *Multaq; viuendo vitalia vincere sa-* A *se sui liberi sibi superstities essent, superstitiosus sunt appellati.*
cla. Se autem hic Euander *ἑταῖρος* significat. In ean-
 dem pæne sententiam Propert. de Nestore, & Antilo-
 cho lib. 2. eleg. 13.

Nam quò tam dubia seruetur spiritus hora?

Nestoris est visus post tria sacra cinis.

Si tam longæuam inuissit fata senectæ

Gallicus Iliacis miles in aggeribus:

Non ille Antilochi vidisset corpus humati,

Diceret aut, ô mors, cur mihi sera venis?

Lucan. lib. 2.

--- ut miseros tangit sua cura parentes,

Oderuntq; granis vinacia fata senectæ,

Sernatosq; iterum bellis civilibus annos.

* Solent omnes boni, germaniq; parentes optare, atq; adeo precari
 hoc liberis suis, ut sibi sint superstities. Plaut. *Asinar.*

Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ

Supersse vitæ, sospitem, & superstitem,

Ita te obtestor.

Cic. 2. de nat. deor. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant,

TROVM SOCIA ARMA SECVTVM OBRVERENT
 RVTVLI) Videtur Euander causam suæ calamitatis
 proferre, hanc nimirum, quod Troianis belli socium
 sese addiderit. Ex quo cum in Rutulos, ac Latinos pec-
 carit, optat sibi potius, tanquam reo hanc necem, non
 filio contigisse. Sed non ita est, pugnant enim hæc
 cum sequentibus, ubi dicit non fœdera cum Troianis
 facta, sed sortem senectæ suæ huius mali causam esse.
 Ergo ex hypothese loquitur. Quasi dicat, si peccavi
 hoc faciendo, tunc vtinam mihi potius quam filio
 mori contigisset. Omissa autem particula optandi *vti-*
nam, nempe vt diceret, vtinam obruerent, vel, ô si
 B obruerent. Sic apud Catull. *Tecum ludere sicut ipsa pos-*
sem, pro, vtinam possem. Et apud Ouid. *Me quoq; qua-*
patrem mactasses improbe dextra, vtinam mactasses. Et
 Tibullum. *Tum mihi vita foret*, vtinam foret.

HÆC POMPA DOMVM ME REFERRET) Accura-
 tam pompæ funereæ descriptionem lege apud Alexab
 Alex. lib. 3. cap. 7.

- Nec vos arguerim Teucris, nec fœdera, nec quas
 165 Iunximus hospitio dextras: fors ista senectæ
 Debita erat nostræ. quod si immatura manebat
 Mors natum, cæsis Volscorum millibus ante
 Ducentem in Latium Teucros, cecidisse iuuabit.
 • Quin ego non alio digner te funere Palla,
 170 Quam pius Æneas, & quam magni Phryges, & quam
 Tyrrheniq; duces, Tyrrhenûm exercitus omnis.
 Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera letho.
 Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis,
 Esset par ætas, & idem si robur ab annis,
 175 Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
 Vadite, & hæc memores regi mandata referte.
 Quod vitam moror inuisam, Pallante perempto,
 Dextera causa tua est, Turnum gnatoq; patriq;
 Quam debere vides. meritis vacat hic tibi solus,
 180 Fortunæq; locus. non vitæ gaudia quæro,
 Nec fas: sed gnato manes perferre sub imos.

Nec vos ARG. TEVCRI) Exonerat eorum pудо- C
 rem, ne videantur causa orbitatis fuisse Troiani, di-
 cens, hoc sibi fataliter debitum: & lucrum quodam-
 modo putat impendisse pro amicorum fœlicitate filiû,
 qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus: & est
 a qualitate beneficij solatium. Seruius.

IUNXIMVS HOSP. DEXTRAS) Etiam libro tertio
 dicit, *Iungimus hospitio dextras, & tella subimus.*

CÆSIS VOLSCOR. MILL. ANTE) Consolatio, seu
 mitigatio doloris, ab honesta, & gloriosa morte filij. Se-
 quitur mox alia, ab honorificis exequijs, quibus cum
 Æneas ornaue.

QVIN EGO NON ALIO DIG. TE FVM.) Nihil ad-
 dam ad pompam functis tui: nihil enim factum est mi-
 nus, quam conuenerat fieri. Latenter Æneæ pietas o- D
 stenditur, qui in amici funus tanta contulit, vt pater am-
 plius præstare nō posset. Rectè mox in dolorib; suis de-
 formationem inserit Turni, vt quod ille præferebat in
 sese, hoc iste facta comparatione eleuaret, vel negaret
 potius. Donatus.

TV QVOQVE NVN STARES) Quemadmodum
 isti duces, de quibus ista trophæa præferuntur Pallanti
 meo. Et est apostrophe ad Turnum, qua non virtute,
 sed robore validioris ætatis vicisse Turnum affirmat.
 Ad senilem iactantiam potest referri, quomodo facit
 Nestor apud Homerum Iliad. 4.

ESSET PAR ÆTAS) vel mea, vel filij, ad vtrumq;
 enim potest referri, vt vult Sernius. Donatus ad filium
 refert, hoc sensu. In hoc trophæorum numero etiam
 tu esses, ô Turne, si ætas filij mei ætati tuæ congruisset,
 aut robur eius tuo robori membrisque conuenisset.

TEVCROS QVID DEMOROR ARMIS) Dimi-
 tendi sunt Troiani, vt morte Turni satisfiat doloribus
 meis.

QVOD VITAM MOROR INVISAM) Spes Æneæ
 de tua virtute concepta, quæ Turno perempto, natum,
 & patrem vlcisci potes, sola me in vitam inuisa mihi
 propter obitum filij, retinet, ne illam abruptam.

MERITIS VACAT HIC TIBI SOL. FORTVNÆQVE
 LOCVS) Ordo verborum est. Hic solus locus vacat tibi,
 id est,

id est, relictus est tibi. *meritis, fortunaq;*, ad merita tua, hoc est, ad egregia facinora tua augenda, siue ad gratiam mihi, filioq; referendam, & ostendendum, quantum tibi fortuna faueat. Nihil mihi acceptius, nihil tibi for-

atunatius potes facere, quam si Turnum occidas. *GNATO MANES PERFERRE SVB IMOS*) gaudia scilicet, lato de interfecto Turno nuntio.

- AVRORA INTEREA MISERIS MORTALIBVS ALMAM
EXTVLERAT LVCEM, REFERENS OPERA ATQVE LABORES.
Iam pater Æneas, iam curuo in littore Tarchon
185 Constituere pyras: huc corpora quisq; suorum
More tulere patrum, subiectisq; ignibus atris
CONDITVR IN TENEBRAS ALTVM CALIGINE CÆLVM.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
190 Lustrare in equis, vlulatusq; ore dedere.
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma:
IT CÆLO CLAMORQVE VIRVM, CLANGORQVE TVBARVM.
Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Conijciunt igni, galeas, ensesq; decoros,
195 Frænaq;, feruentesq; rotas: pars munera nota,
Ipforum clypeos, & non fœlicia tela.
Multa bouum circa mactantur corpora morti:
Setigerosq; iues, raptasq; ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. tum littore toto
200 Ardentes spectant socios, semustaq; seruant
Busta. neq; auelli possunt, nox humida donec
Inuertit cælum stellis fulgentibus aptum.

AVRORA INTEREA MISERIS) Multis locis poeta luscenscentes dies describit, de noctibus tacet, consulens breuitati dictionis, quæ legentibus familiaris est. Orta igitur fuerat lux, alma quidem, hoc est, illustris, & clara, sed importuna hominibus: quoties enim existit, refert opera, & labores, nec finit in otio esse morituros. Don.

MISERIS MORTALIBVS) Miseros mortales quâ aptè, & verè vocet, nemo nescit. Lucret. eodè epitheto vsus est lib. 5. *Pabula diu tulit, miseris mortalibus ampla.* Homerus, *μυλῶσι βεβήκοι*, quod vel ægris, vel miseris mortalibus latinè redditur. Mortales esse miseros, atque ægros, & eorum vitam lamentandam, docent verba Senecæ de consolator. ad Polybium, cap. 23. Omnes agetum mortales circumspice. Larga ubiq; flendi, & assidua materia. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat. Alium ambitio nunquam quieta sollicitat. Alius diuitias, quas optauerat, metuit, & voto laborat suo, &c. Lacrymæ nobis deerunt, antequam causa dolendi.

REFERENS OPERA ATQ. LABORES) Hominem natum esse ad laborem, ut aues ad volandum, a sunt sanctæ litteræ: & in sudore vultus vescendum ei pane suo. Causam huius mali omnes Christiani nouerunt. Veruntamen reficiendis virib; nocturna respiratio est necessaria. Nox itaq; opera, & labores hominum interruptit, & quietem corporibus affert: aurora eadem refert, hoc est, ad eadem repetenda compellit.

IAM PAT. ÆNEAS, IAM) Confecta narratione interposita, quæ ad funus Pallantis pertinebat, redit ad ordinatam dispositionem, & cætorum quoq; describit exequias. Pyra est lignorum congeries. Rogus cum ardere cœperit dicitur. Bustum verò iam exustum vocatur, quæ ordinem seruat poeta, dicens: *Constituere pyras. Itē, subiectis ignibus atris Ter circum accensos Decurrere rogos.* I-

tem, *semustaq;, seruant Busta.* More patrum ideo dicit, quia apud varias gentes diuersa fuerunt genera sepulture. Tò atris epithetum traxit de negotio, hoc est, funeribus, ut paulo post, *mœstum funeris ignem*, id est, funebre: nam nec ater, nec mœstus esse potest ignis. Et si fortasse etiam ad fumum atrum, qui è viridibus lignis cum igne prodiens, cælum quoq; infuscabat, referri potest. Donatus, Seruius. *Quando captum, quando desitum sit apud Romanos cremare defunctorum corpora, & qui nam ritus gentium fuerint in sepeliendis mortuis, seu de sepultura Varij generibus, describit Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2.*

CONDIT. IN TENEB. ALT. CALIG. CÆLVM) caligo, ex fumo orta facit, ut cælum sit in tenebris, id est, ut videri non possit, sicut ea quæ tenebris teguntur.

TER CIRCVM ACCENS. DECVR. ROG.) In funeribus clarorum virorum decursiones militares fieri solebāt: milites enim suis instructi armis, & tanquam in procinctu, gradu militari, & exercitatione quadā ludicra decurrebant. Tacitus, Princeps ipse, cū legionibus decucurrit. Sueton. in Claud. cap. 1. Ceterum ei exercitus honorarium tumultum excitauit, circa quæ deinceps statim die quotannis miles decurreret. Id Virgilius hoc loco est imitatus. Sed læues orbes agere, circumq; in sinistram decurrere primum solebant: deinde, ut expiarent contagionem funeris, in dextram decurrebant. Papin. libr. 6. *lustrantq; ex more sinistro Orbe rogam.* Dein subiicit.

— hic luctus abolere, nouiq;

*Funeris auspicium vates, quanquam omnia sentis
Vera, iubet dextro gyro, & vibrantibus armis
Hac redeant.*

Milites autem cum in armis ordinem seruantes pleno passu incedebant, aut currebant, decurrere dicebantur. Seneca epist. 18. miles in mediâ pace decurrit sine villo hoste, vallum iacit, & superuacuo labore lassatur, ut sufficere

Tte*

ficere

ficere necessario possit. Turneb. libr. 5. cap. 8. Vide & A Steuechium ad Vegetij cap. 22. lib. 2.

Lipſius ad 2. Annal. Taciti. Antiquiſſimi inuenti decurſio in funere illuſtrium virorū. Homerus in funere Patrocli, Virgil. Pallantis deſcripſit. [Non Pallantis, ſed Troianorum, vt ipſe cernis. Interpoſitis enim exequijs Pallantis, paternoq; Euandri luſtu, ad intermiſſa reuertitur, de curandis Troianorum cadaueribus, & quid factum ſit, narrat. Eſt ergo hoc Lipſij *μνημονικὸν ἀμείψιμα*, qualia item alijs, & magnis viris interdum contigerunt: ac vereor ne nobis etiā non magnis, multa per hæſce ſymbolas ſimiliter peccare contigerit. Sed memoriola vacillare ait Cicero, *γεγοννὼτας* eſt, mihi autē ſenectus iam ſupra caput eſt.] Liuius Pœnis etiam viſitatum oſtendit lib. 25. in morte Gracchi. Alij ab Annibale, & ea vulgatioꝝ fama eſt, in veſtibuſo primori caſtrorum rogi extructum eſſe: armatum exercitum decurſiſſe cum tripudijs Hiſpanorum, motibusque armorum, & corporum ſuæ cuiq; genti conſuetis. Lucan. lib. 8. *totus ut ignem Proiectus marens exercitus ambiat armis*. Stat. 6. optimè.

*Tunc ſeptem numero turbas (centenus ubiq;
Surgit eques) verſis ducunt inſignibus ipſi
Grauigena reges, luſtrantq; ex more, ſiniſtro
Orbe rogi, & ſtantes inclinant puluere flammas.
Ter curuos egere ſinus, illiſq; telis
Tela ſonant. quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.*

Vide locos Apollonij, Homeri, Calabri, quos producunt German. & Vriſin.

Quid ſit decurrere, docet Liuius lib. 10. de bello Macedon. his verbis. Mos erat, luſtrationis ſacro peracto, decurrere exercitum, & diuiſas biſariam acies cōcurrere ad ſimulacrum pugnae: regij iuuenes duces ei ludicro certamini dati. Gell. lib. 7. Vt in decurſibus ludicris, aut ſimulacris præliorum voluptarijs fieri videmus. Decurſus *κατάδρομος*. Videtur autem poeta reſpicere Græcorum τὸ ἀποξίφισαι, τὸ ἐξορχήσασθαι, ἢ, τὸ ἀπὸ τῶν ξιφισμῶν ἀλγῆσαι, ὅς ἢν ὀρχήσας εἶδεν. Vide Euaſth. Hæc German. Vide etiam Bud. in Pand. pag. 232. catadromus, decurſorium, ad verbum.

IT CÆLO CLAM. VIR.) Homerus ἐς ὕψους ἴτα.

CLANGORQUE TUBARVM) Clangebant ideo tubis, vel quia ante ad tubam deducebantur mortui, vt Seruius, vel quia militaribus viris fiebant exequiæ, vt Donatus vult. Senatoribus patricijs, atque ſummis ducibus, tuba: minoribus, & plebeis exequiali tibia cane-bāt ſitricines, quod ſpectat hoc Virgilij. Et Ouid. 5. de Tristib. eleg. 1. *Tibia funeribus conuenit iſta meis*. Veruntamen, in cuiuſcunque ordinis, & ætatis funeribus tibi-cines, vel tubicines canere ſolitos certum eſt. Vide Tiraquell. in Alex. lib. 3. cap. 7.

HINC ALII SPOLIA OCCISIS DIREPTA) Spolia hoſtium ſimul in rogos iniecta dicit, reſpicitq; Roma-

Nec minus & mileri diuerſa in parte Latini

Innumeras ſtruxere pyras, & corpora partim

205 Multa virūm terræ infodiunt, auectaq; partim

Finitimos tollunt in agros, vrbiq; remittunt.

Cætera, confuſaq; ingentem cædis aceruum,

Nec numero, nec honore cremant, tunc vndiq; vaſti

Certatim crebris collucent ignibus agri.

210 TERTIA LVX GELIDAM CÆLO DIMOVERAT VMBRAM:

Mœrentes altum cinerem, & confuſa ruebant

Oſſa focus, tepidoq; onerabant aggere terræ.

norum conſuetudinem, qui hoſtilia arma, raptasque manubias ſæpe concremare diis ſolebant: quod & Lu-næ matri factū Liuius lib. 45. memorat: vbi doctè Tur-neb. Luæ legendum contendit, quod dea illa à luendo, & expiando dicta eſſet. Calab. lib. 9. Ἀργεῖοι τῇ Τρωῖς ἀποκείμενους ἐν χάρμῃ καὶ οὐκ ἐν πένθει. Sed & antiquam ſuperſtitionem reſpicere videtur, qua veteres chariſſi-ma deſunctionis quæq; ſiue animata, ſiue inanimata pigno-ra rogo funereo iniiciebant. * Adi Ioan. Bernart. in 6. Sta-tij Thebaid. Vbi & hoc ex Laertio, in Socrate, Lino, Velleio, Plinio iunioris anim. aduerſum, cum apud Græcos, tum apud Romanos fu-iſſe morem, vt morituri pulcherrimas veſtes induerent, in quibus morerentur, & cremarentur etiam. De Gallorum moribus diſſe-rens Caſar lib. 6. de bello Gall. Funera ſunt proculſa Gallorum ma-gniſica, & ſumptuoſa: omniaq; qua ſui cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia: ac paulo ſupra hanc memoriā, ſerui, & clientæ, quos ab ijs dilectos eſſe conſtabat, iuſtu funeribus conſecti, ſua cremabantur.

FERVENTESQVE ROTAS) nimio curſu. Georg. 3. *volat vi ſernidus axis* Horat. Ode 1. lib. 1. *metaq; ſerni-dus Enitata rotis*.

PARS MVNERA NOTA IPSORVM CLYPEOS) for-taſſe referri poſſunt ad illud Εὐδὸρον δὴ ἄδω, qualia Heſtoris & Aiæcis: vt de muneribus dictum intelliga-mus, quibus ſe mutuò ante Italicum bellum, vel per pa-cem, induciaſue, finitima, cognatasq; Italiæ gentes, & milites proſecutos fuiſſe veritabile eſſe poteſt: quæ de-miq; in ignem coniecta milites ipſi facile vel in flamma recognoſcerent. Suprà in Miſeni funeratione. *membra toro deſleta reponunt, Purpureaq; ſuper veſta velamina nota*. German.

NON FELICIA TELA) interpretantur Seruius, & Donatus, quia dominorum vitam non defenderunt: ſeu quibus ſe defendere nequieuerunt, quæ ad mortem propulſandam nihil contulerunt.

MVLTABOVM CIRCA MACT. CORP. MORTI) Lacedæmonij etiam Morti tanquam deæ templa conſecrarunt. Teſtis Plutarch. in Cleomede. Hymnus Mor-ti eſt apud Orpheum, qui ei thure ſacrum facit. Mortā præterea vnam ex Parcibus tradidit Cæſelius Vindex, vt Drefert Gellius lib. 3. c. 16. Circa autem ideo, quia, vt Ho-merus dicit in morte Patrocli, circa corpus extincti tā homines, quam pecora immolabantur, & vno igne cre-mabantur. Vnde recitat Seruius.

CÆLVSTELLIS ARDENT. APT.) De cælo ſtella-to Lucret. lib. 6.

*Autumniq; magis ſtellis fulgentibus atra
Concutitur calidæ domus vndiq; totaq; tellus.*

Venuſtè Plin. lib. 2. cap. 5. cæli oculos vocat ſtellas, hæc enim ſunt eius verba. Inde tot ſtellarum collucentium illos oculos. Et Plato in quodam epigrammate in Stel-lam puerum. *Ardentibus* ait, quoniam à quibuſdā cre-dita ſunt naturæ igneæ, vt ſol quoque omnium ſtella-rum dux, & moderator. ✱

- Iam verò in tectis prædiuitis vrbe Latini
 Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.
 215 Hic matres, miseræq; nurus, hic chara sororum
 Pectora mœrentum, pueriq; parentibus orbi,
 Dirum execrantur bellum, Turniq; hymenæos:
 Ipsum armis, ipsumq; iubent decernere ferro,
 Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores.
 220 Ingrauat hæc sæuus Drances, solumq; vocari
 Testatur, solum posci in certamina Turnum.
 Multa simul contrà varijs sententia dictis
 Pro Turno: & magnum reginæ nomen obumbrat:
 Multa virum meritis sustentat fama trophæis.

Nec minus et miseri) A Troianorum sepulchra luctuque funebria ad Latinorum iusta se transfert: quorum clades vt fuit maior, ita operosiores exequiæ, quod nimirum tantus interfectorum numerus commodè concremari non potuit. Vbiq; miseros dicit Latinos, & hic vel maximè: quum eorum curabant exequias, qui in aliena causâ innocentés perierant, ipsi quoque in eadem similiter perituri. Dicendo autem, innumeras pyras struxisse, ostendit multo maiore clade affectos, quam fuerant alterius partis afflicti. Corporum partim eorum terræ mandabant: partim ad finitimos transferebant: qui enim è longinquo venerant, referri non poterant: partim in ipsam urbem, exemplum Æneæ in Pallante imitati auebant. Quos autem exurebant, nec numero, nec honore qui essent, sciri poterat. Ita necesse erat collucere agros. Donatus.

VRBIQVE REMITTUNT) Deest vniciq; & meminit antiquæ consuetudinis: nam ante etiam homines in ciuitate sepeliebantur, quod postea Duellio consule senatus prohibuit. Vnde Imperatores, & Vestales, quia legibus non tenentur, in ciuitate habent sepulchra. Seruius.

CONFUSÆ CADIS) aut quia dixit simul multos crematos: aut, si ad honoratorum cadauera referas, confusæ, propter animalia simul concremata.

RUEBANT) de cineribus eruebant, & tepido aggere terræ, id est, ossa tepida, ὑπαλαγή. Seruius.

IAM VERO IN TECTIS) ὡς ἔσονται ad consilium Latini de pace, & contentionem Turni & Drancis.

Exponit per partes, qualis esset luctus, vel per quales personas cucurrisset. Matres lugebant filios, nurus maritos, sorores germanos, pueri patres. Omnes autem bellum hoc derestabantur cum Turni nuptijs [quæ du-cenda Lauiua quærebat, & quarum causâ ad arma Latinos concitauerat.] quæ nullæ essent, si ille quiescere modò potuisset. Ipsum oportere caput suum discrimini huic opponere, & non sua causâ tot millia pati interfici. Donatus.

DIRVM EXECRANTVR BELLVM) Horat. Ode l. lib. i. bellaq; matribus Detestata.

IPSVMQVE IVB. DECER. FERRO) Veteres dicebant cernere, pro decernere, seu certare. Plaut. Amphit. Pro patria Amphitrino dum cernit cum hostibus. Attius, Primores procerum renocarent nomina, ni esset quis, qui armis secũ vellet cernere. Hinc illa nata sunt, cernere vitam, pro, decernere vita. Lucret. libr. 4. Nauta cum ventis contractum cernere bellum. Lambinus in Plautum.

INGRAVAT HÆC DRANCES) Drances maiorem inuidiam in Turnum concitabat. Sed erant plurimi qui fauerent Turno, idque partim propter egregia facinora, quæ ediderat, multos enim strauerat. Hæc illum obumbrabant, tuebantur, defendebant. Translatio est ab arboribus. Seruius.

SOLVMQVE VOCARI) ab Ænea ad singulare certamen.

SUSTENTAT FAMA) tuetur Turnum, ne inuidiæ, & odio succumbat.

- 225 Hos inter motus medio flagrante tumultu,
 Ecce super mœsti magni Diomedis ab vrbe
 Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
 Tantorum impensis operum: nil dona, nec aurum,
 Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
 230 Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendum.
 Deficit ingenti luctu Rex ipse Latinus.
 Fatalem Æneam manisto numine ferri
 Admonet ira deũ, tumuliq; ante ora recentes.
 Ergo concilium magnum, primosq; suorum
 235 Imperio accitos alta intra limina cogit.
 Olli conuenere, fluuntq; ad regia plenis

Ttt* 2

Tecta

Tectavijs. sedet in medijs & maximus æuo,
Et primus sceptris haud læta fronte Latinus.
Atq; hîc legatos Aetola ex vrbe remissos

240 Quæ referant, fari iubet, & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. TVNC FACTA SILENTIA LINGVIS,
Et Venulus dicto parens, ita farier infit.

ECCE SUPER MOESTI) Ad cumulationem malorum etiam Venulus missus lib. 7. orator ad Diomedem Arpos in Apuliam, re infecta redijt, cui nec donis, nec auro (cuius tanta vis est, & cui parent omnia) nec precibus persuaderi potuerit, ut auxilia mitteret: cum tamen esset Troianorum vetus, & iuratus inimicus. Summa responsionis eius ponitur, nihil sibi fore cum Troianis, quæterent aliunde opem, aut etiam pacem peterent. Ex Donato.

NIHIL OM. ACT. TANTOR. IMP. OPER.) Pyrrhus Epirotarum rex ad Romanos Oratorem misit Syneam, cuius eloquentia testatus est plures se victorias, quam armis suis reportasse. Hunc igitur misit, ut eos oratione, muneribus, blanditijs, pollicitationibusque ad pacis conditiones adduceret, ad quam cum iam inclinarent Romanorum animi, Appius Cæcus ad pristinam eos constantiam reuocauit. Ita legatus re infecta dimissus est: quod pertinet Ennianum carmen ex 5. Annuali. *Orator sine pace redit, regisq; refert rem.* Huc, allusisse Virgil. credit Hieron. Columna.

PACEM TROIANO AB REGE PETENDVM) More Græcorum dictum, petendum, *γενέσθαι εἰρήνην*. Lucretius sapissime sic loquitur, pœnas timendum, *φοβήσθαι τὰ πονέειν*, multa agendum, corpora priuandû, addendû partēs alias. Varro quoq; persæpe in libris de re rustica. Lib. 1. Præfectos alacriores faciendû præmijs. Ibid. Cōmunicandû quoq; cū ijs, quæ faciendā sunt opera. quid multis? nō sit finis, si omnia loca recenseam.

DEFICIT INGENTI LVCTV IPSE) Præclare ipsi Latino dedit maximam partem: in omnibus enim bellis regum est periculum maximum, quoniam ipsorum caussa pugnatur. Considerabat statum imperij sui, spem filia, patris responsa, contra quæ fuerat factum. Inueniebat Æneam reuera diuinis nutibus regi, manifestoque deorum iudicio venisse in Italiam, quod ex tanta cæforum multitudine satis, superque patebat. Visum est igitur deliberare de summa Rep. atque idcirco magnum cogere, ut in re magna, concilium, virosq; prudentia, & auctoritate inter optimates suos eminentes. Donatus.

FATALEM ÆNEAM MANIF. NVM. FERRI) In Italiam venisse Æneam diuino nutu, indicio manifesto esse iram deorum, cuius signum tanta, & recens sociotum cædes.

ERGO CONCIL. MAGNVM. COGIT) Quærit Seruius,

Vidimus ô ciues Diomedem, Argiuaq; castra:

Atq; iter emensi casus superauimus omnes,

245 Contigimusq; manum, qua concidit Iliā tellus.
Ille urbem Argyripam patriæ cognōmine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

POSTQVAM INTROGRESSI, ET CORAM DATA COPIA FANDI,
Munera præferimus, nomen, patriamq; docemus:

250 Qui bellum intulerint, quæ caussa attraxerit Arpos.

VIDIMVS O CIVES DIOMEDEM) Macrobius Satur. lib. 5. cap. 17. Diomede, non Diomedem scripsisse

A malene fecerit poeta, qui senatum cogi facit in priuata domū, cum nō nisi ad publica, & auguratō condita loca conueniri consuerit. Lege responsum, si placet.

FLVNTQ. AD REG. PLEN. TECTA VIIS) Græci quoq; rēnsi eadē metaphora: & Calaber lib. 6. *αὐτὰρ ἀχαιοὶ εἰς ἀγορὴν ἔχοντο καλῶσά μιν μεγάλα.*

SEDET IN MEDIIS) Suprà lib. 1. & Didoni inter suos medium locum dedit, & Ioui in confessu deorum lib. 10. De loci autem inter principes viros dignitate vide Plutarch. Sympol. a. *δῖς τί τῷ τόπων ὁ καλόμενος ὑπατικός ἔχει τιμὴν*, & eundem in Platonicijs Quæstion. *σεβείης, ὑπάτης, καὶ μίσης.* German.

ET MAX. ÆVO, ET PRIMVS SCEPT.) Aetaris prouentu, & dignitate regia venerabilem Latinum facit, eumque tristem sedisse ait, dupliciter ex eius persona affectum concitans. *Primus sceptris* explicat Seruius, primus inter sceptriferos: nā apud maiores, omnes duces cum sceptris ingrediebantur curiam. Aut primus sceptris, ut sit causale, propter sceptrā. Homerus sæpe vocat *σκηπτύχης βασιλῆας.*

ÆTOLA EX VRBE) Ætolam urbem vocat Arpos, quam condiderunt hi, qui ex Ætolia venerunt Græciæ prouincia: vnde Diomedes habuit socios de tribus eius ciuitatibus, quas habet Ætolia, Pleuronem, Olenon, Calydonem. Sic ergo Ætola dixit ex vrbe, ut, *Et tandē Enboicijs Cumarum allabimur oris.* Seruius.

ET RESPONSA REPOSCIT) Mirè responsa reposcit: ante. n. rex solet à legatis vniuersa cognoscere, & sic eos præsentē populo iterū omnia iubet narrare. Vnde est, *Ordine cuncta suo.* nā nihil licet prætermittere. Seruius.

TVNC F. SILENT. LINGVIS) Curiositatis fuit, & regalis reuerentiæ, ut fierent silentia linguis. Etenim quū rex iubet aliquem loqui, eadem iussione cæteris silentium indicit. Accedebat, quod vnusquisq; erat de propria salute sollicitus, quam in communi inclusam videbat, & idcirco silentium præbebat, ut quid sibi spei superesset, posset audire. Donatus.

FARIER INFIT) *Infir* vox Lucretio familiaris, defectiuum est Festo verbum, quod idē esse vult cū incipit Sunt tamen, qui non temere, pro, inquit, accipiant: ut apud Liniū lib. 1. ab vrbe condit. Ibi infit, annum se se tertium, & nonagesimum agere. Nec est, quod quæquam turbet vox duplicata, & repetita eiusdem significati, cum hellenica imitatio sustineri possit, Atticis sæpe, *ἐφ' ὅταν* per pleonasmum iterantibus, &c. Germ.

sus contractus *Διομήδης Διομήδην*. Nos vulgatam scripturam retinemus. Narrat Venulus quibus argumentis Diomedes non solum auxilia negarit, sed bellum quoque dissuasit.

CASVS SVPER. OMNES) Casus omnes, itineris scilicet, ut flumina, latrones: & bene vilitatem singularum rerum generalitate vitauit, ne diceret, flumina, latrones, &c.

QVA CONCIDIT ILIA TELLVS) Pro vrbe Iliā *ἱματικὴς ἱλίας tellus*: nam terra non concidit, sed ciuitas. Fuit autem Diomedes de ciuitate, quæ Argosippion dicitur: de qua Homerus, *ἄργος ἰππόβοτον*. Horat. *Apium dices equis Argos*. Hic in Apulia condidit ciuitatem, quam patriæ suæ nomine Argosippion dixit: quod nomen postea vetustate corruptum est, & factum ut ciuitas Argypa diceretur: quod rursum corruptum Arpos fecit. Huc quadrant verba Strabonis lib. 6. *ἐκλαίτο δὲ ἐξ ἀρχῆς Ἀργὸς ἰππίον· εἴτ' ἀργυείπα· εἴτα τὴν ἀρποι. λέγεται δὲ ἀμφότερα Διομήδης κτίσσειν, καὶ τὸ πείδιον, καὶ ἄλλα πολλὰ δεικνύται τὸ Διομήδης ἐν τούτοις τοῖς τόποις δυναστείας σημεῖα*. Id est. Quæ nunc Arpi, principio Argoshippium, deinde Argypa nominata fuit. Vtramque Diomedes fertur condidisse: campusque, & multa alia extant vestigia, quæ Diomedis in ea regione testetur fuisse dominationem.

De eiusdem Diomedis obitu paulum infra quatuor opiniones recensentur. * *Manu Diomedis concidisse Troiam, quanta laus? Multum enituit Virtus eius eo bello, & non immerito etiam ab ipso Ænea vocatur lib. 1. fortissimus Danaum gentis. Intellegimus dictum per quandam ἀνέκνιν. Verum in epitaphio Achilles de se, Pergama tunc ferro procubere meo, postquam nimirum Hectorem occidit.*

CONDEBAT IAPYG.) Iapygia est pars Apuliæ, in qua est mons Garganus, qui per Calabriam vsque in Adriaticum tenditur pelagus. Lucanus, *Appulus Adriacus exit Garganus in undas*. Gargani autem Iapygis figura est, pro Gargani Iapygij. Et hæc Iapygia Apulia, à qua & Iapix vetus est nominatus. Ita Seruius. Ouid. 14. *Metamorp. ille quidem sub Iapyge maxima Dauuo Mœnia condiderat, dotaliaq; arua tenebat.*

MVNERA PRÆF. NOMEN) Præcedere obsequium, & commoditas munerum debuit, ut secuturus sermo aures Diomedis grater intraret. Dixerunt ergo, qui & vnde essent, & (quod minimè fuerat factum) Troianos sibi bellum intulisse. postremo quid ab eo peterent. Atque hæc singula narrare audientibus, quippe qui iam sciebant, vitiosum fuisset. Donatus.

VENVLVS DICTO PARENS) Lib. 1. *Iamq; ibat dicto parens*. Plaut. *dicto audientem produxisti filiam*.

AVDITIS ILLE HÆC PLACIDO SIC REDDIDIT ORE.

O fortunatæ gentes, Saturnia regna,

Antiqui Aufonij, QUÆ VOS FORTVNA QUIETOS

SOLLICITAT, suadetq; ignota laceffere bella?

255 Quicunque Iliacos ferro violauimus agros
(Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premat ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes,
VEL PRIAMO MISERANDA MANVS. scit triste Mineræ

260 Sidus, & Euboicæ cautes, vltorq; Caphareus.
Militia ex illa diuersum littus adaçti,
Atrides Protei Menelaus ad vsque columnas
Exulat: Ætnæos vidit Cyclopas Vlysses.

O FORTVNATÆ GENTES SATVRNIA REG.) De legatione ista Venuli ad Diomedem pro auxiliis, iisdemque recusatis, & casibus quib. Troia capta obiecti sint Græci, de quibus infra generatim, & sigillatim poeta noster, ita legere est apud Ouid. 14. *Metamorp.* Duxerat autem Diomedes contempta Egiala vxorem aliam, Dauni Iapygiæ regis filiam.

At Venulus frustra profugi Diomedis ad urbem Venerat. Ille quidem sub Iapyge maxima Dauuo Mœnia condiderat, dotaliaq; arua tenebat.

Sed Venulus Turni postquam mandata peregit,

Auxilium petiit: vires Ætolius heros

Excusat, nec se, aut soceri committere pugna

Velle suis populos: aut quos e gente suorum

Armet, habere ullos. nēue hac commenta putetis

(Admonitu quanquam luctus renouentur amari)

Perpetiar memorare tamen. postquam alta cremata est

Ilios, & Danaas pauperunt Pergama flammæ,

Narytimq; heros à virgine virgine raptâ

Quam mernit pomam solus digessit in omnes,

Spargimur, & ventis inimica per aquora rapti,

Fulmina, noctem, imbres, iram calig; marisq;

Perpetimur Danai, cum milumq; Capharea cladiæ,

Nēue morer referens tristis ex ordine casus,

Gracia tum potuit Priamo quoque flenda videri,

Quia satis durum & in humanum fuerat, manum non porrigere pugnaturis supplicibus, causam ipsam voluit tollere, propter quam petebatur auxilium. Cur enim daret, qui suafurus fuerat, non esse pugnandum? In quo se beneuolum docet, cum tutiore consilio errantes reuocat ad salutem, plus collaturus, quam rogabatur præstare. O fortunatæ gentes, inquit, quæ habitatis Saturnia regna: id est, o viri pace semper gaudentes: nam legimus, *Aureaq; ut perhibet, illo sub rege fuere Sacula*. & bene hoc laudat, quod eis persuadere desiderat. O antiqui Aufonij (ab antiquis Aufonibus oriundi, qui enim primi Italiam tenuerunt, Aufones dicti sunt) quibus est amor pacis à maioribus traditus, propter regnum Saturni, quid est, quod contempta quiete cum ignotis bellum mauultis gerere? Donatus, Seruius.

QVICVNQVE ILIACOS, &C. INFAND. P. ORB. SVPLICIA EXPEN.) Homerus Odyss. 7.

Ἄλλος μὲν γὰρ πάντας ὅσοι τρωσὶν πολέμειον,

Πενδόμεδ' ἤχι' ἔλας ἀπώλετο λυγρὸν ὄλεθρον.

Hæc quoque ex eodem libro conuersa sunt.

TTC * 3

H'δ' ὅσα

Ἡ δ' ὅσα καὶ περὶ αὐτὴν μὲν πείσασθαι ἀνάγκη
Μαρτυρεῖται, ἔνθα δ' ἔπειτα κατέκτανεν ὅσοι αἰετοί.

Bellum Troianis illatum à Græcis, vult videri impietatem fuisse, ac proinde pœnas dedisse tanquam sacrilegos, quibus moueri debeant Latini, & ex aliorum malis discere, sibi quod ex vfu sit. Et quia posset euētui adscribi, non deorum iudicio, ait *Quicunque*, vt ostenderet in omnes vindicatum, qui ad Troiam pugnassent. Quā dira autem sint illa supplicia quibus exagitantur, ex eo licet conicere, quod miseresceret vel ipse hostis Priamus.

VEL PRIAMO MISERANDA MANVS) Prouerbiale. Quam sententiam à Pacuio acceptam affirmat Seruius. Ille siquidem, si Priamus adesset, & ipse eius commiseresceret. Ouid. similiter, *Gracia tunc potuit Priamo quodq; flenda videri*. Suidas huiusmodi verba ex auctore quopiam citat. ὥς κατὰ τὴν παροιμίαν, καὶ ἰχθὺν ἐλάσσει διασάμνον τὴν τότε περικείμεναι τῷ ἀνθρώπῳ. Id est, vt iuxta prouerbium etiam miseraturus fuerit hostis, si præsentem vidisset hominis casum. Sic 2. Æneid.

----- quis talia fando

*Myrmydonum, Dolopumque, aut duri miles Vlyssi
Temperet a lacrymis?*

Est igitur prouerbium hyperbolicum, *Vel hosti miserandus*: hostis enim non facile misericordia commouetur. Contrarium, *Quod vel ipse Momus probet*. Chiliad. *. Ad magnitudinem, grauitatemq; calamitatis exprimendam valet, *Vel hosti miserandum*. Ennius *Annali. 5.* Cogebant hostes lacrymantes, vt misererent. Seneca, cladibus nostris daret vel Troia lacrymas. Apud Claudianum *Roma*. Lugenda Getis, & flenda Sueuis Haufimus, ipsa meos horreret Parthia casus. Sic apud Sophoclem *Vlysses*, contemplant *Aiacem*, quem *Minerua* castris euocarat, vt eius miseriam ipse ostenderet, quomodo scilicet emota mentis esset, & insenseret, inuocatur δὲ οὐ Δούριον ἱμῶν, ὑπὸ πτερύγεσσιν. Profectus utique ex quodam sensu humanitatis oratio. Locrensiū legati, quæsti sunt apud Cossicæ à Q. Plemminio Legato. Romanūq; militibus perpeffos, quæ perpeffos Carthaginienses quidem Gelit populus Romanus. Livius lib. 39.

MITTO EA QUÆ MVRIS) Præteritio, qua Græcorum cladem apud Troiam redigit breuiter in memoriam.

QVOS SIMOIS PREM. ILLE VIROS) Lib. 1. *vbitor Simois correpta sub undis Scuta virum, galeasq; & fortia corpora voluit.*

SCIT TRISTE MINER. SIDVS) Incipit iam enumerare per distributionem, quæ summam proposuit, vt ostendat, qui, quæ passi sint, & in quibus locis, vel per quos illis supplicia inflicta sint. Nam cum omnes grauia, & dira pertulerint, hic naufragium, alius exilium, alius adulterium vxoris pertulit. Donatus. * Apud *Didymum* lib. 5. Per idem tempus *Cassandra* deo repleta, multa in *Agamemnonem* aduersa præiūtiat. Insidiam quippe ex occulto, cademq; domi per suos composuit. Præterea diuerso exercitui professionem ad suos incommodat, exitialemq; De reditu Græcorum totum est apud eundem *Didymum* lib. 6.

Quod hic sidus intelligatur, multi quærun: & Seruius quidem videtur aries, qui in Mineruæ est potestate, vt verno tempore vexatas naufragio Græcorum naues, illisq; saxis intelligamus. Sed prope est, vt Solino cap. 17. videatur Arcturus, sic de Caphareo scribenti. Vbi post Ilij excidium Argiuam classem, vel Mineruæ iram, vel, quod certior prodit memoria, sidus Arcturi grauib; affecit casibus. Putem tamen sidus Mineruæ, esse tempestatem à Minerua concitatam, cum sidus ita sæpenumero accipi notum sit. Turneb. libr. 21. cap. 10.

ET EUBOICÆ CAVTES, VLTOR QVÆ CAPHAR.) Quod obscure tetigit Diomedes, suadens legatis Regis Latini, ne bellum susciperent cum Troianis, de naufragio Græcorum apud saxa Capharea (insulæ Euboeæ mons

A est Caphareus) plenius exposuit Chorus apud Euripidem in Helena, cum mala, quæ perpeffi fuerant Græci in ea expeditione, defleret: nec tamen omnino planè, & aperte: neq; enim nomen ponit eius, qui in fraudem traxit Græcos, Græcus & ipse homo, vt vlcisceretur iniustum dolorem, & ipsos graui malo oppressos, tempestatq; iactatos in maius adhuc malum rapuit, falsa spe salutis, cum elegata facula, signum vicini portus ex eo monte daret. Nauplius autem ille fuit, Palamedis pater, qui sic filium vltus est, falso prodicionis crimine à Græcis interfectum, vt relatum est in 2. Æneid. Locus Euripid. est.

Πολλὸς δὲ, πυρρὸς αὖ
Φλογεὶν σέλας ἀμφὶ ῥυτὰν
Εὐβοίαν ἱλ' ἀχαιῶν,
Μονόκωπος ἀνὴρ, πύργους
Καφάρους ἐμβάλων:
Ἀχαιῶν τ' ἐπ' αἰόλῳ ἀκταῖς
Δόλιον ἄετ' ἐξέλαμψας.

Apparet igitur quid valeat apud nostrum poetam *ultor*: nam dedit hoc Virgilius monti, quo quasi instrumento quodam vsus est Nauplius explendi sui doloris, quod calamitosi illius senis proprium erat. Victor. lib. 31. cap. 12.

Vt nihil prorsus remaneat obscuritatis, & plenissimè perspiciatur, quare Capharea montem appellaret ultorem, transcribentur verba Hygini. Sic ille cap. 116. Ilio capto, & diuisa præda, Danaï cum domum redirent, quod sana spoliauerant, & quod *Cassandram* *Ajax* Locrus à signo Palladio abripuerat, tempestate, & flatibus aduersis, ad saxa Capharea naufragium fecerunt, in qua tempestate *Ajax* Locrus fulmine est à *Minerua* ictus, quem fluctus ad saxa illiferunt, vnde *Aiacis* petra dicta fuit. Cæteri noctu, cum fidem deorum implorarent, Nauplius audiuit, sensuq; tempus venisse ad persequendas filij sui Palamedis iniurias. Itaq; tanquam auxilium eis afferret, fascem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta, & locus periculosissimus erat. Illi credentes humanitatis causa id factū, naues eo duxerunt: quo facto, plurimæ earum contractæ sunt, militesq; plurimi cum ducibus tempestate occisi sunt, membraq; eorum cum visceribus ad saxa illisa sunt. Si qui autem potuerunt ad terram enatare, à Nauplio interficiebantur.

DIVERSVM LITVS AD ACTI ATRID. PROTEI COLUM.) Ad huius loci plenam intelligentiam consulendus *Seruius*, & *Herodotus* lib. 1. Ad fines Ægypti eum (Menelaum) peruenisse intelligit, ex eo quod in confiniis columnæ, quæ dirimerent terras, ponerentur. *Pollox* σήλας ἐφορέας vocat. Iterum, καὶ ἡ ἐν ἑσπέρῃ σήλη, dicitur. Cum inter Peloponneses & Iones esset de finibus controuersia, in Isthmo columnam posuere, quæ litem discerneret, regionesque definiret, & terminaret. *Strabo*, καὶ σήλην ἐσσεαι δὴ τὴν συνομιλοῦσαν τὸν περὶ αὐτὸν ἰσθμὸν. *Tuteneb* lib. 5. cap. 8.

Non templa modò, verum & columnæ non sine mystico aliquo intellectu fieri consuevere, aliæ vt firmitudinis, aliæ rei præclarè gestæ, famæque suprâ mortaliū conditionem adusq; cælum attollendæ, aliæ captiuitatis, aliæ profligationis, aliæ opprobrij sint indicia. Antiquiss. fuit per columnam terminum significare, quod columellas in terminis ponere mos fuit. Hinc regionum multarum fines, terminosque columnas appellamus, vt in Hispania Herculis: eo enim vsque & imperium, & labores ille suos extēdisse fertur, &c. *Pierius* lib. 49. in Columna.

EXVLAT) Propriè *exulat*, nam exulare dicuntur, qui extra solum eunt. Sanè sciendum, quia quo tempore *Mene-*

Menelaus it ad Ægyptum, perdidit Canobum gubernatorem : à quo vicina ciuitas nomen accepit, quæ hodie vocatur mutata littera Canopus. Seruius.

ÆTNEOS VIDIT CYCLOP. VLYSS.) De hoc libr. 3. apud nostrum, lib. Odyss. 1. apud Homerum. Ætnæos fratres vocat in 3. Virgil.

- Regna Neoptolemi referam, versosq; penates
 265 Idomenci? Libycou habitantes littore Locros?
 Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuum
 Couiugis infandæ prima inter limina dextra
 Oppetiit, deuicta Asia subsedit adukter.
 Inuidisse deos, patriis vt redditus oris
 270 Coniugium optatum, & pulchram Calydona viderem?
 Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur,
 Et socij amissi petierunt æthera pennis.
 Fluminibusq; vagantur aues (heu dira meorum
 Supplicia) & scopulos lacrymosis vocibus implent.
 275 Hæc adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
 Tempore, cum ferro cælestia corpora demens
 Appetij, & Veneris violauit vulnere dextram.

REGNA NEOPTOL.) regnum Pyrrhi ad alium translatum, ipso iugulato. de Neoptolemo, siue Pyrrho dictum est lib. 3. in illa,

*Ast illum crepta magno inflammatus amore
 Coniugis, & scelerum furis agitat Orestes
 Excipit incantum, patriasq; obtruncat ad aras.*

VERSOSQVE PENATES IDOMENEI) euerfos, seu in aliena iura conuersos. Seruius etiam cum voce regna subaudit euerfa. Idomeneus rex Cretensium in tempestate vouit se sacrificaturum de re, quæ ei primum occurrisset, si reuersus fuisset. Casu ei primò filius vnicus, regni hæres occurrit, quem cum vel immolasset, vel immolare voluisset, ob crudelitatem regno à ciuibus pulsus est. Vnde in 3. *Fama volat, pulsus regnis celsis paternus Idomeneæ ducem.* Alij dicunt, quod abscedens cuidam suum commendauerat regnum, qui per eius absentiam occupauit imperium, & reuersum pepulit. Ergo *versos penates*, aut euerfos, & funditus direptos accipiendum est, aut certe in aliena iura conuersos. Seruius.

LIBYCOVE HABITANT. LITTORE LOCROS) Locri socij Aiæcis Oilei fuerunt, Epizephyrij, & Ozoli: sed hi tempestate diuisi sunt, adeo vt Epizephyrij tenerent Brutios, de quibus ait in 3. *Hic & Narytij posuerunt mania Locri:* Ozoli verò deferrentur Pentapolim, de quibus nunc queritur dicens, *Libycou habitantes littore Locros.* Seruius.

CONIUGIS INFANDÆ PRIM. INT. & IM.) Respicit Maro locum illum Homeri, Odyss. 1. quo explicatur ratio, modusq; submissi à Clytæmnestra in Agamemnonem adulteri, & percussoris, his verbis.

*Ἀλλὰ μοι αἰγισθὸν τένας θανάτῳ τε, μὲν τε
 Ἐκτα σὺν ὑλομένη ἀλδρὶ οἰκονδὲ καλέσσαι,
 Διηπίσσαι, ὡς τίς τε κατέκτανε βῆν ὅττι φάτῃ.*

German.

Prima inter limina, prima die, qua domus suæ limen ingressus, consilio Ægypthi ab vxore vestem accepit, clauso capite, qua implicatus, adulteri manibus interijt. Seruius.

Porro hoc ipsum ei Cassandra prædixerat, vt supra meminimus. Lege Dictum lib. 6. Vide tragedias Æschyli, Senecæ Agamemnonem, & Electræ Sophoclis. De eius reditu, & exitu Velleius lib. 1. in hæc verba. At

B rex regum Agamemnon tempestate in Cretam insulam reiectus, tres ibi vrbes statuit, duas à patriæ nomine, vnam à victoriæ memoria, Mycenæ, Tegeam, Pergamum. Idem mox scelere patruelis fratris Ægypthi, hæreditarium exercentis odium in eum, & facinore vxoris oppressus occiditur.

DEVICTA ASIA SUBSEDIIT ADULT.) Subessor dicitur, qui clam domi subsidet, insidiaturq; ad adulterium obeundum. Valer. lib. 2. cap. 1. nulli enim tunc subessores alienorum matrimoniorum occulti meruebantur. Idem lib. 7. cap. 2. garrula socrus lingua, subessor alieni matrimonij. Significat ergo Maro, subessorem non defuisse Agamemnoni adulteriorum vindici. Subsedit igitur, est, clam substitit, & in insidiis ad stuprum delituit.

Quod si, *deuictam Asiam subsedit adulter*, legas (quod in quibusdam exemplaribus extare Seruius refert) sententia erit, victorem Asiæ excepit insidiis, & interfecit adulter. Nam & subesse dicuntur hostium doli, in insidiis subsidentium. Sic locutus est Marcellinus lib. 28. vt & ita legisse videatur. Subsident alij curiosos homines, senes, aut iuuenes, orbos, vel cælibes. Turneb. lib. 5. cap. 8. Adde hæc ex German. Subsidere scilicet delitescere est: vnde subessores, qui delitescentes insidiantur, & insidiis circumuentos & oppressos interimunt, qui subessi dicuntur: & subessa Vegetio insidix, ἐπεδρα, & ἐπεδρῶ. * Seneca Hippolyto. Tu præcipites clamore feras subessor ages. *Hic subessor est u, qui subsidet, qui latet feru insidians, & eam agat in retia. Inde translata vox ad bellum, & ibi quoque, qui insidiantur, vocentur subessores, & ipsa insidia, ac doli militares dicantur subessa. Tandem ad alienarum vxorum clandestinos subessores migravit, qui matronali pudicitia insidiarentur.*

CONIUG. OPTATVM, ET PVLCH. CALYD.) Agamemno ab adultera vxore male acceptus est, Diomedes per inuidiam deorum videre amplius suam non potuit. Quia scilicet adulterio contaminatam cognouit, ideo reuerti domum noluit: sed in Apulia sibi nouam urbem condidit. De sociis autem eius mutatis in aues, Virgilius aliud sibi permisit. Nam post ducis sui interitum, quem impatienter dolebant, commutati sunt, & dicuntur Diomedes, Græcè ἐρωδιος.

De sua calamitate post euersum Ilium, sociorumq; in aues mutatione (ira Veneris vtrumque, q. & Virgilius, dicit) Diomedes apud Ouid. 14. Metamorph. ita differt.

Meta-

*Ne tamen armifera seruatum cura Minerva
 Fluctibus eripuit: patriis sed rursus ab agris
 Pellor: & antiquo memores de vulnere penas
 Exigit alma Venu: tantosq; per alta labores
 Equora sustinui: tantos terrestribus armis,
 Ut mihi felices sint illi saepe vocati,
 Quos communis hyems, importunusq; Caphareus
 Merfit aquis: vellemq; horum pars una fuisse.
 Ultima iam passi comites, belloq; fretoq;
 Deficiunt: finemq; rogant erroris. at Agmon
 Fernidus ingenio, tum vero & cladibus asper,
 Quid superest, quod iam patientia nostra recuset
 Ferre viri dixit. quid habet Cytherea, quod ultra
 (Velle puta) faciat: nam dum peiora timentur,
 Est locus in vobis: fors autem ubi pessima rerum est,
 Sub pedibus timor est, securaq; summa malorum.
 Audiat ipsa, licet: & quod facis, oderit omnes
 Sub Diomede viros: odium tamen illius omnes
 Spernimus: & magno stat magna potentia nobis.
 Talibus iratam Venerem Pleuronius Agmon
 Instimulat verbis, veteremq; resuscitat iram.
 Dita placent paucis; numeri maioris amici
 Agmona corripunt: cui respondere volenti,
 Vox pariter, vocisq; via est tenuata: comaq;
 In plumas abeunt: plumis quoque colla teguntur,
 Pectoraq;, & tergum: maiores brachia pennas
 Accipiunt, cubitiq; lenes tenuantur in alu.
 Magna pedis digitos pars occupat: oraq; cornu
 Indurata rigent: sinemq; in acumine ponunt.
 Hunc Lycus, hunc Idas, & cum Rhetenore Nycteus,*

A *Hunc miratur Abas: & dum mirantur, eandem
 Accipiunt faciem: numerusq; ex agmine maior
 Subuolat, & remos plausis circumuolat alis.
 Si volucrum qua sit dubiarum forma requiris:
 Ut non cygnorum, sic albis proxima cygnis.*

Diomedes Tydei filius, excisa Troia Argo profu-
 gus, nouas sedes in Apulia captauit, amisitque socios in
 sui nominis aues conuersos. Nec historiae fidem muta-
 uit, vt Seruius autumat. Nam & hoc a nonnullis tradi-
 tur. Lycophron de Diomede.

*Πλεὺρον ἰταίρων ἐπὶ τρωάδων ἰδὼν
 ὁ ἰωνέων μοῖραν.*

B Id est, triste suorum comitū, qui vidit fatum, quos sum-
 ptis tulit aura pennis. Ecce Diomedes suorum cladem
 spectasse dicitur. Ianus Parrhasius in præfat. lib. 2. de ra-
 ptu Proserp. Claud.

MIHI IAM SPERANDA FVER.) Speranda pro ti-
 menda. lib. 4. Æneid. *Hunc ego si potui tantum sperare
 dolorem.* Et lib. 1. *At sperate deos memores fandi, atq; ne-
 fandi.*

CÆLESTIA CORP.) Cælestia corpora Martis, & Ve-
 neris intellige, vtrumque enim vulnerauit. Sed peritè
 Veneris tantum nomen exprimit, Martis suppressens,
 quod ei poterat esse gloriosius: vt videatur omnia quæ
 pertulit, odio Veneris pertulisse, contra cuius filium
 nunc vocatur ad pugnam: vt negans, etiam nunc paria
 formidare videatur. *Dextram* autem Veneris secundum
 Homerum, qui ait 5. Iliad. *κῦπεδά μιν πρῶτον στήθεϊ ὕστα-
 τε χεῖρ ἐνὶ καρπῷ.* Seruius.

- NE VERO, NE ME AD TALES IMPELLITE PVGNAS.
 Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bellum
 280 Pergama, nec veterum memini, lætorū malorum.
 Munera quæ patriis ad me portastis ab oris,
 Vertite ad Æneam. stetimus tela aspera contra,
 Contulimusq; manus: EXPERTO CREDITE, quantus
 In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.
 285 Si duo præterea tales Idæa tulisset
 Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
 Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
 Quidquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,
 Hectoris, Æneæq; manu victoria Graiū
 290 Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.
 AMBO ANIMIS, AMBO INSIGNES PRÆSTANTIBVS ARMIS:
 Hic pietate prior. cocant in fœdera dextræ
 Quæ datur: ast armis concurrant arma, caute.
 Et responsa simul quæ sint rex optime regum
 295 Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
 Vix ea legati, variusq; per ora cucurrit
 Aufonidū turbata fremor: ceu laxa morantur
 Quum rapidos amnes, clauso sit gurgite murmur,
 Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis.

NEC MIHI CVM TEVC. VLLVM POST ERVTA) Quod Daret, non se lætari amplius illorum malis, dicit ne me-
 arbitrati sunt Latini, mansisse odiū vetus in animo Dio-
 medis aduersum Troianos, hoc ipse asserit erasum ex
 sensibus suis, post excidium Troiæ. Atque vt verè pro-
 moriam quidem eorundem apud se remansisse. Don.

LÆTORV MALORVM) Quomodo hic lætor
 malorum, sic supra, *Infestianē prius mirer, bellinē labo-*

TML.

rum. Sic *lata laborum*, hellenismusest, subauditur A Troia, fatorum conditione conuersa. Seruius, Donatus.

MVN. VERTITE AD ÆN.) Ne spreuisse pro vilibus munera videretur, asserit talia esse, quibus placari possit hostis, & nomen hostile deponi: facilius enim sic superari posse, si cum eo sic ageretur, quam si prouocaretur in campum. Qualis autem sit in armis, inquit, non audiui, sed probaui oculis meis: & cominus enim, & eminus congressi sumus: vidi hominis, & expendi virtutem. Donatus.

Arque hinc iam suasio, & consilium incipit: nam finita est auxiliorum negatio. Vnde & paulò post Venu- lus ita diuidit, dicens,

Et responsa simul qua sint, rex optime regum,

Audisti, & magno qua sit sententia bello.

Scilicet audisti, & quemadmodum negauerit auxilia, & quod dederit nobis de pace consilium. Seruius.

STETIMVS TELA ASPER. CONTRA) Et cominus, & è longinquo inter nos bella tractauimus. Seruius.

CONTIVLMVSQVE MANVS) Alibi, *Stat conferre ma- num.* Lib. 10. *Illi inter sese duri certamina belli Contule- rant.* Dicimus eodem sensu, manus conferere.

SI DVO PRÆTEREA TALES) Si duo Æneæ adhuc fuissent, in Græciam venissent Troiani, & quæ victoria gaudet, lugeret quod victa esset. Duo viros, p. duos vi- ros, vide Erythraum in Appendice Indicis. Horat. sat. 7. lib. 1. *duo si discordia vexes inertes.* Sic *ambo* apud eundem sat. 3. lib. 2. antiquè, pro ambo. Et Plaut. Amphit. *puer ambo angues enecat.* Cic. ad M. Fabium Gallum li. 7. præ- ter duo nos loquitur isto modo nemo. Virgilius Ho- meri imitatione, qui de Nestore: *τοῖντοι δὲ μοι συμ- φερόμενοι εἰν ἀχαιοῖν.* Ergo duo præterea, id est, alios duos, vt essent tres. *Dardanius* autem pro Dardanius po- pulus, & posuit principale p. deriuatio. Sic Homerus, *Τὸνδ' ἔκταρ δὲ δυνάω ἀνὴρ.* Si igitur tres huiuscemodi habuisset Troia, plangeret Græcia, quod nunc ingemit

HECTORIS, ÆNEÆQVE MANV) Recurre ad lib. 9. vbi Turnus, *decimum quos distulit Hector in annis.* Tra- ditum à Philostrato, Hectorem vocatum manum Tro- ianorum, Æneam verò mentem. Solidam, & inexpu- gnabilem Troiæ columnā vocat Hectorem Pindarus.

VICTORIA GRAIVM HÆSIT) Victoria dicta, quod vi, id est, virtute adipiscitur. Hoc est enim ius gentium, vim vi expellere. Nam turpis est dolo quæ sita victoria. Certa autem victoria est, vel occisio hostis, vel expolia- rio, vel vtrumque. Non est autem iucunda victoria, quæ per immensa detrimenta cōtingit. Et hoc est quod lau- dat Sallustius, duces victoriam incruento exercitu de- portasse. Ibid. lib. 18. cap. 2.

IN DECIM. VESTIG. RETT. ANNVM) Vt in annum de- cimum differretur nostra victoria, Hectoris, & Æneæ virtus fecit. Comparat deinde illos, & cum fortitudine pares faciat, pietatem Æneæ maiorem tribuit.

COEANT IN FOED. DEXTRÆ) Concluditur suasio. Quærite, inquit, quibuscunque pactis, & remediis pa- cem, vitate periculum belli. Sequitur breuissima *ἀνα- φαισις.*

CEV SAXA MORANT. CVM.) Solent poetæ sæpe- numero, cum translationes sunt audaciores, & duriu- sculæ, statim subiicere comparisonem ad leniendum horrorem translationis: vt annotat Eustath. Iliad. 8. & apud Homerum.

ἄμα δὲ νέφε' ἵππετο πεζῶν,

ὧς δ' ὑπὸ σκοπῆς εἰδὲ νέφε' αἰπὸλ' ἀνὴρ

ερχόμενον κατὰ πόντον ὑπὸ ζυγέροιο ἰωῆς.

Eusdem rationis videtur hoc Virgilianum. Nam pro eo quod *fremor* posuit, statim subdit comparisonem, & reliqua. Hartung. Decur. 3. cap. 8.

CLAVSO GVRGITE) saxorum obiectione præ- cluso.

300 Vt primùm placati animi, & trepida ora quierunt:

PRÆFATVS DIVOS SOLIO REX INFIT AB ALTO.

ANTE EQVIDEM SVMMA DE RE STATVISSE LATINI

ET VELLEM, ET FVERAT MELIVS: NON TEMPORE TALI

COGERE CONCILIVM, CVM MVROS OBSIDET HOSTIS.

305 Bellum importunum ciues cum gente deorum,

Inuictisq; viris gerimus: quos nulla fatigant

Prælia, nec victi possunt absistere ferro.

Spem si quam accitis Ætolûm habuistis in armis,

Ponite. spes sibi quisque: sed, hæc quam angusta, videtis.

310 Cætera qua rerum iaceant perculsa ruina,

ANTE OCULOS, INTERQVE MANVS SVNT OMNIA VESTRAS.

Nec quenquam incuso, potuit quæ plurima virtus

Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.

NVNC ADEO QUÆ SIT DVBIÆ SENTENTIA MENTI,

315 EXPEDIAM, ET PAVCIS (ANIMOS ADHIBETE) DOCEBO.

TREPIDA ORA QUIERVNT) vt primum trepidi fre- mere desierunt, aiebat enim paulò antè, *variaq; per ora encurrit Ausonidæ turbata fremor.*

PRÆFATVS DIVOS INFIT) Morem antiquorum ex- pressit, qui, antequam verba in senatu, vel concione fa- cerent, deos precari solebant: vt & qui apud Christia- nos religiosissimi sunt, facere hodieq; solent. Nec hoc

Dde antiquis illis exordiis interpretandum censco, quib. orationes auspicari solebant veteres oratores, DE OS IMMORTALES, IVDICES, PRECOR, DE AS- QVE OMNES. Sed de precatione, quam facere, an- tequam concionarentur, aut in senatu loquerentur, so- lebant. Id ex ea concione intelligi potest, in qua Grac- chus occisus est, de qua sic Cornificius. Cum Gracchus deos

Vuu *

deos

deos inclperet precari, cursim isti imperum faciunt. id A
est, cum, antequam populum alloqueretur, & concio-
naretur, deos precaretur. Turneb. lib. 14. cap. 13.

Aptum huc, & confirmat Turnebi sententiam il-
lud è Panegyrico Plinij. Bene, ac sapienter maiores in-
stituerunt, ut rerum agendarum, ita dicendi initium à pre-
cationibus capere: quod nihil rite, nihil prouidenter
homines sine deorum immortalium ope, consilio, ho-
nore auspicarentur. Hæcille. [*Quid conuenientius, & con-
sonantius Nazianzen sententia in Apolog. ? Is est, inquit, vir san-
ctissimus, optimus ordo in omni sermone, tum opere instituendo,
ut a deo incipias, & in deum pariter desinas.*] Maius quid-
dam à senatoribus Augustus postulauit. Sic enim Sue-
ton. cap. 35. Quo autem lecti, probatique, & religiosus, B
& minore molestia senatoria munera fungerentur, san-
xit, ut priusquam consideret quisquam, thure, ac mero
supplicaret apud aram eius dei, in cuius templo coiretur.

Antiqui oratores, quod Turnebus tangebatur, in
hæc verba orationes suas ordiebantur. IOVEM EGO
OPTIMUM MAXIMUM PRECOR. quod qui-
dem Cicero in Diuinat. irridet, quia videlicet iam pu-
tidum. Demosthenes nobilissimæ orationi suæ hæc re-
quæ hoc fecit initium. Πρωτον μὲν ὃ ἄνδρες ἀθηναῖοι θεοῖς
θύομαι πᾶσι, καὶ πᾶσι. Maiores, inquit, Seruius, nullam
orationem, nisi inuocatis numinibus inchoabant, sicut
sunt omnes orationes Catonis, & Gracchi: nam gene-
rale caput in omnibus legimus. Hoc tamen in iis dun-
taxat faciebant, in quibus agebant de rep. Confirmat
Liuius lib. 39. concione aduocata, cum sollempne carmē
precationis, quod præfari, priusquam populum allo-
quantur, solerent magistratus, peregrisset Col. ita ince-
pit. Vide insuper Brillon. Formular. lib. 1. num. 42.

SOLIO AB ALTO) Homerici reges stantes agunt
cum populo, sed ætas senilis Latinum excusat.

ANTE EQUIDEM SYMMA) Suasoria oratio. Scopus
est, ut Troianis agri assignentur potius, quam ut bello cum
iis decertetur. Utilius fuisset, inquit, ante cladem acce-
ptam consulere: modò serum est, cum obsideamur ab
hostibus. Latenter arguit Turnum, quod sibi non ob-
temperauit, ut fœdus fieret in 7. ubi dixit, *te Turne nefas, te
triste manebit Supplicium.* nam modo hoc tempus re-
uoluit. *Vellem statuisse* sic dixit, ut, vellem fecisse: & est
compendiosa locutio, quum querimur non esse factum,
quod fieri debuit.

BELLVM IMPORT. CIVES CVM GENTE DEOR.) Import-
tunū, quod caret portu, id est, quiete, ubi nullus portus est:
sicut contra opportunum, cui commoditas, & occasio
obuenit ut portus. Nam hoc quodammodo dicit, in nau-

fragium fertur ista contentio: quia supra audierat, peri-
culū esse superare Troianos. Gentem deorum vocat, ut
qui à diis originem ducant per Dardanum. Seruils.

INVICTISQUE VIRIS GERIMVS) Horat. Ode. lib. 4.
laudans Romanos, Troianorum posteros, qui in com-
modis, duris, aduersisque præliis, & cadibus magis, ac ma-
gis inualescerent, & vigerent.

*Duris ut illex tonsa bipennibus,
Nigra feraci frondis in Algido,
Per damna, per cedes ab ipso
Ducit opes, animumq; ferro.*

SPERM SI QVAM ACCITIS ETOL.) Adhuc facit com-
memorationem auxiliorum à Diomede negatorum, ut
ostendat etiam ipsum timuisse, & eius exemplū esse re-
tinendum. Deficientibus autē subsidiis, debere vnum-
quemq; gerenda curare per sese. Quia dici potuit. Si au-
xilia denegata sunt, aderimus nobis nostra virtute: ideo
dixit, *Spes sibi quisq;.* Sed hoc ademit eis, subdendo: *sed
hæc quam angusta, videris. Cetera qua rerum, &c.* Erri,
inquit, posset prouenire, ut sua quemq; virtus defende-
ret à periculis belli, iam non potest, videtis enim afflicta
omnia, & oculis cernitis, manibus tangitis, ut narratio-
ne opus non sit, qua ruina res nostræ noscantur oppres-
sæ. Donatus.

ANTE OCULOS, INTERQUE MAN. SYNT OMNIA VEST.)
sunt vobis notissima, & cōpertissima, sicuti ea quæ antè
oculos versantur, & manibus tanguntur. Eiusdem gene-
ris est, ante pedes, quo utimur, cum quid in promptu, ac
paratum esse significare volumus, quam vim habent e-
tiam superiora duo.

NEC QVEM INC.) Suprà, *Nec vos arguerim Teucri.*

TOTO CERT. EST. CORP. REGNI) Occurrit tacitæ
suspicioni, ne infelicem belli euentum aut Turno, aut
cuius alteri videatur tribuere. Hoc ipsum clarius ver-
bis antegressis alibi dixit, *simul omne tumultu Coniurat-
trepido Latinum.* Fecit vnusquisq; quod debuit. Impleuit
vestra virtus officia sua, & omne regnum in arma con-
uersum est, omnib. imperij viribus certatum est. Quasi
diceret. Quid faciemus pauci, & fessi, qui cum totius re-
gni viribus recenti virtute certantes nec obtinere po-
tuitimus, & afflicti discessimus? Consilium deinde se utile
daturum spondet, & attentos faciens, breuitatem pro-
mittit. *Dubiam mentem* intellige deliberantis mentem:
qui enim deliberat, dubitat. Donatus.

ANIMOS ADHIBETE) Animos adhibere Græci di-
cunt *μετὰ χεῖρ τοῦ νῆς.* Lucret. lib. 2. *Nunc animum nobis
adhibe veram ad rationem.* Vrsin. Dicitur etiam latine,
attendere, advertere animos.

Est antiquus ager Tusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super vsque Sicanos.
Aurunci, Rutuliq; serunt, & vomere duos
Exercent colles: atque horum asperrima pascunt.
320 Hæc omnis regio, & celsi plaga pinæ montis
Cedat amicitia Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, sociosq; in regna vocemus.
Confidant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamq; capeffere gentem
325 Est animus, possuntq; solo decedere nostro:
Bis denas Italo texamus robore naues,
Seu plures complere valent: iacet omnis ad vndam
Materies. ipsi numerumq; modumq; carinis
Præcipiant, nos æra, manus, naualia demus.

Præ-

330 Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisq; manu prætere ramos:
Munera portantes eborisq; auriq; talenta,
Et sellam regni, trabeamq; insignia nostri.

335 CONSVLITE IN MEDIVM, ET REBVS SVCCVRRITE FESSIS.

EST ANTIQVVS AGER) Consilij huius duplex reperi-
tur esse tractatus. Fuit quippe vna pars eius, si cōmo-
rari Troes in Italia malunt: altera, si abscedere. In vtra-
que asserit, se velle esse liberalem: quod scire hostes si-
ne cōmodo suo non esse recessuros ab affectu pugnan-
di, utpote, qui essent superiores: species autem, quas se
velle dare dicturus est, sic extenuat, ut sine detrimento
dari possint, & sumi pro magnis. Cur ergo non fieret, q̃
non lederet dantem, & libenter accipiens sumeret? Ca-
to in originibus dicit, Troianos à Latino accepisse agrū,
qui est inter Laurentum, & castra Troiana: etiā modum
agri commemorat, & dicit eum habuisse iugera D C C.
Tuscum amnem Tiberim accipe, & *longius in occasum*,
expone, ea parte longior, qua in occasum tenditur. *Vsq;*
ad sinus Sicanos, puta quos Siculi aliquando tenuerant,
id est, vsque ad ea loca, in quibus nunc Roma est, hæc e-
nim Siculi habitauerunt prius: vnde est, *Ex gentes venere
Sicanae*. Ergo suum pollicetur agrum, aut quem tanquā
stipendiarium habebant Rutuli, & Aurunci: aut ad quem
colendum quasi regi operas dabant. Extenuat deinde a-
gri meritum, quod vile videatur esse, quod donat, nec
audientibus causam præster inuidiæ. Fœderis leges di-
cendas ipse exponit, ut nimirum socij sint, non stipen-
diarij, ciuibus non inferiores. Dixit vnam tractatus sui,
& sententiæ partem, ut accipiant agros, confidant, ciui-
tatem sibi, si voluerint, condant. Subnectit alteram hoc
modo. *Sin alios fines, &c.* Donatus.

CEDAT AMICITIÆ TEVCOR. ET FOED.) Concede-
dat in pretium amicitiae, & pari inter nos societate ver-
semur, id est, ut neuter sit inferior.

SIN ALIOS FINES, ALIAMQVE) Quid illis beneficij
præstandum sit, si aliud habitatum velint, idq; per mare,
concedere: naues videlicet ad eorum vsum, quotquot
indigent, de materia, cuius magna copia præparata iam
in littore iaceat, & quidem ad ipsorum arbitrium, sum-
ptu, & operis publicis fabricandas.

POSSVNTQVE SOLO. D. NOSTRO) Legitur etiam
poscunt, bona sententia.

IACET OM. AD VND. MATER.) Materiam nauibus
idoneam Græci vocant *ναυπηγίσμιον ἔλν*, ut & *ναυπηγί-
σμιον πόνον*, quæ commoda habet ad nauium compactu-
ram, & ædificia, qualis Antædrus in 3. vbi materia in bel-
licos vsus cæditur. *ύλοτομή*, Materiatio, *ύλοκοπή*, διανδρυκο-
πή. German.

NOS ÆRA, MANVS, NAVALIA DEMVS) Per *manus*
credo hic *ἱεράτα*, operas, & remiges intelligi. Sunt ta-
men qui manus sine præcedenti interpunctione in gi-
gnendi casu accipiant: ut, *era manus*, pro stipendio nau-
tici ministerij, & bellici: ut æs manuarium, quod ma-
nuum labore acquiritur. Alij malunt *manus* accipere
pro instrumentis, & telis navalibus, quibus naues har-
pagonibus raptæ tenentur, à manus humanæ similitu-
dine. *Navalia* *ναυάδμους* Græci, & *νεώεα* vocant: ve-
rùm hic ex Seruij sententia videntur pro trabibus acce-
pta, ex quibus naues compingantur, poetæ passim *νήα
δύε*, *ἀπὶ τῶν ναυπηγισμῶν ἔλν*, & Hesiod. *νήα ἔύλα*.

A Sunt qui hic *ναυπηγία* intelligant, pro loco, vel
officina, vbi naues extruuntur. German.

CENT. ORAT. PRIMA DE GENTE) Centum orato-
res constituit mittere, eosque nobiliores. Ex numero
igitur, & nobilitate legatorum negotij magnitudo per-
spicitur. Potest autem hoc videri ab Ænea didicisse, qui
totidem, & cum muneribus ad Latinum misit libr. 7.
Seruius, Donatus.

Duo putat legatis agenda. Antecessit enim, *Præ-
terea qui dicta ferant, & fœdera firment*. Primum, expo-
nenda quæ superius de agro, aut nauibus dandis propo-
sita sunt. Deinde fœdus, & pacem cum Troianis Lati-
norum nomine faciendam: quod ut se velle significant,
etiam antequam loquantur, vult eos manibus ramos o-
leaginos, insigne pacis præferre. Existimat etiam ad-
denda munera, & quidem regalia, ex quibus Æneas,
quanta sibi tribuatur dignitas, & se in partem regni ad-
missum, intelligat.

Cum multa alia scitu suaui, & vtilia, tum hoc eti-
am docet Tiraquell. de Nobilitate cap. 20. numer. 43.
nobiles præferendos cæteris in legationibus obeundis.
Illi siquidem, & fidelius, & prudentius eo munere fur-
cturi videntur. Præterea, ut habeat dignitatem legatio,
ne se contemni putet, is ad quem mittitur: neue eius
qui mittit personæ, conditionique parum respondeat.
Cæsar lib. 1. Gallicor. vbi de eius aduentu Heluetij cer-
tiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos
ciuitatis. Liuius lib. 2. Quibus cum responsum esset,
missurum ad regem senatum legatos, missi confestim
honoratissimus quisque ex patribus. Hinc Annibal ad
Scipionem libr. 10. belli Punici. Vestri quoque (ut au-
dio) patres non nihil etiam ob hoc, quia parum digni-
tatis in legatione erat, negauerunt pacem. Apud Ho-
merum 9. Iliad. Phœnix monet Achillem, ne condi-
tionem Agamemnonis ab Vlysse, & Diomede in eam
rem legatis, oblatam renuat: præsertim ob huiusmo-
di legatos, ex omni coetu Græcorum nobilissimos,
Adde Plaut. Amph. *Delegit viros primorum, principes,
eos legat Telebois*.

ET SELLAM REG. TRABEQVE) Regibus sociis
& amicis Romani huiusmodi munera mittebant, ut
eorum maiestati conuenientia. Liuius libr. 10. belli
Pun. loquens de Scipione. Postero die, ut à præsent
motu auerteret animum eius, in tribunal ascendit, &
concionem aduocari iussit. Ibi Masanißam primum re-
gem appellatum, eximiis ornatum laudibus, aurea co-
rona, aurea patera, sella curuli eburna, & scipione e-
burneq, toga picta, & palmata tunica donat. Vide
Briffon. Formular. libro 2. pag. 234. quæ dona pop.
Rom. regibus sociis, & amicis mittere soleret, & qui-
bus præterea à senatu honoribus afficerentur, pagi-
na 235.

CONSVLITE IN MEDIVM) Concludit tandem. Si,
inquit, quæ dixi, nō videntur facienda, vosmet in com-
muni periculo provideate, quid facto opus. Hoc enim

Vuu * 2

valet

valet in medium. Sic i. Georg. in medium querebant. Sic A
& Graeci, βυλίνισθαι ἐν τοῖς καὶ κοινολογῆσαι αὐτῶν ἀλ-
λίους.

REBUS FESSIS) etiam Tacitus dixit lib. 15. Annal.
deligendumque, qui rebus fessis subueniret. Fessiterū
dicit lib. 1. & lib. 3. Quem fessis finem rebus ferat.

Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua inuidia, stimulisq; agitabat amaris:

LARGVS OPVM, ET LINGVA MELIOR: SED FRIGIDA BELLO
DEXTERA, CONSILIIS HABITVS NON FVTILIS AVCTOR,

340 SEDITIONE POTENS (GENVS HVIC MATERNA SVPERBVM
NOBILITAS DABAT, incertum de patre ferebat)

Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.

Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem

Consulis, ô bone rex. CVNCTI SE SCIRE EATENTVR,

345 QVID FORTVNA FERAT POPVLI: SED DICERE MVSSANT.

DET LIBERTATEM FANDI, FLATVSQVE REMITTAT,

Cuius ob auspiciū infautum, moresq; sinistros

(DICAM EQVIDEM, LICET ARMA MIHI, MORTEMQVE MINETVR)

Lumina tot cecidisse ducum, totamq; videmus

350 Consedisse urbem luctu, dum Troia tentat

Castra, fugæ fidens, & CÆLVN TERRITAT ARMIS.

Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti

Dardanidis, duciq; iubes, vnum optime regum,

Adicias: nec te vllius violentia vincat,

355 Quingnatam egregio genero, dignisq; hymenæis

Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.

TVM DRANCES IDEM INFENSVS) Macrob. Satut-
nal. lib. 5. cap. 2. affirmat, Virgil. in Drance, & Turno re-
ferre nobis Homericum Agamemnonem, & Achillem
æquæ altercantes. Quonam modo? utrobique enim al-
ter suum, alter publicum commodum cogitat. Illic A-
gamemno conatur retinere amores suos, suæque libi-
dini studet: Achilles communem vicem est sollicitus.
Ita hic Turnus semet spectat, pugnat enim pro vxore:
Drances repub. intuetur. Verum illic propemodum
neci datus est Agamemno: hic verbis tenus pugnatur,
& linguis, non gladiis.

QVEM GLOR. TVRNI OBLIQ. INVID.) Prosopogra-
phia. Describitur Drances ab affectu erga Turnum, o-
pulentia, eloquentia, prudentia in cōsultando, factione
populari, & materna nobilitate. Fuit enim soror Latini,
pater rusticus. Suprà quoque Drancem Turno fuisse ve-
hementē aduersarium dixit, *Ingrauat hac Drances, &c.*
nunc etiam causam aperit, cur ei tantopere aduersaretur,
inuidiam scilicet, quā obliquam vocat, ut placet Ser-
uio, quia se simulata Reip. defensione tegebat. Est igitur
oculus inuidiæ obliquus, quoniam apertē non audet, q̃
cupit, & semper aliquod mantellum quærit, sub quo la-
reat. De inuidia disputauimus ad illud Eclog. 1. *Non e-
quidem inuido, &c.* Nunc pauca sapientum dicta, ac-
commodatē ad id, quod hic à Virgilio scribitur, addu-
cemus.

Vulgatum est, virtutis comes inuidia: sicut umbra
scilicet corporis, cum in sole ambulamus. Anacharsis
Scythia interrogatus, cur homines sēper dolerent: quia,
respondit, non solum sua mala doleret, verum etiam a-
liena bona. Hinc Themistocles adolescens nihil se ad-
huc præclarē facere dixit, cum nōdum inuideretur sibi.

Nobilem sententiam Taciti ex lib. 2. Histor. accipe. V-
xorem quoque eius (Cæcine) Saloninam, quanquam in
nullius iniuriam, insigni equo, vstroq; inueheretur,
tanquam læsi grauabantur. Intra mortalibus natura, re-
centem aliorum fælicitatem ægris oculis introspicere,
modumque fortunæ à nullis magis exigere, quam quos
in æquo videre. Interim qui egregias, & laude dignas a-
ctiones susceperunt, ne eas ob inuidorum calumnias
deferant, & se illo Plutarchi cōsolentur. Flammam pri-
mò emicantem multus comitatur fumus, qui quidem
euanesceat, inualecente, & explicante se flamma. Sic res
eximias aggredientem initio multa præmit inuidia, do-
nec caucta gloria, inuidiæ fumum discuciat. Nam fumus
gloriæ inuidia.

Est autem ambiguum verbum *inuidia*, & tam in
eo dicitur, cui inuidetur, quam in eo qui inuidet. De in-
uidente Cicero mauult inuidentiā dicere: quod ta-
men vsus minus recepit. Verba ipsius è 3. Tuscul. adscri-
bemus. Etenim si sapiens in ægritudinem incidere pos-
set, posset etiam in misericordiam, posset in inuidentiā:
non dixi, in inuidiam, quæ tum est, cum inuidetur. Ab
inuidendo autem inuidētia rectē dici potest, ut effugia-
mus ambiguum nomē inuidiæ: quod verbum ductum
est à nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Mena-
lipa. *Florē quisnam liberū inuidit meū?* Idem li. 4.
Sed singulis perturbationibus partes eiusdem generis
plures subiiciuntur, ut ægritudini inuidentiā: vtendum
est enim docendi causa verbo minus vsitato: quoniam
inuidia nō in eo, qui inuidet solum dicitur, sed etiam in
eo, cui inuidetur.

LARGVS OPVM, ET LINGVA MEL.) Postquam poe-
ta de morbo Drancis dixit, qualis præterea fuerit descri-
bit. Ap-

bit. Appellat diuitem, hoc enim est *largus opum*, non A qui largè tribueret opes, sed qui afflueret opibus. Deinde loquentiam ei magis, quam eloquentiam concedit, & lingua quam manu promptiorem, consilio tamè bonum, eundem factiosum, & incerto patre, quanquā nobili matre progenitum affirmat.

GEN. HVIC MAT. SVPERB. NOBIL. DABI) Quamquam filij non nobilitentur ex parte matris, tamen accepta à patre nobilitas splendidior, illustrior, clarior; inde fit. Ignobilitas autem propter matris nobilitatem minus obscura, & abiecta, ut sentit Baldus in d. l. ult. in fi. C. de ser. frugi. Hinc etiam apud. poetas, quosdam à genere materno videmus commendari, & eius rationem magnam haberi. *Vlyses* apud Ouid. 13. Metamorph.

*Est quoq; per matrē Cyllenius addita nobis
Alterā nobilitas, denique in utroq; parente.*

Et I. Fast.

*Hinc fuit Euander, qui quanquam clarus utroq;
Nobilior sacra sanguine matris erat.*

Statius lib. 4. Sylvar. *Stemmata materno felix, virtute paterna.* Silius lib. 2. de Sychæo Annibalis nepote ex sorore. *Asdrubalis proles, cui vano corda timore Maternum implebat genus.* Ex Virgilianis verbis, ut apparet, factum carmen. Longus est hac in re Tiraquell. plurimæque ex omni antiquitate vir laboriosissimus collegit, de Nobilitate cap. 19. à numero 26. deinceps. Auctor Herodotus lib. 1. Lycios à matribus sibi nomina imponere solitos. Obuios interrogatos qui essent, & qua familia, à matribus, & auis suum genus repetiuisse.

INCERTVM DE PATRE FEREBAT) Dubio genitore creatus erat, ut Ovidius dixit. Quendam è scorto genitum falsè tetigit Diogenes: cum enim lapillos iaceret in populum, caue, inquit, ne patrem ferias.

AGGERAT IRAS) forma, & imitatione græca dictum, ut *χῆσαι, χῆσαι, χῆσαι* Græci irasci nonnunquam, quod congeri, & aggerari videatur iracundia: cum eæ voces propriè aggerem struere, & ducere sonent. German. Quæ autem de Polydamante finxit Homer. Iliad. μ. Virgilius ad Drancem transtulit. Vrsin.

REM NVLLI OBSCVRAM) Conquestio super iniuria Turni, qua Latinos affecit, dum priuatam libidinem communi salutis anteponit. Regis Latini consilium approbat, statuitq; necesse non esse, amplius quidquam consulere.

SED DICERE MVSSANT) Mussant modò verentur significat, aliàs, dubitant: vnde, *mussat rex ipse Latinus Quos generos vocet.* Interdum susurrant, ut de apibus dicitur: & propriè mussare, obmurmurare, & mutuo esse vicinum. Seruius.

Mussare, & murmurare Nonio, ita discernuntur, quod mussare hominum sit occultè, & depressa voce loquentium, quod celatum velint: laudat hunc locum Maronis. Murmurare autem maioris soni est, proximi ad tumultum | Georg. 1. *resonantia longè Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.* Quidam sic exponunt. Cum silentio dissimulant, dissimulandi causa tacent.

DET LIBERTATEM FANDI) Libertas fandi, est *παρρησία, ελευθερολογία*. Fingit se metuere Turnum, & eum metui ab omnibus, ut ita rapiat in odium. Incipit etiam complere, quæ se professum apud Æneam meminerat. *Et te si qua viam dederit fortuna, Latino iungamur regi*, &c. Donatus.

FLATVS QVÆ REMITTAT) Flatus hic accipitur, ut apud Græcos nonnunquam *φύσημα*, pro eo quod est, *φύσημα, λήμα*, ferocia, superbia. Xenophon. *παισθημα, & φύσημα*. Notat. German. Etiam *μεγα φουάν*, & *πύειν μέγала*, pro spiritus magnos gerere, inflari cogitationibus, Græcis vsitata sunt.

CVIVS OB AVSPICIVM INFAVST.) Inuidiosè Turni auspicijs imputat, quod tantus perijt exercitus: ac si dicat. Si malis Turni auspicijs non egrederentur, possent forsitan sua virtute superare. Exprimat quidquid verecundè celauit Latinus, Seruius.

MORBS SINISTROS) Quoniam principio homo temerarius Latino obtemperare noluit.

LYMINA TOT CECID. DVÈVM) Ipsos proceres sic appellat, quomodo Hectorem lib. 2. lucem Dardaniæ. Hæc metaphora plurimi scriptores eleganter vsi reperiuntur, cum adiunctis. Cic. Philipp. 2. In te M. Antoni id decreuit senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminibus extinctis, quod in hostem togatū decerni est solitum. Mendosè scriptum est in vulgatis, *luminaribus*, quam vocem nescisse videtur Cic. Nam & ep. 25. lib. 15. ad Atticum legendū est *luminum* pro *luminarum*. Sed locus ille admodum deprauatus est. Vide Annotat. Lamb. Et 3. Off. M. Cato sententiā dixit, huius nostri Catonis pater. Ut enim cæteri ex patribus, sic hic, qui lumen illud progenuit, ex filio est nominandus. Philipp. 5. Pompeio enim patre, quod imperij pop. Rō. lumen fuit, extinctū. In Miloniana de selectis à Pompeio iudicijs. Itaq; delegit è florentissimis ordinibus ipsa lumina. Et omnino viros aut sanctitate morum, aut doctrinæ magnitudine, aut sapientia, aut rebus gestis eximios appellare lumina (tracta, ut videtur, à sole metaphora) mos tenet. Nec mirandum, si vocentur lumina, cum etiam sidera, soles, interdum nominentur.

VRBEM CONSEDISSE LVCTV) dictum est, inquit Turneb. lib. 23. cap. 14, quod qui tristes sunt, plerumq; sedent, & Græci *καθίσιν κλαίοντα*, id est, flentem reddere, dicere eodem fere modo solent. Dicere vult, urbem in luctu iacere, luctu summersam videri.

CÆLVN TERRITAT ARMIS) desiderandi sensu, & significatione audio, ut sit, cælum, deosq; retrere velle videtur. Prouerbialis hyperbole, inquit Patæmigraphus. Conuenit in minaces, & feroces, Thrasonesque magniloquos. Sumpta videtur à bello giganteo, quæ fabula notissima est. Confine huic illud in epistola. Synesij ad Andronicum. *Τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐξαρᾶσθαι βέλχεσθαι*. Id est, capite cælum perumpere conatur. Turneb. lib. 14. cap. 13.

VNUM ETIAM DONIS ISTIS) Dixit placuisse omnibus sententiam regis: sed addit Drances, quod ille verecundè, & consultò transmiserat: finis enim belli posset accedere, si tolleretur causa certaminum. Ergo quæ iubet mitti, auro, ebori, sellæ, trabæ: quæ iubet dici, de nauibus, & agro, adijce vnum tantum, quod propterea difficile non est: da illi filiam tuam Lauiniam: dabis egregio genero, & affinitate tua digno, (vnde Turnus indignus apparet) & ista generis coniunctione in æternum pacis fœdera firmabuntur. Hoc dicto præterea Latini pudorem exonerat, qui Turno etiam suam promiserat filiam, dicens, causam Reip. præponderare debere, & propter pacem ciuium Turno Æneam esse preferendum. Donatus, Seruius.

Quod si tantus habet mentes, & pectora terror,
Ipsū obtestemur, veniamq; oremus ab ipso:

Vvuv * 3

Cedat

valet in medium. Sic Georg. in medium querebant. Sic A
& Græci, βυλίνδαυς τις κοινη, καὶ κοινολογεῖσθαι πρὸς ἀλ-
λους.

REBUS FESSIS) etiam Tacitus dixit lib. 15. Annal.
deligendumque, qui rebus fessis subueniret. Fessiterū
dicit lib. 1. & lib. 3. *Quem fessis finem rebus ferat.*

Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua inuidia, stimulisq; agitabat amaris:

LARGVS OPVM, ET LINGVA MELIOR: SED FRIGIDA BELLO

DEXTERA, CONSILIIIS HABITVS NON FVTLIS AVCTOR,

340

SEDITIONE POTENS (GENVS HVIC MATERNA SVPERBVM
NOBILITAS DABAT, incertum de patre ferebat)

Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.

Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem

Consulis, ô bone rex. CVNCTI SE SCIRE EATENTVR,

345

QVID FORTVNA FERAT POPVLI: SED DICERE MVSSANT.

DET LIBERTATEM FANDI, FLATVSQVE REMITTAT,

Cuius ob auspicium infaustum, moresq; sinistros

(DICAM EQVIDEM, LICET ARMA MIHI, MORTEMQVE MINETVR)

Lumina tot cecidisse ducum, totamq; videmus

350

Consedisse urbem luctu, dum Troia tentat

Castra, fugæ fidens, & CÆLVM TERRITAT ARMIS.

Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti

Dardanidis, duciq; iubes, vnum optime regum,

Adiicias: nec te vllius violentia vincat,

355

Quin gnatam egregio genero, dignisq; hymenæis

Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.

TVM DRANCES IDEM INFENSVS) Macrobi. Satur-
nal. lib. 5. cap. 2. affirmat, Virgil. in Drance, & Turno re-
ferre nobis Homericum Agamemnonem, & Achillem
æquè altercantes. Quonam modo? utrobique enim al-
ter suum, alter publicum commodum cogitat. Illic A-
gamemno conatur retinere amores suos, suæque libi-
dini studet: Achilles communem vicem est sollicitus.
Ita hic Turnus semet spectat, pugnat enim pro uxore:
Drances repub. intuetur. Verum illic propemodum
neci datus est Agamemno: hic verbis tenus pugnatur,
& linguis, non gladiis.

QVEM GLOR. TVRNI OBLIQ. INVID.) Prosopogra-
phia. Describitur Drances ab affectu erga Turnum, o-
pulentia, eloquentia, prudentia in cōsultando, factione
populari, & materna nobilitate. Fuit enim soror Latini,
pater rusticus. Suprà quoque Drancem Turno fuisse ve-
hementē aduersarium dixit, *Ingrauat hac Drances, &c.*
nunc etiam causam aperit, cur ei tantopere aduersaretur,
inuidiam scilicet, quā obliquam vocat, ut placet Ser-
uio, quia se simulata Reip. defensione tegebat. Est igitur
oculus inuidiæ obliquus, quoniam aperte non audet, q̃
cupit, & semper aliquod mantellum quærit, sub quo la-
teat. De inuidia disputauimus ad illud Eclog. 1. *Non e-
quidem inuideo, &c.* Nunc pauca sapientum dicta, ac-
commodatè ad id, quod hic à Virgilio scribitur, addu-
cemus.

Vulgatum est, virtutis comes inuidia: sicut umbra
scilicet corporis, cum in sole ambulamus. Anacharsis
Scythia interrogatus, cur homines sēper dolerent: quia,
respondit, non solum sua mala doleret, verum etiam a-
liena bona. Hinc Themistocles adolescens nihil se ad-
huc præclare facere dixit, cum nōdum inuideretur sibi.

Nobilem sententiam Tacitus ex lib. 2. Histot. accipe. V-
xorem quoque eius (Cæcinę) Saloninam, quanquam in
nullius iniuriam, insigni equo, ostroque inueheretur,
tanquam læsi grauabantur. In ira mortalibus natura, re-
centem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere,
modumque fortunæ à nullis magis exigere, quam quos
in æquo videre. Interim qui egregias, & laude dignas a-
ctiones susceperunt, ne eas ob inuidorum calumnias
deserant, & se illo Plutarchi cōsolentur. Flammam pri-
mò emicantem multus comitatur fumus, qui quidem
euanescit, inualecente, & explicante se flamma. Sic res
eximias aggredientem initio multa premit inuidia, do-
nec aucta gloria, inuidiæ fumum discuciat. Nam fumus
gloriæ inuidia.

Est autem ambiguum verbum *inuidia*, & tam in
eo dicitur, cui inuidetur, quam in eo qui inuidet. De in-
uidente Cicero mauult inuidentiam dicere: quod ta-
men vsus minus recepit. Verba ipsius è 3. Tuscul. adscri-
bemus. Etenim si sapiens in ægritudine incidere pos-
set, posset etiam in misericordia, posset in inuidentiā:
non dixi, in inuidiam, quæ tum est, cum inuidetur. Ab
inuidendo autem inuidentiā rectè dici potest, ut effugia-
mus ambiguum nomē inuidiæ: quod verbum ductum
est à nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Mena-
lipa. *Floram quisnam liberum inuidit meum?* Idem li. 4.
Sed singulis perturbationibus partes eiusdem generis
plures subiiciuntur, ut ægritudine inuidentiā: utendum
est enim docendi causa verbo minus vsitato: quoniam
inuidia nō in eo, qui inuidet solum dicitur, sed etiam in
eo, cui inuidetur.

LARGVS OPVM, ET LINGVA MEL.) Postquam poe-
ta de morbo Drancis dixit, qualis præterea fuerit descri-
bit. Ap-

bit. Appellat diuitem, hoc enim est *largus opum*, non A
qui largè tribueret opes, sed qui afflueret opibus. De-
inde loquentiam ei magis, quam eloquentiam conce-
dit, & lingua quam manu promptiorem, consilio tamè
bonum, eundem factiosum, & incerto patre, quànquā
nobili matre progenitum affirmat.

GEN. HVIC MAT. SVPERB. NOBIL. DAB.) QUAN-
quam filij non nobilitentur ex parte matris, tamen ac-
cepta à patre nobilitas splendidior, illustrior, clarior;
inde fit. Ignobilitas autem propter matris nobilitatem
minus obscura, & abiecta, ut sentit Baldus in d. l. ult. in
fi. C. de ser. frugi. Hinc etiam apud. poetas, quosdam à
genere materno videmus commendari, & eius ratio-
nem magnam haberi. Vlysses apud Ouid. 13. Meta-
morph.

*Est quoq; per matrē Cyllenius addita nobis
Alterā nobilitas, deni est in utroq; parente.*

Et i. Fast.

*Hinc fuit Euander, qui quanquā clarus utroq;
Nobilior sacra sanguine matris erat.*

Stattius lib. 4. Sylvar. *Stemmata materno felix, & virtute
paterna.* Silius lib. 2. de Sychæo Annibalis nepote ex so-
rore. *Asdrubalis proles, cui vano corda timore Mater-
num implebat genus.* Ex Virgilianis verbis, ut apparet, fa-
ctum carmen. Longus est hac in re Tiraquell. plurima-
que ex omni antiquitate viri laboriosissimus collegit, de
Nobilitate cap. 19. à numero 26. deinceps. Auctōr He-
rodotus lib. 1. Lycios à matribus sibi nomina impone-
re solitos. Obuios interrogatos qui essent, & qua fa-
milia, à matribus, & auis suum genus repetiuisse.

INCERTVM DE PATRE FEREBAT) Dubio
genitore creatus erat, ut Ouidius dixit. Quendam è
scorto genitum falsè tetigit Diogenes: cum enim lapil-
los iaceret in populum, caue, inquit, ne patrem ferias.

AGGERAT IRAS) forma, & imitatione græca
dictum, ut *χῆσαι, χῆσαι, χῆσαι* Græci irasci non-
nunquam, quod congeri, & aggerari videatur iracun-
dia: cum eæ voces propriè aggerem struere, & ducere
sonent. German. Quæ autem de Polydamante finxit
Homer. Iliad. 4. Virgilius ad Drancem transtulit. Vrsin.

REM NVLLI OBSCVRAM) Conquestio super
iniuria Turni, qua Latinos affecit, dum priuatam libi-
dinem communi salutis anteponit. Regis Latini consi-
lium approbat, statuitq; necesse non esse, amplius quid-
quam consulere.

SED DICERE MVSSANT) Mussant modò verentur
significat, aliàs, dubitant: unde, *mussat rex ipse La-
tinus Quos generos vocet.* Interdum susurrant, ut de api-
bus dicitur: & propriè mussare, obmurmurare, & mu-
to esse vicinum. Seruius.

Mussare, & murmurare Nonio, ita discernuntur,
quod mussare hominum sit occultè, & depressa voce
loquentium, quod celatum velint: laudat hunc locum
Maronis. Murmurare autem maioris soni est, proximi
ad tumultum Georg. 1. *resonantia longè Littora miseri,
& nemorum increbrescere murmur.* Quidā sic exponūt.
Cum silentio dissimulant, dissimulandi causa tacent.

DET LIBERTATEM FANDI) Libertas fandi, est
παρρησία, ἐλευθερολογία. Fingit se metuere Turnum, &
eum metui ab omnibus, ut ita rapiat in odium. Incipit
etiam complere, quæ se professum apud Æneam me-
minerat. *Erte si qua viam dederis fortuna, Latino iunge
mure regi,* &c. Donatus.

FLATVS QVF REMITTAT) Flatus hîc accipitur,
ut apud Græcos nonnunquam *φύσημα*, pro eo quod est,
φύσημα, ἄημα, ferocia, superbia. Xenophon. *πύσημα*
ἄμα φύσημα. Notat. German. Etiam *μεγα φύσημα*, &
πύσημα, pro spiritus magnos gerere, inflari cogi-
tationibus, Græcis vsitata sunt.

CVIVS OB AVSPICIVM INFAVST.) Inuidiosè
Turni auspicijs imputat, quod tantus, periit exercitus:
ac si dicat. Si malis Turni auspicijs non egredierentur,
possent forsitan sua virtute superare. Expressit quid-
quid verè cunctè celauit Latinus, Seruius.

MORBS SINISTROS) Quoniam principio homo
temerarius Latino obtemperare noluit.

LYMENA TOT CECID. DVCEVM) Ipsos proceres
sic appellat, quomodo Hectorem lib. 2. lucem Darda-
niæ. Hæc metaphora plurimi scriptores eleganter vsi
reperiuntur, cum adiunctis. Cic. Philipp. 2. In te M.
Antoni id decreuit sceleratus, & quidem incolumis, non-
dum tot luminibus extinctis, quod in hostem rogatū
decerni est solitum. Mendosè scriptum est in vulgaris,
luminaribus, quam vocem nescisse videtur Cic. Nam &
ep. 25. lib. 15. ad Atticum legendū est *luminum* pro *lumi-
narium*. Sed locus ille admodum deprauatus est. Vide
Annotat. Lamb. Et 3. Off. M. Cato sententiā dixit, huius
nostri Catonis pater. Vtenim cæteri ex patribus, si-
hic, qui lumen illud progenuit, ex filio est nominandus.
Philipp. 5. Pompeio enim patre, quod imperij pop. Rō.
lumen fuit, extinctū. In Miloniana de selectis à Pom-
peio iudicijs. Itaq; delegit è florentissimis ordinibus
ipsa lumina. Et omnino viros aut sanctitate morum,
aut doctrinæ magnitudine, aut sapientia, aut rebus ge-
stis eximios appellare lumina (tracta, ut videtur, à sole
metaphora) mos tenet. Nec mirandum, si vocentur
lumina, cum etiam sidera, soles, interdum nominen-
tur.

VRBEM CONSEDISSE LVCTV) dictum est, inquit
Turneb. lib. 23. cap. 14, quod qui tristes sunt, plerumq;
sedent, & Græci *καθίσιν κλαίοντα*, id est, flentem redde-
re, dicere eodem fere modo solent. Dicere vult, urbem
in luctu iacere, luctu summersam videri.

CÆLVN TERRITAT ARMIS) desiderandi sensu, & si-
gnificatione audio, ut sit, cælum, deosq; tetrere velle
videtur. Prouerbialis hyperbole, inquit Patæmigraphus.
Conuenit in minaces, & feroces, Thraconesque
magniloquos. Sumpta videtur à bello gigantæo, quæ
fabula notissima est. Confine huic illud in epistola. Sy-
nesij ad Andronicum. *τῇ κεφαλῇ τὸν ἕρπον ἐξαρῶσιν
ἄρχοντες.* Id est, capite cælum perumpere conatur. Tur-
neb. lib. 14. cap. 13.

VNVN ETIAM DONIS ISTIS) Dixit placuisse omni-
bus sententiam regis: sed addit Drances, quod ille ve-
recundè, & consultò transmiserat: finis enim belli pos-
set accedere, si tolleretur causa certaminum. Ergo quæ
iubes mitti, auro, ebori, sellæ, trabes: quæ iubes dici,
de nauibus, & agro, adijce vnum tantum, quod propte-
rea difficile non est: da illi filiam tuam Lauiniam: dabis
egregio genero, & affinitate tua digno, (vnde Turnus
indignus apparet) & ista generis coniunctione in æter-
num pacis fœdera firmabuntur. Hoc dicto præterea La-
tini pudorem exonerat, qui Turno etiam suam promi-
serat filiam, dicens, causam Reip. præponderare de-
bere, & propter pacem ciuium Turno Æneam esse præ-
ferendum. Donatus, Seruius.

Quod si tantus habet mentes, & pectora terror,
Ipsū obtestemur, veniamq; oremus ab ipso:

Vvu* 3

Cedat

- Cedat ius proprium regi, patriæq; remittat.
 360 Quid miseros toties in aperta pericula ciues
 Prolicis? Ô LATIO CAPVT HORVM, ET CAVSSA MALORVM.
 NVLLA SALVS BELLO, PACEM TE POSCIMVS OMNES.
 Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus.
 Primus ego, inuisum quem tu tibi fingis (& esse
 365 Nil moror) en supplex venio: miserere tuorum:
 Pone animos, & pulsus abi. sat funera fusi
 Vidimus, ingentes & desolauimus agros.
 Aut (si fama mouet, SI TANTVM PECTORE ROBVR
 CONCIPIS, & si adeo dotalis regia cordi est,)
 370 AVDE, ATQVE ADVERSVM FIDENS PER PECTVS IN HOSTEM.
 Scilicet, vt Turno contingat regia coniux,
 Nos, animæ viles, inflecta, inhumataq; turba
 Sternamur campis: etiam, tu, si qua tibi vis,
 Si patrij quid Martis habes, illum aspice contra,
 375 Qui vocat.

QVOD SI TANTVS HAB. MENTES ET PECT. TER-
 ROR) Quod si tantopere timemus Turnum, quod tu
 præstare potes, ab ipso rogemus, vt patiatur regem te
 vti suo ipsius iure, in gratiam patriæ remittat de iure suo,
 illud in arbitrio regis ponat. Reliqua deinceps verba
 magnum pondus habent singula. *Miseros ciues*, qui cū
 sint innocentes, coguntur infelicitis hominis extremam
 communicare fortunam. Et quidem istuc non semel;
 q̃ ipsum erat intolerabile, verum sæpius. Et est quidem
 viri fortis, incertum pugne non timere: sicut enim in
 eo timentur aduersa, ita possunt etiam secunda me-
 lioribus prouenire successibus. In pericula autem ma-
 nifesta vnumquemque improuidum ruere, summa
 dementia est, eodemq; nō alienos, sed ciues detrudere,
 ac projicere, tanquam viles, atque abiectos, verē indi-
 gnissimum est. Ad extremum in apertum conuicium
 erumpit. O, inquit, non vni ciuitati, sed toti Latio, si-
 ue Italiæ principium, & causa malorum omnium, qui-
 bus adhuc oppressa est: per te enim ad arma compulsa
 est, & tot de suis perdidit. Donatus.

Ô LATIO CAPVT HORVM, ET CAVSSA MAL.)
 Lib. 12. *Se causam clamat, crimenq; caputq; malorum.*
 Terent. And. *Nam si hic est mali quidpiam, hemillic*
est huic rei caput. Vbi Donatus. Caput est origo, &
 summa vniuscuiusque rei. Mox Virgilianum hunc lo-
 eum subiicit. Rursus Adelph. *Non potuit melius, idem*
sensit quod ego, te esse huic rei caput. Rem quoque prin-
 cipio carentem ἀρχὴν vocamus. Ergo capitis hiero-
 glyphicum sæpe, & præcipuè, est initium, principium,
 prima causa, fundamentum, quod passim videre est a-
 pud scriptores, & declarat ipsum eius etymon. Sic enim
 Varro dictum putat caput, q̃ ab eo initiū capiant sensus
 & nerui. Confirmat item consuetudo loquendi, cum
 dicimus aliquid à capite arcessere vel exordiri, aliquid
 ab hoc, vel illo capite manare. Frequenter etiā caput pro
 re in aliquo genere potissima ponitur. Capita reip. ali-
 cuius rei caput, caput cœnæ. Cic ad Appiū. An tibi ob-
 uiam non prodirem? primum Appio Claudio, deinde
 Imperatori, deinde more maiorum, deinde, quod ca-
 put est, amico: Caput & causam malorum Cic. Philipp.
 2. Antonium vocauit, malorum, inquam, belli ciuiliis.
 Sed vsus est alijs verbis, nempe istis. Ab huius enim sce-

Alere omnium malorū principium natum reperleris. M-
 NVLLA SALVS BELLO, PACEM TE POSCIM. OM.)
 Si pugnandum vltius fuerit, nulla iam speranda est re-
 liquis vita, quia ad id deducti sumus, vt spes nulla remā-
 sceret. Te ergo Turne pacem poscimus, qui solus es cau-
 sa bellorum: nam Aeneas iam pacem promisit. *Inuola-*
bile pignus intellige Lauiniam, & petimus vt cedas La-
 uiniam Aeneæ. Donatus, Seruius.

Quamquam hic versus nulla cum adiectione ita
 soleat citari à multis, *Nulla salus bello, pacem te poscimus*
omnes, & verum sit, pacem esse bello præferendam, illo-
 que longè meliorem: tamen, quod ipse vides, poeta
 addit, *Turne*: & Drances petit à Turno, vti per eum fa-
 cere pacem cum Troianis liceat: quamuis id ex ignauia
 potius, quam quod ita verè sentiret, quod ei in respon-
 sione Turnus obijcit. Sed nec generatim, ac simpliciter,
 nec in parte semper, pax bello anreponenda. Sed res ita
 distinguenda est, quemadmodum in Archidamo docet
 Isocrates: qua eadem oratione pro se vti Turnus possit.
 Sic ergo ille pater eloquentiæ, κατὰ πόρτοι ἀπὸ τῆς τῷ πα-
 λαιῷ, &c. At quidam in bellum inuehuntur, eiusque
 perfidiam accusant, argumentis vtentes, cum alijs, tum
 ijs ipsis, quæ nobis acciderunt: seque mirari dicunt,
 quenquam esse, qui rei tam sæuæ, ac temerariæ fidem
 habendam censeat. Ego verò noui multos, qui sibi ma-
 gnā bello felicitatem pepererunt: multos item, qui
 eandem pace amiserunt. Nihil enim rerum omnium
 per se omnino vel malum est, vel bonum: sed vt quisq;
 rebus, atque occasionibus vtitur, ita necesse est euen-
 tus consimiles inde consequi. Est autem felicibus ex-
 petenda pax (nam eo statu bona parta diutissimè con-
 seruantur) calamitosus ad gerendum bellum animus
 adiiciendus. Nam tumultu bellico, & omnia conando,
 afflictæ res celerius eriguntur. In ea autem oratione,
 quæ est de pace, pronuntiauit verissimè idem orator
 q̃ subiungimus, ἡκομαν γὰρ ἐκκλησιαζοµεντες περὶ τοῦ πολέμου,
 καὶ εἰρήνης, ἀµεγίστην ἔχον δύναµιν ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, καὶ
 περὶ τῶν ἀνάγκη τῶν ἰσθµῶν βουλευοµένους ἀµεινον τῶν ἄλλων περὶ
 τῆς. Hoc est: Nam in hoc conuentu de pace, & bello
 deliberatur: quæ duæ res maximas in vita mortalium
 vires habent, alijsq; feliciores necessario reddunt eos,
 à quibus prudenter administrantur.

Memo-

Memoratu haud indigna Diodori sententia, in ex-
orsu libr. 12. Nullum penitus ex his, quæ nobis bona
putantur, purum, atque sine omni molestia sincerum
mortalibus vnquam obigit: contraque nullum malū,
quod omni prorsus utilitate careat. Deinde quantum
bonorum Græcia è bello Xerxiano confecta sit, de-
monstrat.

Huc item mirificè quadrat locus Thucydidis lu-
culentissimus de pace, & bello, ex oratione Corinthio-
rum, lib. 1. Ut enim modestia est quiescere, si non affi-
ciaris iniuria: ita iustitia est, cum afficimur iniuria, paci
bellum anteferre, & repressā iniuria, post bellum rur-
sum pacem facere: nec aut successu in bellis elatos plu-
ra appetere: nec pati iniurias mollitie, & amore otij. B
Nam & qui propter voluptatem quiescit, citò ea pri-
uabitur: & qui propter successus in bellis fit insolenti-
or, non cogitat se efferrī cæca ferocia, quæ non erit di-
uturna: sæpe enim etiam stulta consilia, cum alij agunt
stultius, habent bonos euentus: ac multo sæpius ea,
quæ bene deliberata videbantur, secus cadunt, cum alij
sunt intenti, &c.

Sed fingamus à Marone absolutè pronuntiatam
hanc de bello & pace sententiam, & eam ipsam, quoni-
am sic quoque vera est, illustræmus nonnihil. Herodotus
lib. 1. ἵδεις ὃ ὅτι ἀνθρώπος ἐστὶ, ὅστις πόλεμον καὶ εἰρήνην αἰ-
ρεῖται. ἐν μὲν ὃ τῇ οἱ παῖδες τὸς πατέρας δαμάσκει· ἐν δὲ τῇ
οἱ πατέρες τὸς παῖδας. Id est, neque enim quisquam ita
amens est, ut bellum, quam pacem præoptet. Nam in
pace filij patres, in bello patres filios sepeliunt.

D. Gregor. Nyssenus, lib. de 8. Beatitud. pacē cum
bello cōparans, quā illa optabilis, & iucunda, quā cōtrā
hoc inuisum, ærumnosumque sit, clarissimè ostendit. Nō
nulla subiiciō. *Quid. n. hominibus, ex iis rebus, quibus
frui, atq. potiri studet, vita pacifica dulcius? Quodcūq. no-
minaueris ex iis, quæ in vita suauia, & iucunda sunt, pace
indiget ad hoc, ut iucundum sit. Etenim si suppetant dini-
tie, bona valetudo, uxor, liberi, domus, parentes, ministri,
amici, horti amœni, lanacra, palestra, gymnasia, quæcun-
que demum voluptatis inuenta sunt, quæcūq. delicias se-
ctantes recreare possunt, si pacis bonum defuerit, quid in-
de lucri est? aut quid profunt, bello, quo minus fruamur,
impediente? Ergo cum ipsa pax iucunda est, cum omnia
quæcūq. in vita coluntur, expetuntur, & in pretio sunt,
dulcia, atq. iucunda efficit. Quin etiam, si qua more hu-
mano in pace nobis calamitas accidat, bonis malum con-
temperatum lenius, ac toleratu facilius, quibus accidit,
existit: bello verò vitam premente, sensu quodammodo
aduersus eiusmodi acerbarum rerum casus caremus. Com-
munis etiam calamitas dolore superat incommoda singu-
lorum. Ac quemadmodum medici de corporis incommo-
dis dicunt, quum duo simul morbi in uno corpore concur-
rerint, solius exuperantis sensum existere, ac latere quo-
dammodo mali inferioris dolorem, immensa, atq. insupe-
rabili magnitudinis prævalentis celatum: iidem incom-
moda belli exuperantia acerbiter efficiunt, ut proprias
calamitates homines non sentiant. Quod si ad proprio-
rum incommodorum sensum animus quodammodo tor-
pet, communis bellimilis consternatus, quomodo volup-
tatis sensu fruatur? Vbi arma & equi, ubi ferrum a-
cutum, & tuba sonans, ubi phalanges hastis inhorrescen-
tes, scuta coherentia scutis, ubi cristata, & terribiles galeæ,
ubi conflictus, impressiones, manuum confertiones, praelia,*

*Acades, fuga, persecutiones, gemitus, ululatus, ubi terra san-
guine madet, mortui conculantur, & obsteruntur, sanctij
derelinquuntur: nunquid in his rebus occupato otium
vnquam erit cogitationem ad rem aliquam iucundam
conuertendi?*

De pacis commoditatibus, & fructibus attexam
versiculos Tibulli ornatissimos, ex lib. eius 1. eleg. 10.

Interea pax arua colat, pax candida primum

Duxit aratores sub iuga curua boues.

Pax aluit vites, & succos condidit vna,

Funderet ut nato testa paterna merum.

Pace bidens, vomerq. vigent: at tristitia duri

Milites in tenebris occupat arma sitis.

Rusticus è lucoq. vehit male sobrius ipso

Vxorem plauistro, progeniemq. domum.

Græcè doctissimus homo hunc versum ita est in-
terpretatus. ἡσυχίαν εἰρήνην, πολέμῳ στήθειν ἰδόν. In e-
undem lusit hæcæ parodias idem ille.

Nulla salus pelago, portum te poscimus omnes.

Nulla sine are salus, illud te poscimus omnes.

Nulla salus lymphis, vinum te poscimus omnes.

Nulla salus magnis opibus, mediocria posco.

Nulla salus vitis, virtutem poscimus omnes.

QVEM TV TIBI FINGIS) Bene, quem tu fingis,
ne ei tanquam inimico non credatur. Hoc dicit, Non
sum quidem: sed si velis esse, non recuso, & esse nihil
moror. Et magna est nocendi calliditas: supplicem se
efficit inimicus, & ut modò desiderata perficiat, atque
ut maiorem inuidiam compleat, rogat omnium nomi-
ne. Quin & beneuolum se fingit, dum ipsius quoque sa-
luti vult esse consultum, quem odio persequabatur, &
quem oppressum cupiebat. Omnia demū, inquit, sunt
plena funerum, & vastitatis, nec fere iam superest, quia
gros colat. Donatus, Seruius.

INGENT. ET DESOL. AGROS) Ut alibi, & lator va-
stant cultoribus agros. Desolantur agri, cum inde coloni
ad bellum abstrahuntur. Cic. pro lege Manil. Nam cū
hostium copiarum non longè absunt, etiam si irruptio facta
nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura defe-
ritur, mercatorum nauigatio conquiescit.

AVT SI FAMA MOVET, SI TANT. PECTORE ROB.)
Si aliquam curam nominis & famæ tuæ geris, si tantum
virtutis tua confidis, si adeo regiam coniugem, cum
qua regnum in dotem accipias, ambis, solus cum solo
Ænea congregere. Quum enim non publica, sed pri-
uata sit causa, cur dimicemus, quibus pericula aduer-
sa non sunt, & secunda non profunt? Itane tanquam
viles, & nullius pretij homines æquum est nos totis cā-
pis prostratos iacere escam alitibus & feris, sine sepul-
tura, sine nostrorum lacrymis? Etiam tu, pro, eia tu, in-
terdum enim etiam hortantis verbum est. Donatus.

Nos ANIMÆ VILES) tanquam viles, & abiectæ,
& nullius pretij animæ.

INFLETA, INHYMATA QVE TVRBA) Talis græcè ἀλλαν-
τος, ἀτακτος.

ILLVM ASPICE CONT. QVI VOCAT) Homeri imi-
tatione, apud quem est ἀκτὴν εἰσιδόν, & εἰς ὅπα ἰδὼν,
& κατ' ἐὼπα ἰδὼν, simili usurpatione de congressu cum
hoste. Valent huc eiusdem versu sisti.

Ἀλλὰ σὺ γ' Αἰαντὸν μὲν ἀλὲν ἔκ' ἰτάλασσας
Στήματα πάντα κατ' ὅσος ἰδὼν δῆλ' ἔν' αὐτῇ.

TALIBVS EXARSIT DICTIS VIOLENTIA TVRNI:

DAT GEMITVM, RYMPITQVE HAS IMO PECTORE VOCES.

LARGA QVIDEM SEMPER, DRANCE, TIBI COPIA FANDI,

TVNE

- TUNC, CVM BELLA MANVS POSCVNT, patribusq; vocatis
 380 PRIMUS ades: SED NON REPLENDA EST CVRIA VERBIS,
 Quæ tutò tibi magna volant, dum diffinet hostem
 Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.
 PROINDE TONA ELOQVIO, SOLITVM TIBI: meq; timoris
 Argue tu Drance, quando rot stragis aceruos
 385 Teucrorum tua dextra dedit, passimq; trophæis
 Insignis agros. POSSIT QVID VIVIDA VIRTVS,
 EXPERIARE LICET. nec longè scilicet hostes
 Quærendi nobis: circumstant vndiq; muros.
 Imus in aduersos? quid cessas? AN TIBI MAVORS
 390 VENTOSA IN LINGVA, PEDIBVSQVE FVGACIBVS ISTIS
 SEMPER ERIT?
 Pulsus ego? aut quisquam meritò, fœdissime, pulsum
 Arguet, Iliaco tumidum qui crescere Tibrim
 Sanguine, & Euandri totam cum stirpe videbit
 395 Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armis?
 Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens,
 Et quos mille die victor sub tartara misi
 Inclusus muris, hostiliq; aggere septus.

TALIBVS EXARSIT DICTIS) Cum arderet ante, A us lib. 8. lingua magis strenuam, quam factis. Et huc al-
 talibus dictis magis in Drancem exarsit, maledicis ni-
 mirum, & iniuriolis: & more suo habitum futuræ ora-
 tionis ostendit. Sunt multa sua vi optima, quæ, quoniã
 per se non possunt vituperari, ab accidentibus vitupe-
 rantur: vt hoc loco, quoniam eloquentia optima est per
 se, eam culpatur ex tempore, dicens, Tunc incumbis e-
 loquentiæ, cum bella manus deposcunt, & vocatis ad
 consilium patribus, tanquam bella formidans, ades
 primus ad dandum consilium. Sed nunc, dum hostis
 adhuc mœnibus prohibetur, potes liberè fabulari quæ
 vis. Seruius.

LARGA QVIDEM SEMP. TIBI COPIA FANDI) Iure
 accusantur, qui res quamuis viles, non idoneis tempo-
 ribus, neque id postulantibus tractant. Quapropter
 Turnus actis animi iuuenis Drancem aduersarium in-
 crepat, quod propinquis hostibus, aggredi que urbem
 parantibus, ostenter importunam illam eloquentiam
 suam. neque enim tunc linguæ munus valdè requiritur,
 sed manu opus. Quod si consilij quoque usus est, id
 subita expositione contentum est. Demosthenes quo-
 que oratione *περὶ συμμαχίας* id exagitaui: quemadmo-
 dam etiam contrariam huius, culpam eius, qui, cum cō-
 silia requiruntur, deliberatio que aliqua de re habetur,
 studet opinionem fortitudinis reportare, vnde oppo-
 sita hæc inter se vitia accusare incipit. *ὅτι ἐκ τῶν χαλεπῶν,
 ὅδ' ἔταρ βυλύνεται δὲ δέξαι ἀνδρείας λαβεῖν, ὅδ' ἔταρ κί-
 δνός τις ἔγρης ἢ δεινὸν εἰπεῖν φανῆναι.* Victor. lib. 2. cap. 16.
 * *Æneid. 1.* Postquam data copia fandi. *ibi copia est potestas: hic
 autem verborum profusio inani, quod indicat aduocari largam.*
 Et infra, ventosa in lingua. Alioquin copia fandi quid est, nisi quia
 Cicerone dicitur copia dicendi, id est, ipsa eloquentia?

SED NON REP. EST CVRIA VERBIS) Citat vt pro-
 verbiale Suidas, *ὁ λόγος ἀγορὰ λέγεται ἐλλὰ δὲ, ἀλλ' ἔρ-
 γον.* Id est, non verbis indiget Græciæ forum, sed factis:
 dici que admonet *ὅτι τῶν κομπάζοντων*, hoc est, in Thra-
 sonicè arrogantes, & verbis tumidis cælum ipsum ter-
 rittantes. Talem insinuat Græcorum gentem T. Liui-

lusse Virgil. indicat Iunius Cent. 2. num. 60.

QVÆ TVTO TIBI MAG. VOLANT) non vult Tur-
 nus Drancem hic significare ἀσφαλὸς ἀγορεύων, more
 Græcorum, qui ἀσφαλὸς (vt docet Eustathius) τὸ ἀπερ-
 σιμῶς ἐκ μεταφορῆς τῶν τοῖς ποσὶ σφαλόμενων accipiunt:
 sed obijcere illi potius ignauiam, & domi, longè que à
 periculis debacchandi in strenuos, & deblaterandi vsur-
 patam licentiam.

Verba volare dixit, quemadmodum Homerus,
 ad cuius imitationem se totum fingit, non in magnis
 modò, sed in paruis quoque, cui toties in ore est *ἱππεύ-
 οντα*, verba pennatà seu pennigera. Cur autem pē-
 nata appellat, causam proferit Plutarch. libr. de Gar-
 rulitate, in hæc verba. Neque enim volucrem è mani-
 bus dimissam facillè est rursus apprehendere: neque
 sermonem ex ore proditum continere, vel capere pos-
 sibile, sed fertur leues rotans alas, per alios ad alios di-
 spersus. Horatius nonne etiam pennas addidit, cum
 dixit. epist. 18. lib. 1. *Et volat emissum semel irrenocabile
 verbum.* Ad volatum istum verborum nonne alludit,
 cum scripsit ad Pisones, *nescit vox missa reuerti?* Exi-
 stimat autem Turneb. lib. 23. cap. 14. quod de Drance
 his verbis poeta, *Quæ tutò tibi magna volat*, & quæ ante-
 cesserunt, *sed non replenda est curia verbis*, quæque in-
 fra sequuntur, *Proinde tona eloquio solitum tibi*, hoc in-
 quam totum mirificè in personam Ciceronis conueni-
 re, nec dubitat in eius imaginem Drancis personam à
 Marone institutam, & inductam fuisse. Ego persuasissi-
 mum habeo, nihil minus voluisse Virgilium, quàm ir-
 ridere M. Tullium, quem admiraretur, vt oratorum
 quendam deum: & ipsum Turnebum contumeliosè
 locutum aio.

NEC INUNDANT SANG. FOSSÆ) Canterus lib. 6.
 cap. 8. corrigendum censet, Donato suffragante, &, pro
 nec: vt legamus cum hiatu *Agger murorum, & inun-
 dant*, &c. quod cum Virgilius & alibi fecerit, vt osten-
 dit in eodem capite, non debet quisquā offendi. Apud

Don-

Apud Donatum sic est. Fallit te conuentus iste maiorum, fallunt te murorum septa, quæ nobis paululum separant hostes. Nonne vides per fossas sanguinem fundi? Veruntamen sanæ parti frustra scalpellum puto adhiberi, & cum Donato falli Canterum, pugnareq; cum sententia versus manifesta. Hoc enim dicit Turnus, Drancem posse loquacitati suæ indulgere, dum adhuc hostis ad muros non est: (nam libro duodecimo primū Veneris monitu ad oppugnationem Laurenti venit) iam illi turdè volare verba, quæ haud turdè volaret, si aggere ab hoste rescisso, fossæ inundarent cælorum sanguine. Tamen si tempus etiam hoc magis manus, quam verba poscat. Indicat ergo posse, & solere multis utrinque cædibus factis, & strage magna edita in oppugnatione urbium sanguinem multum, & instar fluminum, seu torrentium fieri. Sic Cic. orat. post red. in senatu locutus est. Ego meam salutem deferui, ne propter me ciuium vulneribus respub. cruentaretur: illi meum reditum non pop. Romani suffragiis, sed flumine sanguinis intercludendum putauerunt.

TONA ELOQVIO, SOLITVM TIBI) Insultat Dranci, & ut imbellem, atque effeminatum irridet, & dicit, exaudivit eius debere sententiam, qui de bellis iudicet ignarus. *Tona eloquio*. Sic & Pericles fulminare dictus est: & ἰλασθήσονται in apud Aristoph. ὁσπερ ὁ πῶς βροτῆς ἰλαυνόμενα. Donatus, German.

QUANDO TOT STRAG. ACERVOS) De hoc genere Ironiz Quintil. libr. 9. cap. 2. Ironia est & cum similes imperantibus, vel permittentibus sumus, *Isequere Italiam ventis*. Et cum ea quæ nolumus videri aduersariis esse, concedimus eis. Id acrius fit, cum eadem in nobis sunt. Citat hoc German.

NEC LONGE SCILICET HOSTES) Suspicio alludere voluisse ad illud adagium, αὐτὸ ῥόδοι, αὐτὸ πῆδμα, Hic Rhodus, hic saltus. Ortum ex fabula Æsopica.

IMVS IN ADVERSOS?) Vtitur verbo Drancis, qui dixerat, atq; aduersum fidens ferpeſtus in hostē. Ego, inquit, ibo in hostē aduersus, secundum voluntatē tuam: sed tu quoq; veni mecū, ut videas, ac probes, qualis sim. Quid

est quod in campum exire non audes, cū loquendo, fugiendoq; bellator sis fortissimus? Et quoniam dixerat, *Pulsus abi*, opponit huic facinora sua, ex quibus prorsus fiat incredibile, fugere aliquando voluisse: sed veris falsa permiscet, & nimis insolenter gloriatur. Quod sua opera *procurbuisse* ait omnem Euandri progeniem, ita intelligas, quia vno Pallante filio occiso, tota eius posteritas interijt. Euander namq; senex, nouæ sobolis pater esse non poterat. Pandarum, & Bitiam *ingentem* nominat, ne humiles, & abiectos superasse videatur. De mille vno die superatis quod sequitur, habet falsitatis aliquid: multos enim occidisse dictū est, non mille. Addit tamē, quod laudem possit augere. Hæc, inquit, perfeci *septus hostili aggere, & muris inimicis inclusus*. Potest videri ideo ista dixisse, ut ex his ostenderet, quæ fecisset liber in campo, quum multifariam clausus, expedit se potuit, & victor exire. Donat.

AN TIBI MAIORS VENTOSA IN LINGVA) An semper te Martium esse virum iactabis, quum nihil aliud, quam loqui de bello, aut è bello fugere soleas? An semper linguatē, & pedibus magis, quam manu bellatorem esse probabis? Plut. Lacon. ὁ μὲν λόγος δαίμωνες, ὁ δὲ λόγος ἀπίος. ὃ δὲ πειροσάπτιαι Prouer. ling. bellare. Similibus modis interdum loquuntur boni scriptores, ut cum dicunt historici, victoriam in ferro, in manib; ferre, & in celeritate, atq; audacia alicuius rei summā statuere. Sallust. in Catilinæ orat. ad milites. Quapropter vos moneo, uti forti, atque parato animo litis, & cum prælium inibitis, memineritis vos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atque patriam in dextris vestris portare. Et Darius iterum cum Alexandro dimicaturus apud Curtium. In dextris vestris iam libertatē, opem, spem futuri temporis geritis. Tale est Plautinū ex Pænulo. *Iste est thesaurus stultis in lingua situs*. Non est diuersum, quod scribit Heraclius ad Hermodorum de Ephesiis: inquit enim, ipsos τὰ ὅπλα ἐν ταῖς γλώτταις ἔχον, id est vniuersam armaturam suam in lingua habere. Titius. lib. 5. cap. 15.

VICTOR SVB TARTARA MISI) Libro 12. *Ant hac Dardanum dextera sub tartara missam.*

Nulla salus bello? (CAPITI CANE TALIA DEMENS

400 DARDANIO, REBVSVQVE TVIS) proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atq; extollere vires
Gentis bis victæ, contrà, premere arma Latini.
Nunc & Myrmidonum procures Phrygia arma tremiscunt,
Nunc & Tydides, & Larissæus Achilles:

405 AMNIS ET ADRIACAS RETRO FVGIT AVFIDVS VNDAS.
Vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit,
Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
Nunquam animam talem dextra hac (absiste moueri)
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.

CAPITI CANE TALIA DEMENS DARDANIO) Homer. Odyss. β.

ὦ γέρον, εἴδ' ἄγε νῦν μανέντας οἷσι τέκουσιν.

Οἷος δ' ἰδὼν, μὴ πῶς τιγὼν πάσχωσιν ἐπίσσω.

Quoties argumentum non possumus soluere, aut contraria obiectione, aut risu, aut maledictō, ut in hoc loco, aduersario respondemus. Quoniam igitur dicis *Nulla salus bello* (quod capiti tuo sit, ἢ κεφαλὴν σοί, Aristoph.) ne cesses omnia turbare magno metu, laudare

bis victos (ab Hercule, & Græcis: bis enim expugnatum est Ilium) eorum vires, & animos extolle, Latini (inuidiosè, cum mea dicere deberet) deprimere. Dicitu, qui contraria didicisti affirmare, & impossibilia mentiri, Phrygas esse terrori Myrmidonibus, & Diomedis, & Achilli. Dic Aufidum Apuliz fluvium à mari Adriano, in quod influit, retro relabi. Suprà, *refluitq; undis exterritus amnis*. Donatus.

AMNIS ET ADRIACAS) Allusum ad Euripideum hoc

XXX*

hoc

hoc, *ἢ τοῦ ποταμοῦ ἢ τοῦ χειμῶνος πρὸς τὴν θάλασσαν*. Multis locis Horatius significat, tempestuosum esse, & aestibus maximis agitari mare Adriaticum, vento Austro inprimis flante. Ode 3. lib. 1.

— *nec xabiem Noti,*

Quo non arbiter Adria

Maior, tollere, seu ponere vult freta.

Et Ode 3. lib. 3. *neg, Ausfer, Dux inquieti turbidus Adria*. Et Ode 9. *ἢ improbo Iracundior Adria*. Mitto reliquos. Causa est, quot arctè, & angustè conclusus est is sinus, id quod fretis propter angustias accidete ignorat nemo. Hæc breuiter ex Iosepho Castilione.

VEL CVM SE PAVIDVM) *Vel* in principio sententia positum, pro, nam, indignationi interdum seruit, & à Græcis tractum videtur, qui particula *ἢ* eodem fere modo vtuntur. Frustra autem est Quintil. qui libro 9. cap. 3. hic à vetustatis consecratione Virgilium commendat. Videtur tamen Cic. sequutus potius noster Maro, qui vocula ista, vel, hoc sensu non semel vsus est. Pro Flacco. *Vel* quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis hoc Prætor circumuentos: cur ij non in iudicio adsunt? Quasi diceret, quid impudentius, quàm hoc dicere? Lucanus. *Vel cum tanta vocent discrimina Martis Iberi, Cur rapidum desectis iter?* Terent. And. *Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te esse ortum.* In Hecyra. *Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, quam sanctè?* Gell. lib. 9. cap. 12. *Vel* illud quale est, quod idem Plin. libro 10. Democritum scripsisse asseuerat. Plato. *ἢ πῶς λέγεις ὃ Γοργία τὰ τοιαῦτα;* Hæc Bud. Comment. ling. Græcæ. * *Melini dixisset Budam, vel, significare quadam de pluribus, & interdum cum indignatione quadam, interdum cum affectu quopiam alio, quod ex testimonijs clarum est. De notione huius particula dictum etiam Eclog. 8. Carmina vel celo, &c,*

NUNQUAM ANIM. TAL. DEXTRA HAC) *Quale* scelerati commentum est, timorem fingere, & ita me durius accusare? Esto securus Drance, parcam tibi,

Alicet merearis interfici: nunquam enim dextera mea imbelles occidit. Sit magis tecum anima tua, habitetque in pectore tuo: melius enim de te supplicium dabitur votis meis, si diutius viuas, & pœnas liuoris iugiter expendas. Donatus quidem hoc modo.

Seruius isto. Contra illud, quod ait superius, *De libertatem fandi, statimq, remittat*. Nam hoc dicit: timorem suum naturalem inuidiosè in eam causam retorquet, vt mea præsentia, non illius naturæ videatur, quod timet: hoc enim est, quod planius iterat, dicens: *ἢ formidine crimen acerbatur*. Sed pessima, & vilis anima habitet tecum in membris congruis. Nam talem vilem, & pessimam accipimus, quam nefas est perire ea dextera, quæ tantum viros fortes consuevit occidere.

Loci huius hæc est sententia, vt neget Turnus, velle se heroicas manus contemere tam impuro sanguine, nec item bene mereri de inimico nefario, nec eum occidendo, cruciatus finire, quem verisimile sit (vt flagitiosis accidit) furias pati, & vitam turbidam, atque inquietam agere, vt ex decretis philosophiæ discere est, & eo libro Plurarchi, qui inscribitur, *ἢ ἀνταρκτικὴ ἢ κακία πρὸς κακοδαμονίας*. Cæsar quoque disputauit apud Sallustium, miseris, & ærumnolis mortem esse solatium, & remedium. Nempe & Aristoteles, probis vitâ iucundissimâ esse debere affirmavit, quæ malis supplicio, & carnificinæ esse dicitur. Vnde & Plato de sceleratis, *ἵκῃ δὲ τῷ θανάτῳ ἐλάχιστον τὸν κακόν*. German.

* *Contumeliosissimum genus Vlrionis est, ait Seneca, non esse dignum Vlrione, ex quo Vlrione peteretur. Est igitur summum contemptus huic Verbi significatum, Nunquam animam talem, &c. Licet hoc referre adagium, Aquila non capiat muscam. Aptissimum quoq, huic epigramma Martialis lib. 1. de leone, & lepore.*

Quid nunc læua fugis placidi lepus ora leonis?

Frangere tam paruas non didicere feras.

Seruantur magnis isti ceruicibus ungues,

Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.

Præda canum lepus est, vastos non implet hiatus.

Non timeat Dacus Cæsaris arma puer.

410 Nunc ad te, & tua, magne pater, consulta reuertor.

Si nullam nostris vltra spem ponis in armis:

Si tam deserti sumus, & semel agmine verso

FVNDITVS OCCIDIMVS, NEC HABET FORTVNA REGRESSVM:

OREMVS PACEM, ET DEXTRAS TENDAMVS INERMES.

415 (Quanquam ô si solitæ quidquam virtutis adesset,

Ille mihi ante alios fortunatusq; laborum,

Egregiusq; animi, qui, ne quid tale videret,

Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.)

Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,

420 Auxilioq; vrbes Italæ, populiq; supersunt:

Sin & Troianis cum multo gloria venit,

Sanguine, sunt illis sua funera, parq; per omnes

Tempestas: CVR INDECORES IN LIMINE PRIMO

DEFICIMVS? CVR ANTE TVBAM TREMOR OCCVPAT ARTVS?

425 MVLTAE DIES, VARIVSQVE LABOR MVTABILIS ÆVI

RETTVLIT IN MELIVS: MVLTOS ALTERNA REVISENS

LVSIT, ET IN SOLIDO RVRSVS FORTVNA LOCAVIT.

Nunc

NUNC AD TE ET TVA MAGNE PAT.) Exoracione Agna procubunt, propter indignationē, stomachūq; nec dolorem vulnerum eorum, quę acceperunt. Victor. 29. cap. 17.

turbulenta, quam ratione personę protulit, ad mirem, atque humilem repente conuertitur: & est in ipsa tranquillitate sermonis, quędā consiliorum Latini, atq; dispositionū occulta vituperatio. Insinuatione vitur, id est, callido, & subtili aditu ad persuadendū. Vult. n. dicere, melius esse interire, quam pacem rogare: quod quia apertē non audet, latenter, & paulatim ad hoc serpit. Omnia, quę sibi possunt obici, ponit, sed cum solutionibus suis. Nam & fortuna non immutabilis: & qui semel pellitur, iterum potest reuerti: & auxilijs nō sunt penitus destituti: & in exercitu est adhuc plurimū spei. Est autem syllogismus. Donatus, Seruius.

SI TAM DESERTI SUMVS) quasi dicat. Etiam si Diomedes auxilium nobis denegarit, non tamen omnino deserti sumus.

QUANQVAM ō SI SOLITÆ QVIDQVAM VIRTVT.) Pathos per reticentiam. Macrobi. lib. 4. cap. ult. Non se inertię arguit, sed queritur de virtute amissa per negligentiam. O autem doloris est exclamatio, & intelligimus illic immoratam esse eius orationem: nam exarsit dolore, quia apertē non potuit dicere, moriendum potius esse, quam hostes rogandos. Quod tamen dixit, conferēs se ad alias personas, & laudans eos, quibus cōtigit perire, ne ista conspicerēt. Ita Seruius. suprà, Quāquam ō, sed superent, quibus hoc Neptune dedisti: Videtur autem hęc particula παροϊπησις, & affectum continere. German.

NE QVID TALE VIDERET) tale te nempe laudare, vel rogare hostes: vel, quod latenter insinuat, tradi alteri, sibi desponsam. Seruius.

PROCVBIT MORIENS, ET HVVM SEM. ORE MO.) Quod Turnus de Mezentij impuri hominis honesta morte profert [Procubuit moriens, &c. nā hoc ad Mezentium Donatus referendum credit, quem vide,] quem tum ille valdē diligebat, & in iniustum illud regnū, vnde exactus erat, reducere cupiebat, & ipsum acceptū est ab Homero. Ille namq; non semel eo vñse est, & cum fecit Agamemnonem ira dicere, vota Ioui nuncupantem, & pręclara quędam optantem. πολέες δ' αὐτὸν ἰταίειν, πρυΐεις ἐκονήσιν ὁδὰς λαζοίαιτο γαῖαν. Et cum Nestorē sua vetera facta commemorantem hęc loqui.

Περὶ κούρτα δ' ἔλον δόρυς, δύο δ' αὐφίς ἔχασον
φάτες ὁδὰς ἔλον ὁδὰς ἑμῶ ὑπὸ δουὲ λαμίνης.

Inde sumptum etiam Euripides vsurpauit Phœnissis de duobus fratribus, qui mutuis ictibus ceciderant. γαῖαν δ' ὁδὰς ὁλόγτες ἀλλήλων πέλαις πύπυσι αὐφω. Ductus est hic modus loquendi, vt arbitror, ab eo, quod necessarium vsu venit, cum aliquis confossus vulneribus concidit: vix enim fieri potest, quin ille ore telluris aliquid sumat. Cadunt autem (quod Lucretius etiam tetigit) in vulnera, qui occubunt. Hoc autē ipsum planius adhuc intelligitur prolatum fuisse ante ab Homero: videriq; non sine causa potest, totidē verbis inde trāslatum fuisse. De procis enim, cū interficerētur ab Vlyssē, inquit, ὁ δὲ χθόνα πύπυ μετώπῳ. Et, χθόνα δ' ἦλασε παύσι μετώπῳ. Nec tamē me fallit, aliter accipere Seruium hūc Virgilij locū, existimareq; ipsum, id facere eos, qui cadunt consultō, ne extremo illo tempore dolore victi, edāt vocem aliquā indignā sua pręterita existimatione, ac vita. Videndū tamē, quomodo tūc omnes verisimile sit de ea re tantopere laborare; non summā etiā dignitatis homines. Scholion autē vetus, explicans illud pronūtiatū ab Achille, τῷ κ' οἱ τῶσσι ἀχαιοὶ ὁδὰς ἔλον ἀσπίδων ἱ-
δου, putat facere hoc illos, qui vulnerati ab hoste in pu-

Agna procubunt, propter indignationē, stomachūq; nec dolorem vulnerum eorum, quę acceperunt. Victor. 29. cap. 17.

SIN ET OPES NOBIS) Inducta comparatione releuat ea, quibus grauabatur. Nos, inquit, si priores opes perdidimus, habemus alias: primum intactā iuuentutem, quę scilicet nondū interfuit bellis, robore adhuc integro. Sunt nobis adhuc auxilia vrbiū, ac populorū. Superiunt, inquit, superabundāt, vltā quam bella depolcant. Hoc falsum assererat, ostendisset enim expresse vrbiū nomina, & vocabula gentiū. *Vrbes Itale* dicit, ac si ita dicat, habemus robur Italum, non Gręcorum militem inertē, & dissolutū, qualem submittere potuisset Diomedes. Post confirmatas deinde partes suas, Troianorū vires imminuit: nihil quippe proderat docuisse, q̄ superent Latinis auxilia, si etiā Troianorū integrę vires esse probarentur. Non est, inquit, iudicāda victoria, quę per immensā detrimēta contigit. Et hoc est, vnde laudat Salust. duces, qui victoriā incruento exercitu reportarēt. *Sunt illis sua funera*, id est, Troianis, quia *et nostro sequitur de vulnere sanguis*, vt est ab eodē dictū lib. 12. Legitur & illi: & aut Æneā intelligimus, aut aduerbiū loci est, pro illic: vt in 2. *patescisti ianua letho*, pro istic. *In limine primo*, quasi in ipso initio, & aditu infelicitatis. Et ad illud respexit, q̄ suprà dixerat, *semel agmine verso Fendit occidimus*. Seruius, Donatus.

CVR ANTE TVBAM TREMOR) Ignavi milites pavitant, priusquam bellicum canatur, & audita tuba miro quodam, maioreq; etiam horrore perfunduntur. Inde proverbiū, *Ante tubam trepidas*, in eos, qui animo consternantur, antequam periculum appareat. Chiliad. * *Eudamidas dux, cum audiret differentē Xenocratem, solum sapientem esse bonum Imperatorem: Verba quidem, ait, admiratione digna sunt: sed qui dicit, eum tuba nunquam circumsonauerunt. Indicans maximo animo, et imperterrito opus esse imperatoribus: quę ex illis sapientum sepe inanibus, et aranearum telis similibus dispersionibus non semper acquiritur: et natura sepe homini donat, quod nullis præceptis ingenerari queat.*

MVLT A DIES RETTVLIT IN MELIVS) Non tantum multa in melius dies retulit, sed multa etiam in peius: quęque honorata erant, ea fecit despicabilia: & quę in contempnitione iacebant, ijs decus addidit. De quarum commutatione, ac vicissitudine ornatissimos Lucretij versus adijcio, ē lib. 2.

Nam fuit in precio magis es, aurumq; iacebat,

Propter inutilitatem hebeti mucrone resusum:

Nunc iacet es, aurum in summum successit honorem.

Sic voluenda etas commutat tempora rerum.

Quod fuit in pretio, sis nullo deniq; honore:

Porro aliud succedit, et e contemptibus exit,

Inq; dies magis appetitur, floresq; repertum.

Laudibus, et miro est mortales inter honore.

Dies autem cum absolute dicitur, tempus significat, quemadmodum hic, & tum feminino genere pronuntiat. Iuuenalis de Priamo loquens, *Longa dies igitur quid contulit?* Id est, quid ei longævitas profuit? Huius exemplum insigne est apud Ciceronem in Verrem, *Et c.* Itaq; cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulasset, inuenit iste, qui sibi in Achaiam biduo breviorē diē postularat. Diem inquirendi vocat dilationē inquisitionis faciendę, quā nos informationē vocamus. Quo in loco Asconius. Dies feminino genere tēpus dicitur, & ideo diecula breue tēpus, & mora. Dies horarū 12. masculini generis est. Vnde hodie adverbium, quasi hoc die. Hactenus Asconius. Ter. *And. Eho tu impudēs, non satis habes, q̄ tibi dieculā addo, Quantū huic pmoneo nuptias?* Dieculā, id est, horā, inq; *Don. et vponemur*, inquit, id est, diminutiue tēpusculū

significat. Ab eo enim quod est hæc dies, sumitur, die-
cula, pro mora parui temporis. Plin. epist. 5. lib. 8. Ero
ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admitte-
re auocamenta, & cicatricem pari possit, quam nihil æ-
quæ, ac necessitas ipsa, & dies longa, & satietas doloris
inducit. Dies, id est, tempus longum, quo dolendo fa-
tiamur. Dies pro tempore positum apud Esaiam iden-
tidem legimus. Et erit in die illa. Neq; verò mirum est,
diem pro tempore poni, cum & horæ, pro diebus po-
nantur. Cic. in Verrem Act. 2. Menses mihi tres cum
eripuissetis, ad agendum maxime appositos, reliquum
omne tempus huius anni me vobis remissurum puta-
tis: ut cum horis nostris nos essemus vsi, tu binis lu-
dis interpositis, quadragesimo post die responderes. B
Horas suas vocat, inquit Asconius, viginti dies, qui
accusatori dabantur ad accusandum legitimi, toti-
demque defensori. Idem, hic tu fortasse eris diligens,
ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam.
Horis, inquit idem Asconius, mirè dixit, cum sint dies
plurimi, ut ostenderet nimiam diligentiam. Annua igitur,
bima, trima die stipulari, est anno, biennio, trien-
nio soluendum stipulari: Budæus in Pand. * *Illustré ex-
plum Maronis ponere potuisset Budam ad probandum, Vocem dies
cum genere muliebri significare tempus. Lib. 5. Quam nec longa
dies, pietas nec mitigat villa. Lege qua in eundem versum annu-
tiamus.*

MVLTO ALTERNA REVIS. LVST FOR.) For-
tuna alterna est, quæ alternis his & illis fauet, quæ varia, C
& incerta est, ut ἀλλοπερσῶν. Mars ab Homero ap-
pellatur, quod vocabulū prope est ut putetur Maro ex-
primere voluisse. Turneb. lib. 14. cap. 13. * *Non solum al-
ternus hic, & illi, sed etiam alternus tui, & eidem. Scriptum sapien-
ter à M. Tullio. Magnam vim esse in fortunam & iramq; partem,
& secundas ad res, & aduersas, quis ignorat? nam & cum pro-
phero statu eum & timor, ad exitum prouehimur optatos: & cum re-
flauit, affligimur. Exemplum est L. Lentulus, de quo Valer. lib. 6.
De mutatione fortuna. Quem quidem fortuna inter erummentas,
& dedecora alterna vice versauit, consulatui illius damnatio-
nem, damnationi censuram subiiciendo, & neque boni cum
perpetuis fini, neque malis æternis ingemiscere patiundo. Idcir-*

cofiscat admodum Q. Curtum lib. 7. Sine pedibus dicunt esse for-
tunam, qua manus, & pinnae capiti habet: cui manus porrigit,
pinnae quoque comprehendere non sinis.

Hanc, ut ita dicam, alternitatem fortunæ, poeta-
rum latinorum sententijs illustremus, Græcos mitta-
mus. Ennius 8. Annal.

---- multa dies in bello conficit unus.
Et rursum multa fortuna fortè recumbunt.
Haudquaquam quenquam semper fortuna secuta est.
Plautus Capt.

Fortuna humana fingit, artusq; ut lubet.

Terent. Hecyra.

O fortuna, ut nunquam perperam es bona.

C. Laberius.

Non possunt primi esse omnes omni tempore.

Summum ad gradum cum claritatis veneris,

Consistes agrè, & citius quam ascendis, decides.

Cecidi ego: cadet qui sequitur: laus est publica.

Ouid. 3. de Tristib.

Nempe dat, & quodcumq; liber fortuna, rapitq;

Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.

Idem lib. 4. de Ponto.

Ludit in humanis diuina potentia rebus,

Et certam præsens vix habet hora fidem.

Auson. in epigram.

Fortuna nunquam sistit in eodem statu:

Semper mouetur, variat, & mutat vices,

Et summa in imum vertit, ac versa erigit.

Addamus tamen pro coronide distichon Theognidis.

Ζῆς γὰρ τοι τὸ τάλαστον ἐκτρέποι ἄλλοις ἄλλῃ,

Ἄλλοις μὲν πλεῖστον, ἄλλοις δ' ἔδωκε ἔχειν.

IN SOLIDO RVRSVS LOCAVIT. Sensus est, for-
tunam habere regressum. Si hætenus aduerso euentu
pugnauimus, detrimenta præterita futuris successibus
licebit reparare. Fortuna tam labores, quam felicita-
tem pro temporum qualitate mutat. Ludit, seu decipit
beatos, & oppressos in solidum reuocat. Seruius

NON ERIT AVXILIO NOBIS ÆTOLVS, ET ARPI?

AT MESSAPVS ERIT, FÆLIXQVE TOLVMNIVS, & quos

430 Tot populi misere duces. nec parua sequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Est & Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.
Quod si me solum Teucri in certamina poscunt,
435 Idq; placet, tantumq; bonis communibus obsto:
Non adeo has exosa manus victoria fugit,
Ut tanta quidquam pro spe tentare recusem.

IBO ANIMIS CONTRA: VEL MAGNVM PRÆSTET ACHILLEM,

Factaq; Vulcani manibus paria induat arma

440 Ille licet. vobis animam hanc, soceroq; Latino

Turnusego, HAVD VLLI VETERVM VIRTUTE SECVNDVS,

Deuoueo. solum Æneas vocat? & vocet, oro.

Nec Drances potius, siue est hæc ira decorum,

Morte luat: siue est virtus, & gloria, tollat.

NON ER. AVXILIO NOBIS ÆTOLVS, AT MESSAP.) *Dparna sequitur Gloria, &c. arripis est, minus enim dicit;
Redit ad rem, quia occurrebat, sed negantur auxilia: &
bene duo iunxit, quæ quæruntur in bello, fortitudinē,
& felicitatem. Nam de Messapo legimus, Quem neq;
suis igni cuiquam, nec sternere ferro. Quod subdit, nec*

quam voluit: nam hoc significat. Latina pubes celerri-
mè victoriam adipiscetur, quam vix Græci post decen-
nium sunt adepti. Seruius. * *Eadem figura sermonis est apud
Tullium, Philipp. 2. Non placet M. Antonio consulatum meum. Ad
placuit*

placuit P. Servilio. *Se enim primum nominem ex illius tempore consularibus, qui proxime est mortuus: placuit Q. Lutatius Catulus, cuius semper in hac repub. fuit auctoritas: placuit duobus Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, &c.*

QVOS TOT POP. MISERE DVCES) Catalogus videndus lib. 7.

FLORENTES ÆRE CATERVA S) Pereleganter. Sic Lucret. lib. 1. *Bina lucernarum florentia lumina flammis.* Item lib. 5. *Tum mare veliuolum florebat navibu' pandis.* Manil. lib. 5.

*Tunc conferta licet cali fulgentia templa
Cernere seminibus densis, latisq; micare
Floribus, ut sicca currunt per litus arena.*

Attius. *Ære atque argento feruere, igni, insignibus Florere.* Sic ai dñr Græci poetæ. Sic Æschylus, *αἰθέρα*, quomodo scilicet Lucret. & Manil. Stat. Thebaid. 2. *ibi arcano florentes igne smaragdos Gignit.* Scalig. F. in Manilium.

QVOD SI ME SOLVM) Quoniam igitur audiuit a Drance, illum (Æneam) aspice contra *Qui vocat*, promittit se singulari certamine velle congregi, cum nolit. Similiter in 12. ait irrisorie: *sedent, spectentque Latini.* Addit tamen, si in tantum obsum commodis publicis, ut nisi solus dimicauero, cōcidat vniuersa respub. assuetæ sunt manus meæ victoriis, libenter dicar solus seruasse rempub. Seruius.

VT TANTA QVIDQVAM PRO SPE) Spe tantæ laudis, quam assequar, si solus cæteris omnibus salutem peperisse dicar.

VEL MAGNUM PRÆSTET ACHILL. FACT. VVLC.) Licet ille Achillem virtute præueniat, licet ille Vulcani

A donis artetur, qualibus etiam Achilles, ibo contra animum, prouocaturus potius se, quam expectaturus hostis arbitrium. Et præsto illum, id est, melior illo sum, & præsto illi dicimus. Cicero in *Caesariis*. Tanto ille superiores gloria vicerat, quāto omnibus turpiteristi. [*De donis casu qui cum illo iungatur, nulli est dubium; velle de accusando casu exemplum aliquod attulisset. Nos mactemus hic apud Linium lib. 5. ab V. C. Vt mutare damnum possint, quāvis Gal. Virtute ceteros mortales præstarent. Aliud apud Probum in Epaminonda. Callistratus Atheniensium legatus, qui eloquentia omnino præstabat tempore. Et in Annibale, non est inficiandum, Annibalem tanto præstisse ceteros prudentia, &c.] Pergit Turnus, & sibi fauorem populi conciliat, nō sine iactantia, dū se veteribus comparat, non simpliciter, sed eorum vnicuique. Postremo optat abesse Drancem inimicum, & nec calamitati suæ, nec felicitati interesse. Donatus, Seruius.*

VOBIS ANIMAM HANC DEVOVEO) Ad ritum Rom. aspicit se deuouendi pro Repub. quod fecerunt duo Decij.

HAUD VLLI VETERVM VIRTUTE SECVNDVS) sic apud Homer. Iliad. 2. negat Sthenelus, se maioribus virtute cedere. *ἡμῖς τοι πατέρων μὲν ἀμείνορες ἐν χροίῳ εἶναι, τῷ μῆμοι πατέρας ποθ' ὁμολῇ ἐνθεο τιμῇ.* Obseruauit Germanus.

SIVE EST HAEC IRA DEOR.) Si ira deorum me premit, nolo Drancem mecum pœnas morte luere: sin virtutis gloria me manet, nolo eū laudis meæ esse participem.

TOLLAT) Græcorum more, qui *νικῶν ἀγορεύει*, & *κίχθ' ἀγορεύει*, & *ἀγορεύει ἀδλῃ* in capiendi significatione.

- 445 ILLI HÆC INTER SE DVBIIS DE REBVS AGEbant
CERTANTES: castra Æneas, aciemq; mouebat.
Nuntius ingenti per regia recta tumultu
Ecce ruit, magnisq; urbem terroribus implet:
Instructos acie Tiberino à flumine Teucros,
450 Tyrrhenamq; manum totis descendere campis.
EXTEMPTO TVRBATI ANIMI, CONCVSSAQVE VVLGI
PECTORA, ET ARRECTÆ STIMVLIS HAUD MOLLIBVS IRÆ.
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuuentus.
Flent mœsti, mussantq; patres: hīc vndique clamor
455 Dissensu magnus vario se tollit in auras:
Haud secus atque alto in luco, cum fortè cateruæ
Confedere auium, piscosouæ amne Padusæ
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Immò, ait, ô ciues arrepto tempore Turnus,
460 COGITE CONCILIVM, ET PACEM LAUDATE SEDENTES:
ILLI ARMIS IN REGNA RVVNT. Nec plura locutus
Corripuit sese, & rectis citus extulit altis.
Tu Voluse armari Volscorum edice manipulis:
Duc, ait: & Rutulos equites Messapus in armis,
465 Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus vrbis firment, turresq; capestant:
Cætera, quā iusso, mecum manus inferat arma.

ILLI HÆC INTER SE, &c. CASTRA ÆNEAS) Alter. D. rimuntur. Simile Homer. Iliad. 2. *αἰς τῶν ἀντιβίον μακρόν*, & iurgia Turni, & Drancis mouente Ænea *δι-χισσάμενοι*. Reprehensio est Latinorum, & Æneæ prædicatione.

cario, qui, dum illi tempus longis orationibus, & deliberationibus traherent, ipse instructa acie procedebat. Regredior hic in memoriam Agesilai, regis Lacedæmonum, qui cum haberet exercitum, cumque eo iter faceret, ad Macedonem misit rogatum, æquid per hostiū, an amicorum solum transiret. Respondit ille, se consultaturum. tum Agesilaus. Fiar, inquit, consultatio, nos interim transibimus. Tum Rex viri constantiam admiratus, ac sibi metuens, præstare duxit, illi ut amico transitum concedere. Plutarch. in Apophtheg. Reg.

TOTIS DESCENDERE CAMPIS) Dicebat eos operire campos: unde liquet, voluisse dicere, maximas aduētare copias.

CONCVSSAQVE VVLGI PECTORA) Concussa, inquit, pectora, non tantum turbata. Flebant, & quiritabantur patres, quum pro loco suo ipsi periculis, atq; detrimentis essent proximi. In duas autem partes concilium diuulsum erat, quoniam hi à Turno, illi à Drance stabant. Et hi paci, illi bello studebant. *Padusa* pars est Padi, plena cygnis. *Ranci* modò canori, & est τῶν κίων, sicut venenum, & alia multa. *Stagna loquacia*, in quibus habitant cygni loquaces. Seruius.

ARRECTA STIMVL. HAVD MOLLIB. IRÆ) non leuibus stimulis in iram incitati sunt.

FREMIT ARMA IVENTVS) Cum fremitu ad arma conclamat. Sic lib. 7. de Turno à Furia extimulato. *Arma amens fremit, arma toro, & ceterisq; requirit.*

FLENT. MOESTI, MVSSANT. PAT.) Merito flebant, & quò seuerterent, in extrema rerum desperatione videlicet, nesciebant.

IMMO AIT, O CIVES) Inuenta opportunitate, Turnus grauitè cunctationem suorum vituperat, sed paucis, maturè enim, & properanter hostibus erat occurrèdum. Mox mandata incipit dare, ut boni ducis, ac solliciti officium postulabat.

COGITE CONCILIVM) Ironica exhortatio in eos, qui pacem suaserant.

SEDENTES) desides, dormitantes, pigri, cunctantes, negligentes, in negotio tanto inertes. Virg. 3. Georg. *Et meliora deos sedet omnia poscens.* Æneid. 12. *sedant, spectentq; Latini.* Ad quem locum de peculiari significato huius verbi *sedere* ex Victorio, & aliis disseruimus.

TV VOLVSE ARMARI EDICE) Verba Turni, quibus in multitudine ducibus officia, præsertim circa Urbis munia fungenda

mandat. *Edice armari*, figuratè, dic ut armentur. Edice autem est imperatiuus: nam ab omnium coniugationū infinito detracta, re, syllaba vltima, fit imperatiuus, ut amare ama, docere doce. Cum autem fac, vel dic dicitur, ἄπο τῆς re verba patiuntur. Inueniuntur huiusmodi antiqui imperatiui plures. Apud Nason. face, Tibull. deduce.

VOLSCOR. MANIPLIS) Manipulus leuis ex viginti militibus, & turba scutorum fit, Persis ex 24. militibusque manipulares appellati. Huic etiam centurio præerat, què manipulem vocarunt. Manipulos verò quindecim suis interuallis distinctos in prima acie, velut fortissimum robur plerunque imperatores locarunt: leuissimè manipulus dictus, quod hastis miles, gæsisque, non armis grauioribus munitur. Donatus in hunc versum, aiunt, inquit, manipulum dici diuerforum militū, sub vno rectore constitutorum. Hæc fere Alex. ab Alex. lib. 1. ca. 5. in quo etiam de centuria, decuria, ordine, turma, primipilo, vexillo, &c. De manipulis militum egit more suo diligenter Lipsius Militiæ Roman. lib. 2. dial. 2.

EQVITES MESSAPVS IN ARMIS) Id est, armatos: nam figura est. Circumlocutio Græca, adiectiui per præpositionem, & nomen substantiuum. *Messapus* aut antiquus est vocatiuus: ut, *Hesperidum flumini regnator aquarum*: item, *socer arma Latinus habeto*: aut certè nominatiuus est pro vocatiuo: quāquam etiam possit esse nominatiuus, ut sit: Messapus, & Coras equites diffundite, pro diffundant: melior tamen est sensus superior. Frater Coræ Catillus dicitur, *Catilluq; acerq; Coras.* Seruius.

PARS ADITVS VRBIS) Aditus urbis intellige portas, qui aduersus hostem omni ope muniendi erant, & propter diligentiore custodiam, securitatēq; etiam in turribus collocandi milites. Donatus.

IVSSO) antiquum est verbum, pro iussero, ut faxo, pro fecero. Sic Catullus dixit, recepso, pro recepero. Et poeta quidam vetus apud Cic. de Off.

*Quod ni Palamedis perspicax prudentia
Istius percepisset malitiosam audaciam.*

Pacuius. *Hand sinam quidquam profari priusquam acceperis, quod peto.* Muret. in Catull. * *Meminit Seneca quoque istius archaismi, atque adeò huius ipsum Virgilij locum producit in medium.*

- Ilicet in muros tota discurritur vrbe.
Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus
470 Deferit, ac tristi turbatus tempore differt,
Multaq; se incusat, qui non acceperit vltro
Dardanium Æneam, generumq; asciuerit vrbi.
Præfodiunt alij portas, aut, saxa fudesq;
Subuectant, bello dat signum rauca cruentum
475 Buccina. tunc muros varia cinxere corona
Matronæ, pueriq;: VOCAT LABOR VLTIMVS OMNES.
Nec non ad templum, summasq; ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina cæterua,
Dona ferens: iuxtaq; comes Lauinia virgo,
480 Causa mali tanti, atq; oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum thure vaporant:
Et mæstas alto fundunt de limine voces.

ILICET IN MUROS TOTA) Confestim, illico fir per A oppidum concursatio hominum, & ad muros defendendos contenditur. Et quia tā tristes nuntij venerant, concilium dimittere cogitur Latinus, magnaque incepta (de pace enim agebat) intermittere: vrgebat metus instantis exitij, pœnitebat non ascivisse generum Æneam, qui poterat esse præsidium ciuitatis, & firmamentum. Donatus.

CONCILIVM IPSE PATER, ET MAG. INCEPTA LAT.) Venustum ordinem seruat circa primos motus. Orditur à rege se inculante, quod in deligendo genero fuisset parum prudens [*Vel potius in delecto repudiando stultus.*] Inde studium vulgi proponit in muniēdis portis, aduersus hostium irruptiones. Ad postremum vota matronarum, Palladi nuncupata pro salute reipub. vt hostis muro arceatur. Montfortius.

MVLTQVE SE INCVSAT) Hic, & sequens versus iterantur libro 12. mutata tantum in utroque extrema voce.

PRÆFODIUNT ALII PORTAS) Alij fossas faciebant ante portas, quæ res nimiam indicat desperationē. Ad earundem munitionem saxa, & sudes subuectabantur. Ac ne qua posset esse dubitatio periculi, datur tuba signum belli. Signum ideo *crumentum*, quoniam sanguis bello funditur, cuius illa signum est. Imbellis ætas, & sexus *cingit muros corona varia*. Ideo varia, quia pueri permisti mulieribus. Omnes ad laborem qualemcunque vltima necessitas compellit. Donatus, Seruius.

NEC NON AD TEMPLVM) Ex Homero Iliad. ζ. vbi Hectorē ita monet Helenus.

Ἐκτορ, ἄταρ σὺ πόλει δὲ μέγιστο, ἵππιδ' ἴππητα
Μυτρίει σὴ, καὶ ἱμῶ, ἡ δὲ ξυμάχουσα γυναικί,

Νηδὶν ἀθηναίης γλαυκῶπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ
Οἷξασα κληίδι δούρης ἱερῆιο δόμοιο,
Πέπλον, ὃς οἱ δοκίμῃ χαλκῆς αὐτῇ, ἡ δὲ μέγιστος
Ἔιναι ἐνι μεγάροισιν, καὶ οἱ πολλοὶ φίλτατος αὐτῇ
Θεῖναι ἀθηναίης ἐπὶ γυνάσσει ἡνίκά μοιο,
Καὶ οἱ ὑπὸ σφάδα διονυκαίδεα βύς ἐνὶ νηϊ.

Vide præterea 1. Æneid. Interea ad templum non equa Palladis ibant, &c.

AD PALLADIS ARCES) dicta Pallas vel à Pallante gigante occiso, vel ὑπὸ τῷ πάλλειν à vibranda hasta, vel à saliendo, & saltando in bello, vel à Pallante Lycaonis filio, ad quem vt educaretur, paruula à Ioue missa est. Vide Gyrard. Syntag. II.

SVBVEHITVR MAGNA MAT. CAT.) Subuehitur dixit proprie, quia matronæ pilentis vehebantur ad templa pergentes: vt alibi, *Pilentis matres in mollibus*.

DONA FERENS) *Dona*, pæplū scilicet, quod expressit in primo. Seruius.

OCVLOS DEIECTA DECOROS) Deiciebat oculos Lauinia, vel propter inuidiam temporis, cum sciret sui causa tantum malorum inuectum: vel propter virginalē verecundiam, vt solent, & debent virgines in publicum prodeuntes. Donatus.

DE LIMINE) ad preces festinantium mulierum ostenditur desiderium. * *Facis & Silius lib. 7. profecto contra Annibalem Disatore Q. Fabio Maximo, Romanas matronas ad Iunonem cum palla, & precibus adueniunt.*

At patres, Latiasque nurus raptabat ad aras
Cura deūm, mœsto suffusa lumina vultu,
Fæmineus matres graditur chorus, ordine longo,
Iunoni pallam, conceptaque vota dicabant.
Huc ades ô regina deūm, gens casta precamur,
Et ferimus digno, quæcunque est nomine, turba
Ausonidum, pulchramque & acu, &c.

- Armipotens belli præses Tritonia virgo,
frange manu telum Phrygij prædonis, & ipsum
485 Pronum sterne solo, portisq; effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus:
Iamq; adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, furasq; incluserat auro,
Tempora nudus adhuc, lateriq; accinxerat ensē.
490 Fulgebatq; alta decurrens aureus arce:
Exultatq; animis, & spe iam præcipit hostem.
Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campoq; potitus aperto,
Aut ille in pastus, armenta q; tendit equarum:
495 Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq; fremit ceruicibus altè,
Luxurians: luduntq; iubæ per colla, per armos.

ARMIPOT. BELLI PRÆSES) Diuam armipotentem D vocauit lib. 2. Æneid. Lucret. lib. 1. Martem. *belli quoniā fera munera Manors Armipotent regit.* Etiam noster lib. 9. *Hic Mars armipotens animum, viresq; Latinis Adidit.* Catull de nupt. Pelei in extremo, vbi docet, quondam deos rebus humanis præsentē interfuisse, Tritonis heram nominat Palladem, eamque belli dominam facit, cum Marte, & Rhamnusia.

Sæpe in lethifero belli certamine Manors,
Aut rapidi Tritonis heræ, aut Rhamnusia virgo
Armata hominum est præsens hortata catervas.

TRITONIA VIRGO) In descriptione Libyæ Meli lib. 1. cap. 7. Super hunc sinum, inquit, ingens palus amnē Tritonæ recipit, ipsa Tritonis: vnde & Mineræ cognomen inditum est, (vt incolæ arbitrantur) ibi genitæ, faciuntque ei fabulæ aliquam fidem, quod quem natalem eius putant, ludicris virginum inter se decertatium celebrant. Pausan. Atticis, Herodotus Melpomene, Mineruam Neptuni, & Tritonidis paludis filiam autumant.

Diodorus lib. 3. cap. 5. & hoc ipsum, & totum versum dilucidum tibi faciet. Custodiam filia Mineræ permi-

permisit, paulò antè hæc tempora circa Tritonem fluuium, vnde & Tritonia dicta est, genitæ. Scribunt hanc deam per omnem vitam virginitate seruata, prudentia claruisse: multasque, cum ingenio præstaret, ab ea artes repertas. Belli quoque exercitio deditam, cum robore corporis vigeret, multa fecisse memoratu digna, &c. Fulgentius ex Manilio Chresto refert, Mineræ solitas iniuges boues sacrificari, id est, iugum nunquam ferentes, illa videlicet de causa, quod & virginitas iugum nesciat maritalæ, & virtus nunquam sit iugo prementi subiecta.

Sciendum porro, tantummodo tres deas virgines, Veneris seruitio liberæ prædicari, Mineruam, Dianam, Vestam. Musarum enim quarundam filios legimus: & illud Platonis epigramma, quo Venerem sibi Cupidinis tela minantem irrident, in omnes haud conuenit. Quomodo, & quanta cum dote Athenienses Antonio, qui se Liberum patrem salutari voluit, Mineruam suam desponderint, facete narrat lib. i. Suasoriæ. Seneca. Fuit & Rex quidam Thracum, qui sibi cum Minerua coniugium intercedere per extremam stoliditatem simulauit. Eodem morbo laborauit portentum illud in vltimas terras exportandum C. Caligula, qui, auctore Tranquillo, ca. 22. noctibus quidem plenam, fulgentemque lunam inuitabat assidue in amplexus, atque concubitum: interdiu verò cum Capitolino Ioue seceret fabulabatur, modo insultrans, ac præbēs inuicem aures, modo clarius, nec sine iurgiis (nam vox comminantis audita est) *ὡς γὰρ δα δαὴν ὁρῶν σὺ, &c.* Par fatuitas Domitiani, teste Sueton. cap. 22. qui Mineræ filius dici, credique voluit, & inde eius consilio omnia agere. Pæne autem verbum è verbo hæc matronarum ad Palladem precatio ex Homero conuersa est. Iliad. 7.

Πόττι' ἀνηγάιν' ἱερὸν ἱέρον, δὴ δαῖων,

Ἄξον δὲ ἔγχε' διομήδιδ', ἠδὲ καὶ ἄνδρ'

Περὶ τὰ δὲ πρὸς ἱερὸν σκαῶν περὶ πᾶσι δὲ πύλαιων. 16

FRANGERE MANU TELUM) aut tua manu, aut in eius manu telum confringe. Phrygius, & prædo deformationis causa sunt posita. Debuerant dicere Æneam, sed volunt ex facto Paridis omnes Troianos esse raptores, & castitatis inimicos. Hunc eundem petunt in caput ab equo deturbari, & hoc sub ipsis portis, vnde à feminis de muro, ac turribus conspici queat. Seruius, Donatus.

CING. IPSE FVR. IN PRÆL. TVR.) Generatim Turcum armari cum dixisset, statim speciatim, quæ illa fuerint arma, enumerat. Furentem intelligit Seruius amore Lauiniæ, quam videbat: quod etiam sequens indicat comparatio: nam dicturus est, *Aus ille in passum armentis, tendens equarum.* Et ideo cum mora armatur, inter quoque capite circa arcem incedens admonet singulos, ut à Lauinia possit videri, & sit maior dimicandi causa, dum sponse placere contendit. Hic etiam locus ab Homero est, Iliad. 7.

*Κνημίδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔδρα
καλὰς, ἀργυροῖσιν ἐπισφουδαῖς ἀσπράγας.
Δύταρον δὲ δάμνασθαι καὶ εὐδαμον ἔδρα,
ἀμφὶ δ' αὖ ὅμοιον βάλετο ξίφος ἀργυρῆλον*

*Χάλκῃσιν, αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μῆλα τε στίβας τε
εἶλετο, τὸ δ' ἀπ' αὐτῶν δι' εἰλας γένοιτ' ἥντε μῆνης.*

Seruius.

RVTVL. THOR. AHENIS HORREB. SQVAM.) Genus lorice fuit, quod non annulis folis, sed & squamis constaret, Græci *φολειδῶτες* vocant, vel *λαπιδῶτες*, à squamis piscium, vel serpentum. Plutarch. de Lycurgo, ipso die quo pugnavit in Tigranem indutui habuisse *θώρακα σιδερεῖν φολειδῶτην*, lorica ferream, squameam. Dio Cassius Macrinum Imperat. abstulisse prætorianis τὸς θώρακας τὸς λαπιδῶτες, loricas squameas: notesque ab his exemplis, honestiorum planè has fuisse. Has dico hamis, & laminis solidis simul constituisse, ex Silio, qui lib. 5. Flaminium Cos. armans.

Loricam induitur: tortos huic nexilis hamos

Ferro squamam nudis, permissoq; asperat auro.

Et Isidoro squama est lorica ex laminis æreis, vel ferreis concatenata, in modum squamarum piscis. Ipsas ergo squamas catenæ iungebant. Tertull. lib. de Pallio, cap. 4. hanc intelligit, & Alexandro Magno tribuit. Pectus squamarum signaculis discalptrum textu pellucido tegendo nudauit. Silius li. 8. *Horridum & squamis, & equina Curio crista.* Has ipsas squamas etiam plumas video dici, à specie pari, &c. Lipsius de Milit. lib. 3. dial. 6.

QVALIS VBI ABRVPTIS) Etiam hanc comparationem, & ad verbum ex Homero translata monet Seruius, prolatis græcis versibus, ex quibus etiam Ennius connectit suos 5. Annal. dum Decij in hostes impetum, equi alicuius citatissimo cursui comparat. Versus recitat Macrobius lib. Saturnal. 6. cap. 3.

Et tunc sicut equus, qui de præsepibus actus

Vincta suis magnis animis abrupit, & inde

Fert sese campi per cernula, lævæ præta,

Celsi pectore, sepe iubam quassans simul albam:

Spiritus ex anima calida spiritus agit albus.

Claudian. in nupt. Honorij, perpende quemadmodum Virgilium refert conatus sit.

Nobilis haud aliter sonipes, quem primus amoris

Sollicitavit odor, sumidus, quatiensq; decoras

Curvata cervice iubeas, Pharsalia rura

Pervolas, & notos binnitum flagitas amnes

Naribus accensis.

Et quoniam quatuor magni poetæ hac cōparatione vsi sunt, Homerus, vnde traxit Ennius, & ab Ennio Virgilius, atque ab hoc Claudianus, committit eos inter se Hieron. Colum. in 2. Annal. Ennij, & quid quisque ab aliis discrepet, quid melius fecerit, declarat.

FVGIT PRÆSEPIA) Præsepia quidem propter alimoniam grata sunt animalibus: sed diuturna retinentia vinculorum illis admodum grauis est. Quare desiderio libertatis interdum vincula abrumpunt, & vel ad pascua tendunt, vbi equarum greges norunt esse, ut ibi Veneri, ac libidini suæ morem gerant: vel ad flumen, vbi se abluere consueverunt, properant. Quid autem sit *emicat*, ipse exponit, *arrestusq; frenis cervicebus altè, altè erectis*, non, *altè Luxurians*. Donatus.

Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portisq; ab equo regina sub ipsis
500 Desiluit. quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis. tum talia fatur.
Turne, sui meritò si qua est fiducia forti,
Audeo, & Æneadum promitto occurrere turmæ,

Solaq;

Solaq; Tyrrenos equites ire obuia contra.

505 Me sine prima manu tentare pericula belli:

Tu pedes ad muros subsiste, & moenia serua.

AB EQVO DESILUIT) Desilire celeritatis habet, & A fortitudinis significationem: descendere verò tarditatis. Vbi Turnus vidit statem ante portas, ut honorificam se monstraret, mox equo desiluit: quod reginae factum, ut Turno deferrent, omnes statim imitati sunt. Donatus.

AD TERRAM DEFLEXIT) Dicendo *deflexit*, artem, & quandam moderationem descendendi significauit, quæ est etiam in ascendendo apud huius rei peritos. Seruius. Expone, descendit, saltu quodam corpus ad terram mittendo. Germanus ex græco τὴν ἰππὸν ἀπορρίπει expressum annotauit.

SUI MERITO SI QVA EST FID. PORTI) Si vnusquisque fortis habet aliquam confidentiam, ex conscientia fortitudinis suæ, & ego audere non dubito, & promitto, me equitui Aeneæ occursum. Non expectabo dum veniant, sed occurram ultro: magnum virtutis indicium. Sine me primas belli partes excipere? & quia cautius, ac diligentius est custodienda ciuitas, vbi Lauinia spolia tua, & soceri tui, tu hic propugna. Seruius, Donatus.

PRIMA PERICULA BELLI) ἀεθλοισι, hoc est, pugnam velicarem, seu, principium pugnae.

Turnus ad hæc, oculos horrenda in virgine fixus.

O decus Italiae virgo, QVAS DICERE GRATES,

QVASVE REFERRE PAREM? sed nunc (est omnia quando

510 Ille animus supra) MECVM PARTIRE LABOREM.

Aeneas (ut fama fidem, missiq; reportant

Exploratores) equitum leuia improbus arma

Præmisit, quaterent campos, ipse ardua montis

Per deserta iugo properans aduentat ad urbem.

515 Furta paro belli conuexo in tramite syluæ,

Vt biuias armato obsidam milite fauces.

Tu Tyrrenum equitem collatis excipe signis.

Tecum acer Messapus erit, turmaq; Latinae,

Tyburtiq; manus: ducis & tu concipe curam.

HORRENDA IN VIRG.) Horrenda, id est, veneranda, reuerenda. Sic de Sibylla in 6. *horrendaq; procul secreta Sibylla*. Et in 1. de nemore, *horrentiq; atrum nemus imminet umbra*. Vbi Seruius, horror plorumque ad odium pertinet, plerumque ad venerationem, ut hic. Sic Lucanus, *Arboribus suis horror inest*. Quidam exponunt, horrenda, cuius terribilis erat aspectus.

O DECUS ITALIAE VIRGO) Ecce dictio præclara in necessitate belli: vno enim versu, & dimidio laudem prosecutus est virginis, asserens eam ornamentum esse totius Italiae: & gratias in præsentem agit, atque relaturum gratiam sese spondet. Secundum disciplinam rhetoricam dicit, se verba inuenire non posse, quibus eius exprimat laudes: quum dixerit, *O decus Italiae, etc.* Sic alibi, *quibus calo te laudibus æquem?* cum præmiserit, *o fama ingens, ingentior armis Vir Troiane*. Sed nunc quando super omnia est iste animus, nolo omnem laborem (dixerat enim illa, *solaq; Tyrrenos equites ire obuia contra*) sed eius partem duntaxat volo suscipias. Dona. Seruius.

* Sententia Maroniana in admiranda, & laudanda magnanimitate Camilla, quodammodo respondent verba M. Tullij in Miloniana. Te quidem quod isto animo es, satis laudare non possum. Et in Marcelliana. Te verò, quem præsentem intuemur, cuius mentem, sensusq; nos cernimus, ut quidquid belli fortuna reliquum recipere fecerit, id esse saluum velis, quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua beneuolentia complectemur? Est & illa elegans aetioleia Eclog. 5. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona? Est lib. 9. Aescanij ad Nisum, & Euryalum, Quæ vobis, quæ digna viri pro talibus ausis, Præmia posse rear solui?

AENEAS, VT FAMA) Ipsa iam consilia sua dicere incipit, & audet in instruere. Ait se insidias locaturum

B Aeneæ, & occupaturum angustias, quæ Aeneæ necessario trāseundum sit. Illi (Camillæ inquam) equitatum committit. Messapum cum equitibus Latinis, & Tyburtib; ciadiungit.

EQUITVM LEVIA ARMA) equites leuis armaturæ.

QVATERENT CAMPOS) Lucret. *Transmittunt validos quatientes impete campos*. Noster lib. 8. *Quadrupeditum putrem sonitu quatit ungula campum*.

FURTA BELLI) pro insidiis etiam Sallustius dixit, ut citant Seruius, & Nonius. Sic Græcis κλοπή tam furtum, quam dolum, & fraudem significat: vnde τὰ κλοπαῖα, clam acta, & Homero κλέπτοι μῦθοι, callidi sermones: & Euripidi, κλοπιγῆ ἰδύαι. German.

BIVIAS OBSID. MIL. FAUCES) Itinera angusta inter duos montes.

COLLATIS EXCIPE SIGNIS) Signa Romanis fuerant alia peditum, alia equitum. Peditum duplicia: manipulorum, & totius legionis. Manipulorum fuere, perticæ cum ligno transuersario supra, fere in crucem. Quibusdam dextræ, corollæ, aut alia ornamenta in vertice supraposita, plerisque clypei rotundi, siue imagines ad perticam affixæ. Legionis totius, aquila fuit: id est, alitis eius effigies, siue corpus ex argento, vel auro, summæ perticæ insistent, & pede altero fulmen sæpe tenens. Hæc peditum signa. Equitum vexilla fuere, siue quadri ad hastam volitantes pannuli, ritu fere hodie in Bandis equitum nostrorum. Lipsius Militia Rom. lib. 4. dial. 3. * Signa conferre militaris sermo est, & historicus præsertim & sitatus. Livius lib. 3. Ariciam infesto agmine iur: nec proculinda

cul inde cum *Armonis* signa collata, *grali*q; *Suo* debellatum est. *Cic. A*
in *Pisom. In Egyptum* venit, signa contulit cum *Alexandrinis*.

DYCI ET *TV* CONCERNI *CVRVM*) est, simul cum il-
lis cura, cape curam, vt, con, sit particula *con* iunctiva.

- 520 Sic ait, & paribus Messapum in prælia dictis
Hortatur, sociosq; duces, & pergit in hostem.
Est curuo am fractu vallis, accommoda fraudi,
Armorumq; dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinque latus: tenuis quâ semita ducit,
525 Angustæq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
Hanc super in speculis, summoq; in vertice montis
Planicies ignota iacet, tutiq; receptus
Seu dextra, læuaq; velis occurrere pugna,
Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.
530 Huc iuuenis nota fertur regione viarum:
Arripuitq; locum, & sylvis insedit iniquis

EST CVRVO AMFRACTV VALLIS) Hæc est loci lata B
descriptio, melius posita ex poetæ, quam ex *Æneæ* per-
sona, in qua nihil aliud est, nisi quod pro utilitate faciat
ipsidiantis, vt probare posset, quod dixit, *accommoda*
fraudi, Armorumq; dolis. Donatus.

DENSIS FROND. ATRVM) Propter arborum den-
sitatem opacum.

ADITVSQVE MALIGNI) Exitus angusti, *con* iunctiva
iuncta.

TVTIQVE RECEPTVS) quod se exercitus tutus posset
recipere.

SYLVIS INSEDT INIQUIS) Expressit græcum *ἐν*
δύλῳ. Et latine quoque insidia ab insidendo, & infello-
res latrones, qui circa vias insidiantur sedentes.

- Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus fociis, sacraq; caterua
Compellabat, & has tristis Latonia voces
535 Ore dabat. Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, & nostris nequicquam cingitur armis,
Chara mihi ante alias: neque enim nouus iste Dianæ
Venit amor, subitaq; animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno, viresq; superbas,
540 Priuerno antiqua Metabus cum excederet vrbe,
Infantem fugiens media inter prælia belli,
Sustulit exilio comitem, matrisq; vocauit
Nomine Casmillæ mutata parte Camillam.
Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat
545 Solorum nemorum: tela vndique sæua premebant,
Et circumfuso volitabant milite Volsci.
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis (tantus se nubibus imber
Ruperat) ille innare parans infantis amore
550 Tardatur, charoq; oneri timet, OMNIA SECVM
VERSANTI, SVBITO VIX HÆC SENTENTIA SEDIT.

VELOCEM INTEREA SUPERIS IN SED. OPIM) Di-
gressio in consilium, & colloquium Dianæ, cum Nym-
pharum suarum vna de educatione, & conseruanda ab
interitu Camilla: aut, si id fieri nequeat, vt qui eam vio-
larit, vicissim pœnas det. Montfort.

Nomina quoque Virgilius nonnunquam & ex
antiquissimis Græcorum historiis mutuatur. Scitis apud
illum vnam ex comitibus Dianæ Opim vocari. Quod
nomen vulgò fortasse temere impositum, vel etiam si-

ctum putatur ab ignorantibus, ingeniosum poetam co-
gnomen, quod à veterib. Græcis scriptoribus ipsi Dia-
næ fuerat impositum, comiti eius assignare voluisse. Sed
audite vnde Virgilius hoc nomē acceperit. Alexander
Ætrolus refert, quanto studio populus Ephesinus dedi-
cato templo Dianæ curauerit præmiis propositis, vt qui
tunc erant poetæ ingeniosissimi, in deâ carmina diuersa
componerent. In his versibus Opis non comes Dianæ,
sed Diana ipsa vocata est, &c. Macrobi. Saturnal. li. 5. c. 22.

VNAM

VNAM EX VIRGINIBVS) Vnam dicit doctissimus poeta Opimè sacra Dianæ caterua, opinor illam intelligens cateruam nympharum, quas Diana ab Ioue patre petiuerit, cuius mentio est apud Callimachum.

Δὲ δὲ μοι ἐξήκοῦτα χροῦτιδας ὠκεανίδας,
Πάσας ἐνερτίαις, πάσας ἐπὶ παῖδας αὐλίδους.

Sed & Opis nomē ex historia, vel fabula depronaptum est. Opis enim, & Hecæerge, & Laxo, ex Hyperboreis, vel, ut Callimachus scribit hymno in Delum, ex Arimaspiis, qui & Hyperboreis annumerantur, Delum primitias ferentes peruenerunt. Callimachi carmina sunt.

Πρῶται τοι τὰ δ' ἔννεκον ἀπὸ ξανθῶν ἀειμασπῶν
Οὐπίης, Λοξώτης, καὶ ἐνυλίων ἐν γαίῃ γη.

Turneb. lib. 22. cap. 3.

Nempe & Apollodorus lib. 1. Biblioth., est auctor, Orionem quorundam opinione vim Opi inferrem, vni è virginibus, quæ ab Hyperboreis venerant, à Diana sagittis confixum fuisse: ut non temere à poeta Opim in comitatu Dianæ numeratam putemus. Germanus.

GRADITVR BELLVM AD CRUDELE) Quod Camillam dicit ad crudele bellum gradi, vno verbo rei exitum docet, quasi dicat, non reuerfuram.

NOSTRIS ARMIS) quibus vtrique gaudemus: sagittis, quibus cum Diana sociæ virgines utebantur: ut etiam hinc ipsa Opis habeat causam doloris & iracundiæ maioris.

CHARA MIHI ANT. ALIAS, NEQ. ENIM NOVVS ISTE) Cur ante alias, id est, præ aliis chara? quia iam pridem dilecta: firmiores enim sunt antiquiores amicitiz. Terent. *Per amicitiam, quæ capta à paruulis, cum atate accrevit simul.* Parit maiorem vetustas affectum, & benevolentiz meritum temporis diuturna continuatio cōduplicat. Si hæc sola fuisset amoris causa, satis abundaret ad incutiendum dolorem: congerit alias, ut probari posset, vnde illa charior ante alias haberetur. Hætenus ex Servio, & Donato.

PRIVERNO ANTIQVA METABVS) Multa antiqua Italiz nomina vetera poemati suo Virgilius inseruit, ut morientem eorum memoriam renouaret. Camille patrem Metabum dicit fuisse, eumque Priverno pulsū profugisse. Metabus Metaponti conditor fuit, quā urbem etiam barbari Metabum appellabant. Stephanus, *μεταπόντιος*, inquit, πόλις ἰταλίας, ἥ ποτε αὖν οὐκ εἶχε, ἀπὸ μεταβυτῆς οὐκ ἐπὶ τῷ αἰῶνι. τὸν γὰρ μεταπόντον οἱ βάρβαροι μεταβον εἰλεγον. Cæterum, quod paulò infra dicit profugum, extorremque Metabum fuisse ad Amasenum fluuium, videtur ex historia Pyrrhi Epirotarum regis sumpsisse: tantum poetico more id prodigium fabulosius aliquāto reddidisse. Puerum enim Pyrrhum seruare conantibus, idem fluuius obex oppositus fuit, ac puer ægrè est traiectus, vixque hostes sequentes, contentissimo impetu præuenit. Turneb. lib. 22. cap. 3.

MVTATA PARTE CAMILLAM) Sratius Tullianus de E vocabulis rerum lib. 1. ait, dixisse Callimachum, Tuscos Camillum appellare Mercurium: quo vocabulo significant præministrum deorum. vnde Virgilius ait, Metatabum Camillam appellasse filiam, Dianæ scilicet præministram. Nam & Paccuius cum de Medea loqueretur, *calicem Camilla expectata adueni. Salve hospita.* Romani quoque pueros, puellasue inuestes camillos, & camillas appellant, Flaminicarum, & Flaminum præministros. Macrobi. Saturnal. lib. 3. cap. 8.

Scio quam eruditè de Camillæ nomine arguetur Macrobius, & quam recondito eius originem repetat.

A Sed mihi versum Maronis consideranti, longè alia sententia animo surgit, ac incessit. Mihi enim Maro innuere videtur, Camillam, à Casmilla deduci, detracta littera: quod cum ita sit, Camillam, ut Comœnam esse existimabo, & Casmillam Casmœnam. Nam quæ à Latinis postea Camœnæ vocatæ sunt, ante à cæcis, priscisque Latinis Casmœnæ, ut Varro auctor est, lib. 6. dicebantur. Musarum autem, & Camœnarum, virgini quavis bellatrici, non erat indecorum nomen gerere. Turneb. lib. 14. cap. 13. Matris huic (Casmillæ) addidit nomen, inquit Donatus, aliqua inde subtracta particula, ut Camilla potius, quam Casmilla diceretur, habiturus in exilio comitè filiam, & in appellatione dulcissimæ nomen vxoris.

IPSE SINV PRÆ SE PORTANS) Ouid. de Latona. Metamorph. lib. 6.

*Hinc quoque Iunonem fugisse puerpera fertur,
Inq, suo portasse sinu duo nomina natos.*

Horat. Ode 18. lib. 2.

-----pellitur paternos

In sinu ferens deos

Et vxor, & vir, sordidosq, natos.

IVGA LONGA PETEBAT) Seruius explicat, longè posita, remotiora. Sallust. Et Metello procul agente, longa spes auxiliorum, id est, longè posita.

SOLO RV M NEMORVM, id est, desertorum. Terent. *Venit meditatns alicūde ex solo loco.* Petebat solitudines nemorum, ne in manus persequentium veniret cum filiola. Fugientem autem presserat desperatio, multis vndiq; armatis eum conquirentibus, & insectantibus tantquam prædam aliquam canes venatici. Fortè autè fortuna largioribus imbribus exudarar Amasenus. Quum igitur solū natandi subsidium superesset, obstabat charissimi oneris cura. Quomodo enim filiam præ se ferret, quum in eam corporis partem incumbendum esset, qua potuit ferri? à dorso verò quomodo? quæ etiam modico haulu necari potuisset? aut impulsu præcipitis vndæ paternis visceribus rapi? Donatus.

AMASENVS ABVNDANS) Amasenus Volscorum flumen, non procul à Tarracina. Est & alius eiusdem nominis fluuius in Sicilia, de quo Ouid. 15. Metamorph. Suprà. Georg. *incertis se mensibus annis abundans.* Propria vocabuli significatione vsus est Maro: nam *abundare*, ab vndarum copia, & æstu est affluere: vnde Plin. lib. 3. cap. 15. Omnia ex Philistinæ fosse abundatione nascentia: & ipse Maro lib. 4. Georg. *Rursus abundabat fluidus liquor.* Vlpianus, Si tamen vel flumen sic abundasset, ut impleisset omnem locum, in quo sisti oportuit &c. Terentius per translationem in Phormione. *Amoro abundas Antipho.* hoc est, ἀλημυρίεις. German.

OMNIA SECVM VERS. SVBITO) Distinguendum post vocē *subito*. Subitis enim cogitationibus animus difficulter consilium potest expedire.

VIX HÆC SENTENTIA SEDIT) Quia naturale est, ut quoties simul multa cogitamus, vix aliquid comprobeamus. Aut, cum dixit *vix*, ostendit etiam ipsam hanc sententiam, quum displiceret, temporis virgente desperatione placuisse: non quod esset tuta, aut certi euentus, sed quia alia superesse nequiverat. Melius quippe fuerat incertis filiam credere, quam retinendo infestis hostibus reseruare: in incerto enim provenire etiam prosperum potest: in aperto verò discrimine ac desperatione plenissima, nihil præter aduersum. Sernius, Donar. ** Similiter locutus est alibi, idque pio sedet Æneæ. Lib. 7.* Has vbi certa sedet patribus sententia pugnat. *Lib. 1. Æneid.* quæ nunc animo sententia surgit *Lib. 5.* quæ nunc animo sententia consistit.

Yyy* 2

Telum

- Telum immane, manu valida quod fortè gerebat
 Bellator, solidum nodis, & robore cocto,
 Huic natam, libro, & syluestri subere clausam
 555 Implicat, atque habilem mediæ circumligat hastæ.
 Quam dextra ingentilibrans, ita ad æthera fatur.
 Alma, tibi hanc, nemorum cultrix Latonia virgo
 Ipse pater famulam voueo. tua prima per auras
 Tela tenens supplex hostem fugit: accipe, testor,
 560 Diua tuam, quæ nunc dubiis committitur auris.
 Dixit, & adducto contortum hastile lacerto
 Immittit. sonuere vndæ: rapidum super amnem
 Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
 At Metabus, magna propius iam vrgente caterua,
 565 Dat sese fluuiio, atque hastam cum virgine victor
 Gramineo, donum Trivia, de cespite vellit.
 Non illum testis, vllæ non mœnibus vrbes
 Accepere, (neque ipse manus feritate dedisset)
 Pastorum, & solis exegit montibus æuam.

ET ROBORE COCTO) Coctum vocabât, quidquid A
 vetus, & multi tēporis existeret, vt Seruius testatur, cu-
 iusmodi illud Persianum est, *Vtramale vetus prægrandi
 subere coctum.* Apud Horat. sat. 5. lib. 2. legitur, *ple-
 rumque recoctus Scriba ex quinque viro cornuum delusit
 hiantem.* Vbi per recoctum, intelligo veteratorem insi-
 gnem, qui longo vsu didicerit, quid distent æra lupinis.
 Itaque rectè Donatus hoc ad roborationem artis, inge-
 nio quæsitam detorquet. Iunius lib. 5. cap. 5. Vel reco-
 cto, quoddam hastæ igni durari consueuerint.

HVIC NATAM LIBRO) Liber est interior corticis
 pars, quæ ligno cohæret. Vnde liber dicitur, in quo scri-
 bitur, quia ante vsu chartæ, vel membranæ, de libris
 arborum volumina compaginabantur. Seruius.

HABILEM CIRCVM LIGAT HASTÆ) Habilem dixit
 bene compositam, & prudenter aptatam (ἐνσπερῆν, ἐν-
 πλεκῆν, καὶ ἐνκατασκευάσαν.) Mediæ autem hastæ idcirco
 implicatam nexuit, ne in vnam partem grauior, optatū
 spatium transire non posset. Librauit deinde eam cum
 precibus. Quod fuit piissimi patris, & quod in potestate
 habuit, id fecit: euentum verò, quem in manu non ha-
 buit, credidit de cœlo poscendum. Donatus.

ALMA TIBI HANC NEMORVM CVLT.) Consecrare
 se dicit puellam Dianæ ad eius ministerium. Syluarū po-
 tentem vocat in carmine seculari Horatius, montium
 dominam Catullus.

IPSE PATER FAMVLAM VOVEO) ipse pater, qui do-
 nandi, vouendique potestatem habeat. Sic, inquit, tibi
 hæc voueo, vt desinat mea esse filia. Æquius enim mihi
 videtur, vt viuat, sitque in obsequio tuo, quam cum ipsa
 libertate acerbo pereat interitu. Vt autem deorum fa-
 muli Latinis, deorum sacris, & cultui mancipati, ita Græ-
 cis δῶλοι, θεράποντες, ὑπηρέται, & δάειμοι. Sophocles in
 Tyranno. Οὐ γὰρ τι συζῶ δῶλον, ἀλλὰ λοξία. Cum autem
 hasta eam teneret innexam, sic loquitur, quasi ipsa ma-
 nibus suis hastam regeret, & supplicaret, pro qua ipse
 supplicabat. Denique teste te, inquit, tibi transcribitur.
 Et quod dubiis committitur auris, non temeritatis est,
 sed fiduciæ nominis tui. Serua tuam, serua tuo nomi-
 ni, potentiaque commissam. Donatus.

ADDUCTO CONTORTVM HASTILE LACERTO) Lu-
 cret. lib. 4. *telum Id validis utrum contortum viribus ire.*
 Tanto autem fortius aliquid iacitur, quanto magis ma-
 nus retorsum fuerit ducta. Et aqua ipsa mittentis vim
 sensit.

INFELIX FVGIT IN IACVLO STRIDENT. CAMILLA)
 Ad tempus belli referendum est. Sic Didonem infeli-
 cem aliquando nominat, respiciens ad futurum eius e-
 xitium. Donat. multas huius epitheti rationes, seu mul-
 tas puellæ huius infelicitates adducit, quem lege, si lu-
 ber. * *Quamuis in re minore, tamen simile quiddam isti saluti
 habet epistola Caesaris ad Q. Ciceronem lib. 5. de bello Gall. cap. 12.
 Cognito enim eius periculo, (à Neruii premebatur) cuiusdam ex e-
 quitibus Gallis, magnis precibus persuasit, ut eam ad Ciceronem
 deferret: si audire non possit, monet, ut tragulam cum epistola ad a-
 mentum deligata, intra munitiones castrorum abiciat. Gallus, pe-
 riculum veritatis, ut erat præceptum, tragulam mittit. Hac casu ad
 turrim adhaesit, neque ab nostris biduo animaduersa. Tertia die à
 quodam milite conficitur: dempta ad Ciceronem deferitur, &c.*

MAG. PROPIVS IAM VRG. CATERVA) suprà de fu-
 gente ex vrbe Priuerno. *rela undique sana premebant,
 Et circumfuso volitabant milite Volsci.*

DAT SESE FLVUIO) Quum subiaceret oculis Me-
 tabi periculum euidentissimum fluminis, & aliud vrge-
 ret à tergo, aggrediendum alterum fuit, vt alterum vi-
 taretur. Verum quia ex altera parte manifesta pernici-
 es imminebat: in altera verò non deerat spes euaden-
 di, dedit se fluuiio. Peruenerat hasta quo debuerat, sal-
 ua puella, quam compos voti sui (hoc enim est victor,
 qua voce in ea notione vtitur sæpissime) vellit de cespite.
 Bene donum Trivia, consecrata enim in alterius po-
 testatem, & naturam transierat. Vfus est autem vita pa-
 storali in montibus, nec si quis etiam eum suscipere vo-
 luisset, aut in publicis, aut in priuatis cuiusquam ædi-
 bus præ feritate habitare voluisset. *Mœnia* abusiue
 dicuntur omnia publica ædificia, vt li. 2. *Diuidimus mu-
 ros, & mœnia pandimus urbis:* nam propriè mœnia sunt
 tantum muri, dicta quasi munia, à munitione ciuitatis.
 Donatus, Seruius.

DONVM TRIVIA) Etsi lib. 6. & lib. 7. disputatum
 est de ratione, & causa huius nominis, ad illum versum,

At Trinia Hippolytum secretis alma recondit Sedibus, A dare, sic manus dare, victū fateri. Plant. est, Persa. *Fateor,* tamen hæc addi possunt, Triuiam dictam quod in cælo, in terra, & apud inferos eadem potestate polleat. De qua Prudentius lib. 1. contra Symmachum:

*Deniq; cum Luna est, sublastris splendet amictu:
Cum succincta iacit calamos, Latonia virgo est:
Cum subnixa sedet solio, Platonica coniux,
Imperitas Furis, & dictus iura Megera.*

Quidam poeta anonymus.

*Terres, lustrat, agit Proserpina, Luna, Diana,
Ima, superna, ferat, sceptro, fulgore, sagitta.*

NE QVE IPSE MAN. FERITATE DEDISSET) Præ feritate, ut ferus erat, non consensisset. Si qui eum voluissent suscipere, eorum consortia fugisset. Ut herbæ

vobis da manus. Cic. ad Att. lib. Sapienter igitur, quod manus dedisti, quodque etiam ultro gratias egisti. Cæc. lib. 5. de bello Gall. Tandem dat Cottamannus, per motus sententia Sabini. Horat. Ode 17. Epod. *Quædam effi-* *caci da manus scientia.* Plura Tiraquell. in Alex. Neapol. lib. 4. cap. 7. cap. 7. Vide item Chiliad. *Daremannus.*

PASTORVM, ET SOLIS EXEgit MONTIBVS ÆVVM) Egit vitam pastorem in desertis montibus. Soli montes, solæ terræ, seu loca, sunt solitudines, & desertæ, nō frequentia, non culta ab hominibus loca. Recurre ad Eclogam 10. ubi super illo *Pumifer illū cernit sola sub rupe iacentem*, multa exempla ex probatissimis scriptoribus adduximus. Libr. 10. *positis inglorius armis Exigat bio-* *annum.*

- 570 Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris,
Vtq; pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas oneravit acuto,
575 Spiculaq; ex humero parvæ suspendit, & arcum.
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torfit,
Et fundam tereti circum caput egit habena,
580 Strymoniamq; gruem, aut album deiecit olorem.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum: sola contenta Diana
Aeternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit. vellem haud correpta fuisset
585 Militia tali, conata laceessere Teucros:
Chara mihi, comitumq; foret nunc vna mearum.

ARMENTALIS EQVÆ MAMMIS) Armentale animal ideo posuit, ne in totum videretur agreste, ac se mulgere non sineret, inquit Donatus. Harpalice quoque, de qua diximus lib. 1. Æneid. ibi, *vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice*, amissa matre, vaccarū, equarūq; vberibus nutrita est. Hygin. cap. 193.

LACTE FERINO) equino, sicut lib. 2. ferum, pro equo posuit.

VTQVE PEDVM PRIM. INFANS VESTIGIA) Mox ut stare potuit pedibus suis, instruxit eam pater portare, & iaceret: neque enim fuit in illis locis fœmina, quæ incipienti lanam monstraret, aut telam. Docuit eam pater, quod præbebat locus, non quod sexus exigebat, & persona discens. *Palla* propriè est muliebris vestis, deducta usque ad vestigia: unde ait, longè, *Strymoniam gruem*, id est, Thraciam, à flumine Strymone. Olor latinè, græcè *κύνος*. Donatus, Seruius.

PRO CRINALI AVRO) Neglectum omnem ornatus curiosioris cōmendat in virgine ista Maro. Quāuis autem Tygri dis exuuiis horridior incederet, tamen non illi defuerunt sponsi: adeo quiddam aliud est, quod in virginibus placet. Sicut autem ob hoc ipsum bene oleret mulieres dicebantur, teste Cic. ad Articum, quod nihil olerent: ita formosiores apparent, quæ pigmenta, vestiumque delicias contemnunt. D. Cyprianus lib. de habitu Virginum disertè aduersus earundem orna-

tum disputat. Vnam duntaxat sententiam libet hic inferere. Ornamentorum, ac vestium insignia, & lenocinia fucorum, non nisi prostitutis, & impudicis faminis congruunt: & nullarum fere pretiosior est cultus, quam quarū pudor vilis est. Consentaneum his, dictum probè à Clemente Alexand. lib. 2. Pædag. *Mulieris si pulchra sunt, sufficit eis natura. sin autem sunt natura turpes, ex iis quæ sibi applicant, quod non habent arguunt.* &c.

MVLTÆ ILLAM FRVSTRA NVRVVM OPTAVERE)

Ouid. Metamorph. de Narcisso puero

*Multi illum iuvenes, multa optauere puella.
Sed fuit in tenera tam dura superbia forma,
Nulli illum iuvenes, nulla optauere puella.*

D Eodem pæne modo Catull. in carmine nuptiali, de flore pulcherrimo.

*Multi illum pueri, multa optauere puella.
Idem cum tenui carptus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nulla optauere puella.*

Simile quiddam Seneca in Consolat. ad Martiam, cap. 21. de adolescente, eiusdem filio. *Adolescens rarissima forma, in tam magna mulierum turba viros corruppentium, nullius spei se prebuit: & cum quarundam usq; ad tentandum peruenisset improbitas, erubuit, quasi peccasset, quod placuerat.*

SOLE CONTENT. DIANA ÆTER. TELOR. ET VIRGIN. AMOR. ITEM. COL.) Daphnen Penei fluminis filiam à patre

Yyy* 3

significat. Ab eo enim quod est hæc dies, sumitur, die-
cula, pro mora parui temporis. Plin. epist. 5. lib. 8. Ero
ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admitte-
re auocamenta, & cicatricem pati possit, quam nihil æ-
què, ac necessitas ipsa, & dies longa, & satietas doloris
inducit. Dies, id est, tempus longum, quo dolendo sa-
tiatur. Dies pro tempore positum apud Esaiam idem-
idem legimus. Et erit in die illa. Neq; verò mirum est,
diem pro tempore poni, cum & horæ, pro diebus po-
nantur. Cic. in Verrem Act. 2. Menses mihi tres cum
eripuissetis, ad agendum maxime appositos, reliquum
omne tempus huius anni me vobis remissurum puta-
stis: ut cum horis nostris nos essemus vsi, tu binis lu-
dis interpositis, quadragesimo post die responderes. B
Horas suas vocat, inquit Asconius, viginti dies, qui
accusatori dabantur ad accusandum legitimi, toti-
demque defensori. Idem, hic tu fortasse eris diligens,
ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam.
Horis, inquit idem Asconius, mirè dixit, cum sint dies
plurimi, ut ostenderet nimiam diligentiam. Annua igi-
tur, bima, trima die stipulari, est anno, biennio, trien-
nio soluendum stipulari: Budæus in Pand. * *Illustrare ex-
plum Maronis ponere potuisset Budam ad probandum, Vocem dies
cum genere muliebri significare tempus. Lib. 5. Quam nec longa
dies, pietas nec mitigat vlla. Lege qua in eundem versus anni-
tuitur.*

MVLTO ALTERNA REVIS. LVSTIT FOR.) For-
tuna alterna est, quæ alternis his & illis fauet, quæ varia, C
& incerta est, ut ἀλλοτρίως. Mars ab Homero ap-
pellatur, quod vocabulū prope est ut putetur Maro ex-
primere voluisse. Turneb. lib. 14. cap. 13. * *Non solum al-
ternis his, & illis, sed etiam alternis vni, & eidem. Scriptum sapien-
ter à M. Tullio. Magnam vim esse in fortuna in vitram, partem,
vel secundas ad res, vel aduersas, qui ignorat? nam & cum pro-
spere statu eius vitimur, ad exitum prouehimur optimos: & cum re-
flauit, affligimur. Exemplum est L. Lentulus, de quo Valer. lib. 6.
De mutatione fortuna. Quem quidem fortuna inter ornamenta,
& dedecora alterna vice versauit, consulatus illius damnatio-
nem, damnationi censuram subiiciendo, & neque boni eum
perpetuis frui, neque malis æternis ingemiscere patiundo. Idcir-*

cofiscit admodum Q. Curtium lib. 7. Siue pedibus dicunt esse for-
tunam, quæ manum, & pinnas tantum habet: cui manum porrigit,
pinnas quoque comprehendere non sinis.

Hanc, ut ita dicam, alternitatem fortunæ, poeta-
rum latinorum sententijs illustremus, Græcos mitta-
mus. Ennius 8. Annal.

----- multa dies in bello conficit unus.

Et rursum multa fortune sorte recumbunt.

Haudquaquam quenquam semper fortuna secuta est.

Plautus Capt.

Fortuna humana fingit, artatq; ut lubet.

Terent. Hecyra.

O fortuna, ut nunquam sperperem et bona.

C. Laberius.

Non possunt primi esse omnes omni tempore.

Summum ad gradum cum claritatis veneris,

Consistes agrè, & citius quam ascendis, decides.

Cecidi ego: cades qui sequitur: laus est publica.

Ouid. 3. de Tristib.

Nempe dat, & quodcumq; libet fortuna, rapitq;

Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.

Idem lib. 4. de Ponto.

Ludit in humanis diuina potentia rebus,

Et certam præsens vix habet hora fidem.

Auson. in epigram.

Fortuna nunquam sistit in eodem statu:

Semper mouetur, variat, & mutat vices,

Et summa in imum vertit, ac versa erigit.

Addamus tamen pro coronide distichon Theognidis.

Ζεύς γάρ τοι τὸ τέλαστον ἐπὶ ῥέπει ἀλλοίε ἀλλ',

Ἀλλοίε μὲν πλεῖστον, ἀλλοίε δ' ἔσθ' ἔχον.

IN SOLIDO RVRSVS LOCAVIT) Sensus est, for-
tunam habere regressum. Si hætenus aduerso euentu
pugnauius, detrimenta præterita futuris successibus
licebit reparare. Fortuna tam labores, quam fælicita-
tem pro temporum qualitate mutat. Ludit, seu decipit
beatos, & oppressos in solidum reuocat. Seruius

NON ERIT AVXILIO NOBIS ÆTOLVS, ET ARPI?

AT MESSAPVS ERIT, FÆLIXQVE TOLVMNIVS, & quos

430 Tot populi misere duces. nec parua sequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Est & Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cæteruas.
Quod si me solum Teucri in certamina poscunt,
435 Idq; placet, tantumq; bonis communibus obsto:
Non adeo has exosa manus victoria fugit,
Ut tanta quidquam pro spe tentare reculem.

IBO ANIMIS CONTRA: VEL MAGNVN PRÆSTET ACHILLEM,

Factaq; Vulcani manibus paria induat arma

440 Ille licet. vobis animam hanc, soceroq; Latino

Turnus ego, HAVD VLLI VETERVM VIRTUTE SECVNDVS,

Deuoueo. solum Æneas vocat? & vocet, oro.

Nec Drances potius, siue est hæc ira decorum,

Morteluat: siue est virtus, & gloria, tollat.

NON ER. AVXILIO NOBIS ÆTOLVS, AT MESSAP.) *Parua sequetur Gloria, &c. Arctus est, minus enim dicit,*
Redit ad rem, quia occurrebat, sed negantur auxilia: &
bene duo iunxit, quæ quærentur in bello, fortitudine,
& fælicitatem. Nam de Messapo legimus, *Quem neq;*
suæ igni cuiquam, nec sternere ferro. Quod subdit, nec
parua sequetur Gloria, &c. Arctus est, minus enim dicit,
quam voluit: nam hoc significat. Latina pubes celerrimè
victoriam adipiscetur, quam vix Græci post decen-
nium sunt adepti. Seruius. * *Eadem figura sermonis est apud*
Tullium, Philipp. 2. Non placet M. Antonio consulatum meum. Ad
placuit

placuit P. Servilio, *Se enim primum nominam ex illius temporis consularibus, qui proximè est mortuus: placuit Q. Lutatius Catulus, cuius semper in hac repub. fuit auctoritas: placuit duobus Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, &c.*

QVOS TOT POP. MISERE DVCES) Catalogus videndus lib. 7.

FLORENTES ÆRE CATERVA S) Pereleganter. Sic Lucret. lib. 1. *Bina lucernarum florentia lumina flammis, Item lib. 5. Tum mare veluolum florebat navibu' pandis. Manil. lib. 5.*

*Tunc conferta licet cali fulgentia templa
Cernere seminibus densis, latisq; micare
Floribus, ut sicca currunt per litus arena.*

Attius. *Ære atque argento feruere, igni, insignibus Florere.* Sic ai dñr Græci poetæ. Sic Æschylus, *ἀργὸν αὐγὰν*, quomodo scilicet Lucret. & Manil. Stat. Thebaid. 2. *ibi arcano florentes igne smaragdos Cingit.* Scalig. F. in Manilium.

QVOD SI ME SOLVM) Quoniam igitur audiuit à Drance, illum (Æneam) aspice contra Qui vocat, promittit se singulari certamine velle congredi, cum nolit. Similiter in 12. ait irrisorie: *sedeant, spectentque Latini.* Addit tamen, si in tantum obsum commodis publicis, ut nisi solus dimicauero, cōcidat vniuersa respub. assuetæ sunt manus meæ victoriis, libèter dicar solus seruasse rempub. Seruius.

VT TANTA QVIDQVAM PRO SPB) Spe tantæ laudis, quam assequar, si solus cæteris omnibus salutem peperisse dicar.

VEL MAGNUM PRÆSTET ACHILL. FACT. VVLC.) Licet ille Achillem virtute præueniat, licet ille Vulcani

A donis artueretur, qualibus etiam Achilles, ibo contra animosè, prouocaturus potius legnè, quam expectaturus hostis arbitrium. Et præsto illum, id est, melior illo sum, & præsto illi dicimus. Cicero in Cæsaribus. *Tanto ille superiores gloria vicerat, quāto omnibus tu præstitisti.* [De donis casu qui cum illo iungatur, nulli est dubium; Vilem de accusando casu exemplum aliquod attulisset. Nos meminit hic apud Livium lib. 5. ab V. C. Ut moniare damnum possint, quantum Gal. Virtute ceteros mortales præstarent. Aliud apud Probum in Epaminonda. Callistratus Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes præstabat tempore. Et in Annibale, non est inficiandum, Annibalem tanto præstasse ceteros prudentia, &c.] Pergit Turnus, & sibi fauorem populi conciliat, nō sine iactantia, dum se veteribus comparat, non simpliciter, sed eorum vnicuique. Postremò optat abesse Drancem inimicum, & nec calamitati suæ, nec felicitati interesse. Donatus, Seruius.

VOBIS ANIMAM HANC DEVOVEO) Ad ritum Rom. aspicit se deuouendi pro Repub. quod fecerunt duo Decij.

HAUD VLLI VETERVM VIRTUTE SECVNDVS) sic apud Homer. Iliad. 2. negat Sthenelus, se maiotibus virtute cedere. *ἡμεῖς τοι πατέρων μὲν ἀμείωρες ἀνχοίμεθ' εἶναι, τὸ μῆμ' οὐ πατέρας ποθ' ὁμοῖον ἔνδο τιμῇ.* Obseruauit Germanus.

SIVE EST HAEC IRA DEOR.) Si ira deorum me premit, nolo Drancem mecum pœnas morte luere: sin virtutis gloria me manet, nolo eū laudis meæ esse participem.

TOLLAT) Græcorum more, qui *νικῶν ἀίρεσθαι*, & *κτῶν ἀίρεσθαι*, & *ἀγρυπνῶν ἀδλῶ* in capiendi significatione.

- 445 ILLI HÆC INTER SE DVBIIS DE REBVS AGEBANT
CERTANTES: castra Æneas, aciemq; mouebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisq; urbem terroribus implet:
Instructos acie Tiberino à flumine Teucros,
450 Tyrrhenamq; manum totis descendere campis.
EXTEMPLO TVRBATI ANIMI, CONCVSSAQVE VVLGI
PECTORA, ET ARRECTÆ STIMVLIS HAUD MOLLIBVS IRÆ.
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuuentus.
Flent mœsti, mûssantq; patres: hîc vndique clamor
455 Dissensu magnus vario se tollit in auras:
Haud secus atque alto in luco, cum fortè cateruæ
Confedere auium, piscosouæ amne Padusæ
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Immò, ait, ô ciues arrepto tempore Turnus,
460 COGITE CONCILIVM, ET PACEM LAUDATE SEDENTES:
ILLI ARMIS IN REGNA RVVNT. Nec plura locutus
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
Tū Voluse armari Volscorum edice manipulis:
Duc, ait: & Rutulos equites Messapus in armis,
465 Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus vrbis firment, turresq; capestant:
Cætera, quā iusso, mecum manus inferat arma.

ILLI HÆC INTER SE, &c. CASTRA ÆNEAS) Alter. D. rimuntur. Simile Homer. Iliad. 2. *ὡς τῶν ἀρτίθλοισι μάχαιες, & iurgia Turni, & Drancis mouente Ænea δι- χισσάμενοι.* Reprehensio est Latinorum, & Æneæ prædicatione.

catio, qui, dum illi tempus longis orationibus, & deliberationibus traherent, ipse instructa acie procedebat. Regredior hic in memoriam Agesilai, regis Lacedæmonum, qui cum haberet exercitum, cumque eo iter faceret, ad Macedonem misit rogatum, ecquid per hostiū, an amicorum solum transiret. Respondit ille, se consultatum. tum Agesilaus. Fiat, inquit, consultatio, nos interim transibimus. Tum Rex viri constantiam admiratus, ac sibi metuens, præstare duxit, illi ut amico transitum concedere. Plutarch. in Apophtheg. Reg.

TOTIS DESCENDERE CAMPIS) Dicebat eos operire campos: unde liquet, voluisse dicere, maximas aduētare copias.

CONCVSSAQVE VULGI PECTORA) Concussa, inquit, pectora, non tantum turbata. Flebant, & quiritabantur patres, quum pro loco suo ipsi periculis, atq; detrimentis essent proximi. In duas autem partes concilium diuulsum erat, quoniam hi à Turno, illi à Drance stabant. Et hi paci, illi bello studebant. *Padusa* pars est Padi, plena cygnis. *Ranci* modò canori, & est τῶν μισθῶν, sicut venenum, & alia multa. *Stagna loquacia*, in quibus habitant cygni loquaces. Seruius.

ARRECTA STIMVL. HAVD MOLLIB. IRÆ) non leuibus stimulis in iram incitati sunt.

FREMIT ARMA IVENTVS) Cum fremitu ad arma conclamat. Sic lib. 7. de Turno à Furia extimularo. *Arma amens fremit, arma toro scilicet, requirit.*

FLENT. MOESTI, MVSSANT. PAT.) Merito flebant, & quò seuerterent, in extrema rerum desperatione videlicet, nesciebant.

IMMO AIT, O CIVES) Inuenta opportunitate, Turnus grauitè cunctationem suorum vituperat, sed paucis, maturè enim, & properanter hostibus erat occurrèdum. Mox mandata incipit dare, ut boni ducis, ac solliciti officium postulabat.

COGITE CONCILIVM) Ironica exhortatio in eos, qui pacem suaserant.

SEDENTES) desides, dormitantes, pigri, cunctantes, negligentes, in negotio tanto inertes. Virg. 3. Georg. & meliora deos sedet omina poscens. *Æneid. 12. sedant, spectentq; Latini.* Ad quem locum de peculiari significato huius verbi *sedere* ex Victorio, & aliis disseruimus.

TV VOLVSB ARMARI EDICE) Verba Turni, quibus tumultuariè ducibus officia, præsertim circa Urbis mania suagenda

mandat. *Edice armari*, figuratè, dic ut armentur. Edice autem est imperatiuus: nam ab omnium coniugationū infinito detracta, re, syllaba vltima, fit imperatiuus, ut amare ama, docere doce. Cum autem *fac*, vel *dic* dicitur, *facere* verba patiuntur. Inueniuntur huiusmodi antiqui imperatiui plures. Apud Nason. *face*, Tibull. deduce.

VOLSCOR. MANIPLIS) Manipulus lenis ex viginti militibus, & turba scutorum fit, Persis ex 24. militibusque manipulares appellati. Huic etiam centurio præerat, què manipulem vocarunt. Manipulos verò quindecim suis interuallis distinctos in prima acie, velut fortissimum robur plerunque imperatores locarunt: lenisque manipulus dictus, quod hastis miles, gæsisque, non armis grauioribus munitur. Donatus in hunc versum, aiunt, inquit, manipulum dici diuerforum militū, sub vno rectore constitutorum. Hæc fere Alex. ab Alex. lib. 1. ca. 5. in quo etiam de centuria, decuria, ordine, turma, primipilo, vexillo, &c. De manipulis militum egit more suo diligenter Lipsius Militiæ Roman. libr. 2. dial. 2.

EQVITES MESSAPVS IN ARMIS) Id est, armatos: nam figura est. Circumlocutio Græca, adiectiui per præpositionem, & nomen substantiuum. *Messapus* aut antiquus est vocatiuus: ut, *Hesperidum fluminis regnator aquarum*: item, *socer arma Latinus habeto*: aut certe nominatiuus est pro vocatiuo: quāquam etiam possit esse nominatiuus, ut sit: *Messapus*, & *Coras equites diffundite*, pro diffundant: melior tamen est sensus superior. Frater *Coræ Catillus* dicitur, *Catillusq; acerq; Coras*. Seruius.

PARS ADITVS VRBIS) Aditus vrbs intellige portas, qui aduersus hostem omni ope muniendi erant, & propter diligentiore custodiam, securitatēq; etiam in turribus collocandi milites. Donatus.

IVSSO) antiquum est verbum, pro iussero, ut *faxo*, pro fecero. Sic Catullus dixit, *recepso*, pro recepero. Et poeta quidam vetus apud Cic. de Off.

*Quod ni Palamedis perspicax prudentia
Istius percepisset malitiosam audaciam.*
Pacuius. *Haud sinam quidquam profari priusquam acceperō, quod peto.* Muret. in Catull. * *Meminit Seneca quæque istius archaismi, atque adeò hunc ipsum Virgilij locum producit in medium.*

Ilicet in muros tota discurritur vrbe.

Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus.

470 Deserit, ac tristi turbatus tempore differt,
Multaq; se inculsat, qui non acceperit ultro
Dardanium Æneam, generumq; ascuerit vrbi.
Præfodiunt alij portas, aut, saxa fudesq;
Subuectant, bello dat signum rauca cruentum

475 Buccina. tunc muros varia cinxere corona
Matronæ, pueriq;: VOCAT LABOR VLTIMVS OMNES.
Nec non ad templum, summasq; ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens: iuxtaq; comes Lauinia virgo,

480 Causa mali tanti, ATQVE OCULOS DEIECTA DECOROS.
Succedunt matres, & templum thure vaporant:
Et mæstas alto fundunt de limine voces.

ILICET IN MUROS TOTA) Confestim, illico fit per A oppidum concursatio hominum, & ad muros defendendos contenditur. Et quia tā tristes nuntij venerant, concilium dimittere cogitur Latinus, magna que incepta (de pace enim agebat) intermittere: vrgebat metus instantis exitij, pœnitebat non ascivisse generum Æneam, qui poterat esse præsidium ciuitatis, & firmamentum. Donatus.

CONCILIUM IPSE PATER, ET MAG. INCEPTA LAT.) Venustum ordinem seruat circa primos motus. Orditur à rege se incusante, quod in deligendo genero fuisset parum prudens [*vel potius in delicto repudiando stultus.*] Inde studium vulgi proponit in muniendis portis, aduersus hostium irruptiones. Ad postremum vota matronarum, Palladi nuncupata pro salute reipub. vt hostis muro arceatur. Montfortius.

MVLTAQVE SE INCVSAT) Hic, & sequens versus iterantur libro 12. mutata tantum in vtroque extrema voce.

PRÆFODIUNT ALII PORTAS) Alij fossas faciebant ante portas, quæ res nimiam indicat desperationē. Ad earundem munitionem saxa, & sudes subuectabantur. Ac ne qua posset esse dubitatio periculi, datur tuba signum belli. Signum ideo *crumentum*, quoniam sanguis bello funditur, cuius illa signum est. Imbellis ætas, & sexus *cingit muros corona varia*. Ideo varia, quia pueri permisti mulieribus. Omnes ad laborem qualemcunque vltima necessitas compellit. Donatus, Seruius.

NEC NON AD TEMPLVM) Ex Homero Iliad. ζ. vbi Hectorem ita monet Helenus.

Ἐκτορ, ἄταρ σὺ πόλιν δὲ μετέρχαιο, ἵπδ' δ' ἔπειτα
Μητρίεσσιν, καὶ ἡμῖν, ἢ δὲ ξυρέγνυσα γυναικας,

Νῆδ' ἀθναίης γλαυκῶπιδος ἐν πύλῃσιν ἄκρῃ
Οἴξασα κληίδι θυγερὶ ἱερῷ δόμοιο,
Πάλλον, ὃς οἱ δοκίμῃ χαλκίστατος, ἢ δὲ μείζονος
ἔσται ἐν μεγάροισιν, καὶ οἱ πολλοὶ φίλτατος αὐτῇ
Θεῖναι ἀθναίης θῆν' γύνασθ' ἡνίκά μοι
καὶ οἱ ὑποσχέσθαι δοκαίδμεν, βῆς ἐνὶ νηῖ.

Vide præterea 1. Æneid. *Interea ad templum non aqua Palladis ibant, &c.*

AD PALLADIS ARCES) dicta Pallas vel à Pallante gigante occiso, vel ἀπὸ τῆς πάλαντος à vibranda hasta, vel à saliendo, & saltando in bello, vel à Pallante Lycaonis filio, ad quem vt educaretur, paruula à Ioue missa est. Vide Gyrald. Syntag. 11.

SVBVEHITVR MAGNA MAT. CAT.) Subuehitur dixit proprie, quia matronæ pilentis vehebantur ad templa pergentes: vt alibi, *Pilentis matres in mollibus.*

DONA FERENS) *Dona*, præplū scilicet, quod exprefit in primo. Seruius.

OCVLOS DEIECTA DECOROS) Deiciebat oculos Lauinia, vel propter inuidiam temporis, cum sciret sui causā tantum malorum inuectum: vel propter virginalem verecundiam, vt solent, & debent virgines in publicum prodeuntes. Donatus.

DE LIMINE) ad preces festinantium mulierum ostenditur desiderium. * *Facit & Silius lib. 7. profecto contra Annibalem Dictatore Q. Fabio Maximo, Romanas matronas ad Iunonem cum palla, & precibus adeuntes.*

At patres, Latiasque nurus raptabat ad aras
Cura deūm, mæsto suffusa lumina vultu,
Fæmineus matres graditur chorus, ordine longo,
Iunoni pallam, conceptaque vota dicabant.
Huc ades o regina deūm, gens casta precamur,
Et ferimus digno, quæcunque est nomine, turba
Aufonidum, pulchramque & acu, &c.

- Armipotens belli præses Tritonia virgo,
frange manu telum Phrygij prædonis, & ipsum
485 Pronum sterne solo, portisq; effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus:
Iamq; adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, furasq; incluserat auro,
Tempora nudus adhuc, lateriq; accinxerat ensē.
490 Fulgebatq; alta decurrens aureus arce:
Exultatq; animis, & spe iam præcipit hostem.
Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campoq; potitus aperto,
Aut ille in pastus, armenta q; tendit equarum:
495 Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq; fremit ceruicibus altè,
Luxurians: luduntq; iubæ per colla, per armos.

ARMIPOT. BELLI PRÆSES) Diuam armipotentem D vocauit lib. 2. Æneid. Lucrēt. lib. 1. Martem. *belli quoniā fera munera Manors Armipotens regit.* Etiam noster lib. 9. *Hic Mars armipotens animum, viresq; Latinis Adidit.* Carull de nupt. Pelei in extremo, vbi docet, quondam deos rebus humanis præsentēs interfuisse, Tritonis heram nominat Palladem, eamque belli dominam facit, cum Marte, & Rhamnusia.

*Sæpe in lethifero belli certamine Manors,
Aut rapidi Tritonis heræ, aut Rhamnusia virgo
Armata hominum est præsens horrida cæternus.*

TRITONIA VIRGO) In descriptione Libyæ Mela lib. 1. cap. 7. Super hunc sinum, inquit, ingens palus amnē Tritona recipit, ipsa Tritonis: vnde & Mineræ cognomen inditum est, (vt incolæ arbitrantur) ibi genitæ, faciuntque ei fabulæ aliquam fidem, quod quem natalem eius putant, ludicris virginum inter se decertatium celebrant. Pausan. Atticis, Herodotus Melpomene, Mineruam Neptuni, & Tritonidis paludis filiam autumant.

Diodorus lib. 3. cap. 5. & hoc ipsum, & totum versum dilucidum tibi faciet. Custodiam filiz Mineræ permi-

permisit, paulò antè hæc tempora circa Tritonem flu-
uium, vnde & Tritonia dicta est, genitæ. Scribunt hanc
deam per omnem vitam virginitate seruata, prudentia
claruisse: multasque, cum ingenio præstaret, ab ea artes
repertas. Belli quoque exercitio deditam, cum robore
corporis vigeret, multa fecisse memoratu digna, &c.
Fulgentius ex Manilio Chresto refert, Mineræ solitas
iniuges boues sacrificari, id est, iugum nunquam feren-
tes, illa videlicet de causâ, quod & virginitas iugum ne-
sciat maritalæ, & virtus nūquam sit iugo prementi sub-
iecta.

Sciendum porrò, tātum modo tres deas virgines,
Veneris seruitio liberæ prædicari, Mineruam, Dianam,
Vestam. Musarum enim quarundam filios legimus: &
illud Platonis epigramma, quo Venerem sibi Cupidinis
tela minantem irrident, in omnes haud conuenit. Quo-
modo, & quanta cum dote Athenienses Antonio, qui
se Liberum patrem salutari voluit, Mineruam suam de-
sponderint, facete narrat lib. 1. Suasoriar. Seneca. Fuit &
Rex quidā Thracum, qui sibi cum Minerua coniugium
intercedere per extremam stoliditatem simulauit. Eo-
dem morbo laborauit portentum illud in vltimas ter-
ras exportandum C. Caligula, qui, auctore Tranquillo,
ca. 22. noctibus quidem plenam, fulgentemque lunam
inuicabat assidue in amplexus, atque concubitum: in-
terdiu verò cum Capitolino Ioue secreto fabulabatur,
modo insultrans, ac præbēs inuicem aures, modo cla-
rius, nec sine iurgiis (nam vox comminantis audita est)
ἀντὶ γὰρ Δαναῶν πειρῶν σι, &c. Par fatuitas Domitiani, re-
ste Sueton. cap. 22. qui Mineræ filius dici, credique vo-
luit, & inde eius consilio omnia agere. Pæne autem ver-
bum è verbo hæc matronarum ad Palladem precatio ex
Homero conuersa est. Iliad. 5.

Πόττι δ' ἠνθαίν' ἱερὸν ἱόλιν, δα δαίαν,

Ἄρον δὲ ἔγχος· διομήδεος, ἠδὲ καὶ αὐτῶν

Πηληϊάδης περὶ σκαίων περὶ πάρεθ' ἐπὶ πύλαιν. 10

FRANGE MANU TELUM) aut tua manu, aut in eius
manu telum confringe. Phrygius, & prædo deformati-
onis causâ sunt posita. Debuerant dicere Æneam, sed vo-
lunt ex facto Paridis omnes Troianos esse raptores, &
castitatis inimicos. Hunc eundem petunt in caput ab e-
quo deturbari, & hoc sub ipsis portis, vnde à feminis de
muro, ac turribus conspici queat. Seruius, Donatus.

CING. IPSE FVR. IN PRÆL. TVR.) Generatim Tur-
num armari cum dixisset, statim speciatim, quæ illa fue-
rint arma, enumerat. Furentem intelligit Seruius amo-
re Lauiniæ, quam videbat: quod etiam sequens indicat
comparatio: nam dicturus est, *Aut ille in pascuis armen-
tibus tendit equarum.* Et ideo cum mora armatur, inte-
cto que capite circa arcem incedens admonet singulos,
vt à Lauinia possit videri, & sit maior dimicandi causâ,
dum sponsæ placere contendit. Hic etiam locus ab Ho-
mero est, Iliad. 7.

Κημίδας μὲν πρῶτα περὶ κήμησιν ἴδμεν

Καλὰς, ἀργυροῖσιν ἐπισφραγίστας ἀεγυῖας.

Διυτιον δὲ δούρατα περὶ σάδισσιν ἴδμεν,

Ἀμφὶ δ' αὖ ὅμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρέηνον

Obuia cui Volcorum acie comitante Camilla
Occurrit, portisq; ab equo regina sub ipsis
500 Desiluit. quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis. tum talia fatur.
Turne, sui meritò si qua est fiducia forti,
Audeo, & Æneadūm promitto occurrere turmæ,

Χάλκισον, ἀντὶς ἵππων σάκος· μέγα τε στίβαρος το
Εἶλετο, τὸ δ' ἀπάνυ δι' οὐλὰς γένοιτ' ἥϊτε μήνης.

Seruius.

RVTVL. THOR. AHÆNIS HORREB. SQVAM.) Genus
loricæ fuit, quod non annulis solis, sed & squamis con-
staret, Græci φοιδωτὲς vocant, vel λαπιδωτὲς, à squamis
piscium, vel serpentum. Plutarch. de Lycurgo, ipso die
quo pugnavit in Tigranem indutui habuisse θώρακα σι-
δηρεὺν φοιδωτὲν, lorica ferream, squameam. Dio Cas-
sius Macrinum Imperat. abstulisse prætorianis τὸς θώ-
ρακας τὸς λαπιδωτὲς, loricas squameas: notesque ab his
exemplis, honestiorum planè has fuisse. Has dico ham-
is, & laminis solidis simul constitisse, ex Silio, qui lib.
5. Flaminium Cos. armans.

Loricam induitur: tortos hinc nexilis hamos

Ferro squamam rudi, permixtoq; asperat auro.

Et Isidoro squama est lorica ex laminis æreis, vel ferreis
concatenata, in modum squamarum piscis. Ipsas ergo
squamas catenæ iungebant. Tertull. lib. de Pallio, cap. 4.
hanc intelligit, & Alexandro Magno tribuit. Pectus
squamarum signaculis discalprum textu pellucido te-
gèdo nudauit. Silius li. 8. *Horridum & squamis, & equina
Curio crista.* Has ipsas squamas etiam plumas video di-
ci, à specie pari, &c. Lipsius de Milit. lib. 3. dial. 6.

QVALIS VBI ABRVPTIS) Etiam hanc comparatio-
nem, & ad verbum ex Homero translata monet Ser-
uius, prolatis græcis versibus, ex quibus etiam Ennius
connexit suos 5. Annal. dum Decij in hostes impetum,
equi alicuius citatissimo cursui comparat. Versus reci-
tat Macrobius lib. Saturnal. 6. cap. 3.

Et tunc sicut equus, qui de præsepibus actus

Vinctus suis magnis animis abruptis, & inde

Fert sese campi per cernula, lætæq; præta,

Celfo pectore, sepe inbam quassans simul altam:

Spiritus ex anima calida spiritus agit albus.

Claudian. in nupt. Honorij, perpende quemadmodum
Virgilium refert conatus sit.

Nobilis haud aliter sonipes, quem primus amoris

Sollicitavit odor, sumidum, quatiensq; decoras

Curnata cernice inbas, Pharsalia rura

Pernolas, & notos binnitū flagitas amnes

Naribus accensis.

Et quoniam quatuor magni poetæ hac cōparatione vsi
sunt, Homerus, vnde traxit Ennius, & ab Ennio Virgi-
lius, atque ab hoc Claudianus, committit eos inter se
Hieron. Colum. in 2. Annal. Ennij, & quid quisque ab
aliis discrepet, quid melius fecerit, declarat.

FVGIT PRÆSEPIA) Præsepia quidem propter ali-
moniam grata sunt animalibus: sed diuturna retinentia
vinculorum illis admodum grauis est. Quare desiderio
libertatis interdum vincula abruptunt, & vel ad pascua
tendunt, vbi equarum greges norunt esse, vt ibi Veneri,
ac libidini suæ morem gerant: vel ad flumen, vbi se ab-
luere consueuerunt, properant. Quid autem sit *emicas*,
ipse exponit, *arrestitq; frenis cernicibus aliè, altè erectis*,
non, *aliè Luxurians*. Donatus.

Solaq;

Solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra.

505 Me sine prima manu tentare pericula belli:

Tu pedes ad muros subsiste, & moenia serua.

AB EQVO DESILUIT) Desilire celeritatis habet, & A fortitudinis significationem: descendere verò tarditatis. Vbi Turnum vidit stantem ante portas, ut honorificam se monstraret, mox equo desiluit: quod reginæ factum, ut Turno deferrent, omnes statim imitati sunt. Donatus.

AD TERRAM DEFLEXIT) Dicendo *deflexit*, artem, & quandam moderationem descendendi significauit, quæ est etiam in ascendendo apud huius rei peritos. Seruius. Expone, descendit, saltu quodam corpus ad terram mittendo. Germanus ex græco τῶν ἰππῶν ἀπορρίψας expressum annotauit.

SVI MERITO SI QVA EST FID. FORTI) Si vnusquisque fortis habet aliquam confidentiam, ex conscientia fortitudinis suæ, & ego audere non dubito, & promitto, me equitatu Æneæ occursum. Non exspectabo dum veniant, sed occurram vltro: magnum virtutis indicium. Sine me primas belli partes excipere: & quia cautius, & diligentius est custodienda ciuitas, vbi Lauinia spolia tua, & foci tui, tu hic propugna. Seruius, Donatus.

PRIMA PERICULA BELLI) ἀρχὴ μάχης, hoc est, pugnam velicarem, seu, principium pugne.

Turnus ad hæc, oculos horrenda in virgine fixus.

O decus Italiæ virgo, QVAS DICERE GRATES,

QVASVE REFERRE PAREM? sed nunc (est omnia quando

510 Iste animus suprà) MECVM PARTIRE LABOREM.

Æneas (ut fama fidem, missiq; reportant

Exploratores) equitum leuia improbus arma

Præmit, quaterent campos, ipse ardua montis

Per deserti iugo properans adueniat ad urbem.

515 Furta paro belli conuexo in tramite syluæ,

Vt biuias armato obsidam milite fauces.

Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis.

Tecum acer Messapus erit, turmæq; Latinæ,

Tyburtiq; manus: ducis & tu concipe curam.

HORRENDA IN VIRG.) Horrenda, id est, veneranda, reuerenda. Sic de Sibylla in 6. *horrendaq; procul secreta Sibylla*. Et in 1. de nemore, *horrentiq; atrum nemus imminet umbra*. Vbi Seruius, horror plorumque ad odium pertinet, plerunque ad venerationem, ut hic. Sic Lucanus, *Arboribus suis horror inest*. Quidam exponunt, horrenda, cuius terribilis erat aspectus.

O DECUS ITALIÆ VIRGO) Ecce dictio præclara in necessitate belli: vno enim versu, & dimidio laudem profecutus est virginis, asserens eam ornamentum esse totius Italiæ: & gratias in præsentem agit, atque relaturum gratiam sese spondet. Secundum disciplinam rhetoricam dicit, se verba inuenire non posse, quibus eius exprimant laudes: quum dixerit, *O decus Italiæ, etc.* Sic alibi, *quibus calote laudibus æquem?* cum præmiserit, *o fama ingens, ingentior armis Vir Troiane*. Sed nunc quando super omnia est iste animus, nolo omnem laborem (dixerat enim illa, *solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra*) sed eius partem duntaxat volo suscipias. Dona. Seruius.

* Sententia Maroniana in admiranda, & laudanda magnanimitate Camilla, quodammodo respondent verba M. Tullij in *Milonaiana*. Te quidem quod isto animo es, satis laudare non possum. Et in *Marcelliana*. Te verò, quem præsentem intuemur, cuius mentem, sensusq; & os cernimus, ut quidquid belli fortuna reliquum reipub. fecerit, id esse saluum velis, quibus laudibus offeremus? quibus studiis prosequemur? qua beneuolentia complectemur? Est & illa elegans ἀπορία Eclog. 5. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona? Et lib. 9. *Ascanij ad Nisum, & Euryalum*. Quæ vobis, quæ digna viri pro talibus ausis, Præmia posserear solui?

ÆNEAS, VT FAMA) Ipsa iam consilia sua dicere incipit, & audet instruere. Ait se insidias locaturum

Æneæ, & occupaturum angustias, quæ Æneæ necessariò trāseundum sit. Illi (Camillæ inquam) equitatum committit. Messapum cum equitibus Latinis, & Tyburtib; ei adiungit.

EQVITVM LEVIA ARMA) equites levis armaturæ.

QVATERENT CAMPOS) Lucret. *Transmittunt valido quatientes impete campos*. Noster lib. 8. *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum*.

FURTA BELLI) pro insidiis etiam Sallustius dixit, ut citant Seruius, & Nonius. Sic Græcis κλοπή tam furtum, quam dolum, & fraudem significat: vnde τὰ κλοπῆα, clam acta, & Homero κλέπιοι μῦθοι, callidi sermones: & Euripidi, κλοπιγῶ ἴδμεν. German.

BIVIAS OBSID. MIL. FAVCES) Itinera angusta inter duos montes.

COLLATIS EXCIPE SIGNIS) Signa Romanis fuerant alia peditum, alia equitum. Peditum duplicia: manipulorum, & totius legionis. Manipulorum fuere, perticæ cum ligno transversario suprà, fere in crucem. Quibusdam dextræ, corollæ, aut alia ornamenta in vertice supraposita, plerisque clypei rotundi, siue imagines ad perticam affixæ. Legionis totius, aquila fuit: id est, alitis eius effigies, siue corpus ex argento, vel auro, summæ perticæ insistentis, & pede altero fulmen saepe tenens. Hæc peditum signa. Equitum vexilla fuere, siue quadri ad hastam volitantes pannuli, ritu fere hodie in Bandis equitum nostrorum. Lipsius *Militar. Rom. lib. 4. dial. 3.* * Signa conferre militaris sermo est, & historicis præsertim & statuis. *Linus lib. 2. Ariciam infesto agmine itur: nec proculanda*

cul inde cum *Armocis* signa collata praeliis. Svo debellatum est. Cio. A
in *Pisom*. In *Ægyptum* venit signa contulit cum *Alexandriis*.

DYCI ET TV CONCEPTA CYRAM) est, simul cum il-
lis cura, cape curam, vt, con, sit particula *εὐχρησμός*.

- 520 Sic ait, & paribus Messapum in praelia dictis
Hortatur, sociosq; duces, & pergit in hostem.
Est curuo am fractu vallis, accommoda fraudi,
Armorumq; dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinque latus: tenuis quâ semita ducit,
525 Angustæq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
Hanc super in speculis, summoq; in vertice montis
Planicies ignota iacet, tutiq; receptus
Seu dextra, læuaq; velis occurrere pugna,
Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.
530 Huc iuuenis nota fertur regione viarum:
Arripuitq; locum, & sylvis insedit iniquis

EST CURVO AMFRACTV VALLIS) Hæc est loci lata B
descriptio, melius posita ex poetæ, quam ex *Æneæ* per-
sona, in qua nihil aliud est, nisi quod pro utilitate faciat
ipsidiantis, vt probare posset, quod dixit, *accommoda*
fraudi, *Armorumq; dolis*. Donatus.

DENSIS FROND. ATRVM) Propter arborum den-
tatem opacum.

ADITVSQVE MALIGNI) Exitus angusti, *εὐχρησμός*
ἐξόδου.

TVTRIQVE RECEPTVS) quod se exercitus tutus posset
recipere.

SYLVIS INSEdit INIQUIIS) Expressit græcum *ἐν-
δύμνῳ*. Et latine quoque insidia ab insidendo, & infesso-
res latrones, qui circa vias insidiantur sedentes.

- Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus fociis, sacraq; caterua
Compellabat, & has tristis Latonia voces
535 Ore dabat. Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, & nostris nequicquam cingitur armis,
Chara mihi ante alias: neque enim nouus iste Dianæ
Venit amor, subitaq; animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno, viresq; superbas,
540 Priuerno antiqua Metabus cum excederet vrbe,
Infantem fugiens media inter praelia belli,
Sustulit exilio comitem, matrisq; vocauit
Nomine Casmillæ mutata parte Camillam.
Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat
545 Solorum nemorum: tela vndique læua premebant,
Et circumfuso volitabant milite Volsci.
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis (tantus se nubibus imber
Ruperat) ille innare parans infantis amore
550 Tardatur, charoq; oneri timet, OMNIA SECVM
VERSANTI, SVBITO VIX HÆC SENTENTIA SEDIT.

VELOCEM INTEREA SVPERIS IN SED. OPIM) Di-
gressio in consilium, & colloquium Dianæ, cum Nym-
pharum suarum vna de educatione, & conseruanda ab
interitu Camilla: aut, si id fieri nequeat, vt qui eam vio-
larit, vicissim pœnas det. Montfort.

Nomina quoque Virgilius nonnunquam & ex
antiquissimis Græcorum historiis mutuatur. Scitis apud
illum vnam ex comitibus Dianæ Opim vocari. Quod
nomen vulgò fortasse temere impositum, vel etiam si-

ctum putatur ab ignorantibus, ingeniosum poetam co-
gnomen, quod à veterib. Græcis scriptoribus ipsi Dia-
næ fuerat impositum, comiti eius assignare voluisse. Sed
audite vnde Virgilius hoc nomē acceperit. Alexander
Ætolus refert, quanto studio populus Ephesus dedi-
cato templo Dianæ curauerit præmiis propositis, vt qui
tunc erant poetæ ingeniosissimi, in deâ carmina diuersa
componerent. In his versibus Opis non comes Dianæ,
sed Diana ipsa vocata est, &c. Macrobian. Saturnali. li. 5. c. 22.

VNAM

VNAM EX VIRGINIBVS) Vnam dicit doctissimus A Sed mihi versum Maronis consideranti, longè alia sententia animo surgit, ac incescit. Mihi enim Maro innuere videtur, Camillam, à Casmilla deduci, detracta littera: quod cum ita sit, Camillam, vt Comœnam esse existimabo, & Casmillam Casmœnam. Nam quæ à Latinis postea Camœnæ vocatæ sunt, ante à cæcis, priscis, quæ Latinis Casmœnæ, vt Varro auctor est, lib. 6. dicebantur. Musarum autem, & Camœnarum, virgini quavis bellatrici, non erat indecorum nomen gerere. Turneb. lib. 14. cap. 13. Matris huic (Casmillæ) addidit nomen, inquit Donatus, aliqua inde subtrahita particula, vt Camilla potius, quam Casmilla diceretur, habiturus in exilio comitæ filiam, & in appellatione dulcissimæ nomen vxoris.

Δὲ δὲ μοι ἐξήκορτα χορηγίδας ὠκεανίδας,

Πάσας ἱμετίας, πάσας ἔτι παῖδας αἰνιδεύς.

Sed & Opis nomē ex historia, vel fabula de promptum est. Opis enim, & Hecæerge, & Laxo, ex Hyperboreis, vel, vt Callimachus scribit hymno in Delum, ex Arimaspiis, qui & Hyperboreis annumerantur, Delum primitias ferentes peruenierunt. Callimachi carmina sunt.

Πρώται τοι τὰ δ' ἑνίκας παρ' ἑλθῶν ἀειμασπῶν

Οὐπίης, Λοξώτης, καὶ ἑνίκων ἑκάτης γη.

Turneb. lib. 22. cap. 3.

Nempe & Apollodorus lib. 1. Biblioth., est auctor, Orionem quorundam opinione vim Opi inferentem, vni è virginibus, quæ ab Hyperboreis venerant, à Diana sagittis confixum fuisse: vt non temere à poeta Opim in comitatu Dianæ numeratam putemus. Germanus.

GRADITVR BELLVM AD CRUDELE) Quod Camillam dicit ad crudele bellum gradi, vno verbo rei exitum docet, quasi dicat, non reuersuram.

NOSTRIS ARMIS) quibus vtraque gaudemus: sagittis, quibus cum Diana sociæ virgines utebantur: vt etiam hinc ipsa Opis habeat causam doloris & iracundiæ maioris.

CHARA MIHI ANT. ALIAS, NEO. ENIM NOVVS ISTE) Cur ante alias, id est, præ aliis chara? quia iam pridem dilecta: firmiores enim sunt antiquiores amicitiae. Terent. *Per amicitiam, quæ coepta à parvulis, cum ætate accrevit simul.* Parit maiorem vetustas affectum, & benevolentiae meritum temporis diuturna continuatio cōduplicat. Si hæc sola fuisset amoris causa, satis abundaret ad incutiendum dolorem: congerit alias, vt probari posset, vnde illa charior ante alias haberetur. Hactenus ex Servio, & Donato.

PRIVERNO ANTIQVA METABVS) Multa antiqua Italici nomina vetera poemati suo Virgilius inseruit, vt morientem eorum memoriam renouaret. Camille patrem Metabum dicit fuisse, eumque Priverno pulsam D profugisse. Metabus Metaponti conditor fuit, quæ urbem etiam barbari Metabum appellabant. Stephanus, μεταπόριον, inquit, πόλις ἰταλίας, ἢ περὶ τὸν ποταμὸν, καὶ μεταβύ τῷ σιούφῃ τῷ αἰόλῳ. τὸν γὰρ μεταπόριον οἱ βάσβαροι μεταβόν ἔλεγον. Cæterum, quod paulò infra dicit profugum, extorremque Metabum fuisse ad Amasenum fluuium, videtur ex historia Pyrrhi Epirotarum regis sumpsisse: tantum poetico more id prodigium fabulosius aliquāto reddidisse. Puerum enim Pyrrhum servare conantibus, idem fluuius obex oppositus fuit, ac puer ægrè est traiectus, vixque hostes sequentes, contentissimo impetu præuenit. Turneb. lib. 22. cap. 3.

MYTATA PARTE CAMILLAM) Stadius Tullianus de E vocabulis rerum lib. 1. ait, dixisse Callimachum, Tuscos Camillum appellare Mercurium: quo vocabulo significant præministrum deorum. vnde Virgilius ait, Metabum Camillam appellasse filiam, Dianæ scilicet præministram. Nam & Paccuvius cum de Medea loqueretur, *calitum Camilla expectata adveni. Salve hospita.* Romani quoque pueros, puellasque inuestes camillos, & camillas appellant, Flaminicarum, & Flaminum præministros. Macrobi. Saturnal. lib. 3. cap. 8.

Scio quàm eruditè de Camillæ nomine argutetur Macrobius, &c. quàm recondito eius originem repetat.

IPSE SINVR PRÆ SE PORTANS) Ouid. de Latona. Metamorph. lib. 6.

Hinc quoque Iunonem fugisse puerpera fertur,

Inq, suo portasse sinu duo nomina natos.

Horat. Ode 18. lib. 2.

-----pellitur paternos

In sinu ferens deos

Et vxor, & vir, sordidosq, natos.

LYGA LONGA PETEBAT) Seruius explicat, longè posita, remotiora. Sallust. Et Metello procul agente, longa spes auxiliorum, id est, longè posita.

SOLORVM NEMORVM, id est, desertorum. Terent. *Venit meditatus alicunde ex solo loco.* Petebat solitudines nemorum, ne in manus persequentium veniret cum filiola. Fugientem autem presserat desperatio, multis vndiq; armatis eum conquirentibus, & insectantibus tantquam prædam aliquam canes venatici. Fortè autè fortuna largioribus imbribus exudarar Amasenus. Quum igitur solū natandi subsidium superesset, obstabat charissimi oneris cura. Quomodo enim filiam præ se ferret, quum in eam corporis partem incumbendum esset, qua poruit ferri? à dorso verò quomodo? quæ etiam modico haultu necari potuisset? aut impulsu præcipitis vndæ paternis visceribus rapi? Donatus.

AMASENVS ABVNDANS) Amasenus Volscorum flumen, non procul à Tartacina. Est & alius eiu sdem nominis fluuius in Sicilia, de quo Ouid. 15. Matamorph. Supra. Georg. *incertis se mensibus amnis abundans.* Propria vocabuli significatione vsus est Maro: nam *abundare*, ab vndarum copia, & æstu est affluere: vnde Plin. lib. 3. cap. 15. Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia: & ipse Maro lib. 4. Georg. *Rursus abundabat fluidus liquor.* Vlpianus, Si tamen vel flumen sic abundasset, vt impleisset omnem locum, in quo sisti oportuit &c. Terentius per translationem in Phormione. *Amoro abundas Antipho.* hoc est, ἀλημύνης. German.

OMNIA SECVM VERS. SVBITO) Distinguendum post vocē *subito*. Subitis enim cogitationibus animus difficulter consilium potest expedire.

VIX HÆC SENTENTIA SEDIT) Quia naturale est, vt quoties simul multa cogitamus, vix aliquid comprobemus. Aut, cum dixit *vix*, ostendit etiam ipsam hanc sententiam, quum displiceret, temporis vrgente desperatione placuisse: non quod esset tuta, aut certi euentus, sed quia alia superesse nequieverat. Melius quippe fuerat incertis filiam credere, quam retinendo infestis hostibus reservare: in incerto enim provenire etiam prosperum potest: in aperto verò discrimine ac desperatione plenissima, nihil præter aduersum. Servius, Donat.

* Similiter locutus est alibi, idque pio sedet Æneæ. Lib. 7. Has vbi certa sedet patribus sententia pugnat. Lib. 1. Æneid. quæ nunc animo sententia surgit? Lib. 5. quæ nunc animo sententia conficit.

Yyy* 2

Telum

Telum immane, manu valida quod fortè gerebat
 Bellator, solidum nodis, & robore cocto,
 Huic natam, libro, & syluestri subere clausam
 555 Implicat, atqueabilem mediæ circumligat hastæ.
 Quam dextra ingentilibrans, ita ad æthera fatur.
 Alma, tibi hanc, nemorum cultrix Latonia virgo
 Ipse pater famulam voueo. tua prima per auras
 Tela tenens supplex hostem fugit: accipe, testor,
 560 Diua tuam, quæ nunc dubiis committitur auris.
 Dixit, & adducto contortum hastile lacerto
 Immittit. sonuere vndæ: rapidum super amnem
 Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
 At Metabus, magna propius iam vrgente caterua,
 565 Dat sese fluuio, atque hastam cum virgine victor
 Gramineo, donum Trivia, de cespite vellit.
 Non illum tectis, vllæ non mœnibus vrbes
 Accepere, (neque ipse manus feritate dedisset)
 Pastorum, & solis exegit montibus æuum.

ET ROBORE COCTO) Coctum vocabât, quidquid A
 vetus, & multi tēporis existeret, vt Seruius testatur, cu-
 iusmodi illud Persianum est, *Vtramale vetus prægrandi*
subere coctum. Apud Horat. sat. 5. lib. 2. legitur, *ple-*
rumque recoctus Scriba ex quinque viro cornuum delusit
biantem. Vbi per recoctum, intelligo veteratorem insi-
 gnem, qui longo vsu didicerit, quid distent æra lupinis.
 Itaque rectè Donatus hoc ad roborationem artis, inge-
 nio quasitam detorquet. Iunius lib. 5. cap. 5. *Vel reco-*
cto, quodd hastæ igni durari consueuerint.

HVIC NATAM LIBRO) Liber est interior corticis
 pars, quæ ligno cohæret. Vnde liber dicitur, in quo scri-
 bitur, quia ante vsuū chartæ, vel membranæ, de libris
 arborum volumina compaginabantur. Seruius.

HABILEM CIRCUMLIGAT HASTÆ) Habilem dixit
 bene compositam, & prudenter aptatam (*εὐσεφῆ, εὐ-*
πλοῦν, καὶ ἐκτασκέλευσιν.) Mediæ autem hastæ idcirco
 implicatam nexuit, ne in vnam partem grauior, optatū
 spatium transire non posset. Librauit deinde eam cum
 precibus. Quod fuit piissimi patris, & quod in potestate
 habuit, id fecit: euentum verò, quem in manu non ha-
 buit, credidit de cœlo poscendum. Donatus.

ALMA TIBI HANC NEMORVM CVLT.) Consecrare
 se dicit puellam Dianæ ad eius ministerium. Syluarū po-
 tentem vocat in carmine seculari Horatius, montium
 dominam Catullus.

IPSE PATER FAMVLAM VOVEO) ipse pater, qui do-
 nandi, vouendique potestatem habeat. Sic, inquit, tibi
 hæc voueo, vt desinat mea esse filia. Æquius enim mihi
 videtur, vt viuat, sitque in obsequio tuo, quam cum ipsa
 libertate acerbo pereat interitu. Vt autem deorum fa-
 muli Latinis, deorum sacris, & cultui mancipati, ita Græ-
 cis δῶλοι, δεικτόντες, ὑπέρται, & λάτεις. Sophocles in
 Tyranno. Οὐ γὰρ τι συζῶ δῶλον, ἀλλὰ λοξία. Cum autem
 hasta eam teneret innexam, sic loquitur, quasi ipsa ma-
 nibus suis hastam regeret, & supplicaret, pro qua ipse
 supplicabat. Denique teste te, inquit, tibi transcribitur.
 Et quod dubiis committitur auris, non temeritatis est,
 sed fiduciæ nominis tui. Serua tuam, serua tuo nomi-
 ni, potentiæque commissam. Donatus.

ADDUCTO CONTORTVM HASTILE LACERTO) Lu-
 cret. lib. 4. *telum Id validis utrum contortum viribus ire.*
 Tanto autem fortius aliquid iacitur, quanto magis ma-
 nus rectorum fuerit ducta. Et aqua ipsa mittentis vim
 sensit.

INFELIX FUGIT IN IACVLO STRIDENT. CAMILLA)
 Ad tempus belli referendum est. Sic Didonem infeli-
 cem aliquando nominat, respiciens ad futurum eius e-
 xitium. Donat. multas huius epitheti rationes, seu mul-
 tas puellæ huius infelicitates adducit, quem lege, si lu-
 bet. * *Quamuis in re minore, tamen simile quiddam isti sacni*
habet epistola Caesaris ad Q. Ciceronem lib. 5. de bello Gall. cap. 12.
Cognito enim eius periculo, (à Neruii premebatur) cuiusdam ex o-
quistibus Gallis, magnis promissis persuasit, ut eam ad Ciceronem
deferat: si audire non possit, monet, ut tragulam cum epistola ad a-
mentum deligata, intra munitiones castrorum abiciat. Gallus, pe-
riculum veritatis, ut erat præceptum, tragulam mittit. Hac casu ad
turrim adhaesit, neque ab nostris biduo animaduversa. Tercio die à
quodam milite conspicitur: dempta ad Ciceronem deferitur, &c.

MAG. PROPIVS IAM VRG. CATERVA) supra de fu-
 giente ex vrbe Priuerno. *tela undique saeva premebant,*
Et circumfuso volitabant milite Volsci.

DAT SESE FLVIO) Quum subiaceret oculis Me-
 tabi periculum euidentissimum fluminis, & aliud vrge-
 ret à tergo, aggrediendum alterum fuit, vt alterum vi-
 taretur. Verum quia ex altera parte manifesta pernici-
 es imminebat: in altera verò non deerat spes euaden-
 di, dedit se fluuio. Peruenerat hasta quo debuerat, sal-
 ua puella, quam compos voti sui (hoc enim est *victor*,
 qua voce in ea notione vitur sapissime) vellit de cesp-
 ite. Bene *donum Trivia*, consecrata enim in alterius po-
 testatem, & naturam transierat. Vtus est autem vita pa-
 storali in montibus, nec si quis etiam eum suscipere vo-
 luisset, aut in publicis, aut in priuatis cuiusquam ædi-
 bus præ feritate habitare voluisset. *Mœnia* abusiue
 dicuntur omnia publica ædificia, vt li. 2. *Diuidimus mu-*
ros, & mœnia pandimus urbis: nam propriè mœnia sunt
 tantum muri, dicta quasi munia, à munitione ciuitatis.
 Donatus, Seruius.

DONVM TRIVIÆ) Et si lib. 6. & lib. 7. disputatum
 est de ratione, & causâ huius nominis, ad illum versum,

At Trinia Hippolytum secretis alma recondit Sedibus, A dare, sic manus dare, victū fateri. Plant. est. *Perla. Fateor,* tamen hæc addi possunt, Triuiam dictam quod in cælo, in terra, & apud inferos eadem potestate polleat. De qua Prudentius lib. 1. contra Symmachum.

Deniq; cum Luna est, sublastris splendet amictu:

Cum succincta iacit calamos, Latonia virgo est:

Cum subnixæ sedet folio, Plutonia coniux.

Imperitat Furis, & dictat iura Megæra.

Quidam poeta anonymus.

Terræ, lustrat, agit Proserpina, Luna, Diana,

Ima, superna, feras, sceptro, fulgore, sagitta.

NEQUE IPSE MAN. FERITATE DEDISSET) Præ feritate, ut ferus erat, non consensisset. Si qui eum voluissent suscipere, eorum confortia fugisset. Ut herbæ

vobis dæ manu. Cic. ad Att. lib. Sapienter igitur, quod manus dedisti, quodque etiam vitæ gratias egisti. Cæc. lib. 5. de bello Gall. Tandem dat Cotramanos, per motus sententia Sabini. Horat. Ode 17. Epod. *summam efficiaci dæ manus scientia.* Plura Tiracuell. in Alex. Neapol. lib. 4. cap. 7. cap. 7. Vide item Chiliad. *Dare manus.*

PASTORVM, ET SOLIS EXIIT MONTIBVS ÆVVM) Egit vitam pastorem in desertis montibus. Soli montes, solæ terræ, seu loca, sunt solitudines, & desertæ, nō frequentia, non culta ab hominibus loca. Recurre ad Eclogam 10. ubi super illo *Pinisfer illū cū sola sub rupe iacentem,* multa exempla ex probatissimis scriptoribus adduximus. Libr. 10. *positis inglorius armis Exigat bioannum.*

- 570 Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris,
Vtq; pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas oneravit acuto,
575 Spiculaq; ex humero parvæ suspendit, & arcum.
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torfit,
Et fundam tereti circum caput egit habena,
580 Strymoniamq; gruem, aut album deiecit olorem.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum: sola contenta Diana
Aeternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit. vellem haud correpta fuisset
585 Militia tali, conata laceffere Teucros:
Chara mihi, comitumq; foret nunc vna mearum.

ARMENTALIS EQVÆ MAMMIS) Armentale animal ideo posuit, ne in totum videretur agreste, ac se mulgere non sineret, inquit Donatus. Harpalice quoque, de qua diximus lib. 1. Æneid. ibi, *vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice,* amissa matre, vaccarū, equarūq; vberibus nutrita est. Hygin. cap. 193.

LACTE FERINO) equino, sicut lib. 2. ferum, pro equo posuit.

VTQVE PEDVM PRIM. INFANS VESTIGIA) Mox ut stare potuit pedibus suis, instruxit eam pater portare, & iaceret: neque enim fuit in illis locis fœmina, quæ incipienti lanam monstraret, aut telam. Docuit eam pater, quod præbebat locus, non quod sexus exigebat, & persona disceris. *Palla* propriè est muliebris vestis, deducta usque ad vestigia: vnde ait, longè, *Strymoniam gruem*, id est, Thraciam, à flumine Strymone. Olor latinè, græcè *κίτρος*. Donatus, Seruius.

PRO CRINALI AVRO) Neglectum omnem ornatus curiosioris commendat in virgine ista Maro. Quævis autem Tygri dis exuuiis horridior incederet, tamen non illi defuerunt sponsi: adeo quiddam aliud est, quod in virginibus placet. Sicut autem ob hoc ipsum bene oleret mulieres dicebantur, teste Cic. ad Atticum, quod nihil olerent: ita formosiores apparent, quæ pigmenta, vestiumque delicias contemnunt. D. Cyprianus lib. de habitu Virginum disertè aduersus earundem orna-

tum disputat. Vnam duntaxat sententiam libet hic inserere. *Ornamentorum, ac vestium insignia, & lenocinia fucorum, non nisi prostitutis, & impudicis faminis congruunt: & nullarum fere pretiosior est cultus, quam quarum pudor vilis est.* Consentaneum his, dictum probè à Clemente Alexand. lib. 2. Pædag. *Mulieræ si pulchra sunt, sufficit eis natura. sin autem sunt naturæ turpes, ex iis quæ sibi applicant, quod non habent arguunt.* &

MVLTÆ ILLAM FRVSTRA NVRVVM OPTAVERE) Ouid. Metamorph. de Narcisso puero

Multi illum iuuenes, multa optauere puella.

Sed fuit in tenera tam dura superbia forma,

Nulli illum iuuenes, nulla optauere puella.

Eodem pane modo Catull. in carmine nuptiali, de flore pulcherrimo.

Multi illum pueri, multa optauere puella.

Idem cum tenni carptus defloruit vngui,

Nulli illum pueri, nulla optauere puella.

Simile quiddam Seneca in Consolat. ad Martiam, cap. 21. de adolescente, eiusdem filio. *Adolescens rarissima forma, in tam magna mulierum turba viros corruppentium, nullius spes se præbuit: & cum quarundam usq; ad sentandum peruenisset improbitas, erubuit, quasi peccasset, quod placuerat.*

SOLO CONTENT. DIANA. ÆTER. TELOR. ET VIRGIN. AMOR. INTEM. COL.) Daphnen Penei fluminis filiam à

Yyy*

3

patre

Patre tonte d'esse narrat Ouid. lib. 2. Metamorph. ut si Aior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus
bi concederet perpetuam virginitatem colere, id quod
Iupiter apud Dianam filia anauisset. Torus locus huic
Virgiliano admodum respondet, quocirca adscribetur.

*Sylvarum latebris, capinarumq; ferarum
Exultis gaudens, innaptaq; emula Phœbos.
Vixta coorcebas positos sine lege capillos.
Multa illam petiers. illa aspernata petentes,
Impatiens, expensq; viri nemora aua lustrat,
Nec quid hymen, quid amor, quid sint connubia curat.
Sæpe pater dixit, generum mihi filia debes:
Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes.
Illa velat erimen tædæ exosa iugales,
Pulchra versando suffundens ora rubore,
Inq; patris blandis hærens cernice lacertis,
Da mihi perpetua genitor charissime dixit
Virginitate frui: dedit hoc pater ante Diana.*

Verficulus Callimachi ex hymno in Dianam profectur,
hæc eius præcæ complētens, nempe hic ἡρώς παρθένος
vini αἰώνιος ἄτ' α φιλίασιν. Sanè coniugium cum virgi-
nitate comparant & Chrysost. libello περὶ παρθένια, &
D. Cyprianus lib. de habitu Virginum: illiusque mo-
lestias, & incōmoda, huius cōtrā cōmoda, felicitatesq;
plurimas demonstrant. Et habuit illa corporis inte-
gritas, & flosilibatus prædicatores quā sacros, quā pro-
fanos & eximios, & plurimos. Vnius Cypriani è libro
nominato verba producemus, quibus præclarè virgi-
nes Christianas, & deo iam dicatas extollit. *Nunc nobis
ad Virgines sermo est, quarum quò sublimior gloria, ma-*

asque ornamentum gratia spiritalis, lata indoles, laudis
& honoris opus integrum, atq; incorruptum. Est imago
respondens ad sanctimoniam domini, illustrior portio gre-
gis Christi. Gaudet per illas, & in illis largiter flores Ec-
clesia matris gloriosa fecunditas. Quantumq; plus copiosa
virginitas numero suo addidit, tanto gaudium matris au-
gebat. Hæc Cyprianus. Talè laudat materterā suam Au-
foniū in Parentalibus, quæ tres & sexaginta annos pu-
dicitiam virginelem custodietit, vique ad mortem sci-
licet.

*Feminei sexus odium tibi semper, & inde
Crenit deuota virginitatis amor.*

B *Quatibi septenos nonies est culta per annos,
Quiq; aus finis, ipse pudicitia.*

Quod in lemmate huius epigrammatis virginem
deuotam nominat, scire licet, eo verbo deo dicatam ἀ-
νίτητα, quam Hieronymus ad Eustochium *Nonnam*
vocat, intelligi, & deuotarum duo fuisse genera: vnum,
quod vouebat se, ut hæc Aufoniana: alterum, quod de-
uouebatur à parentibus ipsis, ut apud D. Ambrosium,
cuius extat libellus ad virginem deuotam. In notis Pro-
bi hodie legitur, D. V. Deuotus vir. Posset legi, *Deuota
virgo*. Quanquam scio, & viros deuotæ virginitatis fu-
isse. Tertullianus in Valentinianos. Proculus noster vir-
ginis senectæ: ita enim legendum: ij; dicebantur πα-
ρθέναι. Scalig. F. Aufonian. lect. lib. 1. cap. 8.

MILITIA TAL) Tam iniusta, quam ob causam
etiam mox pœnas dabit.

Verum age, quandoquidem fatis vrgetur acerbis,
Labere nympha polo, finesq; inuise Latinos,
Tristis vbi infausto committitur omine pugna.
590 Hæc cape, & vlticem pharetra deprome sagittam:
Hac, quicumq; sacrum violarit vulnere corpus,
Tros, Italosue, mihi pariter det sanguine pœnas.
Post ego nube caua miserandæ corpus, & arma
Inspoliata feram tumulo, patriæq; reponam.
595 Dixit: at illa leues cæli demissa per auras
Insouuit, nigro circumdata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat,
Etrusciq; duces, equitumq; exercitus omnis,
Compositi numero in turmas. fremitæ quore toto
600 Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis,
Huc aduersus, & huc. tum latè ferreus hastis
Horret ager, campi q; armis sublimibus ardent.

QUANDOQ. FATIS VRGETVR ACERBIS) Dicipo-
tult, cur non subuenis periclitanti? aut eam cur non
subtrahis? Respondet, extremis vrgetur fatis: nullo
potest auxilio subleuari, quia necesse est fieri, quod fa-
torum ratione debetur. Causam igitur mittendi expo-
suit, per parenthesin interrupta iussione, ad quam re-
dit, dicens: *Labere nympha polo, &c.* Iam cum ait, *Hæc
cape*, arcum & pharetram debemus intelligere: ut se-
quentia indicant: siquidem dictura est, & *vlticem pha-
retra deprome sagittam*. Bene autem *violarit*, quia di-
xerat *sacrum*. Vult autem Diana *pariter*, id est, simili-
ter, eodem modo, nullo discrimine interfici interse-
ctorem Camillæ, siue is Troianus, siue aliquis de Aene

Dauxiliariis Italus fuerit. Quidam volunt Aruntem de
Turni fuisse partibus, & indignatum, femineum sexū
plus in bello potuisse, quam viros: id hoc loco perstrin-
xisse dicunt Virgilium: & reuera sic vbiq; loquitur, ut
incertum sit, Aruns de cuius partibus fuerit. Promittit
ad extremum officia sua mortuæ. Hæc in æconomia
præiudicia nominantur, quoties negotij futuri exitus
tollitur: vult enim nos poeta de Camillæ cadauere nil
vltius expectare: sicut in primo fecit. *Tu faciē illius
noctem non amplius vnā Falle dolo.* quod præmissam,
sustulit commemorationem, quando vel Cupido dis-
cesserit, vel Ascanius sit reuersus. Donatus, Seruius.

NIGRO CIRCVD, TVRB. CORPV) Ideo nigro
corpus

corpusturbine circumdata, quia ad merorem luctum-
que descendit: contra in octauo, ubi ad lætitiā descē-
dit Venus, clāro eam nimbo circumdatam dicit. *At
Venus aethereos inter dea candida nimbos.* Vel ideo, ut
nullus eam cerneret. Quæ sequuntur. *At manū inte-
rea,* &c. cōherent cum superioribus, & à digressionē
ad historiam belli reditur. *Nuntius ingenti per regia te-
cta rumpit,* &c. Sublata enim fabula de Camilla, nar-
ratio integrabitur. Et est hic modò generalis descriptio
equestris certaminis: paulò post descendet ad specialem,
ibi, *Continuò aduersis Tyrrenus, & acer Aconteus,* sicut
fecit in quinto, & de cursoribus, & de nauali certamine
Seruius.

FERREVS HAST. HORRET AGER) id est, ferreis
hastis est terribilis. Vtus est translatione Homerica, ex
Iliad. 7. quam imitatus est Ennius, Annal. 14. Homeri
versus sunt.

*Ερεβὸν μὰχῃ φεισόμενοι ἰγχεῖναι,
Μακρὲς δὲ δὴν ταυεχέων.*

Ennius.

Horrescit telis exercitus asper utring,
Et in Scipione.

Sparsis hastis longè campus splendet, & horret.

Vrsin.

CAMPIQ. ARM. SVBLIM. ARDENT) resplendent. Eu-
ripid. Phœniss. *ἡ δὲ χαλκὸν ἀπὸν πύλλοι ἀσέβηται.*

605 Nec non Messapus contrà, celeresq; Latini,
Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ,
Aduersi campo apparent: hastasq; reductis
Protendunt longè dextris, & spicula vibrant:

ADVENTVSQVE VIRVM, FREMITVSQVE ARDESCIT EQVORVM.

Iamq; intra iactum teli progressus vterq;
Substitèrat, subitò erumpunt clamore, frementesq;
610 Exhortantur equos: fundunt simul vndiq; tela
Crebra, niuis ritu: CÆLVMQVE OBTEXTITVR VMBRA.
Continuò aduersis Tyrrenus, & acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis, primi; ruinam
Dant sonitu ingenti: præfractaq; quadrupedantum
620 Pectora pectoribus rumpunt. excussus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.

Nec non MESSAP. CONTRA) Quam pulchra,
quam diuersis ornatibus singulorum exercituum est fa-
cta descriptio? Ibat Troianorum manus, & cæterorum
equitum digesta per turmas. Fremebant equi, & pressis
habeis impatientes resistebāt, mutantes terga huc &
illuc: omnis autem ager ardebat, hastis in sublime por-
rectis. At in altera parte videbantur illi, quos cum Ca-
milla dimiserat Turnus, Messapus scilicet, & Latini, cæ-
teri; quorum superius meminit. Omnes ibant cū im-
pigra celeritate, ut hostem ad patriam venire non sine-
rent, hastas gestantes dextris retrorsum adductis, spicu-
laq; vibrantes, itaq; crebro motu concutientes, ut ea iā
iam missuri viderentur. [*Habitus hominis in procinctu hastā
tenentis, & si manu retrorsum ducta eam vibrantis, parantiq;que
mittere, subiicit sub oculos, ait Turneb. libr. 14. cap. 13.*] Magna
subtilitas dicentis, ut in descriptionibus partium nihil
diceret simile. *Aduentus autem virum,* inter se intellige.
Donatus.

ALA CAMILLÆ) Alæ dicuntur equites, quod alarum
vice pedestrem exercitum tegunt. Vt autem alæ equi-
tum sunt, ita cornua peditum, quæ κλέτα, & πλανεῖ, ut
frons ite exercitus *πρὸς ὅσον, & ὅσον, & exercitus ter-
gam ὅσον.* Seruius, German.

INTRA IACTVM TELI) Homericum est, ἰσὺ βέλους.
Tantum iam inter vtrumq; exercitum remanserāt spa-
tij, ut tela vtring; missa peruenire ad alteros possent. Et
cum hortamenta vocis idcirco adhibeantur, ut excitē-
tur etiam inuiti: isti hortabantur, qui iam furebant, &
in bellum ruere cupiebant. Nec verò clamor ante pu-
gnam incassum emissus est: inde enim nata incremen-
ta virtutis, & fortibus creuit audacia. Non ergo missa
tela, sed fusa ut niues: nec ab vno, aut ex vna parte, sed

simul ab omnibus. Veniebant autē niuium more, quā
speciem candor ferri, & telorum diffusa congeries præ-
bebat. Vide adag. *Extra teli iactum.*

EXHORTANTVR EQVOS) Voces illæ, quibus brutæ
animantes impelluntur ad aliquid, quasi quædam hor-
tamenta sunt. Ouid. de equo Circensi, *Si tamen horteris,
fortius ibit equus.*

TELA CREBRA NIUIS RITU) De niue loquens Ar-
nobius, seu de imbre niuali, flocculos illos, plumeas ni-
vis crustulas appellat lib. 2. quid inquit, niue in plumeas
subaperiat crustulas. Et postea, quod imbres ac niues
plumeas, & Eoli ora dilatarit. Martialis lib. 4. de niuib;

Aspice quam densum tacitarum vellus aquarum.

Desinat in vultu Caesaris, atq; sinu.

Indulget tamen ille foni, nec vertice moto

Concreta pigro frigore ridet aqua.

Quod dicit, vellus aquarum, conuenit cum *τελὸς ὅσον*
quomodo veteres Græci, teste Eustathio ad Dionysij
πρὸς ὅσον niuem *πρὸς ὅσον* appellabant. Notauit &
Ioan. Meursius in Critico Arnobiano, quæ nuper edi-
dit.

CÆLVMQ. OBTEXTITVR VMBRA) Cælum iactatis vn-
diq; telis, & spiculis umbra fuisse obtexum narrat Maro
in quo ad Laconis cuiusdam dictum respexit, qui cum
Perfes hostis in colloquio diceret: solem hodie præ
multitudine sagittarum nō videbitis: animosè respon-
dit, In umbra igitur pugnabimus. Mandauit litteris Ci-
cero Tusc. 1. Verum in hac ipsa historica tradenda quo-
modo offenderit, docet Victor. lib. 26. c. 9. Similiter ait,
lib. 12. noster vates, *& obumbrant æthera telis.* Et compa-
rationē porro Virgilianam, & hoc ipsum de cælo mul-
titudine telorū obumbrato, iucundū erit videre, quæ ad-
modū

modis in octavo Thebaidos sue dilamaverit eximi⁹ poc-
ta Statius, & inter Maronis imitatores haud postremus.

— non tanta cadentibus hædis

Aëriam Rhodopen solita nix verberat Arctos:

Nec fragor Ausonia tantus: cum Juppiter omni

Arce tonat, tanta quatitur nec grandine Syrtis.

Cum Libya Boreas Italio niger attulit imbres.

Excludere diem solis, stant ferrea calo

Nubila, nec iaculis arctas sufficit aër.

Dixit & Silius lib. 2. Punicor. Conditur extemplo telorū
nubibus æther. Idem libr. 4. *Hinc pila, hinc Libya cer-*
tans subtexere cornu Densa nube polum. Et lib. 9. *fu-*
dere voluerem Telorum nubem.

CONTINVO ADVERSIS TYRRHENVS) Duo hi ad-
uersis vulneribus se confodiunt, & interimunt, vt Ar-
uns & Brutus in historia Romana apud Liuium libr. 2.

Extemplo turbata acies: versiꝫ; Latini

Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt:

620 Troes agunt, princeps turmas inducit Asyles.

Iamꝫ; propinquabant portis: rursusꝫ; Latini

Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt;

Hi fugiunt, penitusꝫ; datis referuntur habenis.

Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus

625 Nuncruit ad terras, scopulosꝫ; superiacit vndam

Spumeus, extremamꝫ; sinu perfundit arenam:

Nunc rapidus retro, atq; æstu reuoluta resorbens

Saxa, fugit, littusꝫ; vado labente relinquit.

VERSIQVE LATINI REIICIUNT PARMAS) Explica-
tionem Titij huius loci quemadmodum refutet Villi-
omarum lib. 8. Animaduersione 3. ipse legito.

IAMQVE PROPINQVABANT PORTIS) Postquam
proximi portis fuerunt Latini, resumpserunt audaciā,
intellectoꝫ; dedecore, ad pugnam cum clamore re-
uerſi sunt, fugaueruntꝫ; Teucros. Ita visa est quædam
similitudo maris reciprocantis. *Scopulos superiacit vn-*
dam, id est super scopulos: nam more suo dedit verbo
detractam nomini præpositionem. *Sinu*, curuatione, &
flexu vndarum. Seruius.

ÆSTU REVOLUTA RESORB.) Æstus propriè est
maris impetus, vel incerta commotio crescentis, & de-
crescentis, vnde æstuaria dicta. Plaut. Afinar. *Quò ma-*

gis te in altum capeſſis, æstus te in portum referet. Luc. lib.
4. *Frigus ut à pluuiis, calor ab sole, æstus ab vndis Aeque-*
ris. Virgil. *fundoꝫ; ex æstuat imo.* Seruius, Nonius.

Lucretius lib. 6.

Præterea magna ex parti mare montis ad eum

Radices frangit fluctus, æstusꝫ; resorbet.

Hinc *ἀπὸ τοῦ θαλάσσης, εἰς τὴν ἀνὰ πρὸς*, quod mare æ-
quam combibere videatur, contrarium τῇ ἀναπνοῇ.
Et Horat. Ode 7. lib. 2.

Te rursus in bellum resorbens

Vnda fretis tulit æstusis.

German.

LITTUSQVE VADO LAB. REL.) Hypallage, per
vadum labens, littus relinquit.

Bis Tusci Rutulos egere ad mœnia versos:

630 Bis reiecti armis respectant terga tegentes.

Tertia sed postquam congressi in prælia, totas

Implicuere inter se acies, legitꝫ; virum vir,

Tum verò & gemitus morientum, & sanguine in alto,

Armaꝫ; corporaꝫ; & permisti cæde virorum

635 Semianimes voluntur equi: pugna aspera surgit.

Orsilochus Remuli (quando ipsum horrebat adire)

Hastam intorsit equo, ferrumꝫ; sub aure reliquit.

Quo sonipes icu furit arduus, altaꝫ; iactat

Vulneris impatiens arrecto pectore crura.

640 Voluitur ille excussus humi. Catillus Iolam,

Ingentemꝫ; animis, ingentem corpore, & armis

Deicit Herminium; nudo cui vertice fulua

Cæsaries, nudiq; humeri, nec vulnera terrent:
 Tantus in arma patet. latos huic hasta per armos
 645 Actatremis, duplicatq; virum transfixa, dolorem.
 Funditur atervbiq; cruor: DANT FVNERA FERRO
 CERTANTES: PVLCHRAMQVE PETVNT PER VVLNERA MORTEM.

TERGA TREMENTES) Quare fugientes terga texerint, A
 id est, parmas in terga reiecerint fugientes Tufci, ut supra Rutuli, non indiget Oedipo.

LEGITQ. VIRVM VIR) Diligenter animaduertendus est mos Romanæ militiæ. Videntur enim aliquando soliti in delectu habendo potestatem facere militibus, ut singuli notos sibi, quorumq; virtuti considerent, legerent: atq; id potissimum cum periculum aliquod maius instaret, aut aliquis grauior casus vrgeret. Et ut, cum domi exercitum cogerent, ita fortasse etiam, cum à parte copiarum pugna periculosior cum hostibus erat committenda, ut qui ad expeditionem illam profiscerentur, à semetipsis lecti forent, consilij inter se mutuæ virtutis. Victor. lib. 18. cap. 19.

Turneb. quoq; lib. 25. cap. 7. Veteres & cum animosissimè in prælium ire parabant, & animorum, atq; corporum contentione discrimen pugnae capessere instituebant, in ordinanda acie hoc consilium interdum sequebantur, ut vir virum legeret: ut in cuius virtute plurimum esse fiduciæ quisque statueret, cum in acie proximum haberet, cuius latus tegeter, & à quo suum vicissim tegeteretur. Idem in senatu legendo seruauit Augustus, ut indignissimis, & orciuus senatoribus curiam liberaret. Cum enim virum vir legit, ita fiebat, ut turpes præterirentur, quos nemo metu conscientie alienæ, & existimationis legere ausus esset. Suet. Aug. c. 35.

Militaris locutio *vir virum legit*, ut ex illo Taciti lib. annal. 17. constat, ubi agit de Gallia. Apud frequentem militum concionem, imperatoria breuitate, adoptari à se Pisonem, more diui Augusti, & exéplo militari, quo vir virum legeret, pronuntiavit. Hoc etiam in exercitus delectu Etrusci fecerunt. Liuius, & ad Vadimonis lacum Etrusci lege sacrata, coacto exercitu, cum virum vir legisset, quamuis nunquam aliàs ante, simul copiis, simul animis dimicauerunt. Et Samnites. Idem Liuius, primoribus Samnitum ea detestatione obstructis, decem nominatis ab imperatore, eis edictum, ut vir virum legeret, donec sexdecim millium numerum confecissent. Ad huiusmodi delectum respexit Cicero, cum pro Milone scripsit: Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat, tamen neminem, nisi ut virum à viro lectum esse diceret. Germ. * *Ridiculum est hoc loco Donatum, cuius ista est explicatio. Tercio certamine ad Germanum ac posteriorum consilium ventum est: nam & confusa sunt partes, &*

nam quicq; vir virum sibi, cum quo certaret, facta prima exploratio, ne deligebat. Quales putamus electos, nisi eos, qui possent facile superari? nullum enim deligit, à quo possit occidi. Quid hoc ineptum, & imperitum dici potest? Sed ego hac verba, & tam bella, si superius placeat, explanationem non ipsius Donati, verum eius paraphrasia opinor esse. Suspicantur enim eruditi, nugatorem quendam loquacem, germanum Donatum corrupisse.

SANGVINE IN ALTO ARMAQ. CORPORAQVE) Quod narrat Virgilius, in alto sanguine arma, viros, & quos volutatos, inde cæforum multitudo, & prælij atrocitas cognoscitur. Multum sanguinis factum est, ait Liuius.

ORISILOCHVS REMVLI HASTAM) Orsilochns Remulum cum vellet occidere, ne temere fortior pereretur, dolo efficere contendit, quod implere non potuit. Hasta igitur caput equi eius sub aure percussit tanto impetu, ut ferrum maneret in vulnere. Quum equus dolorem ferre non posset, erigebat in sublime suum pectus, & curra, posterioribus tantum pedibus innitens. Donatus.

* *Lib. 10. simile quiddam de equo Mezentij, quæ vulneravit Æneid.*

Multa mouens animo, iam tandem erumpit, & inter Bellatoris equi caua tempora conicit hastam. Tollit se arrectum quadrupes, & calcebus auras; Verberat, effusumq; equitem super ipse securus Implicat.

FERRVMQVE SVB AVRE REL.) Declarat ipsum genus vulneris, fugientem esse percussum.

INGENTEM DEICIT HERMIN.) De Herminio supra dictum, ex Turnebi observatione.

HVIC HASTA PER ARMOS TREMIT ACTA) Armi proprie sunt quadrupedum, ut ait Seruius. Virg. lib. 6. *Sensu pumantis equi foderet calcaribus armos.*

DPLICATQ. VIRVM TRANSFIXA DOLOREM) Magnus dolor nos duplicat, & curuat. Sic Homerus Iliad. β ἰδυῖν δὲ πῶς. Et de Therite. πλῆξεν, ἐδ' ἰδυῖν. Turneb. lib. 23. cap. 14. Legit Turnebus, ut apparet, *duplicatq; virum transfixa dolore*. Sic & Propertius lib. 4. umbram Cynthiæ inducit, querentem de Propertio, qui de se luctum non suscepisset. *Deniq; quis curram nostro te funere vidit?* Contrahimur siquidem dolore, aut, ut Homer. vulnere German. * *reior lectio est, duplicatq; virum transfixa dolore, hac sententia, duplici dolore virum cumulat. Sic Ouid. duplicataq; vulnere cæco est. Legitur etiam, viri dolorem.*

PVLCHRAMQVE PETVNT PER VVLNERA MORT.) Æneid. 2. *pulchrumq; mori succurris in armis.*

At medias inter cædes exultat Amazon,
 Vnum exerta latus pugnae, pharetrata Camilla.
 650 Et nunc lenta manu spargens hastilia densat,
 Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
 Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.
 Illa etiam si quando in tergum pulsa recessit,
 Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.
 655 At circum lectæ comites, Larinaq; virgo,
 Tullaq; & æratam quatiens Tarpeia securim,
 Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla
 Delegit, pacisq; bonæ, belliq; ministras.

Zzz*

Qui-

Quales Threiciæ, cum flumina Thermodoontis
 660 Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
 Seu circum Hyppoliten, seu cum se Martia curru
 Penthesilea refert, magnoq; vlulante tumultu,
 Fæminea exultant lunatis agmina peltis.

MEDIAS INTER. CÆDES EXULTAT AMAZ.) Amazon dicta est, non nata, sed facta. In hoc magis laudabilis, quia quod aliæ nascendo valuerunt, hæc potuit implere meditando. Ergo laudis affectu Amazon dicta est, ut imitando talis esset, quales sunt Amazones, quas adiuuat studium gentis, & origo præclara nascendi. Exultabat inter virorum cædes, & funera inestimabilis numeri, quasi ludicris, & non veris dimicationibus interesset. Quod autem exerto brachio, & nudo latere describitur, & signum audaciæ fuit, & prædicta est causa, qua posset occidi. Denique infra dictum est, illic eam percussam, ubi nudum corpus præbebat ad excipiendum lethale vulnus. *Pharetratum*, dixit, ut genus armorum ostenderet, quibus illa pugnare consuevit, etsi aliis quoque telis, cum veller, viceretur, bipenni videlicet, qua & Amazones utebantur. In tantum verò fidebat arcu, seu ita excelebat peritia sagittandi, ut etiam fugiens, retrorsum non frustra iactaret spicula. Donatus.

EXULTAT AMAZ. VNVM EXERTA LAT.) De Amazonibus attulimus nonnulla lib. 1. *Æneid.* ibi, *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.* Intelligendum est hic *Amazon*, monente Seruio, quasi Amazon: ut proinde suspendendum sit pronuntiatio *exultat*, Volica enim erat. Sicut in 1. *dederatque comam diffundere ventis Venatrix*, quasi venatrix. Habebat exertum latus dextrum, (de quo iterum infra, *Hasta sub exertam, donec perlata papillam.*) id est, ad pugnam expeditum ac promptum, cum leuissimæ pelte, & arcus impediret. Et quod spicula fugientia, id est, ipsa fugiens dirigebat arcu, sciendum hunc Parthorum fuisse morem, quem voluit poeta in persona Camillæ exprimere.

RAPIT BIPENNEM) Dicitur bipennis, quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quasi duas pennas. Pennum autem antiqui acutum dicebant, unde & auium pennæ, quia acutæ. *Id.* lib. 19. cap. 19.

LARINAQUE VIRGO, TVLLAQUE) Quod de vna dixit *virgo*, ad omnes pertinet, omnes enim virgines fuerant. Et *Italidæ* dicendo, laudare voluit Italiam, quasi nulla terra meliores proferre posset, aut tales. Tantum autem Camilla ad Dianam accedebat, ut apud socias suas pro dea haberetur, quas ornamentum, & pace belloque sibi obsequentes habebat. Et intelligimus ita circum Camillam fuisse, ut dimicaret, quod & sequens Amazonum indicat comparatio, qua inducuntur circa reginam bella tractantes. Donatus.

PACISQUE BONÆ MINISTRAS) Propter multa commoda, pacem appellauit *bonam*, quæ hic enumerare nihil est opus: propter quæ etiam aurea dici merito potest, ut dicitur.

DIA CAMILLA) Dium, inquit Festus ex græco appellabant, ut à deo ortum. Et dius, Heroum aliquis, ab Ioue genus ducens. Sic apud Homerum *ἱερὰ θεῶν*. Seruius exponit *εὐχῆς*. Ergo dia Camilla, generosa, diuina Camilla. Ennius, *Iliæ die nepos, quas arumnas tetulisti?* Petronius, *Quid porro tu die tuæ cunctaris in armis?*

QVALES THREICIAE CVM FLVM.) Tales apparabant Italæ virgines, sociæ Camillæ, quales sunt Amazones veræ, quum aliquos bello laceffunt: aut cum post victoriam se refert Penthesilea curru vecta, & vlulatibus superiorem se, plena gratulatione testatur. Donatus.

Tanais fluuius est, qui separat Asiam ab Europa, circa quem antea Amazones habitauerunt, unde se postea ad Thermodoonta fluuium Thraciæ transfulerunt, quod etiam Sallustius testatur dicens: Dein campi Themyscirei, quos habuere Amazones, à Tanai fluuiio, incertum quam obrem, digressæ. Seruius.

PVLANT) Ennius ad Mufas, *quæ pedibus magnum pulsatis olympum.*

BELLANTVR) pro bellant: nam solent verba pro verbis poni. Vnde passiuam nunc declinationem sub actiua posuit significatione: sicut in Georg. *Et placidam paci nutritor oliuam.* Cic. in Off. neq; ad eius qui puniatur aliquem, aut verbis castigat, sed ad reipub. utilitatem referri. Contra, *nox humida celo Precipitas*, pro præcipitatur. Seruius.

SEV CIRCVM HIPPOLYTEN) Hippolyte Amazonum fuit regina, cui victæ Hercules balneum fustulit. Seneca Medea.

*Armata peltis quidquid exterræ cohors
 Inclusa ripis vidua Thermodontis.*

Quamquam porro de bellatricibus istis dictum est ad 1. *Æneidos*, super illud, *Ducit Amazonidum*, &c. tamen visum est quædam hic ex Diodoro inferere, qui de his multa cap. 11. lib. 2. quemadmodum & cap. 4. lib. 3. Apud Thermodoonta fluuium primum gens Amazonum fuit: quæ viris similes, bellicis artibus, viribusque corporis præstabant. Earum regina exercitu mulierum coacto, exercuisse traditur eas militari disciplina, ac nonnullas ex vicinis gentibus expugnasse. Eius deinde gloria, & viribus ampliatis, propinquisque subactis gentibus, filiam genuit, quam Martis filiam nominauit. Viros ad texturam, muliebriaque deputauit exercitia. Lege autem statuit, ut solæ fæminæ in re militari erudirentur, viris interdicta essent arma, seruilisque officia permissa. Maribus, qui ex eis nascebantur, crura, ac brachia debilitabant, quò bello inutiles fierent. Fæminis dexteram inurebant mammam, ne pugnae esset impedimento: ex quo & Amazonum ipsis inditum est nomen, &c.

CVM SE MARTIA CVRRV PENTHESILEA REFERT) *Æneid.* 1. qui locus hæc scribenti Virgilio fuit in mente.

*Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
 Penthesilea furens, mediæq; in millibus ardet
 Bellatrix, androg; viris concurrere virgo.*

Ob hoc puto hic vocari Martiam, quasi dicas, bellicosam. Vide plura de hac Amazonum ductrice, & regina. ad versus iam prolatos.

MAGNOQUE VLVLANTE TVMVLTV) vlulatum fæminis tribuit etiam lib. 2. quanquā in re laetiuola, *plangoribus adu Fæmineis vlulant.*

Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
 665 Deicis? aut quot humi morientia corpora fundis?
 Eumenium Clytio primum patre: cuius apertum

Aduer-

- Aduersi longa transfuerberat abiete pectus.
 Sanguinis ille vomens riuos cadit, atq; cruentam
 Mandit humum, moriensq; suo se in vulnere versat.
 670 Tum Lyrin, Pagalumq; super: quorum alter habenas
 Suffosso reuolutus equo dum colligit, alter
 Dum subit, ac dextram labenti tendit inertem,
 Præcipientes, pariterq; ruunt. his addit Amastrum
 Hippotaden: sequiturq; incumbens eminus hasta,
 675 Tereaq; Harpalycumq;, & Demophoonta, Chromimq;.
 Quotq; emissa manu contorsit spicula virgo,
 Tot Phrygij cecidere viri.

QVEM TELO PRIM. QVEM POSTREM.) Camillâ A appellat. Quum laudandi studio dixisset, discerni non admiratur ob ferendi celeritatem, & occisorum ingentem numerum: nam discerni non poterat quæ primo, quem postremo loco mactasset. Tanta quippe pugnandi ars, & celeritas fuit, ut neq; ordo, neq; numerus occisorum dici posset, aut colligi. Donatus.

ASPERA VIRGO) Adiunctum *aspera* ad officium belli respicit: aliâ incongruè virginem asperam dicimus. Seruius.

MORIENTIA CORPORA FVNDIS?) non mortua, ut ostenderet tantam fuisse celeritatem cædis, ut innumeri essent fusi, nec tamen adhuc aliquis animam reddidisset. Et est Homericum, interrogationem ad ipsum referre qui describitur. Iliad. 1.

Εἶθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ἔσχατον ἐξανάξει;

Πατρίκλης, ὅτι διὰ τὰ θεοὶ θάνατον δὲ χάλασαν.

cum Musæ interrogari consueuerint. Donatus, Seruius.

EVMEN. CLYT. PRIMVM) Qui Eumenius in omnibus appellatur editionibus, cum Donatus Eunæum

posse, quem telo primum, quem postremum Camilla dimicans deieciisset, ne ipse sibi hoc genere videretur indixisse silentium, aut in generalitate Camillæ gloriam minuisse, tangit specialiter de fortioribus aliquos: ut ex ipsis appareat, quomodo cæteri fuerint fusi. Donatus.

SANGVINIS ILLE VOMENS RIVOS) Lib. 9. *Purpuream vomit ille animam.* & lib. 9. de Euryalo moriente. *Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen.*

CRVENTAM MANDIT HVMVM) Recurre ad illa supra, *Procurbuit moriens & humum semel ore momordit.*

SVO SE IN VVLNERE VERSAT) Mirè dictum in *vulnere*, pro, in sanguine, qui fluebat de vulnere.

B HAB. SVFF. REVOL. EQ. DVM COLLIG.) Suffosso, & ideo casuro equo. Vult utrumq; horum tanta celeritate percussum, ut vnum ictum putares, inde enim, *Præcipientes pariterq; ruunt.* Nominatis aliquot, tandem more suo plurimos generalitate colligit, cum laude pugnantis: quot enim tela coniecit, tot aut verè Phrygij, aut pro Phrygibus pugnantes occiderunt. Donatus.

— Procul Ornitus armis,

- Ignotis, & equo venator lapyge fertur.
 Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
 680 Pugnatori operit: caput, ingens oris hiatus,
 Et malæ texere lupi, cum dentibus albis:
 Agrestisq; manus armat sparus. ipse cateruis
 Vertitur in mediis, & toto vertice supra est.
 Hunc illa exceptum (neq; enim labor agmine verso)
 685 Tæuicxit, & super hæc inimico pectore fatur.
 Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti?
 Aduenit qui vestra dies muliebribus armis
 Verba redargueret. nomen tamen haud leue patrum
 Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.
 690 Protinus Orsilocho, & Buten, duo maxima Teucrûm
 Corpora, sed Buten aduersum cuspide figit
 Loricam, galeamq; inter, quâ colla sedentis
 Lucent, & læuo dependet parma lacerto:
 Orsilocho fugiens, magnumq; agitata per orbem
 695 Eludit gyro interior, sequiturq; sequentem.
 Tum validam perq; arma viro, perq; ossa securim
 Altior in surgens, oranti & multa precanti
 Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro.

Zzz* 2

ARM

ARMIS IGNOTIS, ET EQVO IAPYGE PERT.) Quomodo ignotis armis? dicitur mox: nam Iapyx equus, est Appulus equus.

CVI PELLIS LAT. BYM, EREPTA IUVENCO) Pro loricæ corium bubulum habuit, quo dorsum eius, humeriq; tegebantur: caput autem eius ad galeæ vicem operuerat caput lupi cum dentibus suis: manum sparum armabat, nullo artificio compositus: est enim telum rusticum in modum pedi recuruum. Donat.

VERTITVR IN MEDIIS) id est, agitur: nam græce ἀναστρέφειν dixit.

TOTO VERTICE SUPRA EST) Ni fallor, etiam de Turno dixit in 7. Statius de Capaneo, *Et totum transcendit corpore bellum*. Servius.

HVNC ILLA EXCEPTVM) *Exceptum*, est, insidiis circumuentum. Venantium, & bellantium vox est *excipere*. Horat. Ode 12. lib. 3.

Casus idem per apertum fugientem

Agitato grege cernui iaculanti, &

Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum.

Vide plura eclog. 3. ibi, *Non ego te vidi Damonis pessimo caprum Excipere insidiis?* Curtius lib. 3. Nam etiam saucij quidam, & inualidi, qui agmen non potuerant persequi, excepti erant.

MVLIEBIBVS ARMIS) Virgo etiam mulier dicitur, sæpe enim non eam, quæ cum viro est aut fuit, sed sexum tantummodo significat mulier, & opponitur viro. Erat igitur Camilla virgo, quia innupta, & intemerata: & erat mulier, quia non vir. Advenit etiam superbiſſimo Holoferni, & Assyrijs dies, qui eorum insolentissimā ventositate muliebribus armis redargueret. Scislector, quid dicam. ✱

NOMEN HAVD LEVE. P. M. REF. TELO CECIDISSE CAM.) Putat Servius irrisorem esse, amaritudinis plenam. Nam si voluerimus simpliciter accipere, ut ita sit dictum, quemadmodum supra, *Aenea magni dextra cadit*, incipiet contrarium esse superioribus, *Advenit qui*

Avestra diu muliebribus armis Verba redargueret. Vnde melius est, ut perseueremus in sensu, & ita sit dictum: Magnam reuera gloriam laturus es ad manes parentum, quem fæminea tela superarunt. ✱ *Non erit contrarium superioribus. Nam ibi dictum est generaliter, muliebribus armis: & fæne dubio agnominiosum est viro, praesertim milicæ, a fæmina trucidari: est tamen quoddam solatiū a tali viro agere, a tā mclæta, & bellicosa fæmina, qua viros etiā multos fortes post se relinquat, occidit.*

ORSILOCH. ET BV TEN DVO MAX. TVCRVM CORP.) Laudantur duo, ut Camillæ meritum crescat, quæ tales occidit. Exponit deinceps, qua ratione utruq; occiderit. Cum ergo a læuo humero parma Butæ deederet, inter lorice fines, & galeæ, caro quæ feriri posset apparuit, atq; ita fixus est cuspide. Quid sit consecutum, nihil opus fuit dicere, cum ex designatione ictus, & loci intelligi valeat. Orsilochem fraude potius fugiebat, quam timore: neq; ut periculum declinaret, sed ut deciperet imprudentē. Nam qui verè fugit, recto, & longo contendit itinere: ista verò in orbem fugiebat interiore gyro. Cum secundo ictu, frustra orantem, & scutum opponentem, per arma, per ossa (tanta vis fuit percutientis) interfecit. Donat.

Hanc artem, & solertiam pugnandi, equitandiq; lib. 5. in Ascanij Troia visus est Maro graphicè describere, & ab eadem disciplina, equos Aeneæ ab Homero laudatos, refert Plato in Lachete. German.

GYRO INTERIOR) Sinisterior, breviori circulo.

SEQUITVR QVE SEQVENTEM) *ὁ ξυμμετρεῖ* dicuntur Chuiusmodi sententia. Terent. Eunuch. *Τὸ πολὺ σέβεις, quod scis nescias*. Nō possumus nescire, q; scimus: sed ita, ut concordia discors. Talia sunt, facio, non facio, amicus sum, & nō sum, audio & nō audio, & cætera huiusmodi.

PERQ; ARMA VIRO, PERQ; OSSA SECVRIM, & C.) Geminus quodammodo huic locus ille, lib. 12.

----- ille securi

Adversis frontem mediam, mentumq; reducta Dissicit, & sparsa latè rigas arma cruore.

Incidit huic, subitoq; aspectu territus hæsit

700 Apenninicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.
Isq; vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neq; instantem reginam auertere cernit:

705 INCIPIT HÆC. quid tam egregium, si fæmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te cominus æquo
Mecum crede solo, pugnæq; accinge pedestri.
Iam nosces ventola ferat cui gloria laudem.

710 Dixit: at illa furens, acriq; accensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusq; assistit in armis,
Ense pedes nudo, puraq; interrita parma.
At iuuenis vicisse dolo ratus, auolat ipse,
(Haud mora) conuersisq; fugax aufertur habenis,

QVADRVPEDEMQUE CITVM FERRATA CALCE FATIGAT.

APENNIN. FILIVS AVNI) Solebant apud auctores D
tum Græcos, tū Latinos dissimulari eorū nomina, neq; exprimi semper, qui idē nomē cū patribus erant sortiti. Aristin Auibus. *οὐ δ' ὁ πρὶν ἀποδύνα τοῖς ἀτίμοις τὰς ἀνδρῶν βέλται*. Id est, Si Pisis filius (scilicet Pisis) prodere portas voluerit ignominiosis. Idem hic fecit Virgilius. Hartung. Decur. 3. cap. 8. ✱ *Sumpsit hac à Sernio, cuius hac sunt*

Verba. Cum enim dictu parentibus filiorum nomina supprimunt, con patri cognominis intelligimus. Vocabatur ergo, Aunus iste Auni filius, & q; Ligur, erat ad dolos & mendacia instructissimus: ad has se artes conuertit, cum se Camillam posse effugere desperasset.

HAVD LIGVR. EXTREM. DVM FALLERE) Ligures grauitè ferit hoc testimonio Virgilius, & vanitatem ijs, fraudulentiamque obiecit. Nam & infra, *Ne quicquam patrias*

patrias tentasti lubricus artes, Nec fraus te incolumem, &c. A in Catilinaria. Diem statuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere. Est autē *παλαγῶν*, pro, cui fraus ferat gloriam. Si autem *laudem* legeris, erit sensus, cognosces, cui inanis gloria afferat laudem. Vtola gloria est, quam Græci *κενοδοξία* vocant.

Ventosa gloria est, ait Donatus, quæ in verbis est, non in re, & est ut ventus, qui transit per aëra, nec apud aliquem, aut aliquo in loco consistit. Idem horum versuum sententiam ita concipit: Præfers te, & superbia vani timoris attoleris, quia equus te fortissimus portat, & non tua, sed ipsius virtute præsumis: quando enim potest vlla virtus esse in femina? Quapropter, si aliquam tui fiduciam geris, dimitte fugam (fugam appellat celeritatem equitationis) descende ab equo, petamus campum, & æqua cōditione certemus. Experiendo cognosces, quis debeat iure, meritoq; laudari, & quis per inanem iactantiam velit esse, quod non est.

PARIBVSQVE ASSISTIT IN ARMIS) Assistit pedes: sicut & illum congressurum putabat: hoc est, paribus armis. Seruius.

PURAQVE INTERRITA PARMA) quia tunc primum in bellum descenderat, quum tyrones minimè pictas gestarent. *Fugax*, quod sequitur, est fugiens hoc loco, nomen pro participio. Non enim fugacem possumus accipere, quem supra legimus bellatorem. Seruius.

QUADRVPEDEMQUE CITVM FERRATA FATIG.) Sic alibi vocat equos, quadrupedes, inquam, & quadrupedantes. *Ferrata calce*, id est, calcaribus quæ calcaneis alligantur. Mutuatus est hoc Silius *Iam compos voti ferrata calce fatigat Cornipedem*.

715 Vane Ligur, FRVSTRAQVE ANIMIS ELATE SVPERBIS,

Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:

Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.

Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis

Transit equum cursu, frænisq; aduersa prehenfis

720 CONGREDITVR, POENASQVE INIMICO A SANGVINE SVMIT.

Quam facilè accipiter saxo sacrales ab alto

Consequitur pennis sublimem in nube columbam,

Comprensamq; tenet, pedibusq; euiscerat vncis:

Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere pennæ.

VANE LIGVR) Quid significet hoc loco *vanus*, Diuinentur pro ipso homine apud primarios scriptores, sicut caput, anima. Proinde inimicus sanguis hic, nil est aliud, quam inimicus. Horat. ad Pisones. *Vos ô Pompilius sanguis carmen reprehendite*. Vos Pisones, qui à Numa Pompilio descenditis. Sic Germani, *ein Edles Blutt, ein verzagtes Blutt*. * Immo vanus hic subdolum, fallacem, mobilem fraudulentum sonat, quod apertum sit ex sequentibus, ha enim fuerunt artes Ligurum, & quidem tanquam hereditas à maioribus accepta. Agnatum fuit hoc malum Liguribus, sicut & aliis quibusdā populis sua vitia. Siculis enim audiunt *Gastri*: Arabes, Tarentini, Galata molles, Alexandrini dicaces. Videndus Alex. ab Alex. libr. 4. cap. 13. Ergo vane Ligur, dolose, Versipellis Ligur. Suprà item, Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.

ARTES) dolos, technas, more Græcorum.

PERNICIB. IGNEA PLANT.) Summam eius in cursu virtutem declarat: ignis enim elementum est leuissimum, & ad velocitatem leuitate opus est: vnde igneus pro veloci. Carull. de Achille, *Flammea præuertens celavis vestigia cernua*. Et videretur incredibile, ipsam præuertisse equitem pedibus, nisi in septimo præmisisset.

Ille vel intacta segetis per summa volares Gramina, nec teneras cursu lesisses aristas.

Seruius, & alij.

POENAS INIMICO A SANGVINE SVMIT) Lib. 12. *Immolat, & penam scelerato ex sanguine sumit*. Sanguis

in Catilinaria. Diem statuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere. Est autē *παλαγῶν*, pro, cui fraus ferat gloriam. Si autem *laudem* legeris, erit sensus, cognosces, cui inanis gloria afferat laudem. Vtola gloria est, quam Græci *κενοδοξία* vocant.

Ventosa gloria est, ait Donatus, quæ in verbis est, non in re, & est ut ventus, qui transit per aëra, nec apud aliquem, aut aliquo in loco consistit. Idem horum versuum sententiam ita concipit: Præfers te, & superbia vani timoris attoleris, quia equus te fortissimus portat, & non tua, sed ipsius virtute præsumis: quando enim potest vlla virtus esse in femina? Quapropter, si aliquam tui fiduciam geris, dimitte fugam (fugam appellat celeritatem equitationis) descende ab equo, petamus campum, & æqua cōditione certemus. Experiendo cognosces, quis debeat iure, meritoq; laudari, & quis per inanem iactantiam velit esse, quod non est.

PARIBVSQVE ASSISTIT IN ARMIS) Assistit pedes: sicut & illum congressurum putabat: hoc est, paribus armis. Seruius.

PURAQVE INTERRITA PARMA) quia tunc primum in bellum descenderat, quum tyrones minimè pictas gestarent. *Fugax*, quod sequitur, est fugiens hoc loco, nomen pro participio. Non enim fugacem possumus accipere, quem supra legimus bellatorem. Seruius.

QUADRVPEDEMQUE CITVM FERRATA FATIG.) Sic alibi vocat equos, quadrupedes, inquam, & quadrupedantes. *Ferrata calce*, id est, calcaribus quæ calcaneis alligantur. Mutuatus est hoc Silius *Iam compos voti ferrata calce fatigat Cornipedem*.

DIUINENTUR pro ipso homine apud primarios scriptores, sicut caput, anima. Proinde inimicus sanguis hic, nil est aliud, quam inimicus. Horat. ad Pisones. *Vos ô Pompilius sanguis carmen reprehendite*. Vos Pisones, qui à Numa Pompilio descenditis. Sic Germani, *ein Edles Blutt, ein verzagtes Blutt*. *

SAXO SACER ALES AB ALTO) Sacrum alitem dixit execrabilem auibus, ac satis metuendum: sicuti &, *aurs sacra famos* dicta est, quia ipsius causa, omnibus opportuna perpetrandis sceleribus via est. Donatus. Et est noua laus Camillæ: siquidem accipiter columbam sequitur, ipsa præcedit hostē. Ipsa etiam comparatio sumpta est ex contrario: nam æquius vir accipitri, Camilla cōpararetur columbæ. Seruius. * *Ouid. alibi in Tristibus*.

Terretur minimo pennæ stridore columba, Vnguibus accipiter faucia facta tuis.

De accipitre Isidor. lib. 13. cap. 7. sic habet. *Accipiter auis animo plau armata, quam vnguibus, virtutem maiorem in minore corpore gestans. Hinc ab accipiendo, id est, à capiendo nomen sumpsit. Fertur autem accipitres circa pullos suos impios esse. Nam dum viderint eos tentare posse volatus, nullas eis præbent escas, sed verberant pennis, & a nido præcipiunt: atque à senere compellunt ad prædam, ne forte adules pigrescant.*

Zzz* 3

AT NON

- 725 AT NON HÆC NVLLIS HOMINVM SATOR ATQVE DEORVM
OBSERVANS OCVLIS, SVMMO SEDET ALTVS OLYMPO.
Tyrrenum genitor Tarchontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes, cedentiaq; agmina Tarchon
730 Ferture quo, variisq; instigat vocibus alas,
Nomine quemque vocans: reficitq; in prælia pulsos.
Quis metus, ô nunquam dolituri, ô semper inertes
Tyrreni, quæ tanta animis ignavia venit?
Fæmina palantes agit, atque hæc agmina vertit?
735 QVO FERRVM, QVIDVE HÆC GERITIS TELA IRRITA DEXTRIS?
AT NON IN VENEREM SEGNES, NOCTVRNAQVE BELLA:
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi,
Exspectare dapes, & plenæ pocula mensæ.
Hic amor, hoc studium, dum sacra secundus aruspex
740 Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

AT NON HÆC NVLLIS HOMINVM SATOR) Vult dicere, non leuiter, non conuiuentibus oculis Iouem intuitum ista certamina, & est *λυτὸν*. Suscitatur quasi orio- se dormientem Tarchontem aliis acriter pugnantibus. Quum ergo cecidissent alij, cæteri verò instantibus cederent, Tarchon discurrere per vniuersos, equo celeri vectus, pulsos reuocabat ad bellum, non blandis verbis, sed ad obiurgationem necessariis. In hortationibus autem, & obiurgationibus plurimum valet nominum commemoratio. Incitatur enim ad capeffendam gloriam, cuius nomen apud aliquos satis est notum. Quin etiam per hoc extrema necessitas indicatur. Donatus. * *Illustrum, & Christianam omnino sententiam expriment duo primi versus, de caelesti nimirum providentia, qua optime oculi nomine exprimitur, & de diuinis oculis crebra sancta scriptura loquitur. Vt cum dicit, Oculi domini contemplantur cuncta. Oculi eius super gentes respiciunt. Omnia nuda & aperta sunt oculis dei. Dicit etiam sapiens deum videre, & vidisse. Vt Exodi 2. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto. Esaias in persona dei ad Ezechiam. Audisti orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. In Euangelio, qui videt in abscondito pater caelestis, & mille locis. Magnum utique bono viro solatium, deum omnia observare, & cuique reddere pro factis, & cogitationis suis.*

NOMINE QUEMQUE VOCANS) Furius lib. 10. Annal. Nomine quemque ciet, dictorum tempus adesse Commemoratur. Deinde infra,

*Confirmat dictis, simul atque exsuscitat acres
Ad bellandum animos, reficitq; ad praelia mentes.*

De Turno etiam legis lib. 12. *Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes, Nomine quemque vocans.* Veget. lib. 3. cap. 10. præcipit duci, sciat etiam nominatim (si potest fieri) quis comes, quis tribunus, quis domesticus, quis contubernalis quantum possit in bello, &c. Ibid. ex Alexand. Neapolit. libr. 1. cap. 18. notat Steuechius, inter officia Tribunorum etiam illud poni, nomina militum tenere. Othonem non aliud ad imperium euexit, quam quod quemq; militum in agmine, in stationibus, in itinere nomine suo compellabat. Ex hoc gratiam, & studia hominum asscurus. Lege cætera. Inter exempla memoriæ refertur de Cyro, qui tenuerit omnium suorum militum nomina. Quanquam Xenophon dicat, eum tantum tenuisse nomina τῶν ὀφ' αὐτὸν ἡγεµόνων, quod ut in Imperatore laudabile est, ita non excedit fidem.

NVNQVAM DOLITVRI) id est, stulti: stultus est e-

Anim, quisquis iniuria non mouetur. Et bene *nunquam*: siquidem antè scuitiam Mezentij pertulerunt, nec se vlti sunt: nunc præbent terga mulieri, & ne hinc quidem mouentur dolore.

FÆMINA PALANTES) Probabile fit, Virgilium his, & superioribus verbis ad Eumianum istuc respexisse, vbi Romanæ iuuentuti molliem, & socordiam exprobrat, Clæliam virginem collaudans, illisq; eam anteponebat. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebre, Illaq; virgo viri. Quidam sic legunt, Illa virago viri.

NON IN VEN. SEG. NOCTVRNAQVE BELLA) Certè inermes mulieres non fugitis, vel potius nocturna cum mulieribus bella non horretis, egregij viri. Seruius.

Amori quoq; sua, ut Marti sua militia est, sui bellatores, sua prælia. Vnde illud, *Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.* De istoc bello Plaut. Persa.

— S. A. *sat in usque valuisse: T. O. hand probè.*

S. A. Ergo adeo palles. T. O. *sanctus factus sum in Veneris prælio,*

Cupido cor meum transfixit. S. A. iam, serui hic amant.

Seneca præfat. Controuers. Illi vulsi, atque expediti, & nunquam nisi in libidine viri. Sic Iuuenal. sat. 4. de Crispino, *solaq; libidine fortis.* Hæc valdè cum Tarchontis verbo congruunt, *At non in Veneris segnes.* Alio sensu dictum, *bella Veneris,* Tibullo lib. 1. eleg. 10. de rixis inquam, & pugnis inter amantes turpiter, non verborum tantum, aliquando & verberum.

Sed Veneris tunc bella calent, scissosq; capillos

Fæmina, præfractas conqueriturq; foras.

Audiant hic iuuenes è mascula Senecæ philosophia decerptam gnomen. De breuitate vitæ cap. 6. Qui nulli rei, nisi vino & libidini vacat, turpissimè occupati sunt. Cæteri, etiam si vana gloriæ imagine teneantur, speciosè tamen errant. Licet auaros mihi, licet vel iracundos enumeres, vel bellatores, omnes isti viriliter peccant. In Venerem ac libidinem proicctorum, inhonesta labes est. ✠

AVT VBI CVRVA CHOROS) Ne tum quidem segnes estis, cum vobis chorus sono tibiaz indicitur: nec pigri ad exquisitas dapes, & pocula estis. Hoc vobis magno studio est, in lucis post sacra ventri dare operam. Seruius.

Hæc

Hæceffatus, equum in mediōs, moriturus & ipse
Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert:
Dereptumq; ab equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.

- 745 TOLLITVR IN CÆLV. CLAMOR, cunctiq; Latini
Conuertere oculos, volat igneus æquore Tarchon
Arma, virumq; ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas,
Quà vulnus lethale ferat. contrà ille repugnans
750 Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.
Vtq; volans altè, raptum cum fulua draconem
Fert aquila, implicuitq; pedes, atq; vnguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore,
755 Arduus insurgens: illa haud minus vrget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberatalis:
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans.

EQVVM IN MEDIOS MORITVRVS CONCITAT) E-
quum concitare aliàs à bonis scriptoribus dicitur, equū
admittere. Cic. 2. de finib. Nam etiam cum P. Decius se
deuoueret, & equo admissio in mediam Latinorum aciem
irrueret, &c. Vbi Budæus fœdo errore lapsus, interpre-
tatur, equo consensio, in Pand. Debere autem pro con-
citato, & celeri equo accipi, satis demonstrat Valerius,
sic vocem interpretatus lib. 5. ca. 5. de eodem Decio scri-
bens. Caput, inquit, suum pro reipub. salute deuouit, ac
proxiuus concitato equo, in hostium agmen, patriæ sa-
lutem, sibi mortem querens, irrupit. Videsne dixisse,
concitato equo, pro eo, quod Cicero habet, admissio? I-
pse Cicero suimet quodammodo interpretis est, cuius in-
sta sunt lib. 3. de nat. deor. Rebantur enim fore, ut ex-
ercitus Imperatorem equo concitato se in hostem im-
mittentem prosequeretur, id quod euenit, &c. Et lib. 1.
de diuinat. de P. Decio. Post triennium autè, cum Col-
lesset, deuouit se, & in aciem Latinorum irrupit arma-
tus. Quo eius facto superati sunt, & deleri Latini. En q̃
suprà verbis *admittere*, & *concitare*, hoc ipsum isto loco
voce, irrupit, declarandum putauit. Sed Cæsar quoque
lib. 1. de bello Gall. Confidius equo admissio, ad eum ac-
currit. Penelope apud Ouid. *Hic lacer admissos terruit*
Hætor equos. Et lib. 1. Metam. *utq; monebat Ipse amor,*
admissio sequitur vestigia passu. Admissum passum intel-
ligit celerem, quasi seipsum Apollo ad cursum acius in-
citarit. Magius lib. 1. cap. 7.

Debuit prior aliquid audere, qui omnium horta-
tor extiterat, quare se Venulo obtulit moriturus & i-
pse, ut Camilla videlicet se obtulit, & alij sese aliis. Mo-
riturus autem non ut illi, sed animo (id est, non recu-
sans mortem) paratus ad mortem se in hostem intulit.
Rapiuit autem Venulum ab equo sedentem, & ante se
in equo suo collocatum portauit. Hoc factum, quia nō
admittebat fidem, posse dorso equi diripi armatum,
addidit difficultatem, dicens: *multa vi concitus aufert*:
ut maiore virtute, atque impetu venientis id factum le-
gentes, fieri potuisse facilius credant. Donatus.

TOLLITVR IN CÆLV. CLAMOR) Mirabantur fa-
ctum ducis sui Tyrrheni, lætisq; illud clamoribus ap-

probabant. Conuertebant se Latini, ut rem nouam cer-
nerent, nunquam visam antea. Totum erat admiratio-
ne dignum: quod virum rapuerat: quod per campos
volitans, quadrupedis cursum regebat: quod tenebat
arma sua, & secum vehēbat armatum. Ut maiorem por-
ro laudem Tarchonti conciliet, ceramen quoque eius
describit, & luctam cum rapto, quem, quo loco plaga
afficeret lethali, illo vehementer enitente, diligenter
querēbat. Tarchon querēbat instantius, quā hosti le-
thale vulnus ferret, Venulus contrā, eam tuebatur
corporis partē, quā posset occidi. Donatus. * *Quod ad*
genus loquendi attinet, sic supra, rursusque Latini Clamorem tol-
lunt. Et lib. 12. Tollitur in cælum clamor, versique vicissim, &c.
Linum lib. 6. Tollitur ex arte clamor ab Tusculanum. Cic. Verrin. 6.
Clamor à vigilibus, sanctis, custodibus tollitur. Eiusdem sunt, edere,
profundere clamorem.

EXIT) euitat. Alibi, atq; oculis vigilantibus exit.

VTQVE VOL. RAPT. CVM FVL. DRACON.) Com-
paratio est Homerica, ex Iliad. μ.

Ὀρνις γὰρ σφιν ἐπὶ ἄλβι περισφμεται μιμνασθῆναι,
Αἰὲς ὅτι πτερεῖ ἐπ' αἰετὸς λαὸν εἰσγῶν
Φοινείῃσι δακρυόεντα, φέρων ἐν χερσὶ πτελοῦσα,
Ζωὴν ἰτ' ἀσπείροντα, καὶ ἔτι λήθτο χάρμης,
Κέφα δ' αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στήθεσσι σείει σιερῶν,
Ἰδιωθεὶς ὀπίσσω, ὅσ' ἐπ' ἰδοὶ ἄνε χαμᾶζε
Ἀλγύσας ὀδύνησι, μίσση δ' ἐπὶ χεῖρας ὀμλήσῃ.
Cicero in Mario.

Hic Iouis altisoni subitō pennata satelles
Arboris è trunco serpentis saucia morsu,
Subiicit ipsa feris transfigens vnguibus anguem
Semianimum, & varia graniter ceruice micantem,
Quem se intorquentem lanians, rostroq; cruentans
Iam satiata animos iam duos ulta dolores
Abiicit efflantem, laceratum affligit in vnda,
Seq; obitu a solis nitidos conuertit ad ortus.

SINVOSA VOLVMINA VERSAT) Æneid. 2. de duo-
bus serpentibus magnis per mare ad litus adnantibus.
pars cætera pontum Ponè legis, sinuataq; immensa volumi-
nos terga.

ET SIBILAT ORE) Ibid. Sibila lambebant lingua vi-
brantibus ora.

Ducis

- Ducis exemplum, euentumq; secuti
 Mæonidæ incurrunt. tum fatis debitus Aruns
 760 Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
 Circuit, & quæ sit fortuna facillima, tentat.
 Quæ se cunque furens medio tulit agmine virgo,
 Hac Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat:
 Quà victrix redit illa, pedemq; ex hoste reportat,
 765 Hæc iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
 Hos ADITVS, IAMQVE HOS ADITVS, OMNEMQVE PERERRAT
 VNDIQUE CIRCVITVM, & certam quatit improbus hastam.
 Fortè sacer Cybele Chloreus, olimq; sacerdos
 Insignis longè Phrygiis fulgebat in armis:
 770 Spumantemq; agitabat equum, quem pellis ahenis
 In plumam squamis auro conferta tegebat.
 Ipse peregrina ferrugine clarus, & ostro,
 Spicula torquebat Lycio, Gortynia cornu:
 Aureus ex humero sonat arcus, & aurea vati
 775 Cassida: tum croceam chlamydemq; sinusq; crepantes
 Carbascos fuluo in nodum collegerat auro,
 Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.

DUCIS EXEMP. EVENTVM QVE SECVTI) Sic lib. præcedente Pallantem exemplo præcuntem imitantur sui strenuè.

*Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
 Facti viri, mistum dolor, & pudor ergo in hostem.*

MÆONIDÆ INCVRVNT) Mæonidas intellige Tyrrenos, qui è Lydia olim duce Tyrrheno venerant in Italiam. Sic alibi, *de Mæonia delecta tuentur*. Lydia Mæonia dici potest, à fluuio Mæone. Describit deinde quo astu, & dolo Aruns explorarit Camillam, & obseruavit opportunitatem eius tanquam feræ alicuius ferendæ.

CAMILLAM CIRCVIT) propriè, nam circumire infidiantium est, vnde est, *nec gregibus nocturnus obambulat*. Certam hastam intellige inuitabilem: vnde contra, *incertam excussis cernice securim*, id est, infirmam, vitabilem. Seruius.

FORTE SACER CYBELÆ) Codices quidam habent *Cybelo*, vt sit nomē montis, pro numine, quod in eo colitur. Bona occasio ad mortem Camillæ, quod sacerdotem maioris numinis conetur occidere, per quod quasi exauktoratur Dianæ fauor, interueniente maioris numinis iracundia. Totus autem fuit ad decorem, & elegantiam compositus Chloreus, in cuius ornatu describendo, satis diligentem se præbuit poeta, & pertinet eò tam longa descriptio, vt eius iugulandi cupiditate merito videatur Camilla succensa. Seruius.

SPVMANT. AGITAB. EQVVM) Lib. 12. *Vellus equo spumante Sagæ.*

QVEM PELL. AHEN. IN PLVM. SQ.) Fuit quoddam genus lorice, à squamarum similitudine dictum squamea, de quo supra ex Lipsio, ad illum versum. *Rutulum thoraca indutus ahenis Horrebat squamis*. Hæ ipsæ squamæ dicebantur etiam plumæ, à specie simili. Stadius lib. 11. *ensem germani in corpore pressit. Quà malè iam plumis imus tegit inguina venter*. Explicat ibi Luctatius, laminis. Parthorum assiduam hoc tegmen, etiam in equis.

A Iustinus lib. 41. Munimentum ipsis, equisq; lorice plumatæ sunt, quæ vtrumque toto corpore tegunt. Ammianus lib. 24. de iisdem. Hostem vndique laminis ferreis, in modum tenuis plumæ contactum. Sallust. in Frag. Equites cataphracti, ferrea omni specie, equis paria ornamenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. Et ipse quidem linteo laminas supernebat. Virgilius pelli, quam etiam pellem auro confertam facit: an quia aurum in squamis mixtum, an quia ipsæ squamæ auro innexæ id esset catenulis, aut filis ex auro, &c. Lipsius de Milit. lib. 3. dial. 6.

A plumariis similitudinem ducit, quamvis de eorum arte non loquatur. Ita Sallust. apud Seruium. Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. Et Papin. Thebaid. 11. *Quà malè iam plumis imus tegit inguina cortex*. Est autem species quædam propria acu pingendi, cum clauis, aut patagiis, aut segmentis, aut scutulis, aut tessellæ sic aliis aliis in veste superassuuntur, vt plumam animum referant, vnde & plumariorum, & plumandi nomen ortum est, per similitudinem traductum: aut cum sine assumento, acu pingendo plumæ animum referuntur. Id indicat Prudentius in Hamartigenia.

----- tunc videas lasciuas præpete cursu
 Venantem tunicas, animum quoque versicolorum
 Indumenta nouis texentem plumæa telis.

Turneb. lib. 11. cap. 25.

PEREGRINA FERRVGINE CLARVS) Ferrugo est color purpuræ subnigræ, quæ fit in Hispania, vt, *ferrugine clarus Ibera*. Isidor. lib. 19.

SPICVLA GORTYNIA) Gortyn, vrbs Cretæ: Cretenses optimi sagittarij. Arcu etiā Lycij valuerunt. Duo igitur epitheta hæc ad laudem augendam coniunxit.

AUREVS EX HVMERO SON. ARCVS, ET AVREA) Quæ ad versus istos, *Aureus ex humero sonat arcus, &c.* illustrandos facere possint, iam ex Victorio representauimus, lib. 4. in illos de Didone.

*Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.*

CASSIDA) pro cassis, accusatiuus pro nominatiuo. Nisi dicamus ex quibusdam accusatiuis fieri nominatiuos, vt notatum est à quibusdam, lampada.

SINVSQVE CREPANTES CARBASEOS) Carbasus, inquit Nonius, pallium, quo fluuij amiciuntur, vel opulē-

Atia causa, vt sericum, aut lino tenui. Virgil. lib. 8. *enim tenuis glauco velabat amictu Carbasus.* Deinde affert hunc locum. Addit, M. Tull. in Verrem de suppliciis. Tabernacula carbais intentis velis collocabat. Varro de vita pop. Rom. lib. 4. Eadem postea carbaisina magis, vt pellibus tegeantur togæ.

BARB. TEG. CRVRVM) Phrygia, antiquorum more, qui Phrygas vocabant barbaros.

- Hunc virgo, siue vt templis præfigeret arma
Troia, captiuo siue vt se ferret in auro,
780 Venatrix: vnum ex omni certamine pugnae
Cæca sequebatur, totumq; incensa per agmen
Fæmineo prædæ, & spoliolum ardebat amore.
Telum ex insidiis cum tandem tempore capto
Coniicit, & superos Aruns sic voce precatur.
785 Summe deum, sancti cultos Soraetis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna:
DA PATER HOC NOSTRIS ABOLERI DEDECUS ARMIS
790 OMNIPOTENS. non exuias, pulsæue trophæum
Virginis, aut spolia vlla peto. mihi cætera laudem
Facta ferant: hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius urbem.
AVDIIT, ET VOTI PHOEBVS SVCCEDERE PARTEM
795 MENTE DEDIT, PARTEM VOLVCRES DISPERSIT IN AVRAS.
Sterneret vt subita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti: reducem vt patria alta videret,
Non dedit, INQVE NOTOS VOCEM VERTERE PROCELLÆ.

SIVE VT TEMPLIO PRÆFIG. ARMA) Duplicem causam per disunctionem ponit, quare Chloream audius insequeretur. Cupiditas quidem, & fæminea (id est, indomita, & nimis impatiens, nam fæminæ imperare sibi ægrè possunt. Vnde est illud, *Fæminea ardente cura q; ira q; coquebant*) stimulat eam: sed huius cupiditatis alteram harum causarum habebat, quas recenset Maro. Amor istorum spoliolum cæcam reddebat, vt in toto exercitu de nemine iam, nisi de Chloreo cogitaret, & quasi vnus ipse esset, eum solum studiosissimè persequeretur. Quæ res cogitationes, & insidias Aruntis adiuvabat egregiè. ✱

EX OMNI CERTAMINE PVGNÆ) Sic Lucret. lib. 4. *At contra conferre manu certamina pugnae.* Noster vates rursus lib. 10. *duri certamina belli.* Sic Lucret. lib. 1. *Clara accendisset sani certamina belli.*

CVM TANDEM TEMPORE CAPTO) Tandem, quia aut diu observabat per diuersa percurrètem, & non temere adire debuit, quam timebat: aut quia animo cupienti omnia tarda videntur. Tam difficile autem fuit, Camillam sterni hostili manu, vt ad eius procurandum exitium, & occasio querenda temporis duceretur, & loci, & deorum fauor suppliciter inuocandus. Donatus.

SYMME DEVM SANCTI CVST.) ex affectu precantis dictum est, siue colentis: nam Iupiter summus est. Sanctum Soraete appellauit, quia sanctum efficitur, quidquid aliquod amauerit numen. Donatus.

QUEM PRIMI COLIMVS, CUI PINEVS ARDOR) Incipit commemorare merita sua, quamuis hoc quoque ad dei ipsius pertineat laudem, qui cum tanta reuerentia meruit coli. Quem, inquit, præ aliis colimus, seu quæ nos præcipuè colimus: cui ingens aceruus ex tæda pinea accenditur, atque ita, vt nunquam deficiat, sed semper alatur. Tantaque apud nos fiducia est numinis tui, vt premamus ignem nudis vestigiis, nec lædamur. Post laudem, quam desideriis præferri conuenerat, suæ petitionis adiicit summam. Grande, inquit, præstabis beneficium, si nostrorum armorum dedecus aboleatur, & pereat. Quales enim viri dici poterant, quorum se miscbat fæmina certamini, & à qua tanto numero trucidabantur? Et quia potuit obiici, occidere fæminam inglorium esse: respondet: non quæro aliquam gloriam ex illius nece, nec exuias eius, nec trophæum, aut spolia referre contendo. Si laudari velim, habeo alia, quæ mihi laudem concilient. Sine gloria redire volo in patriam, dummodo ista pestis intereat. Accedat hoc solum titulis meis, non aliquid fecisse fortiter, sed tale dedecus tantum abtulisse. Donatus.

Colere hic est venerari. Colere, interdum exercere, vt rustici. Georg. 1. *fructusq; feros molire colendo.* Colere, inhabitare. Æneid. 3. *Hinc mater cultrix Cybele.* Ertere, quas Dira Celeno Harpyia q; colunt alia. Plaut. Aulul. *Hanc domum multos annos est cum possideo & colo.* Colere. diligere. Æneid. 4. *solum nam perfidus ille Te colere.*

Aaaa *

Cole-

Colere, ornare. Varro. At in segetibus post messem col-
ligebant stramenta, qui domicilia colerent. Nonius.

FRETI PIETATE PER IGNEM) De Hirpinorum fa-
miliis super ambustam lignorum struem ambulātibz,
sacrificio annuo, quod fit ad montem Soracte Apollini,
vide Plin. lib. 7. cap. 2.

VOTI PHOEBVS SVCCEDERE PARTEM DEDIT) Ho-
meri exemplo hæc dicta sunt, apud quem orante pro
Patroclo Achille, Iliad. π.

ὦς ἔφατ' ἐυχόμενος, τῷ δ' ἔκλυε μητιότα ζεύς,
τῷ δ' ἔτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἔτερον δ' ἀνέειπεν.

Νηὼν μὲν οἱ πόσ' αἶψα πολέμοιο τε μάχῃν τε
ἔδωκε, σῶν δ' ἀνέειπεν μάχης ἐξαποτίεσθαι.

Stratoniceus citharoedus, ut proditum est memoria ab Athenæo lib. 8.
cap. 7. Vocatus aliquando ad citharoedum audiendum, illum Ho-
meri versus protulit τῷ δ' ἔτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἔτερον δ' ἀνέειπεν.
Huic alterum concessit pater Iupiter, alterum denegavit. Interroga-
tus quorsum id dixisset, respondit faceret: malum esse citharistam,
concessit: bonum esse, non concessit.

INQVE NOTOS VOCEM VERT. PROCELLÆ) sunt si-
milis illis Tibulli de votis inanibus, *qua nunc Eurymachus,*
Nothusq; Iacchar, adoratos vota per Armenios. Diximus ali-
bi de hoc genere sermonis.

- Ergo vt missa manu sonitum dedit hasta per auras,
800 Conuertere animos acres, oculosq; tulere
Cuncti ad reginam Volsci. nihil ipsa nec auræ,
Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli:
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineumq; altè bibit acta cruorem.
805 Concurrunt trepidæ comites, dominamq; ruentem
Suscipiunt. fugit ante omnes exterritus Aruns
Lætitiæ, mistoq; metu: nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
810 Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnoq; iuuenco,
Conscius audacis facti: caudamq; remulcens
Subiecit pavitantem vtero, syluasq; petiuit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
815 Contentusq; fuga, mediis se immiscuit armis.

CONVERT. ANIM. ACR. OCVL.) Oculis, & animis B
conuersi in reginam Volsci, expectabant, quid ille sonus
afferret: ipsa toto animo alibi occupata nec sonum au-
ribus, nec telum oculis percepit, nec prius quidquam
sensit, quam lethale vulnus secundum papillam acce-
pisset.

NEC AVRÆ MEMOR) Pro auræ Seruius antiquè
legit aurās, quem vide.

SVB EXERTAM PAPILLAM) Homer. Iliad. θ. βάλε
σὺν τῷ παρὰ μαστίγον. Sic & apud Calabrum lib. 1. Achilles
in eandem partem Penthesileam cecidit τῖταιων λαοφό-
ρον δόρυ αἰψὰ δ' ὑπὲρ μαστοῖο διήρσεν. πενθεσίλειαν οὐτάρ τε δι-
ξίτερος. Expapillare, ad papillam vsq; denudare dicunt:
vnde brachium expapillatum Festo, exertum. Plaut. in
Milite. Idem & cum nexu in humero, lano expapillato bra-
chio. German.

VIRGINEVM BIBIT CRVOR.) Bibere rectè dicun-
turg ea omnia, quæ haustus habent, vt animalia, & terræ,
vt Virgil. Buc. *sat prata biberunt.* Verùm auctoritate lit-
terata etiam arida, & sicca, & quibus haustus non sit, bi-
bere positum inuenimus, vt hoc loco. Nonius.

FUGIT ANTE OMNES EXTERRITVS ARVNS) Ante
omnes fugit Aruns, hoc est, omnibus aliis dimissis. Et
letus erat, quia compleuerat desiderium: metuebat au-
tem, ne quis vltor emergeret, vel ne illa sic effer icta, vt
viueret: vsquadeo hæc fuit potior causa fugiendi, vt
secutum sit, *nec iam amplius hasta Credere, nec telis oc-
currere virginis audet.* Non enim credebatur ipso vulne-
re morituram. Sumit deinde parabolam eius animalis,
quod sit audax ad faciendum, & satis temerarium, timi-

dum sanè post factum. Hoc Aruns imitatus, aufugit, &
sese, vt facilius latitaret, cateruis immiscuit. Et bene pa-
stori reginam comparat: nam reges ipsi pastores vocan-
tur, Homerus ποιμένα λαόν. Donatus, Seruius.

CAUDAMQVE REMVLCEVS) Vt prætermittam,
quid aliis videatur, *caudam remulcens*, ego esse puto,
caudam reflectens: sic enim lupi, & canes timentes re-
flectunt caudam, vt eam sub verenda reducant. [Decani-
bus quidem confitetur Plin. lib. 11. cap. 50. Canum degeneres cau-
dam sub alium reflectunt. Et canis, subiecta sub vtero cauda, est su-
ga hieroglyphicon. Sic lupus currens, cauda sub ventre reflexa, symu-
lacrum est eius, qui in aciem progressus, incumbente in se vi maiore,
nulla accepta clade in tutum se recipit. Declinat enim callide peri-
cula lupus, Et se sibi item syluis reddit. Hinc proverbium, λύκος ὡς
τῆς βοῆς σπινδεύει.] Sic & demulcere aures pro demittere
dixit Lactant. lib. 2. cap. 11. Et tamen videmus in aliis a-
nimantibus quædam signa lætitæ, cum ad lufum gesti-
unt, aures demulcent, ricum contrahunt, frontem se-
renant, oculos in lasciuiam resoluunt. Nam aures de-
mulcere id est, quod Flaccus dixit Ode 3. lib. 2. illis car-
minibus *stupens Demittit aures bellua centiceps.* Turneb.
lib. 21. cap. 22. Sumpsit & hanc comparisonem ab Ho-
mero, Iliad. ε.

Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἔτρεσε θνητὸν κακὸν ῥέξαντι εὐκῶς,
ὅς ἐκ κύνα κτείνας, ἢ βυκόλον ἀμφὶ βόεσσιν,
φεύγει, πρὶν περ ὁμιλον αὐλιθύνειναι ἀνδρῶν.

SVBIECIT PAVITANT. VTERO) quæ timorem indi-
cat, pro, ipse pavitans.

MEDIIS SE IMMISCVIT ARMIS) Exemplo Home-
ri, Iliad. 17. qui inducit Euphorbum percusso Patroclo
refugientem. Vide German.

Ille

Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter

Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.

LABITVR EXANGVIS, LABVNTVR FRIGIDA LETHO

LVMINA: PURPUREVS QVONDAM COLOR ORA RELIQVIT.

820 Tum sic expirans, Accam ex æqualibus vnam

Alloquitur (fida ante alias quæ sola Camillæ,

Qui cum partiri curas) atque hæc ita fatur.

Hactenus Acca soror potui: nunc vulnus acerbum

Conficit: & tenebris nigrescunt omnia circum.

825 Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer.

Succedat pugna, Troianosq; arceat vrbe.

Iamq; vale. simul his dictis linquebat habenas,

Ad terram non sponte fluens. tum frigida toto

Paulatim exoluit se corpore: lentaq; colla,

330 Et captum letho posuit caput, arma relinquens:

VITAQVE CVM GEMITV FVGIT INDIGNATA SVB VMBRAS.

TELUM TRAHIT, OSSA SED INTER) Telum extra- A here cupiebat, sed infixum ossibus altius tenebatur. Iam oculi moriebantur, & colore purpureo in vultu deficiente, pallor infelix emergebat. Donatus.

ACCAM EX ÆQUALIBVS VNAM) Non temerarium est, quod Maro sodalem attribuit Camillæ Accam. Nam & Acca Larentia Romanorum superstitione consecrata erat: & Accæ nomen à poetis aliis positum legimus, ut à Sueuio (de quo Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 14.) hoc versu. *Admisce tu Acca basilicis hac nunc partim, Partim Persica.* Turneb. lib. II. cap. I.

FIDA ANTE ALIAS) Cur Accam ad extremum alloqueretur, eiq; suprema mandata committeret, causam ponit, quod fidissima: quod cū ea consilia sua communicare consueuerat.

QVI CVM PARTIRI) Veteres, ut Rhemnius Palaemon tradit, cōmuni genere inflexerunt, hic & hæc quis: indeq; in sexto casu ab hoc, & ab hac qui. Fuit huiusmodi præpositionum anastrophe Græcis in frequenti vsu, ut *χρηστὸς* apud Æschylum in Agamēnone, & *ἐμὴ μάτα* apud Euripidem in Oreste, & *φίλων ἀπο* apud Homerū. Nec is quidem vsus Latinis infrequens fuit. Plaut. Asin. *Nec magis versutus, nec quo ab caneas agrius.* Hieron. Colum. in 6. Annal. Ennij.

HACTENVS POTVI) Subaudi, viuere, pugnare. Talia sunt, Habui Chreme, Fuimus Troes, Viximus, Floruimus, & similia, quib; desperatio ex magna rerum commutatione indicatur.

SUCCEDAT PUGNÆ) Animus bellatricis ostenditur, quæ non se dolet lucem, sed bella relinquere, & pro repub. magis quam de vita est sollicita. Idem porro cōsiliū Turno nuncetiam moriens dat de vrbe tuenda, quod initio dedit, *Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.* Seruius, Donatus.

AD TERRAM NON SPONTE FLVENS) Non fluebat sponte ad terram, sicut suprà de eius equitibus dicitur,

-----portis ab equo regina sub ipsis
Defluit, quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis.

Vrgebatur enim mole corporis, quod recedente vnâ cum sanguine calore, & spiritu, se sustentare amplius nō poterat. Sic. Georg. 3. *Ad terramq; fluit denexo pondere cervix.*

TOTO EXOLVIT SE CORP.) Exoluere sese omnib. è nervis dixit Lucret. lib. 3. & noster lib. 4. *teq; isto corpore soluo.*

ET CAPTVM LETHO POSVIT CAP.) Lib. 9. de Euryalo, inq; *humeros cervix collapsa recumbit.*

VITAQVE CVM GEMITV FVGIT) Seruat hoc vbique, ut iuuenum animas à corporibus cum dolore dicat discedere, qui adhuc esse superstites poterant, quod etiam de Turno dicturus est, & est Homeri. Idem Cicero in Catone. Iam omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facillimè dissoluitur. Seruius. * *Quod dicit Seruius, Homeri esse, patet ex hoc versu Iliad. 11. 177. ἢ ἐν πύλαις ἀπὸ τοῦ ἄλκον, αἰδῶ δὲ βίβαντι.*

TVM VERO IMMENSVS SVRGENS FERIT AVREA CLAMOR

SIDERA: deiecta crudescit pugna Camilla.

Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrūm,

835 Tyrrheniq; duces, Euandriq; Arcadis alæ.

At Triuiæ custos iam dudum in montibus Opis

Alta sedet summis, spectatq; interrita pugnas.

Vtq; procul medio iuuenum in clamore furentum

Prospexit tristi mulctatam morte Camillam,

840 INGEMVITQVE, DEDITQVE HASIMO PECTORE VOCES.

Heu nimium virgo, nimium crudele luiti

Supplicium, Teucros conata laceffere bello.

Aaaa* 2

Necti.

- Nectibi desertæ in dumis coluisse Dianam
 Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras.
 845 Non tamen indecorem tua te regina relinquet
 Extrema iam in morte: NEQVE HOC SINE NOMINE LETHVM
 PER GENTES ERIT, aut famam patieris inultæ.
 Nam quicumque tuum violauit vulnere corpus,
 Morte luet merita.

TYM VERO IMMENS. CLAMOR) Alia de causa clamant fœminæ in regia Priami lib. 2. de quibus ita, *penitusq; causa plangoribus ados Famineis ululant, ferit aurea sidera clamor*. Hic lætus clamor, & Troianorum intelligendus est, quibus spes vincendi maior, Camilla occumbente. Proinde pugna surgebat atrocior, ipsis Teucris cum auxiliariis sese in hostem incitantibus.

CRVDESCIT PVGNA) ingrauescit, crudelior fit cæde multorum.

SPECTATQVE INTERRITA PVGNAS) Interrita spectabat pugnas: quid enim metueret, quæ procul aberat, & sedebat in summo monte, ubi & commodius videre omnia poterat? Donatus.

HÆV NIMIVM VIRGO & **VD. SVPPPLICIVM**) Vox Opis dolentis, laudem Troianorum cõtinet. Poeta enim in Camillæ morte non incertum belli vult esse, sed pœ-

nam: nec illud quod accidit eventui deputat: sed confirmat esse supplicium. Posses viuere, nec mortem perpeti, si Troianos non vltro prouocasses in bellum. Respicit ergo illud, quod supra dixit. *Bellum, importunum ciues cum gente deorum, Inuictusq; viris gerimus*. Quod ait, Dianam coluisse, nihil ei profuisse, non deam accusat, sed factorum necessitatem, contrà quæ nec numinis opitulatur auxilium. Sequuntur verba consolationis, de fama nominis eius, & vltione. Donatus; Seruius.

QVICVNQVE TVVM VIOLAVIT VVLNERE CORPVS) Violare est sacrum aliquid violenter appetere. Sed hic nõ solum corpus violatum est, verum etiam salus extincta. Quod crimen cumulauit potius poeta, quam minuit: nam quum violare non liceat vulnere, ubi erit Arantis causa, qui violauit, & perdidit? Donatus,

— fuit ingens monte sub alto

- 850 Regis Dercenni terreno exaggere bustum,
 Antiqui Laurentis, opacaq; ilice tectum.
 Hic dea se primum rapido pulcherrima nisu
 Sistit, & Aruntem tumulo speculatur ab alto.
 Vt vidit fulgentem armis, ac vanà tumentem,
 855 Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum,
 Huc periture veni, capias vt digna Camillæ
 Præmia. tunc etiam telis moriere Dianæ?
 Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
 Deprompsit phæretra, cornuq; infensa tetendit,
 860 Et duxit longè, donec curuata coirent
 Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis
 Læua aciem ferri, dextra, neruoq; papillam.
 Extemplò teli stridorem, aurasq; sonantes
 Audiit vnà Aruns, hæsitq; in corpore ferrum.
 865 Illum expirantem socij, atque extremà gementem
 Obliti, ignoto camporum in puluere linquunt.

FUIT INGENS MONTE SVB ALTO) Talis locus fuerat Opinecessarius, vt videret ex occulto Aruntem, & ipsa à nemine videretur. Timidus enim, & cautus propter conscientiam facti, nisi per insidias circumueniri non poterat. Donatus.

REGIS DERCENNI TERR. EX AGGERE BVSTVM) Catull. de nupt. *Cum teres excelsum conuolato aggere bustum*. qua figura fuisse busta, multa adhuc vestigia Romæ declarant. Monet Seruius, apud maiores, viros nobiles aut in mōtibus, aut sub montibus sepeliri consueuisse.

Bustum, propriè dicitur locus, in quo mortuus

est combustus, & sepultus. Diciturq; bustum, quasi bene vltum. Vbi verò combustus quis tantummodo, alibi verò est sepultus, is locus ab vtendo vstrina vocatur. Sed modò bustum, eò quod sepelitur, sepulcrum vocamus. Festus.

CVR DIVERSVS ABIS) Lib. 5. *Quo diuersus abis iterum pete sacra*. Hæc secum Opis loquebatur, non vt Aruns audiret: sed vt cõminatione verborum satisfaceret æstibus suis. Locuta est ergo quasi ad præsentem, & tanquam præsentem insultanter appellat. Donatus.

DIGNA CAMILLÆ PRÆMIA) Sic in 2. *Perfoluant gratas dignas, & præmia reddant*.

TVNE

TVNE ETIAM TEL. MORI ERE DIANÆ?) A

Cum ingenti amaritudine dictum est. Nam etiam ei-
nus inuidet mortis: & *Tune etiam* ad Niobes numero-
sam pertinet sobolem, quam Apollo cum Diana sore-
re sagittis confecerunt. Seruius.

SAGITT. DE PROM. PHARETRA) Locis hic pæ-
ne ad verbum ex Homero conuersus est, ubi Pandarus
iussu Palladis fœdera confundit Iliad. δ. αὐτὰρ δὲ σὺλα
πῶμα φάρετρος, ἐκ δ' ἔλατ' ἰδν, &c. Modus sagittæ mit-
tendæ perfectus, ut arundo aptata neruo, atque in dex-
teram partem vsq; ad papillam reducta perueniat, & si-
nistram manus digitos tenentis arcum, ferri species tan-
gat. Fuit autem mors Arantis infelicissima, qui volu-
cribus, & canibus relictus est, faciente numinis iracun-
dia, ne sepulturam posset mereri. Donatus.

DONEC CURVATA COIR. INTER SE CAP.) EN-
nius Alcmæon.

Intendit crinitus Apollo

Arcum curvatum luna innixus.

Quo quidem verbo significare vult, adeo intendisse
arcum, ut ad formam lunæ curuaretur. Noster id ipsum
multo pluribus verbis explicauit. Ovidius Amor. eleg.
1. Enniana vsus tralatione, *Lunauiq; genu sinuosum for-
titer arcum.* Statius de eodem Apolline libr. 1. Achil-
leidis *Ingentemq; manu curuaret Delius arcum.* Contra-
rium est, remittere, & laxare arcum. Hieron. Colum-
na in Frag. Ennij.

AVDIT VNA ARVNS) celeritas iaculantis exprimitur.
B Cui rei scriuit vocabulū simul geminatū. Georg. 3. de A-
quilone. *Ille volat simul arua fuga, simul aquora verrens.*

Opis ad ætherium pennis aufertur olympum.

Prima fugit domina amissa, leuis ala Camillæ:

Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas:

870 Disiectiq; duces, desolatiq; manipuli

Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.

Nec quisquam instantes Teucros, lethumq; ferentes

Sustentare valet telis, aut sistere contrà:

Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,

875 QVADRVPE DV MQVE PV TREM CVRSV QVATIT VNGVLA CAMPVM.

Voluitur ad muros caligine turbidus atra

Puluis, & è speculis percussæ pectore matres,

FÆMINEVM CLAMOREM AD CÆLI SIDERA TOLLVNT.

Qui curflu portas primi irrupere patentes,

880 Hos inimica super misto premit agmine turba.

Nec miseram effugiunt mortem: sed limine in ipso

Mœnibus in patriis, atq; inter tuta domorum

Confixi expirant animas. pars claudere portas,

Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent

885 Accipere orantes: oriturq; miserrima cædes

Defendentum armis aditus: inq; arma ruentum.

Exclusi ante oculos, lacrymantumq; ora parentum:

Pars in præcipites fossas vrgente ruina

Voluitur: immisiss pars cæca, & concita frænis,

890 Arietat in portas, & duros obice postes.

Ipsæ de muris summo certamine matres

(MONSTRAT AMOR VERVS PATRIÆ) vt videre Camillam,

Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro

Stipitibus ferrum, sudibusq; imitantur obustis,

895 Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audent.

PENNIS AVFERTVR OLYMP.) *Pennas* celeritatem
debemus accipere. Quid enim moraretur in terris vl-
terius, quæ mandata perfecerat? Deinde fuga descri-
bitur. In qua magna laus Camillæ, cum magno Lati-
norum dedecore. Quid enim turpius, quam perditio
auxilio vnus fœminæ versos omnes esse in fugam? eos-
que, qui magni ferebantur, & fortēs? nihilque illis tu-
tum, præter muros ciuitatis fuisse? Donatus.

MANIPVLI DESERTI) id est, signiferi, quod

est nimij discriminis. Manipuli autem dicti sunt signi-
feri, quia sub Romulo, pauper adhuc Romanus exer-
citus, hastis fœni manipulos alligabat, & hoc pro si-
gnis gerebat, unde hoc nomen remansit ducibus. Quid
in Fastis.

Ille quidem e fœno (federat reuerentia fœno,

Quantum nunc aquilas cernis habere tnas)

Pertica suspensos portabat longa maniplos,

Vnde manipularis nomina miles habet.

Aaaa* 3

LAXOS

LAXOS ARCVS) non intentos, sed iam solutos.

VOLVITVR AD MVR. CALIG. TVRBID.) Sic paulò post, *fumantes puluere campos*. Quum nihil adhuc è muris expectantiù subiiceretur aspectibus, impediēte pulueris nube, tamen aperta coniectura res aduersæ credebatur: quando caligo densissima omnes in fugâ verfos præcedebat ad patriam. Matres interea, quæ suâ, suorumque intellexerant cladem, fæmineis vocibus, hoc est, valde tristibus, & immodestis cælum pulsabāt. Donatus.

CLAMOREM AD CÆLI SID. TOLLVNT) Ali-
bi, *Tollitur in cælum clamor. Ferit aurea sidera clamor.*

QVI CVRSV PORTAS PRIMI) Quanta clades illo tempore, atque illo loco infelices oppressit? ut liberati congressionibus campi, in portis, in patria, inter parietes suos, quibus tum defendi debuerant, interierant. Miserum spectaculum, ciues cædi à ciuibus suis, & prohiberi sinu patriæ, cum tam graue discrimen ingrueret. Donatus.

APERIRE VIAM) dare aditum.

EXCLUSI ANTE OCVLOS) Exclusi ab ingressu portarum plurimi, ante plangentium oculos parentum altas præcipitantur in fossas, & per ingentem metum ipsi sibi quærebant exitium, quod declinare nitebantur. Cæca pars (quæ non viderat clausas portas, & aliorum in ipsis portis exitium) more arietum irruebat. Donatus.

A. ARGENTE RVINA) Multitudine cadentium impellente.

ARIET. IN PORT.) In portas irruit, tanquam aries bellica machina. * *Proverbialis est sententia apud Tertullianum libr. de resurrectione carnis, Ariet in nos temperatur, quo quassatur caro, pro eo, quod est, Validum argumentum nobis obijciunt. Vt autem quassare Tertullian. ita Virgil. alio loco pulsare dixit: pulsabant arietem muros. Cic. 1. Off. etiam si aries murum percussisset. Plautus agendi significatione dixit in Trucul. Quis cā protervæ nostras ædes arietat?*

DE MYRIS SYMMO CERT. MATRES) Amor patriæ mulieres quanquam trepidas, tamen sexus sui faciebat obliuisci, & tela iacere in subeuntem hostem, ac mori velle. Exemplum Camillæ audacioris reddebat, quæ cum in aliena causa cecidisset, iustum videbatur, ut ipsæ in sua causa, & pro patria sua non dubitarent se morti etiam offerre.

Mulieres aliquando, uti viros, arma in hostē corripuisse, & pro patria dimicasse legimus. Cum Cleomenes Spartiatarum rex interfecto Argiuorum exercitu ad Argos urbem capiendam accederet, Telephilla poetria fæminas ad arma sumenda concitavit: quæ in muris, & propugnaculis stantes, Cleomenem repulerunt. Polyænus lib. 8. Achimelech, ut scribitur lib. Iudicū cap. 9. oppidum Thebes oppugnabat: ubi è turri, ad quam simul viri, ac mulieres confugerant, una mulier fragmen molæ desuper iaciens, caput eius contriuit.

PRÆCIPITES) festinæ, aut in mortem ruentes.

Interea Turnum in sylvis sæuissimus implet
Nuntius, & iuueni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam:
Ingruere infensos hostes, & Marte secundo
900 Omnia corripuisse: metum iam ad mænia ferri.
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campumq; tenebat,
Cum pater Æneas saltus ingressus apertos,
905 Exuperatq; iugum, sylvaq; euadit opaca.
Sicambo ad muros rapidi, totoq; feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
At simul Æneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiaq; agmina vidit:
910 Et sæuum Ænean agnouit Turnus in armis,
Aduentumq; pedum, flatusq; audiuit equorum:
Continuoq; incant pugnas, & prælia tentent,
NI ROSEVS FESSOS IAM GVRGITE PHOEBVS IBERO
TINGAT EQVOS, NOCTEMQVE DIE LABENTE REDVCAT.
920 Confidunt castris ante urbem, & mœnia vallant.

TURN. IN SYLVIS) ubi ad insidias faciendas latebat. Cgerant, non erant omnes deleri. Sed vim exprimit nuntij, cuius mos est, plus quam habet veritas, nuntiare.

INGENTEM TVMVLTVM) Tumultum interpretatur Cic. in Phipp. timorem multum. Probè igitur hoc verbo isto loco vsus est poeta: nā reuera timor multus, id est, multi timoris causa Turno ab Acca afferebatur, ut patet.

DELETAS VOLSCOR. ACIES) Volsci tantum fu-

CECIDISSE CAMILLAM) Erigenda pronuntiatio est in Camillæ nomine: illic est enim maior Turni desperatio, quod Camillæ auxilium perdidit. Hactenus Seruius, & Donatus.

MARTE SECVNDO OM. CORRIPVISSE) Lib. 10. tumidusq; secundo Martem. Tibull. eleg. 10. lib. 1.

Star.

Sternit, & aduersos Marte fauente duces. Contrarium, A
aduerso Marte. lib. 12. Turnus ut infractus aduerso Mar-
Latinos. Ouid. 1. Fast. Marte sub aduerso tristitia damna
tulit.

SÆVA IOVIS SIC NUM. POSCUNT) Homer. Iliad.
1. διδὲ δ' ἐταλαίετο βυλῆ: duplici ratione Turnum insidias
reliquisse commemorat, dolore nimio, & numinis
voluntate. Seruius.

SALTUS APERTOS) vacantes insidiis.

SIC AMBO AD MVROS RAPIDI) Turnus de-
fendendi, Æneas propugnandi gratia ad urbem fere-
batur. Non longis spatiis cum inter se distarent, cupi-
ebant summo statim prælio decertare, ni aduentus no-
ëtis, consilium impedisset.

FVMANTES PVLVERE CAMPOS) Excitatum pulue-
rem, & altè surgentem in bello, esse exercitus' appro-
pinquntis certum nuntium, docuimus lib. 9. His su-
bitam nigro glomerari puluere nubem. Sic & lib. 12.

— & sauu, campis magis, ac magis horror
Crebrescēt: propinquū malum est: iam puluere ca-
lum.

Stare vident: subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt.

ET SÆVVM ÆNEAM) Sæuus est fortis, vt Æ-
neid. 1. Saui ubi Æacida telo iacet Hector. Et lib. 12.
Nec minus Æneas maternis sauius in armis.

ADVENTVMQVE PED. FLAT. AVDIVIT R-
QVOR.) Ennius Thyeste, Sed sonitus aures meas pedū
pulsu increpat. Lucret. lib. 2. subterqñe virūm vi Exci-
tur pedibus sonitus.

CONTINVOQVE INEANT RVGNAS) Pugnavocata,
ed quod initid vsus fuisset in bello pugnīs contendere,
sine ferro. Isid. lib. 18. cap. 1.

NI ROSEVS FESS. IAM CVRGITE PHOE-
BVS IBERO) Silles lib. 13. ad hanc amussim direxit
suos.

Acrius hoc instant Itali, clausosq, fasigant.
Et ni caca sinu terras nox conderet atro,
Præfractæ rabido patuissent milite porta.

Lucan. lib. 4.

Pugna fuit non longa quidem, nam condidit atra
Nox lucem dubiam, pacemq, habuere tenebra.

Genus loquendi Sallustij, & T. Liuij, aliorumque histo-
ricorum est, nox prælium diremit: quo antè vsus fue-
rat Ennius, bellum Aequis de manibus nox intempesta di-
remit.

MOENIA VALLANT) Tam de Rutulis, siue Lati-
nis, quam de Troianis accipiendum. Id est, tum ij, qui
tuentur, tum qui obsident illa. Oppugnatio est quædā
subita, quædam diuturna, quando circumvallantur vr-
bes. De circumvallatione Lipsius Poliorcet. lib. 2. dial.
1. ab initio.





SYMBOLARVM
IN P. VIRGILIVM MA-
RONEM LIBER XVII.

Ad duodecimum Aeneidos.

SYNOPSIS.



Bligarat fidem suam lib. 11. Turnus, se, si è repub. futurum censere-
tur, singulari certamine cum Ænea depugnaturum. Istuc ipsum promif-
sum, quoniam ab vniuerso exercitu oculis omnium in se vnum conie-
ctis, animisq; propter vires altero iam, & eo infelici admodum prælio
magnopere debilitatas, atq; fractas, ad extremam desperationem pro-
pendentibus efflagitari videt, indomita quadam ira perbacchatur, leo-
nem impatientia, ac dolore vulneris à venatore illati sauientē imita-
tus. Latinum compellat, nihil se moræ facturum testificatur. Latinis
(quos vt imbelles, & ignauos contemnit) spectantibus, pacto sedere duellum initurum utiq; mo-
dò Troianis eadem, quæ prius, stet sententia: & impositurum finem bello, siue hostem ipse peri-
mat, siue ab hoste perimatur. Latinus graui, & prudenti oratione parum prouidum, & exultā-
tem audacia iuuenem detorquere ab incepto molitur. Habere ipsum paternum regnum, habere di-
uitias: posse beatum viuere: se quoque pecuniariis adiumentis ei non defuturum. Reperiri per Ita-
liam virgines plurimas, generis nobilitate præstabiles: in tanto harum numero facile consortem
thalami, si libeat, inuenturum. Quò minus ei Lauiniam suam committat, oracula impedire: qui-
bus tamen posthabitis, amore ipsius, coniugisq; Amata lacrymis, & obtestationibus expugnatus,
suscepta cuiusdam impietatis macula, armis Æneam violarit. Quod quidem peccatum, quantis
cogatur pœnis expiare, latere neminem. Occurrit ita Turnus, vt sibi gloriam vita potio-
rem, ma-
gnamque in dextera spem repositam confiteatur. Nec verò Regina, quanquam largiter flens, &
precibus hominem onerans, eum abducere ab insania potest. Collachrymatur & Lauinia: cuius
ab intuitu tanquam telo percussus, maiore pro ea pugnandi, illiusq; adipiscendæ desiderio exarde-
scit. Expeditur in castra Troianorum nuntius, qui Æneæ in matutinum tempus *μνομαχίας*
indicat. Equi producuntur, ita Turno volente, quorum insigni specie ac fremitu delectatur. Ar-
ma induit, correptam hastam alloquitur, eam, cum Æneæ desplicatu victoriam poscit. Tauro ira-
to, & cornibus ventilanti similis perhibetur. Æneas occasione tandem belli componendi oblata
factus letior, paratum se fore spondet, concipi leges postulat, in quas fœdus sancitur. Jam
diluxerat, cum ab vtrisque, Rutulis, & Troianis spatium certamini, ara fœderi constitu-
untur. Vterque exercitus ad pugnam instructissimus procedit. Ad spectaculum ab oppida-
nis mœnia, portarum pinnae, tecta ipsa occupantur. Tum Juno Turnum miserata, futur-
nam sororem eius, suum ei beneficium in memoriam redigens, ad fratrem quacunque ratio-
ne præsentis periculo eripiendum impellit. Dolor nymphæ nacrymas excutit: ancipiti cogitatione
distr-

distracta videlicet, & quid ageret, nescienti. Egrediuntur, ex vrbe cum Latino Turnus, è castris cum Ænea Ascanius: sollemni carimonia fœdus feritur. precatur deos Æneas, ac fœderis conditiones proponit. Latinus rem iureiurando ratam facit. Rutuli duces hosce duos conferentes, longèque imparem congressum fore iudicantes, in aliam sententiam abeunt, pro pace, & otio bellum optant denuo, & quem nuperrimè execrabantur, ut malorum caput, huius nunc misericordia capiuntur. Futurna tempore seruiens, sub imagine Camertis ad disturbandum fœdus Rutulorum mentes inflamat: indignum videri dictitans, vnum pro vniuersis vocari in periculum, cum & numero, & viribus Troianos relinquunt. Ancipites prodigio aquilæ, cygnum sublimè rapientis, fœloque globo auium se insequentium, ac prædam repetentium rapinam dimittentis confirmat. Tolumnius augur monstrum interpretatus, hastam primus vibrat, vni de nouem fratribus, Gylyppi filius animam aufert. Illi fratrem parant vlisci, crudescit pugna: hic illum, iste alium obtruncat. Reuocat suos Æneas, sibi soli decertandum asserens: incerto auctore sagitta in crure vulneratur, obligandique vulneris in castra regreditur. Turno letitia oboritur, sumit maiores spiritus, violentiusque, tanquam si sit alter Mars, in cadibus grassatur. Nominatim ab eo trucidati recensentur. Iterum cum vento turbido confertur. Perduxerant iam sui in castra Æneam: cui ut viro forti, suorumque seruandorum percupido, nimis longum videri, dum rediret in aciem: telum excindi cupere, quod Japex vulnerarius frustra tentabat extrahere. Mater Venus vicem filij dolens, occultè herba dictamno aquam inficit: qua dum fouetur vulnus, sponte sagitta excidit: vires redintegrantur: arma illi à medico deposcuntur: omnes gaudio complentur, diuinitus fœtam medicinam opinantes. Æneas totus est in pugna. Indutus armis complectitur, osculaturque adolescentem filium, ad sui, maiorumque imitationem hortatur: castris vnà cum ducibus, & quotquot eò imperatorem saucium visuri confluxerant, excedit. Turnus, Latini, Futurna hoc viso percelluntur. Ducit raptim in hostem, ac neminem nisi Turnum appetit. hunc sibi vnum, cū quo congrediatur, optat contingere. Quod Futurna sentiens, excusso auriga Metisco, ipsa eius formam simulans aurigatur, fratremque huc illuc raptans, discrimini subducere laborat. Messapus cristas Aeneæ cū iaculo decussisset, iracundia, pro eo ac debuit, elatus ille, testatusque prius Iouem, se cogi in fœdis fragos irruere, stragem maximam indiscriminatim edit. Conuertuntur in se tota agmina, & suo quisque corpori tutelam gerit quantum potest, seseque acerrimè defensat. Venus filio vrbis inuadendæ consilium immittit: quæ adhuc in pace manebat, & capta victoriam conficere poterat. Vocatis ad concionem militibus, mentem suam explicat. Magnis statim, erectisque animis ad oppidum contendunt, scalas apponunt, tela, & faces iniiciunt. Protenso dextra deos testes facit Æneas, se iterum ad bellum esse compulsum. Dissensio tenet ciues, dum alij portis apertis hostem accipiendum, alij ad extremum usque halitum resistendum decernunt. Regina ad muros adesse Troianum audiens, tecta ardere conspiciens, nullum subuenire auxilium cognoscens, Turnum quoque ipsum iam interijisse suspicans, ita grauiter culpæ conscientia, laqueo se prefocat. Luctus incessit omnes, filiam in primis. Rex discissa veste, caput conspersus cinere, publicis, priuatisque casibus stupefactus incedit, & semet inconstantie suæ accusat. Urbanorum clamorem ingentem accipit auribus Turnus: sed eum ab oppido Futurna auertit. Ipse cum Aenea configere statuit, seque, ut in re desperata, inferis deuouet. Sages de periculo vrbis, reginaque informi, & infami letho nuntium Turno perfert: quo vehementer commotus, ad oppidum per medios hostes, manus cum Aenea confertum penetrat. Omnes hosce duos mirari, congregientesque aspectare insatiabiliter. Jupiter amborum fata examinat. Gladius Turni, inflictus nimirum in arma Aeneæ Vulcania, diffringitur. Fugit. Æneas, quanquam ex vulnere claudicans, fugientem insequitur. Flagitanti Turno soror paternum ensē, opus ipsum quoque Vulcanium tradit. Indignata Venus, vicissim hastam filij, in trunco oleastri precibus Turni hærentem euellit. Junonem hortatur Jupiter, ut aliquando Troianos persequi, & cladibus mactare desinat. Illa se de fœdere turbato purgat: vnum vicissim orat, ut vbi in potestatem Troianorum

norum venerit Falia, ne Latini in illorum, sed illi potius in horum nomen, linguam, mores & instituta concedant. Annuit Jupiter, sacra tantum excipit, de Romanorum potentia adiungit. Sequitur de Dis, quarum una in figura alitis mittitur, qua Turnum circumuolans, exitium illi portendit. Id ipsum haud ignorans futura, fratrem gemit, & se immortalam immortaliter dolituram significat. Insultat hosti Aeneas: is autem se à diis magis, quam ab eo victum iri pronuntians, molare saxum, iactu irritum in illum, amens, & impos animi contorquet. In femore ab Aenea vulnus accipit, quo ad terram corruens, victori supplicat. Et impetrasset vitam, nisi balteus Pallantis, quem gerebat, totam rem corrupisset. Eo enim conspecto, renouatus est animi dolor, quem ex fidelissimi, charissimi quæ, addo etiam, ex strenuissimi iuuenis, ab eodem Turno nuper interfecti morte conceperat. Ergo ut Pallantem vindicet, Turnum vita expellit, id quod Euandro in optatissimis fuit, ut proximo superiore libro scriptum legebamur.

EXPLANATIONES.



- Vrnuſ vt infractos aduerſo Marte Latinos
Defeciſſe videt, ſua nunc promiſſa repoſci,
SE SIGNARI OCVLIS, vltro implacabilis ardet,
Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruiſ
5 Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo, gaudetq; comantes
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis
Impatidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud ſecus accenſo gliſcit violentia Turno.
10 Tum ſic aſſatur Regem, atq; ita turbidus inſit.
NULLA MORA IN TURNO, nihil eſt quod dicta retractent
Ignauī Aeneadæ, nec quæ pepigere, reſuſent.
Congredior: fer ſacra pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextra ſub tartara mittam,
15 Deſertorem Aſiæ (ſedeant, ſpectentq; Latini)
Et ſolus ferro crimen commune reſellam:
Aut habeat victos, cedat Lauinia coniux.

TURNVS VT INFRACTOS) Latini (quò nomine accipiendi ſunt omnes, qui ſub Turno militabant) qui huc vſq; ſemper infracti fuiſſent, inuicti, indomiti (ſed græcum ἀπύκτος expreſſit) cū fuiſſent bello alacres, & ſtrenui, iam altero aduerſo prælio fatigati, conſternatiq; dabant quodammodo in manus hoſti victoriam, (nam vt ſcitè Thucydides lib. 1. homines non eodem ardore mouent bella, & gerunt: ſed aduerſis caſibus languſcunt) animis quæ, & oculis in Turnū conuerſis, tacitè fidem eius teſtabantur, & promiſſa requirebant: quippe qui dixerat, vt eſt lib. 11.

*Quod ſi me ſolum Tæncrī in certamina poſcunt,
Idq; placeat, tantumq; bonis communibus obſto:
Non adeo hæc exoſa præuiſa victoria fugit,
Vt tanta quidquam pro ſpe tentare recuſem.
Ibo animis contra, vel magnum præſtet Achilleū,
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma, &c.*

Infractos exponitur à Donato in Eunuch. Terentij valde fractos. Nam, in præpoſitio nunc auget, nunc minuit verborum ſignificatum: tamen ſi maior in priore ſenſus ſit, vt vult Seruius. Cicero 3. Tuſcul. in-

A fractio torporem ſignificat, in quem cadit agilitas.

* Apud Linum lib. 2. minuit. quibus nihil infractum ſerox Appj animus. Aug. lib. 7. de Capuanis. Commoti patres ſic fortunati humanarum, ſiſſe præpotens opibus populus luxuria, ſuperbiæq; clarus, à quo paulo ante auxilium ſiniſſimi petiſſent, adeo infractos gereret animos, ſi ſe ipſe, ſuaq; omnia poteſtatis aliena ſaceret. Minus in illo Cicero ad Quir. poſt red. cum tamen ſidi (C. Mariū) cum eſſet ſumma ſenſu, non modo non infractio animo, propter magnitudinem calamitatis, ſed confirmatio, atque reſonatio.

SE SIGNARI OCVLIS) Notat, & deſignat oculis ad eandem vnumquemq; noſtrum, ait de Catilin. M. T. Orat. 1. Vultus omnium in Turnum, tanquā in aliquod ſignum conuerſi erant, propter cauſam antè dictam. Et aſpectus illi, vim ſagitationis habebant. Infra Sages nū-
Btius ad Turnum, in te ora Latini, In te oculos reſerunt.

VLTRO IMPLACABILIS ARD.) Vltro ardere, & attollere ipſum animos dicit, priuſquam vocibus id ab eo poſtularetur, & tanquam ſponte ſua, minime quæ coactum. Debit enim vltro velle, inquit Donatus, quod reſuſare non poterat: debuit inuitus, quod abnudentibus cunctis, ad ipſius periculum fuerat rediturum.

ATTOL.

ATTOLLITQUE ANIMOS) Vox animi, numero plurium capitur pro spiritibus, pro elato quodam animo, pro audacia, confidentia, superbia in malā partē plerūq;. Vnde dicitur res aliqua nobis animos addere, facere, quæ ad audendū impellit. Plaut. Truc. *Postquam filium peperit, animos sustulit*. Et Epid. *Nunc ego meos animos violentos, meamq; iram ex pectore iam promam*. Cic. pro Flacco. remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam.

POENORVM QVALIS IN ARVIS, &c.) Comparatio expressa est ex Homero Iliad. υ. *πηλείδης δ' ἰτέρω-δαι ἰσχυρίων ὄρετο λῶν ὄν*. Virgilium intuebatur Seneca in Oedipo, ita scribens.

*Qualis per arua Libycus insanit leo,
Fulvum minaci fronte concutiens inbham,
Vultus furore toruus, atq; oculi truces,
Gemitus, & altum murmur, & gelidus fluit
Sudor per artus, spumat, & voluit minas, &c.*

Lucanus quoq; cum Cæsarem Rubiconem transgressum, his verbis cum leone conferret.

*— sicut squalentibus aruis
Aestifera Libyæ viso leo cominus hoste,
Subsedit dubius, totam dum colligit iram:
(Mox ubi se sena stimulanis verbere cande,
Erexitq; inbas, vasto & grane murmur hiasu
Infremuit, tum torta lenis si lancea Mauri
Hereat, aut latum subeunt venabula pectus,
Per ferrum tanti securus vulneris exit.*

Pœnorum, hoc est Afrorum, quorum regionibus leones magni nascuntur. Et rectè leoni comparatur rex: habet enim ille inter omnes feras maximum principatum, ut habebat inter suos Turnus: sed comparatur vulneratæ bestię, & infixio venabulo, frustra læuienti. Sic enim defectu omnium, quasi lethali plaga percussus fuerat Turnus, eò magis ardescens, quia nec effugere præsens periculum poterat: nec inuidiam concitatæ seditionis aliqua vltione defendere. Donat. ** De ira leonum, eiuſq; causſa physica, politissimos Lucetij versus atteximus, è lib. 3.*

Sed calidi plus est ollis, quibus acria corda,
Iracundaq; mens facillè effervescent in ira:
Quo genere inprimis vis est violenta leonum:
Pectora qui fremitu rumpunt plerumq; gementes:
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.

Quam teter, ac rabidus affectus sit ira, ex eius elegantissima descriptione, seu ex iratorum, ac furentium tum hominum, tum animalium hypotyposi perspicere datur. Ea est apud Senecam lib. 1. de Ira, cap. 1. Vt autem scias, non esse sanos, quos ira possedit, ipsum illorum habitum intueri. Nam ut furentium certa indicia sunt, audax, & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color verſus, crebra & vehementius acta suspiria: ita irascentium eadem signa sunt. Flagrans, & micant oculi, multus ore toto rubor, exstiuante ab imis præcordiis sanguine, labia quatuntur, dentes comprimuntur, horrent, ac subriguntur capilli, spiritus coactus, ac stridens, articulorum seiplos torquentium sonus, gemitus, mugitusq;, & parum explanatis vocibus sermo præruptus, & comploræ sæpius manus, & pulsata humus pedibus, & concitatum corpus, magnasque minas agens, fœda visu, & horrenda facies deprauantium se, atque intumescientium. Nescias vitrum magis detestabile vitium sit, an deformè. Cætera licet abscondere, & in abdito alere. Ira se profert, & in faciem exit: quātque maior est, hoc effervescent manifestius. Nam vides ut omnium animalium, simul ad nocendum surrexerunt, procurrant notæ, ac tota corpora solitum, quietumq; egrediantur habitū, & feritatem suam exasperent. Spumant apri ora, dentes acuuntur attritu, taurorum cornua iactantur in vacuum, & arena pulsu pedum spargitur, leones fremunt, insistant iratis colla serpentibus, rabidorum canum tristis aspectus est. Nullum est animal tam horrendum, tamque perniciosum naturā, ut non appareat

in illo, ubi ira inuasit, noua feritatis accessio. Nec ignoro, cæteros affectus vix occultari, libidinem, metumq;, & audaciam dare signa sui, & posse prænosci. Neque enim vlla vehementior intra cogitatio est, quæ nihil moueat in vultu. Quid ergo interest? quod alij affectus apparent, hic eminet. Rursus iram depingit graphicè lib. 2. cap. 35. Denique libr. 3. cap. 3. sic ait. Vt de cæteris dubium sit, nulli certè affectui peior est vultus, quem in prioribus libris descripsimus acrem, & asperum, & nunc subito retrorsum sanguine fugato pallentem, nunc in os omni colore, ac spiritu verſo subrubicundum, & similem cruento, venis tumentibus, oculis nunc trepidis, & exilientibus, nunc in vno obtutu defixis, & hærentibus.

Parum facit Virgilius, qui immodestissimè irascentem, & impatientissimè furem Turnum cum irato leone contendit: melius utique D. Georg. Nyssenus, qui talem hominem cum energumeno, seu demoniaco audet comparare, habitumque furem irati, ex eius caussis, illa sua, qua plurimum valuit eloquentia, ante oculos statuit. Lib. igitur de 8. Beatitudinibus, ita est. *Quis affectus, & vitia ira dignè exposuerit? qua oratio turpitudinem huiusmodi morbi describet? Vides eorum, qui a demone vexantur, affectus in iis, qui ab ira victi sunt apparere. Reputa ad inuicem comparata, tum quæ iratis, tum qua a demone correptis accidunt, atq; contingunt, ecquā sit in iis differentia. Sanguine diffusi, ac distorti eorum, qui a demone torquentur, oculi sunt, lingua præceps, aspera loquela, acuta, ac lustrantissimilis vox. Communia hæc tum ira, tum demoni, quassatio capitis, manuum stolidi motus, concussio, & quasi æstus corporis totius, pedes instabiles: una utriusque morbi per eiusmodi accidentia descriptio est: tantum, dumtaxat alterum ab altera variat, quod vnum quidem voluntarium malum est, alterum non est. A demon quidem torquens obnoxij corpus, ulterius malum, nō extendit, quam ut in aërem frustra furens manus difficiat: iracundia verò demon non irritos corporis efficit motus. Quum enim perturbatio præualuerit, & sanguis circa, non supra modum efferverit, nigra bili, ut aiunt, ex iracunda affectione per totum corpus diffusa: tunc præ coarctatione vaporum interiorum, omnia sensuum vasa circa caput in angustum rediguntur. Oculi quidem ultra palpebrarum limites protruduntur, sanguineo quodam, ac draconico obtutu in id, quod offensis, intenti: viscera autem anhelitu ardeant, atq; premuntur: intumescunt in collo vena: lingua efficitur crassa: vox in angustum redacta arteria, sponte redditur acuta: labia suffusione frigida illius bilis quasi con crescent, & congelantur, obnigrescent, atque torpescunt ad naturalem distinctionem, atque conclusionem, ut ne salinam quidem in ore redundantem continere possint: sed una cum verbis emittant, coacto sano simul spumam expuente. Tum igitur & manus, & pedes itidem præ morbo moueri, videre licet. Mouentur autem hæc membra non iam amplius frustra, ut fit in energumenis: sed in perniciem aliorum. Protinus enim aduersus sensoria sētibz opportuna, se inuicem pulsantium impetus feruntur. Quod si forte os in conspectu corpori appropinquarit, ne dentes quidem otiosi manent, sed fera in modum ijs, qua inuasent inhaerescunt.*

SAVCIVS ILLE GRAVI) Tantum ad ornatum inferitur prouocabulum ille. Quidam *ἰξοχῖν* putant significare, cum præsertim meminerit Africæ, ubi leones generosiores quam alibi. Quasi dictum sit, ille Africanus, ille generosissimus, ille generosissimus leo, & iniuriæ vulnerumq; impalcutissimus.

Bbbb* 2

VENAN

VENANTVM VVLNERE) *Venans, & venator* inter-Adum promiscuè vsurpantur, vt piscās, & piscator, & similia. Alioqui potest quispiam esse venator, qui non venetur, piscator qui non piscetur. Illis enim vocibus indicatur habirus, istis actus. Gratius de venatione. *Donacano diuim, lasas venantibus artes.* Rursum. *Aptag, venanti Gratius arma daret.* Prudent. apotheosi. *Manus latronum, qui viantes obsident.* Et Hamartigenia. *Non aliter quam cum incantum spoliare viantem Fortē latro aggressus.* Sic Horatius spectantes dixit, pro spectatoribus, ad Pifones: *Si curat cor spectantis tetigisse querela.* Rob. Titius contra Villiomarum.

TVM DEMVM MOVET ARMA) Habet & clementiz hieroglyphicum leo, dum ipse incolumis, seu illatus cum homine substrato pingitur. Quoniam infestissime sollicitatus ab homine, dummodo sit intactus, non vnguibus eum lacerat, nec vlla iniuria afficit: sed quatit solum: atque vbi sic perterritus, dimittit: quod ita Ouid. scribit. *Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.* Pierius lib. 1.

GAUDET QVE) Cum dicat mox, saucium excutere ceruice toros, & in telum venatoris iratum sauire, quomodo gaudere potius, quam dolere dicendus erat? irasci quidem eum aperte fatetur, *fremis ore cruento.* An habitum audentis intuebatur, cui similis irascentium, ac furentium? An ea ipsa leonis ira non est sine voluptate, & gaudio? Irasci enim non contingit sine dulcedine aliqua, præsertim cum est hostem vlciscendi occasio. Proruli coniecturam meam: aliud alij videatur sanè.

COMANTES EXCVTIENS CERVICE TOROS) Cybele apud Catullum Galliambo, leonem alloquens.

*Agè, cede terga cauda, tua verbera patere,
Face cuncta mugienti fremitu loca retonent,
Rutilam ferox torosa ceruice quate inbam.*

Rectè toros comantes, vt generosum leonem significaret. Nam vt in hominibus qui sunt crispo capillo, pusilliani, aut leues: sic in leonibus crisperum animosi censentur. Tori autem sunt partes corporis musculosæ, seu pulpæ carnis, in quibus inest robur, & vis. D. Cic. 2. Tuscul. in lamentatione Herculis ardentis in tunica, Centauri sanguine tincta. *Ope tora, o terga, o laceratorum tori.* Inde torosus. Ouid. *colla torosa bovum.*

LATRON. FRANG. TELVM) Latro hic venatorem denotat. Quod vt liquidius perspiciatur, adscribemus magnam partem cap. 17. lib. 16. ex P. Victorio, in quo de hac voce differitur. Latrones non solum appellatos à veteribus, qui in prætereuntes impetum facerent, verum etiã custodes corporis, ac milites mercede conductos, & antiqui Grammatici testantur, & exemplis pluribus Plauti percipitur. Cum enim in Milite glorioso illum ipsum cum parasito sic induxit loquentem:

*Videtur tempus esse, ut eamus ad forum,
Vt in tabellis, quas consignavi hic heri,
Latronibus ego denumerem stipendium.
Nam rex Seleucus me opere oravit maximo,
Vt sibi latrones coogerem, & conscriberem,*

manifestò hoc intellexit. Varro autem lib. 6. de ling. lat. versu Plauti citato, vim huius verbi interpretatur, ac plures eius rationes affert: inquit enim Plautus in Cornicularia (quæ fabula periit.) *Qui regi latrocinatus decem annis Demetrio.* Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea à stipatione stipatores appellarunt. Et qui con-

dacebantur: ea enim merces græcè dicitur *λάτρων*. Ab eo veteres poetæ nonnunquam milites appellabant latrones. Aut quod latent ad insidias faciendas. Sex quoque Pompeius, latrones, inquit, eos dicebant antiqui, qui conducti militabant, *ἀπὸ τῆς λατρείας*. Nunc viarum obsessores dicuntur, quod à latere adoriuntur: vel quod insidiantur latenter.

Apud Nonium ita legitur. Latrocinari, militare mercede. Plautus Cornicularia, *Latrocinatus annus decem mercedem.* In Tiberio. *Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.* Ennius, *Fortunas, quas capere latrones interfere.*

Locum Maronis de leone imitatus est Lucanus, lib. 1. vt German. observauit.

*Mox ubi se sana stimulanis verbera cauda,
Erexitq, inbas, vasto & grane murmur hians
Infremuit, tum torna leuis si lancea Mauri
Hareat, aut latum subeant venabula pectus,
Per ferrum tanti securus vulneris exit.*

Et lib. 6. de vrsa.

*Pannonis haud aliter post ictum senior vrsa,
Cum iaculum parua Libys amentanit habema,
Se rotat in vulnus, telumq, irata receptum,
Impetit, & secum fugientem circuit hostem.*

GLISCIT VIOLENTIA) Gliscere est crescere, & ita Festus, Nonius. Turpil. *Cum te saturum video, vt volui, gliscogaudio.* Pacuvius, Periboea. *Sed nescio quidnam est, animus horrescit, gliscit gaudium.* Salust. glisciente vento. Plautus. *gliscit praelium.* Cic. in Hortensio. gliscunt voluptates, & ignis oleo. Lucret. lib. 1. *Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens.* Lib. 3. *Nant oculi, clamor, singultus, inurgia gliscunt.* Lib. 4. *Inq, dies gliscit furor, atque erumna grauescit.* Lib. 5. *Cum metus aut dolor est, & cum iam gaudia gliscunt.* Columella lib. 2. cap. 1. Quod etiam in faba, cæterisque leguminibus, quibus terra gliscere videtur, verisimile est accidere. Et alibi de gallinis faciendis. Prima luna saginari cœpta, vicesima pergliscit.

A gliscendo Seruius vult dictos glires, quos pingues efficit somnus, qui crescunt, & saginantur somno. Martial. lib. 13.

*Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.*

Glisceras mentes dicebāt antiqui opimas, & lautas, quasi gliscientes per instructionem epularum.

TURBIDVS INFIT) turbidus regem alloquitur: turbauerat autem illum ira paulò ante descripta. Nullam amplius in se moram futuram spondet: nihil esse, quod Troiani (quos per contemptum ignavos nominat) in consultationem reuocent dicta sua, quando Æneas significauit respondens Legatis libro superiori, Turno potius soli dimicandum secum fuisse, nec tam multos morti obiciendos. Congressurum se utiq; singulari certamine, si prius per Latinum sacrum fœdus fiat, quomodo in 3. Iliad. Paride cum Menelao depugnatur. Sub tartara missurum Asiæ desertorem, atque ira dedecus fugæ communis sese aboliturum, illis interim sedentibus, & spectantibus. Quibus verbis indicat coactum se potius, quam voluntate propria discrimen subiturum, dum latenter eos arguit ignauiz, qui se solum dimicare patiantur. Quod si vincatur, saltē finem bello fore, & Latinum, qui generum habere dignum noluerit, indignum habiturum.

NVLLA MORA IN TVRNO) Terent. And. *Sin enu-
niat quod cupio, ut in Pamphilo nihil sit mora.* Plaut. Sti-
cho. *mora non erit apud me.*

NIHIL EST QVOD DICTA RETRACT. NEC QVÆ
PEPIG.) Quænam dicta? aut vbi dixerunt Troiani, vbi,
quando pepigerunt? monachiam istam scilicet: nam ad
quid aliud pertineat verbum hoc, non video. Fortasse
respondendum, cum cognovisse, quid Æneas legatis
inducias petentibus ad suorum corpora sepelienda re-
sponderit. Immo Drances se relaturum dicit. Sic autē
Æneas inter alia.

*Æquius huic Turno fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis:
Vixit cui vitam deus, aut sua dextra dedisset.*

Hoc igitur pro pacto accipit. Turnus, voluntatem ni-
mirum Æneæ secum singulari certamine congregien-
di, in quam utique Troiani consentiebant.

SVB TART. MITTAM) tartareas ad vmbas, ad tartara,
ad Acherontem mittere, demittere neci, morti, orco,
ad orcum, sub styga sternere morti, hæc & similia poe-
tarum sunt, cum de cæde loquuntur, & dictionis poeti-
cæ studiosis notanda, atque imitanda diligenter.

DESERTOREM ASIÆ) Tria vitia congeffit in Æne-
am, à genere, à loco, à facto. A genere, quod esset Dar-
danius, quasi origine ignobilis, ac imbellis, quoniam
Dardanus de Ioue, & Electra Iunonis pellice natus. A
loco, quod Asianus, quasi è gente molli, & effæminata:
tales enim Asiatici. A facto, quod desertor regionis suæ,
& proditor patriæ. Exulem vocavit Amata lib. 7. *Exu-
libusne datur ducenda Lauinia Teucris?* Itaque his præ-
missa est excusatio. Et præterea tota æconomia secun-
di, & in 4. illa,

*Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas,
Urbem Troianam primum, dulcesq; meorum
Reliquias colerem.*

Donat. Seruius.

SEDEANT, SPECTENTQVE LATINI) Sedere non so-
lùm habitu illo corporis manere, ac quiescere valet: sed
etiam negligenter, pigrè se gerere in aliquo negotio. Ut
cum Cic. in Pisonem inquit. An potest vlla esse excusa-
tio, non dicam malè sentienti, sed sedenti, sed cunctan-

Ati, dormienti in maximo reip. motu Consuli? Id tamen
ille, ut apparet, non vno hoc tantùm verbo significauit,
sed præterea duobus, ut eadem pæne vis sit trium ver-
borum, quibus vsus est in accusanda Pisonis inertia. De-
mosth. in 1. Philipp. (ut nunc illæ appellantur, nam ve-
teres etiam Olynthiacas in illis numerabant) cum A-
theniensium ignauiam, torporemq; reprehederet, qui
astutam Philippi rationem non attenderet, nec se cingi
vndiq; ab eo præfidiis, & quasi circumvallari viderent,
remediaque tanto malo non adhiberent, inquit. καὶ κύ-
κλω παρταχὺ μύλλοντες ἱμάς, καὶ καὶ ἀνέμους πρὸς ἑσθλὴν ἔχεται.
Sophocles quoq; suo verbo eodem pacto vsus est, cum
inquit, χαρσόμεν, ἐγκοσόμεν, ἕχιδας ἐργον. Vide Victor.
lib. 16. cap. 20.

Sedere, est remisso esse animo, atque otiosè age-
re, quo non semel est vsus Cicero. Ut pro Sexto Roscio.
Cum iam proscriptionis metio nulla fieret, cum etiam
ij, qui antea proscripti erant, sederent, nomen refertur
in tabulas Sexti Roscij. Hic sedere, est secure agere, ac
nihil metuere. Virg. quoque 3. Georg. & meliora deos
sedet omina poscens. Horat. epist. ad Scævam, *Sedit, qui
timuit, ne non succederet.* Pro eodem dixit in Iulio, de-
sidere, Suetonius: Vastante regiones proximas Michri-
date, ne desidere in discrimine sociorum videretur, ab
Rhodo, quo pertenderat, transiit in Asiam. Vnde de-
ses, & desidia appellata est. Hinc etiam resides animos,
resides vires, resides populos Virg. ut aquam residem
Varro 3. de re rustica, æstuario oppositam. Torrent. in
Iulium Suetonij

SOLVS FERRO CRIM. COMMVNE REFELL.) Com-
mune fugæ, ac timoris dedecus solus pro meis viribus
comprimam. Seruius.

AVT HABEAT VICTOS, CED. LAVIN. CON.) Alter-
rum horum futurum est, ut aut ego vincam illum, & tū
abolebitur dedecus nostrum, quia infracti iam defeci-
mus: aut ipse vincat me, tum in eius potestatem conce-
demus, & Lauinia. pro qua hoc bellum susceptum est,
victori ceder. *Victor* inquit non, *victum*, quoniam in sa-
lute, & incolumitate ducum inclusa est quodammodo
salus, & incolumitas exercitus. Et vetus est, *caso duce fu-
gantur milites.* Germanico Cæsari acclamabatur, *salua
Roma est, quia salua est Germanicus.* Præterea ad fœ-
dus faciendum respicit, cuius conditio erit, ut victum
populus, & exercitus suus sequatur.

OLLI SEDATO RESPONDIT CORDE LATINVS.

O PRÆSTANS ANIMI IUVENIS, quantum ipse feroci

- 20 Virtute exsuperas, tantò me impensius æquum est
Consulere, atq; omnes metuentem expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu: nec non aurumq; animusq; Latino est.
25 Nec genus indecores. SINE ME HÆC HAUD MOLLIA FATV
SVBLATIS APERIRE DOLIS: SIMVL HÆC ANIMO HAVRI.
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat, idq; OMNES DIVIQVE, HOMINESQVE CANEBANT:
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
30 Coniugis & mœstæ lacrymis, vincla omnia rupi:
Promissam eripui genero, atque arma impia lumpsii.
Ex illo, qui me casus, quæ, Turne sequantur

Bbbb* 3

Bella

- Bella vides: quantos primus patiare labores.
 Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur
 35 Spes Italas: recalent nostro Tyberina fluenta
 Sanguine adhuc, campiq; ingentes ossibus al bent.
 Quo referor toties? QVÆ MENTEM INSANIA MUTAT?
 SI, TVRNO EXTINGTO, SOCIOS SVM ACCIRE PARATVS,
 CVR NON INCOLVMI POTIVS CERTAMINA TOLLO?
 40 Quid consanguinei Rutuli, quid cætera dicet
 Italia, ad mortem si te (Fors dicta refutet)
 Prodiderim, natam, & connubia nostra petentem?
 RESPICE RES BELLO VARIAS: MISERERE PARENTIS
 LONGÆVI. quem nunc mœstum patria Ardea longè
 45 Diuidit. Haud quaquam dictis violentia Turni
 Flectitur, EXSVPERAT MAGIS, ÆGRESCITQVC MEDENDO.
 VT PRIMVM FARI POTVIT, SIC INCIPIT ORE.

OLLI SEDATO RESPOND.) Ennius. *Olli respondit* Anat. Consideraret paululum incertos belli exitus: miseretur Dauni longævi patris sui: qui vtrique interempro filio superesse non possit. En quam secunda rerum, tamen si verbis non ita longa oratio. Quà de modo loquendi, *præstans animi*. Trinummo Plaut. *Satin' tu sanus mentis, aut animi tui?* Hellenismus est, cuius alibi, ni fallor, exempla complura produximus. ✽

*Intererit multum, Daunusne loquatur, an heros,
 Maturusne senex, an adhuc florente iuuenta
 Fernidus.*

Ne autè ex abrupto de eius virtute desperare videatur: casum varietatem se timere commemorat. Donatus, Seruius.

SEDATO CORDE) Cor latinis, & xñ; Græcis pro animo sæpius sumuntur. Ennius Annali 13. *quem credidit esse mentem cor*. Lucret. lib. 1. *Percussit thyrsos laudis spes magna mentem cor*. Plaut. Aulul. *mentem cor caput artem facere ludicram*. Hoc autem ex opinione illa, animum esse ipsum cor, sic enim M. Tull. Tusc. 1. Quid sit porro ipse animus, aut vbi, aut vnde, magna dissensio est. At his cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordæque dicuntur: & Nasica ille prudens bis Consul, corculum: &, *Egregie cordatus homo catus* Ælii Sextus. De his qui consilio, ac mente pollebant Lucretius lib. 5. *Ingenio qui præstabant, ac corde vigeant*. Hinc videtur fluxisse illud, quod passim dici solet, Homines corde sapere, splene ridere, felle irasci, & iccore amare. Hieron. Columna in Frag. Ennij.

OPRÆSTANS ANIMI IUVENIS) Prudenti oratione Latinus, singulari certamine Turnum, iuuenem inconsultum, & audacem cum Ænea cupientem congregideterret. Inconsideratè facturum ostendit. Habete eum regnum proprium, & oppida, quibus contentus esse possit, & cum felicitate vivere: nec sibi vel impensam, vel animum ad eum iuvandum deesse. Inveniri præterea summa generis claritudine per Latium, & Laurentem agrum virgines, è quibus illi vxorem liceat deligere, quæ eius animo collibuerit. Debuisset se Launiam suam pro cælestibus responsis Æneæ tanquam externo coniungere: sed amore Turni, & affinitate (nam mater eius Venilia, Amata soror erat) victum, præterea vxoribus lacrymis emollitum rupisse fidem, & armis generum laceffisse. Ad hæc, rem fore insigni probro, si, quem pro genere hætenus amauerit, Turnum ipsum inquam, cum ad pestem rueret voluntariam per negligentiam si-

reretur Dauni longævi patris sui: qui vtrique interempro filio superesse non possit. En quam secunda rerum, tamen si verbis non ita longa oratio. Quà de modo loquendi, *præstans animi*. Trinummo Plaut. *Satin' tu sanus mentis, aut animi tui?* Hellenismus est, cuius alibi, ni fallor, exempla complura produximus. ✽

QUANTVM IPSE FEROCI, & C. TANTO ME IMPENS-
 EQ. EST CONSVL.) Attius Antigona.

*Quanto magis te istiusmodi esse intelligo,
 Tanto, Antigona, magis me par est tibi
 Consulere, & parere.*

Quod minus tu futurum prospicis, ac metuis, iuuenili temeritate præceptus ætus, eò magis me conuenit istuc facere: semper quidem conuenit: sed nunc magis. Non enim est sapientis dicere, *non putaram*: omnia præuisa, & præcauta habere debet. Est & Plauti in Bacchid. similis sermo. *Nam illi æquum est me consulere, qui mea causa Mendacium dixit*. ✽

SVNT TIBI REGNA PAT.) Si propter regnum dimicare disponis, habes paternum: si propter gloriâ, multos virtute superasti: sequitur enim, *sunt oppida capta Multa manu*. Seruius.

AVRVMQVE, ANIM. LATINO EST) Nobiles Grammatici hæsitant in his versibus. Illis enim videtur abs re hic animus, & aurum à Latino ostentari. Itaque comminiscuntur sententiam nullo modò probabilem. Ego puto Latinum dicere, nec sibi Turni affinitate opus esse, nec vicissim Turno Latini: cum vterq; alterius subsidio catere facile possit. Nam siue Turnus opes sibi his nuptiis quærit, satis per se potens est regno Dauni, & oppidis multis bello partis: siue præsidium Latino quærit, & opes, Latinus satis opulentus est, & nobilis etiam absque his nuptiis, ut vterque altero catere commodè, & facile possit. Turneb. lib. 23. cap. 14. * *Sed nobis non displicet expositio, quam quorundem ait esse Seruius. Habes regnum paternum, habes oppida, etiam à me habes aurum, & promptum animum ad danda omnia, præter filiam*.

SVNT ALIÆ INNVPTE) Simile quiddam Homericum illud, Iliad. 3.

Πολλὰ δ' ἄχαϊδες εἰσὶν ἀν' ἡλλάδα τε φθίοντες
 Κῆραι ἀειχάνων, διτὰ πόλινδε γὰρ ῥέοντα.
 Τῶν, ἣν κ' ἐθέλοιμι φίλην ποίησαι ἀπορίν.

Quia regis filiam petis, per Latium multæ sunt nobilissimæ

simæ virgines, quarum quæ tibi nubere volet, facile inuenies.

SINE ME HÆC HAVD MOLLIA FATV) quasi vultu Turni responsuri interpellatur. Vnde etiam paulò post de Turno, *Primum faripotuit, sic incipit ore*. Sic in Hecyra Laches lenex propter filium expositulans cum Bacchide meretricis.

— *meum receptas filiam ad te Pamphilum. B. ah. L. Sine, dicam. Vixrem hanc prius quam duxit, vestrum amorem pertuli:*

Mane, nondum etiam dixi id, quod volui.

Vbi Donatus, apparet senem tardè, & longè loquētem interpellari vultu responsuræ meretricis: cum ille sibi silentium præberi velit. Sic. Virgil. Latinum inducit dicere, *sine me hac, &c.* Haud mollia fatu, sunt vera, inquit Seruius. Nam aspera sunt, quæ cum veritate dicuntur: falsa enim plena solent esse blanditiis: & hæc libenter audiuntur, illa verò grauitur.

SVBLATIS APERIRE DOLIS) Plautus Trinum: *edepol hand dicam dolo*: Sublati dolis quippiam dicere, est liberè, candidè, sine vlla simulatione, quod in pectore est, proloqui, apertum pectus ostendere, ut ait Cic. in Lælio, idque amicorum est munus. Plin. epistol. lib. 6. epistolarum quas mihi, ut ais, aperto pectore scripsisti, obliuisci me iubes. Hoc non faciunt, qui fronte occultant, & tegunt sententiam. Isti clausum, non apertum pectus ostendunt.

SIMVL HÆC ANIMO HAVRI) *His auribus hausi* dictum alibi. Sed signatè, *animo hauri*, non solis auribus. Lucil. lib. 30 *Quantum haurire animus Musarum fortia gessit.*

ME NATAM NVLLI VET. SOCIARE) Generaliter dicit, prohibitum se dare Lauiniam cui libet Latino, ut Turnus solatium aliquod habere possit, quando Latinum neminem sibi præferre videt. Et agit causam suam apud eum, quem à cōiunctione propria, ratione potius reddita, quam auctoritate patris volebat excludere. Nuptias, inquit, filia meæ nunquam habui in potestate, ut ceteri patres: horum enim sibi iudicium numina vindicarunt, nō occultè, nec dubiè. Nam ipsa ostenderunt quid vellent (lib. 7.) & vatum omnium consensus edocuit. Interea dum excusationem suam astringit, etiam ipsi Turno ingerit merum, ne vltius illicitum quærat, addens, iam datas esse pœnas contra veritum admissi, & si in errato duraretur, futuras esse peiores. Promisit autè Æneæ filiam per Legatos. Ser. Donat.

VETERVM PROCORVM) Procacitas, inquit Nonius, à procando, id est, poscendo: vnde & proci dicti sunt matrimoniorum petitores. Liuius Ægistho.

Quin quod parere nos maiestas mea procat, Toleratis, extemplo, illam deducitis?

Hinc & meretrices procaces. Terent. Hecyra. *Maligna mulier, & procax facta illico est.*

DIVIQVE, HOMINESQVE CANEBANT) Cum hominibus dii coniungi solent apud Latinos sapissimè, cū aliquid vehemēter approbatum, manifestum, indignum ostenditur, in iurciurando etiam. Cic. ad Q. F. libr. 2. epist. Varinium arbitrato nostro concidimus, diis, hominibusque plaudentibus. Idem Philipp. 8. Antonij igitur promissa cruenta, tetra, scelerata, diis, hominibusque iniusta. Sallust. in Catilin. Deos, hominesque testamur, Imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, &c. Terent. And. *Pro deum, atque hominum fidem, quid est, si hac non contumelia est?*

COGNATO SANG.) propter Veniliam Turni matrem, Amata sororem.

VINCULA OMNIA RVPI) & religionis, & fœderis, quæ sunt iuris diuini, & humani. Æneid. 2. Sinon de fuga sua. *Eripui, fatear, letho me, & vincula rupi*, religionis videlicet, qua eram obstrictus.

EX ILLO) *ἐξ ἐκείνου, ἐκ τούτου*, subauditur, *χέρι*.

QVI ME CASVS, QVÆ BELLA SEQVANTVR, VIDES) De istis casibus statim subiungit, & quinam fuerint, edicit: cupitque præterita detrimenta esse *μευδεγάπαισι* incommodorum futurorum. Huc accommodes illud Ilocrat ad Demonicum. *ὅτι τῶ δ' αὖ μάλα βέλους ἀσπαρξενδεῖς, ἐν ταῖς συμφοραῖς ἐκ τῆς ἀβελτίας ἐπιβλέποντες, καὶ τῆς ὑγιείας πλείων ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας, τὰς ἐκ τῆς ἀφροσύνης ἀναμνησθώμεν*. Ita maximè ad prudenter cōsulendum rebus tuis incitaberis, si, quæ damna pariat temeritas, tecum reputaueris. Etiam valetudinē tuemur diligentius, quo magis morborum molestias meminimus.

BIS MAGNA VICTI PVGNA) semel cum occisus Mezentius lib. 10. iterum cum Camilla lib. 11. Si semel malè pugnatum, daretur hoc euentui: bis pugnatum est, & fortiter quidem, atque ut obtineri debuisset victoria, nisi offensa numina prosperitatē omnem in aliam partem, facta nostrorum cæde auertissent. Atque vtinam malis ipsis venisset finis: nimis autem vigent, ac vt noua, & pertinaciter continuata perdurant. Quid iam speretur prosperi, quum extra urbem perierint omnia, & vix tucamur, quæ tenemus inclusa? Donatus.

SPES ITALAS) Res nostras, commoda, facultates, præsidia, oblectamenta vocamus latine spem, & spes nostras, quoniam iis nitimur, in iis speramus, iis nos pascimus, &c. Plaut. Capt. *Tibi commendo spes, opesq, meas*. Cic. ad Terent. *Mea Terentia, fidissima, atque optima vxor, & mea carissima filiola, & spes reliqua nostra Cicero, valete*. Virgil. 2. Æneid. *Olux Dardania, spes ô fidissima Teucrum*. Cic. 3. Catilin. Existimare debetis, omnes Catilinæ copias, omnes spes atque opes, his depulsis vrbis periculis concidisse. Nos quoque Catholici inuito, & ringente diabolo, *Mariam* deiparam spem nostram salutamus.

RECALENT FLVENTA) Enallage figura, pro calent: *ut, fata renarrabat diuinum*, pro, narrabat. Vel, iterum calent, quia bis victi.

CAMPIQVE INGENTES OSSIBVS ALBENT) Stragis magnitudo ex camporum latitudine, quæ ossibus tegetur, expressa est. Oedipus apud Senecam. *cruentos pestis infanda tulit Rictus, & albens ossibus sparsis solium*.

QVO REF. TOTIES QVÆ MENTEM INSANIA) Quæ est ista insania mea, quæ me à recto consilio toties auocat? Non est bonum consilium, sinere Turnum cum Ænea congregi, actum denique in regnum socios accipere Troianos, si ille in certamine ceciderit. Melius est facere hoc, ipso viuo, ut maneat illi salus sua. Quam ut ei seruem, mouent me Rutuli, mouet reliqua Italia, cui videbor te prodidisse, & quod indignissimum est, petiorem filia mortui obtulisse. Non enim sciunt te tua voluntate ruere ad interitum, & qui præsentibus sunt, malè mihi dicant, & in crimen crudelitatis vocabunt.

RESPICE RES BELLO VAR.) Ne videatur ignauia arguere, admonet casuum, ut supra, *atq, omnes mei mentem expendere casus*. * *Facundissima sententia*, Respice res bello varias. Pluribus locis M. Tullius ait, incertos esse belli exitus, anticipem fortunam, & Martem communem. Liuius lib. 2. *nusquam minus quam in bello euentus respondet*. Ac propterea rectè dictum, & sapienter ab eodem historico lib. 25. *in bello nihil tam leue est, quod non magna interdum rei momentum faciat*. Dixit etiam sine Iphicrates, sine alius quidam egregius dux, *in bello nihil esse negligendum*.

MIS

MISERERE PARENT. LONGÆVI) Pathos ab ætate A tur, & medicina affertur: nam gerundij modus est, à pas-
sua significatione.

MOESTVM PATRIA ARD. LONGE DIVID.) Longè
mœstum, id est, valde mœstum: nam longè diuidit, non
procedit: non enim Ardea à Laurento valde longo spa-
tio diuiditur. Seruius.

ÆGRESKITQVE MEDENDO) Vnde Latinus se re-
medium ei allaturum sperabat, inde morbus eius ma-
gis crescebat, inquit Seruius. Ouid. *Acrior admonitu est,
moderaminaq; ipsa nocebant. Medendo, dum ei mede-*

VT PRIM. FARI POTUIT) Vix expectare potuit, dū
Latinus finem loquendi faceret. Volebat interpellare
Latinum: sed propter personæ reuerentiam non est au-
sus. Vel sic, nimius dolor iracundiæ, intercluserat vocē.
Sic de Euandro lib. 8. *Et via vix tandem voci laxata do-
lore est.* Donatus, Seruius.

SIC INCIPIT ORS) pleonasmus, vt, *sic ore locuta est.*
Talus dabat ore loquelas.

- Quam pro me curam geris, hanc, precor, optime, pro me
Deponas, lethumq; sinas pro laude pacisci.
50 Et nos tela pater, ferrumq; haud debile dextra
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.
Longè illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Fæminea tegat, & vanis sese occulat umbris.
At regina noua pugnae conterrita sorte
55 Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.
Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ
Tangit honos animum (spes tu nunc vna senectæ,
Tu requies miseræ: decus imperiumq; Latini
Tepenes: IN TE OMNIS DOMVS INCLINATA RECVMBIT)
60 Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
QVI TE CVNQVE MANENT ISTO CERTAMINE CASVS,
ET ME, TURNE, MANENT: simul hæc inuisa relinquam
Lumina, nec generum Æneam captiua videbo.

QVAM PRO ME CVRAM) Quam pro salute mea sol-
licitudinem geris, hanc pro mea fama, & gratia quæso
derelinquas. Nec verò non etiam nostra tela vulnerant:
aut solus ille ferire didicit, qui tum est tutissimus, cum à
matre, obiecta nube, pugne subducitur. Locus est Iliad.
5. vbi Venus ipsum Diomedem eripit. ✽

LETHVMQVE SINAS PRO LAVDE PACISCI) Quis
putaret homini quidquam vita esse charius? certè vi-
ris magnanimis gloria charior est, quam vel ipso san-
guine, & morte licentur. His verbis, & superioribus il-
lis, *Quam pro me curam geris, &c.* videtur mihi conso-
nare, quæ leguntur apud M. Tullium in 4. Catilin. Sic
enim ille oratorum dux, & lucifer de semetipso ad sena-
tum. *Quare P. C. consulite vobis, prospicite patriæ, C*
conseruate vos, coniuges, liberos, fortunasque vestras:
populi Rom. nomen, salutemque defendite: mihi par-
cere, ac de me cogitare desinite. Nam primùm debeo
sperare, omnes deos, qui huic vrbi præsidet, pro eo mi-
hi, ac mereor, relaturos gratiam esse. Deinde, siquid ob-
tigerit, æquo animo, paratoque moriar. Neque enim
turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura
consulari, nec misera sapienti. ✽

ET NOSTELA PATER) Homerus Iliad. 7. *ἰπὸν
καὶ ἰμὲν βέλῳ ἰξὺν ἀδείδῳ*, quod spectat Ovidianum
quoque carmen: *Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.*
Vrsin.

Patrem etsi videri potest habita ætatis senilis ra-
tione vocasse Latinum, tamen melius est secundum iu-
ris consuetudinem dictum accipere. Parentum autem,
& liberorum loco in iure habentur vitricus, & nouer-
ca, priuigni, eorumque filij, socer, socrus, profocer, pro-
socrus, absocer, & deorsum versum nurus, gener, pro-

nurus, progener, abnurus, abgener. Vide Cuiacium Ob-
seruat. lib. 9. cap. 18.

LONGE ILLI DEA MAT. ERIT) Eodem modo lo-
cutus est Ouidius 8. Metamorph. optimus & ipse Latini-
tatis auctor.

*Pone agè, nec titulos intercipe femina nostros,
Thestiada clamant: nec te fiducia forma
Decipiat, ne sit longè tibi captus amore
Auctor.*

Testimonio Virgilij nitens Færnus, similiter locum
quendam, *longè futurum*, inquam, pro longè abfutu-
rum legi volebat. Sed refellitur à Mureto, libro primo,
cap. 4.

VANIS SESE OCCVLAT VMB.) Videtur quadam re-
ciprocationis abusione dictum esse, cum de Ænea dici
videatur, & ipsum latinitas postulet: sed aliquanto hæc
in te liberiores fuerunt Latini veteres, etiam Cicero.
Turneb. lib. 10. cap. 7.

NOVA PVGNÆ CONTER. SORTE FLEB. ET ARDEN.
GEN.) A rege incipit dehortatio à monomachia, quam
excipit regina maiori affectu: accedunt etiam tanquam
faces, lacrymæ Lauiniæ sponsæ. Turnus Hectoris, A-
mata Hecubæ, & matronarum Troianarum personas
gerunt, quæ illum precibus, ac lacrymis intra urbem co-
nantur retinere, ne in prælium exeat, aut cum Achille
congre diatur. ✽

NOVAM SORTEM intellige magnam sortem, singu-
lare certamen scilicet: nouum enim esse non poterat,
quod fuerat ante promissum. Præcedentibus autem, &
comitantibus vocem lacrymis, nitebatur suo fletu qua-
si incendium Turni restinguere. Veri doloris nuntij,
veri testes lacrymæ. Tenebat ergo generum, quem ipsa
cupiebat

cupiebat esse generum, flens, & moritura, hoc est, cum animo semet hac luce orbandi, si quid tale Turno in ista monomachia contigisset, quale formidabat. Seruius, Donatus.

SI QVIS AMATÆ TANG. HON. ANIMVM) si quem honorem habes Amatæ. Sic in 7. *Si quæ piis animis manet infelicitis Amata Gratia*. Deinde ubi totum per species digessit, ad generalitatem se confert, *in te omnis domus inclinata recumbit*, ducta metaphora à ruina. Postremo, quia scit virum fortem suam mortem facile posse contemnere, deterreret eum, dicens, se simul esse morituram (quemadmodum fecit) ut quia periculum non timet, formidet inuidiam. Seruius.

More latino loquitur, & dicit: si quid Amatæ causa facere vis. Nam cum dicunt, se alicuius causa aliquid facere, sæpenumero honoris eius causa facere prædicant: hocque genus loquendi & apud Ciceronem, & apud Plautum reperire licet. Turneb. 23. cap. 14.

SPES TV NVNC VNA SENECTÆ) Hæc, & quæ sequuntur duobus deinceps versibus, germana sunt illis Quintiana Ciceronis, ubi sic Orator ad C. Aquilium iudicem: Tibi suas omnes opes, fortunasque commendat, tibi committit existimationem, ac spem reliquæ vitæ suæ. Mea spes, mea requies, meum decus in blanditiis dicuntur, ut vita, lux, desiderium, præsidium, pars animæ, voluptas, gaudium, mel, salus, animus, ocellus, festiuitas, amicitia, lepos, commoditas, opportunitas, & alia demum *ἐρωτικὰ τέγ* apud Plautum: quibus contraria sunt in conuitiando, seu maledicendo, ex eodem Comico, audaciæ columen, thesaurus stupri, adolescentum perlecebræ, pernicies, exitium, flagitium hominis, carnifex, trifurcifer, scelerum caput, Acherontis pabulum, vêtuli verueces, stabulum æquitæ, fungus, barathrum, dierectus, triueneficus, frutex, plagiparida, legirupa, & alia quamplurima.

DECVS, IMPERIVMQUE LATINI TE PENES) Penes te, inquit Vlpian. libr. de verbor. signif. amplius est, quam apud te: nam apud te, est quod qualitercunque à te tenetur: penes te est, quod quodammodo à te possidetur. In quem locum hæc Alciatus. Qui penes se rem habet, plus in ea habere videtur, quam qui apud se, Idem enim est, penes se habere, quam penitus apud se, id est, in potestate, iure, dominioque suo, cum dictio, a-

Apud, ad personam, vel locum simpliciter referatur. Vide etiam Festum.

IN TE VNVM DOM. INCLIN. RECUMB.) Recumbere domum in aliquem, est ipsum esse familiæ columen, firmamentum, præsidium, solatium.

VNUM ORO, DES. MANVM COM. TEVCRI) Sic Homer. Iliad. γ.

——— ἀλλὰ σ' ἔγωγε
Πάυσσάδαι κίλομαι, μὴ δὲ ξανδρῶ μενέλω
Ἀντίβιον πόλεμον πολέμιζεν, μὴ δὲ μάχεσθαι.

Et Teucris, non Teucro. Terent. de L. Lanuuiio obtrectatore suo, in prolog. And. *Nunc quam rem visio deus, animaduertere*. Vbi Donatus, oratoriæ, quasi multos facit, quum vnum supra dixerit. Tum ex Marone hunc ipsum locum confirmationis ergo subiicit. De solo enim Ænea cum loquatur Amatæ, tamen Teucris dicit, ad terrendum Turnum.

QVITE CVNQVE MANENT CASVS, ET ME MANENT) Huiusmodi quædam loquendi genera non parum habent festiuitatis, & ad commouendos animos vim non mediocrem. Sunt igitur similia, Ciceronis pro Deiotaro: tuumque hostem esse duxit suum. Et pro Milone, Cæsar's potentiam, suam potentiam esse dicebat. Rursum: quid habeo, quid dicam, quid faciam, pro tuis in meritis, nisi ut eam fortunam, quæcunque erit tua, ducam meam? Plaut. Capt. *quod tibi suadeo, meo suadeam, filio*. Qui vos tetigerit, tangeret pupillam oculi mei, dictum à deo, de sacerdotibus suis per prophetam.

SIMVL HÆC INVISÀ RELINQ. LVM.) Hoc cæli lumē, quod mihi te extincto inuisum erit. Cic. 2. de Diui. *Hic situs est vita iam pridem lumina linquens*. Lucretius. *Lumina sis oculis etiam bonus Anch' reliquit*. Æneid. 4. *Quæprimum inuisam, quarens abrupte lucem*. Contrarium est, quod Iuturna fratri, infra. *quatibi lucem Argo morer?*

NEC GENERVM ÆNEAM CAPTIVA VIDEBO) Eia autem captiua. Non habebit te captiuam vltimissimus: sed velut matrem colet, iniuriarum, & malevolentia tuæ prorsus immemor. Verum tu, quod te meritam sentis, hoc futurum prædicas: more hominum facis. Duabus ergo de causis se Turno superstitem vivere posse negat: tum quia iuuenem nimis amet, & in eo omnia posita iudicet: tum quia Troianum oderit, eumque generum ferre non possit.

Accepit vocem lacrymis Lauinia matris,
65 Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Siquis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba, rosa, tales virgo dabat ore colores.

70 ILLVM TVRBAT AMOR, FIGITQVE IN VIRGINE VVLTVS,
Ardet in arma magis, paucisq; affatur Amatam.
Ne, quæso, ne me lacrymis, neque omine tanto
Prosequere, in duri certamina Martis euntem,
O mater. neque enim Turno mora libera mortis.
75 Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer. CVM PRIMVM CRASTINA COELO
PVNICEIS INVECTA ROTIS AVRORA RVBEBIT,
Non Teucros agat in Rutilos, Teucrum arma quiescant.

Cccc

Et Ru-

Et Rutulûm, nostro dirimatur sanguine bellum:
80 Illo quæratu coniuæ Lauinia campo.

ACCEPTIT VOCEM LACRYMIS LAVINIA MATRIS) A
Ordo verborum est: Lauinia vocem matris accepit, ipsa
flagrantes genas perfusa lacrymis. Id est, cum hæc ma-
trem cum clamore, & fletu orantem audiret, ipsa quo-
que ex sympathia, & quæ sciret sua causa hanc excita-
tam tragœdiam, multo cum rubore, quem ei ignis, id
est calor subieciat, (est enim hypallage in versu) præ-
rupit in lacrymas. ✱

INDVM SANG. VEL. VIOLAVER. OSTRO SI. Q. EBUR,
VEL. MISTA RVB. VBI LIL. MVLTA) Ipso vultu candido,
& rubicundo ebur, & purpuram, siue lilia cum rosis (Mī-
lesius puta) coniuncta imitabatur. Et sumpsit ab Home-
ro, Iliad. 8.

Ως δ' ἔτι τῆς ῥ' ἰλίου πύλας φέρονται μύθη
Μυθός, ἢ γένος, παρ' ἰσχυροῦ πατρὸς.

Quamvis Homerus de muliere pudore suffusa non a-
gat, sed ait, sanguinem de Menelai vulnere fluentem,
hoc modo eius corporis candorem infecisse, ut mulier
colore purpureo inficere solet ebur. Fuit hoc Mæonia-
rum feminarum inuentum: quam ad rem valent Ovi-
diani versiculi de 2. Amor.

Quale rosa fulgent inter sua lilia mista,
Aut ubi cantas luna laboras equis.
Aut quod (ne longis flarescere possit ab annis)
Mæonia Assyrium femina tinxit ebur.

Virgilius Homeri μύθη, quod monet German.
per violare reddit: quorum vtrumque tamen sæpius
in malam partem accipi notum est, pro inficere, & con-
spurare, tamen nunc apud vtrumque in bonam accipi
necesse est. Lilium, inquit Plin. lib. 21. cap. 8. rosæ no-
bilitati proximum est, & quadam cognatione vngu-
enti, oleique quod lirinon appellatur. Et impositum eti-
am maximè rosas decet, medio prouentu nondum in-
cipiens. [Nunc quibus verbis gratissimum hunc florem, lilium, in-
quam, depingat, consideremus.] Nec vlli florū excelsitas ma-
ior, interdum cubitorum trium, languido semper col-
lo, & non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximi-
us, foliis foris strictis, & ab angustis in latitudinem pau-
latim sese laxantibus, effigie calathi, resupinis per am-
bitum labris, tenuiq; filo, & semine stantibus in medio
crocis. Ita odor, colorque duplex, & alius calycis, alius
staminis, differentia angusta.

Non multum abludit à Maroniana compatione
illa Tibulli. lib. 3. eleg. 4.

Ut cum contextunt amaranthi alba puella
Lilia, & autumnis candida mala rubent.

Et Senecæ in Medea, vbi Chorus Creusæ, nubentis
Iasoni formam commendat.

Ostro sic niuei Phæniceo color
Perfusus rubuit.

Ad eandem rem his vtiq; comparationibus Ovid.

Quale coloratum Tithoni coniuge calum
Subrubet, aut sponso visa puella novo, &c.

Reliqua superius iā posita, hic iterare non attinet, Quæ-
lerosa, &c. Sunt autem comparationes quinque, conglu-
bata, quarum prima de Tithoni coniuge, id est, Auro-
ra, ante ortum solis subrubente, & tertia de rosa purpu-
rea in medio candidissimorum liliorum, præcipuam ve-
nustatem habent. Et Claudian. de Proserpina, 1. Raptus,
cum illius pudorem ad deatam aduentum declarat.

Sensit adesse deas, imperfectumq; laborem
Deserit, & nixes infecit purpura vultus.
Per liquidas succensa genas, castiq; pudorem

fluxere facies. Non sic decus ardet eburnum,
Lydia Sidenio quod femina tinxerit ostro.

Assurgere ad sublimitatem Maronis nititur Statius quo-
que, sed frustra est, lib. 1. Achilleid.

Lactea Massageta volati cum pocula fuscant
Sanguine puniceo, vel ebur corrumptur ostro.

Cum Virgilianis versibus compone adhuc illos Pro-
pertij lib. 2. eleg. 3.

Nec me tam facies, quamvis sis candida, cepit,
(Lilia non domina sunt magis alba mea:
Et Mæoniarum minio si certos Ibero,
Vtq; rosæ puro lacte nasant folia.)

Anacreon:

Ροσὶ ἴθα τῆς παρὰ, Nasum, genasq; pinget,
Ῥόδῳ τῷ γάλακτι μιγῶς. Lacti rosas remiscens.

Idem hanc rosarum, liliorumq; commistionem in co-
ronis gratum, & amoenum habere aspectum canit.

Ὅς ἂν ἐν κορδαίῳ, En affice in corollis,
Ὅπως ὀρθῶς ὁ λυγρὸς Rosis decenter alba
Ῥόδῳ, νεῖμα ὀλκνίβῳ. Vt lilia implicentur.

Cōcludam hæc comparationes, si vnam Ennii ex An-
nali n. adiecerō tanquam auctarium. Sic mulier erubuit,
con lacte, & purpura mista. Propter metrum legunt qui-
dam, Sic mulier rubuit: aut Erubuit mulier. Videtur,
quod putat Hieron. Columna, de captiva quapiam lo-
qui, quæ in hostium adducta conspectum, ingenuo ru-
bore, quasi lacte admisto, genas perfuderit. Est autem
antiquus nominandi casus lacte pro lac.

Ad mirificæ cuiusdam pulchritudinis gratiam,
commendationemque pertinet, si quis etiam in fletu,
per quem fœdatur, ac deformatur aspectus hominis, &
quamvis formosi vultus informis, ingratus, & iniu-
cūdus redditur, pulcherrimus nihilo minus appareat, ut
cum ipsæ lacrymæ condecorare quodammodo, & or-
nare magis videantur. Super hac re dictum aliquid li-
bro quinto, ibi, Tutatur fœus Eurydam, lacrymæq;
decora.

INDVM EBUR) Georg. 1. causa explicatur huius
adiuncti, Indum mittit ebur. magna enim elephantorum
copia in India. Indum dentem vocat ebur Catull. car. de
nupt. Esse autem cornu elephanti potius quam dentem,
putat Pausanias, & nos alibi retulimus. ✱

ARDET IN ARMA MAGIS) Cui suadebatur ne se
committeret pugna, vidēdo Lauiniam adeo venustam,
ut nihil supra, magis inflammatus est ad pugnam exa-
more illius, & desiderio potiundæ talis elegantiz. Nec
tempus sinebat, neque affectus magnitudo longam o-
rationem texere: ergo responder paucis: vetat lacry-
mationem, quia malum omen habet: mallet enim se
læto omine, nempe faustis acclamationibus prosequere-
retur. ✱

NEQVE ENIM TVRNO MORA LIB. MORTIS) Hoc
inenodabile Critici censuerunt. [Vt est videre apud Serni-
um, qui tamen duas expositiones vñ malas affert in medium.]
Sed enodatu non est difficile, in hanc sententiam. Mi-
hi non, vtrum velim, liberum est: pugnam enim detre-
ctare non possum, ut si cadendum, & oppetendum sit,
differre non possum. Ac sic loqui solent, qui obstinato
animo ad pericula rapiuntur: negant enim sibi licere
periculum fugere. Turneb. libr. 13. cap. 14. Locum ex
Apollonio Virgiliano geminum producit German. vbi
lactea ita ad matrem.

Μίμνα

Μή μοι λευγαλέας ἐνὶθάλλο μήτηρ ἀνίας
 ὦ δὲ λίην, ἵππει' ἢ μὲν ἐρυθίσσι κακότητι

Δάκρυσιν, ἀλλ' ἐτι καὶ καὶ ἀλγασιν ἄλγος ἀέριο.

* Et de se loquitur in serua persona: nomen enim dicit, mihi, Sed Turno, ut supra Nulla mora in Turno est. Et infra, Te Turni nunc dextra gerit. Huiusmodi modus orationis ad emphasin solet referri. Notauimus eundem alibi. Latinus de se ad legatos Ænea lib. 7. non vobis rege Latino Diuitis vber agri, Troiaū opulētia deerit. Lib. hoc idem Turnus: & Turnum fugientem hæc terra videbit? Apud Horat. Ode 7. lib. 1. de se Teuc. Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.

NVNTIVS HÆC IDMON) Tantum sibi arrogauit, ut prior mandaret, & prior certamen indiceret, atque hoc ipsum cum superbia sua, & cum iniuria melioris,

Adicens Phrygium, ut superius, Desertorem Asia: dicens etiam, quod nō esset Æneæ placitum, ut soli concurrerent, per quod eum ut timidum perstringit. In tempore autem designando, matutino nempe, quo procedi vult ad certamen singulare, audidas pugnaturi declaratur. Quod ait, nostro dirimatur sanguine bellum, hoc se dicto omnibus commendat. Donatus, Seruius.

ILLO QVÆRATVR CON. LAVIN. CAMPO) qui illo in campo alterum ferro vicerit, Lauiniam coniugem habeat. Non iam precibus à parentibus, sed ense in aperto campo, & cum periculo vitæ quærenda, & impetrandum est nostrum alterutri. Eß vuir dæ Hant kessen.

Hæc ubi dicta dedit, rapidusq; in tecta recessit,

POSCIT EQVOS, GAVDETQVE TVENS ANTE ORA FREMENTES:

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia:

QVI CANDORE NIVES ANTEIRENT, CVRSIBVS AVRAS.

85 Circumstant properi aurigæ, manibusq; laceffunt
 Pectora plausa cauis, & colla comantia peffunt.

Ipse dehinc auro squalentem, alboq; orichalco
 Circundat loricam humeris: simul aptat habendo,
 Ensemq; clypeumq;, & rubræ cornua cristæ:

90 Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
 Fecerat, & stygia candentem tinxerat vnda.

Exin quæ in mediis ingenti adnixa columnæ
 Ædibus astat, validam vi corripit hastam,

95 Actoris Arunci spoliū: quassatq; trementem
 Vociferans. Nunc ō nunquam frustrata vocatus
 Hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,
 Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,
 Loricamq; manu valida lacerare reuulsam
 Semiuii Phrygis, & fœdare in puluere crines,

100 Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes.

POSCIT EQVOS, GAVD. TVENS) Cum produci equos iussisset Turnus, eosque frementes videret, lætabatur. Nam ex equorum vel mœstitia, vel alacritate euentum futurum dimicaturi solent colligere. Hos ad ornamentum Pilumno auro Turni donauerat Orithyia Erichthei Atheniensium regis filia, Boreæ vxor. Hi & niue candidiores, & vento celeriores erant, id est, candidissimi erant, & in cursu celerrimi. Est autem Homeri versus ad verbum Iliad. 3. λευκότεροι χιόνος, δείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοίοι. Seruius.

PILVMNO QVOS IPSA DECVS DED. ORIT.) Reprehendunt Critici Maronem in hoc verbo. Neque enim veri simile aiunt, aut probabile, Pilumno Italo notam fuisse Orithyiam puellam Atticam, quam Aquilo in Thraciam rapuerit. [posteaquam eam ab Erichteo parente in vxorem petitam impetrare non potuit. De eo capto Ouid. 6. Metam. fabulam exponit Plato in Phædro. Dum luderet cum Pharmacia, Aquilonis flatu deturbatam esse, & ad proximas rupes, iuxta Ilissum, impulsam: & cum eo casu mortua fuisset, matam inde fabulam, ab Aquilone abreptam fuisse: inde (ab Ilisso) vel Arcopago: sic enim etiam circumfertur fama.] Sed eorum pace dixerim, hic potius laudandus, quam reprehendus Maro est. Sciebat enim nobilitatam equis Thracen olim fuisse, cum

scribat Hesiod. 851 δ' ἄθ' ἀνέμους πωλοτέρους, & equos Rhefiant opere celebret Homer. Iliad. x. qui etiam scribit, Aquilonem cum armento equorum Dardani congressum, sobolem genuisse generosissimam. Nihil hic igitur aliud significat Maro, quam ex illo generoso semine, Turni equos fuisse, & Thracios satū esse, cum Thracij equi præ cæteris censerentur. Proinde 9. Æneid. scribit etiam de Turni equo, maculis quem Thracius albis Portat equus. Cum autem Pilumnus deus fingatur, dea Orithyia, quidni alter alteri notus esse potuerit? Non enim ut de mortalibus, sed ut de diis poetam loqui censendum est: etsi in iis reuera nihil diuinitatis fuerit. Quidni enim poetam suum retineat, & in numerum deorum referat eos, qui ea tempestate hominum opinione cælitum numerum replebant? Turneb. lib. 23. cap. 18. Vide & German. in hunc locum * Pilumnus Romanum nomen est. Dicti Pilumni, quod i pilam pistrinis inuenissent. Pisones à pinfenda. Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum nomina, ut quisque leguminis genus aliquod optime seueret. Ita à rebus rusticis appellati Romani. Plinius libro 18. capite 3.

QVI CANDORE NIVES) Hyperbole est, de qua differens Seneca lib. 6. de benef. cap. 23. hunc e-

Cccc * 2

undem

undem Maronis versum producit. Caput totum, quia A non ita longum, huc transferemus. Quoties parum fiducia est in his, quibus imperas, amplius exigendum est, quàm satis est, ut præstetur quantum satis est. Itaque ille cum dixit, *Qui candore nives anteirent, cursibus auras*, quod non poterat fieri dixit: ut crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit, *His immobilior scopulis, violentior amne*, ne hoc quidem se persuasurum putauit, aliquem tam immobilem esse, quàm scopulum. Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet: sed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perueniat. Cum dicimus, qui beneficium dedit, obliuiscatur, hoc dicimus: similis sit obliuio. Memoria eius non appareat, nec incurrat. Cum dicimus, beneficium repeti non oportere, non ex toto repetitionem tollimus: sæpe enim opus est malis exactore, etiam bonis admonitore. Quid ergo? occasionem ignoranti non ostendam? necessitates illi meas non detegam, quare nescisse, se aut mentiatur, aut doleat? Interueniat aliquando admonitio, sed verecunda, quæ non poscat, aut in ius vocet.

Ad currum Iouis censebant equos niuali candore iunctos esse. Sueton. Augusto cap. 94. atque etiam sequenti nocte statim videre visus est filium mortali specie ampliorem, cum fulmine, & sceptro, exuuiisque Iouis opt. max. ac radiata corona super laurearum currum, bisseis equis eximio candore trahentibus. Inuidiosus itaque Camillus fuit, quod in triumpho curru equis albis iuncto, urbem inuectus esset, quod humano fastigio ampliorem vindicare honorem, paremque supremo Ioui videretur. Plaut. in Asinaria quadrigas albas dixit, quod equos candentes celeriores crederent, quod hic videtur Maro tetigisse. Turneb. lib. 24. cap. 31.

CIRCUMSTANT PROPERI A VRIGÆ) Festini, veloces, ait Seruius, intellige, in equis illis ornandis.

IPSE DEHINC AVROS VALENTIEM, AL. ORICHAL.) Illa superiora equis fiebant, ipse quoque sumebat munimenta corporis sui. Et primum quidem humeros lorica circumdat, quæ auro, & orichalco fuit splendida. *Album* vocat orichalcum, auri comparatione. Peruersæ nonnulli scribunt, aurichalcum, quasi sit aurum ære mixtum. Cum quarta vocali scribendum est: nam à montibus deducitur vocabulum, quia in montanis locis inuenitur, nec habet quidquam auri admixtum. Vtrum autem orichalcum genus aliquod sit metalli fossilis, & natiui, præter id quod est omnibus notum, & factitium: an nullum fuerit nunquam, nec hodie sit orichalcum fossilis, quaeritur. Vide Lamb. in Curcul. Plauti, scena ult. Act. 1.

APTAT HABENDO) Aptat habendo, ad habendum, ut congruè possint inhaerere, ut bene haberi possint, ac ferri. Quod enim bene portatur, & aptè fertur, gestantem releuat, quia leuius redditur. Donatus.

RVRÆ CORNUA CRISTÆ) Cornua non defunt qui hic pro intortis cincinnis accipiant: neque alia habuisse cornua Moysen, quam eiusmodi cincinnos asseuerent, quomodo Armenij, & Lydi sacerdotes incedunt hac ætate, cincinnis spectabiles, seu potius crobylis, quos Iuuenalis quoque cornua appellat. Est autem crobylus crinium utrinque in conum intortorum plexus. Lege Iunium de coma pag. 308. De cornibus super galea affert quædam Lipsius, Analect. ad dial. 5. li. 3.

de Milit. Rom. Ibidem hanc esse mentem Virgilij censet in istis verbis, cristas ipsas plumeas sectas, & diuisas fuisse, velut in cornua. De generibus, & coloribus cristarum agit idem lib. 3. dial. 5.

ENSEM QVEM DAUNO) Equos laudauit à donante, laudat & gladium ab artifice: Vulcanus enim non per ministros, sed suis ipse manib. Dauno fecerat hunc ensen, & ut inuictus, & immortalis haberetur, celeriusque interiret, quemcunque vulnerasset, Stygia vnda cum tinxerat. Et notandum, quod affectate variauerit, ut *Æneæ* vno loco arma describeret, Turni vero hic hastam, gladium, & lorica, in octauo autem scutum, & galeam. * *Quam varia fuerit armatura ducum quorundam, obseruauit Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20.*

INGENTI ADNIXA COLUM.) Cum Homerum aliquando animi gratia euoluerem, obseruavi, antiquos hastas non ut nunc sit, iacentes, aut pendulas, sed infra ligneam columnam reconditas asseruare consueuisse. Sic enim ille Odyss. 1.

Ὅς ἐῖπ' ὃν ἦγε' ὃ, ἢ δ' ἔσπετο παλλὰς Ἀθήνη.
Ὅϊδ' ὅτε δὴ ῥ' ἔντοσθεν ἔσαν δόρυ καὶ ἡλίοιο,
Ἐγχος μὲν ῥ' ἔσπετο φέρον πρὸς κίονα μακρὴν,
Δυσδόκης ἔντοσθεν ἐῖξεν, ἐν δ' ἄπειρ' ἄλλα
Ἐγχὲ ὀδυσσῆος τ' ἀλασίδες ἔσπετο πολλὰ.

Sic locutus preibat, & sequebatur Pallas Minerva.
Hi autem cum iam intra erant domum aliam,
Hastam quidem ferens posuit ad columnam longam.

Intra thecam hastarum bene politam, ubi alia utiq;
Hasta Ulyssis armatos stabant mulier.

Idem Homerus infra lib. 17.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἴκανε δόμος ἐν ναυαόοις,
Ἐγχος μὲν ῥ' ἔσπετο φέρον πρὸς κίονα μακρὸν.
Sed postquam peruenit domos bene habitatas,
Lanceam quidem posuit portans ad columnam longam.

Ad hanc fortasse consuetudinē alludit Virgilius: quem locum enarratores ex Homericorum versuum ignoratione non rectè exponunt. Hæc Magius lib. 3. cap. 2. Eustathius in eum Odyssæ locum, qui citatus est ex lib. 1. *Δυσδόκη δὲ δὴ δόρυ τῶν κωνοδῶν, ἢ μάστιγας κίονα ἐγκλωμῆν, ἐν ᾧ πρὸς ἐξόχῃ τὰ δόρυ τὰ ἱσάντο.*

ACTORIS ARVNCI SPOLIUM: QVASSATQVE TREMENT.) Ambiguum est, vel quod Actori detraxerat Turnus, vel quod Actor cuiuspiam alteri. Quassat autem trementem, id est, quassando tremere facit. Deinde hastam quasi aliquam personam alloquitur, eique auditum, & intellectum dat, quia furens, ut mox sequitur. Seruius. * *Par Holidius fuit Mez. entij, qui libro superiore dexteram suam, & telum inuocauit. Verum ille, contemptor quoque diuinum erat, quod proinde conuenientius fecit: Turni factum est tantum superbia cuiusdam, & stultitia.*

NUNC O NVNQVAM FRVSTRATA VOCATVS) Imitationem græcam præcipue præ se fert, ait Turneb. lib. 8. cap. 16. Nam apud Æschylum in Septem ad Thebas, Parthenopæus, quod amentis, est & impiæ superbiz, per hastam iurat, & eam colit pro deo.

Ὅ μινσι δ' αἰχμῆν, ἣν ἔχει, μάλλον θεῷ
Σέβειν παπονδῶς, ὀμμάτων δ' ὑπὲρ τρεφῶν.

Hasta Cænei etiam proverbio celebrata est, quam ille à ciuib. & viatoribus coli, & cuius nomine iusiurandum concipi cogebar. Sed & per hastam antiquis iurare vsitatum, & solitum fuit. Nam Iustinus lib. 43. id ostendit, eamque sceptrum fuisse dicit. Ita apud Maronem

sonem per sceptrum iuratur, ut apud Homerum, & Valerium Flaccum per hastam eodem modo.

Hanc ego magnanimi spoliū Didymaonis hastam.

Qua neq. iam fructus virides, neq. proferet umbras, &c.

LACERARE REVULSAM) Seruius, ut laceratam reuellam.

SEMIVIRI PHRYGIS) Libr. 4. de eodem cum eadem contumelia, *Et nunc ille Paris cum semiviro comitum*. Paris enim mollis, & effeminatus fuit, ut patet ex Homero. Val. Flaccus lib. 1. *simul armiger ibat Semivir*, Lilius de bello Macedon. libr. 3. Errare homines, qui atrocem cædem pertinere ad illos semiviros crederent.

VIBRATOS CALIDO FERRO) Crispatos calamistro: nam calamistrum est acus maior, quæ calefacta, & adhibita torquet capillos. Vnde & Cicero calamistratam comam appellat frequenter, quæ etiam vituperationi est: vnde e contra ad laudem est positum ab Horatio. *Hunc, & incomptis Curium capillis*. Et Ovidio. *intonsi regia magna Numa*. Seruius.

Vibratos calido ferro, Seruius accipit crispatos calamistro. Certè & cincinnos antiquis dicti à calefactis calamistris, ad intorquendos, fingendosq; capillorum cincinnos, cirros, corymbos, corymbos tum mulieribus, tum effeminatis viris, molliibusq; Calamistratos autem crines ut muliebres notat, alludens ad sæcula, quibus Romæ mariti indulgere vxoribus, quod formam suam concinniores efficerent, capillos suos cinere rutilare. German.

MYRRHAQUE MADENTES) Exprobrat Propertius hoc etiam amicæ suæ, *Aut quid Oromæa crines perfunderet myrrha*. Vnguenta Persas inuenisse, testatur Plin. lib. 13. cap. 1. Et cap. 3. hæc est materia luxus è cunctis maxime superuacui. Margaritæ enim, gemmæque ad hæredem tamen transeunt, vestes prorogant tempus: vnguenta illico expirant, ac suis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, ut transiente sæmina odor inuiter etiam aliud agentes. Ibidem de luxu in vnguentis plura.

HIS AGITVR FVRIIS, TOTOQVE ARDENTIS AB ORE

SCINTILLÆ ABSISTVNT, OCVLIS MICAT AC RIBVS IGNIS.

Mugitus veluti cum prima in prælia taurus

Terrificos ciet, atq; irasci in cornua tentat,

105 Arboris obnixus trunco, ventosq; laceffit

Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Nec minus interea maternis sæuus in armis

Æneas acuit Martem, & se suscitatur ira,

Oblato gaudens componi fœdere bellum.

110 Tum socios, mœstiq; metum solatur luli,

Fata docens, regi; iubet responsa Latino

Certa referre viros, & pacis dicere leges.

HIS AGITVR FVRIIS) Quæ te intemperie exagitant? Attra bilis agitat hominem. Quæ te mala crux agitat, larvæ agitant senem, larvæ stimulant virum, larvarum plena est. Hæc sunt Plauti. Virgil. 4. Æneid. *Hec furis incensa feror*. Verbo *furiarum* non pro furore, & impotentia mentis, sed pro cruciatu animi male sibi conscij, & pro illis terribilibus, angoribusq; quibus sceleratorum mentes afficiuntur Cicero usus est. Dixit tamen ipse quoque, furia agitant, & insectantur impios, & agitari furis.

SCINTILLÆ ABSISTVNT) In Menæch. Plautina fab. mulier de Menæchmo Sosicle, quem insanum, & furem videri vult.

Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exoritur color Ex temporibus, atq; fronte, ut oculi scintillant, vide.

In quem locum adducit hunc versum Apollonij. Lambrin. de Telamone irato videlicet.

Ἢ, καὶ ἐς Ἀγνιάδην τίφον θόρε. τὸ δὲ οἱ ὄσσε
Ὅσλητες μαλαροῖο πυρὸς αἷς ἰδὲ ἄλλοιο.

Id est, dixit, & in Tiphin Agniadam irruit. Oculi autem eius scintillis ignis erant similes.

OCVLIS MICAT AC RIBVS IGNIS) Imitatus est locum è 3. Lucretij.

Est etiam calor ille animus, quem sumit in ira,

Quem feruescit, & ex oculis micat acris ignis.

Homerum quoque, cuius est, ὄσσε δὲ οἱ πυρὸς λαμπρόν. E

7. lib. 1. Sic & M. Tull. loquitur 1. Tuscul. Nec verò quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret diligenter de animo cogitantibus, quod iis sæpe vsuenit, qui acris oculis solem deficientem intuentur, ut aspectum amittat. De irato autem, cui ignescunt oculi, 7. in Verrem. Ardebant oculi, ex toto corpore crudelitas emicabat. Et 1. Off. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, statusque mutantur. Ouid. 3. Artis.

Oratument ira, nigrescunt sanguine vena,

Lumina Gorgoneo sanis angue micant.

D Appositè ad hunc locum Persius, iram ex adiunctis describens, Sat. 3.

Nunc fate supposita feruescit sanguis, & ira

Scintillant oculi: discisq; facisq; quod ipse

Non sani esse hominis, non sanus iurex Orestes.

Multa etiam suprà ex Seneca, & Greg. Nysseno recitata sunt de ira, quæ huc similiter apta fuerint. Cur autem ferueant, ardeant, ignescant, vehementer nitent iratorum oculi, causas aliquot physicas enumerat Camerac. problemat. decuria 2. problemat. 8.

MUGITVS VELVTI CVM) Comparatio de tauro posita est etiam 3. Georg.

PROVLIT) præmeditatur. Cic. Si mecum in hac prolusione nihil fueris: id est, in hac meditatione certaminis. Seruius. Proludere, est ludendo imaginem quandam veritatis ostendere. Donatus.

Proludere est futurum certamen meditari, & exercendarum virium causa, confirmandique animi simulacrum certaminis inire. Iuuenal. *furgia proludent.* Proludere est aliquid agere, quod ad iustum certamen pertineat: quasque exordium legitimi, plenique certaminis auspicari. Apud Græcos *πρὸ ἀγώνος* præludia pugnae vocantur. Budæus annotat. poster. in Pand.

Nec minus interea) interea dum Turnus ista gerit, ac loquitur, mandata eius, nuntio perferente, ad Æneam peruenerant, quo facto se irritare ipse ad futurum certamen cepit. Ingentem moderationem dat Æneæ, quippe quem inducit laborantem, ut possit in iram moueri: cum Turnum dicat ita furere, ut nec Latini consiliis, nec Amatae precibus possit obedire. Gaudet tamen, quia offerebatur, quod omnibus votis optabat, ut esset tandē omnium certaminum finis. Suspensos socios, & filij sui metum releuat, ostendens fatorū suffragio se esse tutissimum, perindeque suam fore victoriam, de quo tam securus, ut etiam per legatos (quos *ἔστα τὸ σιωπῶντων* à Latino quoque ad Æneam missos intelligimus) renuntiari iuberet eidem, leges pacis cōciperet, quas paulo post ipse Æneas in fœdere faciendo dicturus est. Donatus, Seruius.

MATERNIS SÆVVS IN ARMIS) quæ ipsi mater à Vulcano fieri curauerat, ut est lib. 8. in his erat sæuus, id est, acer, animosus, qua notione dictum lib. 1. *Sæuus* v-

Abi Æncidatelo iacet Hector. Sanè, ut nec ibi Hectorē crudelem, sic neque hic Æneam immitern, & atrocem vult intelligi, cum sæuum utrumque appellet. Alio significatu dicitur Achilles sæuus lib. 2. *Hic Dolopum manu, hic sæuus tendebat Achilles.* ✽

OBLATO GAUD. COMPONI FœDERE BELLVM) Fœdus accipe conditionem, quam ei per Idmonem Turnus nuntiauerat, ut videlicet duo soli nomine amborum exercituum congredierentur: *nostro dirimatur sanguine bellum*, inquit, Tali ergo fœdere bellum finiri, seu finitum iri gaudebat Æneas, ne tam multus utrinque sanguis funderetur. Vir pius mauult suum caput discrimini obiectare, quam sua causa alios in discrimen vocari. Inde postea eiusdem vox.

O cohibete iras: istum iam fœdus, & omnes Composita leges, mihi ius concurrere soli. ✽

TVM SOCIOS MOEST. MET. SOLATVR IVLI) Et socij, id est, Troiani, & filius Ascanius propter dubium monomachiae futuræ euentum, erant de suo duce admodum solliciti, & magis timebant, quam sperabant. Præcipue autem tristabatur, & metuebat patri filius. Itaque cum omnes communiter, tum separatim filium est consolatus, & bona eos spe impleuit. Quomodo? Sequitur enim, *fata docens*, id est, redigens illis in memoriam, quæ responsa dedissent dij, de felici statu suo in Italia: & deos utique non posse mentiri: sed omnino potius Turnum à se interfectum iri confiderent. ✽

PACIS DICERE LEGES) Græci quoque *νόμος* λέγειν. De his legibus paulo post.

POSTERA VIX SVMMOS SPARGEBAT LVMINE MONTES
ORTA DIES, CVM PRIMVM ALTO SE GVRGITE TOLLVNT
115 SOLIS EQVI, LVCVMQVE ELATIS NARIBVS EFELANT.
Campum ad certamen magnæ sub mœnibus vrbis
Dimensi Rutuliq; viri, Teucriq; parabant:
In medioq; focos, & diis communibus aras
Gramineas: alij fontemq; ignemq; ferebant,
120 Velati lino, & verbena tempora vincti.
Procedit legio Aufonidûm, pilataq; plenis
Agmina se fundunt portis. Hinc Troius omnis,
Tyrrenusq; ruit variis exercitus armis.
Haud secus instructi ferro, quàm si aspera Martis
125 Pugna vocet: nec non mediis in millibus ipsi
Ductores auro volitant, ostroq; decori,
Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Afylas,
Et Messapus equûm domitor, Neptunia proles.
Vtq; dato signo spacia in sua quisq; recessit,
130 Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
TVM STUDIO EFFVSÆ MATRES, ET VVLGVS INERMVM.
INVALIDIQVE SENES, TVRRES, ET TECTA DOMORVM
OBSEDERE: ALII PORTIS SVBLIMIBVS ASTANT.

POSTERA VIX SVMMOS) Descriptiones aliquot D

*Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.*

Quod poetæ solem cum occidit, in Oceanum descendere, & cum oritur, inde redire dicunt, secundum, sensum dicitur, nauigantium nempe, quibus vndiq; cælû, & vndique pontus. Hinc Lucret. lib. 4.

In po-

In pelago nautis ex undis ortus, in undis

Sol sit uti videatur obire, & condere lumen.

Quippe ubi nil aliud nisi aquam, calumq, teneant.

Currum porro solis mirè depingit 2. Metamorph. Ouid. hisce carminibus, quibus nihilominus ortum diei sanè eleganter *μετεγείνη*, poeticè prorsus, & copiosè satis:

Aureus axis erat, como aureus, aurea summa

Curvatura rote, radiorum argentem ordo.

Per iuga chrysolithi, positaq, ex ordine gemma,

Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Dumq, ea magnanimus Phœton miratur, opusq,

Per spicit: ecce vigil nitido patrefecit ab ortu

Purpureas aurora foras, & plena rosarum

Atria: diffugiunt stella, quarum agmina cogit

Lucifer, & calistatione nonissimus exit.

Tum pater ut terras, mundumq, rubescere vidit,

Cornuq, extrema velut emanescere luna, &c.

SPARGEBAT LVM. MONT. ORTA DIES) In locis enim excelsis, atque adeo in montium iugis, & cacuminibus primum se radij solis orientis ostendunt. Seneca Troad.

Summa iam Titan iuga

Stringebat ortus, vicerat noctem dies.

Non autè propriè dies oritur, sed sol, auctor, & effector diei.

LVCVMQVE ELATIS NARIBVS EFFLANT) Apparet ab Ennio manasse, ut notarunt eruditi. Ille enim hoc modo, *fundantq, elatis naribus lucem*. vnde & Lucilius deriuauit suum illud, *efflantq, elatis naribus lucem*. Ad elegantiam horum versuum contendit Claudian. Paneg. in Probin. & Olybrium.

Blandiu elato surgantemone iugales:

Efflantes rosem frans spiritantis ignem.

Allusit ad hanc ortus diei descriptionem Silius quoq, imitator Maronis longè studiosissimus, s. Punicor. *Do. nec flammiferum tollens aequore currum Solis equi sparsere diem.*

CAMPVM AD CERT. MAGNÀ) Etiam nemine monente, qui Homerum legit vel semel, videt totum hunc locum de isto fœdere propter monomachiam Paridis, & Menelai, de 3. Iliad. translatum esse. Ergo Teucri, & Rutuli inter se per certa spatia diuidebant, quæ quisq, loca purgaret, *puro ut possent concurrere campo*, sicut infrà dicitur. Vnde & Faunilucam euertere Troiani. Seruius.

IN MEDIOQ. FOCOS, ET DIS COM. ARAS) Quid quid ignem fouet, focus vocatur, siue ara sit, siue quid aliud, in quo ignis fouetur. Romani etiam moris fuit, & cespitem aræ superimponere, & ita sacrificare. Seruius.

Quod legimus plerumq, pugnandum esse pro aris, & focus, etsi de aris templorum, & priuatis tectis accipiendum plerisq, videtur, tamen auctoritatem Maronis secutus, interdum de fanis, & delubris exponendum puto. Nā pars quædam aræ, in qua accenditur ignis, focus dicebatur, seu ignitabulum, & aræ focus imponebatur. Et eodem lib. hic, *crateraq, focosq, ferant*. Itaq, idem prope interdum esse videntur foci, & aræ. Sæpe tamen foci pro tectis priuatis intelliguntur: seu foci etiam, & aræ priuatae sunt, ut apud Cic. pro domo. Omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ. Idem, deicere aliquem nudum domo, atq, focus patriis, diisque penatibus præcipitem exturbare. Iterum, focos, deos penates esse subiectos

Alibidini tribunitiæ. Communes autem deos putem dici deos illos, quorum simulacra in gramineis aris erant posituri, ut eorum interuentu, ex religione sanciretur fœdus: at communes vocantur, quod eorum sacramento, ac religione, cōmuniter utraq, pars esset fœdus percussura, & eorum nominibus statuta, ut dij sint communes Troianis, & Latinis in fœdere iungendo. Turn. lib. 23. cap. 14. Dij communes sunt Seruius Mars, Bellona, Victoria, quod hi in bello utrique possunt fauere.

ARAS GRAMINEAS) Gramen herbae species est, licet omnis herba gramen vocetur, sicut robur omne lignum, cum sit & species. Seruius.

Aras gramineas intelligit cespitias, quales in castris excitabantur, ut & tribunalia, & cespitem pro ara habebant. Horat. Ode 19. lib. 1. *positumq, carbo in Cespitis vino*. Iterum.

*Hic vinum mihi cespitem, hic
Verbenas pueri ponite.*

Sed & cespitem interdum Romano ritu aræ imponebant, ut Seruius notat. Prudent. hym. 5. *ut sit aræ*.

*Aut ara thure, & cespitis
Precanda iam nunc est tibi.*

Turneb. lib. 11. cap. 1.

Fontemque ignemque, ferebant) Fontem pro aqua posuit, à toto pattem. Sanè ad faciendū fœdera, ignis, & aqua adhibebatur. Vnde e contra, quos arcere volumus à nostro consortio, eis igni, & aqua interdicimus, id est, rebus quibus consortia copulantur. Seruius.

VELATI LINO) Sciendū, Fecialem, & Patrempatratum, per quos bella, vel fœdera confirmabantur, nunq, uti solitis vestibus lineis: vnde dicimus errorem factū, ut linea vestis contra morē adhiberetur ad fœdera, quæ firma futura non erant, &c. Seruius.

Velati dicebantur, qui caput cinctum licio laneo habebant. Liuius lib. 1. Legatus ubi ad eorum fines venit, vnde res repetuntur, capite velato (filum laneæ velamen erat) audi lupiter, inquit. Hoc idem voluit hic Virgil. Sic supplica, & velamenta dicebāt *τὴν ἱμερίαν*: quoniam nimirum filo laneo velatum erat caduceū. Græci dicunt *εἰμυάτα*, &c. Scalig. F. Coniectan. in Varron. * *Sunt qui legendum opinantur*, Velati limo. *Limo enim vestis est, quæ ab humilico & q, ad pedes teguntur pudibunda poporum*. Hæc autem vestis in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam habet: vnde & nomen accepit: nam limum obliquum dicimus. Vnde & Terent. *limi oculis*, id est, obliquis. Ita Seruius. Vide *Isid. lib. 15. cap. 14.* Cur sacerdotes Aegyptiorum creantur vestibus limi tantum, docet Pierius lib. 40.

VERBENA TEMPORA VINCTI) Verbenæ propriè est herba sacra, sumpta de loco sacro Capitolij, qua coronabantur Fecialis, & Patrempatratu fœdera facturi, vel bella indiçuri. Abusiue tamen etiam verbenas vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliua, vel myrtus: ut Terent. And. *Ex ara hinc verbenas sume*. Nam myrtum fuisse, Menander testatur, de quo Terentius transtulit. Seruius.

PILATA PLENIS AG. SE SVNDVNT PORTIS) Homerus ostendere volens, manum militum per portam fractam se coniecisse in castra, cecinit ita, vsus verbo quodam *μολαφοεικός* à fundendo. *ὅς δὲ τὸ ἀνταποιντὰς ἐσέχοντο πύλας*. Cicero eodem pacto inquit. C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias represent. Victor. lib. 28. cap. 18.

Pilata dixit, pilis armata: pilum autem genus est teli. Plenis vero portis agmina se fundebant, eorum scilicet, qui securi fuerant facti de alieno certamine, qui

ne, qui dudum fugientes, murorum petiuerant tuta, & A
evidentem euaserant mortem. Nunc quia omnis abe-
rat metus, nullo cogente, certatim se fundebat in aper-
ta camporum. Ruebat etiam Troius, & Tyrhenus ex-
ercitus, id est, cum impetu veniebat, *ὄμιον. Variis ar-
mis*: quia diuersarum terrarum viri non similia arma
portabant. Sic autem erant instructi, quasi continuo
pugnaturi. Bona *μεροπορία*, & rei futuræ præparatio:
ruptis enim fœderibus in bella descendent. Duces au-
ro, & purpura conspicui erant, quorum Mnestheum,
& Asylum Troianos, Messapum Latinorū accipimus.
Donatus, Seruius.

MEDIUS IN MILLIBVS) I. *Æneid.* de Penthesilea,
mediusq; in millibus ardet.

ET MESSAP. EQ. DOMIT.) Messapus Græcus
fuit, Anthedonius: ex cuius nomine, & in Bœotia prope
Anthedonem mons Messapius nomen inuenit. Is
in Iapygiam Italiz regionem è Græcia cum demigra-
set, regioni Messapiæ vocabulum indidit. Strabo aucto-
r est lib. 9. & à Solino aliena etiam fide proditur, sic enim
scribit cap. 8. Licinio placet, à Messapo Græco, Messa-
piæ datam originem, versam postmodum in nomē Ca-
labriæ. Messapum tamē imperasse Phaliscis dixit Maro.

SPAT. IN SVA QVISQ. RECESSIT) Hoc utique face-
re debuerant, qui non pugnaturi venerant, sed pugnan-
tes spectaturi. Donatus.

DEFIG. TELLURE HAST.) Hanc defigendarum
hastarum consuetudinem, & in poeticis docuit Aristo-
teles, suo quoque tempore ab Illyriis, & quibus Diome-
des imperauit, obseruatam fuisse. German.

SCVTA RECLINANT) Credo ea forma dictum,
qua ab Homero *Iliad.* δ. ἀνὰ λίσσας τείχων τῆ γῆ, ἀντὶ τῷ
ἐπὶ ἀσπίδι. German.

STVD. EFFVSÆ MATRES, ET VVLG. INERM. IN-
VALID. SENES) Apud Homerum senes Troiani sedēt
in turri, Paridis, & Menelai congressum spectaturi. No-
ster utriusque sexus mortales, & omnem ætatem ad suā
monomachiam contemplandam inuitat. Imbellis æ-
tas, & senex, (mulieres nimirum, & senes) vulgus item
inermum, (in quo pueros quoque intelligimus) muros,
sublimia portarum, tecta, turres conscendebant. Mi-
rum est, quā in istiusmodi rebus curiosa sit hominū
natura. Audiamus, amabō, quā ornatē, ac disertē
Plin. iunior in Panegyrico, quem Traiano dixit, eiuf-
dem imperatoris triumphalem in urbem ingressum,
tali quadam descriptione, populi videlicet eius spectā-
B di gratia undique se effundentis cohonestet. Loci sunt
similes: sed ille oratoris, quemadmodum debuit, non
paulo vberior, atq; magnificentior. Ergo non atas quē-
quam, non valetudo, non sexus retardauit, quo minus o-
culos insolito spectaculo impleret. Te paruuli noscere, ostē-
tare iuuenes, mirari senes, ægri quoque neglecto medenti-
um imperio, ad conspectum tui quasi ad salutem, sanita-
temq; perperere. Inde alij satis vixisse te viso, te recepto:
alij nunc magis esse viuendum predicabant. Faminas eti-
am tunc fecunditatis suæ maxima voluptas subiit, quum
cernerent, cui principi ciues, cui imperatori milites pepe-
rissent. Videres referta tecta, ac laborantia, ac ne eum,
quidem vacantem locum, qui non nisi suspensum, & insta-
bile vestigium caperet. Oppletas undiq; vias, angustum-
que tramitem relictum tibi: alacrem hinc, atque inde po-
pulum, ubique par gaudium, paremq; clamorem. Tam
equaliter ab omnibus ex aduentu tuo lætitia percepta est,
quā omnibus venisti: quā tamen ipsa cum ingressu tuo
crenit, ac prope in singulos gradus adacta est. *Id.*

- At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur,
135 (Tum neq; nomen erat, neq; honos, aut gloria monti)
Prospiciens tumulo, campum spectabat, & ambas
Laurentum, Troumq; acies, urbemq; Latini.
Extemplò Turni sic est affata sororem,
Diua deam, stagnis quæ, fluminibusq; sonoris
140 Præsidet (hunc illi rex ætheris altus honorem
Iupiter erepta pro virginitate sacrauit)
Nympha decus fluuiorum animo gratissima nostro,
Scis ut te cunctis vnam, quæcunq; Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,
145 Prætulerim, cæliq; libens in parte locarim:
Disce tuum (ne me incuses) Iuturna dolorem.
Quà visa est fortuna pati, Parcæq; sinebant
Cedere res Latio, Turnum, & tua mœnia texi:
Nunc iuuenem imparibus video concurrere fati:
150 Parcarumq; dies, & vis inimica propinquat.
Non pugnam aspicere hanc oculis, non fœdera possum,
Tu pro germano si quid præsentibus audes,
Perge: decet. FORSAN MISEROS MELIORA SEQUENTVR.

AT IUNO EX SUMMO) *Transit poëta ad consilium In-*
ueni enarrandum, quod totum ad fœdus disturbandum, & Tur-
num morti eripiendum dirigitur. Quum dispositiones par-
tium, & cuncta quæ gerebantur, de summo perspicere-
ret Iuno, de monte, qui ab Alba vicina hodie Albanus,
quia sciebat imparē Turnum, metuens ne ipsius mor-
te ipsa quoque cum suis conatibus caderet, adhiben-
dam putauit Iuturnam. Turni sororē, quod ipsa quoq;
esset

esset dea, & ut dictum est, Turni germana, proinde que quæ mandata implere posset, & deberet. Et quia verisimile esse non poterat, alterum ex germanis fratribus esse mortalem, alteram verò deam esse potuisse, dicta est causa, quæ Iuturnam ex mortali fecerat deam, & ipsa turpis. In qua & dantem, & accipientem poeta pariter notat.

QVI NVNC ALBANVS HABETVR) qui hodie mons Albanus vocatur, tum enim Alba nondum condita, neque nomen habebat, neque sciebatur. Post mortem patris Ascanius demum Albam condidit, à qua sic vocatur, utpote vicino oppido.

DIVA DEAM, QVÆ) *Dina deam* aut hypallage est, pro dea diuam: nam deos æternos dicimus, diuos verò, qui ex hominibus fiunt. Aut bene dixit de Iunone *diuam*, respiciens etymologiam. Nam in Horatio legimus, *sub diuo moreris Victimam nil miserantis Orci*, id est sub ære, quem constat esse Iunonem. Deus autem, vel dea generale est omnibus. Namque quod Græcè *θεός*, latine timor vocatur: unde deus dictus est, quod omnis religio sit timori. Seruius.

STAGNIS QVÆ FLVM. SONOR. PRÆSIDET) Honor pro mercede stupri repensus est, ut stagnis, & fluminibus sonoris præsideat. Stagna non sonant, quia stant: & flumina ideo sonant, quia semper currunt, & præcipitata sonitum mittunt. Sonoris ergo non stagnis, & fluminibus accipiendum est, sed fluminibus solis. Donatus. Fluius, & amnes sonantes vocant libenter poetæ, propter causam à Donato positam. Catull.

*Saluumq; reconditorum,
Amniumq; sonantium.*

Virg. 3. Georg. *transq; sonantem Ascanium*. Horat. Ode 9. lib. 4. *Longè sonantem natus ad Ausidum*. Theocritus in Ptolemæo, καὶ ποταμὸν καλῶντες. &c.

Fons quidam Italiæ ita dictus est, *Iuturna*, inquam, quod iuuaret, teste Varrone, & Seruio, saluberrimis aquis: eo nomine Iuturnam nympham, Turni sororem afficit Virgil. & stagnorum, ac fluminum præsidem facit. Colebatur à Romanis. Ouid. in Fast. *Te quoque lux eadem Turni soror ade recepit*.

EREPTA PRO VIRGINITATE) Quam multis iste rex ætheris alti virginitatem eripuerit, & quomodo in amoribus deses, relicta cæli statione iacuerit, petulantisq; amoris flammam seruilibus obumbraverit fallaciis, ad libidinosâ furta perficienda, ut est apud Arnob. lib. 5. docebunt mythographi. Eius dei sparios, & merchias commemorant, Arnob. lib. quem nominavi, Iustinus Martyr Apologia 2. Euseb. libr. 2. Præparat. cap. 4. Iustissima igitur querela Iunonis apud Senecam Hercule Furente.

*Soror Tonantis (hoc enim solum mihi
Nomen relictum est) semper alienum sonem,
Ac templa summi vidua deserti ætheris,
Locumq; calo pulsa pellicibus dedi.
Tellus colenda est, pellices calum tenent.*

Sequitur mox enumeratio istarum pellicum, quibus Iupiter hunc honorem erepta pro virginitate sacravit, tametsi Iuturna in his non recensetur. &c.

NYMPHA DECVS FLVIOR. ANIMO GRATISS. NOST.) Simulata dictio, & non ex animo, sed extemporis necessitate composita. Quando enim fieri potest, ut vxor pellicem libenter compelleret, aut amet? & ut se melius commendat Iuturnæ, suum esse

Amentitur, quod volente Ioue cæli consortium Iuturna commeruit. Addit etiam, se id libenter fecisse: multa enim bona ab inuitis præstantur, aliqua necessitate cogente. Nec Iuturnam verè diligebar, nec fratrem Turnum: sed agebat causam suam, ne in aduerso euentu certaminis Turni, ipsa cum suis conatibus caderet. Donatus.

ANIMO GRATISS. NOSTRO) Tale est, quale illud Homeri, ἡμῶν καὶ Χαιρόμεναι θυμῶ. Persecuta est autem omnes pellices suas: tantum abest, ut eas dilexerit, aut in honore habuerit. Tale est illud Sallustianum. *Marre ponticum dulcius quàm cætera: quum nullum dulce sit. Seruius.*

INGRATVM CVBILE) per quod gratiam castæ vxoris non repræsentat Iupiter.

CÆLI IN PARTE LOCARIM) in parte diuinitatis: nam locum numinū pro honore posuit. Seruius. * Cum hac oratione, seu potius cum principio huius orationis Iunonia ad Iuturnam nympham, comparat Donatus in And. Terentiū illam senis Simonis ad seruum Sossiam, quem manu miserat, quia seruierat liberaliter.

Ego postquam te emi à paruulo, ut semper tibi Apud me iusta, & clemens fuerit Seruitus, Scis: feci è seruo ut esses libertus mihi.

DISCE TVVM IVT. DOLOR.) Quæ agebat negotium suum, dissimulata utilitate propria, fingit torum fieri causa Turni, & Iuturnæ. Prædico, inquit, fratrem tuum ad summum supplicium esse venturum, ne cum id factum fuerit, dicas te à me neglectum esse. Adit deinde etiam hic veluti beneficia sua: quæ fortuna fuerit, & Parcæ concesserint, feliciter cuncta Italiæ procedere, defendisse Turnum, & oppidum. Nunc eum fati suis vrgeri, aduersus quæ ipsa nihil possit. Hoc enim ad minuendam Æneæ gloriam pertinet, ut fatorum Turni, non illius dexteræ videatur, si vicerit. Ac ne Iuturna dicat, quin tu auxiliare fratri meo: respondet, non se posse tale certamen aspicere, nec placere sibi huiusmodi fœdus. Vel ita (ne contrarium sit superioribus) quoniam numina, quoties morituros viderint eos, quibus fauent, ab eis recedunt. Sic Statius Apollinem inducit Amphiaræum deferentem, ubi eum vicinum morti esse cognouit. *Desilijs marens, lachrymansq; avertit Apollo*. Et Homer. cum lanx Hectoris expendente læua inclinaret, αἶψα καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ πύργου. Tu si quid efficacius, aut vehementius audes (nam decet germanam illicita etiam pro fratris salute tentare) forsitan mutabitur in melius fortuna, fietque beatus, qui nunc est miser. Suprà dictum, *multos alterna renisens Læsis, & in solido rursus fortuna locavit*. Donatus, Seruius.

QVA VISA EST FORTVNA PATI) suprà, *coëant in fœdera dextra Quæ datur*. Sanè latenter ostendit, fauorem numinum sine occasione fatorum, non posse procedere. Seruius. * Immo verò non latenter, sed manifestè ostendit, dum subiicit. Parcæque sinebant Cedere res Latio.

TURNVM, ET TVA MOENIA TEXI) Etiam Ciceroni tegere, est defendere, ac tueri. Pro Planicio. Is meam salutem, atque vitam sua benevolentia, præsidioque textit. Pro Sextio. Patriam, quam (ut leuissimè dicam) certè texeram. i. de Orat. maiores nostri clarissimorum hominum auctoritate leges, ac iura recta esse voluerunt. Sic, armis tegere, est defendere. i. de Orat. Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel ipse rectus esse possis, vel prouocare improbos, vel reuicisci laceissus?

Dddd*

IMPA-

IMPARIBVS FATIS) Fata fauent Æneæ, ut apud AVS AVDES) Pro fratre, & consanguineo audendum plus, & aliquid præsentius, id est, vehementius, & efficacius. Arcissima est fratrum, sororumque cognatio.

TV PRO GERMANO SI QUID PRÆSENTI-

- Vix ea, cum lacrymas oculis Iuturna profudit,
 155 TERQVE QVATERQVE MANV PECTVS PERCVSSIT HONESTVM.
 NON LACRYMIS HOC TEMPVS (ait Saturnia Iuno)
 Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti:
 Aut tu bella cie, conceptumq; excute fœdus.
 AVCTOR EGO AVDENDI. Sic exhortata reliquit
 160 Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.
 Interea reges (ingenti mole Latinus
 Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
 Aurati bis lex radij fulgentia cingunt,
 Solis aui specimen. bigis it Turnus in albis,
 165 Bina manu lato crispans hastilia ferro.
 Hinc pater Æneas Romanæ stirpis origo,
 Sidereo flagrans clypeo, & cælestibus armis,
 Et juxta Alcanius, MAGNÆ SPES ALTERA ROMÆ)
 Procedunt castris: puraq; in veste sacerdos
 170 Setigeræ fœtum suis, insonsamq; bidentem
 Attulit, admouitq; pecus flagrantibus aris.
 Illi ad surgentem conuersi lumina solem,
 Dant fruges manibus salvas, & tempora ferro
 Summa notant pecudum, paterisq; altaria libant.

VIX EA, CVM LACRYMAS) Vix ea, dixerat Iuno & subaudimus. Tum securæ sunt lacrymæ Iuturnæ, & verbera pectoris: solum enim doloris causam audierat, nihil quemadmodum fratri posset succurrere: audit autem infra, *Aut tu bella cie*, &c. Seruius.

NON LACRYMIS HOC TEMPVS) Sic Geta Sofratæ in Adelph. *Hera, lacrymas mitte, ac potius quod ad hanc rem opus est, porro consule*. Videns hæc Iuno, non flendum, sed subueniendum esse ait, & maturè tentanda, quæ saluti adhuc iuuenis expediant, ne mala, & perniciēs antevertat. Exponitur consilium bipartitū, suum fauorem illi spondet. Incertam porro reliquit, quia quamuis consilium dederit, tamen *for-san*, dixit supra. Ita erat quod speraret, & erat nihilominus quod merueret. hoc mentem eius vulnerabat.

Quum aliud, inquit, præsens exigit tempus, & id agatur, ne veniatur ad lacrymas, præposterum est, Iuturna, quod plangis: debentur hæc non periclitanti, sed mortuo. Subueniatur itaque tuo fratri dum viuit, & fiat maturè, quod pro illius salute faciendum est, ne nos mala præcipitata præueniant. Totum potest consiliorum ratio, si in suis temporibus agenda iungantur. Proinde ne te fraterno dolore consulam, providendi consilium deferat, quid tibi curandum, paucis aduerte. Subtrahendus est quæ primum morti, & hinc omnis opera consumenda, ut imminens certamē effugiat: aut si istud nulla vi explicari potuerit, tradatur inimicū fœdus è medio, & confusæ acies bello misceantur, &c. Donatus.

AVCTOR EGO AVDENDI) Auctor genensis communis apud antiquos. Festus. In quem locum ad-

ducit hoc testimonium Virgilij Scalig. F. additque: neque solum auctor, sed & alia pleraque verbalia. Ovid. *Sponsor coniugij stat dea pecta sui*. Sed quid longinqua conquirimus? Ecce obuia semper vox *uxor* est feminini generis. Vxor dicendum erat, pro vñctor. Eiusmodi enim erant verbalia apud veteres, vxor, pro vñctor, padio pro pactio. Ita dicta est, quia adipe lupino pestes noui mariti vngeret. Sed & Æschylus *τὴν δὲ γυναῖκα παυτολόω ἐπέμπετο*, quod sanè silentio prætereundum non erat. * Aliud Ovid. carmen è 4. Fast. promit German. de Geta auctor genere muliebri. Optima tu proprii numinis auctor es. *Est* & apud Lactantium libro primo, capite decimo septimo. *Qua prima (Venus) artem meretriciam inuexit, auctorque mulieribus in Cypro fuit, qui vulgo corpore quamquam facerent*. Sic Gracii & alij. Etiam genere neutro Virgil. extulit libro decimo. Italiam petiit fati auctoribus, esto. Seruius hanc vocem scribi *Gult sine*, e, cum ab autoritate descendit sic, auctor: cum autem venit à verbo *augeo*, tunc scribendam auctor, & facere femininum auctrix. Quidam etiam aspirationem addunt, *author*, ad Gracum vocabulum referentes, auctores. Hæstius de genere, & scriptura huius vocis.

Suetonius Tiberio cap. 17. eum quidam diceret, auctore eo senatum se adiisse, pro auctore suasorem, verbo mutato coëgit dicere. Vbi videtur sensisse modestissimus, & adulatoribus infestissimus imperator, plus quiddam, & maius esse auctorem, quam suasorē. Cic. tamen, (quod in eundem locum annotauit Lælius Torrentius) Cic. inquam, & alij, libera adhuc rebus. sic vsi sunt hoc vocabulo, ut etiam senatui auctores se fuisse dictitarent, ac ut sæpe eadem de re vtrumque verbum, auctoris, & suasoris coniungerent. Auctor enim dicitur, cuius consilium secuti sumus, & hoc solum

solum à suo fore differt, quodd huius consilio non semper paremus. Præterea in auctoris nomine dignitas, ac potestas consideratur, cum aut Patres auctores fiunt, ut sæpe Liuius de senatu, aut tutor pro pupillo, aut pro vxore maritus, quorum nempe sine auctoritate nihil gerere illi possent. Ita cum auctore Prætor quid factum dicimus. Et quoniam responsa prudentum iuris vim obtinebant, factum, ut hi auctores appellarentur, lib. 2. de origine iuris. Vnde elegans ille loquendi modus, cum non defugere auctoritatem dicimus, pro; non recusare auctorem sequi aliquem.

Sed auctorem fieri quid sit, docet Paulus in L. Etiam si. ff. de auctorit. tut. Etiam si, inquit, non interrogatus tutor auctor fuerit, valet auctoritas eius, cum se id probare dicit, quod agitur, hoc est enim auctorem fieri. Liuius libro primo. Decreuerunt enim, ut cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent. Et paulo post. Quod bonum, faustum, felixque sit, inquit, Quirites regem create, ira Patribus visum est. Patres deinde, si dignum qui secundus ab Romulo numeretur, crearetis, auctores fient. Sic vocabantur auctores mulierum, sine quorum approbatione, consensuque rata non erant, quæ egissent mulieres. Liuius libro 37. Cic. pro Flacco, & A. Cæcina.

TRISTI TVRB. VVLN. MENT.) Triste vulnus, est mæror animi: dulce autem vulnus, & blandum amor. Illud dolet, hoc delectat: illud fugimus, hoc appetimus. Vide dicta 4. Æneid. ibi, *Vulnus alit veni.*

INTEREA REGES INGENTI) Post interea reges, ponenda nota parenthesis, altera verò post, *spei alia Roma*: describuntur enim qui procedebant castris, Latinus, Turnus, Æneas, Ascanius, quos reges appellat, ut sæpe Homerus *ἀνῆλθε*. Longum est *ἰστορεῖται*. Isidorus lib. 1. Originum cap. 25. de schematibus. Prolepsis est Præsumptio, ubi ea, quæ sequi debent, anteponuntur: ut, *Interea reges ingenti mole, Latinus*. Debuit enim sic dicere. Interea reges ingenti mole, & statim adiacere, quod sequitur, *Procedunt castris*. Deinde dicere, Latinus, &c. Sed facta est pro ornamento præsumptio rei, & qui sequi debueret, reges, interpositi sunt in septem versibus, & postea additum, *Procedunt castris*.

INGENTI MOLE) ingenti pompa, & ambitu.

SOLIS AVI SPECIMEN) quia Latinus secundum Hyginum, Telemachi, & Circes filius, vide cap. 127. quam multi etiam Maricam dicunt: Circe autem solis filia. Idcirco gerebat diadema cum duodecim radiis, propter duodecim signa principalia, per quæ decurrit sol in anno.

Pictus libro 7. in Ceruo ait, ex instituto veteri coronas regias radiorum retulisse similitudinem, ut non temere olim institutum sit, eas in Apollinis capite 12. pretiosis lapillis confici, qui splendore suo promicantes, vniuersum caput radiis illustrent. Totidem autem radiis coronas regias constare, cum ex nummis, ac monumentis antiquis, tum ex hoc Virgiliano carmine posse colligi.

PATER ÆN. ROM. STIRP. ORIGO) per Iliam Namitoris Albanorum regis filiam. Albani autem reges Ascanij posterij, & successores. Iliam Romulam, & Remum à Marte, si credimus, compressa genuit: à Romulo Romani. Et quoniam ab Ænea, ut antiquissimo

Apparente, idcirco etiam Æneada & à Lucret. appellantur, & à Virgilio 8. Æn. *Æneada inferum pro libertate vocabant*. Dicit autem hoc, *Romana stirpis origo*, cum magno gloriæ sensu.

ET CÆLESTIBVS ARMIS) Quare cælestia arma Æneæ, docet lib. 8.

MAGNÆ SPES ALTERA ROMÆ) Quam recitant fabulam Servius, Donatus, & Crinitus libr. 7. cap. 11. de M. Tullio, qui Virgilij versibus multum tribuerit, audienteq; pop. Roman. cum recitationi eius carminum interesset, nempe Eclog. 6. statim ut erat acri iudicio, intellexisse, non communi vena prouenisse, ac proinde petiuisse, ab initio totam eclogam iterari, quam, cum studiosè ausculta- ret, se continere nequiuisset, quin exclamaret, magnæ spes altera Romæ, quod hemistichium deinde poeta in suam Æneidem, atque adeo in hunc ipsum librum transtulerit: hoc, inquam, commentum ad aures tuas ne admiseris. Moriente Cicerone, id quod ex chronologia patet, Virgilius admodum puer, & inuestis planctus fuit, & bucolica in vulgus nondum ediderat.

PVRAQVE IN VESTE SACERD.) Pura, inquit Donatus, colore albo, nec purpuræ variata picturis. Festus accipit puram vestem, non oblitam, non fulguritam, non funestam, non maculam habentem. Cic. 2. de leg. Color albus præcipuè decorus est deo, tum in cæteris, tum maxime in textili. In sacris non solum puras manus, sed etiam vestes requirebant, ut vestimenta, vinum.

SETIGERÆ FORTVM SVIS) Romano more, ut, *causa iungebant fœdera, porca*, Lucret. lib. 6. nam setigeris subus acre venenum est.

INTONSAMQVE BIDENTEM) agnum, cui nondum fuerat lana detonsa. De voce *bidentis* alibi dictum.

ADMONITQVE PECVS FLAG. ACRIS) Etiam hoc verbum sollempne fuit in sacris, ut hostia diceretur admoueri altaribus, sicut probari, duci stare, feri, immolari, cædi, mactari, de quibus omnibus, prolati auctorum locis, agit sedulo Barnabas Brissonus lib. Formularum 1. Lucanus lib. 1. *sacristunc admonet aris Erecta cernice marem*. Ammian. Marcellin. lib. 23. admotis atque tauros dixit. Ouid. 7. Metamorph. admotos templis tauros.

ILLI AD SVRGENTEM SOLEM) Vide locum Iliad. 7. *ἀπείδης δὲ ἱερὸν σάμανθ' ἡοίραςσι μάχαιραν*, &c. Mos fuit antiquis, solem orientem adorare, tum ad opus quod instaret aggredi, & alioqui ad solis ortum precationem incuntes conuerti. Tacitus Historiarum lib. 3. Et orientem solem (ita in Syria mos est) Tertianis salutauere. Fuit enim hæc legio à Syria deducta, in qua sub Corbulone militauerat. Herodian. lib. 4. de Parthis, qui pugnam inituri orto iam sole, *ἀσπασάμενοι δὲ τὸν ἥλιον*, inquit, *ὡς εἶθ' αὐτοῖς, οἱ βάρβαροι, μάλιστα κλέγῃ θύσαντες ἐπέδραμον τοῖς Ῥωμαίοις*. Sed obseruo amplius: non solum Syros, aut orientales soli cultum hunc detulisse, sed gentium plerasque. Plato lib. 10. de leg. *ἀνατέλλοντος δὲ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων, περισκυλίσσας αἶμα, καὶ περισκυλίσσας ἐλπίσιν, καὶ βαρβάρων πάντων*. Oriente sole, & luna, iisdemque occidentibus, in terram inclinationes, & adorationes fiunt, Græcorum, omniumque barbarorum. Ipsi Romanis receptum, in precando verti ad orientem. Hyginus de limitibus. Antiqui architec- ti in occidentem templarectè spectare scripserunt. Postea placuit

cuit omnem religionem eò conuerrere, ex qua parte A
cæli terra illuminabatur. Isid. lib. 15. templa ita structa
ait, vt qui consuleret, & deprecaretur, rectum aspice-
ret orientem. Latinus Pacatus in Panegyrica ad Theo-
dosium. Nam vt diuinis rebus operantes, in eam cæli
plagam ora conuertimus, à qua lucis exordium est. Nec
Christiani abhorruerunt. Hæc Lipsius ad 3. Historiar.
Taciti. * Similiter 8. Æneid. Surgit, & ætherei spectans orientia
solis lumina. Ouid. 4. Fast. Hæc dea placanda est, hæc tu con-
uersus ad ortus Dicquater. Vide Formular. Brissonij lib. 1. num. 38.
Quamobrem festum fecerint Apostoli, & qui ab ijs profecti sunt
pastores Ecclesia, & Christiani dimisso more Iudaorum, ad occi-

dentem Verso corpore deum adorandi, ipsa ad orientem solem ado-
rarent, docuimus progymnas. 7. secunda parsu Tertij.

DANT MAN. FRUGES SALSAS) *Fruges salssas*, in-
tellige far, & sal, quibus rebus & cultrialpergebantur,
& victimæ. Erant autem probationes, vtrum animal
aptum esset sacrificio. Obliquum enim cultrum à frō-
te, atque ad caudam ante immolationem ducere con-
sueuerant: nam hoc est quod dicit, *tempora ferro Sum-
ma notant pecudum*. Seruius. Hoc de ferro, quidam ex-
ponunt, præsecant capillos de fronte victimarum. Lib.
6. *Et summas carpens media inter cornua fetas*.

- 175 Tum pius Æneas stricto sic ense precatur.
Esto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Quàm propter tantos potui perferre labores:
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno,
Iam melior, iam diua precor: tuq; inclyte Mauors,
180 Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:
Fontesq; fluuiosq; voco, quæq; ætheris alti
Religio, & quæ cæruleo sunt numina ponto.
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno:
Conuenit Euandri victos discedere ad urbem:
185 Cedet Iulus agris, nec post arma vlla rebelles
Æneadæ referent, ferre hæc regna laceffent.
SIN NOSTRVM ANNVERIT NOBIS VICTORIA MARTEM,
(Vt potius reor, & potius dij numine firment)
Non ego, nec Teucris Italos parere iubebo,
190 Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant.
Sacra, deosq; dabo: socer arma Latinus habeto.
Imperium sollemne socer. mihi mœnia Teucri
Constituent, vrbiq; dabit Lauinia nomen.

ESTO NUNC SOL TESTIS) Similis precatio apud B
Homerum, quam citat Seruius.

Ζεὺ πάτερ ἰδὲν ἡμεῶν, κῦδρε, μέγιστε,
Ἡέλιος δὲ πάντ' ἐροῦν καὶ πάντ' ἐπαύεις, &c.

Ex eo autem quod soli sensum audiendi, videndiq; &
omnino quandam diuinitatem tribuerent, eumque
ἰσχυρὸν facerent, arbitror manasse huiusmodi senten-
tias. Cic. 2. Off. Multa præterea commemorarem,
si hoc vno quidquam sol vidisset indignius. Plaut. Sti-
cho, *meliozem (uxorem) neq; tu reperis, neq; sol vides*. Sic
Græci Ἡέλιος καὶ ὁπότε. vt Theognis. Τὸ δ' ἀτρεκέδ' ὀλεῖ
ὁδεῖς Ἀρδραίων, ὁπότες Ἡέλιος καὶ ὁπότε. Tu plures collige,
Nos alibi hoc idem docuimus. 36

ET PATER OMNIPOTENS. ET TV SAT. IVNO)
Etsi Maro in fœdere faciendo Homerum imitatur, ta-
men, vt mihi videtur, etiam ad ritum, sollemniorumq;
verborum formulam, qua veteres Romani in lanci-
endis fœderibus, & bellis indicendis vti solebant, re-
spexit. Quod è Liuiο lib. 1. perspicere facile est, cuius
verba sunt. AVDI IVPITER, ET TV IVNO, QUIRINE,
DIIQVE OMNES CÆLESTES, VOSQVE INFERI AVDITE.
Rurilius. AVDI IVPITER, AVDITE FINES, AVDIAT FAS.
Sic & Plaut. Cistell. iurat deos superos, inferos, me-

dioxumos. Sunt autem qui à Græcis ἱερόνιοι, ἱερόνιοι, &
ὑποχρόνιοι appellantur. Turneb. lib. 30. cap. 29.

De ratione fœderis peragendi Livius ita scribit,
nam Turnebus de belli indicendi formula tetigit ali-
quid. *Fecialis regem Tullum ita rogavit. Jubeant me rex
cum patre patrato populi Romani fœdus ferre? Jubeant
rege, Sagmina, inquit, te rex posco. Rex ait, puram tol-
lito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. po-
stea regem ita rogavit: Rex, facisne me regium nuntium
pop. Romani Quiritium? vasa, comitesq; meos? Rex re-
spondet, Quod sine fraude mea, populiq; Romani Quiri-
tium fiat, facio. Deim Fecialis patrem patratum facit,
qui legibus fœderis recitatus, Audi, inquit Jupiter, au-
dis patre patrato pop. Albani, audi tu pop. Albanus: ut
illa palam prima postrema ex illis tabulis, ceratne reci-
tata sunt sine dolo malo; utique ea hic hodie rectissime
intellecta sunt, illis legibus pop. Romanis prior non de-
ficiet. Si prior defeceris, publico consilio, dolo malo, tum
Diespiter pop. Romanum sis fersto, ut ego hunc por-
cum hodie feriam: tantoq; magis fersto, quanto ma-
gis potes, pollesq;.* Quod ubi dixit: porcum saxo filico
percutissit.

IAM MELIOR, IAM DIVA) Aliter exponendum,
quàm volunt interpretes. Nam cum infesta esset Troia-

nis

nislunò, proprium autem deorum sit, bonos esse, precatur, ut animum muret in Troianos, & eis bona esse velit: quod ea arte dicit, quasi quæ mala sit, & à diua degeneret: perinde, ac si diceret, ad te redeas, & te deam esse memineris, cuius proprium est non nocere. Turneb. lib. 23, cap. 14.

CUNCTA TVO QVI BELLA) Martem dicit cuncta bella sub numine suo torquere. Hoc nihil est aliud, quàm quod dicit Lucret. lib. 1. *quoniam bellifera munera Martis Armipotens regit.*

FONTESQVE FLVVIOSQVE VOCO) fontium, fluuiosumque præfides deos.

QVÆQVE ÆTHERIS ALTI RELIGO) & quæcunque numina in cælo coluntur.

QVÆ CÆRVLEO SVNT NVM. PONTO) Mare vocatur cæruleum à colore, quem videtur habere. Cæruleas vndas nominat Tibull. eleg. 4. lib. 1. *Nec si cæruleas puppi voles ire per vndas.* Idem lib. 3, mare dicit cæruleum amnem.

jam nox ætherium nigris emensa quadrigis

Mundum, cæruleo lauerat amne rotas.

SI FORS VICT. TVRNO) Bene dubitat de victoria Turni, si fors, inquit: contra cum ad suum venerit nomen, dicet, *Vt potius reor, & potius dii numine firment.* Sanè ratione non caret, quod primò de victoria Turni loquitur, post descendit ad suam: scit enim in auguriis prima posterioribus cedere. Seruius.

CONVEN. EVAND. VICT. DISCED. AD VRBEM) Quid facturi sint Troiani Ænea victo. Recipient se ad Euan-drum, ut amicum, arma deponent in perpetuum.

NOSTRVM ANNVER. NOB. VICTOR. MART.) Hypallage est, *annuerit victoria Martem*: pro, si noster Mars annuerit victoriam: nam Martem victoria comitatur. Seruius.

Dij nostri dicuntur esse, qui nobis fauent, ut hoc loco, & hoc eodem libro, *nec dii texere Cupensum, Ænea veniente, sui.* Qui scilicet ei propitij erant, fauebantque. Mars igitur illius videbitur, qui victoriam obtinebit: tunc enim fauebit maximè, si victoriam dederit. Contrà, illorum esse nò videbitur, quibus aduersabitur, quiq; vincuntur. Hæc ideo dixi, quod non satis accommodatè à Seruio explicata viderem. Turneb. lib. 9. cap. 30. & lib. 23. cap. 14.

Dedit obseruandam legem parti aduersæ, & se alia, suosque constringit. Si verò, ait, me victorem exitus certaminis fecerit (quod spero futurum diis bene iuuatibus) nolim seruiant Troianis Itali: sed sint pares, sint vna, ac perpetua societate còcordes. Nec mihi regnum

A vindicabo, socero omnia relinquā. Dabo deos, dabo sacra. Quid tam honestum, quid tam commodum, quam deos noscere, & discere religionem? Solam palmam, & gloriam quæro, & manentibus cunctis in suo statu, mei mihi ciuitatem condent, citra ciuium laborem, & cuiusquam impensas: non trudam quenquam è sedibus suis: ipsi ciuitati nomen dabit Lauinia. Nullus me victorem sentiet, quum omnis mihi causa sit cum Turno. Donatus.

NON EGO NEC TEVCRI TAL. PARERE IVB.) Hæc, & sequentia, nonne similitudinem habent illius loci, lib. 1. cum Dido ait?

Vultis & his mecum pariter considerare regnis?

B *Tros, Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.*

SACRA, DEOSQVE DABO) Nempe Iuliam gentem ab Iulo sacra, in tempore vsque Virgilij, habuisse constat ex auctoribus. Et poeta, sacra semper pietati Æneæ vindicat, quæ magna æquanimirate inducit in partem regni tantum, cum Latino venire paratum, quod reuocata (ut ex ciuili doctrina constat) regna ad mediocritatē, & temperata stabiliora, & diuturniora euadant, ut demonstrat Aristot. lib. 3. *πολιτ.* lege cætera apud Ger. ** Per sacra, deosq; Troianorum penatium sacra accipienda sunt, de quibus initio Æneid. Inferretque deos Latio.*

SOCER ARMA LAT. HABETO) Crebra soceri commemoratione sibi fauorem Latini conciliat. Et appositi, habeto, sic enim leges loquuntur.

C *MIHI MOENIA TEVCRI CONSTIT.*) Popularem gratiam captat: quia suprà dixerat Drances, *Saxaq; subnecture humeris Troiana innabit.*

VRBIQVE DABIT LAVINIA NOMEN) Oppidum addunt: Æneas ab nomine vxoris Lauinium appellat. Liuius lib. 1. Hanc orationem Donatus iure optimo laudat, & ego eius verba adscribenda sum ratus. Quam libenter auditus est, quum non tantum in eos non se asperum futurum pollice retur, quibus auctoribus constatum est bellum: verum etiam quos hostes habuit, pro amicis retenturum, ut essent æquales Troianis. In eo autem beneuolum se monstrauit, sacra illis promittendo, munus scilicet optandum cunctis, & venerabiliter excipiendum. Deferendo autem socero, & Latinis, quantum sibi fauorem omnium iunxit? In eo verò plenam monstrauit teuerentiam, quum illum & patris nomine appellauit, & soceri. Habeto, inquit, pater arma, habeto socer imperium. hoc est enim imperare, habere mouendorum armorum potestatem, cum necessitas fuerit, & pacem tueri, quam procurauerit labor, & fortunæ suffragium.

195 Sic prior Æneas: sequitur sic deinde Latinus,
SVSPICIENS CÆLVN, TENDITQVE AD SIDERA DEXTRAM.

Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sidera iuro,
Latonæq; genus duplex, Ianumq; bifrontem,
Vimq; deum infernam, & duri sacraria Diris.

200 Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras, mediosq; ignes, & numina testor.
Nulla dies pacem hanc Italæ, nec fœdera rumpet,
Quo res cunque cadent: nec me vis vlla volentem
Auertet: NON SI TELLVREM EFFVNDAT IN VNDAS

205 DILVVIQ MISCENS, CÆLVNVE IN TARTARA SOLVAT.
Vt sceptrum hoc (dextra sceptrum nam fortè gerebat)

Dddd* 3

Nun-

Nunquam fronde leui fundet virgulta, nec umbras,
 Cùm semel in syluis imo de stirpe recisum
 Matre caret, posuitq; comas, & brachia ferro:
 210 Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
 Inclusit, patribusq; dedit gestare Latinis.

SUSPICIE NS CÆLVM, TENDITQVE AD SID. DEXT.) *A* *sancit*, confirmat, sancta esse facit: quia cùm sunt fœdera, si coruscatio fuerit, confirmantur: sed ignem diuinū precibus eliciebant, qui incendebant altaria. Exsi scio plurimum semper Seruio esse tribuendum, tamen nullo modo his assentiri possum, potiusque credam, id ex opinione veterum dictum fuisse, qui fœdistragos, & periuros fulmine de cælo à Ioue tangi purabant. Sancit igitur fœdera fulmine, qui fulmiue vindicat id, qd contra formulam, ac religionem iurisiurandi commissum est: nam animaduersio in fontes, iuris functio, & conseruatio est. Id ita esse, ex Luciano discere possumus, cuius verba sunt in Timone. *ἄνθρωποι γὰρ ἐπιπορεύουσιν τῆς ἀρχῆς ῥύτῳ τῶν ὧλων θεῶν ἀλλὰ φοβηθέντες αὐτὴν τὴν τῶ πανδαιμόνιος*

TERRAM, MARE, SIDERA IVRO EADEM) Ornatio elocutio, & crebra apud maiores, quàm si velis addere præpositionem, vt si dicas, iuro per maria, per terras. *Eadem* autem bene dixit: nam pro mari, ille fontes, & fluiuos posuit, pro sideribus solem. Seruius * *Per quā Varias res iurare solita sint gentes, demonstrabit Alex. Neapolis. lib. 5. cap. 10. Ibidem de penis, quibus periuri diminuitur afficerentur. Ex res, per quas consueverunt iurare, & formulas ipsas collegit Brissotinus lib. 8. principio.*

LATONÆQVE GENVS DVPLEX) VNO, eodemque partu effudit Apollinem, & Dianam Latona. Idcirco Orpheo *Ἰδρυματόκος*, Ouidio gemellipara diua 6. Metam. & 5. Faistor. Genus autem significat filium, filiamque, seu progeniem. Infra, *matrisq; genus peridia*, id est, filius, est enim periphrasis. 10. *Æneid.* vocatur deum genus *Æneas*. Et lib. 4. *Credo equidem, nec vana fides genus esse deorum.* Hesiod. *ἱερὰ ζῷα παρὰ δὲ θεῶν γένος*. Horat. Ode 3. lib. 1. *Andax Iapetigenus*, de Prometheo Iapeti filio. Et sat. 6. lib. 1. *Contra Laninum Valerigenum*. Tibull. lib. 4. de Circe. *Quamuis illa foret solis genus.* Propert. lib. 2. *Qualis & Ischomache Lapitha genus heroine.* Et Catull. Epithal. *Collis ὁ Heliconij Cultor, Vrania genus*, Nomine Latonigenarum hic solem, & lunam intelligit. Idem enim sol, qui Apollo, & eadē luna, quæ Diana. Aut (quoniam sidera dixit) simpliciter interpretandum de fratre & sorore, Latonæ filiis.

IANVMQVE BIFRONTEM) Cur Ianus crederetur bifrons, Plutarch. *Quæst. Rom. quæst. 22.* Ouid Fast. 1. Hic autem inuocatur, vt pacis, bellique arbiter. Numa ei templum cōstituit, quod clausum pacem, apertum, bellum significaret. Liuius lib. 1.

VIMQVE DEVM INFERNAM) Circumlocutio est, pro diis inferis, vt, *odora canum vis*, pro canibus: fluxitque à poetis Græcis, à quib. dicitur, *ἰο πειάμοιο*, pro Priamo. Turneb. lib. 23. cap. 1.

SACR. DITIS) Sacrarium propriè est locus in templo, in quo sacra reponuntur: sicut donarium est, vbi reponuntur oblata: sicut lectisternia dicuntur, vbi in templo deorum statua cubare consueuerunt. Seruius.

Qui Latinis Dis, Græcis est *παῖτων*, & *ἀδερ.* Ditis nomine nuncupatur, auctore M. Tullio, quod terrena vis omnis, ac natura ipsi dicata putaretur. Nam & omnia in terras recidunt, & ex his oriuntur. Alij, vt est apud Quintil. ideo Ditem vocatum volunt, quod minime diues sit: mortui enim omnibus exuti bonis sunt crediti. Gyrald. Syntag. 6.

AVD. HÆC GENITOR) Quanquam quæ sequuntur, qui fœdera fulmine sancit, indicant de quo genitore sermo sit, nempe de Ioue, cuius est fulmen: tamen absolūtè cum dicitur *genitor*, siue *pater*, *ἀρτονομασίας* de Ioue potest accipi: sicut *genitrix* de Cybele omnium deorum matre. Sic infra. *Hic actis, aliud genitor secum*. *E ipse volutat.* Nolo tamen dissimulare, lib. 1. *Æneid.* etiam Neptunum sine adiuncto sic vocatum, in sedanda tempestate.

QVI FŒDERA FVLMINI SANCIT) Seruius exponit

A sancit, confirmat, sancta esse facit: quia cùm sunt fœdera, si coruscatio fuerit, confirmantur: sed ignem diuinū precibus eliciebant, qui incendebant altaria. Exsi scio plurimum semper Seruio esse tribuendum, tamen nullo modo his assentiri possum, potiusque credam, id ex opinione veterum dictum fuisse, qui fœdistragos, & periuros fulmine de cælo à Ioue tangi purabant. Sancit igitur fœdera fulmine, qui fulmiue vindicat id, qd contra formulam, ac religionem iurisiurandi commissum est: nam animaduersio in fontes, iuris functio, & conseruatio est. Id ita esse, ex Luciano discere possumus, cuius verba sunt in Timone. *ἄνθρωποι γὰρ ἐπιπορεύουσιν τῆς ἀρχῆς ῥύτῳ τῶν ὧλων θεῶν ἀλλὰ φοβηθέντες αὐτὴν τὴν τῶ πανδαιμόνιος* *Ἰατρὸν ἔλβη.* Itaque eorum qui peierare aggrediuntur, citius quispiam extinctum ellychnium formidauerit, quam fulminis illius omnium domitoris flammam. Aristoph. de fulmine. *τὸν γὰρ δὴ φανερὸς ὁ Ζεὺς ἰνὸς δὲ τοὺς ἐπιπόρως.* Hoc enim planè Iupiter in periuros mittit. Sed & Homer. Iliad. 3. in iureiurando, fœderis deos, periuriorum vindices inuocat: quod imitari Virgilius voluit, sed de fulmine Iouis dicere maluit. Versus Homeri est. *ἀνδράπους, τίνυνδον ὅτις κ' ἐπὶ πόρῳ ὁμῶς.* Turneb. lib. 25. cap. 9.

Hanc Turnebi explicationem infirmare, ac Seruianam stabilire nititur Titius lib. 10. cap. 20. his verbis. Non est sancire fœdera fulmine, periuros, ac fœdistragos impetere: sed confirmare, ac sancta reddere. Sumptum hoc ex fulminum natura, additaque Etruscorum disciplina, cuius peritissimus Virgilius, &c.

Villiomarus exagitator perpetuus, & quasi flagellum Titij, Animaduersor. in eiusdem locos controuersos lib. 10. Animaduers. 20. censet vtriusque sententiam esse verisimilem, immo veriore, & doctiorem Turnebi. Senecæ autem, & Horatij verba ab eodem Titio allata nihil ad institutum faciunt.

Alludere, inquit, German. mihi videtur ad ritum Romanum, quo Fecialis feriens in fœdere poscam, ad Iouem preces vertebat hoc verborum conceptu, vt tanto perfidiam vehementius vlcisceretur, quanto plus posset, polleretque.

TANGO ARAS) In iureiurando religiosissimo, aras tangebatur. Quod quidem à doctissimo poeta ex antiquitate repetitum est. Nam cum adam in Titanas bellum suscepturi dii iurassent, obtinuit, vt postea religio iurisiurandi citis tactu, & ignis testatione sanciretur. Verba sunt Theonis in Aratum, de illo loquentis. *καὶ τοῖς ὁμῖνοι δίδου βυλομένους, ὡς διαμολάτην πῶς ἴπ' ἡρώσι, καὶ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται, δεικνύτας ἰσχυροσύνης μαρτύριοι τὸ πῦρ.* Sic etiam in sanctissima, & religiosissima obsecratione, vt Iarbas in 4. *Talibus orantem distis, arasq; tenentem.* Turneb. lib. 19. cap. 19. & lib. 26. cap. 2 & 5. *Addde Plantinum hocen Rud. Tange aram hanc Venetia. L. A. B. Tango. GR. Per Venetiam hanc iurandum est tibi. Plura exempla suppediat Brissotinus. Formular. lib. 8. numer. 712. Vide insuper quæ annotauimus lib. 4. Æneid. ad illud, Talibus orantem distis, arasque tenentem.*

MEDIOSQVE IGNES) qui sunt in medio, quos aras tangendo, simul quodammodo tangebatur. Pierius libr. 49. in *Aras*. *Aras* præcipua significatio est, vt nostræ erga deum pietatis indicium sit, precesq; nostras igne, vt ve;

vt veteres Opinabantur, internuntio ad deum deferat. A cum hic sceptrum omnes intelligant scipionem, quem Vnde apud Maron. *Tango aras, mediosq; ignes*, dictum, quod inter humanum naturam, & cælestem ignis medium ita obtineat, vt meritò dici possit internuntius. Hæc expositio quantum valeat, tu æstima.

NON SI TELLVR. EFFVNDAT IN VND.) Similiter Lucret. lib. 3. *Non si terra mari miscebitur, & mare calo.* Iuuenal. sat. 2.

*Quis calum terris non misceat, & mare calo,
Si fur displiceas Verri, homicida Miloni?*

Et sat. 6. *clamus licet, & mare calo Confundas*, Lege nihilominus, quæ diximus in illud Æneid. 3. sub finem, *maria omnia calo Misceat*. Et Eclog. 8. *Omnia vel medium fiant mare*. Nota etiam hypallagen, si tellurem effundat in vndas, pro, si vndas in tellurem effundat: nam quod liquidum est, rectius dicitur fundi, quam quod compactum, & solidum.

CÆLYMVE INTART. SOLVAT) Eandem vim habet, quam, quod præcessit, & est ab impossibili: simile Lucani lib. 1. *Sidera sideribus cōcurrent, ignea pontum Astra petent*. Horæ. Ode 5. Epod.

*Primum, calum fides inferius mari,
Tellure porrecta super.*

Ad summam rerum perturbationem declarandam illud etiam valet, *Summa imis miscere*. Velleius li. 2. promulgatis agrariis legibus, omnibus statim cōcupiscenciis, summa imis miscuit, & in præruptum, ancepsq; periculum adduxit rempub.

VT SCEPTRVM HOC) Locus ex Iliad. 2. & accommodatur ad Latinum, quod ibi dicit Achilles.

*Ναὶ μὰ τὸ θεὸν ἰκέλευσεν, τὸ μὲν ὅτε φῦλλα καὶ ῥέουσι
φύσσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι Ἀλκίονος,
Οὐδ' ἀναδύλασεν, πρὶν ῥ' αὖτ' ἐκ χαλκῶς ἰλαφῆ
φύλλα τε καὶ φλοῖον, ὅν' αὖτε μιν ἦν ἀχαιῶν
Ἐν Παλάμῃ φορέσει διασπῆλαι, δῖτα δέ μιν αἶε
Πρὸς Διὶς ἰνύεται, δ' αὖτ' οἱ μέγας ἔσσεται ὄγκος.*

Imitatus est Virgilium Valer. Flaccus, per hastam, nescio quem iurantem introducens.

*Hanc ego magnanimi spoliū Didymæonis hastam,
Quæ neque iam frondes virides, neque proferet umbras,*

*Ut femel est anversa ingis, ac matre precepta,
Fida ministeria, & duras obit horrida pugnas,
Tessor.*

Locum ex Homero esse decerptum, & tanquam noua veste, oratione Latina ornatum, neminem fallit. Sed

manu gerebant reges, quod Homerus dixerit, *ἐν Παλάμῃ φορέουσι*, & Maro eodem hoc loco, & in libr. 1. *sceptrum*, *Ilione quod gesserat olim*, et si illud Homericum de hasta etiam intelligi potest, non hoc Maronis, cum, vt opinor, hastam mulieres gerere solitæ non sint, tam quis ab hac recepta, & probata opinione discrepet, exponam. Belli Troiani tempore putat Trogus, vt in compendio Iustini legimus, lib. 43. sceptrum regum, hastas fuisse. Eius verba subiiciam. Per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas græci sceptrum dixerunt. Itaque apud Euripidem in Hecuba *ἄδρ' ἐν δὴν ὀδὴν*, non in aliam sententiam accipio, quàm vt hastæ nomine sceptrum intelligatur. Addit & Iustinus. Nam ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere: ob cuius religionis memoriam, adhuc deorum simulacris hastæ adduntur. Turneb. libro 22. capite. 12.

IMO DE STIRPE) Ideo genere masculino vñse est, quia de arboribus loquitur: nam de hominibus feminino genere dicimus: vt, *heu stirpem inuisam*. Dixit tamen vsurpauit Horatius de arboribus, *stirpesq; raptae, & pecus, & domos* Matris nomine ipsam arborem intellige: vt, *Parna sub ingenti matris se subiicit umbra*. Seruius.

MATRE CARET) ipsam arborem vocat matrem, quod etiam facit loquens de vite, ni fallor & rustici scriptores similiter solent vti ista catachresi.

POSVITQVE COMAS, ET BRACHIA) ramos cum frondibus suis amisit per ferrum. Frondes arborum vocat comas & Horat. Ode 7. lib. 4.

*Diffugere nives, redeunt iam gramina campis,
Arboribusq; coma.*

Ode 3. eiusdem lib. 1. *Et spissa nemorum coma*. Catull. in phaselum. *Vbi iste, post phaselum, antea fuit Comata sylua*. Per syluam accipe arborem, vt apud nostrum quoque 3. Æneid. *viridemq; ab humo conuelleret syluam*.

ARTIF. MAN. AERE DECORO IN.) Manui Maro tribuit, quod artificii, aut arti debebatur, ea forma, qua Anaxagoras prudentissimum animalium hominem constituebat, quod manus haberet: cum malit Aristoteles, quia prudentissimum sit, ideo manus habere, his fere verbis de part. animal. lib. 1. *Ἀναξαγόρας μὲν δὲ οὐκ οἶσεν*, &c. Vide German. Paralip. Aes decorum, est orichalcum. Æneid. 1. *Argentum, Parisius lapis includitur auro*,

- Talibus inter se firmabant fœdera dictis,
Conspectu in medio procerum. tum ritè sacratas
In flammam iugulant pecudes, & viscera viuis
215 Eripiunt, cumulantq; onerantes lancibus aras.
At vero Rutulis impar ea pugna videri
Iamdudum, & vario misceri pectora motu.
Tum magis, vt propius cernunt non viribus æquis.
Adiuuat in cessu tacito progressus, & aram
120 Suppliciter venerans demisso lumine Turnus,
Tabentesq; genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem, & vulgi variare labantia corda:
In medias acies, formam assimulata Camerti:
225 (Cui genus à proauis ingens, clarumq; paternæ

Nomen

Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis,
In medias dat sese acies, haud nescia rerum:
Rumoresq; serit varios, ac talia fatur.

INTER SE FIRMAB. FOED.) De Latino, & Ænea accipiendum, quod ait de firmatis fœderibus cum huiusmodi dictis. Turnum non induxit orantem, qui dux est, quia præsente rege non habet potestatem: & imitatus est Homerum, qui post iusiurandum Menelai, Alexandrum quasi feruidum, & adolescentem à fœdere inducit exclusum, & Priamum adhibitum ad fœderis confirmationem. Seruius.

CONSPECTV IN MEDIO PROCERVVM) Proceres sunt principes civium, vel civitatum, quasi procedes, quod ante omnes honore præcedat. Vnde & capita trabium, quæ eminet extra parietes, proceres dicuntur, eò quod primò procedant. Hinc autem ad primores facta translatio, quod à cætera multitudine prominent. Isidor. lib. 8. cap. 4.

RITE SACR.) rite expurgatas, solennitate, qua dictum est suprâ. Seruius.

IN FLAMM. IVGVL. PECVD.) Fundebatur sanguis animalium, & antequam morerentur, extrahebantur eorum viscera, & aris imponebantur. Donatus.

VISCERA VIVIS BRIPIVNT) Ideo rapiebant exta, ut spirantia adhuc, & palpitantia cõsuli possent. Ea de causa Arnob. lib. 7. illis gaudium fuisse scribit, vidisse ex residuo cæsarum victimarum spiritu exultantia adhuc corda, tremebundasque, & palpitantes in visceribus venas. 4. Æneid. *pecudumq; reclusis Pectoribus inhians spirantia consulis exta.* Brissonium adi, lib. Formular. i. numero 20.

IMPAR EA PVG. VIDERI) Videri, misceri, infinitiui pro indicatiuis, videbatur, miscebatur: & eò magis, quòd propius, & apertius cernebant, haud viribus æquis congressuros. Confirmabat timorem eorum multis ar-

gumentis Turnus, quibus ob imparitatem diffidentia probaretur. Tacitus, & segnis incedebat, ut vix pedem posse mouere videretur, cū macie repentina, & pallore, qui in iuuenili corpore est insolitus. Seruius, Donatus.

ADIVVAT INCESV) motum illum populi auget.

DEMISSE LVMINE) quod timentis est. Aliquando verecundantis, ut in Didone, & Andromacha.

TABENTESQVE GENÆ) Quid hinc facit in tot exemplaribus *Pubentes*? Scilicet pubentes, id est, iam tenera languine vestitæ, ac florètes genæ Turni adiuuabāt Rutulorum diffidentiam: minus credebant fœlicem fore successum certaminis, quia Turno barba prima erumpebat. Scriptura alia proponitur, *Pallentes*. Sed cum sequatur, & *iuuenili in corpore pallor*, totus versus sic legeretur, *Pallentesq; genæ, & iuuenili in corpore pallor*, quod satis ineptum videtur, ac nugatorium. Lege igitur, auctore Donato, *Tabentesq; genæ*, quod cum voce *pallor* bene consentit. Nescio enim qua macie subito deformari Turnus cœpit. 18.

FORMAM ASSIMVL. CAMERTI) Vertitur consilio Iturna satis tempori necessario. Vertit se in Camertis formam, in cuius persona fœdus disturbet. Merito Camertis, cuius auctoritatem commendabat & origo maiorū, & paterna virtus, & propria fortitudo, ne ab ignobili, & imbelli profecta sententia, ad persuadendum nihil haberet virium. sic ferme Donatus.

IN MEDIAS DAT SESE ACIES) quomodo apud Homerum etiam dicitur, formam aliam indutæ, versantur in exercitu.

RVMORESQUE SERIT VARIOS) Furus Antias *Rumoresq; serunt varios, ac multa requirunt.*

- Non pudet, ô Rutuli, cunctis pro talibus vnam
230 Obiectare animam? numerone, an viribus æqui
Non sumus? en omnes & Troës, & Arcades hinc sunt,
Fatalisq; manus, infensa Etruria Turno:
VIX HOSTEM ALTERNI, SI CONGREDIAMVR, HABEMVS.
Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris,
235 Succedet fama, viuisq; per ora feretur.
Nos, patria amissa, dominis parere superbis
Cogemur, qui nunc lenti confedimus aruis.
TALIBVS INCENSA EST IUVENVVM SENTENTIA DICTIS
Iam magis atq; magis, serpitq; per agmina murmur.
240 Ipsi Laurentes mutati, ipsiq; Latini.
Qui sibi iam requiem pugnae, rebusq; salutem
Sperabant, nunc arma volunt, fœdusq; precantur
Infectum, & Turni sortem miserantur iniquam.

CUNCTIS PRO TALIBVS VNAM) Exhortatio est cū D quadam obiurgatione. Turpe, ait, vnum pugnare pro tam multis, & pluribus quàm sunt hostes, nec inferioribus, quod ad vires, & animos attinet: ut quod ex vno sperant, id facillimè sibi ipsis dare possint. Omnes, inquit, adsunt hostes nostri, non est alter exercitus in castris.

FATALISQVE MANVS) Etruscos vocat fatalem manum, qui propter Mezentium Turno erant infesti.

VIX HOSTEM ALTERNI HABEMVS) si secundus quisque nostrum congregiatur. De alterno hoste parē sententiam longius protraxit Homerus Iliad. B. *ἴσως δὲ γ' ἰδὲ λαίμαρ ἀχαιῶν, τρωῶν τε*, &c. turpe videri affirmat Agamemno, redire Græcos in patriam bello imperfecto, cū

cum ipsi tam multi sint, Troiani adeo pauci. Sed eam A multitudinem, paucitatemque ita explicat, ut dicat, si Græci distribuuntur in decurias, ut singulis decuriis misceatur vnus Troianus, decurias plurimas non habituras, qui sibi pocula ministret. Manlius Capitolinus apud Livium lib. 6. plebem in patricios à multitudine extimulat his verbis. Numerate saltem, quot ipsi sitis: quot aduersarios habeatis. Si singuli singulos aggressuri essetis, tamè acius crederem vos pro libertate, quam illos pro dominatione certaturos: quot enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc aduersus vnum hostes eritis.

AD SUPEROS SVCCEDET FAMA) Turnus hominum fama, ac voluntate in cælum tollitur, cum hominum fama (verba Cic. de Hercule 3. Off.) beneficiorum memor in concilio caelestium collocabit: nos spoliati libertate, seruitutem Phrygibus tyrannis seruiemus: nos, inquam, qui nunc in campo lenti, & otiosi confidemus.

QVORVM SE DEVOVET ARES) Deuotionum formulas requirere à Brissonio, Formular. lib. 1. pag. 108. & sequentibus.

VIVVSQVE PER ORA FERETVR) Quis tam cæcus, qui non videat, occurrisse Virgilio Ennianum illud, *volito vivus per ora virum?* Idem volebat animo, cum scriberet illud Georg. 3. *victorq; virum volitare per ora.*

Nos PAT. AMISSA DOMINIS PARERE SVF.) Duplex calamitas, & vtraque grauissima. Quid enim patria dulcius? & quid superbo domino intolerabilius? Senserat hoc Andromache, & ideo flebiliter illa dicebat in 3.

*Nos patria incensa, diuersa per æquora vecta
Stirpis Achillea fastus, inuicemq; superbum
Seruitio enixè iulimus.*

Donatus exponit, patria amissa, id est amissa libertate. Liber enim habet patriam, quam non habet seruus: adeo, ut qui plenam adeptus erat libertatem, ciuitatem Romanam diceretur consecutus. Hanc ego expositionem amplector.

QVI NVNC LENTI CONSED.) Lenti, otiosi, frigidi; segnes. Eclog. 1. *tu Tityre lentus in vmbra.* Penelope Vlyssi. *Hanc tua Penelope lento tibi mittit Ulysses.* quanquā & in verbo *consedimus* hæc notio inest.

IPSILAVRENTES MVTTATI) Placet totum de exercitu accipi, qui erat extra urbem, non de iis, qui erant in oppido, quemadmodum Donatus falsò putauit.

QVI SIBI IAM REQUIEM) Qui otium, & requiem plenam sperabant, cupiunt fœdus factum pro nō factō haberi: & qui in Turnum exacerbati erant, iam cum miserantur. Depingit leuitatem, atque inconstantiam vulgi, quod huc, illuc facillimè rapitur. Qua de causa mobiles Quirites vocat Horat. Ode 1. lib. 1.

- His aliud maius Iuturna adiungit, & alto
 245 Dat signum cælo, quo non præsentius vllum
 Turbauit mentes Italas, monstroq; fefellit.
 Namq; volans rubra fuluus Iouis ales ab æthra,
 Littoreas agitabat aues, turbamq; sonantem
 Agminis aligeri, subito cùm lapsus ad vndas
 250 Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.
 Arrexere animos Itali: cunctaq; volucres
 Conuertunt clamore fugam (mirabile visu)
 Ætheraq; obscurant pennis, hostemq; per auras
 Facta nube premunt: donec vi victus, & ipso
 255 Pondere defecit, prædamq; ex vnguibus ales
 Proiecit fluuio, penitusq; in nubila fugit.
 Tum verò augurium Rutuli clamore salutant,
 Expediuntq; manus. primusq; Tolumnius augur,
 Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petivi.
 260 Accipio, agnoscoq; deos. me me duce ferrum
 Corripite o Rutuli, quos improbus aduena bello
 Territat, inualidas ut aues, & littora vestra
 Vi populat. petet ille fugam, penitusq; profundo
 Vela dabit, vos ynanimi densate cateruas,
 265 Et regem vobis pugna defendite raptum.

HIS ALIVD MAVS) His, hoc est, illis, quæ superius locuta est, adiungit quiddam præsentius, efficacius, ut nimirum religio alia religione solvatur. Seruius. Sic apud Homerum Iliad. 8 Iupiter in gratiam Thetidis, gloriamq; Achillis, fallax immisit somnium Agamæoni.

Ad ea autem, quæ hic norantur à Seruio, de oblatiuo, impetratiuo, & immisso augurio, vide Turneb. in Aduersar. Ita solent sæpe dij apud poetas falsis, ubi nocere volunt, in somniis, auguriis, monstrisue humanis

C sensibus illudere, ut apud Calabrum de Pêthesilea, quod per summissum à Minerva somnium victoriam de Achille sibi promiserat, eiusque iam spolia animo confidētius hauserat. Cæterum ab aquila augurium habetur certissimum alioqui, sanctissimumque, vide reliqua apud German.

QVO NON PRÆSENTIVS VLLVM TVRB. MENT.) De voce *præsens* memini me dicere ad Eclog. Libi, *Nec tam præsentis alibi cognoscere diuos.*

Eccc *

Ad.

AB ÆTHRA RUBRA) propter auroram rubentem: A & in omnibus obseruabatur: unde in historiis, *accipio omen*, legimus. Maro autem veluti in oblatiuo augurio de impetratio dicit, *Accipio, agnoscoq; deos*: Id & in funeribus valebat. Nam non inquinabatur funere, non inquam, funestabatur, nec polluebatur, qui funus non agnoscebat. Liuius lib. 2. de Horatio Puluillo. Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus, quàm ut cadauer efferri iuberet, tenens postem, precationem peragit, & dedicat templum. Ita funus non agnouit, nec ad se pertinere significauit, sed ad alios, cum dixit, *efferte*: quasi ipsorum cadauer esset. Alij autem respondisse dicunt, ut refert Seruius, cadauer sit. Turneb. lib. 5. cap. 7.

IOVIS ALBS) Sic lib. 1. ubi eadem auis cygnos insectans describitur. *Aspice bis senos lasantes agmine cygnos, Ætheria quos lapsa plaga Iouis ales, &c.*

LITTOREAS AGIT. AVES) Littoreas aues, intellige palustres: nam litus dicitur omnis terra aquis vicina. Seruius.

CUNCTÆQUE VOL. CON. CLAMORE FUGAM) Hæc pars potuit aliquid significare pro Turno. nã volucres cunctæ densatæ in cateruam, atque constantius persequuntur, motorem adegerunt remittere vnguibus prædam, quod ille fecit pondere superatus, & impressione persequentium. Perdito autem pondere, fugit in nubila: hoc est eò, unde venerat, remcauit. *Conuertunt clamore fugam*, id est, redeunt cum clamore, sicut in exercitu fieri solet. Donatus, Seruius.

FACTA NUBE PREMUNT) Nubes hic multitudinem confertam significat, ut alibi apud bonos auctores.

AVGVRIVM CLAMORE SAL.) Silius lib. 2. *atque omen clamore saluant*. Et li. 15. *genibusq; saluant Submissi augurium*. Augurium salutare, est venerari: & proprie. nam salutare dicimus deos. Terent. *At ego hinc deos salutatam domum ire pergam*. Et Plautus Curcul. *Quis est, qui operto capite salutat Æsculapium?* Tantum illud augurium dubitantes hortatum est, armauitq; in prælium, ut omnes vna voce quasi scilicet signum futuri exitus salutarerent, armarent manus, & bellum quod dudum abiecerant, quærerent. Non solum autem falsi sunt alij, iuit in errorem ipse quoq;, qui auguriorum scientiam profitebatur. Quod petiui, inquit, accipio fauentibus diis, quos per votorum obsequia, & ritus sacrorum in meas partes adduxi. *Me me* duplicando, hortandi cum lauit affectum. Exponere deinde incipit errores potius augurij, quam veritatem, ut hoc genere confirmaret animos vulgi. Quemadmodum vidistis, inquit, improbitate vnius alitis cæteras innoxias agitari: atque ut illæ affuerunt potiori omnes, & eum eripuerunt vnanimis: ita & vos congregati fugate hostem, & regem vestrum eripite manibus inimici. Fugiat ille, & altum nauigio petat: nobis sufficiat nostrum liberasse captiuum. Donat.

Auguria duorum erant generum, quædam oblatiua, quædam impetratiua petebantur à diis, nec in impetrantis erat potestate ea vel accipere, vel nō accipere, vel agnoscere, vel non agnoscere. Quæ vltro nobis non petentibus facta, & oblata erant, in potestate nostra erant. Nam agnoscere, vel non agnoscere licebat, quod

& in omnibus obseruabatur: unde in historiis, *accipio omen*, legimus. Maro autem veluti in oblatiuo augurio de impetratio dicit, *Accipio, agnoscoq; deos*: Id & in funeribus valebat. Nam non inquinabatur funere, non inquam, funestabatur, nec polluebatur, qui funus non agnoscebat. Liuius lib. 2. de Horatio Puluillo. Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus, quàm ut cadauer efferri iuberet, tenens postem, precationem peragit, & dedicat templum. Ita funus non agnouit, nec ad se pertinere significauit, sed ad alios, cum dixit, *efferte*: quasi ipsorum cadauer esset. Alij autem respondisse dicunt, ut refert Seruius, cadauer sit. Turneb. lib. 5. cap. 7.

PRIMVSQUE TOLVMNIVS AVGVRI) Pro Pandaro Homérico est Tolumnius. Ille Mineræ iussu, vulnerato Ænea turbat scædus. Idem hic Iturnæ verbis, & portento commotus facit Tolumnius. Vide Iliad. 5.

HOC ERAT HOC VOT. ACCIP. AGNOS. D.) Non soli falsi sunt alij, ecce iuit in errorem & ipse, qui auguriorum scientiam profitebatur. Quod petiui, inquit, accipio fauentibus diis, quos per votorum obsequia, & ritus sacrorum in meas partes adduxi.

ME ME DVCE FER. CORRIP. O MISER.) hoc est, meum exemplum sequimini, me ferrum corripiente, etiam vos manus armate.

VI POPVL.) antiquum, nunc enim tantum populi dicimus.

PENITVSQUE PROF. VELA DAB.) ut supra de aquila, *penitusq; in nubila fugit*.

VNANIMI DENSATE CATERVAS) Quidam volunt, Virgilium scripsisse, *vnanimis densate*, teste Eutycho Grammatico in lib. de discernendis coniugationibus, qui ait, in so, similiter primæ coniugationis, quia deriuata sunt: nam vel à nominibus pleraque deriuantur, vel certe frequentatiua sunt: ut, lapso as, penso as, spisso, denso, quod & denseo secundæ coniugationis, ut in eo terminatum, licet raro lectum inueniatur: ut extulit lib. 1. Georg. Virgil. *Iupiter humidus Austris Denset, erant quæ rara modo*. Item 12. Æneid. *vos vnanimis densete cateruas*. Cuius infinitum Sallustius Historiar. lib. 2. refert. Illi subsidiis principes augere, & densere frontem. Atque idem Virgil. eodem modo 11. Æneid. dixit, *Extremi addenset acies*. German.

ET REGEM VOB. PVG. DEFEND. RAPTVM) regem Turnum intellige, qui quodammodo raptus, & in vnguibus Æneæ erat, iam iam cum eo congressurus, & ab eo occidendus.

Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrens: sonitum dat stridula cornus: & auras
Certa secat. simul hoc, simul ingens clamor, & omnes
Turbati cunei, calefactaq; corda tumultu.

270 Hasta volans, ut fortè nouem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contrà, quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gylippo:
Horum vnum ad medium, teritur quàm futilis aluo
Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet:

275 EGREGIUM FORMA IUVENEM, ET FVLGENTIBVS ARMIS
Transadigit costas, fuluâq; extendit arena.
At fratres animosa phalanx, accensaq; luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum

Corri-

Corripiunt, cæciq; ruunt. quos agmina contra
 280 Procurrunt Laurentum: hinc densi rursus inundant
 Troes, Agylliniq; & pictis Arcades armis.
 SIC OMNES AMOR VNVS HABET DECERNERE FERRO.

DIXIT, ET ADVERS. TEL. CONTORS. IN HOSTES) Anius morte commoti, bellum mouerent. Si enim villa Repræsentat hic Maro eam rationem turbandi fœderis, quam Pandarus apud Homerum iniuit, cuius superior facta est his versibus mentio.

*Pandare, qui quondam in fœdus confundere fœdus,
 In medios telum torfisti primus Achinos.*

Et lib. 9.

*Ecquis erit mecum, iuuenes, qui primus in hostem,
 En ait, & iaculum intorquens emittit in auras,
 Principium pugna.*

German.

TVRBATI CVNEI) Cuneus Isidoro lib. 9. est collecta in vnum militum multitudo. Vnde propterea, q̄ in vnum coit, ipsa coitio in vnum, cuneus nominatus est, quasi conneus, eo quod in vnum omnes coguntur. Alij sic, à similitudine cunei instrumenti ferrei, cuius vsus est in lignis findendis, dicitur peditum multitudo, quæ prima fronte angustior, paulatim diffunditur.

CALEFACTAQVE CORDA) *Exarsere ignes animo,* dixit 2. Æneid.

HASTA VOLANS VT FORTE) Ratio turbandi fœderis, de qua supra dictum. Vnde inoleuisse ritum credibile est hastæ illius, quam in bello indicendo fecialis in fines hostium mitteret: cuius & meminit Dion, de Marco agens. Sed &, vt scribit Victor, ædes Bellonæ versus portam Carmentalem erat, ante quam erat columna, index belli inferendi. Vnde ituri ad bellum duces, hastâ reiciebant, fecialibus scilicet, vt credo, proludentes.

German.

NOVEM PVLCHERRIMA FRATRVN CORP.) Hoc ad œconomiam pertinet, necesse enim erat, vt fratres ex v-

aliquis interiret, poterat eius mors ob fœderis religionem fortè contemni. Seruius.

QVOS FIDA CREARAT) Silius li. 4. simile quiddam,

Tergemini primam ante aciem fera pralia fratres

Miscebant, quos Læda Sidonia Barce

Xantippo felix veteri inter bella crearat.

Horat. epist. 1. lib. 1. *Queritur argentum, pueriq; beata creandis Vxor.*

HORVM VNVM AD MED. TERITVR QVA) Non dirigebat hastam in vnum hunc, sed in plures, quæ proinde frustrari non potuit. Rem physicam dixit *teritur*, omnia enim, quibus vtimur, non nos terunt, sed nos illa terimus. Seruius.

FVLVAQVE EXTEND. AR.) Liuius lib. 7. & in spatium ingens ruentem porrexit hostem, T. Manlius scilicet Gallum prouocatore.

AT FRAT. ANIM. PHAL.) Et animum habebant ad ultionem pronum, & germanitas cogebat, & luctus, vt congruè mouerentur. Dicitur deinde, quæ diuersi fecerint, quantisque animis simul irruerint in hostem. Et ita factum per Iuturnam, quod Iuno mandauerat: nam & fœdus excussum, & bellum est conflatum, aded, vt omnes vna pugnandi sententia teneat) Donat.

GLA. D. STRING.) Gla lius, c. in g. mutato, à clade: quod fit ad hostium cladem gladius.

TROES AGYLLINIQVE) Iidem Agyllini, qui Cærites, siue Cæretini. Quæ enim Agylla, eadem & Cære. Vide Plin. lib. 3. cap. 5.

SIC OMNES AMOR VNVS HAB.) sic, dum scilicet paulatim suis inuicem subueniunt.

Diripere aras. it toto turbida cælo
 Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber:
 285 Craterasq; focosq; ferunt, fugit ipse Latinus,
 Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
 Infrænant alij currus, aut corpora saltu
 Subiiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
 Messapus regem, regisq; in signe gerentem
 290 Tyrrhenum Aulesten, auidus confundere fœdus,
 Aduerso proterret equo. ruit ille recedens,
 Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris
 In caput, inq; humeros: at feruidus aduolat hasta
 Messapus, teloq; orantem multa trabali
 295 Desuper altus equo grauitur ferit: atque ita fatuf.
 Hoc HABET, hæc melior magnis data victima diuis.

DIRIPERE ARAS) Cæcati furore certandi, dei dicebant, dissipabant, diripiebant aras, & auferebant quæ dudum necessaria sacris attulerant. Latinus in tuta se recipiens, deos nulla fœderis pactione perfecta, fractis fœderibus violatos querebatur. Et quia spes fœderis multos ab armorum cura dissoluerat, alio rerum exitu excitati, alij infrænant currus, id est, equos (sic alibi, *neque audis currus habenas*, alij se super equos iacie-

bant. Sed propriè non est locutus, magisque contrariè nam subiicere est subter aliquid iacere. Dona. Seruius.
 * *Offenditur militaris licentia, & impietas, quæ in bello nec sacra parcat, nec profanis. Pius miles, est cornu rarior albo.*

TEMPESTAS TELORVM) Sic Simonides quodam epitaphio li. 3. Anthol. *πολέμιν νεφέλην* vocat conflictum, belli nubem, seu nimbium.

FERREVS INGRUIT IMBER) Ennius Annal. 8. vt crebrius

Eccc * 2

crius

brius ingruentium telorum ictus repræsentaret, aptissima translatione usus est. Quam tamen Maro amplificauit. Ille, *Hastati spargunt hastas, sit ferreus imber*. Noster, *is toto turbida calo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber*. Eadem significatione telorum nimbum dixit Lucanus li. 9. *Telorum nimbo peritura, & pondere ferri*. Statius lib. 5. Thebaid. *Instans iactus telorum, & ferrea nimbi Certat hyems*. Eandem rem expressit Maro lib. 11. ducta à cadere niue similitudine. *fundunt simul undiq; tela Crebra, niuis ritu calumq; obtexitur umbra*. Etiam a grandine, li. 10. *Ac velut effusa, quando grandine nimbi Precipitant*. Stat. lib. 1. Thebaid. *telorum, aut grandinis instar Riphææ*. Idem lib. 8. has omnes similitudines, niuis, grandinis, imbris his versibus simul complexus est.

non tanta cadentibus Hordis
Aëriam Rhodopen solida niue verberat Arctos,
Nec fragor Ansonie tantus, quum Iupiter omni
Arce tonat, tanta quatitur nec grandine syrtis,
Cum Libya Boreas Italia niger attulit imbres.
Exclusere diem telis. Stant ferrea celo
Nubila: nec iaculis atratus sufficit aer.

Extremis his verbis cōsentanea sunt, quæ protulit Silius lib. 9. *calumq; & sidera pendens. Abstulit ingestis nox densa sub arbore telis*. quæ ex illis expressa sunt huius libri, & obumbrat athera telis. Hos flosculos, ut sedula apis, in verba Ennii supra posita comportauit Hieronymus Columna, eademque opera utrumque poetam illuminauit.

PULSATOR DIVOS, violatos, interpretatur Seruius. Ut enim qui pulsantur, violantur utique: sic, qui violantur, siue læduntur, quasi pulsari, & indignè manibus verberari videntur.

INFRAENANT ALII CVRRVS) equos. sic 9. Georg. *neque audis currus habenas*.

SVBICIVNT IN EQVOS) sursum iaciunt.

MESSAP. REG. REGISQUE INSIGNE GER.) Messapus Aulesten regem Tyrrenum, & diademam in capite gerentem, equo obuius proterrebat, terrendo protrudebat, ipse auidus confundere fœdus, quia Turno faucebat, qui erat impar ad singulare certamē. Dum ergo retrorsum Aulestes cederet Messapo proterrente, non se auertens, ne tergahosti nudaret, deceptus est ararum obiectu non viso: illic quippe in caput, inq; humeros inuolurus cōcidit. Aduolandū, & festinandū fuit Messapo, ne se ille colligeret, & tati casus periret occasio. Dop.

TELO TRAB.) id est, magno, ingenti. Quidquid ingens, & validum esset, veteres trabale vocabant. Statius lib. 4. Thebaid. *dextraq; trabalem Hastam intorsit agens*. Claudian. de raptu Proserp. *indignatusq; trabali Saxa ferit sceptris*. Nazarius Panegyristes. quos cum trabalis hasta deiecit: insultas ferus proterit. Ammianus li. 16. quorum capita discissa trabalibus telis. Apud Horat. Ode 35. lib. 1. Necessitas gestat clauos trabales, & cuneos manu ahenea: nimirum ferreos clauos suffigendis in crucem noxijs paratos, magnæ quidem molis illos, & instar tra-

Abium grandes. Cic. 7. in Verr. trabali clauo figere, pro uerbialiter dixit, pro valde munire, & nexu indissolubili, atq; adamantino. Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret. Arnob. lib. 2. metus ille vos habet, ne velut trabalibus clauis affixi corporibus hæreatis. Iunius Cent. 1. adag. 56. * *Trabs pro hasta, est apud Silium, pro face magna apud Senecam in Hercule Fur. An vero non trabalis hasta Goliathi? de qua lib. 1. Reg. cap. 17. Hastile autem hasta eius erat quasi luctatorium texentium: ipsum autem ferrum hasta eius sexcentos siclos habebat ferri*.

HOC HABET) E consuetudine vulgaris sermonis desumptum, quod etiam summa interdum poemata cōdiuntur, & commendantur. Affine est illud Terentij, Andria. *certè captus est, habet*. Sic enim aliquem haud leuiter percussum dicere solemus. Hæc imitatus est Prudent. in Psychom. *Hoc habet, exclamat uictrix regina*. Turneb. lib. 17. cap. 10.

Verba Terentij sunt, in persona senis. *Ego me cōsinuò mecum, certè captus est, habet*: filius scilicet Pamphilus, qui amabat Glycerim. Vbi Donatus, captus est, tenetur, & irretitur, ex translatione ferarum, atq; venatus. Habet, id est, vulneratus est. Habet enim qui percussus est: & propriè de gladiatoribus dicitur, quia prius alij vident, quam ipsi sentiant, se percussos. Rursus, paulum infra. Habet, sic dicitur de eo, qui lethaliter vulneratus est, statimq; hunc Maronis locum subnequit.

Sed ne prætereamus eruditissimum, & antiquitatis indagatorem solertissimum Lipsium, Saturnal. lib. 2. cap. 22. *Hoc habet*, propria vox insultantis aduersarij, aut acclamantis vulgi, gladiatore læso. Deinde producto hoc Virgilij loco, illum Prudentij supra citatum subiungit, quem ipse totum sic recitat.

Tunc exarmata ingulum meretricis adacto
Transfigit gladio: calidos vomit illa vapores.
Hoc habet, exclamat uictrix regina.

Simpliciter etiam, habet. Seneca in tragœd. *Habet, peractum est: quæ potius penas dabit*. Idem, *Habet, peractum est: fata se nostra explicant*. alius sanè clamor est, quem Augustinus indicat, lib. 6. Confess. 8. * *Festine etiam hoc sermone usus est Plaut. apud quem in Mostellaria Tranio seruus, laetus se se lectum excogitasse, quæ senem herum circumstriberet, sic ait*.

Sed tempus nunc est senem hunc alloqui mihi,

Hoc habet, repperi qui senem ducerem.

Id est, ut Lamb. interpretatur, hoc telo à hoc sanctatus est, hac tragula à me percussus est.

HÆC MEL. MAG. DATA VICT. DIVIS) Cùm prima hostia non litabatur, aut effugerat, & succidanæ hostiæ immolabantur ad deos placandos, meliores, ut opinor, dari dicebantur: ad quem ritum Maro respexit, ut etiam in 5. *Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte. Dares Persoluo*. Hinc prouerb. *δωρίων ἀμεινόν*. Turneb. lib. 14. cap. 4. Sarcasmus est, inquit Donatus, de loci qualitate inuentus. Nam quia super aras cecidit, sic ait, quasi dicit: si sacrificandum fuit numinibus meliore victima, en meliorem.

Concurrunt Itali, spoliantq; calentia membra.

Obuius ambustum torrem Chorinæus ab ara

Corripit: & venienti Ebuso, plagamq; ferenti

300 Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit,

Nidoremq; ambusta dedit, super ipse secutus,

Cæsariem læua turbati corripit hostis,

Impressioq; genu nitens, terræ applicat ipsum.

Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum

305 Pastorem, primaq; acie per tela ruentem

Ense

Ense sequens nudo superimminet: ille securi
Aduersi frontem mediam, mentumq; reducta
Disiicit, & sparso latè rigat arma cruore.

OLLI DVRA QUIES OCULOS, ET FERREVS VRGET
310 SOMNVS in æternam clauduntur lumina noctem

AMBVSIVM TORREM) Torris lignum adustum, *Aequum inba, sponte natura exultantem: virum autē, cūm*
quem vulgus titionem appellat, extractum ex foco, sc- *sicut leones barba ornasset, virilem etiam fecit hirsuto pe-*
miustum, & extinctum. *ctore, quod quidem est roboris, & imperij indicium. Inter-*

PLAGAM QVE FERENTI) ferebat plagam Cho- *iectis nonnullis. Hoc viri signum, barba scilicet, per quod*
rinæo Ebusus, id est, erat illum vulneraturus. *vir apparet, est Eua antiquius, & signum melioris natura.*

OCCVPAT OS FLAMMIS) Hoc verbum occupat, ** Habet tamen unum quoddam malum, ingens, & proluxa barba,*
celeritatem quandam præ se ferre videtur: vt supra, *quod Alexand. Magnus huius Verbi subindicatum voluit. Paratū re-*
manicisq; iacentem Occupat. Et Lucret. 4. *bis omnibus ad prælum, interrogatus, quid insuper vellet, nihil, in-*
hostem ruber occupat humor. German. Occupare, in- *quis, nisi ut Macedonum barbari adantur. Parmenione admirante,*
quit Nonius, est propriè præuenire. Cic. Tul. 5. Quod *ac dubitante quorsum pertineret hoc responsum, rex subiecit. An tu*
idem melioribus etiam verbis Metrodorus occupauit. *nescis in pugna nullam ausam esse meliorem ipsa barba? Monuit,*
Titinnius Veliterna. Ergo occupa foras exire. Citatali- *cominus esse decertandum, quo quidem in certamine hoc incommo-*
os præterea, tum hunc ipsum locum Virgilij. Adde Li- *di afferunt longa barba, quod milites ab hoste, hac veluti ausa facil-*
uij: occupant bellum facere. *limè apprehendi, & trahi, quod lubet, ac retineri possunt.*

ILLI INGENS BARBA RELVXIT, Ingens flamma, *SECVRI ADVERSI FRONT. MED.) Mediam frontem*
tam promissa, & latè diffusa barba conflagrante, vt exi- *B Alfi Podalirius percussit tanto pondere, vt vsq; ad men-*
steret, necessum fuit. Et quoniam teterrimus est odor *tum eius distenderet: quod ipsum factū est arte ferien-*
capillorū, criniumq; combustorū, rectè subiungit poe- *tis, qui post inflictum primū vulnus reduxit dexteram.*
ta, *Venians enim securis intulit plagam, & reducta gemi-*
Nidoremq; ambusta dedit. Barbam opacam vocat *nauit quod fecerat. Donatus.*
Catullus. *Egnati, opaca quem bonum (id est, pulchrum,*
elegantem, ironia est) facit barba. Qui sic est barbarus, *SPARSO LATE RIG. ARMA CRVORE) Quia caput dif-*
dicitur Græcis *fissum per medium, ideo largo cruore arina rigabantur:*
δασυπώγων, βαθυπώγων, βαθυέην. Cō- *nam de paruo vulnere non multus exit sanguis. Tali,*
mendatur & Mezentius vt *tam immani vulnere Pandarum Turnus mactat, lib. 9.*
πώγων lib. 10. *Sic ait, & sublatum alce confurgit in ensē,*
fusus propē- *Et mediam ferro gemina inter tempora frontem*
xam in pectore barbam. Vide quæ ibidem diximus. *Disidis, impubeq; immensi vulnere malas.*

Magna ignominia vel vulsione, vel tali quodam modo *Videor & apud Homerum similia obseruasse. Nara in*
barbam amittere, *varietae quoq; mortium sedulus est sui parentis secta-*
So schandlich omb den bart kommen. Nec Gl- *tor Virgilius. **
la iniuria *OLLI DVRA QUIES. ET FERREVS SOM.) Est enim*
hac vna intolerabilior. Barbam viri for- *alia quies non dura, & non ferreus somnus, & nox non*
mam vocauit Epiphanius lib. 3. contra hæreses, vbi in Mesopo- *æterna, quibus qui vtuntur ad tempus, incolumem re-*
tamiæ monachos quosdam inuehitur, qui muliebri more co- *tinent vitam. Donatus.*
mas promitterent, & barbam refecarent. Rectissime quidem ille, *Mortem poetæ, noctem, soporem, somnum, χαλ-*
vipote natura haud alio discrimine, quod oculorum iudicio sit *καστον ύπνον, ferreum somnum, ac perpetuum vocant. Est*
obuium, marem à femina separante, quam barbæ prouenit. Di- *enim consanguineus Lethi sopor. Sed & Orpheus ad*
ogenes conspicatus quendam crasso mento leuem, habesne, in- *Somnum, αὐτοκαίτην & εἰς εὐνὴν δαμάτοιο. Lucret.*
quit, cuius naturam accusēs, quod virum te fecerit, non femi- *quorum vnus Homerus Sceptra posuit, eadem aliis sopitū*
nam? Idem interrogatus, qua de causā barbā aleret, respondit, *quiete est. Et Hor. Ergo Quintiliū perpetuum sopor urget.*
vt se virum esse subinde recordaretur. Interdicto XII. tabularum *Propert. Nox tibi longa venit, nec reditura dies. Catull.*
prudenter cautum fuit, in hæc verba. *Nobis cum semel occidis brevis lux,*
Mulieres genus ne rad- *Nox est perpetua vna dormienda.*
amo. Nempe vt ne diutino radendi vsu supercreffcentibus pi- *Quæ omnia dicendi genera fluxerit à falsā illa opinione,*
lis à natura non datis, sub ementito vitilis oris honore, falle- *qua imbuti multorum animi, eadem nos in causā mor-*
rent: nam vt præter natum est, barbā esse feminā: ita *tios fore, qua dormientes sumus. Lucret,*
eius occurfus non immeritò Italiam habetur ominatus: vnde iocu- *Tu quidem vt es lecto sopitus, sic eris, atē*
lare apud eos dictum, barbā esse salutam. Plura Iu- *Quod superest, cunctis priuati doloribus agris.*
nius de Coma, vnde & ista decompsumus, in hominum barbā D *Anaxagoras dicebat, duarum rerum cogitatione posse*
insignitorum scilicet gratiam, qualis videlicet iste Ebusus fuit.

Lucian. Tom. 3. dial. qui inscribitur Cynicus, vbi *nos intelligere, quales post mortem futuri simus: som-*
Cynicorum vita aspera aduersus mollem, & delicatam *ni, & eius temporis, quod nostrum cuiusq; ortum an-*
defenditur. Artamē ille quoq; (Theſeus) voluit sine cal- *tecessit. In diuinis quoq; litteris (sed longè alia de causā)*
ceis esse, & nudus ingredi, barbāq; nutrire placuit ei: *mors sæpe somni, & quietis nomine afficitur: vnde*
nec ei tamē solum, sed omnib; etiam veteribus placuit: *& à nostræ religionis hominibus sepulchra græ-*
nempe meliores erāt quā vos. Atq; adeo ne sustinuiſ- *cō vocabulo, quod à somno inflexum est, κοιμηθῆναι*
set quidem eorum quisquam aliquid huiusmodi, nihilo *nominantur, dormitoria. Ex Mureto in Catullum.*
profecto magis, quā leo quispiā sese ronderi. Siquidē ** Quod dictum est, somnum esse consanguineum, fratremq; mortis,*
carnis molliem, ac læuorē decere mulieres existima- *vide, si lubet, qua disputauimus in illum locum lib. 6. Tum consan-*
bant: ipsi verò, sicuti erant, ita videri quoq; viri volebāt: *guineus lethi sopor. Ibi dictum Gorgia Sophista proculimus, cui ge-*
ac barbā quidem cultum viri ducebant, quemadmo- *minum est quodammodo aliud Diogenes. A lethai somno experre-*
dum in equis iubam, in leonibus barbā, quibus deus *bus, & à medico interrogatus, quid ageretur. Redē, inquis, nam*
splendorem quendam, atq; ornamentū venustatem dedi- *frater fratrem amplectitur.*

Addamus pauca ex lib. 3. Pædagogi ca. 3. Clementis *Eccc **
Alex. in quo virorum nimis sese ornare, & muliebriter *3*
quidem studentium ratio, reprehenditur. Deus enim vo- *At pius*
luit faminam quidē esse glabram, ac lanem, sola coma sicut

Eccc *

3

At pius

- At pius Æneas dextram tendebat inermem
 Nudato capite, atq; suos clamore vocabat.
 Quò ruitis? quæue ista repens discordia surgit?
 O COHIBETE IRAS: ictum iam fœdus, & omnes
 315 Compositæ leges, mihi ius concurrere soli.
 ME SINITE, ATQVE AVFERTE METVS, ego fœdera faxo
 Firma, manu: Turnum iam debent hæc mihi sacra.
 HAS INTER VOCES, MEDIA INTER TALIA VERBA,
 Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est:
 320 Incertum qua pulsa manu, quò turbine adacta:
 Quis tantam Rutulis laudem, calûsne, deûsne
 Attulerit. PRESSA EST INSIGNIS GLORIA FACTI:
 Nec sese Æneæ iactavit vulnere quisquam.

DEXTRAM TENDEB. INERMEM) Non clamore tantum, de quo sequitur, sed etiam dextra protensa suos reuocabat. Aut gestum quendam proiecta dextera indignantis intelligamus. Dextram etiam tendit, cum infra ad urbem cum exercitu accedit. *Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit.* Turnus item obsessis subueniens, significatq; manu, & magno simul incipit ore.

NUDATO CAPIT) Caput nudare solebant duces militares. Causam indicat Tacitus lib. 2. Annal. his verbis. Et Germanicus, quo magis agnosceretur, detraxerat regimen capiti, orabatque inlitterent cædibus, nil opus captiuis, solam internecionem gentis finem belli fore. Idem fecit Cyrus minor in pugna illa sibi extrema. Cuius causam tamen Xenophon ambigüe refert ad morem Persarum, qui pugnam nudis capitibus inibant. Hæc notauit quidem Lipsius: sed quomodo huius loci Maroniani oblitus sit homo tam memoriosus, equidem demiror. Adde & illa de Iulio Cæsare ex Appiani 2. bell. ciuil. Ut verò signa collata sunt, Cæsarianis præ pauore segnius rem aggressis, imperator ipse deos omnes in vora vocabat, sublati ad cælum manibus, ne vno ignominioso conflictu abolerentur tot egregiæ victoriæ: discurrensque inter milites hortabatur eos, sublata à facie galea, quò magis agnitus, pudorẽ eis incuteret, &c. * *Potest etiam hoc referri id, quod in 5. Æneid. de Ascanio, dum accepto nuntio nauibus illati à mulieribus Trojanis incendij, ad eas turbatas accurrit.* En ego vester Ascanius: galeam ante pedes proiecit.

QVO RUITIS?) Aliud est ire, aut tendere, aliud ruere. Ruere, est inconsultè aliquid aggredi: cadentis enim more decipitur: non enim quomodo vult, cadit, qui ruit; dicitur enim casus violentia, non propria voluntate. Donatus.

QVÆVE ISTA REPENS DISCORDIA) Repens idem est quod subitus, & repentinus: sed poetis ferme vsitata vox. Lucret. lib. 5.

*At pater omnipotens iratum percitus acri
 Magnanimum Phaëtona repenti fulminis ictu
 Deturbauit.*

Stat. 7. Thebaid. *vociq; repens singultus apertum Intercluit iter.* Valer. Flaccus lib. 2. *vox inde repens ut percussit urbem.* Tullian. 1. *Nem imparatum cura lacera-
 ret repens.* Liuius lib. 1. Repens ex agris in urbem tumultus allatus pro nuntio fuit. Idem libr. 6. Fama repens belli Gallici allata, perpulit ciuitatem. & lib. 9. repens

- Turnus ut Æneam cedentem ex agmine vidit,
 325 Turbatosq; duces, subita spe feruidus ardet:

A aduentus Consul sita exterruit Vmbros, &c. Varro lib. 6. de ling. lat. repens ruina aperuit.

O COHIBETE IRAS, ICTVM IAM FOEDVS) Dicere potuit, ô ciues, ô socij, aut, ô miseri, vel inconsiderati: & alia aut bona, aut iniutiosa. Dixit ergo, & tantummodo: & ne vagaretur longius, ad ipsam rem, quæ necessariò fuerat dicenda, peruenit. Perfectum, inquit, iusiurandum est, & impletum, leges dictæ pacis, & belli, quibus solus ipse obnoxius teneor, me solum fœdera nexuerunt, me pugnare permittite, nec vllus vos exagitet metus, virtute mea firmabuntur gesta, quæ sacrilegorum temeritate violata sunt. Læsa sacra necesse est Turni supplicio expiari. Donatus.

TURNVM IAM DEB. HÆC MIHI SACRA) Atq; & ignes, propter Turnum violati.

INCERTVM QVA PULSA MANV) Hoc loco adhuc quidem quasi dubitat: tamen à Iuturna itelligimus immisum, quendam qui vulneraret Æneam. Quod autem paulo post dictura est Iuno de Iuturna: *Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum, min me mandum.* Nam scimus vnicuique imputari, quod aliter in eius gratiam fecerit, sicut est, *Et potes in totidem classem conuere-
 tere nymphas.* Æneam autem ab homine vulneratum indicat Iupiter paulo post dicens, *Mortali decuit violari vulnere diuum?* * *Videtur Seruius, dum dicit, à Iuturna immisum intelligi, qui Æneam vulneraret, in mente habuisse locum Homeri, Iliad. d. Sibi Minerva Pandarum cohortatur ad petendum sagittam Menelaum, & ita ad disturbandum fœdus. Et credibile sit, eodem vatem nostrum alluisse: cuius tamen rei infra expressam mentionem est facturum, & hac de re supra diximus.*

PRESSA EST INSIGNIS GLOR. FACTI) Fuit quidem gloriosum factum: sed ea gloria pressa est, & suppressa, non diuulgata, quoniam qui se iactaret de illato Æneæ vulnere reperiri nò potuit. Insignia facta, incertis, occultisue autoribus, citò admirationem amittunt.

NEC SESE ÆNEÆ IACT. VVLN.) Mirum sanè, latere voluisse auctorem huius vulneris sibi tam gloriosi. Quis enim negat honorificentius esse, ducem & imperatorem, quam gregarium quempiam militem vulnerare? Nec poeta hoc ipsum dissimulat: ait enim, insignis fuisse factum, & gloriosum. Citius inuenias, qui se talia fecisse mentiantur, laudis videlicet, honorisque, & præmij etiam adipiscendi gratia, quam qui facta silentio aut ipsi premant, aut ab aliis præmiæquo animo ferant.

Polcit

- Poscite quos, atq; arma simul, saltuq; superbus
 Emicat in currum, & manibus molitur habenas
 Multa virum volitans dat fortia corpora letho,
 Semineces voluit multos, aut agmina curru
 330 Proterit, auraptas fugientibus ingerit hastas.
 Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebrī
 Sanguineus Mauors clypeo increpat, atq; furentes
 Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto
 Ante Notos, Zephyrumq; volant: gemit vltima pulsu
 335 Thraca pedum, circumq; atræ formidinis ora,
 Iræq; insidiæq; Dei comitatus, aguntur.
 Talis equos alacer media inter prælia Turnus
 Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis
 Hostibus insultans: spargit rapida vngula rores
 340 Sanguineos, mistaq; cruor calcatur arena.

TURNVS VT ÆN. CEDENTEM) Compendiosa narratio, in qua etiam non dicta possunt intelligi: nō enim descripsit Æneam cedentem ex agmine, & duces turbatos: sed quasi iam dixisset, sic asseruit Turnum hæc vidisse: & huius mali occasione audere cœpisse, poscere equos, & arma exultantum more, quasi iam superior effectus, conscendere currum, manibus suis habenas moderari. Existimans lethali percussum vulnere Æneam, & iam securus de victoria, multos obuios sternebat, alios femineces relinquebat, alios rotis proterebat, equorumq; pedibus, nonnullis fugientibus in tergum hastas ingerebat.

SVBITA SPE FERVIDVS ARDET, POSCIT EQ.) Cernis quem potissimum formidauerit Turnus præsentem. Et laudatur Æneas latenter, qui plus timere, quàm vniuersus exercitus. Donatus.

DAT FORTIA CORP. LETHO) Sic lib. 5. *Millia multa darent letho, gementesq; repleti Amnes*. Lib. 11. *Magnatrophæa ferunt quos dat tua dextera letho*. Ennius in Teleph. *quorum liberi letho dati sunt in bello*. Pacuuius in Duloreste. *Is quis est? qui tunc si tu illum occupas, letho dabit?*

RAPTAS HASTAS) Raptas de corporibus à se confixorum, & suas.

QUALIS APVD GELIDI) Quemadmodum Mars, qui gaudet sanguine, αἰμοχαρής, apud Hebrum Thraciæ flumen, clypeo sonat, dimittitque laxis habenis per campum equos furentes, terra autem tota, quæ feruntur, pulsata vngulis gemit, & comitantur eum formido, iræ, insidiæ: sic Turnus agebat equos suos, fumantes ex sudore, vt ardere intus putarentur, tantumq; sanguinis faciebat, vt equi currentes quosdā veluti rores sanguineos vngulis suis spargerēt, & arenæ cruore permiscerentur vbiq; Donatus.

SANGVINEVS MAVORS) Græcis φιλαίματος, αἰμοχαρής. Quoniam igitur gaudet sanguine (ea enim natura belli) venustè eum Leonides epigrammate quodā Anthol. lib. 1. tit. *eis ἀναθήματα* irascentem, & grauiter conquerentem fingit, suspensa templo suo arma pro donariis penitus integra, & clypeos incruentos: ac proinde se his donis ad multum sudorem erubescere. Apertiora videri ornandis porticibus, cœnationibus, & aulis: templū Martis decorari spoliis imbutis sanguine, quibus demū ipse delectari soleat. Οὐκ ἰμὰ ταῦτα λάβουσα,

&c. Sequitur Antipatri, argumento haud dissimili: habet tamen plus irarum, & vehementiæ. Non hæc suo templo, sed gurgustis, & cauponis apta, ac proinde refigenda, & abiicienda omnino. Τίς δέ τοι μαρμαίρει, &c.

ANTE NOTOS ZEPHYR. VOL.) Principio libri etiā de equis Turni. *Qui candore nives anteirent, cursibus auræ*. Hoc libro infra. *Vel conferre manum, velequo præuerrere ventos*. Et de Camilla lib. 7. ad finem *cursuq; pedum præuerrere ventos*. Incredibilis celeritas ὑπερβολικῶς indicatur. Talis figura in illis quoque, *fugit ocyor Euro*. *Venios equante sagitta*, &c. &c.

GEMIT VLTIMA THRACA) Græcè θράκη, καὶ θρήνη, hoc secutus est, aliàs Thracia. *Vltima* autem, hoc est tota: si. n. gemit vltima, omnis sine dubio. ita Seruius.

DEI COMITATVS AGVNTVR) *Dei comitatus* quod ait formidinem, iras, insidias, Homerum sanè æmulatus est, qui comites attribuit Marti terrorem, pauorem, cōtentionem: sed personas summutauit Maro, posuitq; insidias, & iras. Versus Homeri est Iliad. lib. 4.

Δαίμων τ' ἦδε φόβος, καὶ εἰς αἰὼν μακρὰ
 Ἄρεος ἀνδροφόνου πασιγῆτη, ἱτάτη τα.

Eundem hunc locum etiam lib. 8, imitatus est, sic.

----- *saui medio in certamine Manors
 Celatus ferro, tristeq; ex athere Dira,
 Et scissa gaudens vadit Discordia palla,
 Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.*

Turneb. lib. 13. cap. 14. * *At vero Statius Strumq; potam secutus videri potest*, lib. 3. *Thebaid.*

----- *comunt furor, iraq; cristas,
 Fræna ministrat equis pavor armiger, ac vigil omni
 Fama sono varios rerum succincta tumultus
 Anteuolat currum.*

Pauor, ac Pallor Tullius *Hostilium*, bello contra *Fidenates*, *Et in rē trepida, templa sonit*. *Linum* lib. 1. ab *V. C. Qua de re D. August.* in *Cinist. sic ait*. *Hostilium* ceriè *Rex deos* & *ipse nouos, Pauorem, atque Pallorem* propitiandos non introduceret, si *Faliciem* deam nosceret, & *coleret*.

MISERABILE) Sunt adiectiua, quæ interdum quasi *κατὰ παράθεσιν* ponuntur in versu, & vim aduerbiorum, interiectionum uic obtinent: vt præter istuc, infandum, malum, turpè. &c.

CÆSIS HOSTIBVS INSULTANS) Sarcasmi scilicet, Sarcasmus autem definitur hostilis irrisio, & fit verbis amarulentis, valdeq; mordacibus, & contēptu plenis.

SPARGIT RAPIDA VNGULA RORES SANG.) Omnem humorem videbis nomine roris affici à poetis, & hinc

& hic cædis magnitudo exprimitur. Multum enim sanguis volantum destillaret. Simul sanguis, multa cor-
guinem fundi oportuit, ut ab ungulis equorum quæ pora prostrata. *

- Iamq; neci Sthenelumq; dedit, Thamyrimq; Polumq;:
Hunc congressus, & hunc, illum eminus: eminus ambos
Imbrasidas, Glaucum atq; Ladem: quos Imbrasilus ipse
Nutrietat Lycia, paribusq; ornauerat armis,
345 Vel conferre manum, vel equo præuerrere ventos.
Parte alia, media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auum referens, animo, manibusq; parentem:
Qui quondam castra ut Danaum speculator adiret,
350 Ausus Pelidæ precium sibi poscere currus.
Illum Tydides alio, pro talibus ausis,
Affecit precio, nec equis aspirat Achillis.
Hunc procul ut campo Turnus prospexit apertis,
Ante leui iaculo longum per inane secutus,
355 Sistit equos biiuges, & curru desilit: atq;
Semianimi, lapsosq; superuenit, & pede collo
Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo, atq; hæc insuper addit.
En agros, & quam bello Troiane petisti
360 Hesperiam metire iacens. HÆC PRÆMIA, QVI ME
FERRO AVSI TENTARE, FERUNT: sic mœnia condunt.
Huic comitem Buten, coniecta cuspide mittit,
Chloreaq; Sybarimq; Daretaq; Thersilochumq;,
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymoeten.

IAM QVE NECI STHENELVMQVE) A generalitate B
ætorum ad specialem cædem transitum facit, assignas
vno in loco tres datos neci: Thamyrim quidem, & Po-
lum congressu, id est, cominus, & gladio: illum, subau-
di Sthenelum, eminus, id est, hasta. Transit mox ad ali-
os duos, quos pater Imbrasus æqualiter docuerat vel
pedestri certamine congredi, vel ex equo pugnare. Do-
natus.

QVI QVONDAM VT DANAVM) Historia de Dolo-
ne, qui pactus ab Hectore Achillis equos, castra Græ-
corum noctu speculatum adiit, & à Diomede, qui cum V-
lysse vicissim Troianorum exploratum adibant, est mi-
serè interfectus, legitur Iliad. x. De iisdem speculatori-
bus festiue Apuleius lib. de deo Socratis. Itidem cum
rebus creperis, & afflictis spectatores deligendi sunt,
qui nocte intempesta castra hostium penetrent, nonne
Vlysses cum Diomede deligantur? veluti consilium, &
auxilium, mens, & manus, animus, & gladius. *

AVSVS PELIDÆ PRET. SIBI POS. CVR.) Multis
præmiis, promissisque ab Hectore illectum fuisse scri-
bit Dictys lib. 2.

ALIO AFFECIT PRETIO) Pretium est vnum de
illorum vocabulorum ordine quæ utroque versum di-
cuntur, nempe quæ in laude, reprehensioneq; ponun-
tur. Donatus in illud Terentij, *Ego pretium ob stultitiā
fero*: pretium, inquit, pro stultitia, est pœna: pretium,
pro virtute, honor, & lucrum, siue præmium. Ergo pre-
tium generaliter pro bonè, aut malè facto redditur: sed
ita ut diximus, discernentur.

Gellius lib. 12. cap. 9. aliquot verba ancipitia, me-
dia, communia, quæ capere, & significare possunt duas
res inter se contrarias, recenset. Notiora, ait esse, tem-
pestas, valetudo, facinus, dolus, gratia, industria. De-
inde minus nota, & vñitata producit. Vñitatis annu-
rare licet pretium: quomodo & Germanis vox *lehn*, in
vtramque partem adhibetur, ad præmium, & pœnam
significandam videlicet.

NEC EQVIS ASPIRAT ACHILLIS) Equos hosce
Homerus Xanthum, & Balam, ex Podarge marre di-
uino semine genitos fabulatur: atque adeo Achillem
auctor est, tria ita sibi propria habuisse, ut ea nullius cō-
mercio, & usu indulgeret, equos nimirum, cymbium,
vel cyathum, & hastam, quæ à Pelio monte Pelias Ger-
man. Adde, verbum *aspirat*, exponendum est, accedit,
peruenit: qua notione à Cicerone usurpatum est.

HUNC PROCVL VT CAMPO) Hunc Turnus quum
procul vidisset (fuit enim longius videndi proclivis oc-
casio, quum hanc daret æqualitas diffusa camporum)
aviditate feriendi prouocatus, iaculo potius celeri, quā
manibus tenuit. Poruit enim maturius fieri, ut per ma-
ne volitans hasta, ipsius aduentum Turni præueniret,
& vinceret. Et certe quantum valuerit missi celeritas ia-
culi, patet ex eo, quod Turnus cum superuenit, iam la-
psum, & semianimem inuenit. Pressit igitur pede col-
lum eius ad terram, & suo illum ipsius gladio iugulauit.
Sequuta sunt etiam factio congruentia, est enim *equos
mōs*. Habes, inquit, Troiane agros, quos victore Ænea
te accipere posse credebas. Nam consuetudo erat, ut
victo-

victores imperatores agros suis militibus darent. laces A in agris Hesperiae concupitis, & spatio corporis tui quam lati sint, potes meriri, si velis. Hunc habent exitum, qui me bello prouocant, & tale sibi domicilium condunt. Donatus.

EN AGROS, ET QVAM BELLO) *σπαραγμὸς*, quæ figura per hosce vltimos libros, qui sunt *πολεμικοί*, sæpius iam occurrit.

HÆC PRÆMIA QVI ME FERRO AVSI) Præmia veteres quascunque utilitates, & vitæ commoda dicebant. Lucret. lib. 3. *Omnia perfunctum vitæ præmia*. Et initio lib. 5. *qui talia nobis Pectore parua suo, quæ sita quæ præmia liquit*. Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Nec finis occurrat quisquam, qui corpora ferro Vulneret, aut raptæ præmia veste petat.

Hinc præmiis pro pecuniosus, apud Festum. Torrent. in Titum Suetonij.

HVIC COMITEM BV TEN) comitem huic mittit, ad singulos pertinet, quorum deinceps complexus est nomina.

ET STERNACIS EQVI) Sternaces equi sunt feroces, qui facile sternant sedentem. *τεχνάσαι*, ut notat German. *τὸς δασύτοας τεχνάσαι*, καὶ ἀνατρίβειν ἐκ θότος. Licet etiam exponere, calcitronis.

- 365 Ac uelut Edoni Boreæ cum spiritus alto
Insonat Aegæo, sequiturq; ad littora fluctus,
Quæ uenti incubuere, fugam dant nubila cælo:
Sic Turno, quacunq; viam secat, agmina cedunt,
Conuersaq; ruunt acies, fert impetus ipsum,
370 Et cristam aduerso curru quatit aura volentem.
Non tulit instantem Phegeus, animisq; frementem:
Obiecit se se ad currum, & spumantia frænis
Oracitorum dextra detorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq; iugis, hunc lata reiectum
375 Lancea consequitur, rumpitq; infixâ bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis
380 Impulit, effuditq; solo: Turnusq; secutus
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumq; reliquit arena.

AC VELUT EDONI) Edoni Boreæ, id est, Thracij: nam Edon mons est Thraciæ. Hic erit crasis, pro Edonij, id est Thracij. Sed potest legi etiam sine crasi, ab ἑδωνῷ.

ALTO INSONAT AEGEO) Ægeum mare ab insulis appellatum est, quæ in eo mari caprarum similitudinem præ se ferunt: seu quod in ea Ægæa, Amazonum regina perierit: siue quod eò Ægeus Thesei pater se præcipitauerit. Festus. Sed Varro libr. 6. Ægeum mare dictum vel ἀπὸ τῶν ἀγῶν, quæ est insula iuxta Eubœam: vel quod in eo mari scopuli sic vocantur, à similitudine caprarum.

Quod Festus de Ægeō præcipitato dicit, ea de re Paulan. in Atticis hoc modo. Nam Theseum, adiunt, cum ad Minotaurum proficisceretur, virtuti suæ nonnihil fidentem, patri affirmasse, candidis velis se ysurum esse, interempto si Minotauro rediisset. Quod cum ob raptum Atiadæ esset oblitus Ægeum nigris velis conspectis, cum filium perisse existimasset, in mare præcipitem se dedisse. Aliquid hac de re Catull. quoque in splendidissimo poematio de nupt. Pelci, & Theridis.

Maris huius encomium legat, cui orium est, apud Aristidem Tomp. 1: nos inde pauca degustabimus. *Quemadmodum autem cælum stellis, ita Æge-*

um mare insulis exornatum est, adeo, ut si quis etiam nauigare necesse non habeat, hac ipsa tamen de causa, ut per Ægeum vehatur, merito nauigare possit, quandoquidem huius pulchritudo cum omni mare, tum quicquid est in terra venustum, excellit. Quocirca etiam proprium est Ægei signum pulchritudo. Solum præterea Ægeum incultum appellare non licet, cum nec nudum, nec sterile sit: verum partim vini, frumenti, aliarumque rerum sit egregie ferax, partim etiam piscibus, & feris abundet, quale quidem dixit Homerus Odyss. 7. beatum esse mare: omni rerum usu, voluptatibus, ac spectaculis refertum. Infra. Quid quod & maxime omnes metuntur Ægeum mare, & maxime cupiunt iterum transire, quandoquidem id etiam ob inuendissimas causas faciunt? Hactenus Aristides. Veruntamen istuc mare propter crebros scopulos ad nauigandum incommodum, atque difficile esse, indicat proverbi-um, Ægeum nauiga, in hominem ob lucri studium nullum periculum recusantem.

SEQUITVR QVE AD LITT. FLVCTVS) Vt in Æneid. *Et vastos voluunt ad littora fluctus.*

QVACVNQVE VIAM SECAT) Viam secare dixit etiam in fine sexti, *Ille viam secat ad nauis, sociosq; reuolat*. Vide ibidem notationem.

NON TVLIT INSTANT. PHEGEVS) Non
FFF* cñ

& hic cædis magnitudo exprimitur. Multum enim sanguis volantium destillaret. Simul sanguis, multa cor-
guinem fundi oportuit, ut ab ungulis equorum quæ pora prostrata. ✱

- Iamq; neci Sthenelumq; dedit, Thamyrimq; Polumq;:
Hunc congressus, & hunc, illum eminus: eminus ambos
Imbrasidas, Glaucum atq; Ladem: quos Imbrasilus ipse
Nutrierat Lycia, paribusq; ornauerat armis,
345 Vel conferre manum, vel equo præuerrere ventos.
Parte alia, media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nominè auum referens, animo, manibusq; parentem:
Qui quondam castra ut Danaum speculator adiret,
350 Ausus Pelidæ precium sibi poscere currus.
Illum Tydides alio, pro talibus ausis,
Affecit precio, nec equis aspirat Achillis.
Hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto,
Ante leui iaculo longum per inane secutus,
355 Sistit equos biuges, & curru desilit: atq;
Semianimi, lapsoq; superuenit, & pede collo
Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo, atq; hæc insuper addit.
En agros, & quam bello Troiane petisti
360 Hesperiam metire iacens. HÆC PRÆMIA, QVI ME
FERRO AVSI TENTARE, FERUNT: sic mœnia condunt.
Huic comitem Buten, coniecta cuspide mittit,
Chloreaq; Sybarimq;, Daretaq;, Thersilochumq;,
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.

IAM QVE NECI STHENELVMQVE) A generalitate B
ætorum ad specialem cædem transitum facit, assignâs
vno in loco tres datos neci: Thamyrim quidem, & Po-
lum congressu, id est, cominus, & gladio: illum, subau-
di Sthenelum, eminus, id est, hasta. Transit mox ad ali-
os duos, quos pater Imbrasilus æqualiter docuerat vel
pedestri certamine congredi, vel ex equo pugnare. Do-
natus.

QVI QVONDAM UT DANAVM) Historia de Dolo-
ne, qui pactus ab Hectorè Achillis equos, castra Græ-
corum noctu speculatum adiit, & à Diomede, qui cum V-
lyssè vicissim Troianorum exploratum adibant, est mi-
serè interfectus, legitur Iliad. x. De iisdem speculatori-
bus festiuè Apuleius lib. de deo Socratis. Itidem cum
rebus creperis, & afflictis spectatores deligendi sunt,
qui nocte intempesta castra hostium penetrent, nonne
Vlysses cum Diomede deligantur? veluti consilium, &
auxilium, mens, & manus, animus, & gladius. ✱

AVSVS PELIDÆ PRET. SIBI POS. CVR.) Multis
præmiis, promissisque ab Hectorè illectum fuisse scri-
bit Dictys lib. 2.

ALIO AFFECIT PRETIO) Pretium est vnum de
illorum vocabulorum ordine quæ utroque versum di-
cuntur, nempe quæ in laude, reprehensioneq; ponun-
tur. Donatus in illud Terentij, *Ego pretium ob stultitiã
fero*: pretium, inquit, pro stultitia, est pœna: pretium,
pro virtute, honor, & lucrum, siue præmium. Ergo pre-
tium generaliter pro bonè, aut malè facto redditur: sed
ita ut diximus, discernentur.

Gellius lib. 12. cap. 9. aliquot verba ancipitia, me-
dia, communia, quæ capere, & significare possunt duas
res inter se contrarias, recenset. Notiora, ait esse, tem-
pestas, valetudo, facinus, dolus, gratia, industria. De-
inde minus nota, & vtitata producit. Vtitatis anume-
rare licet pretium: quomodo & Germanis vox *lohn*, in
vtramque partem adhibetur, ad præmium, & pœnam
significandam videlicet.

NEC EQVIS ASPIRAT ACHILLIS) Equos hosce
Homerus Xanthum, & Balium, ex Podarge marre di-
uino semine genitos fabulatur: atque adeo Achillem
auctor est, tria ita sibi propria habuisse, ut ea nullius cõ-
mercio, & usu indulgeret, equos nimirum, cymbium,
vel cyathum, & hastam, quæ à Pelio monte Pelias. Ger-
man. Adde, verbum *aspirat*, exponendum est, accedit,
peruenit: qua notione à Cicerone usurpatum est.

HUNC PROCVL UT CAMPO) Hunc Turnus quum
procul vidisset (fuit enim longius videndi proclivis oc-
cassio, quum hanc daret æqualitas diffusa camporum)
aviditate ferendi prouocatus, iaculo potius celeri, quàm
manibus tenuit. Poruit enim maturius fieri, ut per ma-
ne volitans hasta, ipsius aduentum Turni præueniret,
& vinceret. Et certe quantum valuerit missi celeritas ia-
culi, patet ex eo, quod Turnus cum superuenit, iam la-
psum, & semianimem inuenit. Pressit igitur pede col-
lum eius ad terram, & suo illum ipsius gladio ingulauit.
Sequuta sunt etiam facto congruentia, est enim *equos
puls*. Habes, inquit, Troiane agros, quos victore Ænea
te accipere posse credebas. Nam consuetudo erat, ut
victo-

viatores imperatores agros suis militibus darent. laces A in agris Hesperia concupitis, & spatio corporis tui quam lati sint, potes metiri, si velis. Hunc habent exitum, qui me bello prouocant, & tale sibi domicilium condunt. Donatus.

EN AGROS, ET QVAM BELLO) *σπαρσμεν*, quæ figura per hosce vltimos libros, qui sunt *πολέμιοι*, sæpius iam occurrit.

HÆC PRÆMIA QVI ME FERRO AVSI) Præmia veteres quascunque utilitates, & vitæ commoda dicebant. Lucret. lib. 3. *Omnia perfunctus vitæ præmia*. Et initio lib. 5. *qui talia nobis Pelioe parta suo, quæ sita quæ præmia liquis*. Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Nec finit occurrat quisquam, qui corpora ferro Vulneret, aut raptæ præmia veste petat.

Hinc præmibus pro pecuniosus, apud Festum. Torrent. in Titum Suetonij.

HVIC COMITEM BVTEM) comitem huic mittit, ad singulos pertinet, quorum deinceps complexus est nomina.

ET STERNACIS EQVI) Sternaces equi sunt feroces, qui facile sternant sedentem. *τεχνηταί*, ut notat German. *τὸς διαπότης τεχνητίζεν, καὶ ἀνατρέπει σιγάτους*. Licet etiam exponere, calcitronis.

- 365 Ac uelut Edoni Boreæ cum spiritus alto
Insonat Aegæo, sequiturq; ad littora fluctus,
Quæ uenti incubuere, fugam dant nubila cælo:
Sic Turno, quacunq; viam secatur, agmina cedunt,
Conuersæq; ruunt acies, fert impetus ipsum,
370 Et cristam aduerso curru quatit aura volentem.
Non tulit instantem Phegeus, animisq; frementem:
Obiecit se se ad currum, & spumantia frænis
Ora citatorum dextra detorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq; iugis, hunc lata reiectum
375 Lancea consequitur, rumpitq; infixâ bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis
380 Impulit, effuditq; solo: Turnusq; secutus
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumq; reliquit arena.

AC VELUT EDONI) Edoni Boreæ, id est, Thracij: nam Edon mons est Thraciæ. Hic erit crasis, pro Edonij, id est Thracij. Sed potest legi etiam sine crasi, ab *ἔδωρε*.

ALTO INSONAT AEGEO) Aegæum mare ab insulis appellatum est, quæ in eo mari caprarum similitudinem præ se ferunt: seu quod in ea Aegæa, Amazonum regina perierit: siue quod cō Aegæus Thefei pater se præcipitauerit. Festus. Sed Varro libr. 6. Aegæum mare dictum vel *ἡ τῶν ἀγῶν*, quæ est insula iuxta Eubœam: vel quod in eo mari scopuli sic vocantur, à similitudine caprarum.

Quod Festus de Aegæo præcipitato dicit, ea de re Pausan. in Atticis hoc modo. Nam Theseum, a iunt, cum ad Minotaurum proficisceretur, virtuti suæ nonnihil fidentem, patri affirmasse, candidis velis se ysurum esse, interempto si Minotauro rediisset. Quod cum ob raptum Ariadnæ esset oblitus Aegæum nigris velis conspectis, cum filium perisse existimasset, in mare præcipitem se dedisse. Aliquid hac de re Catull. quoque in splendidissimo poematio de nupt. Pelci, & Theridis.

Maris huius encomium legat, cui otium est, apud Aristidem Tomo 1. nos inde pauca degustabimus. *Quemadmodum autem cælum stellis, ita Aegæum*

*um mare insulis exornatum est, adeo, ut si quis etiam navigare necesse non habeat, hac ipsa tamen de causa, ut per Aegæum vehatur, merito navigare possit, quandoquidem huius pulchritudo cum omni mare, tum quicquid est in terra venustum, excellit. Quocirca etiam proprium est Aegæi signum pulchritudo. Solum præterea Aegæum incultum appellare non licet, cum nec nudum, nec sterile sit: verum partim vini, frumenti, aliarumque rerum sit egregie ferax, partim etiam piscibus, & feris abundet, quale quidem dixit Homerus Odyss. 7. beatum esse mare: omni rerum usu, voluptatibus, ac spectaculis refertum. Infra. Quid quod & maxime omnes metunt Aegæum mare, & maxime cupiunt iterum transire, quandoquidem id etiam obuiosissimas causas faciunt? Haec Aristides. Veruntamen istuc mare propter crebros scopulos ad nauigandum incommodum, atque difficile esse, indicat proverbium, *Aegæum nauiga*, in hominem ob lucris studium nullum periculum recusantem.*

SEQUITVR QVE AD LITT. FLUCTVS) Vt in l. Æneid. *Et vastos volumus ad littora fluctus*.

QVACVNQVE VIAM SECAT) Viam secare dixit etiam in fine sexti, *Ille viam secatur ad nauis, sociosq; reuoluit*. Vide ibidem notationem.

NON TVLIT INSTANT. PHEGEVS) Non
FFF* est

est passus Phegeus hominem sic impunè sœuire in omnes, mira virtute, & singulari audacia ad currum accessit, hostemque superiorem nihil metuens, impetum equorum inhibuit, & ad aliam partem detorsit. Nec pendebat iugis, sed frænis iunctorum equorum, ut hoc ei ad virtutem accederet, quod biuges pleno ictu currentes nitebatur vincere. Rectè etiam dicitur *trahitur*, ut partem potiorem daret virtuti equorum citatorum: partem verò fortitudini retinentis. Magna equorum laus, qui impediti frænis, & hominis pondere, durabant tamen, & trahebant perseverantem.

SPVMANTIA FRÆNIS ORA) id est, ora cum frænis spumantia. Lib. 4. seiunxit. *Stat sonipes, & frana ferox spumantia mandis.*

ORA CITATORVM) versus leoninus, neque hic tantum, sed & alibi. Et tamen quid Virgilio diligentius?

DVM PENDET IUGIS) Ex eo, quod unus currus unum habeat iugum, sic exponunt plerique, quasi pluralem pro singulari posuerit poeta. Sed nos contra sentimus. Qui enim ora citatorum dextra detorsit equorū, proculdubio frænos tenuit, non iugum, & ita non iugo, sed iugis pendebat, hoc est, ut ante diximus, frænis iunctorum equorum.

RETECTVM) nudatum, apertum. Qua parte corporis, mox ostenditur.

LANCEA CONSEQUITVR) De generibus telorum, gladiatorumque, & ipsorum nominibus, lege Crinit. libro decimotertio. capite sexto, ubi nonnulla separatim de lancea. De qua sic Isidor. libro decimosep-

timo. Lancea est hasta amentum habens in medio: dicta autem lancea, quia æqua lance, id est, æquali amentoponderata vibratur. Lipsius Poliorcet. libro quarto, dialogo quarto qui est de iaculis. Lancea, Græcorum λόγχη: atque adeo ab hac deriuat Festus. Argutè, haud verè. Et est Hispanica ipsa vox, & Varro, ut Agellius testificantur: Gallica, ut Diodorus. Scribit enim libro sexto, de Gallis, *περὶ βάλλοντες λόγχας αἱ ἐκείνοι λαγχία καλοῦσι*. Iaciunt hastas, quas ipsi lanceas appellant. Sed possunt esse Hispanica stirpe, in Galliam tamen post traductæ, ut in Latium ipsum. Lege quod sequitur.

SVMMVM DEGVSTAT VVLN. CORPVS) Stringit, leuiter attingit. Vnde contra de alto vulne Breait, *virginemque altè bibit ætæ cruorem*. Locum quendam Homeri retulit, ex Iliad. *δ. ἀκρότατον δ' ἀπ' οἰσὶς ἐπὶ γαστρίῃ χροῖα φάσας*. Sagitta inscripsit summum viri corpus, perstrinxit. Lib. 9. de hasta Pallantis. *Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.*

PROCVRSV CONCITVS AXIS) Procursu una pars orationis est, quasi porro tenens cursum. Hunc procursum ut melius exprimeret, addidit *concitvs axis*. Sed mox ut prouolutus iacuit, illico securus Turnus, caput ei amputauit. Hactenus ex Donato, Seruio, & aliis.

C ABSTVLIT ENSE CAPVT) Alibi, *At tibi Tymbre caput Eandrius abstulit ensis.*

TRVNCVMQVE RELIQVIT ARENA) Æneid. 2. de Priamo, *iaceat ingens litore truncus, Ausulsumq; humeris caput.*

- Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Æneam Mnestheus, & fidus Achates,
385 Ascaniusque comes, castris statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere: auxilioque viam, quæ proxima, poscit:
Ense secent lato vulnus, relique latebram
390 Rescindant penitus, seseque in bella remittant.
Iamque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium, citharamque dabat, celerisque sagittas.
395 Ille ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, vsumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat, acerbà fremens, ingentem nixus in hastam
Æneas, magno iuuenum, & mœrentis Iuli
400 Concursum, lacrymisque immobilis. Ille retorto
Pœonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbiique potentibus herbis
Nequicquam trepidat: nequicquam spicula dextra
Sollicitat, prensatque tenaci forcipe ferrum.
405 NULLA VIAM FORTVNA REGIT, NIHIL AVCTOR APOLLO
SVBVENIT: & sæuus campis magis, ac magis horror

Crebre-

Crebrescit, propiusq; malum est. iam puluere cælum
Stare vident. subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt mediis: IT TRISTIS AD ÆTHERA CLAMOR
410 Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentum.

INTEREA ÆNEAM MNESTHEVS) Quid interea Æneæ fieret, narrat. Mnestheus, Achates, Alcanius, licet adhuc puer, quid tamen patri, & vulnerato deberet, non ignarus, statuerunt, perduxerunt eum in castra, cruentum ex vulnere, & auxilio hastæ mouentem gressus. Donatus.

• ALTERNOS NITENTEM CUSPIDE GRESSVS) Poeta, qua parte corporis vulnus accepisset Æneas, non prodit: sed cum dicit, *Alternos longa nitentem cuspidē gressus*, sagittam pedi eius inhæsisse, licet intelligere. Sic Donatus.

Alternos nitentem cuspidē gressus, id est, passus alterius vulnerati pedis hastili sustentantē, & fulcientem. Alter enim pes, qui saucius nō erat, sine adminiculo firmos, & liberos metiebatur gressus. Dixit eleganter, & Maronis imitatione Valer. Flaccus lib. 2. *Alternos egrocunctantem poplite gressus*. Nam quo pede ægrotabat, eo cunctantius, deteriusque incedebat. Alternum pedem facere dixit Papinius, pro claudicare, cum de elegia loqueretur, cuius alter versus longior, alter breuior est.

*Quos inter vultu petulans elegia propinquat.
Celsor assuesco, dinosq; hortatur, & ambit
Alternum factura pedem.*

Verisimilius tamen fit, alternum pedem hic ob versus elegiacos dici: qui alterni breuiiores, & longiores sunt, & claudicant. Ut à Cicerone epigramma dicitur alternis versibus longiusculis. Nam pes interdum versus est, ut apud Horat. ad Pisones. *Hunc socci cepere pedem, grandæq; cothurni*, id est versum iambicum. Turneb. lib. 3. cap. 13. & lib. 5. cap. 3.

Iliad. χ. σὺ δ' ἄρ' ἐπὶ μάλιν χαλκὸν ὤχῃς. Et Odyss. κ. ἰγχεῖ ἰρεῖσθαι. Et Iliad. δ. ἀνδρὸς αἰχμὴν χαλκῆν, τῷ δ' ἰρεῖσθαι. &c. Pari forma Propert. incertis nixa caput manibus. Calab. 3. ἴσθι ἰρεῖσθαι μάλιν ἔπι, de Achille lethaliter vulnerato. Sic & Homerus nixos hasta ex vulnere incommodo Vlysem, & Diomedem inducit. Sic & Cic. pro Rabirio. Cum denique Q. Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus, ac debilis, hastili nixus, & animi vim, & infirmitatem corporis ostenderet, &c. German.

SAVIT) vehementer indignatur, non propter vulnus, sed quia in aciem nequit prodire.

INFRACTA LVCTAT. ARVND. TELVM ERIP.) Præ impatientia moræ, manu sua conabatur semel vno fractu telum educere, quamuis frangeret. Quod cum non posset, quod proximum remedium, etiam cum augmento doloris, excindi ferrum iubebat, quod ita in aciem redire, belloque interesse posset. Prorsus animū viri fortissimi, dolorumque contemptoris expressit. Donatus.

Mirè cum ista fortitudine animi Æneæ consentit illa Alexandri M. de qua scribit Plutarchus lib. posteriore de eiusdem regis fortuna, planè in extremo. Ipse enim quoque, sed in pectore vulneratus, telum ex vulnere conatus est euellere: quod cum non posset, medicos iussit excindere, animumque integris ipse saucius addidit. Eiusdem verba refert Curtius lib. 3. nempe hæc.

Lenta remedia, & segnes medicos non expectant tempora mea. Vel mori strenuè, quam tardè conualescere mihi melius est. Quid hoc dicto virilius, animosius, constantius? 38

TELQVE LATEBRAM RESCIND.) Ense lato secet vulnus, id est, ensis sectione latius faciant, ut ita rescindatur penitus, siue aperiatur teli latebra, ut pateat telum, seu cuspis teli latens. De telis è corpore extrahendis agit lib. 7. cap. 5. politissimus scriptor Celsus medicus. Ibidem hæc verba, loco huic opportuna. Sed si retro telum recipiendum est, amplianda scalpello plaga est, quod facilius id sequatur, quoque minor oriatur inflammatio. 39

PHOEBO DILECTI. IAPIX) Iapix aptum nomen medico: nam *ἰασδαῖ* dicunt curare, inquit Seruius. Et sic excudi solet in Marone. Lapidem tamen scribit Ausonius, ut in Virgilio videatur legisse lapis. Eius versus est, *Idmona quod vatem, medicum quod Iapida dicunt*. Turneb. lib. 23. cap. 14.

Ergo hunc lapigem, seu lapidem Apollo quoniam præter alios multos eximie diligebat, cupiebat diuersis, & suis artibus erudire. *dabat* enim legendum est, non *dedit*. Eas autem recenset: augurium, seu futurorum scientiam, musicam, iaculatoriam. Callimachus hymno in Apollinem has quoque omnes nominat.

Τέχνη δ' ἀμφιφθίς ὅτις τόσον ὅσον Ἀπόλλων
Κῆνος δῖς εὐπὴν ἔλαχ' ἀνέσθ, κῆνος ἀοιδόν:
Φοῖβος γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπει, καὶ ἀοιδίη.
Κῆνον δὲ θεοὶ, καὶ μάντις, ἐκ δὲ νῦ φοῖβος
Ἰντερὶ δαδάσιν ἀνάκλησιν θανάτοιο.

*Nectot quisquam artes, quos Phæbus calles Apollo:
Ille sagittantes sibi deligit: ille poetas:
Phæbo cum iaculis sunt & pia carmina cura,
Sortilegiumq; nota, & vatis: quin & duce Phæbo
Addiscunt medici properantem auertere mortem.*

Scholias tes ibid. ἐστὶ γὰρ τοξότης, ἀοιδός, μάντις, ἰατρός, καὶ ποιμὴν.

Volebat igitur vatem, musicum, sagittarium optimum creare, idq; lætus: magna enim est gratia dantis, si lætus aliquid præstet. Aliquando enim damus inuiti, cum ad dandum aliqua necessitate compellimur. Iapix verò, ut patri suo posset viram producere, patri, inquam, loni, & morti iam vicino, satis habuit herbarum naturam, & medicinam *ἰμπερικὴν* cognoscere, atque ita mutam artem minore cum gloria, quam illas alias, quæ dictæ sunt, vocales exercere. Intelligimus autē hanc quoque artē cum cæteris Phæbum Iapigi obtulisse; quā solam attipuerit: est enim medicus quoque; Apollo. Vnde ipse de se apud Ouid. 1. Metamorph. *opiferaque per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis*. Hinc ars medica Ouidio ars Apollinea, ars Phæbea. Sed de Apolline inuentore medicinæ, & cur ad eum eius inuentio referatur, plenissimè Tiraquell. de Nobilit. cap. 31. num. 6. & 7. Quomodo autem hoc nomen *Apollō* nihil terroris habeat, neque perniciem, sed peculiare huic deo potestates quatuor complectatur musicam, diuinatricem, medicandi, sagittandi que peritiam, demonstrat luculenter Plato in Cratylō. 39

Sciendum, *ιατρικῆς*, seu medicinæ principes partes esse duas, *λογικῆς*, & *ἰμπνευτικῆς*, quarum illa scilicet in contemplatione, ista in vſu verſatur. Rurſum alia *θεραπευτικῆς*, seu curatiua, alia *ὑγιεινῆς*, conſeruatiua dicitur. Illius partes ſunt tres, *χηρουργικῆς*, quæ ad curandum manuſtanquam inſtrumenta adhibet: *φαρμακευτικῆς*, quæ in conſiciendis medicamentis occupatur: *διαητικῆς*, quæ victus rationem præſcribit. Huius, *ὑγιεινῆς* inquam, partes ſunt item tres, *προφυλακτικῆς*, quæ imminentes morbos auertit: *συντηρητικῆς*, quæ ſanitatē præſentem tuetur: *ἀναληπτικῆς*, à qua valetudinarij reſciuntur. Hæ partes quanquam medicorum ingenijs, & diligentiâ multum creuerint, poſterius tamen, tardiusque inuentæ, & excogitatæ ſunt. Illæ autem quas *θεραπευτικῆς* ſubiicimus, quondam coniunctæ fuerant, & ab iſdem exercebantur. Nunc alij ſunt, qui ſe medicos phyſicos dicunt, alij chirurgos, alij pharmacopolas. Poſtremam, quæ victum moderatur, melius iam tenent coci, & miniſtri ægrotantium. An tu exiſtimas, inquit Cic. 2. de Orat. cū eſſet Hippocrates ille Coſs, fuiſſe tum alios medicos, qui morbis, alios qui vulneribus, alios, qui oculis mederentur? Immo Podalirium, Machaonem medicorum principes celebrari ab Homero, notum eſt: qui tamen non in peſtilentia, nec in varijs morborum generibus aliquid attulere auxilij: ſed vulneribus tantum ferro, & medicamentis mederi ſoliti ſunt, quod notauit etiam Cælius libro primo præfat. Idem de chirurgica lib. 7. Tertia medicinæ pars, quæ manu curat, medicamenta, & victus rationem non omittens ſed manu tamen plurimum præſtans, cuius effectus inter omnes medicinæ partes euidentiffimus. Rurſum, chirurgicam licet vetuſtiſſimam, magis parens omnes medicinæ Hippocrates, quàm priores excoluit. Ibidem, Qualis eſſe chirurgus debeat. ✽

DEPOSITI PROP. FATA PARENTIS) Talis antiquitus fuiſſe traditur conſuetudo, vt qui laborarent periculoſo aliquo morbo, de quæ quibus deſperatum erat, ante ædium ſuarum ianuas collocarentur, vel vt ibidem extremum ſpiritum ederent, vel vt à traſeuantibus poſſent fortè curari, ſi quis aliquando ſimili morbo laboraſſet. Et hi *depoſiti* dicebantur. Ouid. libro ſecundo de Ponto. *ſam prope depoſitus, certè iam frigidus æger*. Cic. per translationem, ægram & prope depoſitam reipub. partem. Seruius, Hartong. Decur. 3. cap. 8. * *Multa perquam eruditè diſſentantur de vocibus depoſitus, & deponere à Germano, quem proſum erit legere. Nonius, depoſitus, id eſt, deſperatum (ex maro ſam dicto videlicet) Lucil. Satyr. lib. 4.*

Symmachu' præterea iam tum depoſitu' bubulcus Exhalans animam pulmonibus æger agebat, Poſſum huc etiam trahere, quod ex incerto ſatyrarum eius libro inter alia fragmentum notatum eſt.

Ante fores autem, & trichini limina quidam Perditu' Tireſias ruſſi grandæui' gemebat. *Attium Alphesib.* Eſti in malis depoſitus animus meus. *Cacil. Oboſſate*, Depoſitus modo ſum anima, vita ſepultus ſum. *Seneca epiſt. 12. Quis eſt, inquam, iſte decrepitus, & meritis ad oſſium admoſus?*

PROFERRET FATA) produceret, prottaheret. *Εὐκλείδης* *βίον* Euripid. Horat. *Iracunda diem proferet Illo*.

MVTAS AGITARE INGLORIJS ARTES) Cur Virgilius medicinam mutam vocarit, non deſuerunt, qui explicare conati ſunt, ita ſcilicet à poeta vocatam dicentes, quoniam comparata muſicæ ignobilis, ac parum celebris ſit. Sed eorum mendacia facile redarguntur, quod Homerus multis antè ſæculis medicum

A multis honoribus dignum fecerit *ἰατρεὺς δ' ἀνὴρ πολλῶν ἀνδρείου ἀλλαν*. Itaque appoſitiſſimè Fuluius Vrſinus in ſuis Collat. mutam, ait, artē medicam à Marone nuncupatam, quod tota eius vis in operationibus, ac remedijs potius, quàm in ſermonibus atque eloquentia collocetur, vt ne dum Cornelius Cellus, verum etiam Galenus vbique prædicat: vnde in medicos loquaces dictærium emanauit, *ἀρετὴς ἀδύνατος, ἰοσύνη πάλιν ἰσότης*. Mercurial. var. lect. lib. 3. cap. 13. Adde, Latine ſic ſonat hic verſiculus græcus. *Μεδικὴν λοῦμακ. morbum, creabit alterum*. Non ſatis videtur attentè Seruium legiſſe Mercurialis, qui non dicit, Virgilium ideo mutas vocaſſe artes medicorum, quia comparatione muſicæ parum celebres ſunt: ſed ideo dixiſſe, ingloriam maluiſſe agitare mutas artes, quia comparatione ſagittarum, & harmoniæ, & diuinationis ingloriæ ſint, & ipſe inglorius. Vbi poeta medicis non omnem gloriam detrahit: ſiquidem *ἰατρικῆς* loquitur: ſed tantam illis, quantam muſicis, vatibus, ſagittarijs non concedit. Vtrum rectè hoc fecerit, cum Homerus medicam tantopere laudarit, de eo diſputat Mercurialis: quem arbitror non malè docuiſſe, quam obrem ars medicorum muta dicatur. Locus Celli, quem Vrſinus inſinuat, hic eſt, morbos non eloquentia, ſed remedijs curari. ✽

STABAT ACERBA FREMENS) Redit ad narrationem, quam interpoſita Iapigis fabula interruperat. Stabat, inquit, acerba fremens: dolebat enim belli potius, quàm vulneris cauſa, plurimisque circumſiſis, ac lacrymantibus, ipſe dolorem diſſimulans, in animi conſtantia immobilis permanebat. Et hoc ipſum, quod tali vulnere affectus ſtabat, cū ſedere potius, ac iacere debuiffet, magnæ virtutis fuit. Donatus.

IUVEN. ET MOERENT. IULI CONCURSV LACRYMISQUE) concurſu ad iuuenes referendum, lacrymis ad Iulum de eius mœſtitia ſupra quoque, *moerſtig, moerum ſolatur ſolus*.

RETORTO PÆON. IN MOREM AMICTV) Cœpit Iapix ſuccinctus Pæonium in morem, (id eſt, medicum, à Pæone medico) nauare opem, vt curaret heroem, belloque reſtitueret, à ſua manu, alia herbarum cupiens leuare remedio, quarum viam Phæbo docente cognouerat. Sed cum hæc properans ageret, non ſequēbatur tamen effectus: fruſtra trepidabat, fruſtra tentabat ſagittam, & preſſam forcipe fruſtra nitēbatur extrahere. Longè proſuſ fuit fortuna, quæ adiuuaret inſtantem: longè Apollinis doctrina, quem auctorem vocat, quia ipſi Iapigi auctor, & magiſter fuerat, & quia medicinæ inuentor, vt eſt apud Ouid. 2. Metamorph. cui filius Aſculapius præſidet. Donatus, Seruius.

NEQVIDQVAM TREPIDAT) feſtinat, vt, *Ne trepidate meus Tencri defendere naues*. Sed multa trepidat manu mediet, eſt hic, multa agit, idque non ſine feſtinatione. Sic ponitur in actione verbum *propere*, & apud neſcio quem antiquum, *feſtino*. ✽

SPIC. SOLLICITAT.) Donat. in Heaut. Terentij, ibi, *Sollicitos habui, varijs officijs, & miniſterijs diſtictos*. Nihil ſignificantius dicere potuit. Quid enim aliud eſt ſollicitare, quàm ſuo loco mouere? ſolum autem quin ſignificet locum, quis dubitat? cum exules quoque dicantur ſolo patriæ ſuæ pulſi. Sollicitos igitur habuit omnes domeſticos, qui hinc & inde ad miniſtrandum deſtinabantur. Hæc Donatus ex Feſto.

Solli-

Sollicitare igitur motum in se continet, suisque sedibus quid emouere valet, eaque vera huius verbi, & prima est notio. Tibull. *Et teneram ferro sollicitauit humum*. Lucil. lib. 17. Non cum benignitate sollicitarier Proposito. Ennius lib. 18. *Istria tela manu iacentes sollicitabant*. Lucret. lib. 2.

*Præterea quoniam dolor est, ubi materia
Corpora vi quadam per viscera viua, per artus
Sollicitata suis trepidant in sedibus intus,
Inq; locum quando remigrant, sit blanda voluptas.*

Et lib. 5.

*Nec fas esse, deum quod sit ratione vetusta
Gentibus humanis fundatum perpetuo aeo,
Sollicitare suis ullum de sedibus unquam.*

Elegantissimè Ouid. Stamina sollicitare pollice, & arcu feras. Gifan. in Lucret.

PROPIVSQVE MALVM EST) Propius malum est, ex fuga scilicet Troianorum. Crescebat belli malum, & apertum discrimen esse cœperat proximum. Tam vicini erant equites Rutuli, ut spicula, quæ mittebant, in me-

Adia Troianorū castra deciderent. Vociferabantur mœstum, quia cernebant euident malum, & eorum, qui cadebant, gemitus audiebantur. Donatus.

IAM PVLVERE COELVM STARE VID.) De genere hoc loquendi, diximus lib. 6. ibi. *stant lamina flamma*. Nihil aliud est, cœlum stare puluere, quam plenum esse puluere. Stat. Thebaid. *stant fulci puluere crinis*: Varr. Eumenidibus.

----- denique auarus

*Quis sanus? cui si sit terra, & traditus orbis,
Curando tamen, ac morbo stimulatns eodem
Ex sese ipse aliquid querat, cogasq; peculi.*

Vide etiam quid hoc loco afferat German.

B BELLANTVM IUVEN. ET DVRO SVB MARTE CADENT.) Expressit Homericum ἰλλόντων, καὶ ἰλλομένων. Ennius Annali 8. *Clamor ad cœlum voluendus per æthera vagit*. Huius clamoris in pugna sæpius ab utriusq; linguæ varibus fit mentio. Polybius lib. 6. Romanis militibus sollemnem, & auitum fuisse morem testatur, ut armorum strepitum edentes, & conclamantes, in confertissimos sese hostes inferrent.

Hic Venus, indigno nati concussa dolore,
Dictamnū genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo. non illa feris incognita capris
415 Gramina, cūm tergis volucres hæserē sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo
Detulit: hoc fuscum labris splendentibus amnem
Inficit, occultè medicans: spargitq; salubres
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.
420 Fovuit ea vulnus lymphæ longæius lapis
Ignorans: subitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis:
Iamq; secuta manum, nullo cogente sagitta
Excidit, atq; nouæ rediere in pristina vires.
425 Arma citi properate viro: quid statis? Iapix
Conclamat: primusq; animos accendit in hostes.
NON HÆC HVMANIS OPIBVS, NON ARTE MAGISTRA
PROVENIUNT. neque te Ænea mea dextera seruat:
MAIOR AGIT DEVS, ATQVE OPERA AD MAIORA REMITTIT.

HIC VEN. INDIG. NATI CONCVSSA DOLORE) Admiranda inuentio, ut tali tempore, & in tali causa, in tanta desperatione, omnibus qui aderant, ipso quoque Ascanio, lacrymantibus, trepidante medico, & ipsius medicinæ deficiente substantia adsit mater, quæ solatium filio, & remedium ferat. Donatus. Indignum dolorem vocat, qui fuerat natus ex vulnere indigno, per insidias scilicet illato. Seruius.

DICTAMNV CRETÆA CARPIT AB IDA) Legendū ex Theophrasto, quem potissimū hoc loco poeta sequitur, *dictamnū*, non autem *dictamnū*, ut habent passim codices, etiam Aldini. Nam græcè est *dictamnū*. Adi Hermolaum in Corollario, & recentiores. Erythraeus.

Cretenses, ait Ælianus lib. 1. var. histor. ca. 10. sagittandi periti sunt. Quare iaculis petunt capras, quæ in montibus pascuntur. Illæ verò percussæ, repente comedunt dictamnū herbam, & simul ac gustarunt, iacula tota excidunt. Turneb. lib. 5. cap. 3. Plutarchus lib. Vtra

Animantia plus rationis habeant, terrestria, an aquatica, de Cretensibus capris, & dictamno sic scribit. Creticæ verò capræ, pastu dictamni telis eiectis, nonne gravidis eiiciendi partus, hanc vim istiusmodi herba obtinente, viam ostendere? huc properare vulneratas solūm videas, dictamnū querere, dictamnū sequi. Vnde fiat, ut brutæ animantes sua in morbis querant remedia, consulendus idem de causis natural. cap. 26.

Val. Max. lib. 1. cap. 8. Ne ipsa quidem, omnis bonæ, malæq; materiæ fecunda artifex Natura rationem reddiderit. Non magis, quàm quoddam ita syluestres capreas, Cretæ genitas tantopere dilexerit, quas sagittis confixas ad salutare auxilium herbæ dictamni, tantūm non suis manibus deducit: efficitque, ut concepta ea, continuo & tela, & vim veneni vulneribus respuant.

Plin. lib. 8. cap. 27. ostendens quæ animalia, quas herbas hominibus ad vsum demonstrauerint, dictamnū, inquit, herbam extrahedis sagittis cerui monstra- uerit, percussæ eo telo, pastuq; eius herbæ eiecto. Idem

Ffff* 3

lib. 26.

lib. 26. cap. 14. Dictamnium pota sagittas pellit, & alia te- A
la extrahit illita. Bibitur ex aqua cyatho foliorum obo-
lo. Proximè pseudodictamnium. Vtraque enim suppu-
rationes discutit. De vi eiusdem, dictamni, inquam, cap.
15. Tres species dictamni describit Apuleius cap. 62. de
virtutibus herbarum. Ibidem de primi generis efficaci-
tate ad fetus in utero mortuos eiiciendos, ad sanan-
das plagas seu ferro, seu fude, seu a serpentibus factas,
ad vulnera recentia, & viscera curanda, ad venena pel-
lenda.

PUBERIBVS CAULEM FOLIIS) Id est adultis. Sic
in 4. *Aeneid. pubentes herbae*. Et est reciproca inter her-
bas, & homines translatio: nam & pubertatem herba-
tum, & florem iuuentutis vocamus. Seruius. *Puberibus*
caulem foliis, adultis Grammatici, qui familiam ducunt,
exponunt: sed Papinius acceperit videtur pro florenti-
bus: sic enim Maronem æmulans scribit. *Idea profert*
qua Creta sub umbra Dictamni florentis opem. Turneb.
lib. 5. cap. 3. Idem lib. 26. cap. 5. puberibus exponit villo-
sa pube lanuginosis: talia enim folia tribuit dictamno
lib. 3. cap. 32. Dioscorides. Vide præterea Brodæum
lib. 1. cap. 30.

NON ILLA FERIS INCOG. CAPRIS) Nouerunt illam
feræ capræ. Nam si fortè sagittis fixæ sunt, ad eam con-
fugiunt, comedunt, & illico sagittæ excidunt, curantur-
que statim vulnera. Donatus.

VENVS OB. FACIEM CIRCVND. NIMBO) Venus cir-
cumfusa caligne (à parte enim torum accipimus) vt à
nemine videri posset, dictamnium detulit, eodem ipsam
aquam infecit (amnem, inquit, quem fuscum fecit con-
tactu herbæ, siue potius succo herbæ, in aquam expres-
so, à toto partem significat) quam Iapix studiosè splen-
denti labro infuderat, vt foueret ea vulnus. Addidit a-
lias species, vt omnium succo, & in aquam transfusa vir-
tute, medicabilis liquor ex simplicitate fieret. Donat.

AMBROSIA SVCCOS) Ambrosia propriè cibus, ne-
cæ porus deorum est: confundunt aliquando poetæ.

ET ODORIFERAM PANACEAM) genus herbæ, de
qua Lucret. lib. 4.

Præterea, quacunq; suo de corpore odorem
Expirant acrem, panaces, absinthia terra.

A nonnullis Heracleium nominari scribit Dioscorides
lib. 3. cap. 55. Ipso nomine morborum omnium reme-
dium promittit, inquit Plin. lib. 25. cap. 4.

FOVIT EA VVLNVS LYMPHA) Gesta Veneris igno-
rabat Iapix, fouebat aqua vulnus, celeriter fugit dolor,
quasi aduersariū sentiens: stetit sanguis, qui ex imo flue-
bat vulnere, laxare telumaqua cœperat, secutū est nul-
lo cogente, id est, leuissimè trahentem manum: recepit
vires pristinas *Aeneas*. Donatus.

Verbum *fouere*, cum voce aqua copulatum, apud
medicos peculiarem quandā notionem, & vsum vindic-
cat. Est enim idem fere, quod madefacere, tingere, elu-
ere, colluere, aut simile quiddam, & ita locum affectum
quodam velut lenimento afficere. Nonius quidem hic
interpretatur, *Fovit ea vulnus lymphæ*, id est, asperit. Vi-
detur tamen maius quoddam fomenrum significari,
quam sit asperitio. Celsus lib. 1. cap. 2. Vbi expectatus
est aliquis, paulū intermittere: deinde (nisi hyems est)
fouere os multa aqua frigida debet. Idem lib. 6. cap. 8.
Nares verò exulceratas fouere oportet vapore aque ca-
lidæ, id est, spongia expressa, atque admota. Fit & subie-
cto vase oris angustis, calida aqua repleto. Post id fomen-
tum illinenda vulnera sunt. Medicè igitur locutus est
hic Virgilius, vt & aliās, nempe suprà, *anxiōq; viam,*
que proxima poscit. Quæcunque enim corpori ad sani-
tatem proficiunt, valetudinisque remedia, vocat Celsus
auxilia sapissimè.

LONGÆVVS IAPIX) Non est censendus absolutus,
consummatusque medicus, nisi ætate iam confectus;
vt potè cum non nisi multo tempore, exactoq; studio,
ac diuturna experientia possit ea res addisci, noscique
perfectè, quæ omnes artes in se, vt diximus, complecti-
tur. Ex quo & antiqui illi *Æsculapium* barbatum facie-
bant, veluti virum, qui iam annos perfectæ virilitatis at-
tigisset. Hoc, quod dicimus, Virgilius intelligens, & a-
lioqui medicinæ haud imperitus, Iapigem *Aneæ* medi-
um longævum, senioremq; facit. Silius lib. 5. imitatus
Virgil. Squalum Annibalis medicum similem seniore
facit, *in medicas hinc ocyus aris, Et senioris opem Squali*
vocat. Tiraquell. de Nobilit. cap. 31. num. 74.

SECUTA MANVM NVELO COGENTE EXCIDIT) Si nul-
lo cogente, quomodo secuta manum? Sic intelligendum
est, vt sagitta non manum tenentis secuta videatur, sed
fouentis. Donatus.

ARMA CITI PROPER. VIRI) Cum Iapigem magna
inopinati euentus teneret admiratio, exclamare cœpit,
& arma *Aneæ* poscere: & ita nuntio ducis sanati, ani-
mos Troianorum in hostes accendere. Nihil tamen si-
bi arrogare, sed totum deo, vnde pronenisse manifestū
erat, reddere voluit, etsi, à quo deo, nesciebat. Malè au-
tem hic nomine dei (*maior agit deus*) Apollinem intel-
ligit Seruius. Venus egit, non Apollo. Sed genus mascu-
linum decepit Grammaticum. Vide 2. *Aeneid. Descen-*
do, ac ducente deo, cum duceretur à Venere. Eadem
confessione etiam merita *Aneæ* prædicantur, qui diui-
na hac medicina dignus fuerit. *Maiora opera*, ad quæ
remittitur *Aeneas*, erit cædes Turni utique, qua nil po-
test esse maius ad laudem *Aneæ*. Sed prælagit tantum
quippiam magnum Iapix.

- 430 Ille, audis pugnae furas incluserat auro
Hinc aq; hinc: oditq; moras, hastamq; coruscat.
Postquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est,
Ascanium fufis circum complectitur armis:
Summaq; per galeam delibans oscula, fatur.
- 435 DISCE PVER VIRTUTEM EX ME, VERVMQVE LABOREM,
FORTVNAM EX ALIIS. nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
TV FACITO, MOX, CVM MATVRA ADOLEVERIT ÆTAS,
SIS MEMOR, ET TE ANIMO REPETENTEM EXEMPLA TVORVM,
- 440 ET PATER ÆNEAS, ET AVNCVLVS EXCITET HECTOR.

Hæc

Hæc ubi dicta dedit, portis sese extulit, ingens
Telum immane manu quatiens. simul agmine denso
Anteusq;, Mnestheusq; ruunt, omnisq; relictis
Turba fluit castris. tum cæco puluere campus
445 Miscetur, pulsuq; pedum tremit excita tellus.

ILLE AVIDVS PVGNÆ SVRAS) Qui iam dudum etiam cum ipso vulnere ardebat in bellum, consecuta sanitate corporis sui, magis, magisq; properans, furas incluserat aureis ocreis. Donatus.

HINC ATQVE HINC) Ut eorum scilicet nihil appareret: immo potius sic, dexteram, & sinistram: & qui mos est properantium, etiam festinationem ipsam pro tarditate habebat. Vibrabat deinde, seu quatiebat hastā, more militari.

POSTQVAM HABILIS LATERI CLYPEVS) cum bene clypenm lateri, lorica tergo aptasset, scutum etiam manu teneret, sic circumfusus est Ascanio, cum amplexas, & per galeam, quam ipsam quoque induisse hinc colligitur, cum suauiter osculans, cum sermone, quo adolescentem & ad sui, suorumque imitationem cohortatur, & ad bene sperandum de paterna salute exsuscitat. Donatus.

Plin. lib. 35. cap. 3. etymon clypei prodit, vulgò ignotum penitus. Scutis, inquit, qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines: vnde & nomē habuere clypeorum, (ἀ γλῶσση scilicet) non ut peruersa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo. Origo plena virtutis, faciem reddi in scuto cuiusque, qui fuerit illo vñs.

ASCAN. PVVIS CIRCVM COMPLECT.) Imitatio Sophoclis in Aiace, & Homeri Iliad. 7. Vterque, Ajax, inquam, & Hector cum blandimento filium alloquitur.

DISCE PVER VIRTVTVM EX ME) Ennius Phœnice, ut citat Gell. lib. 7. cap. 17.

*Sed virum vera virtute vivere animatum addeceat,
Fortiterq; innoxium vocare aduersus aduersarios.
Ea libertas est, qui pectus purum, & firmum gestitat:
Alia res obnoxia, nocte in obscura latent.*

Romani licet virtutum essent omnium mirificè studiosi, tamen vt qui iudicarent hominis excellentiam in fortitudine potissimum esse positam, virtutem eam agnominauerunt. A viro siquidem virtus, cuius propria est fortitudo. Iā hoc est, quod in primis cupiebat, & de quo sollicita erat Andromache, vt nimirum Ascanius maiores suos, atq; adeo ipsum parentem suum Æneam cum in cæteris virtutibus, tum in veris laboribus, bellica, inquam, fortitudine imitaretur. Eius enim hæc vox libro 3.

*Ecquid in antiquam virtutem, animosq; viriles
Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector?*

Sed in primis parentes debent esse solliciti, vt posteros imitatores suarum laudum habeant: nullo enim monumento magis commendantur. Testis Cicero Philip. 9. vbi ita scriptum est. Equidem etiam ad famam Seruij Sulpicij filij arbitror pertinere, vt videatur honorē debitum patri præstitisse. Quanquam nullum monumentum clarius Ser. Sulpicius relinquere potuit, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij filium.

Seclari autem virtutem, nō fortitudinem modò, verum & temperantiam, iustitiam, moderationem, &c. sapientissimus Hebræorum Philo docet his verbis, libro, Quod deterius potiori insidietur. Qui virtutem seclatur, deliciis huic conuenientibus fruatur. Aut enim

acquirat bonum, aut acquireret postea. Et habere quidem affert gaudium, rem pretiosissimam: expectatio verò habendi, spes, quæ est alimentum animarum virtutem amantium: propter quam semouemus pigritiam, quotquot nostrapte sponte properamus ad honesta opera.

Hortatur & Isocrates Demonicum ad paternam imitationem his verbis, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀκρίβει αὐτῶν ἐν ἐργῇ καλεῖται διδάσκειν, &c. Sed illas (virtutes) accuratius aliàs explicabimus: nunc specimen naturæ Hipponici exhibuimus: quod tanquam exemplar in vita degenda propositum tibi esse debet: vt mores illius pro legibus habeas, paternamque virtutem admitteris, & æmuleris. Nam cum pictores pulchras animantes exprimunt, liberis turpe fuerit parentes virtute præstantes non imitari. Quare persuasum habeto, nulli pugili tantam esse præparationem adhibendam contra suos aduersarios, quam tibi curandum sit, vt in hoc certamine laudis sis patri tuo par.

Omnino pueris, & adolescentibus præscribendū est, quod viri iam facti exequantur. cum matūra, inquit, adoleuerit ætas, sis memor. Sensus enim, mens, consilium, ingenium, animi vigor augetur cum corpore, cū eodemque minuitur. Quod ita versibus nitidissimis exequitur Lucret. lib. 3.

*Nam velut infirmo pueri, teneroq; vagantur
Corpore: sic animi sequitur sententia tennis.
Inde ubi robustis adoleuit viribus ætas:
Consilium quoq; maius, acutior est animi vis.
Post ubi iam validis quassatum est viribus ani
Corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus:
Clandicat ingenium, delirat linguaq;, mensq;
Omnia deficiunt, atque uno tempore desunt.*

FORTVNAM EX ALIIS) non disce, sed pete, opta. Sint tibi alij exempla fortunæ, ego virtutis. Alludere videtur ad eorum decreta imperatorum: qui in re bellica virtutem quantamcunque fortunæ comitis fauore egere statuebant: inter quos Iulius Cæsar ipse sibi fortunæ studium arrogabat: & Sulla, fœlicè se dici voluit. Nā quamuis se venustum appellari voluisset, multi linguæ latinæ auctores prodiderint, & ipse Plutarchus τὸ ἐξ ὀνόματος verterit, tamen venustum Romanè fœlicem accipi debere, vt inuenustum, infœlicem, alibi docuimus: & Valer. lib. 6. De mutatione morum, fœlicem Sullam his verbis retulit. Turpem adolescentem, & virum dicerem fortem, nisi ipse fœlicem se appellari maluisset. German. Vide & Vrsin.

MAGNA INTER PRÆMIA) ad magna præmia. Cic. Catilia. Dico te priori nocte venisse inter falcarios: id est, ad falcarios.

MATVRA ADOLEVERIT ÆTAS) adolescendo matūra esse cœperit.

REPENT. EXEMPLA TVOR.) Exemplum est, quod sequamur, aut vitemus: exemplar, ex quo simile faciamus. Illud animo æstimatur: istud oculis conspicitur. Festus * *Esse alicui homo, vel malo exemplo, quod barbari, aliquē adificare, scandalizare. Res sunt præclari exempli, vitiosi, improbi exempli, &c.*

ET PATER ÆNE. ET AVVNCVLVS EXCITAT HECT.)
Non

Non potest præclarius hæreditas relinqui filiis à par-
tibus, quam virtutis exemplum. Virtute enim etiam pe-
cuniæ parantur: pecuniis autem virtus parari nequit.
Manderetur memoriæ, quod scriptum est à Cic. 1. Off.
Optima hæreditas à patribus traditur liberis, omni-
patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerumq; gesta-
rum: cui dedecori esse, nefas, & vitium iudicandum est.
Idem pro Sextio. Vos adolescentes, qui nobiles estis, ad
maiorum vestrorum imitationem excitabo. Verrin. 2.
Circumstant te summæ auctoritates, quæ te obliuisci
landis domesticæ nō sinant, quæ te dies, noctesq; com-
moneant, fortissimum tibi partem, sapientissimum a-
uum, grauissimum socerum fuisse. Sallust. præmio Iu-
gurthinæ historiæ. Sæpe audiui ego, Q. Maximum, P.
Scipionem, præterea ciuitatis nostræ præclaros viros i-

Ata dicentes, cum maiorum imagines intuerentur, vehem-
entissime sibi animum ad virtutem accendi.

HÆC VBI DICTA DEDIT) Lucil. lib. 1. *Hæc vbi dicta
dedit, pausam facit ore loquendi.* Homer. de Hectore e-
grediente, Iliad. η. οὐκ ἔτι πύλας ἐξέσσυτο φάιδιμος ἕκ-
τος. Ingens autem, animo, & corpore. Quatit telum mi-
nitabundus, & plenam victoriæ spem præ se ferens. Et
quia vulnerato summo duce, etiam duces ipsi cum eo in
castra remeauerant, nunc eo procedente, rursus in cam-
pum ipsos par est vnà procedere. Sed & reliquis ita cre-
uit pugnandi studium, vt nullus in castris remaneret. Et
cum tam multi se effunderent, necesse fuit nubes tolli
pulueris, tellure præsertim arida, quæ etiam sub pedi-
bus incedentium, propter multitudinem tremere vi-
debatur. Donatus.

Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus,

Videre Aufonij: GELIDVSQVE PER IMA CVCVRRIT

OSSA TREMOR. prima ante omnes Iuturna Latinos

Audiit, agnouitq; sonum, & tremefacta refugit.

450 Ille volat, campoq; atrum rapit agmen aperto.

Qualis vbi ad terras abrupto sidere nimbus

It mare per medium (miseris heu præscia longè

Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas

Arboribus, stragemq; satis, ruet omnia latè.

455 Antè volant, sonitumq; ferunt ad littora venti)

Talis in aduersos ductor Rhœticius hostes

Agmen agit: densi cuneis se quisque coactis

Agglomerant. ferit ense grauem Thymbræus Osirim,

Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates,

460 Vsentemq; Gyas. cadit ipse Tolumnius augur,

Primus in aduersos telum qui torserat hostes.

TOLLITVR IN COELVM CLAMOR: versi q; vicissim

Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.

Ipsæ neque aduersos dignatur sternere morti:

465 Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes

Insequitur: solum densa in caligine Turnum

Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.

VIDIT AB ADVERSO VENIENTES) Bene dixit, Tur-
num primò vidisse, vel quia in aggere, id est, in emin-
tiori loco contra positus fuerat: vel in causâ sua debuit
esse circumspectus. Aufonij, qui paulò antè Ænea vul-
nerato victoriâ spe deuorauerant, vt viderunt agmen
in se versum ferri, intellexerunt in illa multitudine etiâ
ipsum Æneam esse præsentem, quare non eos iam me-
tus, sed tremor etiam incescit.

GELIDVSQVE PER IMA CVCVR. OSSA TREMOR)
Maximi timoris declaratio. Et per ossa, & per ima ossa.
Hinc ingentis ignauitæ, & imbelliæ significatio: tales e-
nim plurimum timent, ac trepidant.

PRIMA ANTE OMNES IVTVR. AVDIIT) Iuturna,
quam specialis pro salute fratris sollicitudo tangebatur, D
prima vidit, prima audiuit, prima cognouit, prima con-
tremuit, & fugit, ne videret exitium Turni, vel eius co-
pias sterni. Donat.

ILLE VOLAT) Tanta celeritate ferebatur Æneas, vt
volare videretur, & aperto campo, qui scilicet hostibus

metu dispersis vacuus, & patens erat, raptim ducebat,
hoc enim est, rapit. Donatus.

ATVRM AGMEN) puluere sordidatum.

VBI AD TERRAS ABRVPTO SIDERE NIMBUS) Lu-
culenta comparatione Æneæ descendens in pugnam
robur, hostiumque tacitum metum ante oculos consti-
tuit. Quia ortu suo, aut occasu sidera multa tempesta-
tes cient, quin & sua natura exhalationes, vaporesque
sursum tollunt, surriguntque (vnde & multas in subli-
mi affectiones committi, Meteor. tractatu docet Aristo-
teles) factum est, vt Latini efficientem causam cum re
effecta, aut mota, conturbantes, sidus pro tempestate,
& intemperie accipiant, vt hic, & supra libr. 4. *hyberno
moliris sidere classem: vnde & sæpe consumi, & consum-
ptum sidus apud auctores. German.*

IT MARE PER MEDIUM) Stat. *descent sua damna co-
loni, Et tamen oppressos miserrantur in aquare nantas.*

RHÔTEIVS) Troianus, à promontorio Troiæ.
Rhœteo: alterum dicitur Sigeum.

CYNBIO

CUNEIS SE AGGLOM.) densantur, ut cuneatim dimicent, scilicet in cuneorum modum compositi. Multum valet plurimorum in vnum arctata congestio: proinde unusquisque se stipabat in cuneum, ne opportunus fieret morti, Seruius, Donatus.

CADIT IPSE TOLVM. AVGV. PRIMVS IN ADVERS.) Quod narrat, ipsum augurē Tolumnium cecidisse, qui primus telum in hostes coniecerit, fœdusque turbauerit, tacite notat prouerbium, *consilium malum consultori perissimum*, quod sic extulit Hesiodus ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη: cum nimirum in caput eorum recidit, qui aliis perperam consuluerant. Siquidem, ut dicunt Græci, ἡ βουλὴ, id est, sacra quædam res est consilium. Atque ut est libenter accipiendum, cum res postulat, ita est religiosè, citraque fraudem dandum, si quis egeat. Alioqui non defuturum est numen aliquod, quod pœnas reperat ab eo, qui rem sacram, ac diuinam perfidia violarit. Chiliad.

TOLLITVR IN CÆLV. CLAMOR.) Tollebatur in cælum clamor, occiso eo, qui dirumpendi fœderis auctor fuerat, statimque fuga sequebatur. Seruius.

De clamore militum ante, vel in ipso conflictu, nonnulla Alexand. Neapolit. lib. 4. ca. 7. Græci pugnam inibant silentiò, testis Homerus. Romani, clamantes. Gell. Quid ille vult ardens clamor militum Romanorum, quem in congressionibus præliorum fieri solitum scriptores annalium annotarunt? Cæsar de bello ciuili. Non frustra antiquitus institutum est, ut signa vndique concinerent, clamoremque vniuersi tollerent: quibus rebus & hostes terreri, & suos incitari existimauerunt. Præceptum Vegetij hoc est, lib. 3. cap. 18. Clamor autem, (quem barritum vocant) prius non debet attolli, quam acies utraque se iunxerit. Imperitorum enim, vel ignauorum est, vociferari de longè, cum hostes magis terreantur, si cum telorum ictu clamoris horror accesserit. Vide Ibid. Stenechium. Quis autem clamor ille, aut in quæ verba, quærit, & coniiicit acutè Lipsius de Milit. lib. 4. dial. 11. Ibidem de causis clamoris huius.

PVLVER. FVGA RYT. D. TERGA.) Quomodo se ge-

rat Imperator aduersus hostem fugientem, docet Veget. lib. 3. cap. 21. summa est, non videri sperandam pleniorè victoriam, si aduersarium ita concluseris vel loci angustis, vel exercitu, ut nequeat fugere: desperationem enim, & formidinem illis audaciam facturâ. Ex sententia Scipionis viam hostibus, qua fugiant, muniendam. Sic more pecudum multos in fuga trucidari. Non esse tamen cupidius instandum fugientibus, illud monet, quod ipse Vegetius posuit cap. 25. Frequenter iam fusa acies, dispersos, ac passim sequentes, reparatis viribus interemit. Numquam exultantibus maius solet esse discriminè, quam cum subito ferocia in formidinem commutatur. Pyrrhus Epirotarum rex aiebat, non esse pertinaciter instandum hosti fugienti, non solum, ne fortius ex necessitate resistat: sed ut postea quoque facilius acie cedat, ratus, non ad perniciem usque fugientibus instaturos viatores.

IPSE NEQVE ADVERSOS.) Ipse Æneas contra, nec stantes, nec fugientes dignatur occidere. Et magna Æneæ ostenditur pietas, qui nec vulneratus irascitur, ut velit contra legem fœderis in bellum moueri. Solum Turnum vestigat: nouerat enim, & prudenter considerabat, solum esse vincendum, qui solus esset pugnandi causa: seruandam esse plebem victoriæ suæ. Seruius, Donatus. *Homerus* idem de Hectore solum Patroclum ad necem quærente. Iliad.

Εκταρ δ' ἄλλους μὲν θανάους ἔα, ὅδ' ἐνείκετον,

Λύτ' ἀρ' ὁ πατέρ' ἐκλεψε γὰρ κατερόνυχας ἵππους.

* *Alia lectio, & forsitan melior hac offertur a quibusdam, Ipse neque auersos, Nec pede congressos, nec equo. Hoc nimirum sensu, ut dicat, poeta, Æneam nec terga dantes soluisse sternere: nec paribus armis congressos cominus, nec ferientes eminus: solum Turnum quasiuisse, quem occideret. Ceterum hic sternere morti dictum, & alia mittere morti, letho.*

SOLVM IN CERTAMINA POSCIT.) In pugnam singularem, ut caput, & caussam totius belli deposcit, vulgo in fonti parcendum ducens. Et ita pius, ac generosus elucet Æneæ animus, qui suo ipsius periculo, & vnus tantum sanguine bellum tam graue, & periculosum finiri desiderat.

- Hoc concussa metu mentem Iuturna virago,
Aurigam Turni media inter lora Metiscum
470 Excutit, & longè lapsum temone relinquit.
Ipsa subit, manibusque vndanres flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemque, & corpus, & arma Metisci.
Nigra velut magnas domini cum diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo,
475 Pabula parua legens, nidisque loquacibus escas:
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna sonat: similis medius Iuturna per hostes
Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru.
Iamque hinc germanum, iamque hinc ostendit ouantem:
480 Nec conferre manum patitur: volat auia longè.

HOC CONCUSSA METV MENT. IVT.) Torus locus D ex Homero tractus est, apud quem leguntur hi versus Iliad. 4.

Ὅς φασὶν ὀϊστον μὲν ἀπὸ τῶν ἑρμιόχων
καὶ πάλιν ἐρύσας, ὅδ' αἶς, ἐμπατίως ἀπὸ τῶν
ἡ δ' ἐς δὲ φασὶν ἔβαινε παρὰ Διομήδεα δῖον,
Ἐμμεμαῖα δ' αἶς, μίγα δ' ἔβρεχε φέροντο ἄλγος.

Βεβόσται. δὴν δ' αἶας δῖον, ἀνδρῶν αἶσαν,
Λάξτε δ' αἶας, καὶ ἡνία παλλὰς ἀδμήν.

Vbi sensit Iuturna, hoc agere Æneam, ut solius Turni interitum quaereret, rediit ad aliâ partem mandatorum Iunonis. Quum fratrem in confusione fœderis liberare non potuisset, cepit hunc infecto hosti velle subtrahere, ne inuentus occumberet. Sic enim illa dixerat.

Gggg *

Acce.

Accelera, & fratrem, sequi modus, eripe morti:
Aus tu bella cie, conceptumq, excute fadu.

Ergo, ut dictum est, cepit velle subtrahere periclitantem: quod fieri sine fraude non potuit: idcirco remouit aurigam fratris, & in remoti locum ipsa successit: facile enim in quam vellet formam transire potuit. Donatus.

VIRAGO) dicitur mulier, quæ virile implet officium, ait Seruius. Fæminæ masculæ dicuntur, quæ robur, & animum virilem habent. Hinc Sappho mascula dicta, & virtus mascula, item mascula bilis, proles, &c. Hinc quoque fæminæ viragines, quibus inesset virilis animus, & fortitudo, ut hæc Iuturna. Appellat autem viraginem Ouid. Palladem 2. & 6. Metamorph. Stat. lib. 4. Sylvar. & lib. 11. Thebaid. Dianam. Seneca in Hippol. Bellonam, Aufon. in epigramm. Cassandra Seneca in Agamem. Tiraquell. in 1. leg. Connubial. n. 91.

VNDANTES FLECTIT HABENAS) Sic. *Æneid. vndantia lora*: ubi Seruius, longè effusa. Sed poeta ab vndis crispantibus ducit metaphoram, ut sint vndantes habent, quæ dum concutuntur, vndarum flexus imitantur.

Germanus hoc modo. Solet poeta *ἰσχυρὸν* ex lectore, vel auditore spectatorem rei, quam oculis subiicit, efficere: ut hic, vndantes habenas dixit imitatione, vel representatione animalium pedibus carentium, & serpentum, quæ vndoso, & sinuoso motu, & flexu voluntur.

ALTA ATRIA LYSTRAT HIRUNDO) Non fuerit alienum, audire Plinium de hirundinum nidis ita differentem, lib. 10. ca. 33. Hirundines luto construunt, stramento roborant. Si quando inopia est luti, madefactæ multa aqua pennis puluerem spargunt. Ipsum verò nidum mollibus plumis, floccisque conserunt tepesciendis ouis: simul ne durus sit infantibus pullis. In festu summa æquitate alternant cibum. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum: adultioresque circumagi docent, & foras saturitatem emittere. Hæc Plin. Architecturæ hieroglyphicum est hirundo, & homi-

nes ædificationis studiosi, quicquid amplæ ædificia, vel oppida cõdiderint, per hanc volucrem aptè significantur. Per hirundinem item Ægyptij sacerdotes intelligebant hominem, qui liberis suis hereditatem æquis portionibus distribueret. Præterea Principem, qui se ciuibus æquaret suis, neque vellet ornatu, aut apparatu villo sumptuosiore accipi. Mira siquidem æqualitate pullos suos alit hirundo, singulis parem cibum impertiens, cum ea cautione, ne qui semel acceperit, bis accipiat. Plura Pierius lib. 22.

NIDISQVE LOQVACIVS ESCAS) 4. Georg. hirundines ait auferre apes, nidis immitibus escas.

PORTICIBVS VACVVS) Porticus vacuas, intellige magnas, amplas, vastas, ut 2. *Æneid. vacua atria lustrat. Saucius.* Ostendit autem sic Turnum Iuturna, ut gaudere potius, quam diffidere suis rebus videretur. Non sinebat ramen conferre manum, cum Ænea scilicet. Inde volabat auia, ab ea scilicet parte, qua venientem Æneam conspiciebat. Seruius. * *De conversione Proges in hirundinem, diximus Eclog. 6. ibi,* Aut ut mutatos Tereti narraueris artus, Quas illi Philomela dapes, &c. *Festum, & admirabilem quandam narrationem continens epigramma Martialis de hirundine, ex li. 7. huc transcribimus, in quo & Ilysi pueri, Tereti patri appositæ mentio.*

Hybernos peterent solito cum more recessus
 Atthides, in nidis vna remansit auis.
 Deprendere nefas ad tempora verna reuertæ,
 Et profugam volucres diripere suæ.
 Sed dedit penas. discerpi noxia mater
 Debuerat: sed tunc, cum laceravit Ilym.

IAMQVE HIC GERMANVM) Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse: germanus ex iisdem parentibus sit, necesse est.

NEC CONFERRE MANVM PATITVR) Alias conferre manus dicunt Latini, & conferre pedem. Virgil. lib. 11. *stetimus tela aspera contra, Consulimurq, manu.*

VOLAT AVIA LONGE) Creber est Lucretius in hoc adiectiuo *anims*. Dicit enim, *Anims à vera longè ratione recedit*, & quod eandem sententiam continet, *Anims à vera longè ratione vagaris. Anims oras animus in corpore. Ania Pieridum loca.*

Haud minus Æneas tortos legit obuius orbes,
 Vestigatq; virum, & disiecta per agmina, magna
 Voce vocat. quoties oculos coniecit in hostem,
 Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum,
 485 Auerfos toties currus Iuturna retorfit.

HEV, QUID AGAT? VARIONE QVICQVAM FLVCTVAT ÆSTV,
 DIVERSÆQVE VOCANT ANIMVM IN CONTRARIA CVRÆ.
 Huic Messapus, vti læua duo fortè gerebat
 Lenta, levis cursu præfixa hastilia ferro,

490 Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
 Substitit Æneas, & se collegit in arma
 Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
 Hastatulit, summasq; excussit vertice cristas.

TVM VERO ASSVRGVNT IRÆ, insidiisq; subactus
 495 Diuersos vbi sensit equos, currumq; referri,
 Multa Iouem, & læsi testatus fœderis aras,
 Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
 Terribilis sæuam nullo discrimine cædem
 Suscitât, IRARVMQVE OMNES EFFVNDIT HABENAS.

HABENAS TORTOS LEGIT ORBES) Quantum Iu-
turna se parabat à congressibus fratrem, tantum Æneas
obliquis, & implicitis viis, seu compendiosis orbibus se
præbebat obuium, & præueniebat errantem: nec iam
occulte: nam hunc per tantas copias sparsas voce voca-
bat, & quasi canis venaticus per vestigia pedum feram
indagabat. Sed quoties appropinquauit Æneas, toties
Iuturna currum aliò detorsit. Hinc Æneas diuersis cu-
ris agitabatur, nec consilium explicare poterat. Donat.
Seruius.

VESTIGATQUE VIRVM) inquit. Translatio à ca-
nibus, qui per vestigia, & pedum signa feram inuestigant.
Seruius.

DISIUNCTA PER AGMINA) dissipata aduentu Æneæ.

DIVERSÆ VOCANT ANIM. IN CONT. CVRÆ) Tibull.
eleg. 4. lib. 3. *Diversasq; suas agit mens anxiosa curas.*

HVIC MESSAPVS, VTI) *Huic*, in hunc Messapus ex
duobus ferratis hastilibus vnum certo ictu contorsit.
Certus ictus est, qui sic destinatur, vt feriat. Sed Æneas
subsiciens ita se texit, vt nulla posset parte feriri. Galeæ
tamen eminentiam, quam Græci *κωνον* vocant, in qua e-
minent cristæ, perdidit. Seruius.

ET SE COLLEGIT IN AR.) Cautiorem, & prouidum
magis fecit Æneam cruri vulnus ante allatum. Non tan-
tum de vniuerso exercitu, verum etiã de, suaq; salute sol-
licitus debet esse Imperator, & omni ratione, atque di-
ligentia vitare tela hostilia. Docuit hoc eleganti simili-
tudine Iphicrates Atheniensium dux. Pedites enim cõ-
parabat manibus, equites pedibus, aciem ipsam pecto-
ri, seu thoraci, imperatorem capiti. Atq; hoc etiam ma-
gis debet esse sollicitus, quod eius vnus incolumitate
videtur omnium incolumitas contineri. Vituperantur
in historiis Pelopidas, & Marcellus, qui nimia temeri-
tate se ipsos iuerunt perditum.

APICEM SVMMVM) Ennius Annali 16. *tamen inde
volans secum abstulit hasta Insigne.* Vocat insignem, quod
hic Virgilius apicem, & cristas *κατ' ἐπιξήγησιν*. Vterq; au-
tem Latinus Homerum est æmulatus, cuius est Iliad. λ.

κατ' ἐπιξήγησιν *κατ' ἐπιξήγησιν* *κατ' ἐπιξήγησιν*
κατ' ἐπιξήγησιν *κατ' ἐπιξήγησιν* *κατ' ἐπιξήγησιν*
κατ' ἐπιξήγησιν *κατ' ἐπιξήγησιν* *κατ' ἐπιξήγησιν*
κατ' ἐπιξήγησιν *κατ' ἐπιξήγησιν* *κατ' ἐπιξήγησιν*

HASTA INCITA) incitata, impulsa.

INSIDIISQUE SVBACTVS) Subactus modò signifi-
cat mollitus, modò victus, modò compulsus: vt cum di-
cinus, pecus sub arbore subactum: modò coactus. Fest.

MVLTA IOVEM, ET LÆSI TESTAT. FOEDER. ARAS)

Licet haberet caussam iracundiæ, quod & fugiebat Tur-
nus, & ipse appetebatur insidiis, non tamen antè prorup-
pit in bellum, quàm Iouis fidem, & læsa fœdera testare-
tur. Tum indiscretè obruncat vniuersos, quibus antè
pariter pepercerat. Inuadit medios, inquit, & quidem
Marte secundo, vbi magna viri fortis constantia, & fœ-
licitas exprimitur. Seruius.

NVLLO DISCRIMINE) Æquè vniuersos obruncat.
Qui modò vulgo militum pepercerat, citra discriminè se-
quit in obuios.

IRARVM OM. EFFVNDIT HABENAS) Moderatius
multò dictum à nostro, *irarum effundit habenas*, quam
ab Ennio, effundit irarum quadrigas, Seruius existimat:
& quis secus existimet? Habenæ iniicere, & laxare, v-
traq; lingua effertur prouerbiali figura. Illud pro com-
pescere, atque impetum sistere: hoc, pro indulgere, &
permittere libertatem. Euripid.

*Οὐδ' ὅτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γηταιὸν χρὴ
δύναι χαλινός.*

Laxare frenos coniungi hand virum decet Catum.

Philostratus in Polemone *ἡνία τε ἐμβέβληται τῷ λόγῳ.*
Frænumq; orationi iniectum est. Idem in Antæo, *ἐμ-
βέβληται τε ἡνίαν τῷ θυμῷ*, ita frænum iniicit. Greg. pres-
byter, *μικρὸν δὲ ὀπισθῶν, ὅσον τισι ρυτίξεσιν ἀνασείλω τὸν λό-
γον.* Paululum sistens reuocabo orationem quibusdam
C velut habenis. Plutarchus in Lycurgo de Lacedæmoni-
orum institutis loquens, *ὀλιγαρχίαν ὀρῶντες θυμὸν ἔχοντες,*
ὅσον φάλλον ἐμβάλλουσιν αὐτῇ τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν. Ani-
maduerso, in quantam insolentiam assurgeret oligar-
chia, velut habenas illi iniiciunt Cēsorum (quos Epho-
ros, quasi inspectores nominant) potestatem. Posterioris
formulæ exempla iam producemus. Philostratus in
Proclo. *πᾶσαν ἀφίεις ἡνίαν*, id est omnes habenas laxans.
Nazianzenus, *ἔλκον ἐφίεισα τὴν ἡνίαν*, id est, omnes habe-
nas permittens. Plutarch. in Numa. *τῷ δήμῳ τὰς ἡνίας ἐ-
νείς.* populo habenas indulgens. Denique habenæ me-
taphoricè pro imperio, & moderamine accipiuntur.
Iunius Cent. 5. num. 25. * *Elegantem habet sum verbum ef-*

fundere, consummum cum certis quibusdam vocibus, ut patebit exem-
D *plis. Cic. ep. 9. lib. 1. Quod ego odium effudisse me omne arbitrabar.*
Epist. 25. lib. 12. sic sum in Antonium inuictus, ut ille non ferret, om-
nemq; suum vinolentum furarem in me sum effunderet. Effun-
dere, iram Linq; est, de bello Macedon. Effundere se in aliqua libidi-
ne, Cic. in Paradox. Effundere voces, Virgil. 2. Æneid. Plura facile
reperiuntur.

500 Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine cædes
Diuerfas, obitumq; ducum, quos æquore toto,
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros,
Expediat? tanton' placuit concurrere motu,
Iupiter, æterna gentes in pace futuras?

505 Æneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus
Excipit in latus, & quæ fata celerrima, crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ense.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremq; Diorem
510 Congressus pedes, hunc, venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit: curruq; abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.

QVIS MIHI NVNCTOT ACERBA DEVS) Ac si dice- E phe ad Iouem admirationis plena, qui pati potuerit in
ret, nec Musæ, nec Apollo sufficiunt. Sequitur apostro-
alternam perniciem gentes tendere, in æternam ven-
Gggg * 2 turas,

turas, perpetuamque concordiam. Seruius, Donatus.* A
Huiusmodi exclamatio, cum ingenti admiratione legitur etiam
libr. 2.

Quis eadem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrymis æquare labores?

OBITVMQVE DVCVN) multos cædi milites in præ-
lio, non est mirum: sed plures duces cadere, signum est
atrocissimi prælij, atque etiam infelicissimi, cum vel v-
nus dux sit multorum militum instar, & ab vnus salute
sæpius tota pendeat victoria, & salus vniuersi exercitus.
Numantini primores victis suis signauim obiectabant,
qui Romanos fugissent turpiter, quos toties fugassent.
Respondit quidam. Nunc quidem etiam eadem oues
sunt quæ ante, sed alius pastor, Scipionem intelligens,
qui postea Numantinus est cognominatus. 36

ÆNEAS RVTVLM SVCRON.) Fugiebant insequen-
tem Turnum Teucris. Ergo ut primum loco constite-
runt, non multa mora interposita, Æneas Sucronem ea
parte corporis percussit, qua peti expeditius potuit: per-
latus enim, & costas (illæ enim sunt crates pectoris, ut sit
ἐπὶ ἡγῶν) ensen exegit, crudum, id est, durum, rigidum,
crudelem. Donatus, Seruius.

Ille Talon, Tanaimq; neci, fortemq; Cethegum
Tres vno congressu, & mœstum mittit Onyten,
515 Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiæ.
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequicquam bella Menæten
Arcada: piscosæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperq; domus, nec nota potentum
520 Munera, conductaq; pater tellure serebat.
Ac velut immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam, & virgulta sonantia lauro:
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt,
525 Quisque suum populatus iter: non segnius ambo
Æneas, Turnusq; ruunt per prælia. NVNC NVNC
FLVCTVAT IRA INTVS, RVMPVNTVR NESCIA VINCI
PECTORA: NVNC TOTIS IN VVLNERA VIRIBVS ITVR.

ILLE TALON, TANAIMQVE) Ille, Æneas subaudi. C
MOESTVM MITTIT ONYTEN) naturaliter tristem,
seuerum, quem Græci ἀγλαῖος dicunt. Mittit autem
socium supra memoratis. Seruius.

Licet etiā exponere, tristi, & recondita natura ho-
minem, qualem narrat fuisse Quintium Cicero, & quæ
vulgus dicit melancholicum. eorum enim talis est na-
tura, melancholicorum, inquam, quorum tetricus est
vultus, rarus sermo, & brevis, risus rarissimus. Denique
mœstus Virgilio hic valet, quod Ciceroni interdum tri-
stis: habet enim peculiarem notionem, quæ hilaritati
nimium, comitati, iucunditati naturæ opponitur. Cæ-
lium dicit M. Tullius cum tristibus seuerè, cum remissis
iucundè versari solitum. Idem in Bruto, triste, ac seuerum
genus dicendi. Verrin. 2. Iudex integer, seuerus, tristis,
summa religione. Tacitus dial. de Orat. antiquitas tri-
stis, & impexa. 36

NOMEN ECH.) Thebanum, ab Echione comite Ca-
dmi, conditoris Thebarum. Seruius, Theban gloria.

HIC FRAT. LYCIA MISSOS) Lyci aliquor à Troia
Æneam secuti fuerant: & Lyciam Apollini charam,
propriamque fuisse, etiam in 4. dixit.

RVENTES PVENA LOCO STAT.) Linius lib. 9. Mo-
nimentum eius pugne, vbi primum ex profunda emer-
sus palude, equus Curtium in vado statuit.

QVA FATA CELERR.) quæ maxime vulnus lethale
accipitur.

TVRNVS EQVO DEIECTVM AMYCVM) Multa semel
hic dicta sunt, sed non semel accipienda. Quippe Tur-
nus equo deiecit Amycum: quo deiecit & fratrem eius
Diorem: nam quum addidit, fratremq; Diorem, & non
significauit, vtrum eques, an pedes fuerit, etiam Diore
ostendit vectum fuisse. Donat.

FERT) bis intelligendum.

CVRRVQVE ABSCESS. DVOR. SVSPEND. CAP.) O-
B stentationis fuit, & incutiendi terroris, quod cæforum
capita, adhuc stillantia sanguine religabat in curru. Do-
natus. Æneid. 9. de abscissis Euryali, & Nisi capitibus,
piloque præfixis. simul ora virum præfixa videbant. Nota
nimis miseris, atrog. fluentia tabo. Sunt autem, quod ani-
maduersum à Seruio, hi duces etiam supra memorati.
Vt libr. 1. nunc Amyci casum gemit. lib. 5. Et nunc tertia
palma Diore.

Qualis vbi hybernæ Lyciam, Xantiq; fluentia
Deserit, ac Delum maternam inuist Apollo.

Ergo κατ' ἐπὶ ἡγῶν dictum, & Apollinis agris. Deinde
per transitum ostendit, vrgentibus fati Menæten ad
bella deductum, quæ nequicquam semper vitare cu-
piebat. Hunc autem origine Arcadem fuisse intelli-
mus: sed habitasse circa Argos: nam Lerna palus Argi-
uorum est, in qua eum dicit solitum fuisse piscari. Serui-
us, Donatus.

APOLLIN. AGRIS) Propter templum Apollinis,
cum vetusto oraculo, quod Myris in Lycia fuit, vbi &
natus perhibetur. Vnde ἀργαῖος Homero Iliad. 11.

PISCOSÆ CVL. CIR. FLVM. LERNÆ ARS. F. PAVPER-
QVE DOMVS) Piscatores genus hominum est imi pro-
sus subfellij, & cum paupertate confictans, quod poeta
clare dixit. Idipsum duobus epitaphiis in piscatores ex-
primitur, eorum κακοζῳία nimirum, quorum prius est
Sapphus, alterum Iuliani Ægyptij.

Sapphus.

Τῷ γεινῇ πελάγωνι πατρὶς ἀνδρὶ μενίσκῳ
Κύρτον, καὶ καπὰν, μετὰ κακοζῳία.

Pelagoni piscatori pater Meniscus hanc nassam, siue i-
stud

stud sicpiculum, & remum, inopis vitæ argumentum, A
tumulo incidendum curauit.

Iuliani Ægyptij.

Μύγδων τέρεμα βίοιο λαχών, αὐτοῖσι δὲ ἦλθεν
Εἰς αἶδαν, νεκρῶν πορθυῖδ' ὃ χατίαν.
Ἦν δ' ἔχε ζῶν βιοδώτορα, μαρτυρὰ μόχθων,
Ἀρχαίσι βινάλιας πολλὰν βελδομένην,
Τήνδ' αἰεὶ δαμάτῃ λαχέσθ' ὄφρα μὴν τελευτῇ
Εὐρετο, συλλήξας ὁλκάδι καίμην.
Οὕτω πρὶν ἀνακτὶ πᾶσι σέβ' ὅ, δίκον αἰεὶ
Μύγδων, καὶ συμπλοῦν ἐς βίον, ἐξ δαμάτων.

Mygdo vitæ exitum sortitus, illa communi omnium
mortuorum scapha, Charontis inquam, qui ferrugi-
nea subuectat corpora cymba, non indiguit: sed sua ip-
se vectus nauicula venit ad inferos. Quam enim adhuc
in viuus suppeditatricem victus, per quam se alebar, te-
stem laborum suorum, marina præda sæpius onustam,
piscibus repletam agebat, eandem similiter in morte,
cum ad vitæ terminum accessit, itineris, & cursus sui
comitem, ac sociam habuit, pariter cum ea combusta
desinens. Usque adeo regi, domino suo fidele fuit na-
uigiolum hoc, augens ei reculam, rem familiarem,
& tam in morte, quam in vita nauigationis focium.

NEC NOTA POTENT. MYNERA) Obsequia illa,
quæ diuitibus, & beatis illis præstari solent à tenuiori-
bus, non erant ei nota: vitabat forum, & superba cini-
um Potentiorum limina, ut de agricola canit in laudibus
vitæ rusticæ Horatius. Non habebat patronum, cuius
esset cliens. Erat autem fortunis adeo modicis, ut ne a-
gellum quidem proprium, ac suum haberet, quem se-
reret: vectigalem colebat.

IMMISSI DIVERS. PARTIB. IGNES) Binas
flamas, duos amnes, siue torrentes duobus viris for-
tibus comparat: nam quomodo flammæ consumunt,
quidquid occurrit, & torrentes quidquid implerint,
trahunt: sic isti faciebant in aduersos, elati ira, & cupi-
ditate vincendi, non metuentes vulnere casus, aut
mortis. Alioqui etiam bellum sæpe incendio, & flumi-
nibus comparatur, ut in 2.

In segetem veluti quum flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens.

Donat. Seruius.

AVT VBI DECVRSV RAPIDO DE MONTIB.) Lu-
cretius lib. 3. de ventorum impetu disserens.

Nec ratione fluunt alia, stragemq; propagant,
Quam cum mollis aqua fertur natura repente
Flumine abundanti, quod largis imbribus augee
Montibus ex altis magnus decursus aquarum.

FLUCTVAT IRA INTVS) ira sunt quidam fluctus,
quibus mens nostra huc illuc agitur, & impellitur. A-
nimi autem malacia, lenitas, & mansuetudo est. Quan-
topere verò fluctuarit ira in istorum pectoribus, seu
quam magni fluctus fuerint, declarat quod sequitur;
rumpuntur pectora. Ergo sequebatur & hoc, ut irarum
omnes habenas effunderent: quod nescio an vnquam
viro sapienti faciendum sit: cum mensura laudetur in
rebus omnibus.

RVMPTVNTVR NESCIA VINCI PECTORA) Horat.
Ode 16. lib. 1. *Pelida stomachum cedere nescij*. Ex conse-
quenti antecessio accipienda est, ut magna eos incendi,
& intumescere ira audiamus, ita, ut inflata, & distenta
pectora pæne in periculum diruptionis veniant. Tur-
neb. lib. 10. cap. 1.

Videtur etiam, quod animaduersum est à Germano,
ex Lucretio istuc hausisse, qui de leonum ira sic lib. 3.

Quo genere inprimis vis est violenta leonum,
Pectora qui fremitu rumpunt plerumq; gementes,
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.

Qua de causa rationi caput, ira pectus, voluptati
venter, & ea quæ sub ventre sunt pro sede tribuatur, ex
philosophorum sententia sic inuenio explicatum à Phi-
lone lib. 2. Allegoriarum legis. Tripartita est anima no-
stra, habetq; partes, vnam ratione præditam, alteram ad
iram natam, tertiam ad concupiscentiam. Has partes
nonnulli philosophi potentiis tantum differre existi-
mant, quidā locis etiam. Hi rationali parti caput sedem
attribuunt, reddentes causam, quod ibi sit rex, vbi satel-
litium. Satellites autem mentis esse sensus, collocatos
in capite: proinde rex habitare ibi, tanquā in arce, pro-
babiliter creditur. Idem irā locant in pectore: aiuntq;
hac de causa munitam hanc partem densis, ac validis
ossibus, non secus ac strenuum militem thorace, ac cly-
peo, ad repellendos aduersarios. Postremus locus assi-
gnatur concupiscentiæ, circa iecur, & ventrem. Hic e-
nim vis hæc habitat, ratione carens, &c. * *Intelligit Philo,*
cum de tripartita anima sedibus loquitur ex placito philosophorum,
Platonem suum potissimum, cuius est discipulus, quemq; in scriptis
suis admiratur, ac sequitur maxime, etsi eum, quod meminerim,
nonquam nominat. Platonem autem in Timæo opinionem, iudici-
umq; huius verbum in 1. Tuscul. expressit M. Tull. Eius (Xenocrati) do-
ctore Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, id est, ratio-
nem in capite, sicut in arce posuit: & duas partes separare voluit,
iram, & cupiditatem subter præcordia locauit. Hæc Cicero. Rationē
porro, iram, cupiditatem Aristoteles, a magistro suo, ut in multis pra-
terea, dissentiens, non partes animæ, sed potestates, seu facultates
appellandas contemnit.

Murranum hic, atavos, & auorum antiqua sonantem

530 Nomina, per regesq; actum genus omne Latinos,
Præcipitem scopulo, atq; ingentis turbine saxi
Excudit, effunditq; solo: hunc lora, & iuga subter
Prouoluere rotæ, crebro super vngula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.

MYRANVM HIC, ATAVOS, ET AVORVM SON. E
nom.) Æneas Murranum, cuius nomine maiores eius,
reges Latini dicti fuerant, ingenti saxo, ut vires, &
robur cognoscas, de curru deiecit, qui sub temonem,
rotasque lapsus, equorum suorum pedibus proculca-
tus est. Scimus autem plerumque solere fieri, ut primi
regis reliqui etiam nomen possideant: ut apud Ro-
manos Augusti vocantur, apud Albanos Syluij, a-
pud Persas Arfacidæ, apud Ægyptios Ptolemæi, apud

Athenienses Cecropidæ. Seruius. * *De regibus, qui ab*
se nomen successoribus reliquerint, ne recuses, lector, consultare A-
lex. ab Alex. lib. 1. cap. 2.

Latet apud Moronem in propriis nominibus in-
terdum multum ingenij, ut hic dicitur interfici Murra-
nus, antiqua regum nobilitate generosus. Nam Mur-
rani reges Latinorū dicebantur, vel q; murrha, vnguen-
tisque oblinerentur, ut apud hunc poetam, *Vibratos*
Gggg* 3 *calida*

calido ferro, myrrhaq; madentes (Nam à murra Murranus, ut à minio Minianus dicitur. Legimus enim Iouē Minianum apud Cic. epist. 16. lib. 9. minio oblitum, & à Phecasijs Phecasianum apud satyrophum Sat. 3. prophecasiato, id est phecasili calceato) vel quod oppidis muto clausis, & cinctis præessent, ut Murrani, quasi murani dicantur: vel potius, de nomine regis aliquis nobilissimi, & fortissimi. Illi alter mox ex aduersa parte reponitur quadam compensatione, qui velut pari stemmate, regisque nomine occiditur, illosq; ab illo Troianorum reges appellatur. Itaque aspirari, non debet: sed exiliter, tenuiterque proferri. *Ille ruenti Hilo*, non, ut editur, *Hilo*. Turneb. lib. 10. cap. 7.

EXCVTIT, EFFVNDITQVE SOLO) excussum effundit, & *St. duir*.

NEC DOMINI MEM. EQVORVM) Erant immemores domini sui isti equi, quoniam equi erant, hoc est bestiae, quæ parum meminerunt præterita. Tamen si multarum animantium in dominos suos memoria, reuerentia, obedientia, & amor mirabilis exitit, ut histo-

ariis mandatum est. De memoria bestiarum ita traditum à Seneca, epist. 124. Mutum animal sensu comprehendit præsentia: præteritorum reminiscitur: cum id incidit, quo sensus admonetur: ut equus reminiscitur viæ, cum ad initium eius admotus est. In stabulo quidem nulla viæ, quamvis sæpius calcate memoria est. Rursum ibid. Animalibus tantum, quod breuissimum est, in transcurso datū, præsens: præteriti rara memoria est, nec unquam reuocatur, nisi præsentium occursum. Hæc Seneca. Veruntamen, cum canis dominum amissum querit tam sollicitus, & cum quodam quasi gemitu, unde nam id, si eius non meminit, nisi eo occurrente? Quomodo ad loca, in quibus bene habiti sunt reuertuntur, si nulla iis præteritorum memoria? Quare leones, elephanti, & aliæ animantes in benemeritos tam gratæ fuerunt, & quidem non semper sensu ipso admonitæ, si beneficiorum non meminerunt? Melius igitur Cicero l. Offic. paululum admodum eas sentire præteritum, aut futurum. ✠

- 535 Ille ruenti Hilo, animisq; immanè frementi,
Occurrit, telumq; aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graiūm fortissime Creteu
Erripuit Turno: nec dij texere Cupentum
- 540 Aenea veniente sui. dedit obuia ferro
Pectora, nec misero clypei mora profuit ærei.
Te quoq; Laurentes viderunt Aeole campi
Oppetere, & latè terram consternere tergo.
Occidis, Argiue quem non potuere phalanges
- 545 Sternere, nec Priami regnorum euerfor Achilles.
Hic tibi mortis erant metæ, domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulchrum.
Totæ adeò conuersæ acies, omnesq; Latini,
Omnes Dardanidæ: Mnestheus, acerq; Serestus,
- 550 Et Messapus equūm domitor, & fortis Asylas,
Tulcorumq; phalanx, Euandriq; Arcadis alæ:
Prole quisq; viri, SVMMA NITVNTVR OPVM VI.
NEC MORA, NEC REQVIES, vasto certamine tendunt.

RVENTI HILO) Ruenti, id est, inconsiderata festinatione properanti. Lege autem illo, ut supra monuit Turnebus.

AURATA TEMPORA) propter galeam inauratam.

FIXO STETIT HASTA CEREBRO) Summam expressit vim his verbis. Non enim figitur quidquam, nisi interueniente maiori violentia: nec stat, nisi quod aliter infixum est.

NEC DIJ TEXERE CVPENTVM) Sic Æneam comparat Turno, ut cum superiore esse significet. Nam quem Turnus interimit, fortitudo sua liberare non potuit: ei verò, quem occidit Æneas, ne sua quidem numina prodesse potuerunt.

TE QVOQVE LAVR. AEOL) Exitium Æoli poeta non sine affectu miserationis inferuit. Et ait *occidis*, quod verbum maioribus personis aptatur. Et quoniam hunc de nobilium personis vult esse Virgilius, occidis

se eum dicit, non, cæsum esse. Quod addit *latè terram consternere tergo*, aliud ex alio ostenditur: corporis enim hinc magnitudo exprimitur. [Similiter Silium lib. 4. de Chryse, quem Scipio interfecit in pugna, hominem vastissimi corporis.]

Procumbit lata porrectus in arma ruina,
Et percussa gemit tellus ingentibus armis.]

Occidisti in Italia, qui apud Troiam congregientibus exercitibus Græcis, & ipso Achille totius regni euerfore non occubuisti. Iaces in peregrina regione, & te prostravit inferior. Non tibi virtus tua defuit: sed fatorum ratione perfectus est, ut natus in aliis terris, viuendi finem in aliis regionibus inuenires. Nascentem te excepit Lyrnessi domus, mortui funus Italia complexa est. Separat Achillem à Græcis: ut, *reliquias Danaum, atq; immitis Achilli*. Lyrnessus ciuitas Phrygiæ, iuxta Idæ montem. Et per transitum docet, neminem posse fatorum statuta mutare. Hactenus ex Donato, & Seruio.

ARGI-

ARGIVÆ PHALANGES) De phalange consule Vegetium lib. 2. cap. 2. & ibidem Strevichium.

PRIAMI REGNORVM EVERS. ACHILLES) De Achille reperies nonnulla Eclog. 4. super illo, *Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

MORTIS ERANT METÆ) Id est, mors, quæ meta est, & finis vitæ humanæ. Homerus *θανάτω τοῦ τελευτῆ.*

TOTÆ ADEO CONVERSÆ ACIES) Conuersæ in bellum. More suo generalitatem posuit, ait enim, quod faciebant hi duo, Turnus, & Æneas, faciebant & ceteri, nec aliquis fuit à belli certamine vacuus. Rursus, cum potuisset sufficere, *Tota a deo conuersa acies*, ambitione dicendi ductus, iuit per species, homines aliquot, & gentes enumerans.

PRO SE QVISQVE VIRI) pro qualitate virium suarum. Sicin 5. *Pro se quique viri, & depromunt tela pharetris.* Vel potius, quia in bello non curat unusquisque, nisi quem admodum primum vitam suam, salutemque tueatur, post etiam sociorum. Seruius, Donatus. Adde, Attius Meleagro.

Gaudens, currunt, celebrant, herbam conferunt, domant, tenent.

Pro se quisq; cum corona clarum constas caput.

SVMMA NITVNTVR OPVM VI) Ennius 4. Annal. *Romani scalis summa nituntur opum vi.* Hemistichium hoc cernis ut transcripserit Virgilius? In 11. nonnihil mutauit, *summaq; emertere opum vi Certabant.* Et lib. 16. idem Ennius.

Reges per regnum statuasq; sepulchraq; quæruis, Aedificant nomen, summa nituntur opum vi.

Adde his oraculum Cræso redditum, quod extat 2. de diuinat. apud M. Tullium. *Cræsus Halym penetrans magnam peruertet opum vim.* Amant Latini pro conatu magno, aut labore adhibere hoc vocabulū *ope*, aut *opibus*, cum adiuncto *summa*, *summis*. Cic. pro Quintio. *Qui communi studio, summis opibus Sex. Neuium defendunt.* Sallust. proæmio Catilinar. Omnes homines qui sese student præstare cæteris animalibus, *summa* openiti decet, ne vitam silentio transeant. ✠

Hic mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit,

555 Iret ut ad muros, vrbiq; aduerteret agmen

Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.

Ille, ut vestigans diuersa per agmina Turnum,

Huc atq; huc acies circumtulit, aspicit urbem

Immunem tanti belli, atq; impunè quietam.

560 Continuo pugnae accendit maioris imago.

Mnesthea, Sergestumq; vocat, fortemq; Serestum,

Ductores: tumulumq; capit, quod cætera Teucrum

Concurrit legio. nec scuta, aut spicula densi

Deponunt: celso medius stans aggere fatur.

HIC MENTEM ÆN. GENITRIX PULCHER.)

Nato consilium dedit genitrix pulcherrima, Venus scilicet. Vide quæ scripsimus libro quarto, Æneid. *Non illum nobis genitrix pulcherrima talem Promissis.* Seruius quidem hoc loco dicit, *pulcherrima* perpetuum esse Veneris epithetum, nec ad negotium pertinere

IRET UT AD MVR. OCYVS) Quandoquidem Turnus sui copiam non faceret, iret oppugnatum urbem Laurentum, ut fœdistragam, quæ proinde specialiter pœnas luere debuit. Nec tantum incitauit eum ut iret, sed ut ocyus id faceret. Grauius est enim malum, & citius obtinet, quod inopinantes presserit. Securi enim fuerant intra ciuitatem constituti, alijs in cæpo certantibus. Donatus.

IMMUN. TANTI BELLI) sine officio dimicandi. Nam immunis, qui nihil præstat: quasi sine muneribus sine muniis: cū debuisset specialiter pœnas luere, propter fœdus abruptum. Seruius.

CONTIN. PUGNÆ ACCEND. MAIORIS IMAGO) Quasi iam fieret, quod mente conceperat, sic accensus est, vocauitque ductores exercitus, quos regis nosse consilium oportuit. Tumulum cepit, ut in loco edito videri, & audiri posset ab omnibus. & manserunt ita, ut armati erant. Oportuit quippe plenam esse cautelam, ubi tantus feruor certaminum vertebatur. Donatus.

NEC SCUTA, AUT SPICULA DEP.) Supra dixit, *Defigunt tellure hastas, & senta resiliunt:* hic autem ex

Ceo, quod non est factum, quid fieri soleat, indicauit Seruius.

Morem hunc fuisse cunctorum Imperatorum, cum ad exercitum verba facerent, præterquam cum iam pugnaretur, ad manusque peruentum esset, perspicitur ex Xenophontis 2. de rebus Græcorum. Cū enim pugna committi deberet, duce Thrasybulo, ab exulibus Atheniensium, cū 30. illis viris, qui domi rempub. ut illis commodum erat, administrabāt, omnibus iam rebus paratis, appropinquantibusque aduersariis, oportere existimauit Thrasybulus suos cohortari. Quare cum mandasset, ut scuta deponerent, ad illos & ipse, ante pedes scuto collocato, verba fecit. Hic autem est locus Xenophontis *ἐν τῇ δὲ περὶ ὁμήρου τῇ ἐναντίας, θεροῖεναι τὸς μετ' αὐτῷ ἔδωκε καλῶσαι τὰς ἀσπίδας, καὶ αὐτὸς ἔμελλεν, τὰς δὲ ἄλλα ἔχον, κατὰ μίαν τὴν ἰσχυρά.* Scuta autem, quæ ferrent in bello pedites, valde graua fuisse, nec facile potuisse sustineri, declarat Cic. in 5. Philipp. cum totum ordinem agminis Antoniani describeret, qui Antonius ita in senatum veniebat cinctus vndique armatis, ut si ad prælium cum hostibus committendum proficisceretur: narrauit enim eos statim ut ventum esset ad ædem Concordiæ, scuta humi deposuisse, lecticis obiectis, quod factum esset consilio ipsius, qui parcere vellet familiaribus suis, ut non tam tecta illa esse studeret, quam onere illo sodales suos leuare. Gradus, inquit, complebantur, lecticæ collocabantur, non quod ille scuta occulta esse vellet: sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. Victor. lib. 29. cap. 15. CILSO

calido ferro, myrrhaq; madentis (Nam à murra Murra-
nus, ut à minio Minianus dicitur. Legimus enim Iouē
Minianum apud Cic. epist. 16. lib. 9. minio oblitum,
& à Phecasij Phecasianum apud satyrogaphum Sat. 3.
pro phecasiato, id est phecasilis calceato.) vel quod op-
pidis mure clausis, & cinctis præessent, ut Murrani,
quasi murani dicantur: vel potius, de nomine regis ali-
cuius nobilissimi, & fortissimi. Illi alter mox ex aduer-
sa parte reponitur quadam compensatione, qui velut
pari stemmate, regisque nomine occiditur, illosq; ab
illo Troianorum reges appellatur. Itaque aspirati, non
debet: sed exiliter, tenuiterque proferri. *Ille ruenti Hi-*
lo, non, ut editur, *Hilo*. Turneb. lib. 10. cap. 7.

EXCVTIT, EFFVNDITQVE SOLO) excussum ef-
fundit, & sibi dicitur.

NEC DOMINI MEM. BQVORVM) Erant immemo-
res domini sui isti equi, quoniam equi erant, hoc est be-
stia, quæ parum meminerunt præterita. Tamen mul-
tarum animantium in dominos suos memoria, reue-
rentia, obediencia, & amor mirabilis extitit, ut histo-

riis mandatum est. De memoria bestiarum ita traditū
à Seneca, epist. 124. Mutum animal sensu comprehen-
dit præsentia: præteritorum reminiscitur: cum id inci-
dit, quo sensus admonetur: ut equus reminiscitur viæ,
cum ad initium eius admotus est. In stabulo quidem
nulla viæ, quamvis sæpius calcet memoria est. Rursum
ibid. Animalibus tantum, quod breuissimū est, in tran-
scursu datū, præsens: præteriti rara memoria est, nec vn-
quam reuocatur, nisi præsentium occurfu. Hæc Seneca.
Veruntamen, cum canis dominum amissum quærit
tam sollicitus, & cum quodam quasi gemitu, unde nam
id, si eius non meminit, nisi eo occurrente? Quomodo
ad loca, in quibus bene habiti sunt reuertuntur, si nulla
iis præteritorum memoria? Quare leones, elephanti,
& aliæ animantes in benemeritos tam gratæ fuerunt, &
quidem non semper sensu ipso admonitæ, si benefici-
orum non meminerunt? Melius igitur Cicero 1. Offic.
paululum admodum eas sentire præteritum, aut futu-
rum. ✽

- 535 Ille ruenti Hilo, animisq; immanè frementi,
Occurrit, telumq; aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graiū fortissime Creteu
Erīpuit Turno: nec dij texere Cupentum
540 Aenea veniente sui. dedit obuia ferro
Pectora, nec misero clypei mora profuit ærei.
Te quoq; Laurentes viderunt Acole campi
Oppetere, & latè terram consternere tergo.
Occidis, Argiue quem non potuere phalanges
545 Sternere, nec Priami regnorum euerfor Achilles.
Hic tibi mortis erant metæ, domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulchrum.
Totæ adeò conuersæ acies, omnesq; Latini,
Omnes Dardanidæ: Mnestheus, acerq; Sereftus,
550 Et Melsapus equū domitor, & sortis Asylas,
Tulcorumq; phalanx, Euandriq; Arcadis alæ:
Prole quisq; viri, SVMMA NITVNTVR OPVM VI.
NEC MORA, NEC REQVIES, vasto certamine tendunt.

RVENTI HILO) Ruenti, id est, inconsiderata fe-
stinatione properanti. Lege autem illo, ut supra monuit
Turnebus.

AVRATA TEMPORA) propter galeam inau-
ratam.

FIXO STETIT HASTA CEREBRO) Summam ex-
pressit vim his verbis. Non enim figitur quidquam, ni-
si interueniente maiori violentia: nec stat, nisi quod al-
tè infixum est.

NEC DIJ TEXERE CVPENTVM) Sic Æneam com-
parat Turno, ut cum superiore esse significet. Nam
quem Turnus interimit, fortitudo sua liberare non po-
tuit: ei verò, quem occidit Æneas, ne sua quidem nu-
mina prodesse potuerunt.

TE QVOQVE LAVR. ÆOLE) Exitium Æoli poeta
non sine affectu miserationis inferuit. Et ait *occidis*,
quod verbum maioribus personis aptatur. Et quoniam
hunc de nobilium personis vult esse Virgilius, occidis

se cum dicit, non, cæsum esse. Quod addit *latè terram*
consternere tergo, aliud ex alio ostenditur: corporis e-
nim hinc magnitudo exprimitur. [Similiter Silium lib. 4. de
Chryso, quem Scipio interfecit in pugna, hominem vastissimi cor-
poris.]

Procumbit lata porrectus in arma ruina,
Et percussa gemit tellus ingentibus armis.]

Occidisti in Italia, qui apud Troiam congregientibus
exercitibus Græcis, & ipso Achille totius regni euerfo-
re non occubuiisti. Iaces in peregrina regione, & te pro-
stravit inferior. Non tibi virtus tua defuit: sed fatorum
ratione perfectū est, ut natus in aliis terris, viuendi finē
in aliis regionib. inuenires. Nascentem te excepit Lyr-
nessi domus, mortui funus Italia cōplexa est. Separat A-
chillem à Græcis: ut, *reliquias Danaūm, atq; immitis A-*
chills. Lyrnessus ciuitas Phrygiæ, iuxta Idā montē. Et per
transitum docet, neminem posse fatorum statuta mu-
tare. Hactenus ex Donato, & Seruio.

ARGI-

ARGIVÆ PHALANGES) De phalange consule Ve- A
getium lib. 2. cap. 2. & ibidem Stuechium.

PRIAMI REGNORVM EVERS. ACHIL-
LES) De Achille reperies nonnulla Eclog. 4. super
illo, *Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

MORTIS ERANT METÆ) Id est, mors, quæ meta
est, & finis vitæ humanæ. Homerus *ἄλκιος τάλας*.

TOTÆ ADEO CONVERSÆ ACIES) Conuersæ in
bellum. More suo generalitatem posuit, ait enim, quod
faciebant hi duo, Turnus, & Æneas, faciebant & cæte-
ri, nec aliquis fuit à belli certamine vacuus. Rursus,
cum potuisset sufficere, *Tota a deo conuersæ acies*, ambi-
tione dicendi ductus, iuit per species, homines aliquot,
& gentes enumerans.

PRO SE QVISQVE VIRI) pro qualitate virium su-
arum. Sic in 5. *Pro se quisque viri, & depromunt tela pha-
retis.* Vel potius, quia in bello non curat vnusquisque,
nisi quem admodum primum vitam suam, salutemque
tueatur, post etiam sociorum. Seruius, Donatus. Ad-
de, Attius Meleagro.

*Gaudens, currunt, celebrant, herbam conferunt, do-
mans, tenent.*

Pro se quisq; cum corona clarum constat caput.

SVMMA NITVNTVR OPVM VI) Ennius 4. Annal.
Romani scalis summa nituntur opum vi. Hermistichium
hoc cernis vt transcripserit Virgilius? In II. nonnihil
mutauit, *summaq; enectere opum vi Certabant.* Et lib. 16.
idem Ennius.

*Reges per regnum statuasq; sepulchraq; querunt,
Ædificans nomen, summa nituntur opum vi.*

Adde his oraculum Cræso redditum, quod extat 2. de
diuinat. apud M. Tullium. *Cræsus Halym penetrans ma-
gnam peruerteret opū vim.* Amant Latini pro conatu ma-
gno, aut labore adhibere hoc vocabulū *ope*, aut *opibus*,
cum adiuncto *summa*, *summis*. Cic. pro Quintio. Qui
communi studio, summis opibus Sex. Næuium defen-
dunt. Sallust. proæmio Catilinar. Omnes homines
qui sese student præstare cæteris animalibus, *summa*
ope niti decet, ne vitam silentio transeant. ☞

Hic mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit,

555 Iret vt ad muros, vrbiq; aduerteret agmen

Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.

Ille, vt vestigans diuersa per agmina Turnum,

Huc atq; huc acies circumtulit, aspicit urbem

Immunem tanti belli, atq; impunè quietam.

560 Continuò pugnae accendit maioris imago.

Mnesthea, Sergestumq; vocat, fortemq; Serestum,

Ductores: tumulumq; capit, quò cætera Teucrūm

Concurrit legio. nec scuta, aut spicula densi

Deponunt: cello medius stans aggere fatur.

HIC MENTEM ÆN. GENITRIX PVLCHER.) Ceo, quod non est factum, quid fieri solet, indicauit
Nato consilium dedit genitrix pulcherrima, Venus sci-
licet. Vide quæ scripsimus libro quarto, Æneid. *Non
illam nobis genitrix pulcherrima talem Promisit.* Seruius
quidem hoc loco dicit, *pulcherrima* perpetuum esse
Veneris epithetum, nec ad negotium pertinere

IRET VT AD MVR. OCYVS) Quandoquidem
Turnus sui copiam non faceret, iret oppugnatum vr-
bem Laurentum, vt fœdistragam, quæ proinde speci-
aliter pœnas luere debuit. Nec tantum incitauit eum
vt iret, sed vt ocyus id faceret. Grauius est enim ma-
lum, & citius obtinet, quod inopinantes presserit. Se-
curi enim fuerant intra ciuitatem constituti, alijs in cæ-
po certantibus. Donatus.

IMMVN. TANTI BELLI) sine officio dimicandi.
Nam immunis, qui nihil præstat: quasi sine muneribus
sine muniis: cū debuisset specialiter pœnas luere, pro-
pter fœdus abruptum. Seruius.

CONTIN. PVGNÆ ACCEND. MAIORIS
IMAGO) Quasi iam fieret, quod mente conceperat, sic
accensus est, vocauitque ductores exercitus, quos re-
gis nosse consilium oportuit. Tumulum cepit, vt in lo-
co edito videri, & audiri posset ab omnibus. & man-
serunt ita, vt armati erant. Oportuit quippe plenam
esse cautelam, vbi tantus feruor certaminum verteba-
tur. Donatus.

NEC SCVTA, AVT SPICVLA DEP.) Supra dixit, E
Designant tellure hastas, & senta resiliant: hic autem ex

Seruius.

Morem hunc fuisse cunctorum Imperatorum,
cum ad exercitum verba facerent, præterquam cū
iam pugnaretur, ad manusque peruentum esset, per-
spicitur ex Xenophontis 2. de rebus Græcorum. Cū
enim pugna committi deberet, duce Thrasybulo, ab
exulibus Atheniensium, cū 30. illis viris, qui domi rem-
pub. vt illis commodum erat, administrabāt, omnibus
iam rebus paratis, appropinquantibusque aduersari-
is, oportere existimauit Thrasybulus suos cohortari.
Quare cum mandasset, vt scuta deponerent, ad illos &
ipse, ante pedes scuto collocato, verba fecit. Hic au-
tem est locus Xenophontis *ἐν τῇ περὶ τῶν ὁπλῶν
τοῖς, δεξιόχειρας τοὺς μετ' αὐτῷ δεῖναι καλῶσαι τοὺς ἀσπί-
δας, καὶ αὐτοὺς δεῖναι τὰς ἀλλὰ ὅπλα ἔχειν, κατὰ μέρος
εἰς ἡμισυ.* Scuta autem, quæ ferrent in bello pedites,
valde graua fuisse, nec facile potuisse sustineri, declarat
Cic. in 5. Philipp. cum totum ordinem agminis Anto-
niani describeret, qui Antonius ita in senatum venie-
bat cinctus vndique armatis, vt si ad prælium cum ho-
stibus committendum proficisceretur: narrauit enim
eos statim vt ventum esset ad ædem Concordiæ, scu-
ta humi deposuisse, lecticis obiectis, quod factum
esset consilio ipsius, qui parcere vellet familiaribus
suis, vt non tam recta illa esse studeret, quàm one-
re illo sodales suos leuare. Gradus, inquit, comple-
bantur, lecticæ collocabantur, non quod ille scuta oc-
cultata esse vellet: sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent,
laborarent. Victor. lib. 29. cap. 15. CILSO

CELSE MED. STANS AGGERE) Stans in eorum Alus vox adeo canora esset, ut loquentis in campo, non medio, supra aggerem, ut æqualiter audiri posset ab aduersante vento per mille passus audiretur, quod de omnibus. Ad multitudinem utique commodius de superiore loco verba fiunt. Nisi forte Imperatoris aliquid Pelsennio Nigro proditum est a Spartiano. ✱

565 **NE QVA MEIS ESTO DICTIS MORA: IVPITER HAC STAT:**

Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.

Vrbem hodie, caussam belli, regna ipsa Latini,

(Ni frænum accipere, & victi parere fatentur)

Eruam: & æqua solo fumantia culmina ponam.

570 Scilicet expectem, libeat dum prælia Turno

Nostri pati? rursusq; velit concurrere victus.

Hoc caput, ô ciues, hæc belli summa nefandi.

Ferte faces properè, fœdusq; reposcite flammis.

Dixerat: atq; animis pariter certantibus omnes

575 Dant cuneum, densaq; ad muros mole feruntur.

Scalæ improuisò, subitusq; apparuit ignis.

Discurrunt alij ad portas, primosq; trucidant:

Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.

Ipsæ inter primos dextram sub mœnia tendit

580 Æneas, magnaq; incusat voce Latinum:

Testaturq; deos, iterum se ad prælia cogi:

Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.

NE QVA MEIS ESTO. DICT. MORA) Antiquos B fœderis innouate vrbis incendio. *Reposcite* enim est, notat Nannius lib. 2. cap. 17. quod in perpetuum fieri volebant, per futurum imperatiui enuntiare solitos. Hinc est quod edicta legum vbique hac formula concipiuntur. Quidam tamen inter imperatiuos hosce, pelle pellito, orna ornato, &c. nihil purant interesse: poetis cerrè liberum est pro eodem vri.

IVPITER HAC STAT) Id est, pro nobis religio est, quam læserunt Rutuli ruptis fœderibus. Aut ita. Ideo Iouem à se stare dicit, quoniam fœdus inuocato Iouis numine sancitum hostes violauerant, eoq; per iurio Iouem iratum habebant. Ennius Annal. 6. *Non semper nostra euertit: nunc Iupiter hac stat.* Et hortatur eos, ita in bellum eant, quasi res fuerit antè disposita. Incipit deinde edicere voluntatem suam. Exscindendam videri urbem, nisi se dedat, cuius adhuc incolumitate differatur plena victoria. Cur ego cogar victi iam Turni arbitrium sequi? ferendum est malorum nostrorum caput: reliqua postea supplicium parem sortientur interitum. Et adenda est nefarii belli summa, ut conquescat penitus, quod ex ipsa per scelus emergit, & pullulat. Seruius, Donatus. * Iupiter hac stat, id est, Iupiter facit nobiscum, noster est, nobis fauet, stat à nobis, ut loquitur M. Tullius. Cum aliquo stare, Terent. Phorm. Nam ni ita esset, cum illo haud stares Phœdria. Cum illo, vtrū rō pro illo. Opponitur huius, contra stare. Virgil. lib. 5. His magnum Alciden contra stetit.

NE QVIS OB INCEPT. SVB.) Subita, & repentina imperia non videntur ad exequendum expedita, quia subita sunt, nec spatium dant ad cogitandum, & se se comparandum: tamen Æneas vult præcipitari moras. Cur autē festinat adeo? quia vult imparatos, & inopinantes Laurentes opprimere, Vnde sequitur, *Scala improuisò, subitusq; apparuit ignis.* ✱

HOC CAPVT O CIVES, HÆC BELLI SVMMA) Turnus est auctor huius belli, caput horum, & caussa malorum: quomodo alibi loquitur.

Fœdvs qvæ REPOSCITE FLAMMIS) Flammas

innouate, reuocate.

ANIMIS PARITER CERTANT. OMNES) Magnam habet vim, quod pari consensu, atque vnanimiter geritur. Ecce autem, quantum valuerit iubentis auctoritas: & fiebant iussa consensu omnium, & celeriter gerebantur. Quæritas porro scalas, & ignem allatum non dixit, studio breuiandæ narrationis. Quid enim poneret, quod sequentibus procuratum posset ostendi? Partitur officia deinde. Aliis enim ad portas discurrentibus, & qui primi egrediebantur trucidantibus, alij tela mittebant creberrima. Æneas se adhuc beneuolum Latino ostendebat: testabatur deos, qui soli humanarum cogitationum gnari sunt, inuitum se in initium ad certamen venisse, inuitum se iterum cogi. Donatus.

DANT CUNEVM) Cuneus castrense, & militare vocabulum. *Dant cuneum*, pro eo, quod est, se in cuneum componunt. Cuneus autem per translationem sumitur pro peditum globo, in cunei formam redacto, & glomerato, quæ græcè σιφῶν, & τὰς σφαιροειδῆς Aristidi, ita disposita, ut ab angustiore prima parte turbinatim in latum procedat, & desinat: vnde & constipatam quamuis turbam cuneos vocamus: ut supra, eodē hoc libro: *densi cuneis se quisq; coactis Agglomerant:* & Cyprianus: stipatus clientum cuneis. German.

Cuneus historicis (& hinc Virgilio) est confecta multitudo. Liuius lib. 32. cuneum Macedonum, phalangem ipsi vocant. Idem de manipulis, vel cohortibus Latinorum: Tanta cædē perripere cuneos. Tacitus li. 8. catervis, & cuneis concurrebant. Cuneus autem propriè species quædam aciei est, cum angusta in fronte, trigoni forma, paulatim se pandit. Igitur & trigonum vocant. Veget. lib. 1. cap. 26. In trigonum, quem cuneum vocant, acies mutanda est. Item ἑμβολον, siue rostrum Græci. Etiam caput porcinum dixere, quia assimilatur, & quia velut fodit, & ruit inuadendo. Similis litteræ Δ,

ut sci-

vt scribit Agathias lib. 2. Hæc omnia latius exequitur A Poliorcet. lib. 1. dial. 6.

Lipſius de Milit. lib. 4. dial. 7.

DENSAQ. AD MVROS MOLE FER.) Principium ad catastrophem, hoc est, ad tragicæ rei funestissimum exitum, vt Amata, capta vrbe, suspendio pereat: & Turnus necessitate compulsus, singulari certamine cum Ænea congrediatur, & pereat.

SCALE IMPRORISO SVB APPAR. IGNIS) Non modò vſitatum ordinem in vrbis oppugnatione ſeruat, verum etiam, quæ tali tempore in vrbibus ſolent accidere, tanquam penicillo depingit. De ſcalis militariſ, earumque formis aliquot, habes multa apud Lipſium

ET OBVMB. ÆTHERA TELIS) Alibi, *calumq; obtextur umbra.*

MAGNAQ. INCVS. VOCE LAT. TEST. DIOS) Vt etiam hic decorum in Ænea ſeruetur, & pius vel in hoſtē inducatur, ſingit eum in iſta oppugnatione excuſantem neceſſitatem facti, culpamq; in Latinum coniicientē, qui bis iam ſœdus fregerit. Duo enim ſœdera cum Latino Æneas pepigerat: vnum per Ilioneum legationis principem lib. 7. alterum hoc lib. per ſeipſum, occaſione ſingularis certaminis. Vtrumq; à Latinis violatum. Donatus.

EXORITVR TREPIDOS INTER DISCORDIA CIVES:

Vrbem alij referare iubent, & pandere portas

585 Dardanidis: ipſumq; trahunt in mœnia regem:

Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.

Incluſas vt cum latebroſo in pumice paſtor

Veſtigauit apes, fumoq; impleuit amaro:

Illæ intrus trepidæ rerum per cerea caſtra

590 Diſcurreunt, magnisq; acuunt ſtridoribus iras.

Voluitur ater odor tectis: tum murmure cæco

Intus laxa ſonant, vacuas it fumus ad auras.

EXORIT. TREP. INTER DIS. CIVES) Diſcordiâ dixit B animorum diſſimiles motus, & non conſentientes.

* Qui videbant periculum praſens, & diſcrimen manifeſtum, dicebant aperendam ciuitatem, traherantq; id eſt trahere volebant ad muros ipſum Regem Latinum, vt periculum videret. Quibus ea ſententia diſplicebat, manus properantes ad arma conuerſebant, vt contra hoſilem ſim muris aſſiſterent. Deinde more ſuo propter addendum ſplendorem carmini, ſubiicit ſimilitudinem. Donatus.

INCLUſAS VT CVM LATEB. IN PVMICE) Similitudinē hanc expreſſam ē 2. Argonaut. Apollonij, animaduertit Vrſinus, & producit verſus. Satis eſt appoſita. Videtur. n. apes fumo in cauernas immiſſo, tanquam per expugnationē ex vrbe ſua eiici. Cur apes fumi ſint impatientes, cauſas ex Plutarcho adduxim⁹ aliquot 4. Georg.

Pumex hic ſaxum cauū, & latebroſum eſt. Sic. n. ſcripſit Prop. li. 3. el. 3. *Pendebantq; canis tympana pumicibus.* Lapides illos ratos, fungoſos, laxosque, & leuitatis ſummæ non ſignificauit: ſed potius ſaxa in antri formā, & pendentia. Plin. lib. 36. c. 21. Nō prætermittenda eſt pumicum natura: appellantur quidē ita & cætera ſaxa, eroſa annis: in ædificiis Muſæa vocant, dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam. Turn. lib. 26. cap. 33.

TREPIDÆ RERVVM) id eſt, neſcientes quid agant, ignaræ auxiliij.

ATER ODOR) nouè, nam in odore ecquis color eſt: ſed hoc dicit, odor atræ rei, fumi ſcilicet. Seruius.

MVRMVRÆ CÆCO) propter clauſas apes.

Accidit hæc feſſis etiam fortuna Latinis,

Quæ totam luſtu concuſſit funditus vrbem.

595 Regina vt tectis venientem proſpicit hoſtem,

Incendi muros, ignes ad tecta volare,

Nuſquam acies contrà Rutulas, nulla agmina Turni,

Infælix, pugna iuuenem in certamine credit

Extinctum, & ſubito mentem turbata dolore,

600 Se cauſam clamat, crimenq; caputq; malorum:

Multaq; per mœſtum demens effata furorem,

Purpureos moritura manu diſcindit amiſtus,

ET NODVM INFORMIS LETHI TRABE NECTIT AB ALTA.

ACCIDIT HÆC FEſſ. ETIAM FORTVNA LAT.) Cnifex facta eſt. Alia item dixit, & fecit, quæ dementes facere, & dicere par eſt. Ex Donato.

*Hos inter motus medio flagrans tumultu
Ecce ſuper magna mœſti Diomedis ab vrbe
Legati reſponſa ferunt.*

Tunc enim verè probatur fortuna inimica, quum malorum proſperitas necleſitur, & cumulatur aduerſis. Mox reſert cauſam luſtus. Regina, inquit, cum è tectis ſuis bellorum opperiretur euentū, eſſetq; pro Turno, quē generum cupiebat, ſollicita, vidit accedere ad muros hoſilem exercitum, iniici ignes, nullam manū præſidiariam, quæ ſe opponeret. Fecit q̄ ſolent, qui aliqua mentis impotentia aguntur, aut quos tenet mortis affectus. Faſſa eſt crimen ſuum ſponte, iudex ſui met, & car-

QVÆ TOTAM LVCTV CONCVS. VRB.) Non poterat. magis exprimere calamitatis diritatē, q̄ hiſce verbis expreſſit. Nō tantum impleuit, ſeu affectit luſtu vrbem: ſed concuſſit, & totam vrbem, nemine excepto, omnem ætatem, & ſexum, & funditus. ✱

REGINA VT TECTIS VEN. PROSP. HOSTEM) Intendit calamitatē morte reginæ, eſtq; gradatio à minimis ad ſumma. Primū videt hoſtē venientem: plus eſt, inceſſi muros: atrocius eſt, incendium in vrbem torqueri: ſed atrociffimum, nuſquam apparere Turnum, cuius acceſſu, muris hoſtes arceantur. Montfortius.

Hhhh *

IN-

INCENDI MVROS) Si quis erit emendationi locus, libenter pro *incendi muros*, legerim *incendi*. Hoc enim quanto sit commodius, cuius per se perspicuum fore confido. Nam & paulò ante sic hæc duo coniunxerat, *Scale improvisò, subitoq; apparuit ignis*. Canteus lib. 6. 28. * *Incendi muros & alet incendi urbem; pars pro toto. Quod quidam vere muros incendi potuisse notant in scholiis, quia olim muri ex trabibus, luto, calce, & lapidibus constructi fuerant, ridiculum est.*

SE CAVSSAM CLAM. CRIMENQVE, CAPVTQVE) Lib. 10. Drances Turno, *ò Latio caput horum, & causa malorum*. Quomodo verum dicat Amata, docebit te lib. 7. ad quem recurre.

PVRPVREOS MOR. DISCIND. AMICTVS) In luctu, & dolore etiam hoc usitatum fuit, vestes discindere. Sueton. de Nerone, cap. 42. Utque resipuit, veste discissa, capite conuerberato, actum de se pronuntiavit. *Æneid.* lib. 5. *Tum pius Æneas humeris abscindere vestem*. Apud Halicarnass. lib. 7. Mater, & vxor M. Coriolani ob ipsius condemnationem laceratis vestibus pectora plangebant. In sacris scripturis crebra huius moris est mentio.

ET NODVM INFORM. LETHI TRABE NECTIT) Stat promissis Amata: supra enim dixerat, eundem fore exitum suum, qui Turni fuisset, nec se illi mansuram superstitem. Ergo dum eum iam interfectum credit, se

suspendit manu sua, quod in tali persona, nescio plusné fœditatis, an miserationis habeat. De hoc genere mortis, de suspendio, inquam, lege quæ scripsit Tiraquell. de Nobilitate cap. 20. num. 111. & sequentibus. Suspendiosi in legibus civilibus vocantur, qui hac pœna sunt affecti. Possunt tamen eodem verbo etiam appellari, qui afficiendi sunt, *galgen messig*. Cautum fuisse in Pontificalibus libris, ait Seruius, ut qui laqueo finisset vitam, insepultus abiiceretur. Vnde rectè, *informis lethi*, quasi mortis infamissimæ. Nota insuper cum Turnebo ex Nonio, velare gulam, esse laqueo se induere: loquendi genere comico, & ridiculo. Pomponius, *Restis vilis est, velet gulam*.

Describitur suspendium quoddam haud insulse ab Apuleio lib. 1. Et cum dicto, inquit, restim, qua erat intextus (grabatulus) aggredior expedire, ac tigillo, quæ fenestræ subditæ, altrinsecus prominebat, iniecta, atque obdita parte funiculi, & altera firmiter in nodum coacta, ascenso grabatulo, ad exitum sublimatus, & missò capite laqueum induo. Sed dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar, repello, ut vi ponderis deducta restis ad ingluviem astricta, spiritus officia discluderet, repente putris alioqui, & vetus funis dirumpitur. Atque ego de alto recidens, Socratem (nam iuxta me iacebat) superno, cumq; eo in terram deuoluo.

605 Quam cladem miseræ postquam accepere Latinæ,
Filia prima manu flavos Lauinia crines
Et roseas laniata genas: tum cætera circum
Turba furit: RESONANT LATE PLANGORIBVS ÆDES.
HINC TOTAM INFÆLIX VVLGATVR FAMA PER VRBEM,
Demittunt mentes, it scissa veste Latinus,
610 Coniugis attonitus fatis, vrbisq; ruina,
Caniciem immundo perfusam puluere turpans:
Multaq; se inculsat, qui non acceperit antè
Dardanum Æneam, generumq; alciuerit ultro.

CLAD. MISERÆ POSTQVAM ACCEP. LAT.) Consentaneum fuit, domesticam cladē mulieres noscere primò, quoniā viri in aliis erant occupati. Sed in luctu primam decuit esse filiam, & grauius commoueri, ad quam materni funeris acerbitas specialiter pertinebat. Donatus.

FILIA PRIMA MANV) Consuetudo tenebat, in funeribus necessariorū, propinquorumq; crines vellere, abscindere, detondere, & id aliquando etiam equis faciebant. Hoc multis exemplis planum facit Delrius: Comment. in Hippolytum Senecæ, pag. 112. Ne pigeat legere. Et paulum modo in bonis scriptorib. exercitato statim loci occurrent.

FLAVOS CRIN.) Antiqua lectio *floreos* habuit, Seruio teste, quod exponit, florulentos, addens, esse sermonē Ennianum. Sed pro *floreos* quædam Seruianæ editiones habent *floras*: cuius scripturæ auctores fuisse verisimile est eos, qui syneresin in altera illa lectione fieri nō videbant. Stephan. in Sched.

HINC TOTAM INF. VVLGAT. FAMA) *Hinc*, id est, de domo regia. Famam infælicem, intellige rerum infelicitium nuntiam.

DEMITTUNT MENTES) Cadunt animis, desperant: sicut contra, sperantes aliquid, mētes erigunt. Quod quidam exponit, despondent animum, apud Plautum despondere animum est, deplorata vitæ spe esse, tædio lucis affectum esse, pro eo quod Græci dicunt ἀπὸ τοῦ πόνου ἔχειν, δαράται, ἀπονοήτως πόνος τὸ ὄν διακρίσαι. Cicero sic nunquam est locutus. Budæus in Pandect.

IT SCISSA VESTE) Persas legimus in luctu vestes dilacerasse, vlulasse, caput obuelasse, saccos induisse, cinere se conspersisse, idq; tā publicè, quàm priuatim. De Thesi patre Catull. de nupt. Pelei, & Thetid. *Caniciem terra, atq; infuso puluere fœdans*. Stat. 7. Thebaid. — sedet ipse exutus honore

Vitarum nexu genitor, squalentiaq; ora
Sparsus, & incultam ferali puluere barbam.

CONIUG. ATTONITVS FATIS) Hoc priuatū erat malū: quod autem sequitur, *urbisq; ruina*, hoc publicum.

CANICIEM IMMUND. PVL. TURP.) Redi ad lib. 10. nēpe aduersum *Caniciem immundo deformat puluere*. Fuit sollemne veteribus in luctu, funebri præsertim, caput cinere, seu puluere conspergere, ludæis maximè. Testimonia è sacris libris multa congerit Tiraquell. in Alex. lib. 3. cap. 7.

MVLTAQVE SE INCVSAT) Accusat se etiam non longe à principio huius libri Latinus violatæ fidei.

Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Coniugis & mæste lachrymis, vincla omnia rupi:
Promissam eripui genero, arma impia sumpsi.

QVI NON ACCEP. ANTE DARD. ÆN. GEN.) Modò veller accepisse, modò veller Amata lacrymas, & Turni amorē posthabuisse. *Quod male feci, crucior modò, se infectum fieri posset*, ait Plautinus senex in Capt. Nihil est tam commune in vita hominum, quam serò sapere: & plerique plura euentu, quam ratione docentur.

INTE.

- Interea extremo bellator in æquore Turnus
 615 Palantes sequitur paucos, iam segnior, atq;
 iam minus, atq; minus successu lætus equorum.
 Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
 Commistum clamorem, arrectasq; impulit aures
 Confusæ sonus vrbe, & illætabile murmur.
 620 Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
 Quisue ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
 Sic ait, adductisq; amens subsistit habenis.
 Atq; huic, in faciem soror vt conuersa Metisci
 Aurigæ, currumq; & equos, & lora regebat,
 625 Talibus occurrit dictis. Hac Turne sequamur
 Troiugenas, quâ prima viam victoria pandit:
 Sunt alij qui tecta manu defendere possunt.
 Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet:
 Et nos sæua manu mittamus funera Teucris.
 630 Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.

INTEREA) dum hæc ad urbem geruntur, quæ A quoque, multitudo dispalata. Sisenna lib. 3. historiar. dispalati ab signis digressi omnes, ac dissipati.

EXTREMO BELLAT. IN ÆQVORE TVRNVS) Detrahentis animo hoc dictum est: dum enim hæc in ciuitate, vel aduersus ciuitatem gererentur, Turnus omnium ignarus, utpote in extrema camporum parte constitutus, raros insequeretur, & prope mortem constitutus, iam ipsum ingenium pænè, consiliumq; amiserat, & ipse, & equi eius minus poterant, quam solebant. Ex confuso autem, & magno clamore, quem in longinquum vento præsertim deferente, audiebat, coniciebat interuenisse aduersa, quæ totam urbem gemitu, atque ululatu, & clamore confunderent. Donat.

PALANTES SEQVITVR PAVCOS) Non solum palantes, sed etiam palati est apud Liuium, non semel. Apud Æmiliū Probū autem dispalati, pro dispersi, dissipati, in Lyfandro. Et in Annibale, eiusque generis magnam multitudinem dispalata immisit. Sallust.

ATTVL. HVNC ILLI CÆCIS TERROR. AVRA) Fremitus in vrbe excitatus non eum fefellit, inde enim naturaliter auditur clamor, vnde veniunt venti.

ARRECTASQVE IMPVLIT AVRES) I. Æneid. *arrectisq; auribus astant.* Ab animalibus, quæ surrigunt aures, cum quippiam insonuerit. Vide ibid. annotata.

HAC TVRNE SEQ. QVA PRIMA) Tacitis quæstionibus hac ratione Iuturna occurrit, fratremque iniecta spe victoriæ ab vrbe defensione, & Æneæ congressu dehortatur.

INGRUIT ÆN. ITALIS) Irruit, invadit Italos. Natū à gruibus, quæ instructo ordine in oras alienas deuolūt.

NEC. NVM. INFERIOR) Nec pauciores interimes quam Æneas, nec minore, quam illum comitabitur gloria: nam & occisorum multitudine comparatur hoc, quod tu fugientes interimis. Seruius.

Turnus ad hæc.

- O soror, & dudum agnoui, cum prima per artem
 Fœdera turbasti, teq; hæc in bella dedisti:
 Et nunc nequidquam fallis dea. sed quis olympo
 635 Demissam, tantos voluit te ferre labores?
 An fratris miseri lethum vt crudele videres?
 NAM QVID AGO? AVT QVÆ IAM SPONDET FORTVNA SALVTEM?
 Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem
 Murranum (quo non superat mihi charior alter)
 640 Oppetere ingentem, atq; ingenti vulnere victum.
 Occidit infælix ne nostrum dedecus V fens
 Aspiceret: Teucris potiuntur corpore, & armis.
 Exscindine domos (id rebus defuit vnum)
 Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
 645 Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?
 Vsq; adeone mori miserum est? vos ô mihi manes

Hhhh* 2

Este

Este boni, quoniam superis aversa voluntas.
Sancta ad vos anima, atq; istius inscia culpæ,
Descendam, MAGNORVM HAVD VNQVAM INDIGNVS AVORVM.

O SOROR, ET DVVVM AGNOVI) Agnoui pridē A
quæ esles: non me fecellisti ante, nec nunc fallis: tu es
enim Iuturna soror mea, quamvis Metisci aurigæ for-
mam sumpseris. Sed qua de causâ cælitus ades? quare
hos labores suscipis? An ut me morientem videas? Hoc
verò indignum est, & ob id potius longe abesse debue-
ras, si alioqui affuisses mihi. ✞

PRIMA PER ART. FOED. TVRBASTI) Prima, aut
inchoantia: aut tu prima: nam post eius orationem To-
lumnus tela contorsit. Seruius.

AN FRATRIS MISERI LETHVM) Ad misericordi-
am commouendam. Macrobi. lib. 4. cap. 2.

NAM QUID AGO? AVT QVÆ) Argumentum
à necessitate. Quod se ait vidisse Murræum voce vo-
cantem, hoc nusquam legimus. Sed aut κατὰ τὸ σιωπά-
μας intelligimus: aut mortis est omen, audire quod
non dicitur, videre quod minimè occurrit. Sic 4. Hinc
exaudiri gemitus, & verba vocantis Visa viri. Superare,
est vivere: ut in 3. Superatné, & vespitur aura? Seruius.

OPPETERE INGENT. INGENTI VVLN. VICT.) Iliad.
6. ἐν κοινῇ μέγας μεγαλωὶ τανυδαὶς κῆτο. Lucret. lib. 1.
Et graniter magni magno cecidere sibi casu.

OCCIDIT NE NOSTRVM DED. ASP.) Ac si dice-
ret, fortasse viveret, nisi ideo voluisset occumbere, ne
nos victos videret. Quod addit, Teucros posiri corpore
& armis, significat, etiam sepultura carere: nam ut in
Homero legimus, de virorum fortiorum cadaueribus
erat inter hostes grande certamen, quod maximè appa-
ret de Patrocli cadauere. Seruius.

DEXTRA NEC DRAN. DICT. REFELL.) Dextra
pro virtute ponitur. Suprà, Et solus ferro crimen commu-
nere fellam. Dicta Drancis, quæ dextra cogitat refellere
Turnus, sunt lib. 11. nempe hæc. Aude, atq; aduersum
fidens fer peccus in hostem. Vel illa. dum Troia tentat Ca-
stra, fuga fidens.

VSQVE ADEO NE MORI MISERVVM EST?) In mo-
nostichis.

Τὸ δὲ θάνατον ἐκ αἰσχρόν, ἀλλ' αἰσχρὸς θάνατος.

Mori nihil turpe est, sed inhoneste mori.

Ita cuiusdam dicenti, malum est vivere, respondit Dioge-
nes, aut quis fuit ille? Non malum est vivere, sed malè
vivere. Nero præmissis libertorum fidissimis Ostiam
ad classem fugæ præparandam, ut narrat Sueton. cap.
46. Tribunos, Centurionesque Prætorij, de fugæ so-
cietate tentavit. Sed partim tergiuersantibus, partim
apertè detrectantibus, vno verò etiam proclamante,
Vix adeo ne mori miserum est, varia agitavit, &c. ✞

Mors omnium malorum, omnium calamitatum
humanarum, omnium dolorum remedium optimum
data est hominibus, dei sapientissimi beneficio, quod
illo epigrammate non insuavi expressit Agathias.

Τὸν θάνατον τί φοβέσθαι, τὸν ἡσυχίης γαρ ἐπιτήρη;

Τὸν πάντοτε νόον, καὶ πᾶσις ὁδὸν;

Μοῦνον ἅπαρ θνητοῖς ἀγαθὴ γίγνεται, ὅταν ποτ' αὐτὸν

Εἶδεν τις θνητῶν δούτερον ἐρχόμενον.

Αἱ δὲ νόοι πολλὰι, καὶ ποικίλαι, ἄλλοι ἐπ' ἄλλον

Ἐρχόμενοι θνητῶν, καὶ μεταβαίνοντα.

Curtimor est vobis genitrix Mors alma quietis?

Quæ morbos sanat, pauperiemq; leuat?

Illa semel tantum mortales visere senuit,

Nec redisse illam discere quis poterit.

Sæpe recurrentes cum vexent corpora morbi

Mutati, huc illuc & sine lege fluunt.

Hanc miris laudibus antiqui sapientes ornauerunt.
Hæc portus, & sedes quietis tutissima: hæc multis mise-
riis nos liberat, tyrannorum crudelitati subtrahit, prin-
cipibus adæquat, omnibus bonis iucundissima accidit:
hæc scelerati metuunt, qui graviora se passuros post obi-
tum, iam nunc viuentes augurantur, & quasi præsen-
tiant. Huius laudandæ vberimum argumentum habu-
it Alcidas Rhetor. Hanc ferendam æquo animo
multis rationibus demonstravit in Consolat. Plutar-
chus. Hæc, & plura Natalis Comes lib. 3. cap. 13.

Mors, inquit Seneca lib. 6. Natural. naturæ lex
est, mors tributum, officiumque mortalium, malorū-
que remedium: Idem in Consolat. ad Polybium, cap.
21. Maximum solatium est, cogitare id sibi accidisse,
quod ante se passi sint omnes, omnesque passuri: & i-
deo mihi videtur rerum natura, quod grauissimum fe-
cit, commune fecisse, ut crudelitatem fari consolaretur
æqualitas. Elegantissima est apud Lucret. lib. 3. Na-
turæ περσωποποιία, qua illa hominem vitæ nimis cupi-
dum, & à morte abhorrentem acerrimè castigat. Initi-
um hoc est.

Quid tibi tantopere est, mortalis, quod nimis ægris

Luctibus indulges? quod mortem congemis, ac fleas?

Nam signata fuit tibi vita, &c.

D. Chrysostomus Homil. 6. ad populum Antio-
chenum, docet à nobis Christianis quatuor de causis
timeri mortem, Quia non accendit nos amor regni ca-
lestis: nec gehenna timor occupat: non habemus bonam
conscientiam: & vinimus vitam mollem, & solutam,
non duram, & asperam.

O MIHI MANES ESTE) Pathos ab aversione ad
inferorum manes. Cum superos videret in omnibus
suis rebus sibi aduersari, statuit omnino mori. De Ge-
nio, Lemuribus, Lare familiare, Larua, Manibus vide
Apuleium de deo Socratis.

SUPERIS AVERSA VOLVNTAS) quia donec vini-
mus, curæ sumus superis diis: post mortem ad inferos
pertinemus, quibus se modo commendat. Seruius.

SANCTA AD VOS ANIMA, ATQVE IST. INSCIA
CVLPÆ) Sanctam animam Macrobi. lib. 3. cap. 3. inter-
pretatur incorruptam, & pro inscia legit nescia. Culpam
Seruius intelligit fugam, quia fuga grande crimen est
apud virum fortem: vel ruptum fœdus, vel læsam reli-
gionē, à qua se dicit esse alienū, propter futura supplicia.
Seruius. * Adde. Rupti fœderis culpa potius penes Iuturnam,
qua id consilij dederat, & penes Tolumnium residebat, qui auda-
cia sua, & temeritate ceteros audaces, ac sacrilegos fecerat.

INDIGNVS AVORVM) græca figura: nos enim, in-
dignus illa re, dicimus. Contrà Græci, ἀνάξιον σφάειν,
coronæ indignus. Seruius.

650 Vix ea fatus erat, medios volat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora, ruitq; implorans nomine Turnum.

TURNUS,

- TVRNE, IN TE SVPREMA SALVS, MISERERE TVORVM.
 Fulminat Æneas armis, summasq; minatur
 655 Deiecturum arces Italûm; excidioq; daturum.
 Iamq; faces ad tecta volant: in te ora Latini,
 In te oculos referunt: mussat Rex ipse Latinus
 Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
 Præterea regina tui fidissima, dextra
 660 Occidit ipsa sua, lucemq; exterrita fugit.
 Soli pro portis Messapus, & acer Atinas
 Sustentant aciem: circum hos vtrinque phalanges
 Stant densæ, strictisq; seges mucronibus horret
 Ferrea. tu currum deserto in gramine versas.

VOLAT SAGIS VECT. EQVO SPVMANTE.) Ex multis rebus indicat perturbationem Sagis: quod festinans venit, quod per hostes vulneratus, quod Turnum nomine appellat: nam cōtumelia est, nomine superiorem vocare. Sic in Georg. *Mater Cyrene, mater*, quum præmisisset, *te crudelem nomine dicit*: sicut contra Æolus ad Iunonem dicit, *tuis o regina quid optes, Explorare labor*. Dissoluit autem ista oratio omnia, quæ supra Iuturna dixerat. Seruius.

EQVO SPVMANTE) Ennius Annali 2. de equo generoso, abruptis vinculis per campi spatia libere, ac ferociter currente. *Spiritus ex anima calida spumas agit albas*. De equo Circensi noster Georg. 3. *Spumas agit ore cruentas*. Alia autem de causa spumas mittit ille sonipes, qui ostro insignis, & auro fræna spumantia mandit, lib. 4.

SAGIVS ORA) *Saucius ille gravi venantum vulnere positus*, supra. In facie vulnus acceperat Sagis.

IN TE SVPREMA SALVS) *decus imperiumq; Latini Te pona, in te unum domus inclinata recumbit*, ait supra Amata regina.

FVLMIN. ÆNE.) paulò post, *horrendumq; intonat armis*. Recurre ad 4. Georg. ad illa, *Cesar dum magnus ad altum Fulminat Emp'ratem*. Et lib. 6. ad illa, *duo fulmina belli Scipiadas*.

MINATVR DEIECTVR. ARCES) Ad illud respicit, quod dixerat Æneas, *Et æqua solo fumantia culmina ponam*.

IN TE ORA LATINI, IN TE OCYLOS REF.) *se signari oculis*, dixit principio libri, de eodem Turno loquens.

MVSSAT REX IPSE LATINVS) Silentio suo sibi de esse consilium ostendit, & se nescire quò se vertat, aut quid incipiat. Hoc eodem lib. *Flent mœsti, mussantq; patres*. Lucret. lib. 1. *Sed quia multa sibi cernunt contraria, mussant*. Et lib. 6. *mussabat tacito medicina timore*. Mussare est tacere, mutum esse, hære, non habere quod dicas: idem valet apud Græcos *μῦζεν*. Homer. Iliad. 4.

Αἰ δ' ἰσχυρὰν Ἀδριαίν τε καὶ ἡν. Est enim verbum natum, & factum ex litera *μῦ*, mutorum propria, ut pote quam solam proferre possunt. Ex eodem *μῦς, μυσήεις*, muto, tis, tit, & prouerbium, *ne μῦ quidem facere audeas*. Ex Lamb. in Lucret.

PRÆTEREA REGINA OCCIDIT) Adiciit de infœlicd casu reginæ, quia occurrere poterat Turno, Amatam pro eius partibus niti.

TVI FIDISSIMA) pro, tibi fidissima, tui studiosissima, quod posuit lib. 7.

Dextra sua) Ad pathos mouendum, addit etiam modum ipsum, quo occiderit, *dextra Occidit ipsa sua*. Hoc miserabile, cum quis ob magnitudinem mali sibi vitam extorquet: cum & bestię resistent acerrimè iis, à quibus exitium sibi afferri animaduertunt. Sed nimirum nihil homini tam inimicum, quam homo, etiam ipse sibi met.

SOLI PRO PORTIS MESSAP.) Respondet illi, quod dixerat Iuturna, *Sunt alij, qui tecta manu defendere possint*.

ACER ATINAS) Hunc Atinatem nomine vrbis Atinæ vocauit, ut opinor, vnde Atinates populi: nominibus enim celebribus suum poema distinxit. Turneb. lib. 22. cap. 3.

STRICTISQVE SEGES MVCRON. HORRET) Ennius Annal. 1. *Horret ager, campi, armis sublimibus ardent*. In Erechtheo. *Arma rigent, horrescunt tela*. In Scipione. *Sparsis hastis longis campus splendet, & horret*.

TV CVRRVM DESERTO IN GRAM. VERSAS) Magnum nobis in vno pronomine reliquit intellectum: tenet quippe obiurgationem plenam, hoc modo. Tu, cuius causa est: tu, pro cuius commodo omnis Italia contendit, & dimicat: tu, qui primus in acie, primus pro patriæ statu assistere debuisti, putas te aliquid agere, quia otiosus erras in deserto gramine, vbi deest hostis, qui otiosum turbet, aut torpenti certamen intendat. Donatus.

- 665 Obstupuit varia confusus imagine rerum
 Turnus, & obtutu tacito stetit. æstuat ingens
 Imo in corde pudor, mistoq; infania luctu,
 Et furiis agitatus amor, & conscia virtus.
 VT PRIMVM DISCVSSÆ VMBRÆ, ET LVX REDDITA MENTIBVS,
 670 Ardentes oculorum orbis ad mœnia torfit
 Turbidus, eq; rotis magnam respexit ad urbem.

Hhhh * 3

Ecce

Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cælum vndabat vortex, turrimq; tenebat,
Turrim compactis trabibus, quam eduxerat ipse,
675 Subdideratq; rotas, pontesq; instrauerat altos.
Iam iam fata, soror, superant: absiste morari:
Quò deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.
Stat conferre manum Æneæ: stat, quidquid acerbis est,
Morte pati. nec me indecorem germana videbis
680 Amplius: HVNC, ORO, SINE ME FVRERE ANTE FVRÖREM.
Dixit, & è curru saltum dedit ocyus aruis:
Perq; hostes, per tela ruit: mœstamq; sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.

OBSTUP. VARIA CONF. IMAG.) Et proposuit, & A
 executus est omnes motus Turni: nam quod ait generaliter, confusum varia imagine rerum (propter multiplicem nuntium videlicet) obstupuisse, hoc specialiter subiecit. Prima fuit pudoris causa. Quae enim fronte veniret ad suos desertor? Secunda fuit insania, quae oriebatur ex eo, quia conualescentibus aduersis, non valebat occurrere: tunc enim acrius saeuirur, quam spes cessat ultionis. Accedebat his & luctus, ex Amarae mortis descendens, in qua fuit omnis fiducia uxoris accipiendae. Sequebatur amoris causa, eius virginis, quam desperabat sibi posse coniungi. Cumulabat omnium maiorum congeriem virtutis conscientia, quae tot aduersis simul oppressa, respirare non poterat. Donatus. B

VT PRIMVM DISCVS.VMBRÆ.) Ouid. *Vt tamen
hanc animi nubem dolor ipse remouit.* Silentarius epita-
phio in filiam virginem, de parentibus. *ὅς δὲ γ' αὖτις ἐκ
ἐξουσιό.* Liquida mente cœpit esse, vt Catull. animo
liquido. & tranquillo, vt Plautus loquitur. Suprà, *sol pal-
lentes discutit umbras.* Et Lucret. libr. 4. *nigras discutit
umbras. Aëris illius.* Cum enim pluribus malis vel ma-
ximè perturbatus esset, tanquam in tenebris, & caligine
positus, quid ageret, non videbat, nec inueniebat viam,
qua se posset exsoluere. Postquam igitur remotæ fue-
runt istæ tenebræ, & tâquam discedente nocte, diei lux
consecuta. hoc est, vbi se collegit, vbi ipse sibi redditus
est, vbi compos sui cœpit esse. Sed poeta rem optimè
expressit illis verbis, *& lux reddita menti est.* Quid igitur
postea fecit?

ARDENT. OCUL. ORB. A D MOEN. TOR. TVREID.)
toruo nihilominus aspectu, turbatoque similis, sese ad
oppidum conuertit. Oculorum acies torfit, inquit, ad
mœnia. Sic & Cic. Catilin. 2. de Catilina vrbe eiecto:
retorquetque oculos sæpe ad hanc vrbem, quam ex suis
faucibus esse ereptam luget. Suprà item lib. 4. *oculosq[ue]*
ad mœnia torfit Regia. Et Euripid. in Medea, ὀφθαλμοῖν δὲ
ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Donat. German.

AD CÆLVM VND.) Gerog. I. *Vidimus vndantem
ruptis fornacibus Anam.*

TVRRIM COMPACTIS TRAB. QVAM EDVX.) Turris
ligna, quam ipse faciendam curarat, insistentem foris,
vt trahi ad ea loca posset, correpta tabularum firmi-
tate sic ardebat, vt ex eius summa parte in cælum flama
consurgeret. Hæc illi conflagratio summum dolo-
rem afferebat: est enim peculiaris hominibus affectus
ad ea, quæ vnusquisque facienda curauerit, vel impenso
sudore perfecerit. Donatus.

SVBTDIDERAT QVEROTAS) Sic2. *Æneid.* *pedibusque rotarum Subiicimus lapsus.* Videamus deinceps, quid lotori, quam iam cognouerat, & quam desperatè dicat.

IAM IAM FATA SOR. SVP. ABSISTE NO.) Confen-
B tiendum est, inquit, his, ô soror, quæ ienitêdo superare
non possumus. Vincant fata, quæ quò voluerint, etiam
inuitum trahunt. Suprà, *Frangimur heu fatis inquit, fe-
rimur quæ procella*. Et libro 5. *quò fata trahunt, re-
trahunt, sequamur*. Pergit Turnus. *Stat*, hoc est, animo
fixum, ac certum est, cum Ænea singulari certamine
congrédi, & quicquid morte in ipsa acerbum est, pari:
præstat enim cum gloria mori, quàm cum dedecore su-
perasse.

SINE ME HVNC FVRERE ANTE FVROR:) id est, sine
me furere ante bellicum furorem, vt pugnam mente
concipiam, priusquam in eam accessimè ruam. Certè
insanire ante veram insaniam cogor. Permitte germa-
na, faciam satis animo meo. Græcum loquendi genus
est, *furere furorem*. Hesiodus. ὄρεον ἰδὲ νόον ἀνὴρ ἀ-
δελαῖον. Anacreon. ἄγχι θυμὸς σὺ μέμνηται, μανίην μανέϊς ἀ-
είσιν; Aristoph. ἐλλ. παρίας μανίης δ' ἀνὴρ καὶ σπύδιον.
Plaut. Pseud. *priusquam istam pugnam pugnabo*. Aulul.
Nam qui amanti hero seruisciebat, seruit. Talia sunt,
vivere vitam, dolere dolorem, gaudere gaudium, mo-
ri mortem, & alia sexcenta. Hæc vt dixit Turnus, è cur-
ru non cum mora descendit: sed raptim, & cum cele-
ritate desiluit, desertaque sorore mœstissima, per hosti-
um agmen, & per media tela festinauit. Quid enim me-
tueret, qui mori decreuerat? Hactenus omnia ex Dona-
to, Seruio, Germano, & aliis.

68; Ac veluti montis saxum de vertice præcep
Cum ruit auulsum vento: seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas:
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exultatq; solo, syluas, armenta, virosq;
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus

Sic vr-

- 690 Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima fuso
Sanguine terra madet, stridentq; hastilibus auræ:
Significatq; manu, & magno simul incipit ore.
Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini.
QVÆCVNQVE EST FORTVNA, MEA EST: me verius vnum
695 Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spatiumq; dedere.

AC VELVTI MONTIS SAXVM) Luculenta comparatione non solum vim, violentiamque Turni declarat, & ita narrationem dilatat, verum etiam hyperbolicè amplificat.

CVM RVIT AVVL. VENTO) Comparatio ipsa futurum ostendit euentum. Simul notandum, quod sicut suprà in prælio, ita & nunc in cōparatione Æneas præfertur: & est comparatio de Homero sumpta, Iliad. v. ἀντιπρὸ μῆλαις, &c. Seruius.

Docet pulchre Virgilius, quando è montibus saxa ingentia deuoluantur. Flatu quidem ventorum, verum terra, cui hærebāt, aut crebris imbribus, aut temporum vetustate, qua fatiscunt, & consumuntur etiam solidissima, prius exesa. Vetus enim numquam ita validus est, vt per se grande saxum altis radicibus hærens queat abrumpere, ac deturbare: solum ante sit oportet, ita vt dicebamus. Tum etiam leui impulsu deturbabitur: at non tam horrendo impetu, quantus hic à poeta exprimitur. ✽

MONS IMPROBVS) pars montis, & ἐμπαρὶνὸς dictū est. Sic suprà ait, *Haud partem exiguum montis.*

MAGNO ACTV) magno impulsu, magno impetu, magna vi.

SIGNIFICATQVE, MANV, ET MAG. SIM. INCIP. ORE) Suprà de Ænea, in re simili.

Aspius Æneas dextram tendebat inermem

Nudato capite, atque suos clamore vocabat:

Quò ruitis?

ME VERIVS VNVM PRO VOBIS) Iustius est, inquit, me vnum pro omnibus rupti fœderis pœnas exsoluere. Æneas similiter vnus pro omnibus decertare cupiebat,

O cohibete iras, istum iam fœdus, & omnes

Compositæ leges, mihi ius concurrere soli.

Sed Turnus quasi pœnam singulare certamē deposcit, & ita loquitur, quasi occubiturus, non autem superior futurus. Plenus est bonus vir desperationis, & versatur ei mors ante oculos. ✽

Vt iustum pro vero, ita vicissim verum pro iusto poni solet. Cic. ad equites Romanos. Nam neque maius est defendere vnum, quàm populum: neque verius à singulis, quam ab omnibus repetere officij præmium, & fructum. Idem pro domo sua: sed quid ad te? qui negas esse verum, quemquam Reip. extra ordinem præfici? Horat. *Metiri se quemque suo modulo, ac pede verum est.* German.

Addamus plures illustrium scriptorum locos, è quibus cernes, *verum* idem valere quod iustum, æquū, rectum. Cic. pro Quintio. Continuōne verum fuit postulare, vt ex edicto bona possidere liceret? Pro Muræna. negat verum esse, allici benevolentiam cibo. Livius libr. 32. Caterum & sociorum audiri postulata verum esse. Cæsar lib. 4. belli Gall. neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare. Terent. And. *Idne verum est: immò id genus hominum est pessimū.* Eadem ratio est vocis *veritas*. Cic. i. Verr. Sin istius ingētes diuitiæ iudiciorum religionem, veritatemque perfringerint. Ponitur etiam veritas pro æquitate, & iustitia, idque etiam in diuinis literis, vnde testimonia producit Budæus. Et ex Cicerone, pro Deio. *Quæ mihi ad spem detinendæ veritatis grauiissima sunt, ad motum animi, & ad omnem impetum dicendi leuiora.* αἰεὶ τὴν ἐλπίδα τῶν τυγχάνειν τῶν δικαίων. Adde. Pro Quintio. Tot, tantisq; difficultatibus affectus, atque afflictus, in tuam C. Aquili fidem, veritatem, misericordiam P. Quintius confugit. Epist. libr. 8. Curæ sit tibi, vt suum negotium, quod habet cum populo Sardinio, pro causæ dignitate, & veritate conficiat. ✽

- At pater Æneas, audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces:
Præcipitatq; moras omnes: opera omnia rumpit,
700 Lætitia exultans, horrendumq; intonat armis.
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus, quantus, gaudetq; niuali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
Iam verò & Rutuli certatim, & Troës, & omnes
705 Conuertère oculos Itali: quiq; alta tenebant
Mœnia, quiq; imos pulsabant ariete muros:
Armaq; deposuere humeris. stupet ipse Latinus,
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
Inter se coiisse viros, & cernere ferro.

PRÆCIPIT. MORAS OMNES) Quoties detrimento-
sam esse cunctationem, & præcipitandas omnes mo-
tas significabimus, licebit usurpare illud Bacchylidæ a-

pud Athen. lib. 4. Οὐχ ἡδὲς ἐς γον, ἢ δ' ἀμβολᾶς. Haud
fessione, aut comperédinatione opus est. Iunius Cent. 2.
prouerb. 85.

QVAN-

QUANTVS ATHOS) Athos, non Athos legi vult A Seruius, quem vide. Est autem mons Thraciæ adiacens, circa Lemnum insulam. Athos, inquit Mela lib. 2. cap. 2. de situ orbis, est mons ad elatus, ut credatur altius, quam vnde imbres cadunt, surgere. Capit opinio fidē, quia de aris, quas in vertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere, manet. Cæterum non promontorio, ut alij, verum totus est, totoque longè dorso procedit in pelagus: quā continenti adhæret, à Xerxe in Graios tendente perfoſſus, transnauigatusq; & factus freto nauigabili peruius. De eodem Solinus ca. 16. Lemnij Vulcanum colunt: ideo in Lemno metropolis Hephæstia. Præterea oppidum Myrrhina, in cuius forum mons Athos è Macedonia vmbram iacit: quod non frustra inter miracula notauerunt, cum Athos à Lemno sex, & octoginta millibus passuum separetur, &c.

CORVSCIS CVM FREMIT ILICIBVS) Æneid. 1. tum *filis scena coruscis Desuper*. Vbi Seruius sic habet. Hoc est, sylvarum coruscarum, id est, crispantium, ut Iuuenal. *longa coruscat Sarraco veniente abies*.

NIVALI VERTIGE SE ATTOLLENS) De Atlante libro 4.

— *cinctum assidue cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulsatur, & imbri.
Nix humeros infusa tegit: tum flamina mento
Precipitant senes, & glacie riget horrida barba.*

PATER APENNINVS) Hic mons in longum secat Italiam per medium, ut spina dorsum hominis.

IMOS PVLS. ARIETE MVROS) Arieti nomen species dedit, eo quod cum impetu impingit murum, in modum arietum pugnantium. Validæ enim, ac nodosæ arboris caput ferro vestitur, eaque suspensâ funibus, multorum manu ad murum impellitur: deinde retrorsum ducta,

conſuſum muri latus cadit, cauatumque irrumpit, ac fenestram facit. Ifid. lib. 18. cap. 11. * *Multo ante Isidorum, & Vegetum Tertullianus, arietis inuentionem Carthaginensibus adſcribens lib. de Pallio. Trabes, inquit, machina est, qua muros frangere militat, &c. Et in infra. Commentum Sim tormenti (Carthago) debile pecoris capite vindicantis. Plura scripsimus a. Æneid. ad illud, labat ariete crebro Ianua.*

DIVERSIS PARTIBVS ORBIS) Æneas erat Phryx, & Asiaticus: Turnus Italus, & Europæus: Asia, & Europa diuersæ partes orbis.

COISSE VIROS, CERNERE FERRO) Vera, & antiqua est lectio, quam proposuimus: nam Ennium secutus est, qui ait, *Olli cernebant magnis de rebus agentes*. Et item. *Ferro, non auro vitam cernamus utrique*. Posteritas coepit legere, & decernere: secundum quam lectionem Synalæpha opus est, excluso, os: ut sit, *Inter se coisse viri, & decernere ferro*. Seruius. * *Adiuuat Seruium Seneca, epist. 58. in qua de verborum in lingua latina ad res multas exprimendas paupertate, seu egestate potius conuenitur. Ne te longè differam, quadam simplicia in usu erant, sicut cernere ferro inter se dicebant, quod Virgilius tibi probabis (statimq; hunc ipsum, quem in manibus habemus, locum producit) quod nunc decernere dicimus. Adde Plaut. in Trinum. Nam ibi de diuinis, & humanis cernitur. Sic idem Ennius Medea. Nam ter sub armis malim vitam cernere, pro, de vita decernere. Attius. nisi esset Quis, qui armis se cum vellet cernere.*

Eruditi quidam sic etiam legunt hoc carmen, *Inter se coisse viros, decernere ferro, & ουδ' ους*, siue sublata particula coniunctionis. Disputat de lectione hac etiam Hen. Steph. schediaſmate de delectu in diuersis apud Virgil. lectionibus adhibendo. Est & hoc Ennij, *Annuit sese mecum decernere ferro*. Et Virgil. noster hoc eodem libro. *ipsumq; iubent decernere ferro*. Et. *Sic omnis amor unus habet decernere ferro*. Græci quoque tam *κείνιν*, quam *διακείνιν τὸν πόλεμον*.

710 Atque illi, ut vacuo patuerunt æquore campi,
Procurſu rapido coniectis eminus hastis,
INVADVNT MARTEM CLYPEIS, ATQVE ÆRE SONORO:
(Dat gemitum tellus) tum crebros ensibus ictus
Congeminant. FORS, ET VIRTVS MISCENTVR IN VNVM.

715 Ac velut ingenti Sila, summoue Taburno
Cum duo conuerſis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, puidi cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutum, muſſantq; iuuenca,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.

720 ILLI INTER SESE MVLTÀ VI VVLNERA MISCENT:
Cornuâq; obnixa infigunt: & sanguine largo
Colla, armoſq; lauant: gemitu nemus omne remugit:
Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros
Concurrunt clypeis: INGENS FRAGOR ÆTHERA COMPLET.

INVADVNT MART. CLYPEIS) pugna concurrunt, D In Brutiis, quem tamen montem in Lucanis scribit Seruius. Turnebus locum illum in Bruto Ciceronis: Nam cum in sylua sua, ita facta cædes esset, restituens, in Sila ita facta, legit.

FORS, ET VIRT. MISCENT. IN VNVM) Casus in Turno, inquit Seruius, virtus in Ænea: nam in bello etiam casus plurimum valet. Cicero in Miloniana. Adde casus, adde incertos exitus, Martemque communem.

INGENTI SILA) mons, & sylua est Lucania.

SVMMOVE TABVRNO) Mons Campaniæ. Vibius Sequester huius nominis (Silæ) syluam commemorat

PAVIDI CESSERE MAGISTRI) magistros pecorum etiam dici, alibi multis auctorum locis in medium prolati ostendimus. Vide in Eclog. 2. *Pan curat oues, onimq; magistros*.

MVSSANTQVE IUVENCÆ QVIS PECORI) Vide supra à nobis allata super hac voce, *Muſſat rex ipse Latinus*.

*innus. Præterea locum illum 3. Georg. Rascitur in magna A
sylvâ formosa iuvenca.*

QVIS PECORI IMPERITET, QVEM TOTA ARMENT.
SEQ.) Georg. 3. *Quem legere, dægem, pecori.* De titibus
ceruis lib. 1. *quos tota armenta sequuntur A tergo.*

ILLI INTER SESE MVLTAVI) Georg. 3. de pugna du-
orum taurorum, propter iuencam, similis ominio lo-
cus extat.

*illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris: lanis ater corpora sanguis:
Versaq; in obnixos urgentur cornua, vasto
Cum gemitu: reboant sylvæq;, & magnus olympus.
DAVNVS HEROS) Turnus Dauni filius. Priamus
supra ad Turnum. *Sunt tibi regna patris Dauni.*
INGENS FRAGOR ÆTHËRA COMPLET) Lib. 9. *calu
tonat omne fragore.**

- 725 IVPITER IPSE DVAS ÆQVATO EXAMINE LANCES
SVSTINET, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum.
Emicat hic, impune putans, & corpore toto
Altè sublatum confurgit Turnus in enssem:
730 Et ferit. exclamant Troës, trepidiq; Latini:
Arrectæq; amborum acies. at perfidus ensis
Frangitur, in medioq; ardentem deserit ictu,
Nî fuga subsidio subeat. fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotum, dextramq; aspexit inermem.
735 Fama est, præcipitem, cùm prima in prælia iunctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci.
Idq; diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit: postquam arma Dei ad Vulcania ventum est,
740 Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Diffiluit: fulua resplendent fragmina arena.

IVPITER IPSE DVAS) Homerum sequutus est, quod
omnes ferme Grammatici obseruârunt. Videtur dictum
ex ea cogitatione, & sententia, qua prisci censebant res
mortalium à Ioue, velut libra quadam, pensitari, vnde &
ἡ ψυχή a poetis dicitur, velut ex alto cælo omnia li-
brans, & ponderans. Aliam tamen quoque eius noue-
runt adiectionis expositionem antiqui Grammatici. I-
taq; Theognis Ioui tribuit libram, hoc versu. ζεύς δ' τοι
τὸ τάλαρον ἐπὶ ῥέπει ἀλλοτὲ ἀλλῶ. Turneb. lib. 24. cap. 3. *
Locus Homeri est Iliad. x. de Achillæ, & Hectoris factis.

Καὶ τότε δὴ χρίσσει πατὴρ ἱππῶνι ῥέλαντα,
ἔ' δ' ἱππῶνι δύο πῆρες ἑνὸς ἑκάστοιο,
τὴν δ' αὖ ἀχιλλῆος, τὴν δ' ἑκτοῦ ἐκ ποδῶν αἰώ.
ἔ' λυαὶ δὲ μέσση λαβὼν, ῥίπῃ δ' ἑκτοῦ αἰσῖμον ἦμαρ.

ÆQVATO EXAMINE) Examen Isidoro lib. 16. est fi-
lum medium, quo trutinæ statera regitur, & lances æ-
quantur. Festus. examen est & æquamentum, & iudicii
inuestigatio, & apum congregatio, vel locustarum.

QVEM DAMNET LABOR) quem morti destinet.

B Poeta exponit hoc ipsum verbis sequentibus, & quò ver-
gat pondere lethum.

TREPIDIQVE LATINI) Cur trepidi Latini, cùm po-
tius læti esse debuerint? Sed nimia Æneæ ostenditur
virtus: namque naturale est, vt sociis timori sit, inferioris
audacia. Vnde nunc Latini sunt territi ex eo, quod su-
periorum ferire ausus est Turnus. Seruius.

ARRECTÆQVE AMBORVM ACIES) in spem, & me-
tum.

AT PERFIDVS ENSIS) Snprà lib. 6. *fidum capiti sub-
duxerat enssem, & lorica fidelis.* German.

FRANGITVR) vt gladius Menelai. 3. Iliad.

PATRIO MUCRONE RELICTO) paterno, quo pater
C Daunus antè vsus fuerat, & de quo initio libri huius.
*Ensem quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat, & stygia candentem tinxerat vnda.*
Seruius.

ARMA DEI AD VVLCANIA) de quibus lib. 8.

MORTALIS MUCRO) mortali manu factus.

- Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus:
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes.
Vndiq; enim densa Teucri inclusere corona:
745 Atque hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minus Æneas (quanquam tardante sagitta
Interdum genua impediunt, cursumq; recusant)
Insequitur, trepidiq; pedem pede feruidus vrget.
Inclusum veluti si quando in flumine nactus
750 Ceruum, aut puniceæ septum formidine pennæ

liij *

Vena-

Venator cursu canis, & latratibus instat.

Ille autem insidiis, & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitq; vias : at viuidus Vmber
Hæret hians, iam iamq; tenet, similisq; tenenti
755 Increpuit malis, morsuq; elusus inani est.

VNDIQUE ENIM DENSE TEVCRI) Strategema est: A nam postquam Turnum videre fugere Troiani, clausere loca, per quæ euadere poterat.

CYRSVMQVE RECVSANT) id est, retardant, quia impediēbat ea vulnus illatum sagitta: claudicabat enim nonnihil inde Æneas.

INCLVS. VELVTI CERVVM, AVT PVNICEÆ) De penna punicea vide 3. Georg. ibi, *Puniceæ agitant panidos formidine penna*. Dicam paucis. Venatores *formidinem* vocant quandam lineam, varios variarum plumarum nexu colores habentem. Ex ea varietate vocatit Oppianus *δύμα πολύχρονον, & δειμαλίνον μέγιστον*.

Iterū nihilominus hoc loco ex Pierij Ceruo quædam mutuabimur, lib. 7. Ceruus præterea penna punicea, stuporem, & formidinem *ἱερουλοφικῶς* significat. Ad aspectum harum pennarum, attoniti prorsus stupent, & costernantur, nec aliter eas paudent, quam elephantum colorem album, tauri phœniceum, ac rubicundum, tygres tympanorum sonitum, vrsi, leonesue mappam, amiculummū in caput iniectum. Dant hoc nonnulli animalis stoliditati, & ingenito cuidam stupori, qui ei de re qualibet oriatur. Natura omnino sunt meticolosi, quia frigidi. Ed enim formidolosiora sunt animalia secundum physicos, quo frigidiora. Ceruos esse

A frigidus, eorum lachryma dulcis argumento est, quæ saluginosa est apris, calore pollentibus. Hinc illi fugiunt, hi generosè resistunt. Lucret.

*Est & frigida multa comes formidinis aura,
Quæ ciet horrorem membris, & concitat artus.*

Idem infra.

*At ventosa magis cernorum frigida mens est,
Et gelidas citius per viscera concitat artus,
Quæ tremulum faciunt membris exsistere motum.*

Hanc doctrinam secutus Horatius ait Ode 15. lib. 1.

*Quem tu ceruus uti vallis in altera
Visum parte lupum, graminis immemor
Sublimi fugies, mollis anbelitu.*

B Et Græci *ἱερουλον ἀνδρα* dixerunt pro maximè formidoloso. Hæc Pierius.

VENATOR CANIS) pro venaticus.

HÆRET HIAN, IAM IAMQVE TENET, &c.) Hi duo versus ad verbum sunt translati de Apollonio, notat Seruius. Ouid. 1. Metamorph. de cane leporem insectante.

*Ut canis in vacuo leporem cum Gallus aruo
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem:
Alter in hesuro similis, iam iamq; tenero
Sperat, & extento stringit vestigia rostro.*

TVM VERO EXORITVR CLAMOR, ripæq; lacusq;
Responsant circa, & cælum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quemque vocans, notumq; efflagitat ensem.

760 Æneas mortem contrà, præsensq; minatur
Exitium, si quisquam adeat: terretq; trementes,
Excisurum urbem minitans, & saucius instat.
Quinque orbes explent cursu, totidemq; retexunt
Huc, illuc: NEC ENIM LEVIA, AVT LVDICRA PETVNTVR.

765 PRÆMIA, sed Turni de vita, & sanguine certant.

TVM VERO EXORITVR CLAM.) Spectantium clamor tollitur, & per echo redditur: quippe ad ripas, ad lacus: & videntur tanquam tonitrua mitti. Turnus cum ei Æneas insisteret, increpabat suos, & appellabat nominibus propriis, illius ensis auxilium quærens, quem dimiserat trepidans: sed dare nullus audebat: Æneas enim mortem minabatur, si quis accessisset. Donatus.

RIPÆQVE LACVSQVE RESPONS. CIRCA) lib. 5. *vocemq; inclusa volutant Littora, pulsati cœli clamore resulant.*

CÆLVM TONAT OMNE TVMVLTV) Alibi, *cælum tonat omne fragore*. Plaut. Amphit. *boat. cælum fremitu virum.*

NOTVMQVE EFFLAGITAT ENSEM) Efflagitare est valde flagitare. Et tamen flagitare est vehementius instare. Cic. pro Quintio. Tamen quia causa postulat, non flagitat, præteribo. Si quis, inquit Vlpianus, alienam ancillam surripuerit, & flagitauerit (sic enim legendum

C pro, flagellauerit) hoc est, si etiam ancillam surreptam stuprum flagitauerit, id est, & destupro vehementius, instantiusque appellauerit. Cic. in Philipp. Serius hunc vestitum pop. Rom. dedimus, quam ab eo flagitati sumus. Flagito *ἐσχαλῶ, ἀξίω, λιπαρόν, & περισσολιπαρόν* significat. Hæc Budæus annotat. postea. in Pand.

EXCISVRVM VRBEM MINITANS) supra. *Urbem hodie, cassam belli, regna ipsa Latini Ernunt.*

SAVCIVS) adhuc aliquantulum ex vulnere claudicans.

RETEXVNT ORBES) Retexitur iter, si per idem redeatur.

LVDICRA PRÆMIA) sunt vilia, & digna ludo. Vita autem & sanguis, sunt præmia valde seria, & quibus nec est, nec esse debet cuiquam nostrum charius. Deus semper excipio, cui in amore nihil est anteponendum, ne ipsa quidem anima. ✠

Forte

Fortē facer Fauni foliis oleaster amaris
Hīc steterat, nautis olim venerabile lignum:
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti diuo, & votas suspendere vestes.

- 770 Sed stirpem Teucris nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro vt possent concurrere campo.
Hīc hasta Æneæ stabat: huc impetus illam
Detulerat, fixam & lenta in radice tenebat.
Incubuit, voluitq; manu conuellere ferrum
- 775 Dardanides, teloq; sequi, quem prendere cursu
Non poterat. Tum verò amens formidine Turnus:
Faune precor miserere, inquit, tuq; optima ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores,
Quos contrā Æneadæ bello fecere profanos.

FORTE SACER FAVNO, FOLIIS OLEAST.) Ab vsu, & A cet, olim nautis lignum venerabile, vbi naufragij discrimine ere-
religione describitur oleaster.

VENERABILE LIGNVM siue propter antiquitatem, siue propter dona votiuā, quæ ibi suspendebantur, vt sequitur.

SERV. EX VNDIS lib. 3. *Servatum ex vndis Strophadum me littora primum Accipiunt.*

VBI FIGERE DONA SOLEB.) Hoc ego non temere Virgilium scripsisse existimaui, sed ex ritu priscae superstitionis, præcipuè Græcorum, qui ante fana in oleastris suspendere dona solebant, & affigere: illius enim arboris viuacitas tanta est, vt si multis configatur clauis, nihil tamen lædatur. Aristoph. Pluto. ὥσπερ κοτίνῃ περισπα-
ταλίσω τούτοις. Id est, ceu oleastro affigā isti. Theophrast. B
lib. 5. historiz plant. cap. 3. ὥσπερ ἡ περὶ τὸν κοτίνον συνέβη
τὸν ἐν μαρίσιν τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὃ ἡ ἐκκοπέντῃ λόγων ἦν ἀλῶ-
ναι, ἡ διαρπαδῆναι τὴν πόλιν ὥσπερ ἐγένετο ὑπὸ δημοτελεῖν. ἐν
τῷ τῷ διασχιζομένῃ κημίδας ἐνέειδεν, ἡ ἀλλ' ἅττα τῆς ἀτ-
τικῆς ἐργασίας ὃ ἀντιέδωτο πρῶτον ἐκκοιλαδέντῃ. Ad eum
alluisse Græcorum ritum Maronem existimem, cum
perstudiosus Græcorū imitator fuerit. Turneb. li. 8. c. 16.

Solebant etiam qui naufragium fecerant, casum naufragij sui in tabula pingendum curare, eamq; tabulam è pariete templi suspensam, vnā cum vestimentis, in quibus fuerant seruati, Neptuno consecrare. Quod idem & hodie fieri solet, præterquam quod D. MARIE vel alicui Diuo hic honos habetur. Vnde Horatius ἀ-
ληγεικῶς, cum amores expertus esset non admodum
secundos, & quasi naufragium in iis fecisset, & significa-
re vellet, se iterum ad eundem scopulum nauim suam
non appulsurum, ita scripsit Ode 5. lib. 1.

----- *me tabula sacer*
Votina paries indicat vnda
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo.

Vocatur autem tabula votiuā tum hoc loco, tum Sat. 1. lib. 2. quòd sit vota, seu quia ex voto suspenditur in fanis. Lamb. in Horat.

Proprie dona figi dicebantur. Seruius Æneid. 3. ad illud *Postibus aduersis figo*, proprie locutum Virgiliū adnotat. Figi enim, ait, dona dicuntur, vt *sacra ad fastigia fixi*. Propert. eleg. 11. lib. 2. *Magna ego dona tua figam Cytherea columna.*

VOTAS SUSPENDERE VESTES) Caue legas *notas*. Votas autem intellige voto promissas, eo modo, quo iā ex Horat. & Lamb. diximus.

Fuerit ergo hic Virgilianus oleaster foliis amaris, Fauno sa-

cer, olim nautis lignum venerabile, vbi naufragij discrimine ere-
pri, aut ex ipso etiam naufragio seruati, quæ vouissent, eidem deo
captipedi dona, ac vestimenta testimonio suspēderēt: nobis Chri-
stianis hanc vitam miseram viuētibz, & velut mare quoddam va-
stū, vndis onum, importuosum nauigantibus, propositum est aliud
lignum, & quidem venerabilissimum, cui dona, vestesque, salutis
adeptæ indices suspendamus, sacrum IESV CHRISTO SALVA-
TORI, qui ab eo conuulneratus, ac moribundus pendit, suāq;
morte naufragantibus incolumitatem ac portum cōcilauit. Cu-
ius folia semper virentia, nec, vt oleastri, amara, sed dulciā potius,
sicut ipse fructus longē dulcissimus,

Cruce fidelis inter omnes, arbor vna nobilis:

Nulla sylua talem profert fronde, flore, germine.

Dulce lignum dulces clauos, dulce pondus sustinet.

In versibus de Passione Domini, Lactantio adscriptis, cum ita sit,

Flecte genu, lignumq; crucis venerabile adora

Flebilis, innocuo terramq; cruce dentem

Ore petens humili, lacrymis suffunda suboris,

quidam sacrilegus ita edendum curauit, *Flecte genu, innocuo ter-
ramq; cruce madentem, &c.* Notauit post Alan. Copum. Iacob.
Gretserus noster, è cuius lib. 1. de Cruce, quam sit lignum hoc ve-
nerabile, perfecte doceberis.

Nullo discrimine siue intuitu religionis, siue scrupulo, vt nos dicimus.

Puro concvr. campo) purus locus in vrbe, vbi nullum est ædificium, vbi nihil est ædificatum, vacuus locus ab ædificiis. Hic purus campus, apertus, non impeditus.

Hic hasta Æneæ stab.) Tenebatur hasta Æneæ illius oleastri trunco tanquam morsu, & de ligno, adhuc viridi educi non poterat facile, vt necesse esset luctari. Volebat autem volucris ictus celeritate sequi Æneas, quem assequi cursu non poterat. Tum Turnus amens factus, & intelligens quid sibi pararetur, Tu Faune, inquit, & tu terra miserere contra eos, qui vos quoq; crediderūt bello esse appetendos, & cultus vestros ausi sunt profanare. Per occasionem certaminis nostri non recipiat Æneas ferrum, nec sinatur excludere, quod in exitium vestri cultoris extorqueat. Donatus.

Fixam et lenta in radice ten.) plenum est, quam radix fixam tenebat.

Amens formid.) vix apud se erat præ formidine.

Opt. fer. ter. tena) pro *Tellus*. elementum pro dea posuit.

Bello fecere profanos) Trebatius profanum id proprie dici ait, quod ex religioso, vel sacro in hominū vsum, proprietatemq; cōuersum est, q; vel apertissime poeta hic seruauit. Dixerat enim, *sed stirpem Teucris nullo discrimine sacrum Sustulerant*. Vnde ostendit proprie profanum esse, quod ex sacro promiscuū humanis actibus commodatum est. Macrobi. lib. Saturn. 3. ca. 3.

DIXIT,

- 780 DIXIT : OPEMQUE DEI NON CASSA IN VOTA VOCAVIT.
 Namque diu luctans : lentoq; in stirpe moratus,
 Viribus haud vllis valuit discludere morsus
 Roboris Æneas. Dum nititur acer, & instat,
 Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci
 785 Procurrit, fratriq; enssem dea Daunia reddit.
 Quod Venus audaci nymphæ indignata licere,
 Accessit, telumq; alta ab radice reuellit.
 Olli sublimes, armis, animisq; refectioni,
 Hic gladio fidens, hic acer, & arduus hasta,
 790 Assistent contra, certamine Martis anhelii.

OPEMQUE DEI NON CASSA IN VOTA) Quod locutus est, inquit, deprecans, non frustratum est : nam mox ei affuit deprecanti auxilium. dicit quomodo. *Non cassa vota*, sunt non irrita, non carentia profectu.

DISCLUDERE MORSVS) tenacitatem radicis, mordicus tenentis hastam.

RVRVS IN AVRIGÆ FACIEM MUT.) Quod hic duobus verbis, supra pluribus, & distinctius. *Cuncta gerens, vocemq;, & corpus, & arma Metisci.* Plaut. *In faciem versus Amphitruonis Iupiter.* Et rursus eadem sententia, verbis paulum mutatis, *Mutavit sese in eius formam coniugis.* Deniq; in ipso prologo. *In Amphitruonis versis sese imaginem, Ego serui sumpsi Sosia mihi imaginem.*

A Et *Sosia seruum, cuius ego hanc fero imaginem.* En tibi Plautinam copiam. Est enim Comicus ille sermonis ditissimus. 34

DEA DAVNIA) Iuturna Dauni filia, Turni soror.

AVDACI NYMPHÆ) Vbicunque inducit nitentem aliquem sine effectu, audacem nominat.

OLLI SVBLIMES, ARMIS) nam contra ob armorum inopiam animi utriusque torpebant: *refecti animis* propter recuperata arma.

ASSISTUNT CONTRA CERTAMINE) *Assistent* lego, non *insistent*, ut quidam. Sic supra de Camilla, *paribusq; assistit in armis.* *αεγαστοί τε.* German.

- Iunonem interea rex omnipotentis olympi
 Alloquitur, fulua pugnans de nube tuentem.
 Quæ iam finis erit coniux? quid denique restat?
 Indigetem Æneam scis ipsa, & scire fateris
 795 Deberi cælo, fatisq; ad sidera tolli.
 Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus hæres?
 Mortalin' decuit violari vulnere diuûm?
 Aut enssem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
 Ereptum reddi Turno? & vim crescere victis?
 800 DESINE IAM TANDEM, PRECIBVSQUE INFLECTERE NOSTRIS:
 NEC TE TANTVS EDAT TACITAM DOLOR, & mihi curæ
 Sæpe tuo dulci tristes ex ore recurrent:
 Ventum ad supremum est. terris agitare, vel vndis
 Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
 805 Deformare domum, & luctu miscere hymenæos:
 Vltius tentare veto.

DE NUBE TVENTEM) ætri enim præsidet Iuno.

INDIGETEM ÆNEAM DEB. CÆLO) *De hac Tibull. eleg. 6. lib. 2.*

Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici
 Vnda deum cælo miserit indigetem.]

Indigetes dij duplici ratione dicuntur : vel secundum Lucretium, quod nullius rei egeant, qui ait, *nostra nihil indaga cura* : vel certè indigetes sunt dij ex hominibus facti, & dicti indigetes, quasi in diis agentes. Ista Servius.

Fuere qui indigetes putarent eos, quos indigitari, hoc est, vocari, & nuncupari nefas esset, atque hos eos deos fuisse, in quorum custodia essent vrbes, gentesq;. Alij dicunt, si indigitare invocare est, deos illos indige-

B tes esse, qui invocati faciles sint, & præstò adfint. Alij putant indigetes appellari, quasi in loco vel geniti, vel degentes, & magis propitij patriæ, loco, & ciuibus. Gyrald. Syntag. 1. * Adde. *Indigetes Græci ἀνθρωποδύποις, ὅτι πάλιν, ἀνθρώποι, δούποις, πάλιν, ἰγγυίς, ἰπποδύποι.* *Latinus lib. 1. de Ænea. Secundum inde præsum Latinus, Ænea etiam glitimum operum mortalium fuit. Sicut est, quemcumque cum dici ius, suus est, super Numicum flumen. Iovem indigetem vocant. In calio translatus in Æneam promissis Veneri Iupiter lib. 1. sublimemq; feres ad sidera cæli Magnanimum Æneam. Vnde ibidem a nobis annotatum.*

MORTALI VVLNERE DIVVM) non ethali, sed aut quo mortales laborant, aut à mortali illato. Et *divum*, subaudi futurum.

QVID

QVID ENIM SINE TE IVT. VALERET?) Paten-
thesis est. Poterat enim se excusare Iuno, nihil se fecis-
se commemorans: sed eam auctorem Iupiter fuisse di-
cit, propter illud, *Auctor ego audendi*. Servius.

PRECIBVSQVE INFLECTERE NOSTRIS) Epilogus
à benigna admonitione, ut ab incepto desistat: & ad-
miseret affectus blandos, ut ferocem alioqui animum
permolliat.

NEC TE TANTVS EDAT TAGIT. DOLOR) Sic Cice-

ARO, *Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans*. Horat.
si quid Est animum, differi curandi tempus in annum. A-
ristoph. in Vesp. *μὴδ' ὅτ' αὐτὸν ἴσθης, μὴδ' ἀγανάκτην*.
German. Adde Homer. Iliad. ζ. *ὃν θυμὸν κατέδωκε*. Cor
ne efficit, Pythagoræ symbolum.

TERRIS AGITARE VEL VNDIS) *συναθροισμῶν*, hoc
est, congeriè malorum, quibus vexarit Troianos, mo-
uet pathos, Et videtur dicere, amplius non potes, vin-
cunt enim fata.

— sic Iupiter orsus:

Sic dea submisso contrà Saturnia vultu.

Ista quidem, quia nota mihi tua magna voluntas,
Iupiter, & Turnum, & terras inuita reliqui.

810 Nec tu meaëria solam nunc sede videres
DIGNA INDIGNA PATI: sed flammis cincta sub ipsa
Starem acie, traheremq; inimica in prælia Teucros.
Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri
Suasi, & pro vita maiora audere probavi:

815 Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum.
Adiuro Stygij caput implacabile fontis,
Vna superstitio superis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidem, pugnasq; exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,

820 Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:
Cum iam connubiis pacem fælicibus (esto)
Component, cum iam leges, & fœdera iungent:
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucrosq; vocari:

825 Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes.
Sit Latium, sint Albani per sæcula reges:
Sit Romana potens Italia virtute propago.
Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troia.

SVBMISSO SATVRN. VVLTV) Verecundè agit, quò B Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deserturum. *Qui
autem hanc Vocem in eo pronunt cum iusiurandum exigitur, haud
latissime loquuntur. Homeri locus est Iliad. o.*

ISTA QVIDEM QVIA NOTA MIHI) Iuno sciens fatū
esse, quidquid Iupiter dixerit, se cedere eius volunta-
ti asserit: nam agit, ut conciliet sibi fauorem eius ad pe-
titionem futuram. Servius.

DIGNA INDIGNA PATI) id est, omnia. Et prouerbia-
liter dictum est. Plaut. Capt. *Indigna digna habenda
sunt, herus qua facit.*

NON VT TELA TAMEN, NON VT CONT.) Hoc loco
quasi Iuturnam iecisse sagittam significat: sed ut supra
diximus, possumus accipere ipsam fecisse, quod alter, in
eius gratiam, tela in Æneam contorserit. Servius.

ADIVRO STYGII CAPVT) Adiuro pro iuro: nam *ἀδύρ-
στου* est. Quidam tamen volunt, iuro tunc dici debere,
cum confirmamus aliquid, aut promittimus, ut, iurò
me facturum. *Adiuro* verò, cum negamus, ut adiuro
me non posse, non fecisse. Terent. *Adiurat se non posse
apud vos Pamphilus absente perdurare*. Potest tamen &
ad, valde significare. Servius. * *Verbum adiuro idem est quod
iuro, tamē, quod exempla demonstrant semper cum negatione poni-
tur. Cic. ad Q. F. Adiurat Proclius, hoc nemine accidiſſe. Ad As-
tium. Pompeius affirmat: non esse pericula adiurat. Terent. And.*

Ἰς αὖ τὸν τόδ' αἶψα, καὶ ἄρ' ἔτι θυμὸν ὕψιστον,
καὶ τὸ καὶ βόρ' αὖτος ὕψιστον, ὅτι μάλιστα
ὄρεται, ἀνέκτατος τι πῖλον κρατίζεισι δίδωσι.

Videtur memoria lapsus Lactant. lib. i. cap. ii. dum
duos hosce versus, *Adiuro Stygij*, & sequentem Ioui
tribuit, qui à Iunone pronuntiantur: sed tamen eius
quod sequitur de superstitione parum interest, à quo
deo, dummodo à deo per Stygiam paludem iusiuran-
dum concipiatur: quod ille sapienter ita reprehendit.
Quæ est ista superstitio? aut à quo reddita? Est ergo ali-
qua potestas maxima, quæ peierantes deos puniat. Que
tanta est formido paludis infernæ, si sunt immortales?
quid metuunt eam, quam visuri non sunt, nisi quos mo-
ri necesse est? Quid igitur homines oculos suos in cæ-
lum tollunt? quid per superos deierant, cum ipsi supe-
ri ad inferos deuoluantur, ibique habeant, quod vene-
rentur, & adorent?

CEDO EQ. PVGNASQVE EXOSA RELINQ.)
In vitis nobilium, quæ multa recenset Tiraquell. de
Nobilit. cap. 23. hoc quoque vnum, quod leuissima
qua; occasione offenduntur, in irâ, & conuitia conci-

liij * 3 tantur

tantur. Et quamvis videantur, & profiteantur se ignoscere, tamen iræ sunt tenacissimi, & in vindictam, si occasio se obtulerit, pronissimi. Hoc Calchas de regibus. I. Iliad. autumat. Sic Iuno hîc inducitur, tanquam Troianis omnem offensam concedat. Et tamen haud multo post ab Ioue quippiam petit, quod illis vehementer obesset. Ex quo & Iupiter ipse ita illi respondet, *Irarum tantos volvis sub pectore fluctus*. Quasi adhuc iræ durerent, tamen si ante dixisset, se eas deponere. Huc spectat etiam illud è I. *Æneid. manet alta mente repostum. Iudicium Paridis*. Hæc Tiraquell.

FATI LEGE) Benefati: nam victoriæ lex est, ut victi cedant in habitum, nomenq; victorum.

PRO MAIESTATE TVORVM) Respexit ad Saturnum, quialiquando in Italia regnauerat: vnde ait, *tuorum*. Nam & Latinus inde originem ducit, vt, *Fauno Picus pater, isq; parentem Te Saturne refert, tu sanguinis*

ultimus auctor. Seruius. * *Quid sit maiestas, quid ledere, minuire, soluere, retinere, constituere maiestatem, enucleatè docuit Budam annotat. poster. in Pandectis. Maiestatis reatu tenentur (Verba Isidori lib. 5. cap. 26.) qui regiam maiestatem deseruerunt, vel violauerunt, vel qui tempus prodiderunt, vel cum hostibus conferunt. Lasa maiestatis crimen dicebatur quoq; impietas: exempla multa in Tacito. Sueton. cap. 10. in Domitiano, cum ait impiè locutum patrum, intelligit lassè maiestatem.*

ESTO) Consentit, sed inuita.

NE VETVS INDIGENAS NOMEN MVLT. LAT.) Liuius, Latij indigenas ante aduentum Æneæ Aborigines dicit fuisse appellatos.

AVT VOCEM MVLTARE) sermonem, linguam.

SIT ROM. POT. ITALIA VIRTUTE) Hoc videtur dicere, si fataliter imminet, vt à Troianis origo Romana descendat, Troiani Italarum nomen accipiant, vt Romani de Italis, non de Troianis videantur esse progeniti. Seruius.

Olli subridens HOMINVM, RERVMOVE REPERTOR.

830 Es germana Iouis, Saturniq; altera proles:

IRARVM TANTOS VOLVIS SVB PECTORE FLVCTVS.

VERVM AGE, ET INCEPTVM FRVSTRA SVBMITTE FVROREM:

Do quod vis, & me victusq; volensq; remitto.

Sermonem Aufonij patrum, moresq; tenebunt:

835 Vtq; est, nomen erit: commisti corpore tantum

Subsident Teucris, morem, ritusq; sacrorum

Adijciam: faciamq; omnes vno ore Latinos.

Hinc genus, Aufonio mistum quod sanguine surget,

Supra homines, supra ire deos pietate videbis.

840 Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores.

HOMINVM, RERVMOVE REPERTOR) Acerrimus, idemque eloquentissimus gentilitatis, seu falsæ religionis accusator, atque contemptor Lactant. lib. 1. cap. 11. Quomodo potest deus videri (Iupiter) aut, vt ait poeta, *hominum, rerumq; repertor*, ante cuius ortum infinita hominum millia fuerunt? Eorum scilicet, qui Saturno regnante vixerunt, ac priores luce, quam Iupiter sunt potiti.

ES GERMANA IOVIS, IRAR. TANT. VOL. FLVCT.) Soror Iouis es, id est, Saturni filia. Vnde non mirum, tantam te retinere iracundiam sub pectore: nam scimus vnumquemque pro generis qualitate in iram moueri. Reliqua superius ex Tiraquello iam legisti, qui à Seruio transtulit.

Eadem phrasi, irarum fluctus voluere, vsi sunt quoque alij scriptores idonei. Lucret. 6. *Voluere curarum tristes sub pectore fluctus*. Rursum. *Constitues magnos irarum voluere fluctus*. Liuius lib. 35. de Philippo. Nolle se spiritus eius, nosse animum: scire, ferarum modo, quæ claustris, aut vinculis teneantur, ingentes iam diu iras eum in pectore voluere.

DO QVOD VIS) Blandè concedit Iunoni, quod alioqui sponse sua facturuserat, vt gratiâ ineat. Seruius.

SUBSIDENT) remanebunt, latebunt quasi demersis, & oppressis, Latinorum scilicet multitudine: vt, *galeasq; ima subedit Acestes*. Seruius.

RITVSQVE SACRORVM ADIJCIAM) Verum est: nam sacra matris deum Romani Phrygio more coluerunt. Seruius.

VNO ORE) vno nomine, & lingua.

SVpra HOMINES, SVpra IRE DEOS PIETATE) Vide vt Romanis summam pietatis laudem tribuat. Propert. lib. 3. eleg. 21. laudans Romanæ vrbis maiestatem, virtutem, potentiam, inter alia sic ait, quod quidem huc spectet.

*Nam quantum ferro, tantum pietate potentem
Stamus, vitricem temperat ira manus.*

Historiæ Romanæ periti, quam verus poeta noster fuerit, iudicabunt. 34

NEC GENS VLLA TVOS ÆQVE CELEB. HONORIS) De culta à Romanis Iunone hæc German. Scilicet magno apparatu Iunonis festa Romæ celebrari cœpta, quæ Græcis ἱπῆα, matronis præsertim in magna

Derant religione, templo deæ insigni in Auentino posito: vnde & Iunonem inter propensa, propitiæque Romanis numina exequitur Valer. lib. 1. cap. de miraculis, his verbis: Nec minus voluntarius Iunonis in urbem nostram transitus. Captis à Furio Camillo Veis, milites iussu Imperatoris simulacrum Iunonis Monetæ, quibî præcipua religione cultum erat, in urbem tralaturi, sede sua mouere conabantur: quorum ab vno per iocum interrogata dea, an Romam migrare vellet, velle se respondit. Hac voce audita, lusus in admirationem versus est: iamque non simulacrum, sed ipsam cælo Iunonem petitam portare se credentes, læti in ea parte montis Auentini, in qua nunc templum eius cernimus, collocauerunt. Hæc German. Scipio etiam Æmilianus tertio bello Punico simulacrum Iunonis solennibus quibusdam carminibus euocatum, Carthagine Romam aduexit.

Annu-

Annu it his Iuno, & mentem lætata retorſit.

Interea excedit cælo, nubemq; relinquit.

His actis, aliud genitor ſecum ipſe volutat:

Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.

845 Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ,
Quas, & tartaream Nox intempeſta Megæram
Vno, eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit
Serpentum ſpiris, ventolaſq; addidit alas.

Hæ Iouis ad ſolium, ſæuiq; in limine regis

850 Apparent, acuuntq; metum mortalibus ægris:
Si quando lothum horrificum, morboſq; deûm rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes.

Harum vnam celerem demittit ab æthera ſummo
Iupiter, inq; omen Iuturnæ occurrere iuſſit.

855 Illa volat, celeri q; ad terram turbine fertur:
Non ſecus ac neruo per nubem impulſa ſagitta,
Armata ſæui Parthus quam felle veneni,
Parthus, ſiue Cydon, telum immedicabile torſit,
Stridens, & celeres incognita tranſilit umbras.

860 Talis ſe ſata Nocte tulit, terrasq; petiuit.

MENTEM LÆTATA RETORSIT) *Mentem retorſit*, ex Homero, qui ſæpe *ῥῆν μῆλας πλῆον*: mentem mutauit, inflexit, conſilia in melius retulit, vt lib. I. dicitur.

GENITOR SECUM IPSE VOLUTAT) *Æneid. I. Talia flammas ſecum dea corda volutans.*

GEMINÆ PESTES COGNOM. DIRÆ) A deſcriptione furiarum dilatatio narrationis. Deſcribit eas à parentibus, natali, habitu, ſede, in qua cubant, & earum propriis operibus, officiis ſiue effectibus. Sophocles in Colon. *οὐραὶ δ' αἰεὶ*, hoc eſt, Diras, & Eumenidas γῆρ, *καὶ οὐδ' ἑ* filias facit. Suas autem ſuperis, inferisq; furias eſſe, ex hoc loco oſtendit poeta, Dirarum matrem Noctem faciens, cum earundem Heſiod. vt Sophocles, Terram matrem cecinerit in Theogon.

VNO EODEMQVE TULIT PARTV) Sic Propert. eadem ſyllabæ contractione uſus eſt, lib. 4. eleg. 7.

*Eoſdem habuit ſecum, quibus eſt elata capillos,
Eoſdem oculos: lateri veſtis aduſta fuit.*

German.

IN LIMINE REGIS APPARENT) Ad apparitores magiſtratum, aut principum alludit. Vnde & Gell. lib. 2. poſteaquam liſtor, qui apparebat, intellexit, &c. Eſt autem verbum iuris. Cic. in epiſt. homo qui nunquam in foro apparuerit, nec ſit in iudiis verſatus. Ita Germanus. Liuius lib. 2. quatuor & viginti liſtores apparere conſulibus. Et lib. 3. collegis nouem ſinguli accenſi apparebant. Æmilii Probus in Eumene. Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, cū ab anno viceſimo, ſeptem annos Philippo apparuiſſet, hoc eſt præſto, & ad manum fuiſſet.

Appariſtor nominatus, inquit Iſid. lib. 10. quod appareat, & videatur, & præſto ſit ad obſequium. De his multa in iure ciuili. Officium, ac miniſterium eorum Iureconſ. apparitura dicitur,

Apparitores, inquit Budæus in Pand. ſunt mini-

Aſtri apparituram magiſtratibus facitantes multiplici, ac diſtincta functione: *οἱ μαεστῖμοι τοῖς ἐν ἀλῆσιν*, hoc eſt, qui præſto ſunt magiſtratibus ad imperia accipienda, & exequenda.

HARVM VNAM CELEREM DEMISIT AB ÆTHERE) Non eſt ſuperuacuum quod in deſcriptione Dirarum facta eſt alarum mentio: quomodo enim ex æthere poſſent demitti, aut peruenire celeriter ſine pennarum ſubſidio? Ex duabus vnam demisit, tam deſteſtabilis enim vtriuſque natura, vt implendi triſtibus etiam vna ſufficeret. *Celerem* dixit, non quod alæ eſſent ſegnes, ſed vt quod erat factura, celerius faceret, & imple-ret. Donatus.

B INQVE OMEN IVT. OCCVRR. IVSSIT) Iuturnæ iuſſit occurrere, vt ei omen fraternæ mortis efficeret. Deſcendit autem, vt ſolet ſagitta deſcendere.

ARMATAM SÆVI PARTHVVS QVAM FELLE VENE.) *Armata* tinctam, imbutam, oblitam. *Felle veneni*, ſucco venenato & fellis inſtar amari. Lucan. de Parthis, *Spicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro,
Stridula ſed multo ſaturantur tela veneno.*

Seneca Med. de Arabibus. *Et quæ ſagittas diuites Arabes linunt.* Sagittas veneno linebant non modo Parthi, & Arabes, ſed Itali quoque, teſte Virgil. lib. 9. & 10. Græci, teſte Homero Iliad. 4. Daci, Dalmatæ, teſte Paulo Ægineta lib. 6. cap. 88. Gyrchzi, auctore Theophrasto lib. 9. plant. hiſtor. Æthiopes, auctore Nicandro in Alexipharm. Scythæ, teſte Ouid. de Pontô, Plinio li. 12. Galli, teſte Ariſtot. de admirab. narrat. Denique & omnes Barbari, ſi credimus Dioſcoridi lib. 6. Colle-git hæc M. Ant. Delrius, Aduerſ. in Senecam.

TRANSILIT VMBRAS) hyperbole, namq; umbræ ſemper tela comitantur.

TALIS SE SATA NOCTE) tali celeritate, & ſtri-

Postquam acies videt Iliacas, atq; agmina Turni,
Alitis in parvæ ſubitò collecta figuram:

Quæ

Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.

- 865 Hanc versa in faciem Turni se, pestis, ad ora
Fertq; refertq; sonans, clypeumq; euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor:
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.

ALITIS IN PARVÆ COLLECTA FIG.) Vbi venit Amani apud Fabium arcebant magis, quam conferebant ad locum, in quo gerebatur inter Æneam, & Turnum certamen, & uterque exercitus aderat, repente in alitis parue, noctuæ formam sese conuerit: cui mos est aut in bustis sedere per noctem, aut in desertis culminibus feraliter canere. Huius omnis solet esse bubo, vel noctua, quæ non nisi funereum, luctuosumq; significant. Itaque in huius alitis figuram pestis illa conuersa, non cessabat ante faciem Turni transire, & eius clypeum alis vi quatere. Hoc cum videret Turnus, intellecto quod omnia significarentur extrema, nouo torpore dissolutus est. Donatus.

SERVM CANIT IMPORT. PER VMB.) Serum canit, Seruius, triste: ut illud, *Seraq; terrifici cecinerunt omina vates*. Serum diei latine, & eleganter dicimus. Salust. Catilin. Etiam diei serum erat. Liuius lib. 10. Ro-

pugnam, extrahebaturque in quam maximè diei serum. Sueton. in Othone Syluius. ac in serum usque patente cubiculo. Et in Aug. in serum dimicationis protracta, ut in naui victor pernoctauerit. Erythræus.

MEMB. NOVVS SOLVIT FORMID. TORPOR.) *Nouus torpor*, est magnus, ingens, singularis torpor, ea enim vis subiecta sub hoc verbum est, quod alibi docuimus. Dicuntur autem membra solui formidine, quia qui formidant, tremunt: qui tremunt, videntur non coherere membris, & quasi ruinam minitari. De moriente etiam dixit, *ast illi soluantur frigore membra*. Et de frigente i. *Æneid. Exemplo Ænea soluantur frigore membra.*

ARRECTÆQUE HORRORE COMÆ) Homer. *lliad.* α. ὀρθαὶ δὲ τείχεσ' ἔσαν. Et ὀρθαὶ Ἐσχύλο ὀρθοί τε.

- At procul ut Diræ stridorem agnouit, & alas,
870 Infelix crines scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.
Quid nunc te tua, Turne, potest germana iuuare?
Aut quid iam miseræ superat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? TALIN' POSSVM ME OPPONERE MONSTRO?
875 Iam iam linquo acies. ne me terrete timentem
Obscænæ volucres: alarum verbera nosco,
Lethalemq; sonum. nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis. HÆC PRO VIRGINITATE REPONIT?
Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
880 Conditio? possem tantos finire dolores,
Nunc certè, & misero fratri comes ire per umbras,
Iam mortalis ego: HAVD QUIDQVAM MIHI DVLCI MEORVM
TE SINE FRATER ERIT. ô quæ satis ima dehiscat
Terra mihi, manesq; deam demittat ad imos?
885 Tantum effata, caput glauco contextit amictu,
Multà gemens, & se fluuio dea condidit alto.

AT PROCVL VT DIRÆ STRIDOREM) Visa Diræ, C etiam luctum immortalem creauit. Beata, & felix essem, pro mortuo iam deplangit fratrem Iuturna, tantum eius volucris omen nouerat. Est autem planè dulcis, & amoris sororij plena querimonia. Ex præteritis, inquit, frater mi laborem meum probare potuisti: feci omnia pro salute tua. Sed nunc quid excogitem, quam potior inimicus expugnat? quid agatur, ipse cognoscis. Cessat omnis subueniendi subtilitas, quando vrgent extrema perituum. Inexpugnabile monstrum est istud, nec villo potest superari remedio. Subnectit eadem Iuturna *πρωτοφῶν*, in qua plenius animi sui dolores exponit. Ac per indignationem, hoc cene, inquit, est præmium, quod mihi pro crepto virginitatis honore contulit? Vitam æternam dedit, deam immortalem fecit, & ita mihi e-

si ista felicitate carerem. Non est mihi honor immortalitas, sed pœna grauissima. Nihil potest mihi esse dulce sine te, mi frater. Utinam præ isto beneficio Iouis, possem tecum patefacta tellure ad inferos descendere, & ibi tecum esse. Atque his dictis, quasi nympha, propter vndarum similitudinem caput glauco amictu cooperuit. Donatus. * *Tres orationes inuenio admodum patheticas, & sub eodem genere, lamentationis nimirum positas, nec argumento dissimiles. lugentur enim duabus prioribus mortui, tertius moriturus. Es quidem 9. Æneid. à matre Euryalus, li. 11. à patre filius Pallas: hic autem à sorore frater. Mira est ubiq; in summo dolore dulcedo. Nam homines conuictissimi nobis, & charissimi, defleri, ac lugeri sine quadam tacita voluptate non possunt.*

AVT QVID IAM MISERÆ SUPERAT MIHI)
Lib.

Libro secundo Sinon, aut quid iam misero mihi denique A restat?

QUA TIBI LVCEM ARTE MORER) quo artificio tibi vitam prorogem? Proferre fata parentis, dixit de lapide medico supra.

TALIN' POSSVM ME OPPON. MONSRO?) tali augurio, voluntate Iouis venienti.

NE TERRETE TIMENT. OBSCOENÆ VOLVRES) ne me terrendo timentem reddite, non enim aliàs timebat: at nunc timere propter hoc portentum incipit: non quia sic stridet, & circumuolat, atque in Turnum innolat, sed quia Dira est, cuius aspectus semper infauftissimus. Idcirco & obscœnas volucres vocat, quali plures, augendi causa, & infautas: obscœnum quippe est infautum in auguriis, & ominibus. Inde apud Arnobium, mali-ominis obscœnitas. Sueton. in Galba cap. 4. Nihil æquè postea Galbam tentantem res novas confirmavit, quam mulæ partus: cæterisque vt obscœnum ostentum abhorrentibus, solus pro lætissimo accepit.

MAGNANIMI IOVIS) Hoc cum adiuncto principio libri ornauit etiam Iuno, & quidem cum de eius scortationibus, siue adulteriis loqueretur: in quibus certè fuit magnanimus, & bellator maximus, multas enim prostrauit. Testimonium ei ferunt poetæ omnes, vt taceam de historicis. Potest hic videri *ἡρωικὸς* à Iuturna dici: à Iunone autem fortasse *ὀμνηκὸς*, id est, oriosè, & ad implendum versum duntaxat: præsertim cum sequatur *ingratum cubile*, quod exponitur à Seruio, per quod gratiam castæ vxori non repræsentat. Cuius igitur libidinem perstringit, quomodo eum ex animo laudet?

HÆC PRO VIRGINIT. REPONIT?) Notat German. τὰ διαπρόβια dici munera, quæ pro delibata virginitate dabantur, versusque in sensum huius expostulationis ex Prometheus Æschyli producit, de Io Inachi filia à Iunone longis erroribus agitata, & malè habitata.

CVR MORTIS ADEMPTE EST CONDITIO?) De Iuturnæ apotheosi hoc ipso libro, haud lōge à principio.

*Exemplo Turni sic est affata sororem,
Dina deam, stagnis qua fluminibusq; sonoris
Præfides: hunc illi rex ætheris altius honorem,
Iupiter erepta pro virginitate sacrauit.*

Et lib. 9. de Numano.

*Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem
Germanam, nuper thalamo sociatus habebat.*

Vbi Seruius, quia maior nympha fuerat, Iuturna videlicet, Iouis voluntate mutata, quod poeta videtur insinuasse. Quemadmodum autem Iuturna se immortalitate auctam cruciatur, quoniam pariter luctum immortalem propter necem Turni fratris subire cogatur: sic Inachus fluuius apud Ouid. i. Metamorph. se deum esse lamentatur, quia dolori ob amissam filiam imponere finem non detur.

*Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet esse deum, præclusaq; ianua lethi
Æternum nostros luctus extendit in æuum.*

Apud Æschylum item affixus ad Caucasum Prometheus, se immortalem esse ingemiscit: & ad Io consolandam, quæ mori possit, suam cum illius calamitate, vt longè grauiorem cum leuiore comparat, nec finem vllum sperat, nisi regno pellatur Iupiter. Locus hic est.

Ἡ δυσπείλας ἀντὶ τῶν ἐμῶν ἀλλὰς φέρεται,

Ὅσα δαυεῖν ἐστὶν ὁ πεπεσμένος.

Ἄντ' ὃν ἂν σπυριμάτων ἀπαλλαγῇ.

Νῦν δ' ἔδην ἐστὶν τέρμα μοι περικείμενον

Μόχθων, πρὶν αὖ ζῆν ἐκπύον τυραννίδος.

Profecto agere tuleris meas afflictiones,

Cui non est per fata concessum mori:

Nam mors est malorum liberatrix.

Nunc vero nullus est terminus mihi propositus

Laborum, antequam Iupiter excidat regno.

Querelæ vtriusque, & Iuturnæ, inquam, & Prometheus meminit Idyll. 15. Ausonius.

quosdam.
Constat velle deos fieri. Iuturna reclamat,
Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? sic Caucasæ subrupe Prometheus
Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat.
Incusare Iouem, data sit quod vita perennis.

Sic Principes propter summas variorum negotiorum difficultates, conspirationes, metus, sollicitudines sæpenumero dolent se esse Principes, priuatorumque vitam vt tranquillissimam, ac securissimam, & ob id felicissimam commendant. Vide initium Iphigeniæ Aulidensis apud Euripidem. Fertur & illud Alexandri, Diogenes esse vellem, si Alexander non essem. Alphonso Aragonum regi familiares demonstrabant sedentem rusticum, & botrum comedentem, velut exemplum otij, ac desidij. Ibi tum rex, vtinam mihi à deo contigisset ita per otium capere cibum.

POSSEM TANTOS FINIRE DOLORES) Ouid. in Trist. *Mors certè faciet, ne sim, cum venerit, exul.* Si mors est vltima linea rerum, ergo & dolorum. Vnicum, & certissimum, atque tutissimum in malis remedium mors. Cæsar apud Sallust. in Catilinaria historia. Possum equidè dicere id, quod res habet, in luctu, atque miseriis, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalium mala dissolvere: vltra neque curæ, neque gaudio locum esse. Ob ista igitur mala quæ plurima in hominum vita versantur, & quibus aliqui multis & magnis premuntur, sunt qui mortem inuocant, pertæsi huius alioqui suauissimæ lucis. Boetius de consolat. lib. 1. Nam sæpe mortem, cogentibus causis, quam natura reformidat, voluntas amplectitur.

MISERO FRATRI COMES IRE PER VMBRAS) Inter illa, quibus declaratur amor magnus, est & hoc, & fortasse eo nullum *ἰναργύσειον*, quo dicimus, nos paratos esse mori cum aliquo: aut ei nolle superuiuere. Horat. Ode 9. lib. 3. *Tecum viuere amem, tecum obeam libens.* De Euadne, quæ se in eundem rogum, quo Capanei mariti cadauer cremabatur, coniecit, Ouid. 3. de Arte.

*Accipe me Capaneu, cineres miscebumus, inquit
Iphia, in medios desiluitq; rogos.*

Sonat quiddam tale, voluntatem, inquam, cōmoriendi quod dicit Niso Euryalus lib. 9. *solum te in tanta pericula mittam?* Profecta est etiam sine dubio ex multo amore erga magistrum, ac dominum suum illa vox S. Petri, si oportuerit me commori tibi, non te negabo. Vel, vt alius Euangelista habet, Domine, paratus sum tecum in carcerem, & in mortem ire.

HAUD QUIDQVAM MIHI DVLCÈ MEOR. TE SINE FRAT.) Huic querimoniz tam dulci quàm similis illa Catulli super fratre suo, in Phrygia mortuo?

Kkkk*

Hec

Heu misero fratri incundum lumen ademptum:
Tecum una tota est nostra sepulta domus:
Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
Quatenus in vita dulcis aiebat amor.

Item Horat. Ode 1. Epod. ad Mæcenatem iturum cum
 Augusto aduersus Antonium, & Cleopatram.

Quid nos, quibus se vita sit superstitio
Incunda: si contra, grauis?
Virumne iussi persequemur otium?
Non dulce, ni tecum simul?

O QVÆ IAM SATIS IMA DEHISCAT TERRA) Sic Dido
 lib. 4. *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.*

Æneas instat contrà, telumq; coruscat
 Ingens, arboreum, & sæuo sic pectore fatur.
 Quæ nunc deinde mora est? aut quid iam Turne retractas?

- 890 NON CVRSV, SÆVIS CERTANDVM EST COMINVS ARMIS.
 VERTE OMNES TETE IN FACIES, ET CONTRAHE QVIDQVID
 SIVE ANIMIS, SIVE ARTE VALES: OPTA ARDVA PENNIS
 ASTRA SEQVI, CLAVSVMQVE CAVA TE CONDERE TERRA.
 Ille, caput quassans: Non me tua feruida terrent
 895 Dicta, ferox: DII ME TERRENT, ET IVPITER HOSTIS.
 Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens:
 Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat
 Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
 Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
 900 QVALIA NVNC HOMINVM PRODVCT CORPORA TELLVS.
 Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
 Altior insurgens, & cursu concitus heros.
 Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem,
 Tollentem uè mann, saxumq; immane mouentem.
 905 Genva labant, gelidus concreuit frigore sanguis.
 Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus,
 Nec spatium euasit, totum nec pertulit ictum.

ÆNEAS INSTAT CONTRA) Interpositis verbis B
 Iunonis, & Iouis, & his, quæ ad hunc locum ex persona
 Iururnæ, & poetæ consecuta sunt, interiecta narratio
 est: sed idem poeta sui memor, redit ad ea, quæ pauli-
 sper omiserat. Dixerat quippe ante Iouis verba, qui
 prior locutus est,

Olli sublimis armis, animisq; refectis,
Hic gladio fidens, hic acer, & arduum hasta
Adstunt contrà, certamine Martis anhelis.

Nunc subiungendum est, *Æneas instat contra.* Donat.

TELVMQVE CORVS. ING. ARBOREVM) Non tam
 hastam, quàm eius gestatorem laudat. Et cum Turnus
 formidaret accedere, insistebat Æneas, hac timidum
 prouocans voce. *Quæ nunc deinde mora est, &c.* Quam-
 diu inquit, quod imminet mortis, longioribus differs
 inuentis? aut quod in aduersa trahis consilia tua? Non
 est officium viri fortis, cursibus fidere: pugna geren-
 da est gladiis, non pedibus. Non potes iam euadere,
 teneo revelut belluam constrictâ, & irretitam. Donat.

VERTE OMNES TETE IN FACIES) ad Protei-
 ταιρόφωσιν allusum, de qua Georg. 4.

OPTA ARDVA PEN. ASTRA SEQVI, CLAVSV-
 MQVE CAVA TE COND. TERRA) Haud scio, an respiciat
 his verbis poeta noster ad illa munera, quæ Scythæ mi-
 serunt Dario ad eos subigendos cum magno exercitu
 venienti, de quibus Herodotus lib. 4. in Melpomene.
 Ea fuerunt avis, mus, rana, quinque sagittæ. Quæ Ga-
 bryas sic est interpretatus. Perlas, nisi vt aues subuola-

tent in cælum, aut vt mures subirent terram, aut vt ra-
 næ insilirent in paludes, non redituros domum, sagit-
 tis Scytharum confectos videlicet. &c.

ILLE CAPVT QVASSANS) Iratorum gestus. De Iu-
 none. lib. 8. *Tum quassans caput, hac effudit pectore dicta.*
 A Lucretio creditur hausisse. Ille lib. 2.

Itaq; caput quassans grandis suspirat arator
(rebrui, incasum magnum cecidisse laborem).

NON ME TVA FER. TERR. DICTA) Fatetur timo-
 rem: sed hunc subtiliter excusat, quasi dicat: si occubu-
 ero, non tu me superabis, sed dii cum ipso Ioue, qui ar-
 mis, & partibus meis inimici sunt, & infesti Donatus.

SAXVM CIRCVMSPICIT INGENS) Locus est ex Ho-
 meri Iliad. 6.

Η δ' ἀναχασσάμην λίθον ἔλετο χεὶρ παχέη,
Κείμενον ἐν πεδίῳ μέλας, τρηχύν τε, μέγαν τε,
Τὸν ῥ' ἄνδρες ποσειδῶν δέσας ἐμμανέες ἀνέρον.
 Et Iliad. 6

ὁ δὲ χειρὸς διὰ λαβὴ χεὶρ
Τυδείδης μίγα ἔργον, ὃ ὃ δὲ γ' ἄνδρες φέρον,
Οἷοι νῦν βροτῶν εἰς, ὃ δὲ μιν εἶα πάλλει καὶ δισσοί.

LIMES AGRO POSITVS) De huiusmodi lapide Tib.
 eleg. 3. lib. 1. ubi bona ætatis illius aureæ commemorat.
non fixus in agris, Qui regeret certis finibus arua lapis.
 Antiquissimos terminos formam conituisse, notat in
 4. rerum Augustanarum V. C. L. Marcus Vellerus. Talē
 fuisse litem existimat idem, saxum altitudine quinq;
 pedale circiter, quod multis ab hinc annis terta effol-
 sum Augustæ, ad D. Vdalrici nunc spectatur.

QVALIA

QUALITA NOM. PROB. CORP. TELLVS) Eruditissimum caput est 4. lib. primi apud Magium, de proceritate vetustorum hominum, & causis breuitatis corporum in posterioribus. Saxum ingens mittit Diomedes in Æneam lib. 5. vnde sumpsit Virgil. Et quod de hominum ætatis suæ imbecillis viribus ait, id etiā ab Homero est ibidem.

ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χεῖρ
Τυδίδης, μέγα ἔργον, ὃ ὦ δῖο γ' ἀνδρὶ φέρει,
Οἷοι γὰρ βροτοὶ οἷοι.

Etiā 7. Iliad. singulari certamine congregiuntur Hector, & Ajax: vterque alterum grandis saxo petiit, sed multo grandiore Ajax, quo Hectorem grauiter idem prostermit. Scripsit in hoc saxum Aiæcis, epigramma elegans Agathias lib. 1. Anthol. Μὴ μὲ τὸν αἰάντεον, &c. Meminit vtriusq; loci, Græci & Latini poetæ Iuuenal. Sat. 15.

— nec hunc lapidem, quali se Turnus, & Ajax,
Et quo Tydides percussit pondere coxam
Æneæ: sed quem valeant emittere dextra
Illis dissimiles, & nostro tempore nata.
Nam genus hoc vix iam decrescerebat Homero,
Terra malos homines nunc educat, atq; pusillos.

Frugum semina degenerare, atque in dies decrescere, & minora fieri, testatur ipse Georg. 1.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quidamnis
Maxima quæq; manu legeret. Sic omnia fati
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

Terram quoque in animantibus, & frugibus procreandis, quasi viribus suis longe imminutam esse, ac proinde & illa minora, & has non æquæ ut olim nitidas, lætas, grandes efferre, conqueritur etiam libro secundo, Lucetius. Atque hoc primū est ex tribus illis probris, quæ Christianis quondam Ethnici obiciebant, quibus Arnobius, Augustinus, Orosius præclare satis responderunt: postquam eorum religio in orbem inducta est.

set, ipsum quasi debilitatis naturæ viribus aberrasse à suis legibus. Omne malorum genus irrupisse. Calices eius curam, ac prouidentiam deposuisse. Sequuntur iam versus Lucræti.

jamq; adeo fracta est ætas, effectaq; tellus:
Vix animalia parua creat, quæ cuncta creauit
Sæcla, dediq; ferarum ingentia corpora parum,
Præterea nitidas fruges, vineaq; læta:
Quæ nunc vix nostro grandescunt aucta labore,
Conterimusq; bonos, & vires agricolarum.
jamq; caput quassans grandis sufficit arator,
Crebrim incassum magnam cecidisse laborem:
Et crepat, antiquum genus ut pietate repletum.
Perfacilis, angustis iohannis finibus eunum.
Quum minor esses agri multo madus ante viritum:
Nec tenet, omnia paulatim tabescere, & ire
Ad scopulum, spatio atatis defessa vetusto.

TORQUEBAT) Bene imperfecto vsus est tempore, quod voluit Seruius. * Sic lib. 2. de Androgeo, qui in Troianos, Æneam nimirū, & socijs incidit, & pro socijs eos campellat, Haud secus Androgeus visu tremefactus abibat, notat idem Seruius, siue dictum abibat, non enim abijt. Lege locum poetæ.

SED NEQVE CURRENTEM SE, NEC COGNOS.) Non satis sciebat ubi esset, quid ageret, totus horrebat præ formidine: videns non videbat, audiens non audiebat, apud se non erat. Sed nil opus est nos plura de hoc dicere, cum tot versibus eius aduulsa poeta describat.

VACVVM PER INANE) Cum duo adiectiua copulantur, alterum habet vim substantiui, ut hic inane, quæ voce per vacuo, sæpius vitur Lucræti. Nihil est in rerum natura inane aut vacuum, quod Epicurei volebant, & Lucretius multis conatur argumentis probare. Sed æris regionem poetæ appellant vacuum, seu inane, quia sic videtur.

NEC TOTVM PERTVLIT ICTVM) Id est euacuatus est impetus ipso spatio longiore. Libro decimo, de hasta Æneæ, sed vires haud pertulit.

Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequidquam auidos extendere cursus

- 910 Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires: nec vox, nec verba sequuntur:
Sic Turno (quacunq; viam virtute petiuit)
Successum dea dira negat. tum pectore sensus
915 Vertuntur varij: Rutulos aspectat, & urbem,
Cunctaturq; metu, telumq; instare tremiscit.
Nec quò se eripiat, nec qua vi tendat in hostem,
Nec currus vsquam videt, aurigamq; lororem.

AO VILVT IN SOMNIS) Comparatio Homericæ D somno videtur dixisse Ouid. 11. Metamorph. Quo eni-
bat ipse dem membris languore solutus. Et iterum. Et rur-
sus molli languore solutus.

ὦς δ' ἐν ὄνειρῳ ὁ δῖος αἰὲς γοῦντα δῖον
ὦς δ' τὸν ὁ δῖος αἰὲς γοῦντα δῖον.

Mirifice angorem, timoremq; Turni subiicit oculis. Et fugiendi occasio deerat, audendi in hostem fiducia negabatur: auxiliorum quoque spes nulla affulgebat. Donatus, Seruius.

OCVLOS VBI LANGVIDA PRESSIT NOCTE
QVIES) Calaber de Penthesilea dormiente, ὡς δ' αἰ
οἱ ὄντ' ἐκλυψεν Νήδυμ' ἀμφοτέρω. Languorem pro

NEQVIDQVAM AVIDOS EXTEND. CVRSVS)
Non male sentiunt quidam scholiastæ, esse hic, & sequentibus verbis notationem nocturnæ oppressionis, & suffocationis, quæ incubus Latinis, Græcis ἐπι-
άλμς.

NON CORPORE NOTÆ SVFF. VIR.) Enallage casus, pro corpori: ut, hæret pede pes, pro, pedi. Nisi malis intelligi præpositionem, ut sit sensus: vires non sufficiunt in corpore.

Kkkk* 2

TAM

TVM PRCT. SENSUS VERTVNTVR VARI) Hocip- Al. Officior. in quo considerando sit, ut distrahatur in de-

sum extulic alibi duobus versibus,

Aiq, animum celerem nunc huc, nunc diuidis illuc,

In partemq, rapis varias, perq, omnia versat.

Similem sententiam videre licet in verbis illis M. Tull.

liberando animus, afferatq; ancipitem curam cogitan- di. *Sensu* Latinis frequenter est ipsa cogitatio, & quod etiam rectè dicitur, sensa mentis. Item affectio animi, & sententia. ✱

- Cunctanti telum Æneas fatale coruscat,
 920 Sortitus fortunam oculis: & corpore toto
 Eminus intorquet. murali concita nunquam
 Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
 Dissultant crepitus. volat atri turbinis instar,
 Exitium dirum hasta ferens, orasq; recludit
 925 Lorica, clypei extremos septemplex orbes
 Per medium stridens transit femur. incidit ictus
 Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.

CUNCTANTI TEL. FAT. CORUSCAT) Dum ille B diuersis cogitationibus captus intentum animum tenet, dubitanti quid faceret, telum, cui fata sanguinem decreuerant Turni, Æneas tanquam fulmen altius extulit, cum locum ad ferendum oculis eligens, quem fortuna destinauerat vulnere. Multis vitur comparationibus ad exprimendum nimium impetum. Et *instar* per se plenum est, nec recipit præpositionem: nam in idoneis auctoribus, *ad instar* non reperitur. Describitur mox magnus ictus, & magna virtute missus: qui potuit tot orbes clypei, vel lorica perumpere, & transire per hominis femur: hoc est, non debilitari tot impedimentis, & sic peruenire, ut non solum inhælerit vulnere, verum etiam exitum facilem reperiret. Donatus, Seruius.

MURALI CONCITA NVNQVAM) Comparationes hyperbolicæ res congestæ, vires, impetumque Æ-

neæ mirum in modum amplificat, plurimum & huic loco ornatus afferunt. Concita saxa tormento murali, sunt saxa catapultis, & balistis emissæ, ad muros feriendos.

FVLV. TANTI DISSVLT. CREP.) tonitru, vnde displosis nubibus erumpit fulmen.

CLYPEI SEPTEMPLEXIS ORBES) Talis clypeus Homero Iliad. n est *σάκος ἑπτάβοιον* de septem boum tetragonibus conduplicatis, qualis fuit Aiæcis, de quo etiam Sophocles, & Ouid. 13. Metamorph. *Surgit ad hos clypei dominus septemplex Ajax.* De tali quodam scuto, sed non tot pellium, ab Ænea perfollo, habes lib. 10.

*Tum pius Æneas hastam iacit: illa per orbem
 Aere cauum triplici, per lineæ terga, tribusq;
 Transiit intextum tauris opus, imaq; sedis
 Ingens.* ✱

- Confurgunt gemitu Rutuli, totusq; remugit
 Mons circum, & vocem late nemora alta remittunt.
 930 Ille, humilis, supplexq; oculos, dextramq; precantem
 Protendens: EQVIDEM MERVI, NEC DEPRECOR, inquit:
 VTERE SORTE TVA. miseri te si qua parentis
 Tangere cura potest, oro (fuit & tibi talis
 Anchises genitor) Dauni miserere senectæ:
 935 Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
 Redde meis. vicisti, & victum tendere palmas
 Aufonij videre. tua est Lauinia coniux.
 VTERIVS NE TENDE ODIIS.

TOTVSQVE REMUGIT MONS CIRCVM) supra, ge-D
mitu nemus omne remugit.

EQVIDEM MERVI, NEC DEPRECOR) Magnum poetæ inuentum, ut hastam non in eam partem corporis, quæ lethalis esset, diceret peruenisse: sed in eam, qua superaret hostem, & tamen viuum seruaret ad preces. Quippe ipso fuit supplicio peius, propria voce confiteri se victum, & hostem suum pronuntiare victorem, omnibusq; se dignum pœnis, qui esset fortiori congressus. Secundum rhetoricam autem egit. Nam quoties personæ in inuidia sunt, aliæ pro his proponuntur: vnde ait, Ego quidem occidi mereor, sed tu debes ignoscere parentis intuitu. Donatus, Seruius.

Donatus in illud Terent. And. P. *Quid meritis ei? D. crucetur.* Plena, inquit, est satisfactio, confessio peccati sine recusatione pœnarum. Nam mitiores reddimus, quibus ultro opere pretium pro delictis nostris offerimus: & hunc ipsum Maronis locum pro confirmatione subiungit. Quid autem inter *recusare*, & *deprecari* intersit, disputat Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 14.

VTERE SORTE TVA) Horat. *Gaude sorte tua.* Sic Græci *χαῖναι τύχην*. quamuis interdum pro eo, quod est, fortunam ferre. Hoc intellectu dicitur, interfice hostem, cuius interficiendi potestatem fortuna tibi dedit. Eadem est Hectoris ad Achillem oratio apud Homerum, lib. 22. Iliad.

MIS-

MISSERI TE SI QVA PARENTIS) Sic Priamus ad Achillem Iliad. 9.

Μυῖσαι πατέρες σὺν θεοῖς ἀνέκλ' ἀχίλλεῦ

Τηλὸν ὥσπερ ἰγὼν ὀλοῦ δὴ γέγον' οὐδ᾽.

Ut autem hic parentis cura obiicitur, sic & liberorum ab Euripid. in Medea. καὶ σὺ τοι παῖδων πατὴρ πένθεις. Et in Suppl. τέκναις καὶ σὺ ποτ' ὠπείλαι καὶ ἔγερ.

TANGERE CVRA POTEST) Citat hunc locum Nonius, & tangere exponit, ferire, commouere. Sic lib. 9. nec solus tangit Atridas Iste dolor. M. Tullius Frumentaria. Nunquā tua me cura, tuarum mē fortunarum cogitatio tangeret. Et Lucrēt. Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

EVIT ET TIBITALIS ANCHIS. GEN.) pathos καὶ δ' ὁμοιοπαθήνας Macrob. Lib. 4. cap. ult. Rhodigin. libro 24. cap. 2.

SPOLIATVM LVMINE) Suprà lib. 2. de Palamede, nunc cassum lumine lugens. Corpus spoliatum lumine, peruenusta periphralis, pro cadauere. Lumen autem, & lucem pro vita dicunt poetæ, & non semel Maro. In eundem vsū Græcis τὸ φῶς, & βλάνη familiaria. German.

VICISTI, ET VICTVM. TEND. PAL. AVS. VID.) Ennius, Qui vicis, nō est victor, nisi victu fatur. Ad quem versum hæc Hieron. Columna, cui debent plurimum, quicunque Musas tractant elegantiores. Hoc versu animi fortitudinem expressit Ennius. Nam ab omni prorsus seruitute est immunis, qui quamvis victus sit, nolit vinci, etiam si carnifex vrgeat, tormenta minitans. Ad huius loci æmulationem, vicisti, inquit Turnus apud Maronem, & victum tendere palmas Ausonij videre. Eadem non modò sententia, sed ipsis propemodum Ennianis verbis, Gregorius Nazianzenus initio Apologie vsus est. ἡττημαι, καὶ τὴν ἡττὰν ὁμολογῶ. Victus sum, idque agnosco, ingenueque fateor. Huc referri potest adagium, Herbam dare, pro eo, quod est, se victum fateri.

Tendere palmas quod ait, gestum supplicantium exprimit. Catull. dixit brachia protendere. Et Ouid. 3. Metamorph. Non habet infelix que tendat brachia matris. Tibull. 3. Tu modò cum multa brachia tende prece.

TVA EST LAVINIA CONIVX) causā belli.

VLTERIVS NE TENDE ODIIS) Noli velle crudelitatem tuam ultra fata protendere, sed redde corpus sepulcro.

----- Stetit acer in armis

Æneas voluens oculos, dextramq; repressit.

940 ET IAM IAMQVE MAGIS CUNCTANTEM FLECTERE SERMO
COEPERAT, infelix humero cum apparuit ingens
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis,
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Strauerat, atq; humeris inimicum insigne gerebat.

STETIT ACER IN ARMIS) Non tantum ad præsens refertur acer in armis, sed quia semper in armis acer esse consuevit. Omnis autem intentio ad Æneæ pertinet gloriam. Nam & ex eo, quod hosti cogitat parcere, pius ostenditur: & ex eo, quod eum interimat, pietatis gestat insigne: nam Euandri intuitu Pallantis vlciscitur mortem. Seruius.

INFELIX HV. CVM APPAR. INGENS BALTEVS) Vide lib. 10. & nota duo epitheta sine coniunctione, quod vitiosum putat Seruius, infelix ingens balteus. Vide 3. Æneid. ibi, & lenis crepitans vocat Auster in alium, non longè à principio libri. Decies hoc fecisse Virgil. notauit alicubi Seruius.

Balteum Varro lib. 4. dictum censet, quod cingulum è corio habebat bullatum. Istiusmodi bullis cingula militaria pro dignitate gestantis exornabantur, ut & caligæ militares distinctæ, & ornatae fuerunt. Cingulo, & balteo donari, honori dabatur apud Romanos, & inde, qui militarent, vocati cincti, & contra, qui missi erāt, discincti, militia exuti, cingulo priuati. Quod ipsum apud Rom. ignominiosum ducebatur. Plura Steuechius ad Veget. lib. 2. cap. 3. Illud etiam obserua, morem

fuisse antiquis, gestare gladios ab humero, non è medio cingulo dependētes, ut nunc fit. Infelix balteus ad Turnum refertur. illi enim fuit infelix, nam eius causa potissimum ab Ænea occiditur.

NOTIS FVLSE. CINGVLA BVLLIS) Bullæ interdum sunt puerorum insignia, quæ de collo pendentia gestabant ingenui: & formam cordis habebant. Ingenuorum erat aurea, aliquando argentea: libertinorum scortea. Vnde dicta bulla, & quid mōneret, consulendus Pierius lib. 41. in Bulla. hic intelligenda sunt quædam, tanquā capita clauorum (Spangen vocant Germani) quibus militaria cingula ornabantur. Æneid. 11. phaleras Rhæmetis, & aurea bullis Cingula. Ornabantur item bullis fores, & aliæ res plurimæ.

De bullis istis in cingulo, seu balteo, agit plenissime, & plenissime Lipsius in Analect. ad dial. 2. libr. 3. de Milit. Balteum singulariter ornabant, eoque velut militiæ præcipuo insigni superbiebant. Bullis plerumque honestabatur ex argento, auro, interdum & gemmis. Sed ornatiores baltei ornationum erant militum. Vide auctorem ipsum pag. 282.

945 Ille, oculis postquam sæui monumenta doloris,
Exuiasq; hausit: furiis accensus, & ira
Terribilis, tunc hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
950 Hoc dicens, ferrum, aduerso sub pectore condit
Feruidus. AST ILLI SOLVNTVR FRIGORE MEMBRA,
VITAQVE CVM GEMITV FVGIT INDIGNATA SVB VMBRAS.

Kkkk * 3

ILLI

ILLY OCVLIS POSTQVAM) Completum est quod A
lib. 10. est positum.

*Turno tempus erit, magno cum optaueris emptum
Intactum Pallanta, & cum spolia ista, diem q,
Oderis.*

OCVLIS HAVSIT) sic 4. *Aeneid. Hauriat hunc ocu-
lis ignem crudelis ab alto Dardanius.* Sicut autem oculis,
ita & auribus haurire dicunt poetae, vt, *vocem q, huius auri-
bus hauri.* Esse autem oculis acriores doloris sensus, o-
culosque dolorem augere, passim testatur auctores
reliquerunt: vnde & videtur Antigone in Colon. Soph.
innuere, cæcitatem patris θυμὸν minuire debere. ἔχουσιν
δὲ ἡ βλαψὴ τῶν θυμῶν, τὸν οὖν ἀδελφῶν ὁμμάτων πῦρ
μυῖον; etiam si aliter interpretes acceperit. German.

SÆVI MONIMENTA DOLORIS) propriè monimen-
ta: nam & monumentum ab eo dictum est, quod men-
tem moneat.

FVRIIS ACCENSVS, ET IRA) ἡ δὲ θυμὸν, pro furio-
sa ira: non enim omnis ira furit.

SPOLIIS INDVTE MEORVM) Devno loquens, uti-
tur numero multitudinis, qui mos est Latinorum scri-
ptorum, augendi causa. Merito suum vocat Pallantem,
in quo magnam fortunis suis spem, præsidiumque lo-
catum sciebat. Proinde lib. 11. exclamat. *Hec mihi quan-
tum Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule?* &c.

PALLAS TE HOC VVLN. PALLAS IMMOLAT) Repe-
titio nominis dignationem Aeneæ magnam ostendit. Ad
suæ mortis, & abrupti fœderis ultionem, te tanquam
hostiam immolat Pallas. Deprecantem Turnum non
interficit Aeneas, donec alterâ fortitudinis partem po-
tiores ducat, ultionem scilicet necessitudinum. Itaque
ne se quidem auctorem vult facere, vt alibi, *Aeneas ma-
gni dextra cadit:* sed reiecit in necessitatem, *Pallas te hoc
vulnere, Pallas immolat,* tãquam inferias illi mactet pro
victima; non tanquam hostem, qui bellum intulerit: nô
riualet, qui uxorem petat: non fortunarum depopu-
latorem, qui regno fatali arceat. Scalig. Poet. lib. 3. ca. 12.

FERRVM ADVERSO SVB PECT. CONDIT) gladio il-
lum inter pectus, ventremque transfigit.

SOLVUNTVR FRIGORE MEMBRA) morte, vt libr. 6.
de Miseno *corpusq, laeuant frigentis, & vngunt* Vide ibi
dicta. Lib. 1. *Aeneid.* alio sensu, de Aenea timore corre-
pto. *Ex templo Aeneas solvuntur frigore membra.* Græcis
ὑπὸ τοῦ, ἢ δύναντο λύσιμαλῆς dicuntur. Frigus pro morte
ματονμικῶς Horat. sat. 1. lib.

----- ὁ πuer ut sis

Vitalis meo, maiorum ne quis amicum

Frigore te feriat.

Hinc frigidus pro mortuo. Virgil. 9. *Aeneid. Voluitur
ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus.* Sic apud
Persium illud sat. 1. *Vide sis ne maiorum tibi fortè Limi-
na frigescat* Foquelinus exponit, mortem tibi frigidam
incuriant, & afferant.

VITAQVE CVM GEM. FVG. INDIG.) Sic Homerus E
Iliad. χ.

Ψυχὴ δ' ἐκ πῆδων θάλασσαν αἶδ' ὅς δὲ βελήκεν

Ὅν πόλιν γοοῦσα, λυτὴν ἀδρυπῆτα, ἢ ἦβν.

Vitam autem pro anima vsurpauit, vt supra: *vita
per auras Concessit mæsta ad manes.* Nimirum & philo-
sophi vitam, & animam passim cōfundunt, quæ tamen
aliquot locis discernit Aristoteles: vt lib. *πρὸς Ζωὴν*, vbi
vitam definit, τὴν πρὸς θεῶν ἡμῶν ψυχῆς μορφήν. quam & Aca-
demici animæ comitari essentiam voluerunt, illiusque
esse actum, ceu luminis emanantem, & diffusam collu-
strationem. Seruius, German.

Immolari propriè dicuntur victimæ, non cum cæ-
duntur, sed cum accipiunt molâ fallam. Cato in Origi-

nibus ita ait, Lauini boues immolatos, priusquam cæde-
rentur profugisse in syluam. Festus Pompeius, immola-
re, est mola, id est, farre molito, & sale hostiam persper-
sam sacrare. Seneca in Oedipo, *sauorum colla mola sal-
sa spargere.* Dionys. *δυσπτοὺς καὶ ποτὶς ἐπιρραίνειν τὰς καφα-
λαὶς τὸν θυμῶν.* Quæ qui secum reputabit, imitari desi-
net, immolandi verbum non popis, aut victimariis, sed
his, qui magistratu, sacerdotio, publico præditi, aut e-
tiam priuatim domi sacra faciebant, assignari, &c. Bris-
son. Formular. lib. 1. num. 18.

Qui Virgilium vt crudelem accusant, q, in Turni
morte inexorabilem se præbuerit, non tã ipsium viden-
tur reprehendere, quã falsam antiquorum religionem,
B in qua crudeles, & iniuriarum persequentiissimi pro piis
habebantur. Et hunc locum Lactantius primus attigit,
crimenque, quod dixi, poetae exprobrauit. Quem ita,
meo quidem iudicio, doctè, ac verè tueretur Modicius ca.
4. Locus ad scribetur.

Virgilius, qui mortuus est ante natum deum Ser-
uatorem nostrum, à quò veritas nobis est reuelata, in
scribendo mores, & religionem sui temporis secutus
est. Opinabantur veteres illi, animas eorum, qui in-
terfecti essent, miseras, errantes, inquietas, & infames,
hoc est, inhonoratas esse, siue honoris expertes: nisi
quis eas vlsceretur: & eos piè, sancteque facere, qui
hostium sanguine, cognatorum, hospitum, & sociorum
manibus parentarent: quod qui, cum possent, non præ-
starent, in mortuos impij, & in officiosi habebantur. Lu-
canus Crassi à Parthis interempti animam inultam er-
rare dixit. Diana lib. 11. *En. de Camilla interfecta* sic lo-
quitur. *Non tamen indecorem tuatere regina relinquet: aut
famam patieris inulta.* Euander etiam Turnum gnato,
& patri ab Aenea deberi dicit. Apud Ovidium Althæa
morte Meleagri filij dat solatia manibus fratrum, quos
ille peremerat. Morte Polyxenæ, manes Achillis placā-
tur. Multa apud Poetas, & Historicos leguntur huius-
modi, quæ non sunt omnia colligenda: res est notissi-
ma, & constat inter doctos vindicationem esse natura-
lis iustitiæ partem: nos diuino præcepto ea cogimur
abstinere: & iniurias condonare: vt à deo, quem nimis
sæpe lædimus, nobis peccata nostra dimittantur: hoc il-
li veteres ignorabant. Impius, ingratus, & infamis habi-
tus fuisset Aeneas, nisi Turnū, quasi inferias persoluens,
Pallanti hospiti suo, & socio immolasset: nisi illi sangui-
ne percussoris parentasset: nisi Euandri senis miserimi
orbitatem vltus esset. Excusant Turnum aliqui, quod
Pallantem bellum sibi inferentem iure interfecerit,
non dolo, sed vi, & virtute, more strenui bellatoris. Sed
Turnus, qui à Troianis nulla iniuria lacessitus, illos fun-
ditus perdere, aut ex Italia pelleret statuerat, bellum ini-
ustum Troianis intulit, Latino rege frustra reclaman-
te, & sic admonente, *Te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium, &c.* Fuit igitur sceleratus, qui bellum iniu-
stum intulit, nec hostem sine scelere perimere potuit:
morte propterea fuit multandus: nam ad principem,
cui curæ est respub. magis pertinet peccantes punire,
quàm precantibus impunitatem largiri. Turnus (inqui-
unt isti) de se summisse, de Aenea honorificè locutus, il-
lum vicisse, & Lauinia coniuge dignum fatebatur: de-
buit igitur Aeneas tam honorificè satisfactione conten-
tus, ab eius sanguine abstinere. Ad hæc nos responde-
mus, prudentis viri non esse, ambitiosis homicidæ præ-
cipibus tantum concedere, vt ab officio, & pietate, quam
hospiti, socio, & benefactori suo mortuo præstare de-
bet, recedens, impius, & ingratus habeatur. Turno de-
buit Aeneas aliquid, vt homo homini: multò plus de-
huit, vt homo gratus, & memor homini benefactori
suo

suo: cumque utrique simul satisfacere non posset, alterum rectè prætulit, cui plus debebat. Nisi Turni morte inferias Pallanti perfoluisset, illius manes non quieuisent. Erat hæc opinio falsa, fateor, ea tamen tunc vigebat, & pro vera habebatur. Æneas, ut iam poetæ verba expendamus, Turni precibus flekti cœperat, cum ei viso Pallantis balteo, quem Turnus ad ostentationem gestare non debuerat, luctus, & dolor est renouatus, quâ obrem sic dixit. Ego, quod in me est, ignoscotibi Turne, sed Pallas hoc vulnere te immolat: hoc est, Pallas, cui debeo, cogit me nolentem, & inuitum de tuo sanguine propter scelus pœnas sumere.

CVM GEMITV) In Turni regis Rutulorum nece, cur voce *gemitu* vsus fuerit Maro, *Vitaq; cum gemitu fugis indignata sub umbras* nemo explicat, & tamen digna res fuit, quæ silentio minimè prætermitteretur, cum heroi illi sæuo, atque immani, in bello præsertim morienti, & fortissimi viri dextra cadenti, (quæ res non minimum, ut in illo statu, solatium occumbentibus afferre consuevit) nihil minus conuenire videatur, quàm gemere. Sed ex rei natura locutus est. Quærent naturalium affectionum studiosi, quid causæ sit, quamobrem moribundi sonum edant, tanquam murmur aquæ labentis per salebras, loca que anfractuosa, & incurua, aut qualem siphunculi, & fistulæ in aquæ ductibus sonum excitant, neq; aliunde hoc contingere affirmant, quam quia cum vocalem arteriam occludi contingat, spiritus, qui confertim erumpere gestit, nactus angustum meatum, cœpsamque fistulam, gargarismo quodam prodit, ac tantum murmur efficit. Conglomeratus itaq; spiritus, spumaque turgida commixtus, sonitum excitat reciprocantis maris æstui similem: quod ipsum in nonnullis etiam sic ob panniculos, ac membranas in rugas contractas, fit, ut spiritus oblique, ac sinuoso volumine decurrat. Hi autem, qui valido sunt, vastoque corpore, & qui violenta morte pereunt, quod de Turno narrat Virgilius, grauius resonant, diutiusque cum morte luctantur, ob humoris copiam, ac densos, crassosque spiritus: iis verò, qui extenuato sunt corpore, ac lenta morte contabescunt, minus impetuosè, leuique sonitu fertur spiritus, ac sensim, placideq; extinguuntur, & quo-

Adammodo obdormiscunt. Vocem porro *gemitu* aptissimam esse huic rei significandæ, sciri potest etiam ex illo Eclog. 1. *Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo*. Et Martial. libr. 5. *Gemit hic palumbus, inde cerens turtur*. Vbi gemere non est flere, & lacrymas fundere: verùm quendam raucum sonum emittere, cuiusmodi turtures, & palumbes propriè edere consueuerunt. Eandem pulchro simili ad aquas transtulit Flaccus Ode 20. li. 2. *Vitam gementis litora Bosphoi*. Titius lib. 7. cap. 23.

INDIGNATA) Vel quia preces veniam non meruerant, cum tamen per Anchisæ manes rogasset: vel quia Lauiniam fore sciebat Æneæ: vel quia, ut suprà de Camilla dicebamus, discedebat à iuvene. Nam volunt Phisici, animam discedere à corpore inuitam, cum quo adhuc habitare naturæ legibus poterat. Seruius. * *Si anima humana est forma corporis humani, itaq; à deo condita, & corpus hoc informet, & in eodem, tanquam in tabernaculo proprio, ac suo habites: consequitur necessarid: eam inde inuitam, ac nolentem abesse. Si inuita abest, & itque etiam inuita discessit. Quare & in leculo morientium, & quamuis longævorum anima indignata fugis sub umbras, & poeta verbis & itamur: & ex artibus non ipsa & itro & uolat & inquam: & itum extincto calore naturali, humorum, qualitate, & temperamēto, & itque & ita dissoluta penitus confusa, ac perturbata, tanquam vinculis, quibus libens tenebatur, disruptis, extrahitur. Sed tamē & itibenter, & indignantem è domicilio suo incundissimo abire, potissimè manifestum sit in iis, qui & ito & ito quopiam moris genere conficiuntur, & it qui gladio, fame, & itque & iteunt, & itc.*

Hæc fuerunt, Lectores optimi, quæ ad principem poetam interpretandum, collustrandumque diurnis ac nocturnis laboribus collecta, delecta, distributa, atque disposita in vulgus proferenda decreuimus. Si vobis rem gratam, si frugiferam, si iucundam perpetravimus, deo immortalis sit gratia: consecuti enim ipso adiuvante sumus, quod hoc vehementius assidue optabamus, quò nos ad cōmunes utilitates in medium afferendas, quantum quidem possumus, (& utinam possemus amplius) propensiores experimur. Sin autem secus cecidit, quæ cupiuimus, & speravimus, forsitan nostrum desiderium, & conatus saltem fidelissimi aliquam benevolentia vestra partem merebuntur, ut qui illud memoriter meminieritis,

*Quod si deficiant vires, audacia certe
Lauis erit in magnis, & voluisse sat est.*

SYMBOLARVM FINIS.

LAVS, ET HONOR REGIS ÆCVLORVM IMMORTALI.



PARA-



PARALIPOMENA AD VIRGILIVM.

Lectori.

QUOD tandem hac siue Supplementa, siue Pratermissa, siue (ut iam graeco nomine vsitatus vocitantur) PARALIPOMENA operi nostri subiuncta voluerim, quanquam potes me tacente cogitatione precipere, tamen eloquar. Libros aliquot eruditè scriptos serius adeptus sum: è quibus quæ ad Symbolas facere censui, quoniam suis locis singula intexere amplius nequini, ad umbilicos necessariò reieci. Docuit præterea diem priorem posterior dies, & animaduersum à me, potuisse nonnulla aut verius, aut plenius, aut clarius, complectar vno verbo, melius dici: quod, ut hostia quasi succidanea obtinere liceret, omnem lapidem moui. Adde quod quedam inducenda, alia leuiter immutanda, aut locis permutanda hic suggerentur: et si in hoc genere minutiora præterij. Denique dum Symbola in manibus operarum sunt, interim per floriferos scriptorum præstantiū saltus libata à me plura, & cogitata quoque non pauca, quæ omnia veteri lege amicitia tecum candidè communicanda existimaui. Hac igitur sub tuum iudicium subiicimus, quem, uti in rebus emundis solemus, hoc auctario latatum iri haud diffidimus.



PARALIPOMENA AD ECLOGAS.

AD PRIMAM ECLOGAM.

COLUMNAS. A. versu, seu linea. post verba, dulcia vocantem arua induxerit) adde hæc. Quantum patriæ debeamus, quantumque eidem deuincti simus, grauissimus auctor Plato quoque in Critone demonstrauit. Reliqua, Mirum igitur videri, &c. licet indutas.

Eadem colum. D. NOBIS HÆC OTIA FECIT) cum Symbola sua locanda sunt post DEVS) Deus dictus est, &c. in altera columna. Tertio loco ista, SEMPER) Id est, & post mortem, &c.

Colum. 9. C. versu 10. deca re vti verba fiant) Adde in eadem lin. Et Liuius lib. 27. Ex Campania nuntiata erant. Capuæ duas ædes, Fortunæ, & Martis, & sepulcra aliquot de cælo tacta. Locos alios eiusdem vel trecentos prætermitto.

Colum. 10. B. Queritur cur de Cæsare, &c. præscribe maiusculis litteris verba aliquot de carmine poetæ, nempe VRBEM QVAM DICVNT ROMAM) hoc facito, vbicunque post seriem versuum, initio Symbolarum prætermissa sunt: in quo sæpius peccatum, in Bucolicis præferim.

Colum. 11. B. post hæc verba, vel da quamobrem transeas) adiunge hæc. Hercules ad Iunonem apud Senecam, da siquid ultra est. Putant nonnulli exponendum esse dic, suggere. Statius, Asopus genuisse datur, id est, dicitur, fertur. Sic videtur vsus hoc verbo M. Tullius Academ. sed da mihi nunc, satisne putes, &c. Horat. sat. 8. lib. 1. da si grane non est Quæ prima iratum ventrem placauerit esca. Apud Iureconsultos dare sententiam, pro dicere, & proferre. Et dare simpliciter eadem notione. Vide Ioan. Bernartium in 7. Thebaid. Statij.

Colum. 13. C. lin. 3. in libertatem sese vindicauerit) Adde mox. Nam ut Plautus ait in Capt. Omnes profecto liberi lubentius sumus, quam serui sumus. Et Cæsar 3. belli Gall. Omnes homines natura libertati student, & conditionem seruitutis oderunt.

Colum. 14. A. lin. 14. ab Alex. lib. 1. cap. 26.) Adde ista. De Nerone Xiphilin. Post hæc celebrauit festa alterius generis, quæ dicuntur Iuuenalia: ea propter barbariam eius, quæ tum primum rasa fuerat, facta sunt: cuius pilos in sphaeram auream coniectos, Ioui Capitolino consecrauit.

Ibidem

Ibid. B. lin. 12. voluisse Turneb. dicere) Adde. Idem A. annotat. in præfat. Plinij. Est & contubernium inter seruos, vt matrimonium inter liberos, apud Iureconsultos: vnde apud Columellam contubernalis vxor serui est. Contubernium tale significauit Maro, cum scripsit, *Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit*, &c. De se enim vt seruo loquitur, qui Amaryllin contubernalem haberet, cum antea habuisset contubernalem Galateam &c.

Colum. 15. lin. 7. Tu si voles interpretabere) Adde.

* Quia Tityrus dicit, se haberi ab Amaryllide, & mox, dum me Galatea tenebat, exprimit posteriorem partem illius dicti ab Aristippo ὅτι καὶ λυδὶδ. Sed quoniam turpe est viro, dicere, se haberi, seu teneri à muliere, dicamus oportet, poetam per hypallagen locutum, hoc sensu, postquam ego coepi habere Amaryllidem. Nam antea cum tenerem Galateam, &c.

Colum. 16. B. lin. 10. MEIS SEPTIS) Septa propriè, &c. loco horum, vsque ad asteriscum, ponantur hæc. Septa generali vocabulo omnia loca munita, & quodam sepimento vallata. Inde speciatim in campo Martio loca inclusa tabularis septa dici meruerunt. Sueton. venationem in septis datam esse testatur. Plin. lib. 16. trabs in porticibus septorum relicta. M. Varro appellat omnia septa, quæ inclusa habent animalia, quæ pascuntur. Prauè Seruius hic, septa posuisse poetam pro ouilibus, & contra Lucanum, ac Iuvenalem pro septis dixisse ouilia, pro septis, inquam, intra quæ popul. Roman. ferebat suffragium comitali die. Quile erat locus in campo Martio ita peculiariter nuncupatus. Liuius lib. 26. citatis Vesuriæ, senioribus, datum secreto in ouili cum his colloquendi tempus. Nam si Lucanus, & Iuuenalis ouilia pro septis posuissent, Liuius tam audax non fuisset, licent enim multa poetis, quæ non alijs. Strabo etiam lib. 5. Sylla alios qui arma proiecerant ad millia tria, vel vt alij, quatuor in campo Martio ad ouilia coactos, immixtis militibus iugulauit. Hæc summam ex annotat. Beroaldi in Seruium.

Gruchius lib. 1. de comitijs fusius, & dilucidius, quid ouile fuerit, nos docet. Locus, inquit, in quo centuria prærogatiua erat, nominatim appellabatur ouile, in quem locum centuriæ seniorum ingredi non licebat, nisi potestate facta à consule. Ouile verò dicebatur, ppter similitudinē, q̄ vndiq; cancellis clausus esset, in quo loco cum essent, suffragium dicebāt, ita, vt interim non liceret alijs in eo loco esse. Huius etiam loci meminit Dionysius, vbi de comitijs L. Quintij loquitur, & Lucanus cū ita scribit, *Et misera maculauit ouilia Roma*.

Colum. 17. D. post versum 12. collocabis hæc. *IPSA HÆC ARBUSTA*) Locum, in quo sunt arbores volunt esse arbutum Grammatici, vt salictum. Beroald. annotat. in Seruium docet, arbutum propriè significare arbores vitibus maritatas, atque vitiferas, quæ in ordines digeruntur: vt tradunt Plinius, Columella, Palladius, scribentes, quādo arbutum sit faciendum.

Colum. 18. A. lin. 9. *nec seruitio*) Adde. Et Eclog. E. 3. *Nam neq; me tantum venientis sibilus Austri, Nec percussa iuuant fluctu tam littora.* Et lin. 11. forsitan ex vno Virgilio) dele forsitan, nimis enim sæpè hoc facit, & adde. Plaut. Amphit.

Caput dolat, neq; audio, nec oculis prospicio satis,

Nec me inferior femina est, neq; vlla videatur magis.

Eadem colum. D. lin. 10. Cæsares dedimus) Ab initio, seu noua linea, vt dicunt. Per diuos præsentēs, quos se Romæ dicit cognouisse, accipe amicos eius, Augustum, Mæcenatem, Varum, Pollionem, viros potentes opibus, & auctoritate summa. Sic Horat. sat. 6. lib. 2.

Quicumq; obuius est, me consulit, o bone (nam te scire, deos quoniam propius contingit, oportet

Nunquid de Dacis audisti?

Ait se ab obuijs interrogari solitū, ecquid ab Augusto, Mæcenate, & illis familiaribus suis, tanquam dijs quibusdam, audierit aliquid de Dacis pop. Rom. hostibus.

Colum. 20. C. post versum 10. intexē ista. Idem in præfat. Plinij. Horas subsiciuas appellat superuacaneas, ab agris subsiciuis, qui à subsicando (nam subsiccate veteres dicebant) vocantur: hi sunt, qui centuriam non implent, aut centurijs expletis superat. Huius generis etiam sunt loca palustria, & sterilia, quæ non assignabantur. Sunt & è genere subsiciuorum loca relicta, vt doceo comment. in orationes in Rullū. Huius generis agrum sibi relictum ab Augusto significat Virgilius, id est, partem agri sui, meliore adempta sterilem, & palustrem, quæ assignari non potuisset: quod quidem interpretes non animaduertisse miror. Conqueritur apud Sallust. Lepidus, militibus subsiciua, pro bonis agris assignata. Egregia scilicet mercede, inquit, cum relegari in syluas, & paludes in contumeliam, atque inuidiam suam præmia penes paucos intelligerent.

Eadem colum. E. lin. 1. *qua solent edere fœtus*) Adde, noua linea. Turneb. annotat. in præfat. Plinij. Fœtura in pecore dicitur, vt in muliere puerperium. Varro, altera pars est in fœtura, quæ fuit obseruanda, quod alia alio tempore parere solet. Vnde & fœtæ, quæ pepererunt, dicitur. Profert hunc locū, Tur. & illum ex Ecl. 3. *Lenta salix fœto pecori.* Itaq; errat Seruius, & qui Seruium sequuntur, dum fœtas grauidas accipiunt. Varro, Quæ ostenderent nostras fœtas, quæ in conopeis iacent dies aliquot, esse eiuncidas, & contemnendas. Est & fœtura interdum fœtus ipse, interprete Seruio, vt ibi, *si fœtura gregem supplerit.*

Colum. 33. D. lin. 12. in Collat. suis Vrsinus) Adde. Plurima item huius generis in vnum conduxit Delrius Aduersar. in Herculem Fur. Senecæ, pag. 129. ex ipso met Seneca: & Commentar. in eandem tragœd. ex Græcis, Latinisque auctoribus.

Colum. 24. A. lin. 1. Tigrim sagittam appellat) Adde. in epitaphio quodā lib. 3. Anth. nominatur ἀγρίον.

Colum. 25. B. Britanniam descripsit Strabo lib. 4.) Adde. Sub Tito Vespasiani filio quomodo primum cognitum sit, esse insulam Britanniam, discas ex Xiphilino in Tito.

Ibid. C. versu 6. sic lege, & mecum emenda locū Camertis. Eam insulam postea dictam Angliam ab Anglia regina, qua duce Saxones eam subegerint, merum commentum est. Tulit. n. hoc nomen ab Anglis populo, qui qua occasione in Britanniam, & è quibus sedibus venerit, traditū est à Gulielmo Camdemo in Chorographica descriptione Britanniae.

Colum. 26. A. lin. 9. *Et dulcia linquimus arua, & alibi.*) Adiunge. Liuius li. 30. En vnquam ille dies futurus esset, quo vacuum hostibus Italiam bona pace florentem visuri essent?

Colum. 27. D. lin. 3. Plura exempla sunt obuia) Adijce. Sophocles per ἀγρον atationem, indicauit annum. Diodorus epithaphio in adolescentem puberem Anthol. lib. 3. εἰκοσι, ποίας Μένον ἡπείβοντι πλῆστον καὶ πινοντες. Post quam viginti & quatuor herbas, ætates impleuisti. Ibidem ex Theocriti scholiaste hoc glossema profert Brodæus. ποίας δ' ἴσως τὸν πνεύ κατ' ἐξοχήν, ἀφ' ὧ τὰ ἐμιαυτὸν, ποίας ἐκάλεισαν. 35

AD SECVNDAM ECLOGAM.

Colum. 34. A. lin. 13. *ipsum sollicitare Iouem*) Adde. Sed cum ex Apuleio, Tiberio Donato, & alijs cō-

LIII *

Ret;

ster, hunc Alexin (ita scilicet ficto nomine vocatum) A puerum fuisse Pollionis, iudicat Parrhasius in Epist. quæst. Martialem, dum eum Mæcenati dat, fecisse quod solent poetæ, ut locos aliunde sumptos in parodijs immutent aliquantum. Hoc cuiusmodi sit, exemplis aliquot perspicietur. Martialis.

Vixit amatorem Nemesi lasciva Tibullum,

In tota iunxit quem nihil esse domo:

quum Tibullus eo pentametro Deliz, non Nemesi blandiatur. Propertius de Virgilij Bucolico,

Tu canis umbrosi subter pineta Galefi

Thyrsin, & attritus Daphnin arundinibus.

Apud Virgilium res agitur in ripa Mincij: Propertius inde scenam transtulit in agrum Tarentinum, iuxta amnem Galesum. Fugit enim quantum poetis in hoc genere liceat, eos, qui præter historiam scripserunt, in Tarentino secessu bucolicon carmen à Virgilio lucubraturum, quod Propertius hic intelligat. Horatius in Odis. *hanc parauero, Quod auarus ut Chremes terra premam.* Terentiana quidem persona Chremes est, & rei familiaris admodum diligens: infodisse tamen argentum non inducitur. At hoc ex commodo suo Flaccus effinxit, &c.

Ibid B. lin. 10. Adde. * *Dicit Mæro, cum effudisse querulam non sine numero, ut ait Turneb, sed sine legitimo numero. Erant igitur carmina, incondita, id est, non bene, ac metricè facta confecta, non ita ad regulam congruentia, & hic: Solatium est miseris socios habere penarum. Tales faciebant interdum milites cum Imp. triumphantes. Linus lib. 4. Cum ex senatus consulto Græbæ onans introiret, alternis inconditis versus molitur, licet a iactati.*

Colum. 37. A. lin. 4. *& sic vaci confert* Adde, à principio. Pythagoras dicebat, auctore Lucretio, non eodem cibos fas esse apponi liberis, & seruis: satisque constat ex veteribus monumentis, olim rusticis, messoribus, mercenarijs, & alijs id genus hominibus serpyllum, allium, & huiusmodi herbas in cibum dari solitas. Omitto Virgil. & Horatium testes, Herodotus in Euterpe, quo loco pyramidem Cleopis Egyptiorum regis describit, refert, mille talenta in eisdem pyramidibus operarios pro apio, capis, & allio fuisse erogata. Et ut scribit Plin. lib. 26. cap. 12. aliqui ex ijs, qui de pyramidibus scripserunt, prodiderunt, in raphanos, allium, & cæpas mille octingenta talenta impenſa. Horat. ad Pisones, populares, ac plebeios homines significare volens, *Nec si quid fructus ciceris probat, aut nucis emptor.* Illud ex Plin. obseruauimus, lib. 19. cap. 4. olim esum quorundam exquisitorum pomorum fuisse pauperibus interdictum: nec licuisse plebi carduis vesci: ut hinc intelligas, iam ab illis temporibus carduos fuisse in delictijs principum virorum. Tiraquell. de Nobilit. cap. 20. num. 147.

Colum. 42. A. lin. 3. *& frigore defuit* Addendum. Colostrum autem non proprie significat lac nouum, in quo Beroald. taxat Seruium, sed est spongiosa laxitas à partu, auctor Plin. Allusit illo disticho Martialis, cuius E lemma, Colostrum.

Surripuit pastor qua nondum stantibus hædis, De primo matrum lacte colostrum damus.

Ibidem D. lin. 12. lib. 2. cap. 8.) Apponc. * *Vnde hic fons, & quare hoc nomen sortitus, prætereatur duo illi fratres, alter Zethus, alter Amphion dicti, docet Hyginus mythol. cap. 7.*

Bolnm. 46. A. lin. 5. *dare lenta coagula lactis* Adde. TIBI SORDIDA RVRA) Pronomen tibi, malè ad verbum libeat refertur. Non enim optat pastor, ut libeat Alexidi habitare secum sordida rura, & humiles casas: sed ad vocem *sordida* pertinet. O libeat mecum habitare rura, quæ tibi eleganti, ac tenero puero sordent alioqui, ut assueti vrbani mundicijs, & lautitijs. *

Ibid. FIGURE CERVOs) ante *ἐλαφὸς* Colliar vno verbo, &c.) insere ista. A ceruinorum cornuum similitudine iuxta Varronem, & Seruium dicuntur cervi illæ furcæ, quibus rustici suas casas stabiliunt. Hos in castrorum quoque munitionibus adhiberi solitos, patet ex Cæsare de bello ciuili, & Gallico. Apud Tibull. lib. 4. ad Messallam horum mentionem factam existimo, & legendum.

Nam te non alius bellis tenet aptius artes,

Quæ deceat tutam castris perducere fossam,

Qualiter aduersos hostis defigere cernos,

Quemque locum ducto melius sit claudere vallo.

Delrius in Oedip. Senecæ. Verumtamen ut 2. Poliorcet. dial. 2. demonstrat Lipsius, apud Cæsarem sunt ramosi trunci arborum, in faciem cornuum cervi: atque ij firmiores alijs, alijs infirmi. Isti teneriores, & infirmi, ceruoli dicebantur, verbo diminuentem. Lege reliqua.

Colum. 47. D. lin. 2. ego enim primus habui) Adjunge. Huiusmodi tropus, & quidem duplex etiam ante lectus est, Eclog. 1. quod ostendimus, ibi scilicet, *Postquam nos Amaryllis habes*, & sequenti versu, *dum me Galatea tenebat.*

Colum. 52. A. lin. 1. cogita semper) Attexe. Item, cum quempiam ut ineptum, imperitum, moribus agrestem volumus reprehendere. De rusticitate, & rusticis quales sint, Tiraquell. de Nobilitat. cap. 2. num. 57. *

Colom. 53. D. lin. 1. lib. 12. 7.) Appone hanc appendicem. * *Figmento hoc de Pallade, quæ & Minerva, Urbium auctore, veteres hoc confirmant, Urbes tam prudentia, scientia, litterarum, quam viribus, & fortitudine bellica occupant, ac retine-ri solere. Sciunt etiam eruditiores, quam obrem Alphonsus rex Arag. librum apertum in vexilla militaria mixtum gesserit, & cur in ocreis Linum semper habuerit in expeditionibus.*

Colum. 54 B. lin. 8. adnecte à principio, seu cum noua linea. Lasciuia apud Plin. lib. 26. cap. 1. est ludus, siue iocus, petulantia, & procacitate improbus. Iureconsultis in tractatu de re militari, & locati, lasciuia recipitur pro incontinentia animi, nec virtutem, nec probitatem reuerentis, procacitateque se oblectantis. Lasciuire est petulanter agere, ut equi indomiti solent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter solitum, aut lustrare, exultareque solent. *οκρίπῳ, ἀποδουπῳ, ἰξυ, & ἰξυ.* Lasciuire etiam arbores dicuntur, cum nimia pabuli vbertate eluxuriant. Budæus in Pand.

Colum. 55. E. ante lineam ult. insere hæc. Detexere, ait Seruius, id est, multum texere, finire, perficere: nam, de, modò non minuentis est, sed agentis. Cic. 2. de nat. deor. ea reperiunt, quibus ante exorsa, vel potius detexta pene retexantur. Plaut. Amphit. *hic homo denuo vult pallium detexere.*

A D T E R T I A M E C L O G A M.

Colum. 60. B. lin. 13. *Nam illa quid taceat, incertum est*) Addendum. Exemplum huius orationis deficientis, & honesta in re parum honesta, sunt ista quodam Plaut. Cistell. Quæ cum viris suis prædicant nos solere, omittunt rem habere, aut scortari. Cic. Tusculan. 3. Si verò aliquid etiam, tum plane luctum omnem abstergeris. Quæ oratione Tullius, id quod in Notis obseruatum ab Vrsino, veretundissimè, & κατὰ ἀπορίαν non quæ turpia erant, notauit τὰ ἀπορίσσια, quò inuisiorem redderet Epicurum, ob impudentiam. Cato, si cum alieno viro probri quid fecit, pro, si adulterium commisit, probri enim vocem in hac re ponebant, immò in libidine, & stupris. *

Colum. 61. B. *scortum intelligi caprarum nomine.*) Adjice Plin.

Plin. Vocat graneolentiam, & aliquando virus alarum. *Gracis omnis graneolentia ῥαδὺς dicitur. Vide Budanum in Pand. pag. 258. Ibidem ex Aristotele qui sunt ῥαδὺς ῥαδὺς pueri.*

Ibid. E. lin. 3. inuidia enim) Inlere hanc parenthesin (seu potius inuidencia, nam illud etiam de eo dicitur, cui inuidetur, ut cum quempiam dicimus esse in magna inuidia)

Colum. 62. E. versu 9. AN MIHI CANT. VICTVS) Subde continenter. Particula, an, emphasin sæpe habet, & est indignationis. Cic. 2. Philip. Contra rem suam venisse me nescio quando questus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari, & necessario meo? Ouid. in epist.

*At si quis rapias stabulis armenta reclusis
Arma feras; rapta coniuge latus eris?*
Catullin Cæsarem.

Quid est? an hec sinistra liberalitas

Parum expatranis? an parum belluatus es?

Nunc ad sententiam verborum poetæ nostri. Tanquam victoriz, &c.

Colum. 63. E. se penetrauit ex ædibus?) Adjice. Cic. de Arusp. resp. Attamen ignarus ille, qui consules essent, exanguis, atque æstuans se è curia repente proripuit, cum quibusdā fractis iam, atq; inanibus minis. Proripere se, est rapit se ex alicuius cōspectu auferre.

Colum. 65. A. lin. 9. *excussus sonitu stridentis anena*) Adiungendum. Audi, amabo, quid de quibusdā trans rhenanis musicis, & omnino de malis musicis in Mithrasopog. Iulianus affirmet. Enimuero barbaros illos, qui trans Rhenum incolunt, vidi rustica carmina, verbis facta similibus clangorum, quos asperè clamantes aues edunt, studiosè amplecti, & carminibus delectari. Solent. n. opinor, mali musici ingrati, molestiq; esse ijs, à quibus audiuntur, cum sibi ipsi naturā sint iucundissimi.

Colum. 66. D. versu 7. adde BIS QVE DIE NVM. AMBO PECVS) Ecl. 6. Cogere donec ones stabulis, numerūq; referre iussit. Et 4. Geo. de Prot. Consedit scopulo medius, numerūq; recenset. Tibull. eleg. 5. lib. 1. Consuecet numerare pecus. Callimachus in Cicerem. *Ἐν ὀρνί τοῖσι δειδύμει.* Achilles Statius in Tibull.

Colum. 67. E. lin. 9. & alijs ostentare contenti) D. Adde. Modica porro labra esse dixit Verrius, labia immodica, vnde labeones. Poetæ ius suum seruant.

Colum. 73. D. lin. 9. gloria defringaris) Adde. Cōsule Stephani Thesaurū super verbo *μολοβίσω*. Tom. 2.

Ibid. E. lin. 10. Ode 12. lib. 2.) Adnecte. Plaut. Curcul.

*Immo quid censes? ubi quæq; illi occasio est
Surripere se ad me, ubi sanium oppetit, fugit.*

Colum. 77. A. versu 2. *vos concelebrare*) Adde. A natali petebant, ut candidus veniret, id est, faustus, ac lætus. Testis Tibull. lib. 1. eleg. 8.

At tu natalis multos venerande per annos,

Candidior semper candidiorq; veni.

Testis & Ouid. 5. Trist. eleg. 6. *Optime natalis, quamuis præcul absummus, opto Candidus huc venias.*

Ibid. ante versum vlt. adde, noua linea. Etiam Græci vtuntur *δρῶν* pro *πρῆξεν*, & *δύεν*, ut Athenæus notat lib. 14. quem citat testem Eustathius in 20. Odys. Varro lib. 5. de ling. lat. agna Ioui facit. Hostia facere Censorin. de die natali cap. 1. Ita etiam patiendi verbum solet vsurpari, fieri; dicebant enim dijs lacte, vino hostia fieri. Briffon. Formular. Rom. lib. 1. pag. 18.

Colum. 79. D. noua dicuntur) Adjice. Tibull. lib. 1. eleg. 2. *Adde merum, vinoq; graues compeſce dolores.* Achilles Statius ex antiquis codicibus legit, *nonos dolores*, id est, maximos, mirabiles.

Colum. 81. C. lin. 1. Magius lib. 3. cap. 1.) Adde, A. FLYMINE) Et flumen, & fluuius à fluxu, seu fluore perpetuo dicuntur. Etenim ut pulchrè Arnob. lib. 4. Aqua

Anaturā est res labilis, & ad fluorem semper, decursio nemque prona.

Colum. 82. D. versu 10. etunt, exprimemus) Adjunge. EHEV, QVAM) Achilles Statius. Comment. in Tibull. restatur in optimo, ac veterrimo codice Maroniano Heu heu, non Eheu scriptum extare. Vtique illo, quam isto modo venustius.

Colum. 85. A. lin. 9. post asteriscū statim, anteverba, *De Hyacintho puero. &c. in Curcul. Plantis idem ludus luditur, & nodo nodus opponitur. Cū enim dixisset Phædromus adolescens, Au-10 contra cedō modestum amatorem, à me aurum accipe, respon-der illico Palinurus seruus, Cedō mihi contra orichalco, cui ego sano seruam.*

SAT PRATA BIBERVNT) Quomodo sūre dicuntur B prata, & horri, ita etiam bibere. Georg. 4. *irriguamq; bibant violaria fontem*, Tibull. eleg. 1. lib. 2. *Tunc bibis irriguas fertilis hortus aquas.*

AD QVARTAM ECLOGAM.

Colum. 91. E. lin. 8. Lect. 1.) Adjunge, verbum *fauis* vsitatum fuit in precibus, & inuocationibus deorum. Exempla congerit Briffon. lib. 1. pag. 77.

Colum. 96. E. lin. 2. *prima imbuit Amphitriten*) Inlere, ab initio. Fuit hæc nauis Argo appellata, siue ab eius architecti nomine, ut Apollonij Scholiastæ placet: siue, ut tradit Pherecydes, ab Argo Phryxi filio: siue, ut Hegesippus historicus memorat, ab Argo Thesaliæ vrbe, in qua ædificata fuit. Pindarus vult in Magnesiæ oppido factam, cui Demetrias nomen est: hinc Ouid. in epist. Magnetida Argo dixit. Callimachus vult in ijsdem finibus, ad Apollinis Actij templum ædificatam fuisse: quod Argonautæ inde soluentes, in eo loco persuerunt, qui Pagasæ vocatur, ab Argo naui ibi compacta. *παγᾶς* enim Græcis coniungere est, vnde Pagasæam puppim Ouidius Argon appellauit. Lege quæ præterea super hoc argumento scribit Hieron. Columna in Medeam Ennij.

Colum. 98. A. linea 12. animaduertere licet) Inlere. Vectores in naui dicuntur, qui ob hoc tantum in naui sunt, ut vehantur, qui, si milites sunt, epibatæ dicuntur, verbo græco, sed latinis vsitato, latine classiarij. Quamquam epibates, & vectorem, & classiarium significat apud Demostheum, immo etiam equitem, qui equo vehitur. Gregor. *μὲν δὲ καθ' ἅπασιν ἱπποὶ θηρμῶν, & δυνάμει τὸν ἐπιβάτην λογισμὸν ἀπορρίπτει.* Et verbum *ἐπιβάτης*, in vtrâq; significatione accipitur apud auctores magnos Græcorum. Bud. in Pand. Nec NAVTI. PIN. MVTABIT MERCES) Huius quoq; arboris materies nauigijs ædificandis aptissima est, vnde & hic meritò *nautica pinus*, & rursum Georg. 2. *dat vtile lignum Nautigij pinus*. Flaccus lib. 1. *volat immixtis caua pinus habent.* Theophrastus ex arboribus nauibus congruentibus in 5. *περὶ οὗτων ἱεροφίας* abietem, pinum, & cedrum nominat: sed ut plurimum leuitatis causa tritemes, & longa nauigia, ex abiete confici consueuisse: tritremibus vero carinam quernam subijci, ut cum in terrâ attrahitur, resistere possit, &c. Hieron. Columna in 6. Annalē Ennij.

Colum. 99. B. versu 6. Hæc Nonius) Adde, noua linea. Luteum, non lutum dici à Vitruuio affirmant. Et legendum apud Virgil. *iam croceo mutabit vellera luteo*, id què per synæresin. Quam lectionem Seruius videtur agnoscere. Interpretans enim ait, luteo colore, rubicundo. Tibull. eleg. 8. lib. 1. *Sed nimius luteo corpora tingis amor*, ubi similiter facienda synæresis. Hæc Achilles Statius in prolato Tibulli locum. Testatur autem sic esse in suo veteri Virgiliano codice, *luteo*, inquam, non *luto*.

LIII * 2

Colum.

Colum. 101. D. versu 5. &c. German.) Subiunge. A
* Vide Gyrall. dial. 2. histor. Poet. Eusepiaph. hoc est, libr. 3. Anthol.

Ἡδὲ λίον ὀφθαλμοῖς ἰδὲ καὶ γαῖαν ὀφθαλμοῖς,
Μέγας ὕψους οὐδὲ ὑψέφρων,

Colum. 102. B. post versum. 3. adde. INCIPIT PAR-
VE PVER) Priscian. lib. 6. Pueri foemini pueram di-
cebant antiquissimi. Vnde & puerpera quæ puerum,
vel pueram parit. Idem tradit Donat. in And. Teren-
tij ad illud. *Non imperasti coram, quid opus esset facto
puerpera.* Adde Nonium, & Festum. Vt enim pueri, &
pueræ, sic puelli, & puellæ dicebantur. Vide & Suetonij
Caligul. cap. 8.

AD QUINTAM ECLOGAM.

Colum. 106. C. *Proprie dictum calamos, &c.* hoc torum
scribendum fuit non minutis litteris.

Colum. 113. E. versu 2. *Si haberentur, mandauerit.*
Adnecte, *sequitur enim (mandat fieri sibi talia Daphni.)*

Colum. 118. B. lin. 5. cultumq; diuinum promit-
tit) Adiice. Obseruanda linguæ latinæ amantibus hæc
formula bene precandi, aut orandi etiam, sis bonus, sis
felix. Æneid. 1. Æneas ad Venerem. *Sis felix, nostrumq;
lenes quacunque laborem.* Vbi valet *propitia*, vt hic. O-
rantis etiam est illud alterum lib. 12. *vos o mihi manes E-*
ste boni, quoniam superis auersa voluntas. Precatur bona C
Catull. *Sitis felices & tu simul, & tua vita.* Tibull. eleg.
vlt. lib. 3. *Sis felix, & sint candida fasa tua.* Horat. Ode
27. lib. 3. *Sis licet felix ubicunque manis.* 38

Colum. 119. B. lin. 2. ANTE FOCVM, SI FRIGVS E-
RIT) statim adiunge. Ante focum, si frigus erit, id est, si
hyems erit: si mellis, si æstas, in umbra. Sic supra Eclog.
2. *Lac mihi non astate nonnum, non frigore desit*, id est,
nō hyeme. Tibull. eleg. 8. lib. 1. *qua frigore sola Dormias.*
Numero quoque multitudinis idem significat. Colum-
mella libr. 4. Nam, vbi ruris vastitas electionem nobis
temporis negat, valentissimam quamque partem vin-
cti frigoribus, macerrimam vere, vel autumnō, &c.

Colum. 121. E. versu vlt. adiunge hæc. Adde his lo-
cum vnum, & alterum à Liuiō. lib. 7. de L. Furio Dicta-
tore. Inter ipsam dimicationem ædem Iunoni Monetæ
voui, cuius damnatus voti, cum victor Romam reuer-
tisset, Dictatura se abdicauit. Lib. 10. Vt ædem etiam fie-
ri Senatus iuberet, bis eiusdem voti damnata repub. in
religionem venit.

Colum. 122. paribus nodis atque ære Menalca)
Subiunge. VENIENTIS SIBILVS AVSTRI) Hellenismus,
vt *αὐροῖς ἀέριον*, & *δριῖνα ἀέριον*, pro *αἰέρον*. Ennius, spi-
ritus Austri, pro Austro: Catullus, Zephyri auras, pro
Zephyro: Lucretius, venti vis pro ipso vento, & flami-
na Cauri, pro Cauro. Furius Antias, *Spiritus Eurorū vi-*
rides cum purpurat undas. Attius Philoctete, *Aquilonis*
fridor gelidas molitur niues. Hæc in 17. Annalium Ennij
frag. Hieron. Columna.

AD SEXTAM ECLOGAM.

Colum. 131. C. versu 4. semina, prima corpora)
Adde. corpuscula, elementa, prima principia, fi-
guras, corpora cæca, principiorum corpora, materiem,
materiali corpora: nunquam atomos.

Colum. 132. C. post versum decimum, intexet hæc,
à principio. Mundum neque ex atomis, neque fortuito
coagmentatum, ex tanta molis magnitudine, eiusque
tam definitis, ac certis motionibus docet Manilius li. 1.

*Quis credat tantas operum sine numine moles
Ex minimis, cæcōq; creatum fœdere mundum?
Si Fors ista dedit nobis, Fors ipsa gubernat,
At cur dispositis vicibus consurgere signa,
Et velut imperio præscriptos reddere cursus
Cernimus, ac nullis properantibus vlla relinqui?*

Lege quæ sequuntur, si lubet, & si vacas. Atomī autem
Epicuræ non sunt illi puluisculi, quos videmus volita-
re in radijs solaribus: vt proinde mundū, & res omnes
ex huiusmodi materia concretas voluerit. Sed sunt
certa quædam corpuscula cæca, *ἀόετρα*, quæ sub aspe-
ctum non cadunt, simplicia, indiuidua, ex quibus om-
nis rerum natura consistat, & in quæ resoluitur, vt alij
B aquam, ignem, &c. Vide plura in Collectaneis Gifan.
in Lucret.

Colum. 134. A. quod est post asteriscum minuta
littera, totum inducito.

Ibid. B. 3. versu alieno loco positi sunt: ponen-
di, sequenti columna A. versu 14. vbi legitur, INCIPIT
ANT SYLVÆ) Bonum sanè secutus est ordinem, &c. Ad-
iunge reliqua.

Colum. 136. D. post vndecimum versum inferre
hæc, Et in Hippolyto Senecæ Phædra filia, matri hunc
nefandum amorem exprobrat.

*Genitrix, tui me miseret: infando malo
Correpta, pecoris efferi sanum ducem
Audax amasti.*

Ibid. E. versu 4. consuescere) Adiunge. Allego-
ricè fabulā Pasiphaes tractauit Natalis Comes lib. 6. c. 5.

Colum. 137. B. versu 3. Statij Thebaid. libr. 2.)
Adde. Purgamina Melampus in fontem Clitorium
proiecit: vnde factum, vt qui de eo biberent, abstemi-
j euaderent. Sic fabulatur Ouid. 15. Metamorph. quan-
quam & alia ibidem huius rei causa affertur. Versus
sunt isti.

*Clitorio quicunq; sitim de fonte leuauit,
Vina fugit, gaudetq; meris abstemijs undis,
Sem vis est in aqua calido contraria vino:
Sine, quod indigenæ memorant, Amythaon e natum
Proetidas attonitas postquam per carmen, & herbas
Eripuit furis, purgamina mensis in illas
Misit aquas, odiumq; meri permansit in undis.*

Ibid. C. versu 11. iniquissimè violant) Adde. Dif-
ferit similia Clemens Alexand. lib. 2. Stromat. ex Pla-
tarchi penu deprompta, vt apparet.

Colum. 139. C. post sextum versum, adde.

*Quid faciat mater? nisi quo trahit impetus illam,
Hæc eat, atq; illuc, & dum licet, oscula iungat?
Non satis est: truncis auellere corpora tentat,
Et teneros manibus ramos abrupit: at inde
Sanguinea manant tanquam de corpore gutta.
Parce precor mater, quacunq; est sancta, clamat:
Parce precor, nostrum laceratur in arbore corpus.
Inde fluunt lacrymæ, stillatq; solerigescunt
De ramis electra nouis, quæ lucidus annis
Excipit, & nutribus mittit gestanda Latinis.*

MOLLI FVLVS HYACINTHO) Similem numerū, breuem
nempe syllabam post quartum pedē productā, notat in
Catullum Achilles Statius, carm. nupt. *Ita veniet virgo,
sā dicetur hymeneus.* Rursum de nupt. Pelci, & Thetidis.
Tū Thetis humanos nō despectis hymeneos. Et in 4. Georg.
ex codice omnium codicum Maronianorum vetustissi-
mo, *Ille comam mollis sã tondebat hyacinthi*, vulgata e-
nim exemplaria legunt, *iam tum tondebat acanthi.*

Colum. 143. E. lin. 6. ex Plinio Pierius) Adde. Fe-
stius duo epigrammata in persona Philomelæ, ad so-
rorem.

amabis? cuius esse diceris? Seneca Hippolyto. *Tunc si Aistius in Ceiri. Verum hac tunc nobis grania, atq; indigne fuere, indigna, id est, avara.*

Delirius.

Colum. 194. A. versu 5. adiunge* *Res charissimas appellabant delicias suas, non homines tantum: etiā delicia. Et ita in vetustis monumentis Roma maritos suos coniuges, & matres filios blādē vocare affirmat oculatus testis Achilles Sen. in Cat. DELICIO. & DELICIO. SVO. & DELICIO. SVO. CARISSIMO.*

Ibid. C. versu 4. POTVM PASTAS AGE) Adde continuū. Eclog. 5. *Non vili pastos illis egere diebus Frigida Daphni boues ad flumina. Tibull. eleg. 3. lib. 2. Et potum pastas ducere fluminibus.*

Colum. 195. cent. 1. adag. 18.) Adde. Sic Rhinto tragicus poeta, *σεμνόν, ἐλὶ γυν' ἀνδρὶν* dicit etumulo, 3. Anthol.

Colum. 199. A. *Indulgere labori*) Assuendum. Græci expriment hoc ita, *Βαρίβρονον ὄϊσμα*. Plato epitaphio in Eretrienſes 3. Anthol. *ὄϊδα ποτ' αἰγῶν βαρίβρονον ὄϊσμα λυπόντες*, ad verbum, horrifonus fluctus, grauistrepus, grauifremus. Aliās infani fluctus Latinis, etiam sonantes, vasti, spumantes.

Colum. 202. *σερχεῖσθαι*) Addendum. Liuius lib. 28. Masaniſſa, cum Gadibus eſſet, certior aduenire eū à Martio factus, cauſſando corrumpi equos inclusos in insula, &c.

Ibid. B. versu 8. Adde. Ennius in Scipione. *Et Neptunus janus undis asperis pausam dedit. VENTOSI CECID. MVRMVRIS AVRÆ*) Ennius, *Arboræ vento vacant.*

AD DECIMAM ECLOGAM.

Colum. 205. A. lin. 3. *Plectantur sylvæ te sospite*) Adde. Exempla plura suppeditabit Brisslonius, Formular. lib. 1. pag. 75.

Colum. 206. B. versu 2. *non Avidos undas*) Adde. INDIGNO CVM GALL. AMORE PER.) Seruius hinc indigno, exponit magno, quomodo Ennius dixit indignas turres, id est, magnas. Rectius Scalig. in explicat. versu

Colum. 208. C. versu 5. Erythraus Indice) Adice. * *Sumpsit à Parrhasio in 2. Claudian. de raptu. Pulchridem, bubulcos dicit tardos, quia boues tardi sunt. Ouid. ad Auroram. Primavocas tardos sub iuga panda boues Tib. Aut sumulo tardos increpuisse boues. Monet etiā cum minimū genus pastorum ex illis tribus dicantur ἀπὸλοι, caprarū, Virgilium hoc nomen caute, consulat, in q̄s, quā à Theocrito sumpsit, omisſiſſe, quod ante Gellius observauit.*

Colum. 209. A. versu 10. *Et vrant*) Adde. Verissimē edaces curæ, & ignes animorum vastatores.

Colum. 211. C. versu 3. Vrsin.) Adde. Huius bonæ precatōnis exempla longē plurima inuenies apud Brisslon. Formular. lib. 1. pag. seu num. 87. Quomodo autem cui bene volebant, & quē amabant, ei terram leuē, sic cui male, & quem oderant, ei tumulum, aut terram grauem, & onerosā precabantur. Delirius Aduerſar. & Commentar. in extremam Hyppolyt. Brisslon. num. 88. lib. 1.

Colum. 213. A. versu 11. pendere corollæ) Adde. *Es Virgil. in voto ad Venerem pro Æneide. Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,*

Colum. 216. B. post versum sextum. Adde. De amore autem vero, nec turpi, quā iocosē & argutē idem in Casina. cocos demiratur, qui tot vtuntur, cōdimentis, eo non vtantur, quod præstat omnibus.

Nam ubi amor condimentum inerit, cuius placitum puto.

Neg, falsum prorsus, neg, suauē esse potest quidquā, ubi amor

Non admiscetur, fel quod est amarum, id mel faciet,

Hominem ex tristi lepidum, & lenem.

Colum. 217. B. vituperationem pertinet) Adice. Refellitur à Villiomaro, qui vocem *grauis* ad odorem iuniperi putat referendam. Ideo eius vmbra esse grauem, quia odor est grauis, quippe quo etiam serpentes abigantur. Respondet Titius in Assertionibus, lectiōnemque suam defendit. Lege vtrumque, & fer sententiam.



AD GEORGICA. AD PRIMVM GEORGICORVM.



Colum. 223. in extrema Synopſi dele 7. versu, ab eo loco. *Efficit hunc librum difficiliorem*, &c. satis enim multa diximus ἀσχελογιῶν, cum eas res parē attingere initio statuissimus, propter cauſas explicatas. Nec plura ferē apud alios interpretes habentur.

Colum. 227. A. versu 3. parerg. Iuris lib. 9. cap. 6. Quod sequitur maiusculis, ita diuide. O CLARISSIMA MUNDI LUMINA) Deinde subiice hanc Symbolam: Mundi nomine sæpius apud scriptores probatos cælū accipitur. Ergo mundi lumina, id est cæli lumina, sol & luna inq̄. Arn. Nunquid vertigo hæc mundi primigenij ortus moderamē excedens, aut tardius repere; aut præcipiti cœpit volubilitate raptari? Mactob. ad Som. Scip. lib. 2. c. 10. Non solum terram, sed ipsum quoque cælū, quod verē mundus vocatur, temperari à sole certissi-

um. Ennius Scipione. *Mundus cæli vastus conficit sentio.* Prudent. *ἀπαιτί, ne quia duo numina credas Imperitare vagis mundi per inania formis.* Apuleius de deo Socratis. Suspicientes in hoc perfectissimo mundi, vt ait Ennius, clypeo. Nec alia notione orbis, apud Horatium.

Si fractus illabatur orbis,

Impandium ferient ruina.

Meursius in Critico Arnobiano, cap. 1.

Ibid. A. lin. 2. ad Bacchum pertinet) Subiunge. Emulatus est Claudianus de Raptu.

Vnde datæ populis fruges, & glande relicta

Cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.

Colum. 230. B. versu 13. *pedem remulisti*) Subiice max. vbi tamen Achilles Statius legit, *remulisti*, additque hoc Terentij, *nunquam huc recenſiſſem pedem.* Et Horatij, *Quam nec ferre pedem dedecuit choris.*

ris. Quod autem Catullus habet, *malum pedem*, Ovidius in Ibin dixit *laeuum pedem*, hoc versu. *Ominibusq; malis, pedibusq; occurrere lauis*. Horatius contra *faustum*, ad Florum, *i pede fausto*.

Colum. 230. E. versu 4. Tu quod attuleris amplius in hac &c. dele. Repone ista, ab initio. Multæ voces in vnum confusæ, fremitus propriè dicuntur, vt indicat Seneca. Est & fremitus hinnitus equorum, vt hic: vbi *prima tellus* (si tamen Attica designatur) ἀπὸς ora maris, littusq; non est accipiendum. Athenienses primam omnium suam terram, seq; primos homines prædicabant, de generis antiquitate cum Argiuis certantes, vt est apud Pausaniam. Nam primæ ciuitatis auctores videri vtque volebant, suam urbem per excellentiam ἄν nominabant, vt testis est Aristophanes, Philodorus, Stephanus. In rei rusticæ collectaneis scriptum est, per orbis initia, cum omnia essent aquis obruta, Atticam terram primam emeruisse: exorta que contentione inter Palladem, & Neptunum, vter ei nomen imponeret, olea producta superiorem fuisse Palladem: quomodo Ioui, cæterisq; diis eius donum præstantius esse visum, quam portus, & naualia, quibus Atticam Neptunus ornauerat. Hinc in Thebaid. lib. 12. Papinius.

*Fama minor factis. ipsos nam credere dignum
Calicolas, tellus quibus hospita semper Athena,
Ceu legu, hominemq; nouum, ritusq; sacrorum,
Seminaq; in vacuas hinc descendentiæ terras
Sic sacrasse loco commune animantibus agris
Confugium.*

Lege cetera apud Ianum Parrhasium, Commentar. lib. 1. de raptu apud Claudianum.

Colum. 232. C. versu 3. In arce ab Atheniensibus conseruatam, &c. expunge. Repone quæ sequuntur, noua linea. Cum scribit Cic. 1. de leg. alloquens Atticū, nisi forte Athenæ tuæ sempiternā in arce oleam tenere potuerūt, hoc vult, id quod ex antecedente, & subsequente oratione manifestum sit, hominū cōmemoratione, & opinione potius, quam natura stirpem illam inueterasse, oleam inquam, in certamine à Pallade editam, vt Athenis nomen imponeret: quæ Plinij quoq; ætate superstes censebatur esse, vt est lib. 6. Eam in arce natam fuisse Varro lib. 1. de re rustica docet. Erant & oleæ Palladi sacræ in arce primū, quæ propagatione plures succreuerunt, μοειά vocatæ: vel q̄ virgum earū oleum diuideretur: vel à morte Halirrhothij Neptuni filij, qui cum eas ferro succidere tentaret, securim sibi inflixit: earum autem oleum præmij vice, his, qui Panathænæa vicerant, donabatur. Hæ postea ex acropoli, quam Varro arcem vocat, in Academiam translatae sunt. Aristoph. ἀλλ' ἵς ἀναδηνύειν κατιὼν, ὑπὸ ταῖς μοειάς παύσεται. Hæc Turneb. Comment. in de leg.

Colum. 233. A. versu 12. *Comuersio exponitur.* Adiunge. *Attemen in vetustis numismatibus, ac lapidibus videri. Sylvanum ferentem cupressum radicitus, & id significari à Virgilio, Achilles Statius Comment. in Catull. asserit. Qui poeta, ad nuptias Pelei, ac Thetidis venisse narrans deos rusticos cum muneribus, de Peneo sic ait, adest.*

Non vacuus: namq; ille tulit radicitus altas
Fagos, ac recto proceras stipite laurus,
Non sine nutanti platano, lentaq; sorore
Flammati Phaetoniis.

Nempe ea portasse dicit, qua fluminis ille Thessalia Penem aleret.

Colum. 234. C. versu 10. adde. *Liuiam 10. millia coronatorum donasse Numero senatori Atheniensi, & Prætorio Viro, quod iurasset, quemadmodum de Proculo, Romuloq; traditū est, se Augustum in calum ascendente videri, auctor Xiphilin.*

Colum. 236. B. versu 8. *Hanc distitam faciunt.* Adice. *Solinus quinq; dierum, nocturnq; navigatione distare ab Orcadin confisus. Poeta volentes significare distantiam maximam, & longinquissimum locum, Thulem nominans, & sic facit Virgil. & Se-*

A neca. Claudian. quonq; Thulen procul axe remotam. Et rursus, ratibusq; imperua Thule.

Colum. 237. versu 10. *quam Caesar habet.* Adde. *Chelæ scorpion in libra consummantur: hinc chelæ sæpe pro libra apud Manilium.*

Colum. 243. D. versu 3. Adde, noua linea. *Hic etiam Seruium castigat Beroaldus, & ex Plinio, Strabone, Solino, Tmolus docet esse montem Lydiæ, iuxta Sardis, quiantea Tymolus vocaretur. Quam autem idem Beroaldus explanationem comminiscitur de vino crocei coloris, eam vt prorsus alienam relinquimus.*

Colum. 244. C. versu 5. Turneb. lib. 21. cap. 9.) Adde, noua linea, seu à principio. *Chalybs non est distincta species metalli, vt peruersè quidam, sed ferri purioris, sincerioris, & durioris species, certa quadam temperatura constans, non nihil vt puto diuersum à σιδερω, quod ipsum quoq; certa ferri temperatura est, iuxta Aristot. 4. Meteor. Chalybs Damasci præstat omnibus. Hispaniensem laudat Iustinus lib. 43. & nomen deducit à Chalybe fluuio prope Bilbilim, & accolæ ait Chalybas vocari, quo nomine etiam alij sunt Scythiæ populi, vberi ferro nobiles, quas nationes optat perire Callimachus apud Scholiast. Apollonij lib. 1. & lib. 2. Et quia non vno loco Chalybes, ideo Catullus, Jupiter vt Chalybon omne genus pereat. Hæc Delrius Comment. in Hercule Oeteum Senecæ.*

Colum. 249. B. versu 2. Seruius, Germ.) Adde. *Vide in super Budæum in Pand. pag. 389. annotat poster.*

Colum. 252. E. post hæc verba, Iouian. Actio dial. ponantur hæc ab initio. *Prouerbij faciem habet illud Nazianzeni, πῦρ ἐγγὺς καλὰ μὲν ἐκ ἀσφαλὸς. Ignem si admonens stipula, res plena periculi. Iuuentus male creditur libidinum magistris. Tenellæ ætati non est tutus vini vsus, quod illa flammis exæstuet ardentioribus, quam Ætnæ crateres. Iunius Cent. 3. num. 74.*

Colum. 256. A. &c. Ioseph. Castilio.) Subiice, noua linea. Huius dogmatis auctorem dabo nobiliorem, Petrum Victorum, qui sic scribit Castigat. in lib. 1. Varonis de rustica, vnde etiam sua mutuatus est Castilio. Illud hic admonere visum est, recentiores omnes in magno errore versatos, qui crediderunt duo esse solstitia, & alterum æstiuum, alterum hybernum appellari: cum veteres cuncti boni auctores solstitium, quemadmodum hic facit Varro (cap. 46.) τροπὰς διενοῦσθαι solum vocent: τροπὰς autem χειμερινὰς brumam. Lucretius, Virgilius, M. Varro, Cicero, Plinius hoc semper obseruauerunt. Cur tantum consensum optimorum scriptorum Columella reliquerit, non video: ille. n. solus, q̄ scia, æstium solstitium, & solstitia numero multitudinis utrasq; τροπὰς appellat. Seruius etiam Virgilij interpret hoc non animaduertat, & huius rei ignorantia turpiter lapsus est, in illius loci declaratione, *Humida solstitia*, &c. Quamuis. n. numero multitudinis loquatur poeta, nō debet existimari duo esse solstitia voluisse: sed auctor fuit agricolis, vt votis illud anni tempus singulis annis humidum poscerent: quod si impetrarent à diis immortalibus, magnos fructus ex agricultura esse capturos. Possem hoc plurium optimorum scriptorum testimoniis comprobare: rem tantum indicasse, vt arbitror, satis fuit: exempla vnicuiq; nunc, qui accuratè leget, occurrent.

Colum. 257. D. versu 11. *atq; interfice messes.* Attex hæc ibi quædam super hoc annotata lege. Quintil. Declamat. 12. nos per arentes effusi campos, morientium herbarum radices vellimus. Cyprianus contra Demetrianū. Vineæ licet fallat, & olea decipiat, & herbis siccitate morientibus, æstuans campus arefcit, qd hoc ad Christianos? Arnob. Difficiles pluuiæ lata faciūt emori.

Quin

Quin idem auctor dixit, emortuūque fluminibus neq; APlin. silens cælum dicit libr. 18. cap. 28. Alia sunt illa, quæ silente cælo, serenisq; noctibus fiunt. Achilles Statius in Catull.

Colum. 258. B. versu 9. *stilo depascenda est.*) subiunge, *Hoc est, ut exponit Bud. in Pand. scribendi frequentia, & assidua meditatione reprimenda est illa naturalis libertas, qua interdum redundat. Luxuria pro crapula, & vinositate non dicitur latine, sed pro impensa profusa, ut etiam luxur.*

Colum. 269. B. versu 3. A rubigine, siue robigine) dele quatuor versus illos, & repone ista, à principio. Rubigo in segetibus est, quā Theophrastus lib. 4. de causis plant. cap. 15. eruginem appellat, id est, *ἐρυσίνη*, quo genere, ut ipse inquit, frumentacea præcipuè corripuntur, & inter ea triticum maximè, & hordeum. Sic autè definit, *ἐρυσίνη δὲ ἐν τῷ τῷ ἐρυσίνῳ ὕγρῳ*, id est, Est B autem erugo incidentis segetibus humoris putrefactio. Propterea cum multum pluerit, humor ille abluatur, nec in eruginem putrescit, &c. Rubigo, vel erugo, nisi fallor, est, quam nuillam nostrates agricolæ vocant. Spicæ enim marcidæ fiunt hoc vitio, & in puluerem foetidum confriatiles. A rubigine Robigalia dicta, id est, festi dies amoliendæ rubigini instituti ab antiquis, quales sunt supplicationes amburbia, aut ambaruales, quæ hodie propter eiusmodi causas factitantur. Plin. lib. 18. cap. 26. Robigalia Numa constituit, quæ nunc aguntur ad 7. calend. Maij, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Budæus in Pand.

Colum. 271. C. versu 2. Exhort. ad gentes) Subde. Multa de iisdem Comment. in Hippolytum Seneca Delitius, Pag. 164.

Colum. 276. B. versu 6. sine granis) Addendum. PALEÆ TERET AREA CVLMOS) Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Area dum messis sole calente teret.* Martial. *Messis area dum ferit crepantes.* Nisi forte legendum *terit* pro *ferit*.

Colum. 279. A. versu 9. Bersman.) Adde, noua linea. Abydum abundare ostreis, clarum etiam ex illo Ennij, in Frag. Phaget. *Assæra ostrea plurima Abydi.* Et ex his Catulli.

Hunc locum tibi dedico, consecroq; Priape.

Nam te præcipuè in suis urbibus colit ora

Hellepontica, cateris ostreosior oris.

Lucanus lib. 9. de Chalcedone, quæ est in eodem maris tractu, & ostiferam dirimet Chalcedona cursu. Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. ubi eos accusat, qui ingluuiei dediti, transmarinas elcas anxie perquirunt, *ὄστρεα τὰ Ἀλκυονίδων* nominat. Varro satyra, quam *ὄστρεα* inscripsit, Tarentina laudauit, Horatius Circæa, Sergius Orata, qui primus ostreorum viaria in Baiano inuenit, Lucrina, &c. Vide Hieron. Columnam in Frag. Phaget. Ennij.

Ibid. B. lin. 1. à faucium similitudine) Adde. ABYDI) Stephanus in Urbibus ait 3. vrbes ferri hoc nomine. Vnam in Helleponto, Milefiorum coloniam, oppositam Sesto, de quibus Dionysius. *Συνδὲ ὅταν καὶ Ἀλκυονίδων ὄστρεον ἔσται.* Aliam in Ægypto, eorundem coloniam. Aliam in Iapygia, siue Italia.

Colum. 290. E. versu 11. ILLIS AVT INTEMP. SILET NOX) subiunge continuatè: Noctem silentem, & tacentem dicunt scriptores magni. Catull.

Aut quam sidera multa, cum tacet nox,

Furtiuos hominum vident amores.

Tibull. *Doceui tunc tacito tempore noctis annu.* Et, *Vota novem Veneri nocte silenti tuli.* Virgil. *sub nocte silenti.* Neque verò semper mediam, atque intempestam noctem debemus intelligere, quoties silentem audimus: sed nonnunquam etiam serenam, & ut Virgil. vocat, purā. *Quid quæte pura solum sub nocte canentem Audieram?*

APlin. silens cælum dicit libr. 18. cap. 28. Alia sunt illa, quæ silente cælo, serenisq; noctibus fiunt. Achilles Statius in Catull.

Colum. 291. C. & alligat undis) Sequantur ista. Pulcherrimis carminibus Seneca Herculi. Fur. de ista redirione solis, per vtrunque cælum.

Olucis alma rector, & calis decus,

Qui æterna curru spatia flammifero ambiens, Illustre laus exeret terris caput.

Colum. 293. C. dial. nostrum 17. primæ Tertij) Adiunge continenter. Has quatuor anni vices Catullus ex adiunctis festiuissimè describit.

Mibi corolla picta vere ponitur,

Mibi rubens arista solo feruido,

Mibi virescente dulcis vna pampino,

Mibiq; glauca duro oliva frigore.

Non est prætermittendum, quod de singulis asserit Celsus lib. 2. Saluberrimum ver est: proxima deinde ab hoc hyems: periculosior æstas: autūnus longè periculosissimus. Ibidem. Austri, pluuiæque hyemem occupant. Inimicior senibus hyems, æstas adolescentibus.

Colum. 294. A. versu 8. oportuisse sibi sarcire) Adde) * *Exemplo militum in hybernæ, & agricolarum in mala tempestate, nunquam cessandum studiosis litterarum, etiam vacationum tempore, vide quam bene doceat Muret oration. Volum. 2. pag. 101.*

Colum. 295. C. versu 4. QVIPPE ETIAM FESTIS) Adde ista cōtinenter. Feriis publicis ante flamines quosdā incessisse, qui opere abstinere monerent, Sex. Pompeius lib. 14. tradit. Præclamitatores dicuntur, inquit, qui Flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant, feriis publicis ut homines abstineant se ab opere, quia his opus facientem videre irreligiosum est. Idem ibidem. Præcias dicebant, qui à Flaminibus præmittebantur, ut denuntiarent opificibus, manum abstinere ab opere: ne si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur. Brisson. Formular. lib. 1. ex Seruio integro, ad hunc versum.

Colum. 296. versu est. Isidor. lib. 17.) Subde. PODETA significare volens, vsum picis agricolis esse necessarium, dicit picem eos solitos in vrbe mercari, & ex vrbe in agrum reportare a fello doruario. Vtebantur autem pice ad vina potissimum condienda, auctor Plin. libro decimoquarto. Columella, & Palladius picem ad vasa picanda, & quam plurimis in rebus vtilissimam esse tradiderunt. Cato admonet agricolas, ut vasa habeant bene picata. Vnde impicare, & oppicare, quod significat pice linire. Beroald. annotat. in Seruium, qui perperam explanauit hunc locum, dum dixit, agricolas picem deferre in urbem venalem, & reportare non venditam. Absurdè, & ridiculè.

Colum. 299. A. versu 4. reliquit Claudian.) Adde. Perstringit eandem, & quidem argutè Manilius lib. 1. aram quoque nominans, ad quam dii contra gigante pugnaturi fœdus, & sacra fecisse dicuntur. Hygin. poet. astron. lib. 2. Versus Manilij sequuntur.

Ipsius hinc mundi templum est, victrixq; salutis
Ara nix sacris, vastos cum terra gigantes
In cælum furibunda tulit. cum Dij quog; magnos
Quæsiuere deos. dubitauit Iupiter ipse,
Quod poterat, non posse timens, cum surgere terræ
Cerneret, & verti naturam credere omnem,
Montibus atq; aliis aggestos crescere montes,
Et tam vicinos fugientia sidera collas
Arma importantes, & rupta matre creatos,
Discordes vuln, permistaq; corpora, parius.

Hofsi-

*Hostiferum necdum sibi quinquam numina norant,
Si qua forent maiora suis. tunc Jupiter Ara
Sidera constituit, quae nunc quoque maxima fulget.*

Ibid. B. versu 5. Adde. OSSA FRONDOS. INVOL-
OLYM.) Olympi Straboni lib. 8. & 10. quatuor. Vnus
prope Antandrum, diuersus ab Ida, alius in Mysia, alius
in Elide, alius Thessalia. Alios alij numerant, Hesy-
chius sex. Eustathius scribit à Græcis omuem montem
paulo altiore vocari vel Idam, vel Olympum, idque
propter Idam Phrygiæ, & Olympum Thessaliæ. Olym-
pus sanè Thessaliæ, cui hoc nomen per excellentiam
competit, adeo celsus est, ut in eius vertice nec venti,
nec niues, nec nimbi cernantur, ut scribunt Homer.
Odyss. 6. & Philostrat. in Imagin. Ideo Plutarchus lib. B
de defect. oracul. vocauit aulam superum. Hæc Delri-
us Comment. in Hercul. Fur. Senecz.

Colum. 302. A. versu 3. lætitia succedit) Adjice.
Solutas curas appellauit Catull. *O quid solutus est beati-
us curis?* Nō quod curæ soluantur: sed homines ipsi cu-
ris tanquam vinculis, & catenis quibusdam leuantur, ac
liberantur. Sic Martial. *Nox non ebria, sed soluta curis.*
Sappho. Εἰς μὴν καὶ νῦν, χαλαρὰν δὲ λῦσον ἐν μεσηνίᾳ.

Colum. 303. A. versu 7. gloria prima lepus) Ad-
de. Rhodigin. lib. 9. cap. 12. pro gloria legit *manya*,
quod est delicatum edulium.

Colum. 305. B. CVM MESSIS INHORRUIT) quæ
sequuntur, sic lege, & ita mecum corrige. Messis in-
horrescere, aut, ut alibi, segetem, agrum horrescere,
Colum. 675. E. lin. 8. Adde. RIMISQVE FATIS-
CVNT) Fatiscere (auctor Nonius) est aperire, rursus,
deficere. Pro quo dixit Attius fatiscor. *Tamen haud fa-*
tsiscar, quintuam implorem fidem. Varro. Altera ira,
altera vulneribus fatiscuntur.

Colum. 678. A. lin. 9. CÆLVM TERRAMQVE
MISCERE) Adde, Lilius lib. 4. Quid tandem est cur cæ-
lum, ac terras misceant?

Ibid. C. versu 7. inanissima, & leuissima) Subii-
ce. TANTAS AVDETIS TOLLERE MOLES?) Suprà, *vastos*
voluunt ad litora fluctus. Item, *sequitur cumulo prae-*
ptus aqua mons. Et, *fluctibus ad sidera tollunt.* Recte igitur,
tantas moles.

Colum. 682. C. versu 8. Lucret. lib. 1.) Subiice.
Indo feræ pecudes persulfant pabula læta.

Colum. 693. B. lin. 2. multa Socratem legimus)
Adde. DVCTORESQVE IPSOS PRIMVM) A remilita-
ti sumpsit vocabulum, & loquitur de ceruis tanquam
de quodam exercitu, cuius tres quasi duces videbantur
illi ceres, qui propter litus pascendo vagabantur.

Colum. 695. D. lin. 8. PECT. MVCTET) Adde. Su-
prà. *Ille regit diffis animos, & pectora mulcet.* Georg. 4.
Mulcentem tigræ, & agentem carmino querens. Sen-
tentia igitur verborum hæc est, &c.

Colum. 699. C. post versum 4. *Durare* verbum
malis perferendis conuenit, & eo animos iacentes spe
vitæ lætioris erigimus. Concludit Æneas, præsentia in-
commoda hoc lætiori animo ferenda, quod sit propior
felicitas, & quies. Quid enim consolatoris tam pro-

prium, quàm catastrophæ malorum quasi digito mō-
strare, quibus defuncti, beati sunt futuri? Proin *durare*
dixit pro, perseverare, quasi diceret, duos, infractos-
que animos habete. Sueton. in Caio. Sicut erat, lori-
catos monuit, ut discumberent, illo notissimo Virgilij
versu, *durarent, & secundis se sequerent rebus.* Gifelin.
epit. adag. parte 2.

Colum. 701. D. versu 8. *complevit eum flagitijs*) Adde
Lilius lib. 4. *noctemq, omnia erroris nutus impleffe.* Idem lib. 7.
Hunc eximium florem iuuentutis eo etiam, quod si duplex accipo-
retur stipendium, decreuerant spes, annorumq, implere. Idem lib.
25. *ac breui tempore totam Siciliam implevit nominis sui.* Lib. 16.
terrorq, Styliæ Romanis oblatum, fugæ, sperandinq, Samnites im-
plevit.

Colum. 702. A. post versum 4. attexe nova li-
nea. Exemptam dicit famem epulis. Libro 8. hoc ip-
sum iterat, veruntamen, aliis verbis. *Postquam exem-*
pta fames, & amor compressus edendis. Dixit autem pau-
lo ante, impletos fuisse veteri vino, ac pingui ferina:
Bene igitur inanitates suas expleverant. Tradamus hoc
loco præceptum sanitatis tuendæ studiosis, quoniam
res admonuit. Celsus lib. 1. Nec ex multa fame satietas:
neque ex nimia satietate fames idonea est. Adiciamus
& hoc *παρίπυος* ex eodem. In diem facillimè sustinet
mediæ ætates, minus iuuenes, minimè pueri, & senē-
cture confecti. ✽

Ibid. versu 10. huiusmodi. Corrad.) Adde.
SPERM QVE METVMQVE INTER DVBIUM) partim
sperabant illos superesse: partim timebant ne fluctibus
perissent. Sed vitrum potius facerent, sperarent, an ti-
merent, dubitabant. Cum spe timebant, & cum timo-
re sperabant. ✽

Colum. 704. C. lin. 11. velis florere videres) Ad-
de, ab initio. Epitheton *velinalum* ipsis nanibus addit
Ennius, Annal. 14. *hostes accedere vti nauibus velinolis.*
Et in Andromacha, *Rapis ex alto naues velinolas.* Vt a-
libi, Callandram, ut opinor vaticinantem inducens,

*Famq, mari magno classis cita,
Texitur, exitum examen rapit,
Aduent, & fera velinolamibus
Nanibus complevit manu litora.*

Non dissimili translatione Hypatus Macedonius in
quodam epigrammate nauim πολυταλίων ἀνέμων πω-
ει appellauit. Setuius, veliuolum, ait, duas res signifi-
cat, & quod velis volatur, ut hoc loco, & quod velis vo-
lat, ut Ennius, naues veliuolas, qui & proprie dixit. Hie-
ron. Columna.

Colum. 707. C. materia 2. Æneid.) Adde. Sed
inest in hoc verbo *occasus* festiuitas quædam, cum præ-
fertur, sicut à poeta, & Cicero translatus est. Idem
pro Sylla, cum ad occasum interitumque reipub. Catil-
lina in castris, &c. Et in Pisonem. Qui dies post obitu,
occasumque nostrum reipub. primus illuxit. Et quo-
niam à sole, & sideribus transfertur, necesse est in illu-
stribus tantum rebus, & personis transferre dici occa-
sum. ✽

Colum. 713. B. versu 2. *temploque, ariq, recepit*)
Subiice. Est etiam lib. 12. de hac apothecæ, vbi super
ad lunonem sic.

*Indigetem Æneam scis ipsa, & scire fateris
Deberi calo, fatiq, ad sidera tolli.*

Colum. 714. E. versu 2. Dionysium lib. 1.) Adde.
Isidorus idem longam vocatam censet, quia longum e-
rat oppidum, iuxta prolixitatem collis, in quo positum
erat. Quod ex Lilio sumpsit, qui inquit eam ab situ
portæque vrbis in dorso Albani montis longam appel-
latam. Dionys. lib. 1. à situs forma, ac etiam, ut ad altera
eiusdem nominis discernetur.

Colum.

Colum. 715. C. post versum 11. adde. GEM. PAR. TV DAB. ILIA PROL.) Tibull. eleg. 6. lib. 2. *Et factus matrona dabis.* Catull. Epithalamio. *Laudate ut lubet, & brosi Liberos date.*

Colum. 717. B. versu 4. fere mille) Adiunge. Consule & Hieron. Columnam in 1. Annal. Ennii, ad illam versum *Certabant, urbem Romanne Remanne vocaret.*

Colum. 718. C. versu 9. Magius lib. 4. cap. 5. Adde. *De magnitudine Romani imperij videndum Appianus, proemio historiarum suarum, & Lipsius lib. quem nuper omni industria elaboratissimum euulgauit, & ADMIRANDA inscripsit.*

Colum. 724. C. versu 5. à lictorum custodibus) Adde. PONTYQUE FEROCIA POENI CORDA VOL. DEO) οὐκ εἰδὼς, & ἐκ ἀνύδων, Ennius, *Ducite, dōq, volentibus cum magnis diis.* Plaut. *Pœla. Sequere hæc mādgnata, cum diis volentibus.* Idem Milite gloriofo. *Agitate, ite cum diis benivolentibus.* Cato de re rust. cap. 141. cū diis volentibus, quodq; bene eueniat, mādō tibi. Sallust. Ut tanta repente mutatio, non sine deo videretur. Collegit. Hieron. Columna.

Colum. 729. A. post hæc NVDA GENV, &c.) Adde. Tertullian. lib. de Pallio loquens de institis quadratis, quibus olim mulieres vterentur, quæque fuissent celebres. Et quidem in fama de subteminis studio, & luminis consilio, & mensuræ temperamento (quod neque transctura prodigē, nec intra genua inuerecundē, nec brachiis parçē, nec manibus artē, sed nec cingulo sinus diuidente) expedita, atq; quadrata instita. Quæ sententiam sic explicat Ioan. Mercerus. Celebre fuisse hoc genus vestis (κατὰ συνανδλοχὴν sic dictum, apud Ouid. *Quæ tegit medios instita longa pedes*) cum subteminis studio, quod ad materiam: tum luminis consilio, quod ad colorem: tum denique mensuræ temperamento, quod ad formam pertinet. quomodo? quod neq; infra genua demitterentur, ambulantibus impedimento futuræ: nec intra genua versarentur, pudorem pulsaturæ: nec brachia, aut manus constrikerent, manicatæ: nec sinus diuiderent, succinctæ. Sic fere Carthaginensis Virginis habitum mentita Venus à Virgilio describitur.

Ibid. B. post vers. 8. adde. SINVS FLVENTES) Tibull. eleg. 6. lib. 1. *Effluit effuso cui toga laxa sinus.* Lapsa enim vitiosè legitur. Catull. dixit fluitantem amicum: Tacitus fluitantem vestem. Propert. lib. 4. *Et series nudos veste fluentes pedes.*

Colum. 730. E. versu 8. *videre contingeret*) Adjice. Nec vox HOM. SONAT) Non mortali, sed alio quodam, longè dulciore vocis sono deas videri locutas, cum ex hoc loco obseruauerunt quidam eruditiores, tum ex illo Ennii Annal. 1. *Olli respondit suavis sonus Egeria.*

Colum. 731. B. post 4. SIS FÆLIX) Sis nobis fælix, id est, fauens, ac propitia. Sic Eclog. 4. ad Daphnin, iam deum factum, *Sis bonus, o felixq, tuis.*

Colum. 735. C. ad vers. 11. * adde hæc. Imminere virginem, Apuleius. Inde Virgo imminum. Sed Nonium deceptum versu hoc Lucili, Primò Chryseidem negat signatam reddere, quasi Agamemnon virginem se patri redditurum negaret, cum contrā neget, se eam grauidam remittere patri: plena enim, non vacua, & inania obfignantur, deceptum, inquam, falsoq; interpretatur signatum, id est integram: qua enim Virgo non est integra? docet homo probè litteratus in Patere, suis ad Pand. Qui tamen Volui mihi dicat, Virum rectè, & latine ita loquamur, Virgo incorrupta, casta, pudica. Atqui quomodo Virgo, si non incorrupta, si non casta, si non pudica. Epitheta non semper distinguunt, ac discernunt: sed nonnunquam, apud poetas praeteritis, id explicant, quod etiam sine ipsis intelligeretur, Vel ac album, siua liquentia, dulce mel. Quod enim lac nigrum? aut quod vinum non liquidum? aut quod mel non dulce? Et, si Tertullianus eleganter scripsit, Eam resignasse virginis nomen, Virgo, dum Virgo manet, aptè signata.

Aid est. Virgo inco gnita dicetur, cuius virginis nomen in clausum, inuolutum est.

Colum. 737. B. post 4. attexe. De thesauris inuentis ita cauit Adrianus, Spartiano referente. Si in suo, Ipse potiretur, qui inuenisset. Si in alieno, dimidium haberet dominus. Si in publico, æqualiter cum fisco diuideretur.

Colum. 739. A. post versum 11. Adde. Eadem quæ Virgilius, narrat initio historiarum de bellis Punicis etiam Appianus.

Colum. 744. C. natura ipsa ceda?) Adde. ASPICE BIS SENOS LÆT. AGM. CYENOS) Veteres in auguriis captandis magnam rationem numeri ducebant: duodecim vero præcipuè valebat. Sic & Ennius narrat Romulo duodecim vultures apparuisse, cum de nomine nouæ vrbi imponendo, & de eiusdem futuro rectoris deos ipse cum Remo fratre per auspicia consuleret:

*Cernunt ter quatuor de calo corpora sancta
Anium, præpetibus sese pulchrisq; locis dant.*

Conspicit inde sibi data Romulus esse priora

Colum. 746. B. post versum 7.) Adde. AMBROSIAQVE COMÆ) persusa ambrosia, seu peruncta: nō itaque mirum, si diuinum odorem spirarent: ambrosia siquidem diuini cuiusdam odoris est. Deriuatum ab Homero ex a. Iliad.

*Ἀμβροσία δ' ἄρα χάρις ἐπαρπύσαστο ἀνὰ τὸ
Κεῖρας ἀπ' ἀθανάτοιο, id est.*

*Ambrosia fluxere coma de vertice regis
Aeterni.*

Ibid. E. versu 6. cum matre filius colloquat) Subiunge. nūc enim quasi ignoti inter nos sumus collocuti, propter simulationem tuam.

Colum. 749. A. post vers. 1. inferantur hæc. Summis digitis duobus, aut tribus in focum iacta thura ostēdit Lactan. libro quinto c. 18. his verbis. Nam cruciari, & interfici malle, quam thura tribus digitis comprehensa in focum iactare, tam ineptum videtur illis, quā in periculo vitæ, alterius animam magis curare, quam suam. D. Hieron. ad Heliodor. Non est in eo tantum seruitus idoli, si quis duobus digitulis thura compressa in bustum aræ iaciat. Prudent. hymno in Eulaliā virg.

Si modicum salis, eminus

Thuris & exiguum digitis

Tangere, virgo benigna velis

Et ita in sortilegio quodam anus Ouidiana 2. Fast. *digitis tria thura tribus in limine ponit.* Interdū & cucullo, seu inuolucro soluto thura focis iniiciebant. Iuuenal. Sat. 13. ad Iouem. *anteur In carbone tuo charta, pia thura, soluta Ponimus?* Hæc Briffon. Formulæ. lib. 1.

Colum. 750. B. post versum 6. adde. INSTANT ARDENTES TYRII, PARS DUCERE MYR.) Ad ædificiorum descriptionem transitum facit. Nam quæ ad publicum, priuatumque vsum, quæ ad vrbis tutelam, ac regimen, nec non ad populi commodum, voluptatemque pertinent, ordine describit, commendatque Tyrios, quod non inuiti laborabant, sed ardentes, atq; impigri in ædificando apparebant. Nascimb.

Ibid. C. versu 6. Optauitque locum regno.) Ad datur ex Liuij lib. 6. Camillus sibi ad eam rem vnum petiit, permissoque, ut ex collegis optaret, quem veller, contra spem omnium L. Furium optauit.

Colum. 751. E. versu 2. Sic vere nouo 1. Georg.) Adde. CVM GENT. ADULT. ED. FORT.) Georg. 4. *alia spem gentis adultos Educunt fatuus.* Ex Homero, qui prius ἰδρυα μύσας αὖν vocauit, ut vidimus.

Nnn*

Colum.

Colum. 752. B. Ante ista C'APVT ACRIS EQVI) A pone hæc. LVCVS IN VRBE PVIT MEDIA) Raro sit mentio luci, quin simul religionis fiat. Ideo sequitur templi descriptio, ad quam sibi viam præmunit, per loci, atque monstri descriptionem. Nascimb. IACTATI VNB. ET TVRB. POENI) Nauigatione & longa, & periculosa defuncti.

Colum. 753. D. lin. 12. Pone hæc. ÆREA CUI GRAD. SVRGE. LIMINA) quasi ita dictum accipe. In cuius templi limine surgebant gradus ærei. Nam limina ærea gradibus, nihil sunt aliud, quam limina habentia æreos gradus. Antiquitus ad templa gradibus ascende- batur, quod editoribus plerumque locis conderentur: aut alioqui pauimenta eorum elatiora essent, quod ea res maiestatem quandam habere putaretur.

Colum. 758. B. post versum 6. colloca hæc. PRIMO QVÆ PRODITA SOMNO) primus somnus est hic prima pars noctis, qua solet homines ætior complecti somnus. Sic Georg. 1. *Libra die, somniq; parei ubi fecerit horas.* id est, diei, & noctis.

Colum. 760. D. post versum 4. sequantur hæc. SUPPLICITER TRISTES) Non simpliciter tristes, sed *suppliciter*, quomodo supplices solent esse: vel cum supplicationibus tristes. Non enim omnis tristitia est etiam supplex. Ad tristitiam autem, doloremque declarandum pertinet etiam, quod mox sequitur, *Et iuncta pectora palmis.*

Colum. 761. D. post versum 8. pone hæc, ab initio. Ennius tragœdiam fecit, Hectoris Lustra. Lustrum, ut est apud Varronem de ling. lat. libr. 5. tempus quinquennale dictum est, à luendo, hoc est soluendo, quod quinto quoque anno vestigalia, & vltro tributa per censes persoluebantur. Itaque lustra apud Ennium idem erat, quod apud Græcos *λύτρα*. *Λύτρα* autem pecunia est, quæ pro redemptione soluitur. Inscriptio igitur ipsa satis indicat, actum esse in ea tragœdia, quo pacto Priamus supplex Hectoris cadaver magno auri pondere ab Achille redemisset. Cuius rei historiam præter Homerum referunt Dares Phrygius, & Dictys Cretensis. Lucanum adolescentem idem tractasse argumentum sicut statuit Stautius in Syluis.

*Ac primum teneris adhuc in annis
Ludus Hectora, Thessalosq; currus,
Et supplex Priami potentis aurum.*

Huius fabulæ inscriptionem videtur quodammodo insinuasse hoc carmine Virgilius. Hieron. Columna.

Colum. 762. A. post 5. *πριάμου θῆναι* Priamifare prouerbiali schemate dicebatur, qui eradi sibi pilos faciebat, quasi Priamum imitaretur, qui in tragœdiis *ἔνεια*, hoc est, eraso nouacula capillitio, ob interfecti Hectoris filij sui mœrorem introducit. Veteres in funere, aut luctu non tondere modò cæsariem, sed insuper etiam radendo abolere consueuerant. Refertur ab Eustathio Iliad. vlt. & Suida, item ab Hesychio. Iun. Cent. 4. num. 86.

Col. 769. post 4. Quoniã libenter in montib⁹ versatur Diana, & ei sacri sunt mōtes, vocatur Catullo mōtium domina, & Horatio montium custos, Ode 22. lib. 3.

Colum. 775. B. versu 12. de laud. Italiz) Adde. De voce *uber* in agris, vide dicta 3. *Æneid.* ibi, *eadem vos ubere lato Accipiet reducis.*

Colum. 777. B. SPERATE DEOS MEM. &c.) hæc symbola locanda fuit post sequentem. SI GEN. HYMANVM, &c. muta ordinem.

Colum. 778. A. versu 12. German. & alij) Adde. Sic Ennius Annal. 9. *Qui tum vinebant homines, atq; eum agitant.* Eadē res verbis cōmutatis expressa est.

Colum. 779. D. versu. 7. *Proprio locutus est.* Adde. *Fremer ad leones pertinet propriè, & Genis à βῆναι, β, in t, mutata. Catull. in Att. de leone, Vadit, infremit, restringit virgulta pedevago.*

Colum. 780. B. versu 4. voluit oculos) Adde. *Lipius lib. 9. Cos. demissis in terram oculis.*

Ibid. C. post versum 4. adde. RES DVRA, ET REGNI NOVITAS) Causæ sunt, ob quas tuetur fines, de quibus supra diximus. Ita se purgat à necessitate.

Colum. 781. A. Hygin. c. 88. Adde Ouid. 1. de Arte.

Cressa Thyestes si se abstinnisset amore,

(Ah quantum est uni posse placere viro?)

Non medium rapnisset iter, curruq; retorto

Auroram versus Phœbus adisset equis.

Stat. 4. Thebaid. *Funera tum namq; dapes, mediq; recursus Solis.*

Ibid. B. versu 4. VRBEM QVAM STATVO VESTRA EST) Adde. *Sunt eruditissimi, qui sic interpretantur, cum maiore scilicet lepore. & significatione humanitatis. Urbem quam statuo vestra est.]*

Colum. 782. Ante illa, ERVMP. NVBEM) pone hæc. HIS ANIMVM ARRECTI DICTIS) Arriglares dicuntur, animus erigi, & erectus animus, non arrectus. Sed poetæ placuit etiam ad animum transferre. Quam autem liberi sint poetæ in figmentis, & vocibus, docet Isocrates in Euagora his. *τοῖς μὲν γὰρ νομισθεῖσιν πολλοὶ ἀδόντων λόγμοι*, &c. Nam poetis ornamenta multa concessa sunt. Iis enim licet deos miscere hominum cœtibus, ac introducere colloquentes, & adiuuantes in præliis quoslibet: atque hæc eadem explicare verbis non tantum vñtatis, sed alia peregrinis, alia nouis, alia translatis: nihil deniq; prætermittere, quæ poesi queant omni genere figurarū variare. Oratores autem nullam huiusmodi facultatem habent: sed cum verbis vulgaris, tum iis vñt sententiis, quas res ipsæ suppeditant, omnino coguntur. Hæc ille. Cic. de Senect. alacri animo, & erecto proficisci ad mortem. Pro Deiotaro, magno, & erecto animo sum. Philipp. 4. Nunc verò sum erectior.

Colum. 785. B. post versum 5. locanda. QVÆ NOS REL. DAN. TER. MAR. OMNIB. EXHAUST.) *καὶ ἐμπνεύει* *Δαν* explicat, quod ante dixerat, *labora Troia*, & reginæ benevolentiam auget per commiserationem: unde pulcherrima deducitur *ἀνέκτισ* per congeriem calamitatum, ærumnarumque, quas Troiani passi fuerunt. labores in bello, tempestates in mari, pestilentia in Creta, quibusdam in locis famem. Nascimb.

Colum. 787. D. spiritumq; vitalem intelligunt) Subiice **Theognis quod, & Homerus, mare paludem, & purpuream vocat. Οὐτ' αὖ πορφύρεον κατὰ δὲ τὸ σποδὲν λεγόμενον. Annem nominavit Oceanum Iliad. 19. in d. τὴν ποταμὸν μέγα δὲ ἀναρῶν. Tibull. similiter lib. 2.*

*Quaq; parent ortus, & quæ fluitantibus vñdis
Solis anhelantes abluir amnis equos.*

Et lib. 3.

*Iam nqx ætherium nigris emensa quadrigis
Mundum, cæruleo lauerat amne rotas.*

Col. 788. B. ante hæc. SID. DIDO) ponatur isthæc. OBSTVP. PRIMO ASPECTV) Asper, explicās in quodā Sallustij lib. hæc verba, Rumore primo: ait, primo nō esse nōmē, sed aduerbiū, ut illud apud Virg. *Obstupui primo aspectu Sidonia Dido.* Afficiendū est igitur accentu, primo, cui respondet, *Casu deinde viri tanto.* QVIS T NATE DEA PER TANTA PERICVLA CAS. INSEQUITVR?) Per admirationem exorditur, unde & benevolentiam, attentionemq; sibi comparat: benevolentiam quidem ex commendatione generis *Æneæ*: unde alius deducitur benevolentiz locus per commiserationem ex persona reginæ, quæ ex eius incommodo magnū se cape-

capere dolorem ostendit: attentionem vero, quia se il-
lius notitiam habere, indicium facit. Huic loco perfimi-
lis est ille in sexto,

*Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Tencri,
Quis tam crudelis optavit sumere penas?*

Nascimb.

Colum. 793. B. post lin. II. colloca hæc. FORTIA
FACTA PATRVM) In epitaphio, quod sibimet Ennius
composuit, pro illo *Hic vestrum panxit maxima facta
patrum*, sunt qui legant, *fortia facta*. Inde igitur forsitan
hoc *ἀρετῆς ἐλευθίου* petiuit Maro.

Colum. 794. C. versu II. post hæc ORNATVS AR-
EIVÆ HEL.) ponantur mox isthæc. Solitam Helenam,
utpote reginam, aureis coopertam vestibus incedere,
haud dubitandum. Hic mihi Apellis dictum occurrir,
relatum à Clem. Alexand. in Pædag. Cum vidisset dis-
cipulum quendam suum pinxisse Helenam multo au-
ro exornatam, O adolescens inquit, cum non posses
pingere pulchram, pinxisti diuitem.

Colum. 795. E. pone hæc. DVPL. GEMM. AV-
ROQUE CORONAM) ex gemmis, & auro confectam: &
ita duplicem.

Ibid. E. versu 4. aliquando iis actiua sunt) Adde. Abso-
lutè Lucret. libro I. *Is porro quamuis circum celerantibus
auris*.

Colum. 804. E. post versum 12. sequantur hæc.
TONSISQVE FERUNT MANTIL. VILLIS) Mantile, &
mantelium, quasi manutergium, quo lotæ manus ter-
gerentur, Varrone teste lib. 4. de ling. lat. Aureis man-
tilibus scribit Spartianus Galienum Imperatorem ster-
nere mensam solitum, lata, ut videtur, significatione:
sicut hic Virgilius mantilia posuit pro linteis mensarū.
Quare & consa dixit mantilia, & sine villis: nam & map-
pas habebant villosa, tergendis propriè sordidis mani-
bus, & etiam mensis. Andreas Baccius, qui scripsit de
vinis, & conuiujs antiquorum, lib. 4.

Colum. 805. E. Æneæ complexu suo) Subiunge
ab initio. Falsus genitor hic passuè dicitur, qui fallitur,
nempe qui putat esse, quod non est, ut dicimus aliquè
falsum opinione *ἡ ψευδὴς γένεσις*. Fallebatur igitur
Æneas. Diomedes lib. I. Grammat.

Colum. 809. A. post versum 6. Subiunge hæc.
FIT STREPITVS TECTIS) Liuius lib. 24. Omnia lumi-
nibus collucet, strepituque vario complentur.

Ibid. B. versu 8. Saturnal. lib. 6. cap. 4.) Subiun-
ge. Chirius Fortunatianus non indecorè vitandæ humi-
latis gratia lychnos pro lucernis dixisse confirmat.

Colum. 809. A. versu 6. Isidor. lib. 15. c. 8.) Adde.
* *De huiusmodi, id est, de tam pretiosis laquearibus etiam Ennius
in Andromacha, rectis cæclatis, laqueatis auro, eborc. Hor. Ode 18.
lib. 2.*

Non ebur, neque aureum

Mea renidet in domo lacunar.

Lucret. lib. 2. Nec citharis reboant laqueata, aurataque templa.

Colum. 810. E. post versu 6. infere. COETVM CE-
LEBRATE PAVENTES) Vox ista *cætus*, quanquam sæpe
valet concilium, conuentus, tamen aliquando est in vi-
tio, pro conciliabulo, & conuentu hominum aliquid
improbè molientium. Liuius lib. 3. sed certis quoque
indicijs compertum se habere, nocte rota cætus in ve-
be factos esse ad mouendam seditionem. Lib. 4. quod
eas largitiones, cætusque plebis in priuata domo passi
essent fieri.

Colum. 815. B. post novum versum adde. NVNC QVA-
LES DIOMEDIS EQVI) Equos habuit Diomedes
Tyrannus Thraciæ admodum feros, & qui corpo-
ribus humanis pascebantur. Hos abegit Hercules,
& simul Argos abduxit, cum malis Hesperidum, balte-

oque Hippolytes. Obiter expugnavit, & populatus est
Pylon, quum Neleus ei portas clausisset. Auctor Tele-
farchus. Equos Iunoni consecrauit Eurystheus: eorū
genus prorogatum vsque ad Alexandrum Philipp. F.
tradit Diodorus. Alij etiam ulterius, vsque ad Antonij
tempora, qui triumphavit Reipub. constituendæ fuit: vnde
de manauit equus ille Seianus, calamitatis adagio hobi-
lis. Auctor Gellius. Ab iis præterea genus ducebant Ar-
giui Diomedis equi, de quibus Virgilius, *Nunc quales
Diomedis equi*, id est, num ita feroces, ut illi Thraces,
ad quos originem referebant? Parrhasius in 2. Claudi-
an. de raptu. NVNC QVANTVS ACHILLES) Non inter-
rogat Dido, qua virtute, quoue corporis, & animi ro-
bore, sed quantus, id est, quam magnus Achilles fuerit.
Nam ex fabulosa Lycophronis historia nouem cubitis
adoleuisse dicitur. Idem Parrhasius ibidem. * *Verum pa-
ce doctissimi viri, arbitror Didonem de factis Achillis querere, & in
illorum narratione velle cognoscere, quam illustris, & generosus vir
Achilles fuerit.*

AD SECVNDVM ÆNEIDOS.

Colum. 822. E. post lin. II. infere ab initio. Pathos
est, à visu: acerbius enim quæ intuemur, animum
afficiunt, quam quæ facta audimus. Sic Priamus con-
queritur, coactum se videre oculis suis eadem Polytæ
filijs. Et optat Turnus lib. 10. ut Pallantis morti, quem
iam occisurus erat, spectator ipse Euander eius parens
adesset, quo magis doleret. Moschus in Megara. *Τὸς
μὲν ἰδὼ δὲ τὸν ἴδον ὀφθαλμοῖσι βάλλομεντες ὑπὸ πα-
τρί.* Cic. epist. 4. libr. 6. Equidem nos quod Romæ su-
mus, miserrimum esse duco: non solum quod in omni-
bus malis acerbius est videre, quam audire, &c. Epist.
24. lib. 7. Quanquam .n. hæc etiā auditu acerba sunt, ta-
men audire tolerabilius est, quam videre. Hieron. Co-
lumn. in illud Ennij, ex Andromacha, *Vidi ego te astan-
te ope barbarica*, &c.

Colum. 823. A. lin. 3. calamitas subeunda fuit)
Adde. Explanat quodammodo hoc Maronianum Li-
uius, principio lib. 31. Me quoque iuuat, velut ipse in
parte laboris, ac periculi fuerim, ad finem belli Pu-
nici peruenisse.

Ibid. D. versu 7. præcipitans) Adiunge. Non ma-
gis autem sideribus, vel temporibus conuenit, quod
nugatur Adrianus Cardinalis, quam rei omni de cello
cadenti, vel cum immodica celeritate ruenti: vnde di-
citur Nilus præcipitare ex montibus: vel torrentes præ-
cipitant post magnam vim pluuiæ, cum ex montibus
impetu præcipiti ruunt.

Colum. 829. D. post 2. Est & aliud prouerb. *Αυ-
γὴν τινος ἴππου εἰκόνα σάβην*, Durei cuiusdam equi imagi-
nem seruauit, de homine multifariis, & diuersis inter se vi-
tijs obnoxio: multos enim huic equo Græcorum
procures fuisse inclusos, ex historia notum est. Vide
Iun. Cent. 3. num. 77.

Colum. 832. A. latistendebat in aruis) Adiice. Li-
uius lib. 27. Iisdem deinde in castris tendebant, donec
ducibus iis ad hostem peruentum est.

Colum. 836. A. lin. 4. *missum maius*) Addendū.
Ennius Annali 9. *viri validis viribus luctant*, ubi, u, li-
tere repetitione vehementer virium vigorem exprimit.

Ibid. C. lin. 1. Adde. ET SI FATA DEVM, SI M.
NON. LEVA FVISS.) Culpam, quod bene monenti nō
sit ob necessitatē temperatū, in vim fatalem trāsferri. Si-
cut autem dexter est commodus, opportunus, amicus,
propitius: sic contrarius, incōmodus, inopportunus.

Nnnn* 2

aduer-

aduersus. Dextra bonis scriptoribus sunt bona, læua autem mala. Item læuus est *αὐλὸς*, stultus. Ergo mens læua hic valet mens improuida, & stulta, quia nimis credula. Eclog. 1.

*Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De calo tactas memini predicere quercus.*

Colum. 837. principio explicationum adde hæc. **ECCĒ MANVS**) Transilio ad occasionem erroris, & doli prodendæ vrbis. Habet ipsa particula *Eccē* attentionis vim: qua ferme vititur poeta, quoties singulare quippiam est subiecturus. Montfort.

Ibid. C. post versum 4. inferre. **FIDENS ANIMI**) Fidentiam animo præditus, quod laudis est. Nam vtriusque Ciceroni 3. Tuscul. qui fortis est, idem est fidens: quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. Quomodo? quia idem sonat quod audax, improbus, temerarius. Pacuvius. *Improbis, confidens, nequam, malus videatur.* Terent. Phorm. *Est parasitus quidam Phormio, homo confidens, quod dii omnes illum perdant.* Melius igitur poeta vocasset confidentem, securus consuetudinem, quāvis vitiosam. Nemo. n. fidens in molitione sceleris. Sed poetis magna est licetia sermonis.

Colum. 840. A. post. lin. 11. inferre. De huiusmodi genere orationis dicemus ad 4. *Æneid.* ibi. *En quid agam? rursus ne procos irrisa priores Experiar? & pluribus exemplis utemur.*

Colū. 893. C. post 8. **PELASGI**) Antiquissimi Græciæ populi fuerunt Pelasgi, ex Arcadia oriundi, & à primo rege Arcadiæ Pelasgo appellati. Pro quibusuis Græcis citra discrimen dicuntur, ut notum est.

Ibid. D. versu 6. adde. * *Quod narrat Sinon, Græcos Palamedem & proditorem extintum a se luxisse, eumque, si potuissent, ab inferis reuocare voluisse, similia Probus de Dione. Huius de morte & palam factum est, mihi ab illo vulgi immutata est voluntas. Nam qui Sinum cum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriæ, tyrannumque expulso rem prædicabant. Sic subitō misericordia odio successerat, ut cum suo sanguine, si possent, ab Acheontecuperent redimere.*

Colum. 845. A. lin. 7. adde hæc. Videmur quodammodo ex ore Sinonis in his verbis audire, quæ dicuntur apud Ennium Telamon.

Pol mi fortuna nunc magis desit, quam genus.

*Namque regnum suppetebat mihi: ut scias quanto è loco,
Quātu opibus, quibusque, de rebus lapsa fortuna occidat.*

Colum. 846. B. versu 5. adde. * *Achæmenides quoque, lib. 3. Cum vitam in sylvis, inter desertæ fetarum lustra, domosque traho. Plin. lib. 28. cap. 1. Vitam quidem non adeo expectendam censuimus, ut quoque modo trahenda sit.*

Colum. 847. B. post lin. 8. adice. Ennius Annal. 6. *Sed quid ego hac lamentor?* Item Annali 9. *Sed quid ego hac memoro?* Catull. de nupt. *Sed quid ego hac vanis nequicquam conqueror auris?*

Colum. 848. D. post versum 3. subiunge. **LONGO FESSI DISCEDERE BELLO**) Principio libri, *Fracti bello, fatigati, repulsi Ductores Danaum tot iam labentibus annis.* Bellum, & prælium hoc differunt, quod prælia partes sunt belli, hoc est, in bello congressiones. Lucil. lib. 26. Ut pop. Rom. victus vi, & superatus præliis sæpe est multis, bello vero nunquam, in quo sunt omnia. Virgil. lib. 11. *Infantem fugiens media inter prælia belli.* Hæc Nonius. Bellum durat multis annis, prælium breui tempore conficitur. Totum illud tempus, quo arma retinentur, & pax excluditur, vocatur bellum.

Colum. 849. D. versu 10. *Ἰφιδάνα ἐν αὐλῇ*) Adde. Vide quid non longè ab initio Rex senī famulo narret, de expeditione ista, de negata nauigandi copia, & de filia.

Colum. 850. E. lin. 1. Pro virgine cerua) Adde. Et Ianum Parrhasium in 3. Claudiani de Raptu ad illum

Aversum. *O templum Scythia, atque hominem sisientibus aris Virag, digna coli.*

Colum. 853. lin. 1. calamitati) Subiice. Liuius lib. 4. ut ab auguribus simulacres rite admisissent ex composito tolleretur signum.

Ibid. E. post lin. 13. subiice. Parrhasius ad illud Claudiani 2. de raptu *Inachus Alcides missum ab Argis*, Argis, inquit, oppido Peloponnesi, quod omnium primum Phoroneus regiam sibi condidit, ut ex quorundam sententia scribit Plinius. Laudat & Argos à vetustate Sophocles in Electra. Hinc Argiuis apud Virgilium. Sinon ita suspirat, *Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi.* Nam Sinon Argiuis inquam fuit, ut ipse de se fatetur apud Triphydorum *Ἀργεῖος ἦν ἐγὼ*. *Argos mi patria est.* Liuius, Argos, inquit, ipsos non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos. Papin. Thebaid. 3. *Quidquid & Asopon, veterisq, interiaces Argos.* Ergo quod antiquam Seruius intelligit caram, nemini docto placere potest, aut debet.

Colum. 857. B. post versum 12. ponantur ista. Parrhasius in 1. Claud. de raptu, vult Sinonem hic testari penates. Nam se penatum offensionem vereri simulat, si patriæ secreta hostibus prodant, cuius diis penatibus credita cura est. Vnde dii patrij quoque dicti sunt, ut tradit Hyginus, & Maro, *Dij patrij seruate domum, seruate nepotem.* Porro penates æternum ignem etiam alibi Virgilius appellauit, *Æternumq, aditus effert penetralibus ignem.* Quanquam sunt qui veniunt præsentis Veltæ focus à Sinone testari.

Colum. 861. A. versu 5. **TRITONIA**) De causâ, &c. colloca hosce duos versus ante sequentes. **DVBII MONSTRIS**) &c. & quæ sequuntur, Liuius præfat. de mutatis, &c. coniunge littera minima cum superioribus.

Colum. 862. D. in locis, & personis) Adde. Sic Sufadictum pro Ebatanis, quodam epitaphio in Eretrientes lib. 3. Anthol. cum illa ciuitas in Persis sit, hæc in Medis Persarum finitimis.

Colum. 863. B. post versum 8. subde. **NEV POP. ANTIQ. SVB REL. TVERI**) Hæc causâ à superiori pendet, & est principalior. Quare nolebat Calchas equum in urbem induci posse? ne fortè dea pristino religionis cultu, ac pietate Troianorum adducta, & etiam nouo pietatis affectu, quod equum sibi votum in urbem recepissent, adducta, illis demum fauere inciperet. Minervam autem Troiani inde ab initio coluerant, quippe qui propter Dardanum, & Teucrum ab Atheniensibus originem ducerent, ut alibi Seruius admonuit. Pater igitur, cur dictum, *antiqua sub religione.* Nascimb.

Colum. 865. post vltimum Virgilij carmen pone hæc. Hic **ALIUD MAIUS MISERIS**) Rem per commiserationis affectum amplificat, ex portento, quod idcirco positum esse videtur, ut Troiani à leuitatis suspitione vindicentur, & appareat magis deorum voluntate, quàm eorum insipientia urbem periisse. Nascimb.

Colum. 868. C. post vers. 10. interpone hæc. **FIRSONITVS SPVMANTE SALO**) Lib. 1. *Perq, vndæ superante salo.* Probus in Themistocle. At ille clarissimi viri captus misericordia, diem, noctemque procul ab insula in salo nauem tenuit in anchoris. Vbi Lamb. ita. In salo, id est, in alto mari, vndarum, ac fluctuum pleno, minimequæ à ventis tuto. Cic. accusat. libro quarto. Iam sese in terram à naui eiecerat, quadrirememque in salo fluctuantem reliquerat. Habes ergo, lector, quid propriè *salum* sit.

Colum 870. B. post vers. 9. inferenda. **LACONTEM**

tem illum quis saltem fama non nouit? quod etiam num in Vaticano artis miraculum ostentatur, spectantibus horrorem incutiens, artis statuarie cum poetica certamen, & utriusque cum ipsa natura, palma dubia. Quantum enim Virgilius carmine, tantum isti (statuarij) marmore contendunt. Stupendum opus, ex vno lapide parens, & liberi, horrendi draconum nex, patris angustiae, liberorum gemitus expressi. Opus, inquit, Plin. omnibus & picturae, & statuarie artis praefendum. quod de consilij sententia fecerunt summi artifices Agelander, & Polydorus, & Athenodorus Rhodij. Hæc Ludouicus Demontiosius in Gallo Romæ hospite, libello cultis. de sculptura antiquorum, & pictura.

Colum. 871. B. versu 7. pro effectu) Adde. Æneid. 6. sine tropo, *veterumq; malorum Supplicia expendit.*

Colum. 874. B. TVNC ETIAM Fatis AP. CASS. FVT.) Ut aliàs, sic tum, cum equum induceremus, prædicebat nobis exitium nostrum. Sed ad prius illud tempus, cum adduceretur à Paride Helena, videntur pertinere versus hi, qui sunt ex persona Cassandrae apud Cic. 1. de Diuinat.

*Adest, adest fax obnoluta sanguine, atque incensio;
Multos annos latuit.*

Cineserte opem, & restinguite.

Et hilib. 8. epist. ad Atticum, & 1. de Diuinat.

*jamq; mari magno classis cita
Texitur, exitium examen rapit:
Aduenit, & fera veluolantibus
Nauibus complent manū littora.*

Rursum lib. 1. & 2. de Diuinat.

*Eheu videte, iudicauit inclutum indicium;
Inter deas tres aliquis: quo iudicio Lacedæmonia
Mulier Furiarum una aduenit.*

Colum. 876. C. Politianus cap. 100.) Adde. Cuius sententiam plenius refert (nam nos strictim retulimus) eiusque ἀντίλογον demonstrat Ianus Parrhasius de rebus per epistolam quaesitis, epist. 1. Ipse per silentia tacitæ lunæ intempestam noctam censet intellexisse Virgilium: quia tunc omnia tacent. Ex quo Orpheus in hymno Lunæ ἡσυχία χαίρουσα, id est, silentio gaudens. In hanc rem adducit locos poetarum, Virgilij, Ouidij, Martialis, Statij.

Colum. 879. B. versu 3. planè rescuerunt) Adde. Sic Syracusæ nobilissima vrbs Siciliæ, & copiosissima, de qua sic Liuius libro vigesimo quinto. Sed cum adiri locus, qui ob id ipsum intentius custodiebatur, nō posset, occasio quærebatur, quam obtulit transfuga, nuntians diem festum Dianæ per triduum agi: & quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari, & ab Epicide præbito vniuersæ plebi, & per tribus à principibus diuiso. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus, electisque per eos ad rem tantam agendam, audendamque idoneis centurionibus, militibusque, & scalis in occulto comparatis, cæteris signum dari iubet, ut maturè corpora curarent, quietique darent: nocte in expeditionem eundum esse. Inde ubi id temporis visum, quo die epulatis iam, vinoque satiatis principium somni esset, signi vnus milites ferre scalas iussit. Lege cætera, & cognosces, verum esse, quod dicebam. Quare calamitati soleat esse nimia fiducia, illustri exemplo demonstrat Æmilius Probus in Pelopida.

Colum. 880. B. versu ult. adde. Ennius per ταπεινὸν dixit, *vigilans, repente cruentant.*

Colum. 886. A. versu 10. Adde. * *Ignem quam nam alia gentes perpetuum, vigilansq; seruant, prater Romanos, daret Alex. ab Alex. Fide lib. 4. ad illud, Centum aras posuit, vigi-*

lemque sacrauerat ignem. Et nos Christiani ignes inextinguibiles, atque nosq; custodimus in templi nostri, oleo oliuarum perennem flammam pascente, sed deo vni, ac vero, quem sub specie panis in S. Eucharistia adoramus.

Ibid. C. post versum 4. adde. ET MAGIS ATQVE MAGIS) Quod est apud Ennium Annali 12. de Q. Fabio Maximo, *Ergo postq; magisq; viri nunc gloria claret*, Muretus legit, *Ergo magisq; magisq; viri nunc gloria claret*. Non raro enim contingit, ut eæ voces, quæ geminandæ erant, semel tantum ab imperitis librariis ponerentur. Sic Catull. *Notescatq; magis mortuus, atque magis*. Idem, *Magisq; & magis in dies, & horas I-rascor tibi*. Afranius Vopisco, *Cuius ego in dies impendio ex desiderio Magis, magisq; maceror*. Eodem modo Græci μᾶλλον μᾶλλον dicunt. Alexis in Athide apud Suidam. πᾶς ἐπιφέρει τὸ πρῶτον ὁ ζῆς, ἡσυχία μᾶλλον μᾶλλον. Ex Hieron. Colum. ad Ennium. Adde. Sic contra Plaut. minus, minusque, ut Aulular. *Arguo ille verò minus miniq; impendio curare*.

Colum. 893. principio explanationum, pone ista. ET NUMINE DIVVM) non utique propitio, & fauente, quia iam ferus Iupiter omnia Argos transtulit, & desperata est salus patriæ: incensa siquidem Danaï dominantur in vrbe. Ergo aduerso, ut sit tale, quale illud infra, *Vadimus immissi Danaïs, haud numine nostro*. Solebant etiam antiqui ad deos referre auctores bona, & mala, prudentia, & fatua consilia: illa ad propitios, hæc ad iratos, & offensos.

Colum. 894. B. post versum 7. subiice. MYGDONIDES) non à loco, sed à Mygdone patre: quem fuisse tradit Zenobius adeo vecordem, ut maris vndas enumeraret. Quintus Calaber, ἡγεῖτον Μυγδονῶν ἡσυχία Coræbum Mygdone natum Diomedes, inquit, hasta transfadigit. Pausanias in halosi Troiæ ex tabula Polygnoti, Super Eioneum, & Admetum Coræbus est Mygdonis F. Parrhasius in 2. Claud. de raptu.

Colum. 896. E. in fine. Oedipus apud Senecam, &c. totum erat locandum columna sequenti, continenter post verba, VNA SALVS VICTIS NULLAM.

Colum. 901. initio explicationum collocabis hæc. ANDROGEOS OFFERT NOBIS) Atticus nominandi casus, quarti ordinis ὁ δὲ τῶν μεγάλων. Fuit alius Androgeos, Minois Cretensium regis filius, de quo in 6. *In foribus lethum Androgeo*.

Ibid. C. versu 6. trahit) Adde. Liuius libro quinto, hi ferre agere plebem, plebisq; res, cum fortuna, quæ quidquid cupitum foret, potentioris esset. Idem alibi. Inde Ferentinum ductæ legiones, vnde oppidani cum omnib. reb. suis, quæ ferri, agiq; potuerūt, nocte per auersam portam silentio excelserrunt. Idem lib. 39. postremo omnia, quæ ferrent, agerentque, adempta. Ferre, & agere in historicis cum legimus, ait Turneb. lib. 28. cap. 32. alterum ad homines, qui quid ferunt, alterum ad ad iumenta, quæ portant, referendum est.

Colum. 904. B. versu 6. adde. Noster lib. 9. *Vos o Calliope precor aspirate canenti.*

Colum. 995. C. post lin. 6. interiice. Pronomina meus, tuus, suus, noster fauorem denotant. Ouid. epistola Phyllidis, *Protinus ipsa meos auguror esse deos*. & in Sapphus, *Non agitur venio nostra carina suo*. Horat. Epod. Ode 9.

*Aut ille centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturus non suis.*

Sic contra non meus, non tuus, haud noster, inimicitia, offensionemque significant. Tibull. *Audiat auersa nomen ante domum*. Donat. in illud Terentij. *Plebem primū*.

Nnnh * 3

lum

lūm facio meam, exponit, mihi fauentem : & statim *A*cum magna strage tectorum pecorumq; & hominum subdit, ut à contrario Virgilius, *Vadimus immisti Danaus haud numine nostro*. Ergo aduerso, & irato : ut propter euentum parum prosperum, sicut audimus, cædemque sociorum secutam, dicat *Aeneas*, aduersantibus, & iratis diis, in medios hostes se coniecisse. Hæc *Parrhalius* de rebus per epistolam quæsitis, epist. 35. Illa eiusdem expositio, quæ hanc antecedit, dictum esse, *haud numine nostro*, quia Troianum sub externorum deorum tutela fuerint, quum Græcis insignibus ornati per urbem captam, incensamque vagarentur, & à tutelaribus hostium diis adiuuarentur, habitu specieque Græcorum simulata: non quod dii fallerentur, sed homines, qui Græcos arbitrabantur, & quasi sociis parcebant hostibus: ut proinde versati sint in hostium agmine, non suo, id est, Troiano, sed alieno, id est, græco numine, hæc inquam expositio commentitia est, & ferri non potest.

Colum. 907. C. sigillatim pulchrè declarantur) Subiunge. A TEMPLE, ADYTISQUE MINERVÆ) Contra *Agelilaus* victis apud *Coroneam* Atheniensibus, & *Bæotiiis*, cum plerique ex fuga in templum *Minervæ* coniecissent, quæreturque ab eo, quid his fieri velleret, et si aliquot vulnera acceperat eo prælio, & iratus videbatur omnibus, qui aduersus arma tulerant, tamen an retulit iræ religionem, & eos noluit violari. Neque hoc solum in Græcia fecit, ut templa deorum sancta haberet: sed etiam apud barbaros summa religione omnia simulacra, arasque conseruauit. Hæc *Æmilius Probus* in eius vita. Quomodo Barbari in vastatione urbis Romæ, ad martyrum loca, & basilicas Apostolorum confugientibus, etiam non Christianis pepercerint, *Augustin.* Ciuitat. lib. 1. cap. 1.

Colum. 980. C. versu 3. adde. Locum altiore ad pugnam commodiore esse, facile quicquid intelligit. *Linus* lib. 7. Praeter virtutem locum quoque aduenit, si pila omnia, hastæque non tamquam ex aquo missa, & ana, (quod plerumque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur. *Veget.* lib. 3. cap. 13. Qui aduerso mittitur cluio, duplex subit, & cum hoste, & cum loco certamen. Omnia tela facilius de superiore loco, certum & tutius de inferiore remittuntur.

Ibid. E. versu 3. Versu. Adde. Adduximus plurali. 10. ad illa, magno discordes aethere venti Prælia cenolant.

Colum. 913. B. post lin. 8. adde. DVM REGNA MANEBANT) Principio libri huius, *Insula diuopum, Priami dum regna manebant.* Sinon. Dum stabat regno incolumis, regnumque vigeat Consiliis.

Colum. 914. C. post versum 1. adde. Quod Homerus hunc puerum facit à Troianis viris vocari *Astyanactem*, à mulieribus autem *Scamandrium*, cum viri sapientiores sint feminis, concludit, illud nomen, quam hoc, esse aptius. Causam subiungit ex eodem Homero, quod pater eius *Hector* solus urbem defenderit. Atque hac de causa consentaneum videbatur, eius qui salutem ciuitati peperisset, illamque ab hostium vi defendisset, filium *Asvavæda* (quali ciuitatis dominum, principemque) nuncupari. *Plato* in *Cratylo*.

Colum. 919. A. versu 3. adde * De euerfione, & ruina regia Albanorum sermo est apud *Ennium*: quæ Verba Virgilium ad incendium, direptionemque Troianæ regis detorsit. *PLANGOR. FÆM. VIULANT*) Verbum viulare ab *ἀλαλῶ* videtur cadere. Et viula aut hoc nomen sortita est, quod eiusmodi edat strepitum Auctor elegiz de *Philomela*. Ast viulant viulæ lugubri voce canentes. A canibus, & lupis translatus ad homines, quorum propius est viulatus.

Colum. 920. C. post versum 5. adde. CVM STAB. ARM. TRAHIT) *Liuius* lib. 24. Tiberis agros inundaui

perniciæ.

Colum. 424. E. versu 6. dele hæc verba paullo enim antè leguntur. In illa autem ara perpetuus seruabatur ignis. *Turneb.* lib. 14. c. 15. & versu 6. dele vocem, Idem.

Colum. 925. E. versu 3. adde. * Sic lib. 4. & 12. quæ mentem infania mutat? *Catull.*

Quæ nam te mala mens, miselle *Rauide*, Agit præcipitem in meos iambos?

Colum. 927. B. quasi aterreum) Sequantur hæc. INFESTO VULNERE INSEQUITVR) pro, infesto telo, effectum pro efficiente. *Sic lib. 10.*

Te quoque magnanima viderunt Ismare gentes Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.

Colum. 929. B. post vers. 7. adde Talem immanitatem expertus est etiam in *Phoca Mauritium Imp.* à quo antequam necaretur, prius eadem liberorum suorum, intueri compulsum est. *Niceph.* lib. 18. cap. 40.

Colum. 934. A. post lin. 6. pone hæc. AVLSVM QVE HVM. CAPVT) *Ennio* surripuit, ille enim, *Os citas in campis caput à cervice renulsam.* *Georg.* 4. Tunc quoque marmorea caput à cervice renulsam.

Colum. 935. A. lin. 9. loco moti sunt) Adice. Aduersus iudicium *Tuccæ*, & *Vari* longam disputationem & eruditam contexuit *Franciscus Campanus*, in qua diligentissimus poeta, ab obiecta negligentia culpa absoluit, ipsi autem versus doctè exponuntur.

Colum. 940. B. post lin. 10. subde, ANIMVMQVE) EXPLESSE IVVABIT VLTRICIS FLAMMÆ) Animus vlticis flammæ nihil est aliud, nisi animus vlciscendi desiderio inflammatus: vlciscendi autem non se, sed suos, ut sequitur. Et CINERES SATIASSE MFORVM) *Synecdoche*, manes occisorum, quos in sepulchris habitare persuasum erat, & hostiarum sanguine expleri. Quamvis in feminam, inquit, scire turpe est, pietatis tamen nomine laudabor, quod cæsorum ciuium meorum umbras, hostium suorum sanguine expleuerim. *Montfort.*

Colum. 941. principio explicat. pone. TALIA IACTABAM) Verè iactabat, & parum rationi consentanea, frustra secum volubatur, aut etiam voce loquebatur, sicut mos est iratis, & furentibus in solitudine. Declarat id ipsum, quod mox sequitur, *furiata mente ferebar*. Si enim mens à sua sede erat dimota, quid poterat nisi imprudenter loqui?

Colum. 945. post lin. 6. APPARENT DIRÆ FACIES INTROLE NVM. MAGNA DEVM) Hoc est nimirum, quod supra *Venus*. verum inclementia diuinum Has euerit opes, *Aspice, namque omnem*, &c. Et hinc clarissimè perspicere poterat, deos Troianis iratos, cum eorum facies tam essent horribiles: ab animo namque vultus fingitur. Vnde apparent inimica illa magna deum numina, seu vnde intelliguntur inimici, & velut in Troiam iurati illi magni dii? quia diras, truculentas, minabundas, E formidabiles ostentabant facies.

Ibid. C. post vers. 3. adscribe. Non multum aliena est ab hac collatione illa *Catulliana*, de prostrato Minotauro à *Theseo* apud *Cretam* in *Labyrintho*.

Nam velut in summo quatientem brachia Tauro Quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum Indomitus turbo contorquens flamine, robur Eruit: illa præcul radicibus extirpata Prona cadit, lateq; & cominus omnia frangit.

Ibid. D. versu F. adnecte * *Tibull.* eleg. 1. lib. 2. Omnia sunt operata deo, cum loquatur de sacris ambarualibus, quæ in honorem *Cereris* fiebant, videtur idem fecisse quod *Maro*, & deo, pro dea dixisse.

Colum. 952. A. lin. 12. Adde * Notandum genus loquæ

quendi, efferre pedem. Ennius Medea. Nam nunquam hera errans mea, domo efferret pedem. *Plant. Capt.* Seruato stum fultis intus serui, ne quoquam domo pedem efferat. *Potest huc referri illud Terentij And.* Nam pol si id scissem, nunquam huc tetulisssem pedem.

Deinde subiice hæc. TANTVM QVE NEP. PAT. EXCIDIT ORE) Aususes hoc ex ore tuo? *εὐφρατῶς* prolatum videtur ab Ennio, quemadmodum illud apud Andronicum in *Odyssæa*. *Μεαпуεга, меαпуεга, quid verbi ex ore tuo profugit? Qui* versus ex illo Homeri in *I. Odyss.* conuersus est. *Τανδὲν εὐδὲν, πόλις αἰετὸς φῶγας ἔσται δδὸρλω;*

Colum. 958. C. post versum vlt. VESTRYM HOC AVGVRYM) Agnoscit prodigium non fortuitum, sed à diis profectum, eoque se moueri ad deserendam rebus B perditis patriam. Nascimb. VESTROQVE IN NVM. TROIA EST) Si voletis, poteritis nobis Troiam restituere. Potest vestra potestas per nos Troiam aliam excitare. Vbi dij volunt, ibi Troia est.

Colum. 960. A. post versum 3. IVXTAQVE ANTIQVA CVPRESSVS) Ennius in 7. *Annal.* dedit huic arbori masculinum genus, *longiq; cupressi Stāt rectis foliis, & amaro corpore buxum.* Idem alibi. *Capitisq; nutantes pinos, rectosq; cupressos.*

Colum. 961. D. versu 10. *Formular. Rom. Briffonij lib. 1.* Adde hæc. Libet subnectere dictum Diogenis. Conspiciens quendam sese piaculi causa aspergentē aquis fluuiatibus, O te infelicem, inquit: ab erroribus Grammaticis aspersio te non liberat, & à vitæ criminibus liberabit?

Colum. 966. lin. II. QVEM NON INCVS. A. HOM. DEOR.) Subiice. Liuius lib. 28. In Opuntem rediit, deos hominesq; accusans, quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amisisset.

Ibid. C. lin. 6. CAPVT OBIECTARE PERICLIS) Sallust. Iugurth. Statuit eum (Micipsa videlicet Iugurtham) obiectare periculis. Tacit. lib. 2. *Annal.* Vt ea specie dolo simul, & casibus obiectaret.

Colum. 968. B. post versum 5. pone. MENSÆQVE DEORVM) Mensas tanquam aras, sacrorum cærimoniis dicatas, easq; ex argento factas, in veterum templis fuisse legimus. Syracusanas auferri iussit Dionysius ille sacrilegus. Hieron. Columna.

Ibid. post versum 7. appone. Alexand. M. ait Terullian. lib. de Pallio, in Sarabara (vestis Medicæ nomen est, quam ille gentem subegerat) decessisse. Sic Tacitus captiuum cruorem dixit 3. *Annal.* vbi de Druidis. Non cruore captiuo adolere aras, & fibris hominū consulere deos fas habebant.

Colum. 969. A. post versum II. subiice. Credebant antiqui, qui ex hominibus in deorum numerum essent relati, aut qui eximium quippiam supra vires humanas deorum ope effecissent, cæteris hominibus proceriores, & augustiores videri solitos. Omitto Suetonium, & Tacitum, quorum verba supra retulimus. Lucetius lib. 5. cum de origine religionis agit.

*Egregias animo facies vigilante videbant,
Et magis in somnis mirando corporis auctu.*

Silius lib. II. *Et Pauli stare ingentem miraberis umbram.* Et lib. 3. de Amilcare. *Celsus abis gressu, maiorq; recessit imago.* Idem lib. II. loquens de Virtute, & Voluptate.

*Cum subito assistunt dextra, laeque, per auras
Alapsæ, haud paullum mortali maior imago.*

Liuius de patre Decio lib. 8. Armatus in equum insiluit, ac se in medios immisit. Conspectus ab utraque acie fuit aliquanto augustior humano visu, sicut cælo missus, piaculum omnis deorum iræ, qui pestem ab su-

A is auersam, in hostes ferret. Ibid. Ibi in quiete utrique Coss. eadem dicitur visa species viri maioris, quam humano habitu, augustiorisq; Idem de Euandro lib. I. ait, quod conspecto Herculis habitu, ac formâ aliquanto ampliore, augustioreq; humana, auditoris nominis, parente, ac patria, aram ei dicauit. Magnum quoque Alexandrum testatur Solinus formâ supra hominem augustiore fuisse. Ex Hieron. Columna ad I. *Annal.* Enrij.

Ibid. B. versu 4. *incensum more.*) Adde. Liuius lib. 30. Ibi superantem insanos montes, multo & scilicet, & infestioribus locis tempestas adorta, disiecit classem.

Colum. 470. A. versu 5. *LYD. TIBRIS*) Adde. Nomine *agminis* Macrobius hæc actum, & ductū quendam intelligit.

Colum. 971. Adde, principio explanationum. HÆC VBI DICTA DEDIT) Liuius quoque, utpote sermonis poetici studiosior, sic locutus est lib. 22. Hæc vbi dicta dedit, stringit gladium.

AD TERTIVM ÆNEIDOS.

Colum. 978. B. post 6. Primitres versus libri huius monent me prouerbij, quod est apud Iunium 59. Cent. 5. *Pergama non tristia incolit*, in eos, qui sibi læta omnia augurantur, & ex animi sententia cuncta feliciter cedere putant, & qui tantum non dij sibi videntur esse. Sic enim apud Æschylum Prometheus rapti Caucaſeæ affixus Mercurio cum reliquo deorum vulgo, qui tunc rerum cælestium tranquillo potiri sibi videbantur.

Καὶ δολοῖτα δὴ ναίειν ἀπὸ τῆς περὶ γαμα.

Habitare non triste Ilium vos remini.

Sumpta origo à temporibus Troiæ iam tum fortunatæ, quum totius Asiæ imperio potita firmissimum & domesticis opibus, & externis viribus regnum constabilisset, nondum luctuosam sortem, in quam postea incidit, experta. valebit in principem virum, aut rempub. aliquam, cui opibus florenti, & societatibus confirmatæ videndum sit, tantisper dum secundo æstu omnia feruntur, dum res videntur validissimæ, ne præcipitet in ruinam, nimis proteruè consilii vſa, & viribus freta.

Colum. 986. A. lin. 9. post asteriscum pone hæc. *Lib. antecedente.* Priami dum regna manebant.

Ibid. E. lin. 6. nec militiæ gerebant) Adde. Et Liuius lib. 6. Auspiciis hanc urbem conditam esse, auspiciis bello, ac pace, domi militiæque omni geri, quis est qui ignoret?

Colum. 988. E. post lin. 7. adde. MVLTAMOVENS ANIMO) varia mecum cogitans. Et quod alibi.

*Atq; animum celerem nunc huc, nunc diuidis illuc,
In partaq; rapit varias, perq; omnia versat.*

Colum. 992. D. versu 4. VICTRICIAQVE ARMA) Adde statim. A sententia versus huius, quo victoria Agamemnonis ad Troiam comprehensa est, non aliequum videtur, quod Plato de eius nominis etymo scriptum reliquit in Cratylō. Huiuscemodi fuisse videtur Agamemno, inquit, qui iis in rebus, quas certo animi consilio constituisset, omnino elaboraret, & in ijs constanti quadam virtute perseveraret. Illius admirabilis constantiæ argumentum fuit, diuturna illa ad Troiam perduratio, cum tam numeroso exercitu. Illum ergo fuisse *ἀγαστον τὴν μοῖρην* (id est, admirabilem perseverantia quadam, & mora) nomen ostendit Ἀγαμέμνων.

Colum. 993. D. post versum 5. intexenda. At enim Polydorus nullo modo Iliones, sed Hecubæ filius fuit

fuit, nec fuit Heecuba alio nomine dicta Iliona, ut vult Lamb. Curigitur Ilionam matrem appellat Polydorus? Sciendum, Heecubam, cum natus esset Polydorus, Ilionæ filia, dedisse educandum, ut scribit Hyginus. Quamobrem sororem, quod eum educasset, matrem nominat. Itaq; eundem locum sic exponit Acron. Manifestum est, hunc Polydorum necatum fuisse, & noctu sorori in somnis venisse, rogantem, ut sepeliretur, hoc dicentem, *Mater te appello, soror surge, & sepeli me.* Quem locum mendosum esse opinor, legendumque potius, *Matrem te appello soror, surge, &c.* Hæc Hieron. Columna in Ilionam Ennij.

Column. 994. A. post versum 3. subiiciantur hæc. Quomodo vero? obtruncat? an non supra dixit ipse met, clamans è tumulo, *hic confixum ferrea rexit Telorum seges?* num hæc pugnantia non videntur? Credo dubitationem ita solui posse, ut dicamus verbum *obtruncare* positum hic esse pro interficere generatim, & Virgilio obuersatam fuisse rei veritatem. Quæ enim supra de telis quibus esset confixus, quæq; ex corpore eius in syluulam excreverent, fabulæ simillima sunt. Homerus ab Achille hunc adulescentem scripsit interemptum. 38

Column. 995. A. versu 2 *πάροχοι, καὶ θάρσυναι*) Continenter succedant hæc. *Omnia legendus Budans in Pandect. annot. poster. pag. 334. ubi etiam Paulinum illud in ad Corinth. cap. 4. v. 10. v. 11. v. 12. ius tri explicatur.*

Column. 999. B. versu 5. *DEDUCUNT SOCI NAVES*) Subiunge statim. Lib. 4. Aeneid. *Tum verò Teucri incumbunt, & litorè celsus Deducunt toto nautis.*

Column. 1000. C. versu 9. post asteriscum colloca hæc. *Dixit est & Nautio i. belli Pun. hoc nomine.*

deinde
Pollens sagittis inclutus
Arcitenens, sanctusq;
Delphis prognatus Pythius
Apollo.

Ibid. versu 9. post adde. * *Ab arcu aureo χρυσότοξος* Græci: *sape etiam ἀργυρότοξος* Vel quod argentum habuit, cum Pythonem interficeret: Vel allegorice propter candorem lucis: *Apollo enim sol.*

Column. 1005. B. versu 11. *aduolui mur aris*) Adde. Quidam exponunt, in terram inclinamus, quomodo Turcis, & aliis barbaris gentibus etiam hodie mos est, cum dicuntur facere reuerentiam. 39

Column. 1006. B. Muret. lib. 10. cap. 2.) Subiice, noua linea. Palladius lib. 1. Tit. 6. Qui arando crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terra vbertatē infamat. Longè melius manuscriptus, *terra vber infamat.* Quomodo Græci poetæ *ἰθαὺ ἀγρὸς*, quod Didymus exponit, *τὸ πῖτον, καὶ τὸ ἐρπιδνάλον τῆς γῆς.* Expresserunt id præter Palladium, & Virgilium etiam alij. Martianus lib. 1. Sola vero (quod vector eius cygnus impatiens oneris, atq; etiam subuolandi alumna stagno petierat) Thalia derelicta in ipso florentis campi vberē residebat. Saluianus lib. 7. de Prouid. Dei. Nemini dubium est, Aquitanos omnes populos medullam fere omnium Galliarum, & vber totius fecunditatis habuisse. Ipse Pallad. lib. citato Tit. 7. Ne bonum naturalis fecunditatis, colentium deprauauerit inertia, & in degeneres surculos vber feracis soli expendit. Varro de re rust. lib. 1. cap. 7. Cæsar Vopiscus ædilitius causam cum ageret apud Censores, campos Rosæ Italiae dixit esse fumen. Hæc aceruauit Ioan. Meursius in Critico Arnobiano, cap. 13.

Ibid. E. post versum 2. subiice. VETER. VOLVENS MONIM. VIROR.) in memoriam reuocans prima Troianorum tempora, quorum erat bene gnarus. Excutiens

Animo. secum Troianas antiquitates. Veteres viri hic accipiendi sunt Troianorum maiores, ab ipsis vsq; conditoribus.

Column. 1010. C. post lin. 2. inferre. Et enosta REGNA PET.) Huius oppidi meminit Homerus, Q. Septimus Roman. præfat. in Dictym Cretensem, ubi ait, Gnoson olim Cretensis regis sedem fuisse. Philostratus in vita Apollonij, qui tradit, ad Gnoson Minois Labyrinthum fuisse. Plinius, Solinus, & Eusebius de tempor. Diodor. libro sexto ait, Curetum tempore Tiranæ in Gnofo habitasse, ubi etiam ipsius tempore viserentur fundamenta domus, in qua Rhea educata fuerat, ac peruetustus cypressorum locus. Virgilius à B Gnofo Cretam Gnosia regna vocauit. Hieron. Columna in Frag. Ennij ex Eumero.

Column. 1012. B. lin. 2. tutela 2. Bacchi) Adiunge. Parrhasius in illud Claudiani 1. de raptu, *volatibus Ida Bachatur*, id est, inquit, à fanaticis per furorem quatitur. Et passim dixit, ut Maro, *Bacchatamq; ingis Naxon:* ubi per epitheton nominis rationem exprestit poeta ex Euphorionis sententia, qui Naxon dictam tradidit à *βοῶνας*, quod est bacchari, atque rem diuinam facere: quamuis alij nomen insulæ datum velint ab Endymionis filio Naxo, vel eiusdem nominis altero duce Caru. Sunt qui bacchatam Virgilio Naxon *ἀπλῶς* dictam putent, eo quod in ea Liberi patris orgia celebrarentur: eadem ratione, qua Cithæron à Papinio 4. Thebaid. C se bacchate Cithæron.

Ibid. D. lin. 1. *κλένομα* dicunt) Adde. Clamor nautis peculiaris est, non solum cum portum subeunt, ut lætitiæ præbeant argumentum: sed etiam cum hostes accedentes aspiciunt, ut illi exterreantur, ipsiq; pugna di alacritatem ostendant. Præterea inter nauigandum clamore, & cantu remigum labores, molestiq; leniuntur. Quintil. lib. 1. cap. 17. de Musica loquens. Atque eam natura ipsa videtur ad tolerandos facilius labores, velut muneri nobis dedisse. Siquidem & remiges cantus hortatur, nec solum in his operibus, in quibus plurimum conatus, præeunte aliqua iucunda voluptate conspirant, sed etiam singulorum fatigatio quamlibet se rudi modulatione solatur. Silius lib. 11. Virgilianis lineis hunc suum versum ita adumbravit, *Nauticus implebat resonantia littora clamor.* Ennius Annal. 14.

*Labitur vincta carina: volat super impetui undas,
Cum procul aspiciunt hostes accedere ventis
Nauibus veluolis, magno clamore bouantes.*

Varro à boue bouare deductum asserit. Vsu autem frequentiori recipitur bouare, à verbo græco *βοάω*. Hæc Hieron. Columna ad locum Ennij à me recitatum.

Column. 1015. B. post versum 7. adde. * *Dezodem sedere, seu potius de tempore, quo regnat illud sidus, loquens Tibull. eleg. 4. lib. 1. Vocat æstiu tempora sicca canis. Propert. lib. 2. Incipit & sicco feruere terra cane.*

Column. 1018. A. post lin. 12. intexe. Nos TVM. SVB TE PER. CLASSI. EQVOR) Liuius Helena. *Tu quis permensus ponti maria alia veliuola.* Lucret. li. 6. *Altra permensus multum, camposq; natantæ* Stat. libro 1. Syluar. *Quod durum permensus iter.*

Column. 1019. C. lin. 1. *corpore sudor*) Adde. Horat. Sat. lib. 2. *sudor ad imos Manianit talos.*

Column. 1021. B. post versum 9. inferre. Quod ait tales casus solum Cassandram sibi prædixisse, sciendum, poetam Ennium, quod quidem ex fragmentis 1. Annal. apparet, induxisse Anchisen post excidium Troiæ, Aeneæ filio cum diis penatibus fugam paranti, futura vaticinantem, & post varios casus Italiae potiturum, ibiq; fatis annuentibus stabilem in perpetuum sedem habiturum promittentem.

Column.

Colum. 1039. B. lin. 3. *hymen quæ ferens*) Adde. A. Lib. 1. *nam validam Hionei naveni, iam fortis Achate Vi-*
dit huius.

Colum. 1030. C. post lin. 11. inferre. *MARI PRÆBET*
AROLEO PRÆDIXIT) *Liuius lib. 25. ex carmine Martij.*
vatis extremo, nam mihi ita Jupiter fatuæst.

Colum. 1033. A. lin. 5. si placent) Adde. *Liuius lib.*
26. Zazynthos parua insula est, propinqua Erolia; vr-
bem vnam, eodemque, quo ipsa est, nomine, habet.

Colum. 1024. B. post versum Persij adijce. Catull.
Fulsero quondam candidi sibi soles, id est, felices dice: vt
contra Horatius diem infelicem appellat nigrum solē,
sat. 9. lib. 1. *hunc diem solem Tant nigrum surrexerunt*
Euphorion apud Stobæum *ἡλίου ἡττις οὐ τεμνωσὶς ἐφ-*
ῖπνα. Vide Eclog. 9. *Cantando puerum meminisse con-*
dere soles.

Colum. 1040. B. lin. 2. videlicet locutionem) Ad-
de. In 6. *Quin & supremo cum lumine vita reliquit.*

Colum. 1046. D. post versum 9. subijce. CHAO-
NIOS COGN. CAMPOS) Simile illi, *tales casus Cassandra*
canebat. Sed huiusmodi alliterationes, syllabarumque
repetitiones antiqui pro ornamento sectabantur, & in
his erant crebriores: quæ tamen pro vitii duxit poster-
itas, correctrix antiquitatis, à qua ipsa in multis corrigē-
da est vicissim.

Colum. 1048. B. versu ult. Dicitur & masculus a-
nimus) Adnecke. Mulier igitur, quæ talem animum
gerit, quæque opera viro digna perpetrât, nomine à
viro detorto, virago dicitur, *ἀντιάνηρ*, quo nomine
Ovid. & Statius Palladem, Seneca Dianam appellauit.

Ibid. D. post vers. ult. adnecke. Menander genera-
tim, & vniuersè, summa cum elegantiâ scripsit, pronun-
tiavitque, difficile, & operosum esse, reperire cognatū
pauperis. Neminem enim fateri, sibi quidquam esse e-
um, qui auxilij alicuius indigeret: propterea quod sta-
tim putaret, à se aliquid petiitum iri.

ἔργον εὐρεῖν συγγένῃ
Πάντες εἰσι. ἰδὲ εἰς τὸ ὁμολογεῖ
Αὐτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινός
Δεῖμονον; αἰτεῖσθαι τὸ αἶμα τι προσδοκᾷ.

Observatum à Mureto lib. 2. cap. 6.

Colum. 1054. lin. 1. Helenus videlicet) Subijce.
ATQUE HÆC DEINDE CANIT) Verbum canere datur
sæpe oraculis, & vaticiniis. De Sibylla infra, *Ipsa canat*.
Et suprâ. *Aeneas, sola nomen, dictuq; nefas Harpyia Ce-*
lano Prodigium canit. Prætereo locos alios poetæ hu-
ius. Horat. lib. 1. Ode. 15. *ut caneret fera Nereus fata*. Et
Sat. 5. lib. 2. *Num furis: an prudens ludus me obscura ca-*
nendo? Lucan. lib. 1. oracula canere. DIVINO EX ORE)
Satis erat, canit. Verum hic pleonasmus est creber po-
etis, vt, sic ore effata, sic ore locutus. Diuinum os, quia
diuinum est futura prænuntiare, & videtur tum deus
per os hominis loqui. Siquidem & in sanctis litteris le-
gimus, dabo verba mea in ore tuo. Et rursus, omnia
quæ dixerō tibi, loqueris.

Ibid. B. post lin. 6. intex. ET SALIS AVSONII)
Æquor salis Ausonij, est æquor, siue mare Ausonium.
Apud Homerum *αἶς* sæpius pro mari: vnde Latinum,
sal, vltima scilicet littera præposita, vel spiritu illo den-
so, in s, conuerso, qua ratione græcas has, voces *ἑξ*, *ἑπτά*,
ἑπταπύλον, sex, septem, serpyllum pronuntiamus. Vo-
cem sal pro mari, ab illius falsedine, plures poetæ vsur-
parunt. Catull. *Ipsius ante pedes fluctus salis allidebant*.
Et rursus. *Tū tremuli salis aduersas procurrere in undas*.
Et noster 1. *Æneid. spumas salis ære ruebant*. Pro iocis,
masculino genere effertur, etiā numero singulari. Hier.
Col. in illud Ennij ex 14. *Annal. Caruleum spumat sale*.

Colum. 1060. B. post lin. 3. collocanda) *sequin-*
tur, ab initio. De violenta ista separatione, sciz. disrup-
tiōne, et Terrullianus, lib. 1. q. Balio, sed molestum horri-
dum, & obscurum. Italicæ quædam, Adria, Tyrrheni-
que quæstantibus mediis tenentur, et cæptū reliquias Si-
ciliam facit: cū tota illa plaga discidij; cōtemit, et cæptū
cū cōtinuis angustis retroque, nomē vitij, mari induit,
non expuentis naufragia, sed deuoratis. Quod aliās su-
perum, & inferū mare dicimus, Mela Bonium & Tusculū,
Tertullian. dixit Adriam, & Tyrrhenum. Notā ē autē
vitij, q. plaga illa discidij, non est Rhegium, & quid-
am putāt: neq; enim Rhegium maris nomen, sed eius
terraz, quæ aunita est, & c. & c. & c. id est, frangendo

Magis est, vt Charybdin significari credamus, quod
nomen esse mari inter Siciliam, & Italiam in medio. Tha-
cydides lib. 4. scribit: foras vicinā Charybdin, quod vi-
tium; Tertullianus vocat, quoniam sine periculo præ-
ternavigare non licet, vt non immerito implicata Cha-
rybdin Virgilio dicatur. Hæc ex Ioannis Mercetij expla-
nat. in eundem lib.

Col. 1062. A. post versum 4. adde. Pistrix ex Glossario
veteri *πίστρις*, *ἄρτοποιός*, ceti quoddam genus, & mulier,
quæ panes coquit. Sic enim appellatur a Lucilio. De pis-
ce Florus li. 3. c. 7. Sed fiducia oppidanis resistendi nū-
tius fecit: docēs aduentare Lucullū, qui, horrible dictū,
per medias hostium naues vtre suspensus, & pedib; iter
ad gubernans, videntibus procul quasi marina pistrix
canebat. Et Festus, balenam belluam marinam, ipsam
dicunt esse pistricem, ipsam esse cetum. Quin Cic. in As-
rato *πύστιον* signum celeste semper pistricē vocat. Arnob.
lib. 3. Atq; ita tollitur, & remouetur ē medio Stygij fra-
ter Iouis, Olympiūq; germanus, tridenti armatus ferro,
pistricum dominus, atq; menarum. Hæc ex Notis Fran-
cisci Doussæ in Fragn. Lucilij.

Colum. 1067. C. versu 13. *adire iussus erat*) Adde, noua
linea. Adagiū *Dodonaus lebes* in eos torquetur, qui per-
dita verborū colluuiōne scatēt. Pelues quippe circa Io-
uis fani parietes ita locatas scribit Dæmon, vt si quis vnā
leui tactu cōtingeret, protinus omnes cōtinuata, perpe-
tuaq; cōplōsione tinnirēt. Testatur id ipsum Ausonius.

Nec Dodona cessat tinnitū abeni,
In numerum quoties radiis ferientibus ista
Respondens dociles moderato verberare pelues.
Easdem tamen abluendorum corporum gratia illic ha-
beri, discimus ex Asconio. Obseruauit Parthasius in 3.
derapt. Proserp.

Colum. 1068. D. nomina calp. Germ.) Adde. Quin &
Plantæ multo ambob; vetustior, in Pseudolo, quomo-
do quidā eruditi rescribendū censent, nam hodie locus
est corruptus.

Ita vultu excurato, ita munditiis dignati,

Itaq; in loco festiuo summi festiue accepti.

Ibid. lin. 6. certē τὸ λέγεσθαι.) Adde. vt apud Euripi-
dem, cum sic Agathemnos de filia Achilli nuptura, *Εἰ μὴ*
παρ' ἡμῶν εἶσιν ὀβίαν εἰς λέγεσθαι.

Colum. 1072. A. post vers. 4. QUIB. EST FORT.
PERACTA IAM SVA) Achilles Statius Comment. in Ti-
bull. legit *parata pro peracta*. Vt sit, quale illud Tibulli
eleg. 4. lib. 2. *Sic mihi seruitium video, dominamq; para-*
tam. Paratam, inquit, quasi partam, & constitutam, vt
sit in perpetuum viuendum hoc modo. Sic alibi, *Et me-*
rita laudandus hic est, quem prole parata, &c.

Colum. 1079. E. lin. 6. Strabo lib. 6.) Adde. Plinius
lib. 3. c. 20. Florus lib. 1. c. 18. Silius lib. 12. Mela lib. 2. c. 4.

Colum. 1080. A. lin. 2. constituit. Seruius. Adde.
De hoc templo audiendus Liuius lib. 24. Sex millia a-
berat ab vrbe (Crotone) nobile, templū, ipsa vrbe no-
bilio

Qooo.

bilius Lacinae Iunonis, sanctum omnibus circa popu-
lis. Locus ibi frequenti sylva, & proceris abietis arbori-
bus sepius. Lata in medio palcia habuit, ubi omnis ge-
neris sacrum dea pascebatur pecus sine villo pastore, &c.

Colum. 1085. A. versu 9. *ferrugine calum*) Adde.
Ouid. 14. Metamorph. de Circe.

*Quo soles & nixea vulcanum confundere luna,
Et patrio capiti bibulus subtexere nubes.*

Colum. 1086. A. versu 3. post hanc. NOX INTER-
PERTA) sic lege. *Nocte intempesti nostram deuenit do-*
minus. Attius in Bruto, ita Laeticiam de Sex. Tarquinij
nequitia conuerentem inducit. Cic. in Pison. Nocte
intempesti crepidatus, veste seruili pauem conscendit.

Ibid. B. versu 1. dinoscuntur) Adde. *ἀνεγνωρία ἀ-*
πληγῆς & ἀπὸ ἀνάπτυκτος.

Colum. 1091. B. post versum 9. inferre. VISCER-
MISEROR. VISCITUR) Homer. Odyss. n. *Αὐτὰρ ἐπεὶ κί-
πλετο μέγαν ἐπὶ λήεσσι τοῖσιν Ἀνδρῆμα κρὶ ἰδὼν.* De eo-
dem accipiendum, quod ait Ennius Annal. 9. *Cyclopi*
venter velut olim surserat alti Carnibus humanis dissen-
tis. SANGVINE ATRO) Ennius Thyeste. *saxa spargens*
tubo, sanis, & sanguine atro. Nonius ex Lucilio. *Latere*
pendens, saxa spargens tubo, & sanguine atro. Lucilius
Ennianam execrationem, tanquam vulgo iactatam su-
is poematis inseruit.

Colum. 1092. B. lin. 13. Solem. *Lucret. quog, &c. dele-*
tres versus, vsq; ad, de discrimine elypei, &c.

Ibid. C. post versum 2. intex. (A V T P H O R E A
LAMPAD. INSTAR) nō quātus est reuera sol, sed quantus
nobis videtur: videtur autē instar lāpadis alicuius. Solē
quoque Lucret. lib. 5. eternam lampada mundi nomi-
nanit. Item roseam facem, vel potius tribuit ei rose-
am facem: quippe qui fulgore suo mundi tenebras dis-
sipet. *sonnōg, sepulsi Dum rosea face sol inferat lumina*
celo. Ennius Annal. 17. *interea fax occidit,* ubi Hieron.
Columna non simpliciter Ennium facem dixisse arbi-
tratur: sed vel, *solis interea fax,* vel, *cali interea fax.* Po-
eta p̄fiscus *Flamminea per aethram alie feruida ferri facē.*
Sive igitur lampadem, siue facem vocemus solem, cer-
tum est insinuari quorundam philosophorum dogma,
qui adeo igneam ei naturam tribuerunt, ut aut saxum
ignitum, aut candens ferrum esse assererent.

Colum. 1096. A. post versum 3. adde. ET LITTO-
RA COMPLER) Hinc magnus Cyclopium illorum nu-
merus colligitur, siquidem littora complebant. Sic En-
nius paucis verbis militum maximum numerum ostē-
dit, *Nauibus explebant sese, terrasq; replebant.*

Colum. 1099. D. ad versum 3. adde hanc. * *Quia co-*
lomitatum Vlyssis meminimus, recordamur quod legem de Dio-
gene. Demirabatur Grammaticos, qui tam studiosē Vlyssis mala
perquirerent, ac de ijs disputarent (expōenda Odyssea videlicet)
sua autem ipsorum mala non viderent. Simile faciunt, qui populi
peccata accusant pro comione, cum ipsi sint fudati sceleribus.

AD QVARTVM

ÆNEIDOS.

Colum. 1109. A. versu 11. *seuo sauciam dixit*) Adde.
id est, magno, vehementi: hoc enim interdum so-
nat *seuus*, non tantum atrox, siue crudelis.

Colum. 1115. C. post vers. 12. collocabis hanc. Apud
Ennium Annal. 11. *Malo cruce ut fatum dei Juppiter.* Vi-
detur his verbis quispiam potius optare vitam suspen-
dio claudere, quā indigna perpeti. Distinxit ita Hieron.
Columna, quum legeretur antea *Malo cruce,* dixerunt
n. veteres crucem masculinē. Plautina anus in Aulular.

Vitam me diui adaxint ad suspendium
Potius quidem, quam hoc pacto apud se seruiam.

Nec illa. Cic. 2. Tuscul. sunt ab hoc loco reicienda. Mori
malant, quam tantum modō de dignitatis gradu dimor-
ueri. Terent. Adelph. *Animam relinquam potius, quam*
illam deseram. Hieron. Colum. Ergo p̄spicis, quibus
verbis affirmant quidam, malle se mori, quam hoc, aut
illud facere, siue perpeti.

Colum. 1116. C. lin. 11. *& alijs praeceperat.* Adice.
Damnatus tamen, quod minimē dissimulandum est, Sma Tertul-
lianum, postquam in haeresi lapsus, cum Montano delirare cepit,
& damnauit locum multum, idq; apertissime, nec sine verborū acerbi-
tate, & consuetudine, ut norunt, qui certos quosdam libros eius Salu-
tarunt. In quibus tamen plurima ad suadendam continentiam, Sir-
ginianamq; grames, & diuina sententia. Quae quidem virtutes si
moderatus ille suspexisset, melius nominis suo, melius salutis suae con-
sulisset.

Col. 1119. B. post versum 12. subde. QVOS AFRICA
TERRA) Ennius lib. 3. satyrar. *Lati campi, quos gerit Afri-*
ca terra polius. Sic Caro orat. pro Achæis Italia terra,
pro Italia. Tibull. Campania terra: Lucilius, & Carul-
lus Iberia terra, & Celtiberia terra: & poeta quidam
apud Arist. 3. Rhet. *Αἰγιάδων γαίης.* Hieron. Columna.

Ibid. C. post lin. 8. inferre. GENVS INSVPERAB. BELLO)
In 1. de Carthagenensibus Venus. *genus intratibile bel-*
lo. Eandem vim habet illud ibid. de eadem ciuitate, *stu-*
diūq; asperrima belli.

Ibid. C. 10. Seruio Numidae sunt infræni, vel q̄a saui:
vel quia equis sine fræno vtuntur. Hoc curtiū est, quā
accuratius explicatum. Liuij locus ex 35. lib. planius, ple-
niusq; rem explanabit. Agens enim de Numidis equiti-
bus: Nihil, ait, primo ad spectu contemptius. equi, homi-
nesq; paululi, & graciles: discinctus, & inermis eques,
præterquam q̄ iacula secum portat: equi sine frænis, de-
formis ipse cursus rigida ceruice, & extento capite cur-
rentium. Sed & effrænata audaciā dici vult Turneb. ab
equis, quorū sine frænis indomitus est impetus. Proin-
de Romani in magno periculo, in hostem detractis fræ-
nis equos permisisse. Vnde Liuius li. 40. Id cum maiore
vi equorū facietis, si effrænatos in eos, equos imittetis.
id q̄ sepe Romanos equites magna fecisse laude sua,
memoriæ proditū est: ut minus mirū sit, Numidas equis
fræno liberatis vti solitos fuisse. Quo respexit Marcialis
D lib. 9. Epigram. ad Pastorem, *Et Massylaum virga gubern-*
net equum.

Cum Strabo auctor sit Numidas, Massylosq; equos
habere, quos virga, non fræno gubernent. Lucan. 4.

Et gens qua nudo residens Massylia dorso
Ora leni flectit frænorū nescia virga.

Oppiani præteria auctoritatem cum Silio, de qua nos
principiō, adducit German.

Col. 1121. C. post lin. 10. adde. SOLVITQVE PVDOR.)
ut qui vincula rumpit, aut præcidit, soluit id, quod erat
alligatum: sic qui argumentis persuadet homini pudico,
ut pudorem violet, eiusque iura resoluat, quomodo
ante locuta est Dido, ipsum pudorem soluere dici po-
est, quoniam eius soluendi, abiiciendiq; auctor est.

Colum. 1122. B. post lin. 1. subiice. AQVOSVS ORION)
Æneid. 1. *nimbosus Orion.* NON TRACTABILE CÆLVM)
Hominem tractabilem vocamus, qui se sinit tractari,
qui non est instar equi ferocis calcitrantis, aut bestiae a-
licuius immanis, qui est ingenio leni, & flexibili.
Cic. ad Attic. ep. 13. li. 10. de filio suo Marco. Ego meū fa-
cile teneo: nihil est enim eo tractabilius. Dixerat autē
supra, filium Q. Cicetonis sui fratris, esse ferocem, ar-
rogantem, & infestum, propter paternam indulgenti-
am. Transfert igitur Virg. hoc vocabulū ad cælū, & plu-
uium, procellolum, vētosumq; vocat ingratibile.

Colum. 1127. A. vers. 10. subde. Quod ait Dido-
atq; amoris astu percitam, furentemq; tota vrbe va-
gari,

gari, suggerit mihi, quod de amore non bono legi apud Max. Tyrium. ferm. 10. Sit igitur amor, inquit, appetitio animi. Verum appetitioni huic perinde, atque equino furori opus est freno. Et si committas animum rapi, iuxta modum comparationis Homericæ, quidnam aliud egeris, nisi ut vorax equus temerè in campum excurrat, haud amplius petens aquationes concessas, cursus decurrens, quos à rectoris arte didicerit: sed effrenis, ac sine rectore passim feratur.

Colum. 1135. B. versu 9. adde. * *Quod Virgilius effundit in tempore, hoc Tibullo claudere valles, colles. Eleg. 4. lib. 1. Nec velis insidiis altas si claudere valles. Et lib. 4.*

Quis furor est, quæ mens densos indagine colles
Claudentem teneras lædere velle manus?

Colum. 1137. E. De canibus Gallicis) Adde hæc. *Ac. B. odant versiculi ex 10. apud Ennium, ubi omni narem sagacem tribuit: circumstantur autem à Varrone lib. 6. de ling. lat. & Festo Pompeio in Nisare.*

----- animus cum pectore latrat,
Velut & si quando vinculis venatica velox
Apta silet canis, fortè feram si nare sagaci
Sensit, voce sua nictit, ululatque ibi acutè.

Colum. 1140. A. post versu 9. adde. CHLAMYD. PICTO CIRCVND. LIMBO) ut plurimum poetæ limbum nominant, quæ aliàs instita. Est autem fasciola, quæ ambit extremitates vestium: aut ex filis, aut ex auro cõtexta, assutaq; extrinsecus in extrema parte vestimenti, vel chlamydis. Sic Isidorus lib. 19. Limbus, ait Nonius, muliebres vestimentum, quod purpuram in imo habet. Plaut. Aulular. *Textores limbolarij, arcularij.*

Colum. 1141. E. ante verba INVIA LVSTRA) constituta hæc. POSTQVAM ALT. VENT. IN MONTES) In montibus feræ quæ tendunt venatoribus, illa quippe sunt stabula alia ferarum. Idcirco eas Lucretius motuagium genus vocat lib. 2.

*Vnde etiam fluidas frondes, & pabula lata
Montinago generi possit præbere ferarum.*

Colum. 1142. D. versu 7. ac formosum haberi) Adde. quare & hoc adiuncto sæpissime ornatur. TANTVM EGREGIO DECVS EN. ORE) Ore, id est vultu, vnde hominem pulchrum commendamus. Quinimmo sæpenumero ex solis oculis.

Colum. 1152. C. versu 9. sic rescribere, & adde. MVLTA IOVEM MAN. SVPP. ORASSE SVPIN.) Nomē pro adverbio, more Græcorum, qui sæpe πολλά pro πολὺ, & πολλάκις. Hom. Odys. 11. πολλά δὲ δὴς γυνήμι. Sic i. Æneid. *Multa deos, auratq; pater testatus manes.* Lucr. lib. 2. crebra remisit, pro crebrò. Ennius. *Quamquam multa manu ad cali carula templa Tendebar.* Homerus Odys. 11. εὐχάτο χεῖρ ὀρίγωνις ἔργον ἀσείνεται. Apollon. lib. 1. αἰ δὲ γυνήκις Πολλὰ μάλ' ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἀνέει.

Colum. 1156. C. versu 3. adnecte * *Quia Paridem appellare ausus est Æneam larbas, per contumeliam, mollemq; & eternatum hoc nomine intelligi voluit, non male etiam illi mox erinem vnguento delibutum tribuit. Sciendum enim, quod Athenæus animadvertit lib. 1. cap. 12. Homerum de heroibus neminem vnguentum inducere, præter Paridem, meminem coronatum.*

Colum. 1166 D. post lin. 4. adde ista. Ennius Alexandro, seu Alexandra.

Volans de celo cum corona, & taniis,

Hominem appellat: quid lascivus stolidus? non intelligo. Pro certo putat Hieron. Columna, hic poetam Enniū loqui de aliquo deo, qui è celo delapsus, Paridem admonebat, quanto dedecore, rapta aliena coniuge, turpi libidini indulgeret, quemadmodum hoc loco Mercurius à Ioue ad Æneam de mollitie obiurgandū mittitur.

Colum. 1167. B. post versum 7. adice, nova linea. *Regnator plenius, & gravius est, quàm rex: sicut ductor, quàm dux.* Lib. 2. de Priamo, *Regnatorem Asia.* Ibidem

Amagnificè de eodem Ioue Creusa. haud ille finit superbi regnator olympi. Repetitur à Iunone lib. 7. De fluvio lib. 8. nempe Tiberi. *Corniger Hesperidum fluminis regnator aquarum.* Iam quod affirmat Donatus, maioris metus iniiciendi causa hic addi potestates Iouis, cum tamen notum sit, quantum possit, servatur hoc etiam in mandatis nostrorum Principum, nec vllus, ut appellant, titulus facile omittitur, aut non suo loco ponitur.

Colum. 1169. D. versu 3. ET QVÆ MOLLISSIMA FANDI TEMP.) Subiice continuò. Arrisit hoc Macrobio, Saturnal. lib. 1. cap. 2. Tentanti mihi, inquit, Pomptumiane, aditus tuos, & mollissima consulendi tempora. De huiusmodi temporibus, seu occasionibus, & opportunitatibus loquitur Martialis.

*Nosti temporatu Iouis sereni,
Cum fulges placidus, suorumq; vultu,
Quo nil supplicibus solet negare.*

Vide quid intra dicamus ad illud, *Sola viri molles aditus, & tempora noras.*

Colum. 1173. B. lin. 9. MOL. SID. CLASSEM.) Adde mox. Alio sensu lib. 3. legimus, *classemq; sub ipsa Antandro, & Phrygia molimur montibus Ida.* Ibi enim moliri classem, est ædificare naues, cæsa ad id materia è montibus: hic, est naibus navigationem moliri.

Colum. 1174. A. versu 5. Turneb. lib. 19. cap. 17.) Adde. * *Amata quoq; Turnum lib. 12. sic obtestatur.* Turne per has ego te lacrymas. *Habent vim magnam ad animos commovendos lacrymæ, & propter naturæ consensum, etiam in aliis producunt lacrymas: & sunt testes plerumq; certissima interioris affectus. Plerumq; dico, quoniam est, quando mentium tur.*

Ibid. E. versu 6. QVA SIDERA ADIBAM FAMA) Subiunge continenter hæc. Sedit nunc Dido nostra, quam stuit egerit, pudicitiaq; violatam dolet, & amissa integritatis, honestatisq; pulchritudine commouetur. Quadrat huc perbellè D. Augustini præclara sententia, Civitat. lib. 2 cap. 26. Tanta est vis probitatis, & castitatis, ut omnis vel pæne omnis eius laude moveatur humana natura: nec vsq; adeo sit turpitudine vitiosa, ut totum amittat sensum honestatis. Quod ad formam dicendi attinet, simile illud, &c.

D. Colum. 1180. C. post lin. 8. infere hæc. Fraudare regno Ascanium filium, est illum fraudare bono tanto, quanto in rebus humanis non potest inveniri maius. Hoc neutiquam debet velle Dido, si qua pars in ea refidet humanitatis. Plus dicit in Euagora Isocrates. *νῦν δὲ πάλιν ἀνὸς ὁμολογήσαντες, τὴν ἐννίδα καὶ τὴν δαῖον, &c.* Id est Nunc regnum omnium diuinorum, & humanorum bonorum esse maximum, & splendidissimum, & summa vel armorum contentione dignissimum, fatentur omnes. Eum igitur, qui re in tota rerum natura pulcherri- ma potitus est (Euagoram) quis orator, aut poeta, aut verborum opifex pro rerum gestarum dignitate collaudatit.

E. Colum. 1184. A. post. 2. AMISSAM CLASSEM) Subaudimus, renouavi, qua de re lib. 1. in oratione Ilionci. Poterat etiam Dido quippiam tale, quale Phyllis regina Thraciæ, violatam redeundi fidem Demophoōti, Thesei filio exprobrans apud Ouid.

*Ah, laceras etiam puppes furiosa refeci:
Ut, qua defereret firma carina foret.
Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abies.
Hæc patior telis vulnera facta meis*

Ibid. D. post 3. Verbum scilicet per quandam amaritudinem cum risu mistam profertur, ut ait Valla libro secundo. patet ex hoc ipso loco. Itè ex illo Terent. And. *Meum gnatum rumor est amare. D. Id populus curas scilicet.* Hoc est, per sententiam contrarium, id populus non

Oooo* 2 magno.

magnopere curat. Ita existimato, populo non maximè esse curæ, filius tuus amet nec ne. Cæsar apud Sallust. quod illa oratio pertinuit? an ut vos infestos coniurationi faceret? Scilicet quos, &c. *Fidelicet* quoq; & *quasi verò* particulæ sunt, ironijs omnino aptæ. Gifelin. epit. adag. parte 2.

Colum. 1190. A. post lin. 4. OPERE OMNIS SEMITA FERRET) plena est feruore laborantium, seu feruidè laborantibus. Infrà mox: *cum littora fernere late Prospiceres*, ubi loquitur de studio Troianorum ad littus discedendi causâ concurrentium.

Colum. 1192. D. versu 7 violatoribus) Adde. Concilium Meldense cap. 72. Nemo cuiuslibet mortui ossa de sepulchro eijciat, aut sepulchrum temerario ausu quoquo modo violet: sed vnumquemq; in loculo sibi à deo præparato, atque concessio, sui iudicis aduentum præstolari concedat: maximè, cum non solum diuinæ, sed & humanæ leges sepulcrorū violatores reos mortis iudicent.

Ibid. E. post versum 13. CONIUGIVM ANTIQ. QVOD PRODIDIT.) Sic quidem videri volebat, coniugium inquam, sed prætexebat hoc nomine culpam, ut multò ante dixit poeta. Grauius autem non potuisset, quam locuta est, dum eum proditorem fecit, & quidem rei sanctissimè colendæ.

Colum. 1194. lin. 9. Rhodigin. libro decimoquinto cap. 7. Adde* *Alpinum Boream dixit, quod in è Rephæu montibus spirat, quicum Alpinum idem sunt, ex sententia Posidonij. Ita breuiter Parrhasius in 3. Claudian. de rapto Proserp.*

Colum. 1195. B. lin. 2. lumina linquit) Attexe. Lucret. lib. 3. *Lumina qui linguunt moribundi particulatim.* Et lib. 5. *Dulcia linquebant labentis lumina vite.* Næuius. *ubi bipedes volucra lino linguant lumina.* Lucilius in quodam epigrammate, τὴν καταλείψαντας γλῦκας φάσθαι. Appellatur item mortui, lumine cassi, spoliati, luce carentes. Hanc elegantiam notauit cum his testimoniis Hieron. Columna, ad Ennium.

Colum. 1207. B. versu 6. plurimos inuocat) Adde. Sed Iani Parrhasij longè est alia huius loci explanatio. Sic enim scribit in illud apud. Claud. in 1. de raptu. *Ecce procul ternis Hecate variata figuris.* Persei fratris Ætæ Colchorum regis Hecate filia fuit. Ea dum vaga per saltus venaretur, aconiti vim prima deprehendit: & ita, necato parente regnum occupauit, à suis in cælum post mortem relata. Eius nominis altera, ex Asteria Larone sorore, & Perseo Titane nata: cui Iupiter elementa subiecit, & cælo, Ereboq; potentem fecit, ut canit Maro. Iam illud Virgilij. *Ter centum tonat ore deos*, sic nos interpretamur, ut dicat, Hecaten à saga ter inuocatam: quam per centum deos obscurè quidem, verum peritissimè designauit, ad amplissimam deæ potestatem, & nominis rationem simul alludens. Id ab ἐξ ὅδ' trahitur, quod est apud Græcos centum. Ternarius porrò numerus in huiusmodi sacris adhibebatur ex ritu, ut è poetis variis colligitur, & Porphyrius philosophus in responsis abundè dissevit. Nec obest, quod à poeta statim subiicitur, *Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Diana.* Nam sui moris est, quod etiam Macrobius obseruauit, in quibus non couenit inter doctos, vtramque sententiam complecti. Quò fit, ut sibi plerumque non constet, ut Seruius, & alij post eum Grammatici notauerunt. Norat diuersas in Hecate opiniones, & eam quâ superius attulimus, & eorum, qui cū Iunone coniungunt: ut sit eadem Iuno, Diana, & Proserpina: ex quibus Hecate, ut est apud Lucianum, commune nomen efficiatur. Idcirco ne alterutrum poeta damnet,

utrumque dixit. Hec Parrhasius, quæ tuo, lector, iudicio subiecta volumus.

Colum. 1209. A. versu 10. Turneb. lib. 26. cap. 5.) Adiunge. Arnobius. cur quotidie gemmulas, & pubescentes herbas adurit, atque interficit nocentissimū frigus?

Colum. 1210. B. adde ad vers. 6. Est alioqui etiam Pythagoræ symbolum, *Nudus pedibus sacrificato, adorato.* Prius inonet, habendam rationem mediocritatis fortunarum in sacrificio: alterum, in re diuina oportere animum esse solutum, ac liberum, nullisque affectionum otiosarum, aut malarum vinculis irretitū. Gifelin. epit. adag. parte 2.

Colum. 1211. C. EN QVID AGAM? RVRSVSNE) Succedant statim hæc. Huiusmodi oratio concisa, & frequenti interrogatione interrupta, & dubitationis plena, magnam animi perturbationem, & summam consilij inopiam declarat, & ad mouendam misericordiam multum valet.

Colum. 1212. C. post versum 4. adde hos.

Paruamne falcon, Thessala an tempe petam?

Quascunq; aperuit tibi vias, clausi mihi.

Quò me remittis?

Quod autè sequitur, Ennius, *Quo nunc me uertam, &c.* vsq; ad, Donat. in illud, dele totum.

Colum. 1213. A. versu 2. frustra cogitationem) Adde. Tale genus orationis affingit etiam Catullus Ariadnæ desertæ à Baccho.

Nam quo me referam? quali spe perditam nitam?

Ideosné petam montes? at gurgite lato

Discernens, patriam truculentum diuidit aquor.

An patri auxilium sperem? quemne ipsa reliqui,

Respersum iuuenem fraterna cade secuta?

Coniugis an fido consoler memet amore?

Quine fugit, lentos incuruans gurgite remos?

Eiusdem generis illa conquestio Atrei apud Attium. *Egone Argiuum imperium attingam, aut Pelopis Digner domo? quò me ostendam, quod templum adeam? Quo more funesto colloquar?*

Nec solum poetæ, sed oratores etiam tali forma orationis vsi sunt. Sic enim Gracchus oratione quadam: *Quò me miser deferam? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat. An domum? matrè me ut miseram lamentantemq; videam, & abiectam? Hosce locos pæne omnes notauit ad illum Ennij, quem supra constituimus, eius Fragmentorum explicator perquam eruditus, deque studiis nostris tam bene meritus, ut pauci alij in simili curriculo, Hieron. Columna.*

Colum. 1216. B. post versum 3. inijce. Si TE HIS ATTIG. TERR. AVROA MOR.) Ennianum istuc magna maiestate extulit, *Si te secundo lumine hic offendero, Moriere.* Euripid. Εἰ σ' ἡ πύθαλα κτλ. ὁ δὲ τῶν δῶν.

Colum. 1217. A. pone hæc initio paginæ. SVB TIS EXERRITVS VMBRIS) propter repentinum Mercurij discessum. Vnde colligitur locum præsentia numinis luce, & splendore completum fuisse, quod diuinitatis præcipuum est signum. Nascimb.

Colum. 1218. versu 6. ut nos fecimus) Adde. Quidam moneant, esse enallagen gradus, positini pro superlatiuo, quasi dictum sit, sequimur te sanctissime deorū quisquis es.

Colum. 1220. A. versu 11. auream poetæ) Adnecte. Ennij versiculus ex 6. Annal. superstes, *Ut primum tenebris abiectis in albat. diæ.*

Ibid. D. post 9. AIVNT) A clarissimis Grammaticis annotatū est, apud Latinos auctores plerumq; in re falsa,

falsa, & non credenda verbum aiunt vsurpari. Donat. A in Eunuch. Terentij. Semper, ait, dicimus, inquit, cum vel inuisa nobis, & audientibus, vel vana narramus alicuius. Idem in Hecyram. Bene, ait, quasi vanum. Sic enim dicimus, aio, ait, de rebus nugatoriis. Ibid. *Quid morbi est? P. Febris. S. Quotidiana? P. Ita aiunt.* Vbi idem Donat. Bene aliis adscripsit, si falsum sit, ut ipsis mendacium adscribatur, & religiosè mendacium ad rumorem transtulit. In And. *Hodie uxorem ducis? P. Aiunt.* vbi Donat. aiunt, de ea redicimus, quam volumus esse falsam: subiungit hunc Maronis locum. Gifelin. epit. adag. parte 2.

Colum. 1221. C. Magistro fuit) Adde. Virgilius tamen eorum opinionem tetigit, qui solem igneæ naturæ censuerunt. Quod & Euripid. videtur voluisse Phœnissis. *Ἡλίου θεοῦ ἱπποῖσιν οὐλοῦσιν φλόγα.* Idem Phæactonte. *Θεοὶ δὲ ἄνθρωποι φλόξ ὑπερπολλὴ γῆς.*

Colum. 1223. C. ante CHARA MIHI NVTRIX, pone hanc Symbolam. NVTRICEM AFFATA SICHÆI) cum nutrix sit altera mater, & infantem multa cum cura, & molestia educet, meritò nutrices semper in honore fuerunt apud antiquos. Hinc dilexit suam Caietam Æneas, secumque duxit in Italium. vide principium lib. 7. Nominatur & Pyrgo tot Priami natorum regia nutrix lib. 5.

Colum. 1234. A. post versum 8. subiice. ATROS SICCABAT VESTE CRVORES) lib. 10. *Tiberini ad fluminis vnda Pulnera siccabat lymphis, corpusq; lavabat.* Verum hic siccare veste cruorem, est illum in vestem recipere, ut eum vestis bibat, & absorbeat. Monet autem Servius, dixisse per licentiam numero plurium *crvores*. Nec enim secundum artem aut sanguines, aut cruores dici.

Colum. 1238. B. Post versum 5. subde. Ouid. 11. *Metamorph. in ventos anima exhalata recessit.* Perinde est, ac si dixisset poeta, recessit in auras, in aërem: etenim pro aëre dixerunt ventum, ut Epicharmus illo carmine, quo deos nominat quatuor elementa, & solem, ac stellas.

Οὐκ ἔτι χαρμὸς τὸς θεῶς ἔναι λέγει
Πῦρ, ἥλιος, γῆν, ὕδωρ, ἀέρας, ἀέτερος.

Ennius Annal. 3.

Sic densis aquila penni obnixæ volabat,

Vento, quem perhibent Graiæ genus aëra lingua.

Secutus videtur Hippocratis opinionem, qui ait lib. *περὶ φύσιν. ἀνεμὸς γὰρ ὅτι ἡ ἕρσις τοῦ αἵματος καὶ τοῦ χυμοῦ.* Plutarchus libello de Homero, ὁ δ' ἀνεμὸς ὅτι ἀπὸ πύλων. Lucr. lib. 16. *Ventus enim fit, ubi est agitando percussus aër.* Hieron. Colum.

AD QUINTVM ÆNEIDOS.

Colum 1248. C. Post versum 10. adde. SVPERAT QVONIAM FORT. SEQVAMVR.) Ad horum, quæq; mox sequuntur verborum sententiam refero elegantissimam similitudinem M. Tullii epist. 9. lib. 1. Nunquam enim præstantibus in repub. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permanſio: sed ut in nauigando tempeſtati obſequi artis est, etiam si portum tenere nequeas: cum verò id possis mutata velificatione aſſequi, ſtultum est eum tenere cum periculo curſum, quem cœperis, potius quam, eo commutato, quò velis, tandem peruenire: ſic cum omnibus nobis in adminiſtranda rep. propoſitum eſſe debeat id, quod à me ſæpiſſime dictum eſt, cum dignitate orium, non idem ſemper dicere, ſed idē ſemper ſpectare debemus.

Colum 1264. D. post verſum 12. adde hæc. Flexio ad metam à Tzetze, & Callisthene καμπτή, & καμπήνεια, à Chryſoſtomo καμπτό, à Pacuio καμπήνις dicitur, à Cicerone flexus. Ars autem omnis, & induſtria aurigæ in eo fuit, ut tutò, ſcienter, prompte, ſiniſteriore gyra metam circumageret: in quo periculum fuit, ne vel aliſæ ad metam rotæ effringeretur, ſi propius in ſiniſtrâ flecteret: vel ne dexterioꝝ longius à meta ad podium recederet: quod vtrumque peccatum notat in aurigæ Sidonius in Narbone.

Hic compendia flexuoſa meta

Vna dum premit incitatus a to,

Elatas ſimul impete quadrigas,

Innēto non valuit plicare gyro:

Quem tu, quod ſine lege præteriret,

Transſiſſi remanens, ab arte reſtans.

Id eſt, cum ille inhibere curſum quadrigarum non poſſet, longius abductus eſt, & ſine lege præterit metas: tu artis ſcientia mancus, ac reſiſtens, metam circuiſti. Deinde ſubiicit alterius peccatum alterum.

Alter dum popularitate gaudet,

Dexter ſub cuneo nimirum incurrit.

Hanc flexionis peritiā attigit Virgil. Caſar Bulengeſus de Circo Rom. & lud. Circenſ. cap. 29.

Colum. 1266. A. post lin. 2. adde. ADVVCTIS SPVM. FRATV. LACERT.) Operoſum conatum, laboremque impigre remigantiū ſubiicit oculis. Sic Ennius Annal. 7, *Per liquidum mare eant ſudantes, atque ſedentes.* Et iterum. *Poſtere cumbite, veſtraq; peſtora pellice tonſis.* Et, *Pone petant, exin referunt ad peſtora tonſas.* Hæc etiam faciunt ad illum verſum è lib. 3. Æneid. *Admixtorquent ſpumas, & carula verrant.*

Colum. 1268. A. post lin. 12. adiunge. RVVNTRQVE EFFVSI CARCERE CVRRVS) Carcer, ſive carceres locus, vnde ſigno dato incipiebat curſus. Græcis dicitur ἀφροῖς, ὑσπληγ, ἐξ γάρμην, βαλλίς. Terminum verò, & finem quò diriguntur curſus, metam latine dicimus, græcè τέρμα, τέρμα, βατὶς. Carceres autem in circo, ut reſert Liuius, lib. 8. L. Papirio Crallo iterum, & L. Plautio Venno Coſſ. primū ſtatui ſunt. Nec reprehendi poſſet iure Virgilius, quod contra ſuperſtitiſam Grammaticorum diligentiam *carcer*, pro repagulis numero ſingulari dixerit, cum exemplum Ennij ſecutus ſit, qui in 1. Annal.

Expectant, veluti Conſul cum mittere ſignum

Vult, omnes anidi ſpectant ad carceris oras,

Quam mox emittat pictis ex fancibus currus.

In quem locū de carceribus iſta Hieronymus Columæna, cuius explicationes in Enniana Fragmenta iure optimo eruditè perſolent.

Colum. 1271. C. Hecſtori ſimiles) Subiunge. TROIÆ QVOS SORTE SVPREMA DEL. COMITES) Initio lib. 2. Æneid. vocavit ſupremum laborem Troiæ, quam hic ſupremam eiufdem ſortem. Sententia eſt, quos in ultimo illo patriæ caſu mihi ſocios aſciui ex fortibus fortiffimos. Eſt ergo laus duplex. Vna ex eo, quod ſtrenuè pugnarint cadente Troia: altera, ex eo, quod à viro forti præ alijs aſciti ſunt comites, ac ſocij.

Colum. 1273. B. post verſum 3. ſubiunge. ATTVLIT IPSÆ VIRIS OPTAT. CASVS HONOREM) Verſus memoriæ mandandus. Erverè Martial. *O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium.* Caſus ad honorem profuit Euryalo in curſura, de qua infra. Niſi enim lapſus fuiſſet Nilus, non eſſet ille factus primus, qui erat tertius.

Colum. 1274. C. post lin. 2. intex. SIC ILLAM.F. IMPETVS IPSÆ VOL.) Ennius Annal. 14. *Labiunt vniſta ca-*

Qooo* 3

rma,

*rina, volat super impetus undas. Furius Antias. Sicut ful-
calenis volitat super aquora classis.*

Colum. 1275. A. post versum 8. adde. TVM VERO
INGEMIN. CLAMOR) Spectatores acclamabant, horta-
banturque Mnestheum ad capiendum, quod iam ce-
pisse videbatur. Magnum addit animum huiusmodi in
certaminibus spectatorum fauor: cuius indicium lata
acclamatio. Exponit mox, quo pacto se utraque pars
certantium habuerit.

Colum. 1279. B. post vers. 13. ponantur hæc. De
sinuosis, & flexuosis vestibus, Tertullian. scriptor rigi-
dissimus, ut oratione, sic item sententiis, lib. de Pallio.
Prorsus si quis Mæandrico flexu delicatam vestem hu-
mi protrahat, audiat ponere se, quod & Comicus, *Qua-
lem demens iste chlamydem disperdit?* Significat vellem
in modum Mæandri fluminis habentem flexiones, &
finis: & Mæander cum vocibus flexus, flexio solet tan-
quam eum synonymo iungi. Cic. in Pison. Quostu Mæ-
andros; quæ dinerticula, flexionesque. Prudentius.

*Qui mille per meandros,
Fraudesque flexuosus.*

Denique mæandrum genus picturæ apud Festum, dictum
à similitudine flexus amnis huius. Ioan. Mercerius in li.
Terrull. supra dictum.

Colum. 1284. C. lin. 9. Rhodigin lib. 9. cap. 12. Adde.
*pueros adhuc sub ubere, siue lactantes, antiqui dixerunt iuncto ver-
bo sububeres, ut Græci ποιογρηγίους. Quisiam essent à matris utero-
re, inuberes, & exuberes, Græci ποιογρηγίους.*

Colum. 1286. C. versu 3. adice. Propter affinita-
tem adde. Æneid. 9. *multam in medio sine nomine plebe.*
Ovid. 2. Metamorph. *Nomina, longa mora est, media de
plebe virorum Dicere.*

Colum. 1296. D. ærem verberans) Subtexe. QUÆ
FINIS STANDI) Voci huic finis, Lucretius frequenter
dedit genus muliebre. Lib. 1. *nam si certum finem esse vi-
derent ærumnarum homines.* Ibidem. *Denique, si nullam
finem natura parasset.* Locos alios prætermitto. Assume
huc etiam, quæ super illis, *Hæc finis Priamifatorum, &
quem das finem, rex magne, laborum,* à Gellio disputat-
ur lib. 13. cap. 19. Videtur & Liuius lib. 22. euphoni-
am secutus, cum ita scripsit, quænam futura finis tantis cla-
dibus foret.

Ibid. post lin. 12. adde. CUNCTI SIMVL ORE FRE-
MIB. DARDANIDÆ) Eadem verba sunt 1. Æneid. ubi Ili-
oneus ad Didonem perorauit. Nihil porro volunt ali-
ud quam, Troianos petitionem Daretis ut iustam, &
honestam quodam murmure approbauisse.

Colum. 1300. D. versu 3. Apparent homini) Adde.
Ad quæ verba sic Hieron. Columna. Αρετέλειον hy-
permetri, quo de industria vsus est, ut vel numero la-
certorum magnitudinem, athleticumque corporis ha-
bitum referret. Vnde Maro non modò eodem nume-
ro, sed iisdem etiam Ennianis verbis proceram Entelli
staturam descripsit. Lege, quæ ibidem per digressio-
nem, de humanorum ossium, corporumque vastitate
sequuntur.

Colum. 1302. C. post lin. 12. adde. DVRO CRE-
PITANT SVB VVLN. MALÆ) Homer. Iliad. 4. *δενδρὸς δὲ
χερμαδὸς γένων γένος, ἔρπες δὲ ἰδρὸς.* & paulò post, *κρί-
ψα δὲ παρὴν πάντα παρὴν.*

Colum. 1303. C. post versum 7. adde. ET VIM
SVSCITAT IRA, TVM PVD.) Tria Entellum confirma-
runt, & ad pugnam acriorem reddiderunt: ira, pudor,
virtutis pristina memoria. Horum singula per se suffi-
ciebant ad animum incendendum: quantum igitur cō-
iuncta profecerunt?

Colum. 1310. B. post lin. 8. adde. CLAMORE SE-

ACVENDO) quod Ennius dixit 7. Annal. *Populi rumore se-
cundo:* quod oratores dicerent, faustis omniū accla-
mationibus.

Colum. 1327. B. post versum 3, infere.
Rurhus.

*Sed quasi naufragium magnū, multiq; coortis,
Disiecture solet magnum mare transira. gubernare.*

Colum. 1329. A. post versum 9. adiunge. IAM
TEMPVS AGI RES) De occasione loquitur, quam isto se-
nario Menander multarum rerum esse causam testa-
tur. Πολλὰ δὲ καὶ ἐστὶν ὑλίσταται ἀφελίται. A Marone mu-
tuatus est Stadius, *tempus agit rem.* Et Claudianus, *Romp-
peragit tempus.* Ennius etiam occasionem commendat
Annal. 5. *Occasus innuat res.* Vsurparunt autem veteres
occasus, pro occasio. Hieron. Columna.

Colum. 1340. A. versu 8. Vide Scholia Mureti)
Adiunge hoc. Accipe & ista ex Turnebi lib. 24. cap. 27.
Nocturnum videor legisse noctis deum esse, ut apud
Plaut. Amphit. *Credo Nocturnum obdormisse ebrium.*
Est & Nocturnus, ut mihi videtur, Vesper, qui noctem
ducit, Luciferoque opponitur: appellatusque est à Ca-
tullo Noctifer, quod nocte afferat, hoc versu, *jam du-
dum Oereos ostendit Noctifer ignes.* Papin. 6. Thebaid.

*Roscidam nouis calo dimiserat astra
Lucifer, & totidem luna præuenerat ignes
Mutato Nocturnus equo.*

Ecce hic aperte Papinius Lucifero Nocturnum, id est,
Noctiferum opponit, cui & equos tribuit, ut & noctia-
lij poetæ: cuius currum stellarum choro sequente com-
mitari fingunt: sed & stellas esse noctis parentis suæ com-
mites, & sectatrices. Tibull. *Ludite iam nox iungit o-
quos, &c.* Immo & Turnebe, ne siquam Lucifero Nocturnum
opponit Papiniam: sed eundem esse Luciferum, & Hesperum signifi-
cat. Hoc nos admonet, quod ait, mutato equo: qui enim mane cā-
dido, sine dubio Vesper, & sub noctem atro debetur.

Nocti bigas attribuit etiam Ennius Andromeda.
Qua caua celsi signitenentibus confici bigis. Eum secu-
tus est sine dubio Virgilius. Claud. de Raptu similiter.
*Sparsa nox humida somno Languida ceruleis innexerat
otia bigis.* Tibull. quadrigas lib. 5. eleg. 4 *jam nox athe-
rium nigris emensa quadrigis Mundum.* Communior
est opinio, quadrigas dari soli, bigas Lunæ, albo & ni-
gro equo iunctas, siue quod nocte & die luceat: siue quod
hyeme, & æstate splendor sit, quam autumno, & ve-
re. Equus autem & Lucifero affingitur, ut vidimus apud
Papinium. Et Ovid. 15. Metamorph.

*--- cumq; albo Lucifer exit
Clarus equo, rursusq; alius, cum præuia lucis
Tradendum Phæbo Pallantias inficit orbem.*

Idem 3. Trist. eleg. 5.

*Hos utinam nitidi solis prænuntius ortus
Afferat admissæ Lucifer albus equo.*

Claud. 2. de raptu.

*Dum meus humectat flauentes Lucifer agros,
Roranti proneptus equo.*

Alij Lunæ currum tauris vehi asseuerant, unde τεινέων-
λον dictam ferunt. Aliqui voluerunt à mulis trahi, quod
mulus non ἰδιογόνος generis, sed κοινογόνος sit, & Luna
non proprio, sed emendicato luceat lumine. Hieron.
Columna. in Ennij Andromedam.

Colum. 1342. B. post vers. 3. FARRE PIO) Tibull.
eleg. 4. lib. 3. *Farre pio placant, & saliente sale.* Horat. O-
de 23. lib. 3.

*Mollibit auersos penates
Farre pio, & saliente mica.*

Colum. 1344. B. versu 8. semper ad eadem) Infe-
re. Addamus his dictum Xerxis, ad rem propositam
per-

percommodum. Cum à trecentis illis Lacedæmoniis apud Thermopylas cladem accepisset maximam eius exercitus, qui tamen quingenta millia conficiebat, hoc se deceptum dixit, quod multos quidem haberet homines, milites perpaucos. Intelligebat & ipse, præstare longè, exercitatos, & animosos, quàm multos ducere.

Colum. 1345. C. post versum 12. inferre. PLACIDI STRAVERUNT AQUORA VENTIL) Eclog. 9. *Et nunc omnes tibi stratum silet aquar. Æneid. 5. Sternitur aquar aquis.*

Colum. 1347. C. post versum 3. adde. TALESC. EFF. PECTORE QVESTUS) Ennius, Annal. 6. *Effudit voces proprio cum pectore sancto.* Catul. de nupt. *Clarissimas imo fuisse & pectore voces.* Albinouanus. *Obstratto salus effudit pectore voces.*

Colum. 1348. A. post lin. 8. CERTATIM SOCIIS FERIUNT MARE) Versus ipsa numerorum celeritate cursus nautici celeritatem imitans.

Ibid. B. post lin. 2. QVAM NEC LONGA DIES MITIGAT) Longa dies, est longum, ac diuturnum tempus. Virgil. lib. 6. *Donc longa dies perfesto temporis orbe Concretam exemit labem.* Ovid. Metamorph. 14. *Tempus erit cum de tanto me corpore parvam Longa dies faciat.* Tibul. eleg. 4. lib. 1.

Longa diu homini docuit parere leuon:

Longa dies molli saxa peredit aqua.

Vide scripta ad illum versum lib. 11. *Multa dies, varimq; labor mutabilis ani Rotas in melius.*

Colum. 1351. B. ante illa, LVNGIT EQVOS, &c. collocentur ista. DE A PERMVLISIT PECTORA DIGITIS) Æneid. 1. *Ille regis dictis animos, & pectora mulcet.* supra, hoc eodem libro, *fessumq; Daretu Eripuit, mulcens distis.*

Colum. 1352. A. post versum 13. adde. PALLE TIMORES) Lib. 1. *mastrumq; timorem Mittito.* Ibid. *Parce metin Cytherea.* VNVS ERIT TANTVM) De Palinuro dictum.

Colum. 1353. B. post versum 4. inferendum ab initio. In versum Catulli à me prolatus profert hæc de pede nauali Achilles Statius. Cic. 3. de Orat. Nam si res suum proprium nomen, & vocabulum non habet, ut pes in naui. Plin. lib. 2. Iisdem autem ventis in contrarium nauigatur prolatis pedibus, ut noctu plerunque vela concurrant. Seneca, Medea. *Nunc prolato pede transuersos captare Notos.* Pes est rudens, siue funis, quo velum trahitur, ac tenetur, quasi pes, & radix veli.

Colum. 1354. C. post versum 3. adde. Ad hunc locum de mutabilitate, & inconstantia maris, perquam idonea cenfeo verba Tertulliani ex lib. de Pallio. Sic & mari fides infamis, dum & flabris æque mutantibus de tranquillo profum, de flustris temperatum, & exemplò de decumanis inquietum fit. *Profum* legit Ioan. Mercerius, qui commentarium fecit in eum librum, ex manuscriptis: est autem *profum* procellosum, inquit. Nam si legas probum, quæ est ista mutatio maris, ut ex tranquillo fiat probum? Etiam mendum fuit in verbo *inquietat*, pro quo legit, *inquietum*. Mare igitur affirmat Tertullianus ex tranquillo procellosum: leuioribus fluctibus (hi enim sunt flustra) temperatum: grauioribus, qui sunt decumani, inquietum, ac planè turbidum effici. Flustra, ait Festus, cum in mari fluctus non mouentur, subaudi, vasti, ingentes.

Colum. 1356. C. post versum 4. adiunge. *Sirenas præternauigare*, prouerbiali tropo dicitur, qui philosophiæ præceptis communitus, voluptatum illecebras despuit, aut quomodocunq; vitiorum occasionem de-

clinat. Place in Phædro, id. *Sireni*, &c. Sireydeant nos sermones conferentes, & illecebris immobiles præternauigare ipsos, tanquam Sirenas quaspiam. Lege reliqua apud Iunium, Cent. 9. num. 38.

Ibid. C. post lin. 9. adde. O NIMIVM CALO, 10 PBL. CONFISE SER.) Concludit ab exclamatione per auerfionem, idque ex affectu: ignarus, quo casu ille gubernaculo excussus fuerit: verisimilem tamen de causa interitus coniecturam sumit ab officio. Montfort.

NVBVS IN IGNOT. IACEB. VREN.) insepultus, mortuus: ut, *Et freta destrinent, undos in littore pisces.* Ignota, peregrina, non antè visa: Nam in 6. dicturus est, *Paulatim adnabam terra, atq; arua tenebam.* Propert. lib. 3. *Aut humes ignota satullos vallatus arena.* Seruius.

AD SEXTVM ÆNEIDOS.

Colum. 1362. B. versu 12. *fugientis prondimtu ora*) Adde. Sic lib. 3. *Est tandem antiquis Cretum allabimur oris*, cum dixisset Anchises supra, Cretam non longo cursu distare, foreque ut tertia luce eò peruenirent.

Colum. 1363. C. versu 10. *stant littore puppes*) Adiunge. Cum autem littora sapius vocentur curua, etiam à Virgilio, puppes nunquam, nisi hic, arbitror esse hypallagen in istis verbis, pro, puppes prætexunt curua littora.

Colum. 1364. A. lin. 7. corpore exilire) Adde. lib. 5. *longeq; ante omnia corpora Nisus Emicat.* Lib. 12. *saluq; superbus Emicat in currum.*

Colum. 1368. C. post versu 9. adde. Loquendi genus, templa ponere, est etiam lib. 4. Æneid. de Iarba. *Templa Ioui centum latis immania regnis, Centum aras posuit.* Infra dixit, *solido de marmore templa Iustinam.* Verbum autem *immane*, cum sæpe eam vim habeat, quam habent dirum, atrox, ferum, importunum, est tamen cum etiam in, in eo, quo ingens, & magnum ponitur. Sic Cic. est immanis pecunia, immanis præda, immanis pocula.

Colum. 1370. E. versu 6. apud Festum desiderantur) Adde. Cicero in Tusculanis dixit, Ioui pœnas expendere. CECROPIDÆ IVSSI) à Cecrope rege quodam suo dicti poetis Athenienses Cecropidæ, vrbs Cecropia, fines Cecropij. Catul. de nupt. *quam talia Cretam Funera Cecropia nec funera portarentur.* Propert. lib. 2. eleg. 20.

*Non tam nocturna volucris funesta querela
Attica Cecropijs obstrapsit in folijs.*

Lucret. lib. 6.

*Hæc ratio quondam morborum, & mortifer æstus
Finibu' Cecropiis funestos reddidit agros.*

Horat. Ode 12. lib. 4. *Infelix avis, & domus Æternum opprobrium Cecropia.*

Colum. 1371. B. post versu 9. adde. CÆCA VESTIGIA) cæcos gressus, qui quò tenderentur, non videbatur, propter flexus, & ambages tam multiplices. REGENS FILO VESTIGIA) Ariadne hoc eum artificium docuit, ut dictum est, & hac eum ratione periculo eripuit, id quod ei in epistola apud Ovid. exprobrat.

Cum tibi, ne victor tecto morerere recurro,

Quaregerens passus pro duce fila dedi.

Iterum infra.

*Nec tibi, quæ reditus monstrarent, fila dedissem:
Fila per adductas sæpe recepta manus.*

Propert. lib. 2. eleg. 14.

Nec

Nec sic in solum inuicem Theſea uidet;

Dadaleum lino cum duce rexit ita.

Colum. 1377. D. post verſ. 5. adde) QVIBVS CŌSTITIT IL. ET ING. GLORIA DARDANIAE. Non ſine aliquo ſelle dictum eſt hoc in deos: qui felicitatem, opulentiam, gloriam illius vrbis in quo animo paſſi ſunt, & tandem amplius prae malevolentia, & inuidia pati non potuerint: non quidem omnes, ſed quibus obſtitit Ilium, & ingens gloria Troia: nempe Neptunus, Iuppiter, Pallas: qui etiam 2. Aeneid. Graecos in vaſtanda vrbe adiungunt. Quos autem odiorum, & inuidia ſuae cauſae illi dii habuerint, & ſuprà, & alijs alibi dictum eſt.

Colum. 1379. A. post verſum 12. interijce hæc. Apud Catull. in Galliambo, *rabidi furor animi*, & *Rabie fera carens dum breue tempus animus eſt*, & post, *rapida ſinerabie*.

Colum. 1380. B. post verſ. 21. adijce. TIB. MVLTOSPV. SANG. CERNŌ) Catull. de nupt. *Cum Phrygijs Tanarum inuicem ſanguine riu.*

Ibid. C. post lin. 8. adde. CAVSSA MALI TANTI EOM. IT. HOSPITA) Propter coniugia cum feminis, & omnino propter amores feminarum, atrociffima bella eſſe geſta, & grauiffima accepta detrimenta, monuit ſus aliquo loco, & nemo paulum litteratus eſt, qui non aliquod exemplum ex hiſtoria meminerit. Quid autem ſit coniux hospita, explanatur verbis ſequentibus, *Externi, ſternum thalami*. Semel fuerunt externi thalami, cum Paris Phryx, & Troianus rapuit Helenam Spartanam, & Europæam feminam: nunc Aeneas Afriaticus, & Phryx, etiam ducet Lauiniam Europæam, Italiam.

Colum. 1385. C. post verſ. 15. ſequantur hæc. SATE SANG. DIVVM TROS ANCHISIAD) Ipſe de ſe 1. Aeneid. *Et mi genus ab Ione ſummo*. Dido lib. 4. *Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe deorum*. Et quoties illud legimus, *Nate dea*? Venus de ſe, & Aenea filio, *Noſtra progenies, cali quibus annui arcem*, &c. ad Iouem 1. Aeneid. Inſuſa rurfum Sibylla Aeneæ, *Anchiſa generate, deum certiffima proles*.

Colum. 1386. ibid. post verſ. 7. adde. PATET ATRIANTIA DITIS) ſuprà, *Vnum oro, quando hic inferni ianua regia*. Georg. 4. *alta oſtia Ditis*. Euripidi *ὄρθου ἰούλας*. Ennius Hecuba, *aperto oſtiali Acherontis*.

Colum. 1389. B. addē. * Propter poma illa aurea in herbe *Reſperidium*, vocat eſdem hortos auricomos *Maximianus*, quem *ſalſe Cornel. Gallum nominant*.

Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis
Péruiſil obſeruat non ſua poma draco.

Colum. 1390. C. verſu 9. quos ſuprà recensuit) Adde. Charon inſuſa.

Vmbrarum hic locus eſt, ſomni, noſtiq; ſopora.

Corpora viva neſus Stygia veſtare carina.

Colum. 1391. A. post verſ. 3. adde. VOLVAT ANIMO SECVM) 1. Aeneid. *Talia ſtammato ſecum dea corde volutans*. Vide ibi.

Colum. 1392. C. post verſ. 5. ſubijce. DEMENS, ET CANTV VOCAT IM CERT. DIVOS) Vere demens. Prouerbiū eſt, *cum diis non pugnandum*. Pindar. Pythiis Ode 2. *ἄλλοι δὲ πρὸς θεῶν ἐπὶ λῆξιν*. Homer. Iliad. 9. *θεοὶ δὲ πρὸς ἀνδράσιν*. Neque ſolum diui, ſed etiam homines potentes, opulenti, auctoritate principes in certamina vocandi non ſunt, qui leges quoque ipſas tanquam araneorum telas, in quibus muſcæ, & culices hærent, ipſi tanquam veſpæ & crabrones perſumpunt.

Colum. 1406. C. post verſ. 9. adde. ET ARVVMQ. TEN. PER SÆCVLA NOM.) Principio ſeptimi.

A. *Tu quib; laſtoribus inſtruis Enia nuptis;*

Eniam morienſumam Cuieta deſiſti.

Ibid. D. deſcenſus ad inferos) ſubijce. SPELVNCA ALTA PVIT VASTO QVOROMMAN.) Cum hac deſcriptione ſpæcus inferi affignat ſent habent Enniani verſus, ubi ſe anima Polydori in inferiis ventre dicit.

Adſum, atq; vadaſia via via alta, atq; ardua,

Ror ſpæluncaſ ſcælaſ ſtrictas aſperis, pœdantibus,

Maximis, vbi rigida conſtas, craſſa colige inferum.

Vt ſpæluncæ obſcuritatem denotaret Virgilius, tres diſtichos, vñamquamq; ſent habentem elegit, *ſerpente, tenebris*. Ex quarum collatione diſcerni poſſeſt, quam exilia, & ieiunia ſint illa Thyſtea apud Senecam.

Opaca linguæ Ditiſ inferni loca

Adſum, profundo tartari emiſſus ſpectu.

Hicm: Columna 18 Hecubam Ennij.

Colum. 1407. C. post verſ. 3. adde. *Ille volantes*.

Aues ſic vocat etiam inſuſa hoc eodem libro, *vitaq; volantium*. Sic Lucret. lib. 2. *Et corpora tunc volantium*.

Participium eſt loco nominis, vt contra, nomen loco participij lib. 1. Aeneid. *Hinc populum late regem*, pro late regnantem. Obſeruatū ab Erythrao.

Colum. 1409. C. post lin. 12. adde. Primus ſol, ſeu primi ſolis lumina pro prima parte, ſeu initio diei, loquendi ratio hæc inelegans. Sicut illa ſunt, primis labris, primo digito, prima platea, &c. Iam & occaſum ſolis, ſeu finem diei ſas erit ſic exprimere, vltimi ſolis lumina, id eſt, lux ſolis iam occidentis. Nam vt primus eſt ortum proferet ſic vltimus ſeu extremus, cum ſub terras ſe abſcondere incipit.

Colum. 1411. D. DI QVIBVS IMP. EST ANIMAR.) Adde. *ſuſa*. lib. 5. *Dij quibus imperium pelagi. Ennius Crephonie*. *Dij quibus eſt poteſtas motus ſuperum, atq; inferum.*

Colum. 1414. A. post verſ. 7. ſubijunge. VBI CÆLVM CON. VMBRA) 2. Aeneid. *rui Oceano nox Inuoluta vmbra magna terrarūq; polūq;*

Colum. 1423. C. post verſ. 5. pone hæc. VADA LIVIDA VERRVNT) *pallida Ditiſ aqua* Tibullo li. 3. eleg. Eaſdem vocat ignauam ibidem. *Ditiſ in ignana luridus Oron aqua*.

Colum. 1425. A. verſ. 2. adde. *A quodam ſeteri poeta trium mulierum ſenectus memoratur, Hecuba ſcilicet, Sibylla Cumæ, & Athra matru Theſei, huius verſibus.*

Quædam haud iunior Hecatonis parente,

Cumææ ſoror (vt putō) Sibyllæ,

Equalis tibi, quam domum reuertens

Theſeus repperit in rogo iacentem.

Colum. 1429. A. verſ. 7. adde. MARIA ASPERA IVRO, NON VLLVM) Benevolentiam colligit ex officio ſuæ erga Aeneam picatis: nam de illius magis, quam de ſuo periculo ſe fuiſſe ſollicitum ſignificat. Sic & Cicero facit in Miloniana. Cum T. inquit, Annius ipſe magis de reipub. ſalute, quam de ſua perturbetur. Idque Palinurus obteſtatione confirmat, quæ rō *ὑπὲρ* habet: nauta enim per maria iurat. Naſcimb.

Ibid. C. *vita me redde priori*) Subijunge. * *Nihil eſſe dulcius huius ſuci aſpectu, nihil inſuſa hoc ſpiritu, quem de calo trahimus, qui de ſuis negauerit?* Cic. 1. Catilin. *Poteſtne tibi huius vita hac lux, Catilina, aut huius calis ſpiritus eſſe inſuſa?*

Colum. 1433. B. post verſ. 8. adde. ANNEMQV SEVERVM EVMENID) Cocyrum putant accipiendum interpretes. Seuerus eſt hæc triſtis, & gemituum, ac luctuum plenus, vnde etiam nomen illi à *κένον* ploro, fleo, hærentor. Cicero ei fremitum tribuit Tuſcul. 1. Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cereberus, Cocyti fremitus, tranſuectio Acherontis.

Colum. 1434. B. post verſ. 11. adde. ET STATVNT TVMVLVM, ET TVMVLO) Eclog. 5. *Et tñmulum facite, Et tñmulo ſuperuolite carmen.*

Colum

Colum. 1435. C. post 4. CORP. VIVA NEP. STYG. A VECT. CARINA) Credebant veteres, ad infera loca neminem, nisi Charontis cymba transuectum peruenire. Inde pro morte, & sepulchro dictum *Charontis cymba*. Pro morte apud Aristoph. in Pluto vsurpatur Charon. ὁ δὲ χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσι, Charon symbolum dat, pro eo quod est, morieris. Inde & illud quod refert Suidas, ὁ δὲ χάρων τοὺς ψυχὰς καὶ κηρύματα, à Charonte cognosces & præconia. Charontis item ianua de imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Nam ita vna ex carceris ianuis appellabatur, per quam damnati iudicum sententijs ad supplicium educebantur. Gislelin. epit. adag. parte 2.

Colum. 1437. A. post 10. Augustæ cum passim dominæ vocarentur, corrumpendo nomini latino fure. Græci δόμνας dixere, vt Oppian. κυνηγ. lib. 1. δόμνα Σόβη. Pariter Augusti δόμοι. Vnde voces illæ Italicæ, & Hispanicæ Don, & Donna, quæ prius dignitatis fuerunt, deinde & sexus factæ sunt. Scipio Gentil. Pat. reg. ad Pand. lib. 2. cap. 22.

Ibid. C. post INGENS IANITOR, &c. adde mox. Suprà, tartareum custodem appellauit. Verè autem ingens, nam vt infra audiemus, *totoq; ingens extenditur antro*.

Colum. 1449. C. vers. 11. SECRETI CELANT CALLES) adde statim. Quid propriè sit celare (hic enim καταχρηστικῶς positum est) ostendit M. Tullius 3. de Off. Non est celare, inquit, quidquid reticeas: sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumentum tui causâ velis eos, quorum inter sit id scire.

Ibid. D. vers. 6. Venus amorû præses) Adde. Propterea de myrto amantes sibi plectere coronas solebant. Ouid 2. de arte, *Sertâq; odorata myrtea ferre coma*. Tibull. lib. 1. eleg. 3. de campis Elysijs.

*Illic est cuiusq; rapax mors venit amanti,
Et gerit insigni myrtea ferta coma.*

Colum. 1474. A. post vers. 12. adde ab initio. Aladum Albanorum regem, siue tyrannum potius, fuisse contemptorem deum, tonitrua quoque, & fulmina Iouis imitatum, vt ciuibus terrore attonitis pro deo haberetur, scriptum reliquit lib. 1. Dionysius. Quam autem pœnam ob hoc scelus exceperit, ibidem lege. Similem insaniam insaniuerunt Clearchus Heracleæ tyrannus, quem gestasse fulmen, vnumque de filiis suis Tonitrum appellasse traditum est. Clicus, qui regni parte non adeo magna ab Alexandro accepta, Iouem nominari se passus est, & responsa sua pro oraculis haberi voluit. Demetrius, qui quatuor demersis nauibus, & tridentem gestauit, & se Neptunum dici iussit. Menecrates item medicus semet Iouem appellabat: tantum sibi in arte sua posse videbatur. Proinde cum scripsisset, Menecrates Iupiter Philippo regi salutem, rescripsit illi: Philippus Rex Menecrati ὑγιαίνειν: quod ambiguum est ad sanitatem mentis, & corporis. precatus est illi bonam mentem. De Alexandro proditum literis à Q. Curtio lib. 4. Iouis filium se non solum appellari passus est, sed etiam iussit: rerumque gestarum famam dum augere vult, tali appellatione corrumpit. Imitatus est & Claudius Pulcher tonantem Iouem, vnde Claudiana tonitrua, quæ auctore Festo sic appellabantur, ab auctore, nempe vt ludis post scenam coniectus lapidum ira fieret, vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leuis admodum, & parui sonitus fuerant, cum clauis, & lapides in labrum æneum cōijcerentur. Vide adagium, *Claudiana tonitrua*. Perquâ opportunè subit mentem locus Plutarchi, ex Commentario, In principe doctrinam requiri. Est autem sa-

nè egregius, & illius scriptoris sapientia dignus. Offenditur enim deus ijs, qui tonitrua, fulmina, radiorum iaculationes imitantur: delectatur autem ijs, qui suam æmulantes virtutem, semet in honestate, & humanitate reddunt assimiles, atq; hos in maius prouehit, imperitiens suam æquitatem, iustitiam, veritatem, ac mansuetudinem. Quibus rebus nihil est diuinius, neque ignis, neque lux, neque solis cursus, neque exortus, atque occasus astrorum, nec ipsa æternitas, ac immortalitas. Non enim fœlix est deus vitæ spatio, sed principatu virtutis: hic enim diuinus est.

Colum. 1499. C. post vers. 12. pone hæc. De imagine Anchisæ per quietē Æneæ apparente est, in quinto: item in quarto his verbis.

*Me patris Anchisæ quoties humentibus umbris
Nox operis terras, quoties astra ignea surgunt,
Admones in somnis, Et turbida terret imago.*

Colum. 1501. B. camposq; natantes) Adde. IN PRAT. VBI AP. ÆST. SERENA) 1. Æneid. eadem sententia scriptum est, *Qualis apes estate noua per florea rura Exerces sub sole labor*. Sed ibi, quoniam multitudinem laborantium, & quidem operose, ac sedulo laborantium per comparationem exprimebat, plus de apum industria, ac labore in melle conficiendo dixit: hic quia otiosa multitudo beatorum cum apum examine confertur, de earum opere, & φιλοπονία tacetur.

Colum. 1505. D. post illa verba, teste Prisciano li. 7. pone, quod est in altera Columna, littera E (omissis verbis, IGNEVS EST OLLIS, &c.) Terent. Adelph. & quæ sequuntur.

Colum. 1506. D. versu 8. de creatione hominis.) Subiunge. De coniunctione animæ, & corporis διολογικῶς agit D. Nazianzenus, orat. περὶ εὐλοπίας, docens, quare animam tantæ dignitatis naturam tam vili materiæ deus copulauerit.

Colum. 1508. B. vers. 8. adijce. Sed & Pythagoras intellexit animum corpori tanquam carceri inclusum. Cum enim quendam in curanda cute plus æquo operari sensisset, hic, inquit, non desinit carcerem sibi molestiorem struere. Quod enim corpus habetur melius, eò peius est animo.

Colum. 1512. C. post vers. 6. adde. NOSTRVM QVE IN NOMEN ITVRAS) Nomen, valet etiam familiam, gentem, populum. Liuius lib. 1. per se ipsum, nomen Ceninum impetum facit. Catul. Epithal. non deceat Tam vetus sine liberis Nomen esse.

Colum. 1515. B. post vers. 11. adde PARITER PIETA. VEL ARMIS EGREG.) Suprà de ipso Ænea Sibylla, *Troius Æneas pietate insignis, Et armis*. Bene copulatur cum religione fortitudo bellica. Nam cum de cælo, & ab ipso numine expectetur victoria, deus non fauet impijs. Hinc piorum Ducum tam crebri de hostibus triumphus.

Colum. 1517. C. post vers. 11. Sequantur hæc. EN HOMVS NATE AVSPICIIS) Quid sit ductu, & auspiciis alitius rem quampiam gerere, disertissimè patefecit Lipsius Milit. Rom. lib. 2. dial. 12. Audi si placet. Ille est (Imperator) qui non ductum solum, sed auspicia etiam habet. Distincta enim ista. Et Sueton. bene de Augusto cap. 21. Domuit autem partim ductu, partim auspicijs suis. Ductu, cum ipse interfuit: auspicijs, cum illo mandante alius, & fortunam, ac deos suos (loquamur cum priscis) commodante. Horatius pulchrè ad Augustum, de priuignis lib. 4. Ode 14. *Te copias, te consilium, Et tuos Præbente diuôs*. Significat ipsos duxisse, hunc direxisse, & iussisse. Item Quid. clarè de Tibertio ad eundem lib. 4. Trist.

Pppp*

Per

Per quem bellageris, cuius nunc corpore pugnas, A
Auspiciis cui das grande, deosq; tuos.

Sed & Curtius hoc loquendi genus ad res Græcicas transtulit, & sic apud eum Alexand. lib. 6. Quorum alia ductu meo, alia imperio, auspicioque perdomui. Sumptum autem à more veteri, quo omnia gesta auspicio, & præsertim in bellis, &c.

Colum. 1532. A. versu 9. adde. Horat. ad Pisones. *Pompilius sanguis carmen reprehendite. Et infra libr. 7. Virgil. tu sanguinis ultimus auctor.*

Colum. 1538. D. post vers. 9. adde. SVRGENTIA SIDERA DICENT) 2. Æneid. *jamq; iugis summa surgebat Lucifer Ida. Lib. 5. quoties astra ignea surgunt. Contrarium, cadentia sidera, ut in 2. suadensq; cadentia sidera somnos. Lib. 8. primisq; cadentibus astris.*

Colum. 1541. A. versu 7. Intra ciuitatem colitur) Adde. Gradiuus, & Quirinus apud Latinos duo præcipua Martis nomina fuerunt: hoc quidē, dū tranquillius, mitisq; esset: illud, dum in armis sæuus. Hinc etiam Romanos Martis duo præcipua templa habuisse legimus, alterum quidem, hoc est, Quirini, intra urbem, ad tranquillitatem custodiendam, & urbis custodiam: alterū verò in via Appia extra urbem, prope portam, quasi bellicioris, id Gradiui, ad arcendos hostes. Quirinus autem Mars à Sabinis nuncupatus, à quiri hasta, qua hic deus uti existimabatur. Gyrard. Syntag. 10. in Marte.

Colum. 1543. A. versu 9. adice. *Probum in Thrasymbulo, nam parua munera, diuina: locupletia, non propria esse consueverunt. Horat. Sat. 6. lib. 2. nihil amplius ro Maia nate, nisi ut propria hæc mihi munera faxis.*

Colum. 1549. omitte totum, cum elegia Aurati: ad explendam enim chartæ vocuitatem adiectum est, & aptius ex tempore vix aliquid poterat assui.

AD SEPTIMUM

ÆNEIDOS.

Colum. 1566. E. ut supra vidisti) Adde. Tibull. lib. 4. de Circes beneficiis. *apta vel herbis Aptaq; vel canis veteres mutasse figuras.*

Colum. 1570. C. post vers. 10. adde. Præclara est elegia 10. lib. 2. apud Propert. qua se finem nequitias amatoris versu elegiaco scribendis facturum, & heroicis numeris res ab Augusto militiæ gestas cantaturum pollicetur. Et sane illius elegiæ periocha potest esse hæc, *Maius opus moneo. Delector illis præcipue.*

Nunc volo subdulo grauior procedere vultu,

Nunc aliam citharam mea Musa docet.

Surge anima ex humili iam carmine: sumite vires
Pierides: magni nunc erit artis opus.

Quid aliud, quæso, est magni nunc erit artis opus, quàm quod ait Maro? *Maius opus moneo?* 38

Colum. 1576. A. post vers. 6. insere. ATQVE OMNEM ORNATVM) Muliebrem ornatum, & capitis quidem, hoc loco: aliàs nomine mundi, etiam sine adiuncto, omne illud continetur, quo se excolunt fæminæ. Liuius lib. 44. Non magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona, aut spolia bellica his (mulieribus) contingere possunt. Munditiæ, & ornatus, & cultus, hæc fæminarum insignia sunt: his gaudent, & gloriantur: hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri. Artifices huic mundo parando necessarii, enumerantur in Aulularia, ubi Megadorus dotatarum vxorum mores depingit. 39

Colum. 1579. B. post vers. 3. insere. CONNUBIIS NAT. SOCIALE LAT.) 1. Æneid. *Connubio iungam stabili. Aliàs, thalamo sociare.*

Colum. 1581. C. versu 11. adde. * *Quidam rusticanus Crassum consuluerat, & ab eo verum magis, quam ad suam rem accommodatum responsum abstulerat. Galba autem alludens Varii, & copiose, multas similitudines afferre, multaq; pro æquitate contra sui dicere, &c. habes locum Ciceronis à Turnebo insinuatum.*

Colum. 1594. A. versu 3. adiunge. Adde pro collario Tibulli versus eleg. 1. lib. 1.

Te bellare decet terra, Messalla, mariq;

Vt domus hostiles præferat exuvias.

Propert. eleg. 8. lib. 3.

Vt tibi Medorum pugnaces ire per hostes,

Atq; onerare tuam fixa per arma domum.

Colum. 1601. B. versu 4. adde. Et videtur Ilioneus quodammodo illud Ciceronis dicere. orat. post reditum ad Quir. Quapropter memoriam vestri beneficii colam beneuolentia sempiterna. Non solum dum anima spirabo mea: sed etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficii permanebunt. Huic item quadrat, quod est oratione deinceps sequenti ad senatum, Quod enim tempus erit vnquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria, ac fama moriatur?

Colum. 1608. D. versu 2. adde. Apuleius lib. 2. Milesiar. Tunc illa capite quassanti, abi inquit, fatue. Vbi vereor ut coniectura Lambini vera sit: coniectat autem legendum, capite cassanti, id est, capite crebro cadenti, & nutanti.

Colum. 1611. D. post 6. Contraria illa vocum *συζυγία*, vel si mauis, *μεγρονομασία* miram habet auxesin, & emphasin turbulentissimam, meritoq; adagij locum occupabit, cum significabimus, nobis rem esse, vel fuisse, negotium, litem, bellum cum inuictis, immanibus, & importunis, nulla re, vel miseria fractis, aur frangendis, nullo discrimine fessis, aut fatigandis: vsque eo, ut ne victi quidem victoriam tradant: ne capti quidem capi se posse agnoscant: nihilo secius, ac rebus saluis, & integris fortem & intrepidum animum semper præstantes. Gifelin. epit. adagior. parte 2.

Colum. 1613. A. post vers. 11. adiunge. HAC GEN. ATQVE SOCER COEANT. MERCEDE) Catull. immo *magna cum pretio, atq; malo*, More Græcorum. Cicero Cratoris sententiam 3. Tuscul. interpretans. Ne ægrotus, inquit, sim: sed, si fuerim, sensus adsit, siue secetur quid, siue auellatur à corpore. Nam istuc, nihil dolere, nō sine magna mercede cōtingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. Ouid. 10. Metam. eodē modo, quo Catullus, *Mors pretiū tardis*. Et post. *Indignāq; necem pretiū potitur amoris*. Achilles Statius in locum Catulli.

Ibid. B. post vers. 1. adde. DOTABERE VIRGO) Lycurgus, qui Spartanis leges dedit, virgines sine dote nubere iussit, ut vxores eligerenter, nō pecuniæ, seueriusq; matrimonia sua viri coërcerēt, cū nullis dotis frænis tenerentur. Sic Iustinus lib. 3. Festiuē admodum Plautus noster, Aulularia.

Nam qua indotata est, ea in potestate est viri.

Dotata mactant & malo, & damno viros.

Quomodo malo afficiunt, siue augent viros? hæc est enim vis verbi *mactare*, hoc loco. Quia magis præesse viris, quā subesse cupiunt, dominantur maritis. Quomodo damno? Quia sumptuosæ sunt nimis. 38

Col. 1616. C. versu 1. adde. *Idipsum ante cum normis Achilles Statius ad Catullum, in illum videlicet locum, ad Fabullum.*

Venistine domum ad tuos penates,

Fratresq; vnanimis, senemq; matrem,

putat enim lectionem sinceriores esse, fratresque vnanimos. nam & ad Alphenum idem poem vnanimis, pro vnanimis scripsit. Alphenus vnanimis falsè sodalibus. Et alibi, Non prius vnanimis corpora

pora coniungunt. Sic 4. *Æneid.* Cū sic vnanimam alloquitur mater sana sororem.

Colum. 1626. A. post vers. 7. sequantur hæc. *Pineam* facem in nuptiis adhiberi solitam, præter hunc Virgilij locū, complures Varronis ostendunt, quos producit Achilles Statius in illud Catulli ex Epithalamio, *mann Pineam quate tadam.* Etiam hūc Ouidij ex 2. Fast.

Dum tamen hæc fierent, vidua cessate puella,

Exspectes pueros pinea tada dies.

Colum. 1629. B. post lin. 12. adnecte. *Ingrata pericula* puto hic vocari, propter quæ gratia nulla est habitata, acta, seu relata. Sic isto verbo vsus est Catull. *Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est?* Sic item Lucret. lib. 3. illa elegantissima Naturæ *αἰσχροποποιία*, qua illam homines nimium abhorrentes à morte obiurgantem introducit.

Nam si grata fuis tibi vita ante acta, priore,

Et non omnia pertusum congesta quasi in vas

Commoda perfluxere, atq. ingrata interiere.

Sic inquit, cōmoda illa vitæ nō sunt in te collata frustra, quia non in vas pertusum, hoc est, in ingratiū, ut sequitur, quia ea ingrata habuisti, ingrata enim vasis pertulis comparantur.

Colum. 1633. D. versu 4. adde. Aut eō forsitan respicit, quod per furorem bellicum sæpe atrocia scelera cōmittuntur. Nectemere dicitur miles impius.

Colum. 1655. C. versu 3. post OMNISQVE IN LIM. PORTVS) statim adiice. Perinde est, ac si diceret, se ad finem mortalitatis accedere, hoc enim elegantissimè dicitur, pro, non longè abesse à mortis die. Sueton. Claudio. & in vltima cognitione à tribunali, accessisse se ad finem mortalitatis, quanquam abominantibus qui audiebant, semel atq. iterum pronuntiavit. Potest autem Claudius respexisse ad consuetudinem, qua Imperatores demortui in deorum immortalium numerum referebantur.

Colum. 1663. A. post vers. 13. adde. TEGMINA TVTA CAV. CAPITVM) En periphrasin galeæ, tegmen tutum capitis. Si dubitas ita esse, crede vel Diogeni, qui interrogatus, quid accipere vellet, & sustinere calaphū, galeam, inquit. Tegmina crurum est lib. 11. & tegmina suæ apud Catull. de nupt.

Col. 1667. B. post vers. 3. pone hæc *Æneid.* 10. eundē, & Pallantem à forma commendat, *Egregij forma.* De Euryalo quoq. lib. 9. similibus verbis, *quo pulchrior alter Non fuit Æneadum, Troiana nec induit arma.*

Col. 1669. C. post vers. 2. colloca hæc. Philo lib. de Cherubin, docet deum etiā misceti animæ, sed mistione sancta, & diuina prorsus. Homo, inquit, quando liberos sibi quærit, ex virginibus reddit mulieres. At deus, quando incipit cum anima habere consuetudinē, eam, quæ modo mulier fuerat, restituit in virginitatem pristinam, Quandoquidem sublati degeneribus, & minime virilibus cupiditatibus, quibus effæminata fuerat, E

Colum. 1681. D. post vers. 4. pone istuc. T. 1. NEM. ANGIT. VII. T. 1.) Talis apostrophe in Orpheum à Bacchis dilaniatum extat Metamorph. 11.

Te mæste volucres Orphen, te turba ferarum

Terigidi filices, tua carmina sepe secuta

Fleuerunt sylva.

Colum. 1685. C. versu 2. adde. * *Hæc duo sunt versu duo Maroniani similia de Iphicrate Probis. Fuit autem & animo magno, & corpore: imperatoriaq. forma, & ipso aspectu cuius inique erat admirationem. Idem de Artaxerxe, qui dictus est μεγάλος.* At Macrochir præcipuam habet laudem, amplissima, pulcherrimaq. corporis forma: quam incredibilem ornavit virtute belli. Talis fere tam est amicorum Alexandri M. apud Iustinum lib. 13. nam cum

A virtutibus, ac Generationibus erant, & singulos reges putares. Quippe ea forma pulchritudo, & proceritas corporis, & virum, ac sapientia magnitudo in omnibus fuit, & qui eos ignoraret, non ex una gente: sed ex toto terrarum orbo electos diceret. PRÆSTANTI CORP. Cum supra Lausum adolescentem, & ceteri filium ab forma decem præferret omnibus, excepit Turnum. Ergo Turnum fuit, quemadmodum de Xerxe traditur, omnium in exercitu suo pulcherrimus. At laus pulchritudinis non modo regibus, sed Imperatoribus quoq. sine ducibus libenter tribuitur à poetis. Non enim solum populus regi pulchro, sed etiam miles non deformi imperatori propensius obtemperat.

Colum. 1687. C. versu 8. adnecte hæc. His adde ex Velleio lib. 2. Marcus natus equestri loco, hirtus, atque horridus, vitæq. sanctus, quantum bello optimus, tantum pace pessimus. Plaut. Aulul. *Quā ad probos propinquitate proximè te adiunxeris, tam optimus est.* Catull.

Tanto pessimus omnium poeta,

Quanto tu optimus omnium patronus.

Antipater lib. 3. Anthol.

*Ἀλλὰ μέγιστον, ὅδ' ὕμνον ὅσον ἀείψω
Ὀμιῶν γὰρ βίαν, τόσον ὁδ' ἡμιόλον.*

AD OCTAVVM

ÆNEIDOS.

Colum. 1697. E. & gereret? Servius) Adiunge. VNDIQVE COGVNT AVXILIA) Hoc verbum non perpetuū ad vim pertinet: est enim frequenter eādē notione, qua congreco, conuoco, conduco, concludo, colligo. Hinc illa apud M. Tullium, cogere senatū, medicos, agmen, operas, pecuniam. Idem de Leg. ex quibus id, quod volumus, efficitur, & cogitur.

Colum. 1700. C. post vers. 2. adde. Solebat Ovidius de his versibus dicere, potuisse fieri longè meliores, si secundi versus vltima pars abscinderetur, & sic desineret, *Omnia noctis erant.* Varro, quem voluit sensum, optimè explicuit. Ovidius in illius versu suum sensum inuenit: aliud enim intercisus versus significaturus est, aliud totus significat. Seneca Controuers. lib. 7. Controuersia. 1.

Colum. 1720. B. liberalitatemq. conferre?) Subdiice in eodem versu. Sensit hoc Titus Vespasiani F. Imp. qui quo die nihil in quēquam beneficij contulisset, eo se die regnasse non putabat.

Colum. 1727. B. Victor. lib. 31. cap. 24.) Subiunge. PRÆSTANTI CORP. TAVROS) Hoc non solū de hominibus, vt i. *Æneid.* de nymphis, in 7. de Turno, sed etiam in eodem 7. de ceruo, & hic de tauro dicit. Ergo hominib. & animantib. cōmune est, *præstanti corpore.*

Col. 1731. D. post vers. 5. pone hæc. In quadam Constitutione abiuratum pretium memini me legere, pro eo, q. est, rei emptæ pretium non solum, sed abnegatum. Sic istuc Virgilij interpretor, *abiurata rapina*, hoc est, quarū pretium, q. venditoris ius est, & appellatur, vt cū dicimus, eum ius suū persequi, per solum nullum fuerat. Plato. n. certè eadē boues *ἀπειράτοι*, hoc est, inemptas in Protagora vocat, q. vt ipse ait, neque emerat eas Hercules à Geryone, neq. dono acceperat. Scipio Gentil. Parergon. lib. 1. cap. 27.

Colum. 1787. A. versu 2. tanquā vulnus) Adde mox. Aut alioqui ingratus sermo, iucunda, & acerba oratio: quā qui audiunt, vulnerari dicuntur, & eorum aures similiter. Cic. Catilin. 1. de coniuratis: & quos ferro trucidari iam pridem oportebat, eos nondū voce vulneror.

Colum. 1789. A. *Ὅς δ' ἄσπερ.* tolle 5. versus per negligentiam iteratos à typographo: quod etiam in erratis te admonui.

Col. 1794. C. Post vers. 7. pone. MYLCERE ALTER-
Pppp 2 NOS)

nos) Canes, ac feræ suos fœtus dum lingunt, mulcere A. Lib. 4. *Ascanione pater Romanas iuvencos arces? Sic lib. 1. de Carthagine, Tyrias olim qua verteret arces.*

*Tum clypeum quatit, aspersum quem cadibus olim
Celsicus ornarat cruent, humentia, sub antro.
Censuram lupæ per mulcens puerilia membra
Ingentem Assaraci cælo nutrit alumnus.*

Colum. 1798. C. versu 5. Vide Liuium) Adde, qui sic de Numa Pompilio, quod huc aptum sit. Suopte ingitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse optimè magis: instructumque non tam peregrinis artibus, quam disciplina tetrica, ac tristi veterum Sabinorū: quo genere nullum quondam incorruptius fuit.

Colum. 1820. A. post versum 12. pone. *Distinctas ferobant tunicas Carthaginenses. Vnde hic, distincti Afri.* Hinc & Plautinus Milphio ad Hannonem Carthaginensem in Pœnulo; *inquit, nonam non habes, Quid in hanc venisti urbem, aut quid queris?*

AD NONVM

ÆNEIDOS.

Colum. 1829. B. versu 13. adde. Vegetius lib. 1. cap. 3. docet meliorem legi tyronem ex agris, quam ex urbibus, & aptiorem esse armis plebem rusticam urbana: quippe quæ sub diuo, & in laboribus enutritur, solis patiens, vmbra negligens, balneorum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum patientiam membris: cui gestare ferrū, fossam ducere, onus ferre, consuetudo de rure est. Idem sentit Plin. lib. 18. cap. 5. fortissimi viri, & milites, inquit, strenuissimi, ex agricolis nascuntur, minimeque mala cogitantes.

Colum. 1830. A. versu 5. adde. Sunt & stellæ cæsi decora, sed tantam admirationem cum tanta iucunditate non habent. In causa est ingens amplitudo, & ex diuersitate colorum, qui tamen reuera nulli sunt, aspectus elegans.

Colum. 1841. D. versu 12. NOVA LVX subiice continuū, OCVLIS EFFVLST) Cicero 1. Philipp. quiddam tale, sed *metaphorice*. Lux quædam videbatur oblata, nō in modū regno, quod pertuleramus, sed etiā regni timore sublato.

Colum. 1844. C. versu 9. adde. *Cicero quoque, in Miloniana officio illo suo oratorio, armatorum cohortes, quæ videbantur contra Miloniam, affirmat contra Clodianos dispositas, pro Miloniam. Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes non periculum pœn, sed presidium denuntiant: neque, solum ut quieto, sed etiam ut magno animo sumus hortantur: neque auxilium modo defensionis mea, Verum etiam silentium pollicentur.*

Colum. 1861. B. versu 2. adde * *Dictum egregium, quo uti possumus in rebus aduersis, maxime in bellicis calamitatibus, cum ex fortitudine vel militum, vel ducum aliquid spei in magna desperatione affulget. Item in re Catholica, cum boni creantur Praesides, boni, & Christiana disciplina amantes Episcopi.*

Colum. 1868. C. folam? Crudelis. Subiice ab initio. Non salutauit matrem Euryalus, iturus in certum periculum, quia non putauit se posse ferre maternas lacrymas, quin illis cederet. Cum enim ad impetrandum magna vis sit in cuiusque lacrymis, tum longe maior est in consanguineorum, & præsertim in earum, quarum è sanguine coagmentati, quarum utero editi, quarum vberibus lactati, quarum denique tanta cura, & sollicitudine tantis educati sumus. Sicut plus diligit mater liberos, quam pater, ita vicissim plus à liberis diligitur: dulcius quidem certe, ac tenerius.

AD DECIMVM

ÆNEIDOS.

Colum. 1950. D. post versu 7. pone hoc. ROMANIS ARCIIBVS) *Tum Rex Euander Romana conditor ar-*

Lib. 4. *Ascanione pater Romanas iuvencos arces? Sic lib. 1. de Carthagine, Tyrias olim qua verteret arces.*

Colum. 1953. C. post versu 4. infere. TUMID. SECUNDO MARTE RVAT) Non est sensus, Turnum tumidum, id est, superbum, secundo Marte ruere: sed tumidum, seu tumefactū secundo Marte, id est, felici successu ruere. Ac proinde post vocem *Marte*, distinctionis nota apponenda, ut tollatur ambiguitas.

Colum. 1955. E. post versu 2. adde. FLECTERE IVSSA POTEST) Est ita quidem in vulgatis: sed in veteribus quibusdam, *Vertere*, pro, *Flectere*. Et melius quidem, nisi me fallit sententia: magis enim tangitur Iouis dissolutio, qui sua decreta non flecti tantum, sed *verti*, atque euerti etiam patitur, idque à muliere, & vxore, deus nimium vxorius.

Colum. 1956. E. versu 4. adde hæc. Huiusmodi est illa in Miloniana, sub finem. Ibi enim Milo in exilium abiturus, sic loquens fingitur, sed parum ex animi sententia. Valeant inquit, valeant, ciues mei, sint incolumes, sint florentes, sint beati. Stet hæc vrbs præclaræ mihiq; patria carissima, quo quo modo merita de me citit, tranquilla repub. ciues mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur. Ego cedam, atque abibo. Si mihi repub. bona frui non licerit, at carebo mala: & quam primum tetigero bene moratam, & liberam ciuitatem, in ea conquescam.

Colum. 1959. A. versu 3. adice. Propert. lib. 4. c. leg. 1. de vrbe Roma non multum dispar.

Hoc quodcumque, vides, hospes quam maxima Roma est, Ante Phrygem Æneam collis, & herba fuit.

Sed Propertius ostendit, quid ante Roma fuerit: Virgilius, quid postea per Græcos Troia facta sit: campus nimirum, & solum. Quod si huc rediguntur amplissima, & munitissima ciuitates, num dolendum vnum hominum ex neruis, ossiculis, venulis, carne, sanguine, rebus infirmis compactum corpus circumferentem, aliquando dissolui, & interire?

Colum. 1961. C. versu 5. adde. Metaphora à cicatrice, quæ dicitur obduci, quum post sanatum vulnus remanet. Cic. 3. contra Rul. Ne refricare obduciam iam reipub. cicatricem videret.

Colum. 1963. E. post 9. Significare voluit Iunon, Ideo Troianos supplices esse Italici, ut mentiantur amicitiæ, & concordie fœdera: quod securos, nihilque mali metuentes, ex improviso adortos subigerent, & opprimerent. Conueniet dici de iis, qui simulata beneuolentia, nihilominus perniciem moliuntur: vel qui ita amicitiam prætendunt, ut interim ad omnem occasionem parati sint lædere. Gifelin. epitome adag. parte 2.

Colum. 1969. E. post versu 4. adscribe. MOENIA CING. FLAMMAS) urbem, seu castra circum circa inflammare: per circuitum ignes iniectare. Metaphoricè dictum lib. 1. de Didone capienda, & occupanda, per amorem Æneæ, opera Cupidinis. *Quocirca capere ante dolus, & tingere flamma Reginam, meditor.*

Colum. 1970. A. post versu 4. ponenda. Nutare, ait Nonius: est capitis, nictare, oculorum significantia esse voluerunt. Annuere, vel innuere, natium vel laborum. Plaut. *Asinar. Nos illa vlla homini nutet, nictet, annuat.* Pace Nonij dixerim, annuere videtur esse, capite seu motu demisso, assensum significare. Cum autem quis valde assentitur, & admodum libens, solet maiore motum huiusmodi edere. Cic. 2. de orat. Id quoque toto capite annuit. Est summo mento summum pectus tangere, quod senes vitio ætatis assidue faciunt. Catull, in Epithal.

Vt, dum tremulum uocem

Cana tempus anilitas,

Omnia omnibus annuit.

Denique abnuere contrarium est: qui autem abnuunt, aliter caput mouent, non nates, aut labia. Magna uero maiestas Iouis, & grauitas, naso suspensum calum, & terram concutere, immò & maria. 34

Colum. 1972. B. annuli aurei) Sequantur hæc. Redi ad lib. 1. ubi Æneæ pulchritudo non multum diuersa ratione expressa est.

Quale manus addunt ebori decem, aut ubi flauo.

Argentum, Parisius lapis circumdatur auro.

Colum. 1973. A. post vers. 11. pone hæc. PINGUIA CVLTA) pinguis rura, agros fertiles. Humus dicitur pinguis, & macra, ducta metaphora ab animantibus. Assume deinde, lector, quæ ad litteram C. sequuntur, *in ora ipsa* Homero, &c. debuerunt enim præponi istis, PACTOLVSQVE IRRIGAT AVRO)

Colum. 1974. E. versu 3. SINISTRO AFFIXVS LATERTI) adde mox. Affixum esse alicuius lateri, est, quod ait Cicero principio Catonis, quoad possis, & liceat, ab alicuius latere non discedere. Affixum esse alicui, est frequentissimè, & propemodum perpetuum cum aliquo esse. Lib. 3. ep. 1. ad Q. F. lubes illum mihi esse affixum tanquam magistro. Ep. 8. lib. 1. ad Lentulum, quibus in rebus me tibi affixum ille habebit.

Colum. 1980. D. Fabulæ Phaëtonis) Subijce contingenter. meminit M. Tull. 3. Off. ubi negat seruanda promissa, quæ non sunt ijs ipsis utilia, quibus promiseris. Verba accipe. Sol Phaëtoni filio (ut redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit, quidquid optasset: optauit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est. Atq; is antequam constitit, ictu fulminis deflagrauit. Eiusdem quoq; simulq;

Colum. 1981. B. post vers. 10. adde. Et MORT. MYSA SOLAT. AMOREM) dum amorem suum, ex casu sodalis sui vehementer dolentem, solatio musæ quoquo modo delinit. Certum est, magnam vim inesse cantui musico ad mitigandam tristitiam, quam homines ex rebus turbidis capere solent. Quare & Homerus Achillem facit in mœnore vacantem citharæ. Nec te moueat, quod *musa* dicit: nam & carminis, & cantus dæ Musæ: & musici à musa. Quin ipsum carmen quid est nisi cantus quidam? unde & artem poetarum Terentius aliquoties vocat artem musicam. 35

Colum. 1988. A. post vers. 9. collocentur hæc. QVEM DEDIT IPSE IGNIPOT.) Lib. 8. *Hoc tunc ignipotens calo descendit ab alto.* Vulcanus nempe, deus ignis, ut Mars, seu Minerva armipotentes dicuntur, quia præsidet armis. Videndum candidatis poëtas, quibuscū hoc participium *potens* iungant. Neq; enim tolerabiliter dixeris etiam de Baccho, vinipotens, & de Diana, syluiipotens, cum ille vino, hæc syluis præsit. De Nepruno Plaut. non malè, Salsipotens. Ut paucis dicam, in lingua latina magis sæpe auctoritas, & exemplum probatorum scriptorum, quam aut regula, aut analogia valet. 36

Colum. 1989. C. post illa, cum corona turrata pingitur, adijcies. TVRRIGERÆQVE VRBES) Lib. 6. *qualis Berecynthia mater Inuehitur curru Phrygiæ turrata per urbes.* Eadem autem Cybele. Turrata autem vel ob causam modo dictam: vel quia prima fuit quæ urbes condiderit, ad earumque defensionem turres excogitavit. Dicitur & Rhea. Vide Natal. Com. lib. 9. cap. 5. Gyrard. Syntag. Magnam deam Cybelen propriè vocatam esse, notat Achill. Statius ad illud Catulli: 37

A Galliambo. Dea magna, dea Cybele. Sic Propert. lib. 3.

Herice turrigero iuxta dea magna Cybele. 38

Colum. 2002. C. ult. adde * *Quibus prima barba erumpit, quibus lanugine prima pubescunt gena, sunt, qualem apud Ovid. in epist. Phaonem fuisse Sappho scribit, O nec adhuc inuenis, nec iam puer. Tempus illud i Phœcia Græci, ipsi i Phœci.*

Colum. 2008. A. post vers. 3. ASPERA. Q. N. LOCIT DIMIT. SVAS. EQVOS.) Asperitas loci, de qua supra dictum est, hortabatur eos, ut equos dimitterent; id est, ab equis descenderent, & pugna pedestri experirentur. Sed illi erant, ut audiuius, infœci acies inferre pedestres. Reliquum igitur erat, ut fugerent. In Perside propter asperitatem locorum, & montes, rarum fuisse usum equorum, ait in 1. de vita Cyri Xenophon. Loca autem plana, ad equestrationem idonea, dicuntur Græcis *ἐπίδοια*, equitabilia. 39

Colum. 2018. D. post 4. COERTIS INGENTIBVS) quia vires impares, ut paulo ante legis. Nec posset excusari à culpa temeritatis Pallas, nisi ad deum confugiens, inde auxilium sibi peteret. Deo enim nihil est difficile: & cum deo quemlibet, etiam meticulosissimum, & ignauissimum, posse victorem euadere, affirmat apud Sophoclem Ajax Telamonius. Veruntamen miser iste deus, Hercules inquam, supplicem suum adiuuare non potuit. 40

Colum. 2042. D. post 3. ASCANIVS PVER, ET NEQVICO.) Ascanium primo loco nominat, non tanquam ducem, & cui summa belli, arque ipsa castra in absentia Æneæ commissa essent, quod malignè Veneri Iuno obiebat, sed rationem dignitatis habet. Credibile autem, adolescentem hunc in medium erumpentium fuisse acceptum, quod esset securior. 41

Colum. 2044. A. post 6. TEVCRIQVE PIO DET SANG. POBNAS) Inest in his verbis quod Iouem meritis vulneret, qui pati possit pium, velut impium puniri, & innocentem tanquam reum è medio tolli. Non solum nullum Turni scelus profert Iuno, ob quod poëtas dare debeat: sed etiam causas promittit, quare beneficio affici, & remuneratione debeat. Occultius igitur Iouem iniustitiæ coarguit. 42

Colum. 2058. E. versu ult. adde. * *De Pallante quoque supra legimus, Ille rapit calidum frustra de vulnere telum. non ut facilius interiret, sed ut, si posset, vita sua consuleret.*

Colum. 2065. 2. *Consumas Getastæ. Sic Propert. lib. 3. eleg. 2.*

Omnia post obitum fingit maiora verustas,
Maius ab exequijs nomen in ora venit.

Colum. 2067. B. versu 6. adde * *Si arrogantiam vitare vult, & ideo terma persona vitatur Æneas, cur ergo addit vocem pium? Facili est solutio huius nodi. Appellat se cum, qui dicatur. Nec esset arrogantiæ dictum est, quam illud 1. Æneid. ad matrem in sylua. Sum pius Æneas. Cur vero sic dicebatur? quia pietas eius erat notissima, etiam illi, qui eum nunquam viderent, nempe, fama super æthera notus.*

Colum. 2070. A. post vers. 9. iniice. Non solum dat barbam Mezentio Virgilius, sed etiam, quod decoratio postulabar, longam, & latam barbam, proportionem scilicet tam vasti, ac proceri corporis, quale descripsit. Sicut autem masculos, & pumiliones minime ornant barbæ longiores: sic viros ingenti corpore, præferuntq; militares, *μακροπρόγυρος*, & *πολυπρόγυρος* esse, admodum decet. 43

Ibid. C. post 4. PRÆSAGA MALI MENS) Prælagire est prædiuinare, præsupere. Sagax enim est acutus, & solers. Prælagitis dicta, quod prælagire est, acutè sentire, unde sagæ dictæ anus, quæ multa sciunt: & sagaces canes, qui ferarum latibula præsentiant.

Colum. 2072. B. Ante ista verba, Seneca de brevitate vitæ, ponantur hæc. Multo autem accommodatius

Pppp* 3

tius

cias ad institutum lib. de Senectute. Quanquam, ô dii A boni, quid est in hominis vita diu? da enim supremum tempus: expectemus Tartessiorum regis ætatem. Fuit enim (ut scriptum video) Argentonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum & viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit, tum illud, quod præterit, effluxit: tantum remanet, quod virtute, & rectè factis consecutus sis. Horæ quidem cedunt, & dies, & menses, & anni: nec præteritum tempus unquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest. Quod cuique tempus ad viuendum datur, eo debet esse contentus. Neque enim histrioni ut placeat, peragenda fabula est, modo in quocunque fuerit B actu, proberur: neq; sapienti vsq; ad Plaudite, viuendum. Breue enim tempus ætatis, satis est longum, ad bene, honesteq; viuendum.

AD VNDECIMVM

ÆNEIDOS.

Colum. 2088. B. post vers. 7. videlicet ad illa verba, lege totum caput Magij 12. lib. 1. collocanda appendix, quæ infra legitur in C. * *Leges tibi, ois, deditus, &c.* Sed literis non paruis, ut fiat Symbola.

Colum. 2091. B. post 8. PATENS IN PECT. VVLNVS) De Lauso lib. superiore, *ingentem ingenti vulnere vitæ*. CUSPIDIS AVSONIÆ) factum à cuspide Aufonia, seu à cuspide, siue hasta Aufonis, id est, Itali, nempe Turni.

Ibid. D. versu 6. * *Ariadne de Theseo desertore, & perire conquerens apud Catull. de nupt. in re alia, germana huius profundis.*

At non hæc quondam blanda promissa dedisti
Voce mihi: non hoc miseram sperare iubebas:
Sed connubia læta, sed optatos hymenæos.

Colum. 2095. post vers. 8. Ouid. 1. Metam. *Magna parens terra est.* In 6. Æneid. vocatur omniparens. Item 1. Georg. Terra parens. Nominat & Lucretius libro 5. omniparentem, & commune sepulchrum. Varro 3. de re rust. cap. 1. nec sine causa terram eandem appellabant matrem, & Cererem, & qui eam colerent, piam, & utilem agere vitam credebant. Congruentia his Philo, lib. de mundi opificio. Mater autem terra esse videtur. Quapropter & priscis illis placuit, ut nominaretur *μητέρα*, composito à matre, & terra vocabulo, &c. Vide dialog. nostrum 10. primæ Tertij, ubi ex Plinio eiusdem laudationem recitauimus. Virgil. hic non ad flores duntaxat, sed ad stirpes, animantes, & alia omnia respicit, quorum terra mater dici potest, & ob quæ absolute mater, seu parens dicitur, atq; cognominatur. ✽

Colum. 2103. E. post 5. QVÆ. N. VOS. T. FORT. INDIG. LAT. IMPL. BELLO) Pæne gemina his illa Diomedis in responso dato legatis Sabinorum, ut audiemus infra.

*O fortunata gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonij, quæ vos fortuna quietas
Sollicitæ, suadecq; ignota laceffere bella?*

Colum. 2106. A. versu 11. * *Prudenter, ac iure optimo Drances iustitiam Ænea prædicat, eamq; Ænam præ aliis Ænea viribus nominat. Nam ut est apud Cic. 1. Off. in iustitia virtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur.*

Colum. 2110. D. Cic. 1. Off. adde. Sed perapposita sunt ad hunc locum, quæ scribit idem lib. 2. Prima igitur est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest: in qua multi apud maiores nostros extiterunt: semper enim ferè bella geriebantur.

Ibid. E. versu 4. *Adit Æneas. Hinc & Penelope apud Æneidem, scribens de communi filio Telamacho, desiderat ambobus parentibus esse secundum fata superstitem.*

Dij precor hoc iubeant, ut euntibus ordine fati
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Non enim fata ire videntur ordine, si secus fiat.

Colum. 2111. post 6. Cato apud Ciceron. de Senect. *prosciscor enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi: sed etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior natum est, nemo pietas præstantior: cuius à me corpus crematum est: quod contra decuit, ab illo meum. An non videtur etiam Cato queri, se viuendo sua fata vixisse?*

Colum. 2112. post 4. ANIM. IPSE DEDISSEM) Sic lib. superiore Mezentius tam diligens Lausum suum, quam Enander Pallantem suum, optat ipse quoq; pro filio mortem, & quamvis diram excepisse.

Debueram patriam pornas, odiisq; meorum

Omnes per mortis animam sentem ipse dedisse.

Cum autem amare aliud nihil sit, quam bene velle amato, id se potissimum in parentibus erga liberos, & liberis erga parentes ostendit. ✽

Colum. 2124. D. versu 3. adnecte. Apud Ouid. in epist.

Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes,

Et nascat ex unius Gracia pressa tuus.

Propert. lib. 3. eleg. 6.

Saxa triumphales fregere Caphareo puppis,

Naufraga cum vasto Gracia iracta salo est.

Nauplius Palamedis pater, indignam filij necem C grauissimè ferens, quum vltionis repulsam in castris ad Troiam tulisset, mala varia excogitavit aduersum Græcos, stupris, excidiisque regnorum filij mortem vltus, classem Troia capta reducem in Caphareo asperrimo Eubœæ monte excitata pyra, in littus scopulorum, & naufragium pellexit. Ex quo facto diritas hominis facile elucet, qui tot hominum millibus innoxii auctor mortis exitit. Ammian. lib. 22. Gaphareus Euboicus scopulus, ubi Nauplius Palamedis pater classem concidit Argiuam. Hinc Prouerb. *ὅσπερ ναῦπλιος ἐν τῇ ἰσθμῷ τῆς φασίας ἵκωρ*, *Quasi Nauplius Caphareo rediens*, de homine immani, & horrificam speciem præferente. Lege cætera apud Iunium, Cent. 2. num. 29.

D Colum. 2125. D. post 7. Refert Homerus Odyss. 4. quomodo Egisthus adulter laurum apparuit coniuiuium, velut excipiendo Agamemnoni instructum, quo illum nihil mali suspicantem interemit. Hinc prouerb. *Ἀγαμέμνονος δῖος ἢ τράπεζα*, *Agamemnonis epulum*, vel, *Agamemnonis mensa*, de ijs, qui in exitiabili mensa epulantur, vltimamq; cœnam sumunt. In eos torquebitur, qui amicè accepti, medicatum hauriunt poculum, aut venenatam offulam, & Claudij Cæsaris boletum edunt. Iunius Cent. 6. num. 34.

Colu. 2126. D. vers. 13. * *Est igitur posita Sox coniugium, pro coniugo, ut apud Catull. de Laodamia, qua Protefilanum maritum ad Troiam amississet.*

E Quo tibi tum casu pulcherrima Laodamia
Ereptum est vita dulcius atque anima
Coniugium.

Alibi hoc idem me nos affenon sum immemor.

Colum. 2134. muta ordinem Symbolarum sic. B. CENT. ORAT. II. Cum multa alia. III. Duo putat.

Ibid. D. insere, IRA PLACET) Verbum curiæ Romanæ est *placet*, & eo senatores in dicendis sententijs utebantur. Docet plurimis exemplis Brissou. Formular. lib. 2. num. 1691. & sequenti.

Colum. 2138. A. post 5. Propriè inflari dicuntur, quæ vento distenduntur, & intumescunt. Translatè, quæ suprâ modum elata sunt, & hoc tam in rebus, quàm in personis. Inflata oratio, quæ verbis selquipedalibus

dalibus, & nimium elatis, grandioribusque sententiis scripta est. Homo inflatus, qui opinione aliqua turget, & effertur. Cic pro Muræna. Cum hostium classis spe, atque animis inflata, Italiam peteret. Sic inflatio etiam translata dici potest, pro quo poeta suo iure dixit, flatus.

Colum. 2153. C. 2. peperisse dicat) Adde. Nec M. Tullius pro laudis, & gloriæ spe quidquam recusandum putat. Hæc enim est eius vox pro Archia. Nam, nisi multorum præceptis, multisq; litteris mihi ab adolescentia suavissem, nihil esse in vita magnopere expectandum, nisi laudem, atque honestatem: in ea autem persequenda, omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atque exilii parui esse ducenda: nunquam me pro salute vestra in tor, ac tantas dimicationes, atq; in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem.

Colum. 2157. C. Donatus, Seruius) Sequantur hæc. MATRONÆ PVERIQ; VOCAT LAB. VLT. OM.) Ad urbem defendendam concurrisse urbanos omnes ait poeta, nemine excepto, quia ultimus labor, id est, summa, & extrema necessitas, in qua parcere labori, etiā cum discrimine suo, nullus deberet. Sic 2. Æneid. supremum Troiæ laborem vocavit ultimum illud discrimen, quo periit. Quod vero etiam mulieres, & pueri tunc opem laturi in mœnia euaserunt, nulla sexus, & ætatis ratione habita, id manifestius periculum urbis præsentissimum declarat.

Colum. 2158. B. versu 9. * *Obserua quemadmodum huius virginis, quam alibi celebrat, pulchritudinem uno verbo declarat, oculos, inquit, decoros. Decor, & elegantia hominis est illa quidem in vultu potissimum: sed in ipso vultu regnant oculo, quorum mira est varietas, & multa discrimina. Qui autem sint venustissimi, seu maxime decori, harum rerum boni estimatores, & elegantium formarum spectatores relinquamus.*

Colum. 2166. D. post 9. CHAROQ. ONERI TIMET) Fuit & Anchises lib. 2. charum onus Æneæ, quippe pater, & senex filio. Testatur & ipse filius.

Ergo agere chare pater, cervici imponere nostra, Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauat. Huic eidem oneri se timuisse affirmat, cum capta Troia excederet.

Nunc omnes terrent aura, sonus excitat. omnis Suspensum, & pariter comitisq; oneriq; timentem.

Colum. 2170. B. *Exigat hic anum.* Adde. In hunc Metabum valde conuenit, quod legimus apud Tullium in Lælio. Quin etiam si quis ea asperitate est, & immanitate naturæ, ut congressus, & societates hominum fugiat, atque oderit, &c.

Ibid. C. 7. adde, litera antiqua, ut vocant Cæterum crinale aurum, est crinale aureum, fascia nimirum aurea, qua crines muliebres coercentur, ne in frontem defluant, aut ne sint sine lege positi. Crinales vittas habes libro 7.

Colum. 2188. C. post 3. Simili prorsus argumento ad obiurgandum Achillem vitur Briseis in Epist. apud Ovidium.

Et si quis querat, quare pugnare recuset:

Pugna nocet: cithara, noxq; Veniūq; iuuant, &c.

Colum. 2195. C. 2. HASTA PERLATA) Hasta, Græcorum ἄσπερ. Est commune fere id nomen est: diciturq; tam de grandi illa, quam de leuiore, quam eminus iaculantur. Simile in lancea, & conto. Strab. lib. 10. *ἀσπίς γὰρ ἢ τὸν δόρατος χερσὶς*, &c. Duplex enim hastarum usus, alia cominus, alia eminus, & tanquam iaculorum: sicut & contus utrumque usum præbet. Nam & statim vitur, & iaculantes: quod & farissa potest, & pilum. Notabilis locus ad hunc ritum veterem, & plerisque gentibus communem: hodie desitum ferè,

A nobis quidem Europæis. Sed de hasta missili multa testimonia passim. Lipsius Poliorcet. lib. 4. dial. 4.

AD DVODECIMVM

ÆNEIDOS.

Colum. 2216. A. 11. * *Telum hic Venabulum intelligo, hastam latam, & validam. Non enim subula excipienda est leo, quod proverbio dicitur de iu, qui rem admodum periculosa, leuibus, & infirmis praesidiis conantur depellere: aut frigiditatem firmissima, & certissima conuelleret.*

Colum. 2221. A. adde. LATIO, ET LAURENT. AGRIS) Non solum per Latium, quæ est bona pars Italiæ, sed etiam intra fines agri Laurentini licet inuenire coniugem illustrem, & te haud indignam. Voluit poeta dicere Laurentibus agris, quod oratores, in agro Laurentino: ubi ager est, quod nonnulli vocant territorium. Sic ager Pistoriensis apud Sallustium, ager Volaterranus apud Ciceronem. Idem Verrin. 6. omnes Segestanas matronas, & virgines conuenisse, cum Diana exportaretur ex oppido, vnxisse vnguentis, complere coronis, & floribus, thure, odoribusque incensis, usq; ad agri fines persecutas esse.

Ibid. D. post 7. Rectè dictum, *natam nulli sociare procorum*, id est, filiam nulli tradere in matrimonium, siue connubium, in quo est, ut præclare docet M. Tull. 1. Off. arctissima societas. Ergo & uxores ipsæ dicuntur, & dicendæ sunt sociæ: de cuius vocis notione scriptum recorder alio loco. Quin & diuinæ literæ sic appellant. Genes. 3. Adam responderet deo, *Mulier quam dediisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Ad virum quoq; transtulit hoc verbum Virgil. lib. 9. quasi diceret thalami socium.

NUMANUM,

Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem Germanam, nuper thalamo sociatus, habebat.

Colum. 2223. C. post 11. lege totum Ouidii locum sic. epist. Paridis ad Helenam.

Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum:

Et mihi sunt vires, & meatela nocent.

Nec minor est Asia, quam vestra copia terra:

Ille viris dives, dives abundat equis.

Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,

Quam Paris, aut armis antefendus erit.

Colum. 2224. B. 12. * *Omnino ita secum statuit Turnus, se Æneam, nisi iterum calliditate matris sibi, ut quondam Diomedes, eripiat, interfectorum. Immo videtur affirmare, aduersus virtutem suam cum nube sua nihil valituram Venere: quod cum ipso Venus intelligat, nihil tale hic ausuram.*

Colum. 2229. B. post 9. GAVDETQ. TVENS ANTE ORA FREM.) Sunt quidam bonorum, & generosorum equorum ita appetentes, & studiosi, ut eos huiusmodi fremitus, magis quam tibiarum, fidiumue sonus delectet: ut mittam eximiam voluptatem, quam extam bene formati, & tam eleganti colore præditis sonipedibus capiunt. Iuuentus tamen præcipue delectatur equis, & canibus. Testatur id Horat. ad Pisones.

Imberbis iuuenis tandem custode remoto

Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine campi.

Sic etiam Simo in And. de suo Pamphilo.

Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli,

Ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos

Alere, aut canes ad venandum.

Hoc non ignorans Catilina, ut relatum est à Sallustio, adolescentibus, quorum familiaritates appetebat, ut cuiusq; studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbebat, aliis canes, atq; equos mercabatur.

Colum. 2231. post 7. Prouerbialis hyperbole, Græcis

Græcis vñtatissima, χιόνος λευκότερον, niue candidius, A
dere quauis eximij candoris. Arcestratus in Gastro-
nomia, Lesbios panes candidissimos volens signifi-
care, λευκότεραν, inquit, θείας χιόνος, θείων δ' ἀνέμοισιν
ὁμοίαι. *Pra niue candentes, similes pernicipibus auris*, &c.
Vide Iun. Gent. 4. num. 50.

Colum. 2238. E. 3. adde * *Vincire tempora, pro redimi-
re caput, est etiam Horatianus sermo, Ode 7. lib. 1. tamen vda Ly-
co Tempora populea fertur vinxisse corona. Rursum lib. 4. Ode
2. Nec vincire nouis tempora floribus. Noster supra lib. 4. Popule-
is adfuit euincti temporatamis.*

Colum. 2242. B. post, repræsentat Iupiter) adne-
æ. Cubiculū ait Isid. lib. 15. quod ibi cubemus: cubile
autem cubandi locus est. Cic. 1. Catilin. Nemo inuen-
tus est tam miser, qui non cubile, ac lectulum suum sal-
uum esse velit. Pro Cluent. non limen cubiculi, non cu-
bile filiar. 2. de nat. deor. etiam animalibus tribuit. Be-
stiar in cubilibus delitescunt. Sociare cum aliqua, aut a-
liquo cubilia quid sit, coniectore non indiget.

Colum. 2249. B. numina in cælo coluntur. Adde.
Religio enim est aduersus deos, cælestes potissimum.
Hinc Lucretius per σωματοποιήσις Religionem formi-
dabile caput de cælo protulisse, & mortales conterruif-
se ait lib. 1. quam tamen Epicurus constantissimè solus
extoto genere mortuum contra sit intuitus, nullo ti-
more perculsus. Eò respicit, quod ille sapiens insipiens
animos hominum deorum metu sublato, omni religi-
one liberauit, seu religionem sustulit. Versus appono.

*Humana ante oculos fædè quum vita iaceres
In terris, oppressa grani sub religione,
Quæ caput a cali regionibus ostendebat,
Horribili super aspectu mortalibus instans:
Primum Graini homo mortales tendere contra
Est oculos ausus, primusq; obistere contra:
Quem nec summa deum, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compressit celum, &c. &c.*

Colum. 2250. D. ult. * *Qui in antiquitatu notitia ma-
gius habent progressum, huic loco addant, quæ mulieres quibus urbi-*

*bus nomina dederint: nam quasdam, & insignes à mulierum no-
mine nomen habuisse certum est omnino. Romæ ipsam à puella hu-
ius nominis vocatum non desunt, qui tradiderint. Athenæ quidem
ab ἀθηνῶν, id est, Minerva sumpserunt vocabulum. Mantua vnde
dicta sit, quis potest nescire? nisi quis illa lib. 10. nunquam vel legit,
vel audierit de Oeno.*

Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis,
Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua nomen.

Colum. 2260. B. versu 4. Hoc ERAT, HOC VO-
TIS, &c. totam symbolam dele: præcedunt enim ver-
ba columna priore. Lapsa est memoria: quid vis fieri?

Colum. 2267. C. 5. * *Hecuba Priamo coniugi, & san-
temere in Pyrrhum eunti, Quò ruis? Horat. Ode 7. lib. 1.*

*Quò quid scelesti ruitis, aut cur dextertis
Aprantur enses conditi?*

*Ciceroni est, ad interitum rueret Voluntarium. Adde Ovidianum
hoc ex epist. Penelope, Turba ruunt in me luxuriosa proci.*

Colum. 2268. C. 8. adde. Sic cum in Perside im-
prouiso, & lethali ictu concidit Iulianus apostata, ne-
mine se auctorem iactante, dici potuit, *pressa est insig-
ni gloria facti.* Ipse tamen Tyrannus auctorem vulne-
ris sui visus agnoscere, cum exclamauit, Vicisti Galilæe,
vicisti.

Colum. 2270. D. 2. & contemptu plenis) Adde.
Insultare ait Nonius, dicitur insilire. Virg. Georg. 3. *In-
sultare solo, & gressus glomerare superbos.* Item insultare,
est iniuriosius aliquid dicere.

Colum. 2271. D. 2. adde. * *Miram habet elegantiam
Verbum afficio, & latissimè patet eius usus in lingua latina, & no-
tum est eiusdem non ignari. Cum autem Genus dicatur afficere
aliquem donis, muneribus, pretio, Plaut. in Amphib. etiam dixit,
afficere lucrum.*

*Vt vos in vestris vultis mercimoniis
Emundis, vendundisq; me lætum lucris
Afficere.*

Colum. 2286. E. 4. adde. *Hæ autem, & quæ deinceps se-
quuntur Verbi, pæno gemina apparent illa Philonem senis ad Lys-
idem filium in Trinum. meo modo, & moribus viuito Antiquis:
quæ ego tibi præcipio, ea facito.*

Col. B. 2305. * *Qui videbant, &c. totum hoc, & ea quæ an-
tecedunt proximè, scribendum fuit litteris maiorebus: non enim
est appendix, sed Donati Symbola.*

LAVS DEO OPT. MAX.



Para-



PARAPHRASES IN TRES PRIMOS, TRES VETIMOS LIBROS VIRGI- LIANÆ ÆNEIDOS.

Præfatio.



Ratoriarum exercitationum, minorumque operum Oratoris, unum quoddam genus est Paraphrasis: cum scilicet alicuius boni Poeta carmen, aut non mali Oratoris orationem vel alijs verbis, usque, nihilominus lectis, atque idoneis reddimus: vel (quoniam hac interpretatio dicenda est potius) cum illorum scripta uberius, & explanatius referimus, & nonnunquam circa easdem sententias, siue locos quosdam, amulationem cum ijs, certamenque suscipimus. In quo sapienter monemur, ut timide, & cautè nos geramus, ne qua optima sunt, meliora facere an nitamur. Multum commendatur à Fabio Paraphrasis lib. 10. cap. 5. Laudatur quoque à Plinio epist. 9. lib. 7. Exemplum eius est inuenire apud Platonem in 3. de Repub. ubi aliquot Homerici versus de 1. Iliad. solutis verbis exprimuntur. Extat item tota Ilias à Laurentio Valla ad hunc modum tractata. Nostra verò memoria idem perfectum à doctis in Horatio, Persio, Virgilij Eclogis, & Georgicis. Sed horum aliud fuit consilium: non quidem ut sese ad dicendi copiam isto modo exercerent: verum ut literarum cupidis ad eos poetas promptius rectiusque percipiendos ita viam quasi monstrarent, & faciem quodammodo pralucerent. Dubitare enim fas non est, quæ prosa oratione, & verbis notioribus, & omnino elocutione oratoria efferuntur, expeditius solere intelligi, quam quæ libertate illa, more, institutoque poetico. Quare & vetustiores poetarum explanatores paraphrasibus sæpe usus constat. Quod si in ullo de Latinis utiliter istuc, in Marone profectò utilissimè fieri asseruari potest: in quo multa obscura, impedita, difficilia, & ingenia etiam eruditissimorum torquentia. Atqui, interpellabit aliquis, Donati feruntur in Æneidem Paraphrasēs. Primum, non sunt tantum Paraphrasēs, quanquam maiorem partem. Deinde, Donati ipsius non sunt: sed cuiuspiam alius, qui sua fortasse confusus eloquentia, hominis doctissimi Commentarium præcipue suum explicauit. In qua explicatione sæpenumero tam barbarus, tam tortuosus reperitur, ut quid velit, vix dispicias: frequenter item in rebus etiam leuissimis, & apertissimis adeo $\mu\alpha\chi\rho\lambda\omicron\gamma$, & $\tau\alpha\upsilon\tau\omicron\lambda\omicron\gamma$ cernitur, ut mirum sit. Quid quod non raro labitur, & poeta mentem non attingit? Interim lectorem Virgilianum eius, quicumque fuit, laboribus plurimum adiuuari posse, & multa ab eo præclarissimè exposita esse, non negamus: quin id ipsum Symbola nostra satis, superque probauerunt. Meus ergo (ut reuertar, unde paulisper abij) idem scopus, qui superiorum Paraphrastarum: nempe, ut lectori leuioris armatura ad aliquot libros diuina Æneidos commodius, ac planius intelligendos tanquam ansam porrigerem: minimè autem ut ad eius versus me exercendo, eloquentiam compararem: quod ipsum si quis facere instituerit, cum ego laudem mereri existimo. Igitur ad rem accedamus.

A

Paraphra-

Paraphrasis

IN LIBRVM PRIMVM

ÆNEIDOS.

*Prefatio, &
propositio o-
peris.*

Ille ego
qui.



Um ætate iuuenili me in exercitationem componendorum versuum perstudiosè darem, contexui poema illud de rebus pastoritijs, figura dicendi attenuata, atq; humili: nempe vt sermonis genus à subiecta materia ne discreparet: cui libro nomen indidum *Bucolica*. Postquam ætas ad viriles annos accessit, paulò grauioribus intendens animum, quatuor libros carminum de rebus rusticis elaboravi, eos *Georgica* inscripsi. Quas quidem ego lucubrationes meas exoptatas, & caras omnibus accidisse confido, quos cum terra rationem habere delectat. Non poterit certè vilius agricolæ adeò incensa lætissimarum segetum existere cupido, quin eam ad præscriptam à nobis, ac traditam normam exculta, & sata humus benignè expletura, & vortis egregiè responsura sit. Cæterum hoc tempore argumentum graue, amplum, illustre, ipsaq; rerum, euentorumq; varietate periucundum aggressus, Troiani *Æneæ* fortunam, quanta quiuero orationis dignitate, ad posteritatis fructum explicare cōstitui. Hoc opus duabus mihi partibus absoluetur: prior inclytæ illius ciuitatis, Troiæ, inquam, vastationem, erroresq;, & exilium huius fortissimi, ac diuinissimi viri complectetur: posterior, bella in Italia aduersum Aborigines, Rutulosq; ab ipso administrata, sæliciterq; confecta memorabit. Vtrumq; tempus plenum aduersorum casuum, atq; ærumnarum fuit. Nam vbi cremata patria, domo profugus ad rerum amplissimarum initia, deo illum ducente, atq; comitante in Italia sedes, ac domicilium quærere per maria, per terras occæpit, supra veri fidem propemodum est, quibus eum artibus, ira & odio implacabili efferata Iuno funditus extinguere, omnemq; illius memoriam eadere tentauerit: cui nihilo magis secunda, ac propitia fuit in Italia, vbi bellis grauib; ac periculosis appetitus, & conflictatus est: donec tandem aliquando frustratis deæ consilijs, sub potestatemq; subiectis hostibus, & oppidum Lauinium ædificauit, & Latinam gentem propagauit. Vnde postmodum Albani, & ex Albanis Romani profluxerunt.

Inuocatio.
Musa mihi.

Quoniam verò causæ, quibus exulcerata Iuno in Troianorum reliquias vim omnem sui furoris effudit, in aperto haud sunt, deos porrò nihil latet, age Calliope, mihi vati, & alumno tuo eas, si placet, suggere. Dic, amabò, qua in re lunonis animum vnquam offenderat *Æneas*? quid commeruerat? quid eam aduersus religiosissimum, atq; innocentissimum virum tantopere extimulabat, ut illius puniendi, exagitandiq; finem reperire nullum posset? Siccine hoc fieri? quid istuc monstri est? Cælestes animi, quos omni turbida permotione vacare semper, & cōpressas habere libidines, & in tranquillissimo statu versari oportebat: in quibus tantummodo placabilitatem, mansuetudinem, beneficentiam, cæterasq; huiusmodi sacrosanctas, diuinasq; virtutes inesse conueniebat, ipsi quoq; irascuntur? irascuntur autem? immò inflammati ardentibus quasi furiarum tædis insaniunt? Ergone, ob quod mortales in magno ponuntur vitio, hoc ipsum immortales, sempiternæq; naturæ non dubitant committere?

*Causæ adij, ac
sanctia Iuno-
nis in Troia-
nos.*

Vrbs an-
tiqua.

Igitur, vt ad inceptum redeamus, primam atq; adeò præcipuam contra immerentes debacchandi causam Carthago præbuit, quam in Africa per idem tempus condebat à Tyro Phœniciz profecta manus. Respiciebat hæc vrbs Italiam è regione, quæ Tiberis se in mare Tyrrhenum exonerat, cui & opum affluentia, & militaris gloriæ studium celebre postea nomen pepererunt. Hanc miro amore prosequabatur Iuno, sic, vt ne Samum quidem insulam, vbi tamen nata perhibetur, Carthagine potiore duceret. Ibidem sua insignia, hastam videlicet, currum, simulacrum collocari voluit: quam totius mundi caput, ac dominam, si modò per fata liceret, efficere moliebat. Verùm hisce cogitationibus contrarium, & inimicum erat, quod Troiana origine nascituros intellexerat, qui olim imperium longè, latèq; proferrent, urbemq; sibi tam acceptam, & commendatam ferro, flammæq; consumerent.

sumerent. Hac de causa Æneam cum suis perditum etiam atque etiam, vehementerque cupiebat. Nihilominus odium quoque inueteratum, & illius belli decennalis recordatio (quod quidem Græcos suos contra Troianos adiuuando promouerat) permultum illam hortabantur, ut inimicitias usque ad extremum persequeretur. Hoc odium tanquam admotis quibusdam facibus incendebat, & exaggerabat iudicium Paridis, qui cum de pulchritudine trium dearum, Iunonis, Palladis, & Veneris apud Idam Phrygiæ montem ferret sententiam, Venerem tum Mineræ, tum Iunoni, posthabita ambarum forma, prætulerat. Præterea Dardanus Troianorum antiquissimus, ac primus parens, ex Ioue, & Electra pellice procreatus: cuius proinde vniuersam posteritatem è rerum natura sublatam cupiebat. Postremo Ganymedes puer, Trois regis filius, à Ioue in cælum translatus, & reiecta Hebe Iunonis filia, ad miscenda Ioui pocula adhibitus. Hæc à me ordine recensita, Iunonem magnopere exasperabant in Troianos illos, qui Græcorum gladios euaserant: ob hæc, inquam, varijs tempestatum turbinibus afflictatos, ingressu Italiæ multos annos prohibebat mortalium miserrimos: ut verè laboriosissima, atque ærumnosissima gentis Romanæ primordia fuisse confitendum videatur.

Troiani ergo solutis anchoris, è Sicilia portu in altum læti sanè, vicinamque Italianam inter se gratulantes vela facere, & æratis nauium rostris spumantes vndas proscindere. Pæne adhuc è littoribus, & speculis contingi oculis poterant, cum Iuno eorum, quos acerbissime, & tanquam canes oderat, sælici nauigatione, optatisque successibus cruciata, isthæc apud animum volutare cœpit. Quid? huccine recidere conatus meos? istos fugitiuos, ac scelestos de me triumphum agere? me ludos fieri? Tandemne Troianus, disrumpar ego licet, intrabit Italianam, & ego cursum hunc impedire non potero? Cur quæso? quia Palladi auctoritate, & potentia cedo? scilicet. Quid igitur? Ipsa, ipsa, inquam, Iouis fulmen ad se vliscendum vrsurpauit, ac de cælo iaculata, propter vnius Aiæcis Oilei flagitium, eiusdem nauim immani tempestate quassatam exussit, sedatumque antea pelagus ita turbauit, ut propemodum euerterit: sacerdotis suæ Cassandrae constupratorem typhone abreptum, eminenti ex vndis scopulo miserabiliter affixit, & sacrilegam animam vnà cum flammis expirare compulit. O rem indignissimam. Et erit posthac quisquam, qui me ab exilibus istis toties superatam, despectam, irrisam veneretur? qui me, quo par est honore impertiatur? Non erit profecto, non erit. Vbi hæc dolore ardens secum reputauit, festinatò ad insulam Aeoliam, admodum ventosam, & nimbis fecundam discessit. Illic Aeolus Eurum, Austrum, cæterosque ventos capacissimo specu inclusos, & eruptionem insanis assidue molitionibus tentantes coercet, ac velut quodam in carcere vinctis, compedibusque constrictos retinet. Alioqui (quæ ipsorum est naturæ conditio, qua nihil turbulentius, seditiosius, ac furiosius cogitari potest) cælum, terram, maria permiscerent, omniaque elementa confunderent. Huic tanto periculo persapienter iuit obuiam Iupiter: eos quippe in profundissimas terræ latebras compactos, superiectis montibus quodammodo sepeliuit, quò difficilius pateret exitus. Insuper regem ipsis præfecit, cuius moderamini obsequerentur: qui eos ad arbitrium voluntatemque Iouis vel premendi, vel emittendi ius omne haberet. Quamobrem Aeolo supplex facta Iuno, huiusmodi verbis locuta creditur. Quoniam diuim atque hominum imperator hoc te honore honestum fecit, Aeole, ut iratum ac tumidum mare ventis in claustra reuocatis mitigare, atque componere, iisdemque dimissis placatum concitare posses, impensè rogo, ne tuam mihi operam negatam velis. Volo me hodie rem abs te vnā impetrare. Per Tyrrhenum mare in Italianam cursum tenent Troiani, cui genti ego & sum, & fui semper exosa: quapropter, equidem nescio. Decreuerunt in ea regione euersum iam pridem, & solo æquatim denuo excitare Ilium. Quin etiam penates secum, homines religiosi, portant: sed eiusmodi penates, qui nec suis cultoribus, nec sibi metipsis tantillum auxilij afferre potuerunt. Nunc te id oro: da frena ventis, cælum misceant, tempestatem validam commoueant, ut ita inuisa mihi classis vel obruatur vndis, ac submergatur penitus: vel saltem dissipetur, ac per fluctus latè dispergatur. Faxo cognoscas, mi Aeole, cui beneficium dederis: remunerabor enim te quam gratissimo munere. De quatuordecim nymphis pedisequis meis, iisque sanè pulcher-

Narratio.
Vix è cō-
spectu.

Oratio Iunonis ad Aeolū.
Æole,
namque.

*Responsio
Aeoli.*

Aeolus
hæc con-
tra.

*Conquestio
Æneæ.*

O terq;
quaterq;

Placatio ma-
ris.

Interea
magno.

rimis, Deiopeiam, forma multò supra cæteras præstantissimam perpetuo tibi matrimonio perpetuam vxorem coniungam, quæ tecum vitam viuens iucundissimam, formosis liberis generandis beatum, sælicemq; reddat. Ad hæc ita Aeolus, Hærent, Regina, mihi in pectore, & semper hærebunt tua merita: en paratum habes ad omnia. Tuum est imperare, quod libeat: meum, imperata statim exequi. Tibi hoc quaecunq; regnum, & hanc nimborum potestatem in acceptis fero. Tux benevolentia munus agnosco, quod aliquem gratia locum apud Iouem teneo, & diuinitate sum potitus. Quare quod modò dicebam, tuum esse puta, videre, quid à me præstari velis: quidquid autem volueris, facillimè obtinebis. Tum conuersa hasta, quam dextra manu tenebat, montem in latus pulsauit, ventisq; se proripendi copiam concessit. At illi sine mora, quacunque egressus qualiscunque ostendebatur, se furiosissimè eiecerunt: cumq; prius terras viciniores flatibus percurrissent, ad mare tanquam assuetum locum contendere perrexerunt, ad idq; omni impetu, totisq; viribus ab imis sedibus euertendum incubuerunt, ut fluctus in horribilem altitudinem elatos, veluti quosdam montes ad littus prouoluerent. Audisses ibi clamores vectorum confusos, rudentum stridorem planè insolitum. Caliginosæ, ac piceæ nubes cæli, atq; solis aspectum omnem adimebant. Tantæ autem tenebræ per vniuersum æquor se intendebant, ut in nocte intempesta versari videremur. Continuus inde cæli fragor, & tonitruorum sæui mugitus terrificabant animos, cum etiam creberrima fulgura oculos perstringerent. Ne longum faciam, omnia Troianis mortem, & exitium præsens minitabantur. Quem hîc sensum Æneæ fuisse credimus? ingenti nimirum timore perculsus, sublati ad æthera manibus suspirans, & ingemiscens, sic exclamauit. O beati ciues mei, quotquot apud Troiam pro patria, quamuis in conspectu parentum, ac liberorum vitam, & sanguinem, inter fulgentes gladios, ac tela cum summa gloria profudistis. Heu Græcorum bellicosissime Diomedes, cur ad hæc calamitates reseruatus sum? cur tecum congressus, tua forti dextera non occubui ante Ilium, vbi, magnanimus Hector ab Achille, Sarpedon Iouis filius abs te ipso interfectus oppetijt. Vbi, inquam, Simois fluuius tot armis, tot cadaueribus strenuorum bellatorum propemodum oppletus labitur. Mihine soli in tanto cadentium numero mors pepercit? Idcirco videlicet cum laude non interij, ut possem aliquando, nempe hodie, inglorius, & miserandum in modum fluctibus absorptus interire. Hæc eo nequicquam conquirente, à Septentrione insanus Boreas procellam sæuissimam attulit. Feritur à fronte nauigiū, fluctibus sublimè tollitur, remi diffinguntur, nauis latus in mare vergit, cui à tergo maxima aquarū vis aduoluitur. Lacrymabile spectaculū Alij vnà cū salo in cælū ppe ascendebāt. Cōtra alij dehiscēte pelago, sic descendebāt, ut ipsum fundū, & æstuentes ibidē arenas aspicerēt. Hîc Notus tres summa violentia naues arripiens in saxa, ac scopulos vndis tū prorsus coopertos impingit. Extant hi scopuli inter Africam, & Sardiniam in medio mari, & speciem ingentis dorsi præbent: quos Itali propter fœdus ibidem inter Carthagenenses, & Romanos, primo bello Punico percussus, aras nominant. Euris quoque pari impetu tres alias à profundo æquore in breuia, & vadosa loca impellit, ita, ut in arenarum cumulis penitus defixæ hærescerent, nec inde erui, atque amoueri vllò conatu possent. Porro in puppim vnus, qua vehebantur Lycij (quorum dux Orontes, Æneæ comes fidelissimus) ipso Æneæ inspectante, immensa aquarum moles à Septentrionibus vento illata, magistrum in caput præcipitantem deturbauit. Deinde nauis aliquoties rotata turbine in profundum absorpta est. Cerneretis tum summerforum corpora per illos aquarum campos hinc inde natantia. Arma item, fractæ nauis tabulæ, & ereptæ Troianis incendijs opes simul natabant. Ilionei nauim, tametsi bene compactam, tempestatis atrocitas dissoluerat, pariterq; Achatæ, Abantis, & Alethæ naues lacerauerat, ut omnes iam per rimas multum aquæ acciperent. Dum hæc ita, ut dixi, procederent, sensit in imo Neptunus regnum suum insolito quodam motu concussus, quando vel prope ipsum fundum aqua agigaretur, Hæc illic, pro eo ac debuit, cor ira cumulauit. Quare, ut certius, quid gereretur, cognosceret, caput mari effert, Æneæ classem dissipatam, Troianos imbribus, atq; procellis tantum non oppressos animaduertit. Illico in mentem venit, hoc esse ingenium

nium Iunonis sororis suæ, quam Troianæ genti infestissimā, esse nō cum fallebat. Quid facit? ventis imperat, vti extemplo se sistant: quos adstantes, & tremen- res ipse iracundo vultu tridentem intentans, hisce verbis inuadit. Scelestissimi, quæ- nam est hæc vestra tam insolens audacia? quæ tam arrogans confidentia? Scilicet, quoniam à Titane suscepti, ob id vobis, me nescio, cælum cum terra confundere, & fluctus pro arbitratu eruere licebit. Vos ego iam iam. Sed temperabo in præ- sens, quoniam præstare iudico, innocentibus citò succurrere, quam de nocenti- bus debitas scelerum pœnas expetere. In posterum sapite, ac facinus simile ne at- tentetis cauetote. Sin autem, non ego verbis, ut nunc, sed nouis supplicijs petu- lantiam vestram coercebo, & furorē cōprimam. Absistite ocyus, & sine tumultu absistite, ventorumq; regulo meis verbis renunciate: demirari me eius impuden- tiam, qui aliena per summam iniuriam sibi vendicer. Meum est mare: occupet il- le antra, & speluncas regnum suum, vestra domicilia: & illa aula, immò illo ob- scurissimo carcere sibi placeat rex potentissimus. Secundum hæc, subito fluctus sedat, discussisq; nubibus, solis aspectum Troianis restituit. Cymothoe nympa, & Triton tibicen scopulis annitentes, impactas naues detrudunt, tridente eas le- uante, ac per syrtes, tutam nauigationem præbente Neptuno: quo per æquor ce- leri curru inuecto, passim vndæ subsidebant. Haud alia rerum facies erat, quam so- let interdum in magnis vrbibus, cum excitata seditione, populus ad arma concur- rit, saxi, facibus, telis, quæ furor repentinus suppeditat, domos potentiorum, atq; optimatū oppugnat. Quod si tum forte aliquis, cuius de probitate, & eloquentia præclara sit apud omnes opinio, se tumultuanti, frementiq; multitudini in con- spectum dederit, silentium consequitur, & intentis animis ab omnibus accipitur eius oratio, qua placantur, & ad quietis, tranquillitatisq; consilia conuertuntur. Troiani imporrunitissimis iactationibus incredibiliter lassi, exhausti, enecti, proxi- mum littus quodcunque illud tandem, optabant attingere: iam quippe immemo- res Italiæ, de salute tantum, & misera anima retinenda cogitabant. Descen- dunt igitur in portum quendam Africæ, quo neque natura, neque ars aptiorem, commodioremq; vllum efficere potuisset: quem operæ pretium erit paucis descri- bere. Est quædam in longitudinem porrecta velut peninsula, cuius lateribus al- tissimi scopuli vtrinque surgunt, quibus allabentes vndæ refractæ, in sinus reci- procantur. Ad radices harum rupium, scopulorumq; summa est malacia, eaq; sa- tis latè patet in mare, summa nauibus securitas. E regione autem, seu à fronte huius portus antrum, in quo dulcis aqua, & bibentibus salubris: itemq; saxa il- la viua in speciem sedilium adeo elegantia visuntur, ut manu latomi facta existi- mes. Pulchrū omnino antrum, vt ab ipsis nymphis incoli putes. Hoc ergo in portu propter mirificam vndarum quietem iacere anchoram ad firmandas naues haud est opus, cum per se tutissimè consistent. Tenuit portum hunc Æneas septem dunta- xat nauibus: alias enim omnes amiserat (sic enim opinabatur) cū fuissent à prin- cipio viginti. Lætabantur immensum Troiani, quod naufragium, mortemq; eua- fissent, & terram aliquam inuenissent: in qua mox irrigata, & macerata salo mem- bra super viridi herba deposuerunt. Achates illico ignem è filice eliciens, frondibus aridis flammam suscepit, ac ramentis circundatis, focum luculentum excitauit. Dehinc frumenta acredine marini humoris pæne corrupta desiccant, atq; ad mo- lendum, & panes coquendos instrumenta expediunt. Illis in huiusmodi muneribus occupatis, Æneas conscensa rupe diligentissimè, quousq; oculi prospectum ferebāt, per mare quaquà versum circūspicit, sicubi distractas à se naues conspiceretur. Nihil nauium apparet vspiam. Tres eximia magnitudine, & altis cornibus ceruos in littore pascētes cōspicit, quos reliquorū ceruorum totū agmen, tanquam duces, à tergo cō- sequebatur. Repente arrepto arcu, & deprōptis sagittis, quas tū Achates ipsum co- mitatus gestabat, primū tres, quos dixi, duces illos cōfigit: postea multitudinē cō- fusam, ac perturbatā, & per nemus fugientem iaculando insecutus, nō ante cessauit, quam septem numero (quot nimirū naues appulerant) prostrauisset, omnes magno corpore,

*Troiani por-
tum tenent, et
se reficiunt.*

**Defessi
Æneadē.**

corpore, & præpingues sanè. Redit ad portum, prædamq; in naues distribuit: simul etiam vinum, cuius permultos cados ipsis è Sicilia discedentibus Acestes rex, & amicus donauerat. Insuper leuare mœrorem suorum hac consolatione studuit.

*Consolatio
Æneæ.*

O socij,
neq; .n.

Nihil esse arbitror, ciues mei, cur fracto, & desperato simus animo in hisce malis, cum grauiora sustinuerimus, id quod vos meminisse autumo: quibus quoniam deus finem, & modum posuit, profectò etiam his positurus est. Calamitas omnis aut grauis est, & finitur breui: aut leuis, & tolerari quamuis diu potest. Recordamini Scyllæ, & Charybdis, quas apud Siciliam cum summo periculo vitæ adiistis. Et tamen, quæ diuina bonitas est, salui euasistis. Accipitote quæso bonum animum, timorem & mœstitudinem deponite, & viros vos præbete. Veniet tempus, quo casus hi, quanquam in experiendo dulces minimè fuerunt, memoria ipsa sint iucundi. Est siquidem suauis anteaكتورum laborum memoria & habet præteriti laboris, seu doloris secura recordatio delectationem. Nunc quidem varijs afficimur, vexamurq; incommodis, dum Italiam nobis promissam inquirimus. Sed vbi eò semel peruenerimus (quod dijs bene iuuantibus intra breue tempus futurum auguratur animus) patriam nostram restaurabimus, & veteris illius Troiæ simulacrum quoddam, imaginemq; Italia intuebitur. Quamobrem, ne vos vllæ rerum aduersarum acerbitates fortunam secundissimam sperantes debilitent: tristibus paulo post læta succedent: & qui hodie videmur calamitosissimi, iidem beatissimi, ac florentissimi paulo post numerabimur. Hæc ille proloquebatur vultu quidem ad hilaritatem composito: sed animus cura, & mœrore oppressus tenebatur. Troiani epulas præparant: primò pellibus detractis ceruos euiscerant, tum frustatim concisos partim assant, partim collocatis per ordinem cacabis elixant, & alij hoc, alij illud sibi negotium deposcunt: quidam etiam ligna alendo, & augendo igni adiiciunt. Rite paratis omnibus, loco virenti, ac peramœno accumbentes conuiuuntur, & ferina pingui, optimoq; vino se plusculum inuitant. Vbi sedata abundè fuit fames, mœsis remotis, de auullis tempestate sociorum nauibus pium, ac longum sermonem ordiuntur, eos vnice desiderantes, de quorum vita aut morte nihil pro certo habebant statuere. Sed Æneas, quod erat vir humanissimus, & diligebat suos ut pater, cum omnes, tum Orontem, Amycum, Lycum, Gyan, Cloanthum fortissimos duces lugebat. In ipso lucis crepusculo Iupiter ab alto mundum contemplans, hominum labores, studia, cogitationes secum perpendebat. Forte ira euenit, ut ad Africam oculos intenderet. Tum Venus opportunum id tempus rata, prorsus mœsta, & illacrymans sic apud eum pro filio, ac Troianis suis disseruit, omnino συμπαθῶς.

*Oratio Veneris
pro Troianis.*

O qui res

O cælestium simul, ac terrestrium potentissime, sempiternæq; rector, quodnam potuit ab Ænea meo, & Troianis pauculis tam tetrum, & detestandum in te facinus designari, ut tot cladibus attriti, & tantopere tot funeribus diminuti, ne possent vnquam Italiam ingredi, toto orbe expellerentur? At enim tute mihi ex hac stirpe Romanos aliquando procreatum iri (Dardani sanguine, qui Coryto Etruriæ oppido in Phrygiam venit, hac ratione in patriam reuocato) pollicebare, qui orbem totum potestate comprehenderent. Quæ res, ô pater, te nunc transuersum agit? quare à sententia deducis? Pollicitatione tua, ut vnico solatio me hætenus sustentabam: hanc fælicitatem, & gloriam cum deleta Troia, cumq; illis luctuosissimis parietinis conferens, ægritudinem leniebam. Verum, ut video, expugnati pridem adhuc oppugnantur, & vincuntur etiam victi. Nulla datur à vexatione requies: non vel paulum miseris respirare licet. Heu quis tandem, ô summe arbiter, quis tandem atrocium, multipliciumq; malorum dabitur exitus? Antenor nulla re cum Ænea comparandus, per medios hostium cuneos illæsus euadens, per Illyricum Venetiam regionem infedit, & Timavo transmissio, Patauium amplam urbem condidit, sedes, & domicilia certa suis constituit, ipsis à se nomen Antenoridas imposuit, & tanquam confectis stipendijs arma consecrans, vitam in pace terminauit. Nos domestici tui, nos genus tuum, nos sanguis tuus, quibus diuinitatē, qua nihil maius, dignatus es promittere, amissa classe, pro dolor, ob vnus aduersum nos antiquum, et inexsaturabile odium, ab Italiæ aditu quàm longissimè reiectamur. Eia, hunc cene pietas erga te nostra honorē promeretur: hanc cene mercedē? Istuc ne regnum nobis olim promissum? Vbi perorauit Venus, arrisit Iupiter, illoq; vultu placidissimo, quo fugat nubila, cōpescit ventos, sum-

summamq; serenitatem inducit, osculum filiae dissuauit, hunc in modum ploranti respondit. Nihil est causae, quamobrem angaris, filia mea: haud equidem mutavi animum: fiet quod dixi: visura es utiq; promissam urbem Lauinium, & Æneam tuam, mortali exutum corpore indigetem cælo inferes. Cæterum, quando te futuri nimis anxiam, & perquam sollicitam intelligo, referabo tibi mysterium, & in multa sæcula, quid euenturum sit tuis, prænunciabo. Funestum in Italia bellum manet Æneam, qui Latinis, & Rutulis, gentibus ferocissimis superatis, oppidum ædificabit, regnabitq; triennium. Ascanius porro, qui modò Iulus (Troia stante Ilus audiebat) triginta annos traditum à patre imperium moderabitur. Deinde Lauinio relicto nouerca Lauiniae, & eius ex Ænea filio, Albam longam condet, quam magnis operibus vniq; communiet. Illic diem extremum postquam egerit, nepotes eius continuata, & legitima successione trecentis annis regnaturi sunt: dum videlicet Ilia Vestalis, regis Numitoris filia, è Marte grauida geminos pariat, Romulum & Remum, quibus Amulij iussu expositis, lupa mammæ præbebit: inuentos pastor quidam regius pro suis educabit. Deniq; obtruncato Amulio, & in regnum auo Numitore à nepotibus restituto, Rómulus Albanorum ascita multitudine Romam molietur, à quo Romanis erit appellatio. Romanis autem ego quidem nec ditionis vllum finem, ac lineam, nec imperandi spatium esse volo. Immo enim uero, ut mirere, ac latere amplius, ipsa Iuno, quæ nunc horribiliter fursum ac deorsum cõfundit omnia, benignam mentem induet, & quàm hodie vobis infesta, tam gentis tuæ principis terrarum populi mecum olim studiosa, & cupida sentietur. Hoc certum, fixum, immutabile est. Veniet autem illa dies, cum Æneæ posteritas Græciæ seruitutis iugum imponet, maioresq; suos præclare vlciscetur. Existet è semine tuo Cæsar Iulius, qui virtute bellica tantum enitebit, quantum post illum nemo. Domabit is gentes immanitate barbaras, locis innumerabiles, copiis infinitas, & ex oriente cum victoria reuersus, atq; abs te in cælum subuectus, tanquam numen erectis altaribus, templisq; coletur à Romanis ciuitatibus. Insolita temporibus illis pax vigeat: claudetur Ianus, & militaris furor, quasi vinculis, & catenis constrictus fremet. Vigeat religio, vigeat fides, & in Augusti, quem Iulius successorem relinquet, atq; Agrippæ generi persona (qui concorditer administrabunt imperium) rursus Romulus, & Remus fratres præesse regno videbuntur.

Hæc effatus, Mercurium legat in Africam, qui indigenarum animos Troianis mox affuturis conciliet, & hospitium Carthagine præparet: ne Dido regina ob regni novitatem omnia in suspicione ponens, & harum rerum penitus ignara, suis finibus, ut hostes, excludat. Alligatis talatibus Mercurius mandata patris exequitur. Quacumq; incedit, mitemus Afrorum pectora, præcipueq; regina dulcem quendam amorem, & suaue eorum videndorum desiderium concipit, quos de fama, & nomine duntaxat noverat. Æneas noctem illam, dum varias in partes animum versat, multisq; curis distrahitur, insomnem exigit. Cum prima luce locos illos explorare, & qui nam mortales incolerent (si qui incolerent) pernoscere, atq; ad suos referre decernit. Naues subductas nemorum specubus, & arboribus obtectas relinquit: Achatem sibi socium adiungit: ipse duo hastilia lato ferro præfixo, seu venabula gestat. Ecce autem in media sylua mater Venus ei fit obuiam, astutè suam personam tegens, alienam simulans. Videbatur enim virgo Spartana aliqua, aut qualem narrant fuisse Threissam Harpalicen, cuius in equitando peritia, & in currendo notissima est celeritas. Arcum quippe sexui aptum, ab humeris, in morem venatricis suspenderat, comas solutas ventis diffundendas in tergum dederat. Præterea vestem supra suras cothurno indutas collegerat, atq; substrinxerat.

Tum prior ambos cõpellans, Heus, inquit, amici, num quampiam de sodalibus meis hîc aut vagantem, aut aprum, aliam uè bestiam cum clamore persequentem aspexistis? Dicite obsecro. Argumenta si quæritis, succinctam, & instructam pharetra, prorsus qualem me intuemini. Venus hæc. Æneas: nec auribus, nec oculis vsurpaui meis vllam huiusmodi. Te verò, ô pulcherrima, quam potissimum esse dicam? si faciem tuam augustissimam, vocemq; considero, non es mortalis. Quid ergo? Dea es profecto. Sed iam illud scire peruehim, num tu aut nympharum Oreadam vna, aut ipsissima Phœbi soror

*Oratio Iouis.
Venerem cõ-
solantis.
Parce
metu.*

*Mittitur ad
Afros pro
Troianis
Mercurius:
Venus menti-
to habitu Æ-
neæ in sylua
occurrit.
Sic ait, &*

*Colloquium
inter Venerẽ
& Æneam.
Heus, in-
quit, iu-
venes.*

foror sis. Tamen quæcunq; es, ah, nostri te misereat: succurre supplicibus: doce vbinam tetrarum versemur: nec enim locorū, hominumq; vlla nobis notitia. Tempestate ad has oras adaacti sumus, sponte nostra non venimus. Referetur gratia meritis tuis, crebræ victimæ aras tibi dedicatas imbuent. Adea sic Venus. Haud sibi tam singularem, ac cælestem honorem conuenire. Et quia: se deam coniectarent, scirent hunc ornatū esse Carthaginensium puellarum, quādo feras venatu agitant. Ipsos ingressos Libyam, siue Africam: non procul inde urbem parari à Tyrijs è Phœnicia profectis, qui arina libenter tractent, & militaribus studijs maxime perire excellant. Reginæ vocabulum esse Didoni, quæ cum ipsis Tyro venerit, fratrem Pygmalionem, capiti suo insidias tendentem fugiens. Causas esse varias, & rem ad exponendum satis longam: se capita solum quā breuissimè executuram. Nupta fuit Dido cum Sichæo, homine inter Phœnices facile locupletissimo, quem illa plus nimio, & velut animam suam diligebat. Virgo quippe à patre Belo patre ei collocata fuerat. Regnū Tyri, Belo mortuo Pygmalion administrabat, sceleratissimus omnium, qui per furorem mutuum, & amentiam aliquod detestabile facinus consciuerunt. Hic ergo per summam impietatem, ante ipsas aras, in conspectu deorum, occultè, ob auri cupiditatem, quod Sichæum clam omnibus tenere, olfecerat, affinem suum, nihil pensi habens, quantus ex ea re ad sororem dolor redundaret, crudelissimè trucidavit, cadauer inhumatum abiecit. Hanc immanitatem diu celans Pygmalion, germanæ maritum sollicitè requirenti, verba dedit, confictisq; causis eius absentiam excusauit, vt interea thesauri inueniendi occasionem aliquam nancisceretur. Sed Didoni somnum capienti, simulacrum Sichæi sese obtulit, mirè pallidum, & aspectu ipso miserationem prouocans. Primum lethale vulnus, quod à Pygmalione acceperat, exhibuit: tum aram, vbi perpetratum erat paricidium ostendit, totamq; rem aperuit. Hortatum est deinde ad fugam quamprimum capessendam, & thesaurum quem secum asportaret, incredibilem scilicet auri, argentiq; vim, manu intenta demonstrauit. Talibus prodigijs, & tam præsentis periculo commonefacta, atq; adeo compulsa Dido, fugam moliri, & socios quærere. Ibi tum conuenerunt, qui tyrannum vel ob accepta detrimenta, iniuriasq; oderant: vel ne acciperent, malè formidabant. Naues, quæ fortè ad frumentationem destinatæ stabant in littore, onerantur, opibus, rebusq; necessarijs implentur: conscendunt, & Didonis fœminæ virili animo, prudentiaq; summa præditæ ductu, atq; auspicijs vela ventis cōmittunt. Delati porrò sunt in oram hanc, vbi aliquantulum progressus, lata mœnia, & bona ex parte ædificatam urbem Carthaginem, & arcem eius videbis. Hoc Tyrij solum ab Hiarba rege pecunia coemerunt, quantum videlicet possent bouis corio amplecti. Corium postea in minutissimas corrigias concidentes, non pauca stadia circumdederunt, & ob facti memoriam, locum Byrsam, hoc est, corium indigitarunt, qui nunc Carthago vocatur. Vos autem qui mortales? vndenam, & quonam obsecro? Hic Æneas grauiter ingemiscens: Heu dea, si inde ab initio exorsus, malorum, incommodorumq; nostrorum seriem commemorare voluero, nox diem citius adimat, quā ego finem orationis reperire possim. Troiani sumus, si hoc verbi in istis regionibus vnquam fando auditum est. Per multa maria fœdè iactati, in Libyam tandem (vt nominabas) aduersissima tempestate eiecti descendimus. Ego sum ille Æneas, quem pium cognominant: ereptos flammis, & populationi penates mecum veho, fama ignotus minime: at facie hîc quidem notus nemini. In Italiam contendo, vnde genus duco, & quæ mihi antiquissima patria est: siquidem Iupiter pater Dardani, qui Coryto Etruriæ vrbe relicta, in Phrygiam profectus, ibi nostræ gentis fundauit originem. Vingtinti nauibus nos pelago credidimus, matris stella semper præuia, quò fata ducerent secuti. Ex eo numero non plus septem fluctibus, ventisq; laceratæ remanserunt. Ego verò tanquam ignotus, rerum omnium necessariarum penuria cruciatus, per Libyæ deserta vagari cogor, Europa atq; Asia prohibitus. Non potuit Venus conquerentem vltra ferre: liquecebant materna præcordia: quare sic interruptit. Quicunq; es, non mihi videtur hoc leue argumentum diuinæ erga te clementiæ, quod Carthaginem aduentasti. Volunt nimirum dii immortales tibi, ut apparet, benefacere. Quare si mihi auscultabis, gradieris rectà, & ad reginam te quā ocyssimè conferes. Quà de classe, quā de socijs, omnia salua, & tuta omnia, si quid

Venus dicit
Æneam.
Haud e-
qdē tali.

Calamitatem
suam Veneri
conqueritur
Æneam.
O dea si
prima.

Consolatur, &
hortatur Æ-
neam Venus.
Quisquis
ss.

si quid veritatis habet, quæ me parentes erudierunt disciplina auguralis. Intuere duodecim cygnos istos, ut lætantur? Hos paulo ante ministra Iouis aquila per cælum insectabatur crudeliter. Nunc ordine terram designant atq; eligunt: nunc electam deuolando aspectant. Quemadmodum illi discrimine superato ludunt, & in orbem volitantes dulcisonos cantus fundunt: ita certè naues tuæ, & iuuentus omnis aut in portum iam inuecta est, aut secundis flatibus inuehitur. Perge igitur fidenter, & quæ via iter monstrat, urbem pere. Hæc prolocuta sese auertit. Statim formosa ceruix, odoremq; gratissimum efflantes comæ, & ad talos vsq; defluens vestis, diuinus insuper incessus, veram deâ, ipsamq; Venerem esse coarguerunt. Derepente cognitam in abirione matrem hæc ex postulatione insecutus est Æneas. O mater, mater, quid tibi suber hunc ludum ludere, & me filium schemate mentito decipere? Indicasses te mihi saltem hodie, ut copulatis dextris, non personatè, sed apertè, quomodo decebat, inter nos colloqueremur.

His dictis versus urbem progrediuntur, *Iter, & ingressus Æneæ in urbem.* Venus progredientes nebula circumfundit, ne quisquam eos videre, ne lædere, ne moram aliquam obijcere, ne nemum causis exquirendis à proposito retardare posset: ipsa Paphum urbem Cypri reuertitur, vbi ei per delubra plurima thure, & floribus sacrificatur. Interim semitæ insistentes, citatoq; gradu ambulantes Æneas, & Achates in collem perueniunt, qui ex aduerso vrbs in longum extensus iacet. Magnopere hîc miratus est Æneas nouæ ciuitatis amplitudinem, illis præsertim locis, vbi quondam pauperes casæ, & vilissima tuguria steterant. Miratus est portas, miratus vias pulchrè stratas lapidibus, præterea incolarum in ædificando occupatorum concursationem, & strepitum. Enimvero haud segnes ad opus incumbabant. Alij quidem muros erigebant: alij manibus ingentia faxa subvoluebant: alij arcem cælo educebant, alij domibus locum describebant. Hîc leges sciscabantur, magistratus creabantur, senatores legebantur. Ibi portus, & theatro cõstruendo fundamenta effodiebantur, columnæ ad scenas distinguendas, ordinandasq; è vicinis montibus excindebantur. Consimile studium Carthagenensium censuisses, quale apum, quæ prima ætate adultos iam liberos secum educentes, per florigeros campos, & amœna hortorum volitant, materiam generando melli accommodatam sedulo conquirunt, à venientibus onera tollunt, fucos perniciem, ac pestem laborum suorum facto impetu ab aluearibus repellunt, & cellulas dulcissimo, ac purissimo liquore inferciunt. Feruentibus illis procedit opus, & afflatur thymi odor suauissimus. Exclamat Æneas, beatos pronuntians, quibus securis urbem ædificare liceat, à qua fælicitate, sentiebat quam ipse longè abesset. Tum, vt erat nebula circumfusus, per medios Carthagenenses incedit, neque ab vlllo conspicitur, cum ipse conspiceret omnes.

Fuit in vrbs medio lucus, amœnitate singularis, ubi Tyrii, cum primum eò venissent, caput equi Iunonis monitu effoderant: quo portento significabatur, bello claram, rerumq; copia abundantem eam gentem fore: est enim & prælijs, & aratro aptum animal equus. Illic magnificentissimum, ac per amplum Iunoni custodi templum Dido erigebat, cuius ærei gradus, æræ trabes, æræ fores. Eius ædis iam tum in ipsis initijs, propter oblatorum donariorum æstimationem, & præsentiam numinis magna erat reuerentia. In hoc ergo luco quiddam contigit Æneæ, quod illum omni propemodum periculi timore liberauit, & ancipitem animum ad bene sperandum exsuscitauit. Etenim dum reginam exspectans, in fano illo singula curiosè perlustraret, artificum operam, industriam mutuò compararet: ecce tibi in pariete aspicit ordine depictam belli Troiani historiam: vnde liquidò animaduertit, toto iam mundo illud percrebuisse. Siquidem Asia intulerat: Europa ignorare nō poterat, quæ passa esset: Africa quoq; non poterat, cum id ipsi parietes loquerentur. Cernebat Agamemnonem, & Menelaum, & vtriq; infestum ac infensum Achillem, exercitus Græci primarios duces. Firmat gressum, profluentibusq; lacrymis: En, mi Achates, nulla profectò orbis pars est, nulla regio, ad quam nostrarum calamitatum, ærumnarumq; nuntij non peruaferint. En Priamum. Omnino ista res affirmat, hîc quoq; virtutem venerationi, & alienas clades miserationi esse. In bonos, opinor, & humanitate præditos homines incidimus: proinde angorem missum faciamus: fama de nobis accepta, salutem, & auxilium pollicetur. Hæc ad istum modum Æneas, animum suum illa pictura detinens, cum singultu, & fletu vberissimo. Quid ni enim? Intuebatur arcta obsidione cinctū Ilium, patriam nempe, qua nihil

B

dedit

Pictura tēpli.
Lucus in
vrbe.

dedit hominibus natura charius: & hic quidem Græcos Troianis prementibus, ibi vicissim Troianos, insequentibus Græcis, & Achille urgente fugam capeffere. Agnoscebat Rhesi Thracum regis ex velis albis tentoria, quæ prima noctis vigilia à Dolone prodita, Diomedes & Vlysses cruenta cæde bacchati vastauerant, equosq; candidissimos, antequam Troianum pabulum, & aquam gustauissent, in castra secum abduxerant. Alia in parte aspiciebatur Troilus puer, quem Achilles sibi multum impari certamine congressum, neci dederat. Caput & hasta per puluerem trahebantur, cum pedibus adhuc currui cadauer implicatum hæresceret. Troianæ matronæ passis crinibus mœstæ, ac supplices, pectora tundentes, ad Palladis delubrum cum peplo, seu veste muliebri tenuissima & pretiosissima, eidem offerenda properabant. Simulacrum autem deæ toruû intuens, oculosq; humi defigens, quid Pallas cogitaret, argumento erat. Expressum item cernebat Hectorem, sibi in paucis charissimum, atq; affinem suum, quem Achilles à se iugulatum, & ad quadrigam suspensum, circum mœnia raptabat: expressum Priamum, corpus filij ab Achille, protensis manibus, multa vi auri ad sepulturam redimentem. Hoc spectaculum illi, Æneæ inquam, acerbissimum fuit, ac novos gemitus, recentesq; lacrymas elicuit. Quin etiam semetipsum Græcis principibus immistum, & Memnonem cum suis Æthiopibus agnouit. Ducebat præterea Amazonum copias (quarum scuta parua, in modum dimidiatæ lunæ conformata) Penthesilea regina, toto ore uulnera, & cædes spirans, nudatamq; mammam aureo subligatam balteo gerens. Et quamuis esset mulier & virgo, non dubitabat tamen cû viris intrepida, viriliterq; cõfigere.

Didon in templum venit, adueniens eam supplices Troiani.

Hæc dum Dardanio.

Dum hæc Æneas attonitus contemplatur, Dido fœminarû venustissima mul-
tis stipata satellitibus ad templum accedit. Putares Dianam esse, quando propter Eurotam Laconia fluuium, aut super Cyntho Deli monte choros frequentat, innumeris dextra, læuaq; circumdata Oreadibus: inter quas pharetrata ingrediens, vertice supra omnes eminet. Quæ res spectanti Latonæ matri, sibiq; tantæ pulchritudinis filiam gratulanti, non mediocrem lætitiâ afferre consuevit. Huiusmodi species eras Didonis, & sic ad templum progrediebatur: vt nimirum operas inspiceret, atq; ad cœpta promouenda calcar adderet: oculus enim domini pinguefacit equum, ut dicitur. Inzdicatum erat delubro sacellum, Iunoni dedicatum: id habebatur quasi quoddam adytum, siue sacrarium, in cuius porta collocato regali folio, ministris circumstantibus regina confedit. Ibi forum agere, leges dictare, opera iustè distribuere incipiebat, cum improvisò, frequenti Carthaginensium concursu Anthæus, Sergestus, Cloanthus, cæteri; Teuclorum è singulis nauibus delecti, clamantes, & misericordiam implorantes templum introgrediuntur. Erant autem hi de illis, quos ab Ænea tempestatis sæuitia diuulsos, & aliò abductos suprâ retulimus. Rei nouitate vterque, Æneas, puta, & Achates obstupuit, quorum animos partim gaudium, partim metus agitabant: ac nisi res necdum certa vetuisset, vtiq; dextras mox inter se dedissent. Tenent se itaq; in nebula, & arrectis auribus student intelligere, quis rerû status, vbi classis, quid sibi velit legatio. Postquam ad reginæ thronû penetrauerunt, & dicèdi potestas permissa est, Ilioneus, omnibus, rebus vir maximus in huiusmodi verba differuit.

Oratio Ilionei.

O Regina, noua.

Quæ sit Iouis opt. max. erga te voluntas, Regina, vel ex eo quiuis perspiciat, quod tibi nouam hanc, & egregiam urbem in optatissima pace ædificare concessit, summamq; iustitiam, & sapientiam tribuit, qua gentem hanc cæteroqui ferocem gubernares. Te ergo iustissimam, & sapientissimam principem Troiani afflictissimi, per tot maria tot incommodis fatigati obsecramus, prohibe incendium, quod nostris nauibus à tuis subiectis iniquissimè comparatur. Misereat te illorum, quibus pietate nihil vnquam fuit antiquius: respice nos, quando non tanquam hostes populandi causâ venimus. Non ea importunitate sumus: & cum nos fortuna tam aduersa premat, non eos spiritus gerimus. Regio est nobilis, ac mirè fertilis, quam Hesperiam Græci vocant, olim tenuerunt Oenotri, nunc ab Italo rege Italia nuncupatur, eam petebamus. Sed coorta subito procella, in vadosa loca nos impulit, & per saxa, fluctusq; dissipauit, ut ad littora hæc tanquam naufragi enataremus. O barbaros, ô feros homines. Qui nam isti mores? nec in arenis consistere nos patiuntur, ab ipsis littoribus bellum naufragis faciunt. Si tantum potentia vestra confiditis, ut homines, & humana arma penitus irrideatis, deum nunquam irridebitis: ille innocentes vindicabit, & cuiusque merita condignis præmijis

mijs compensabit. Regem habebamus Æneam, virum iustissimum, religiosissimū, qui si superest, nihil nobis timendū arbitror: nec te pœnitebit priorem nos officijs deuinxisse. Est item amicus noster Acestes Rex in Sicilia, Troiano sanguine oriundus. Liceat igitur, oramus, naues pœne diffractas subducere: liceat cœlis arboribus remos reparare: vt si rege, socijsq; saluis, & receptis permittimur in Italiam nauigare, illuc læti nauigemus: sin, ô Ænea pater, tecum omnis salus nostra interiit, si te pontus summersum hausit, nec altera spes Iulus restat, saltem hoc nobis concedatur, ut remenso pelago, in Siciliam pristinum hospitium revertamur. Hactenus Ilioneus. Mussabant Troiani reliqui, & se iniurijs præter fas onerari, iniquissimè ferebant.

Locuta est contra humanissimè Dido, vultu summisso ac pudoris pleno. Quem habetis, inquit, timorem, omittite, nec vos dedatis angoribus. Frater meus mihi inimicus, & regnum necdum stabilitum, cogunt me præsidio tueri fines, & hostes suspicari, qui hostes non sunt. Quod passi estis, communi nomine passos creditote. Quis enim molestiam vllam exhibere velit Troianæ genti, viris fortissimis, quorum in tam diuturna obsidione virtus, & tolerantia per orbem rotum celebratur: haud è ligno dolati, homines fumus vestrū similes, nec ab hac vrbe, vt quondam à Mycenis, sol refugit. Siue in Italiam, siue in Siciliam contendere liber, auxilium, commeatum, resq; omnes necessarias spondeo. Si verò Carthagine remanere mecum placet, putate vestram esse Carthaginem: eodem mihi loco eritis, quo Tyrij, nec alio illi iure, nec vos vtemini. Vellem, mihi credite, rex ipse Æneas eodem vobiscum casu in meum littus delatus adesset. Planè certos, fidelesq; homines destinabo, qui terminis Libyæ diligenter obitis, per sylvas, & vrbes illum curiosius indagent. Antequam absolueret Dido, iam Æneæ, & Achatæ exiliebat animus, vixq; sibi temperabant, quin erumperent. Quid est Ænea, Achatæ ait, quid tibi videtur? quid moramur? Ad votum omnia ceciderunt: seruata classis, seruati socij: vnica tantum nauis, cum suo duce, nobis intuentibus fluctu absorpta periit, cætera euenerunt, qualia mater prædixerat. Illico circundans ambos nebula, in aërem resoluta euanescit. Conspectus est tunc nec opinato Æneas clarissima luce collustratus, oris elegantia, humerorumq; latitudine Deo cuiuspiam conferendus: nec mirum, ipsa quippe Venus decoram cæsariem filio, & iuuenilem totius corporis elegantiam addiderat. Veluti cum ebur manu artificis cælatur: aut cū argentum, candidum uel marmor auro inclusum cernitur. Extemplò ad Reginam, & astantē turbam conuersus, quem optatis, ecce, inquit, adest Troianus Æneas, è tempestate Libyæ maris saluus, & incolumis. Tu sola, Dido, nostram vicem dolens, Græcorum hæc reliquias, varijs casibus, terra mariq; confectas, omnium egentes, vrbe ac domo, incredibili humanitate non recusas accipere. Vtinam nobis ea facultas esset, ut tātis officijs atq; meritis pares referre gratias possemus. Sed neq; nos possumus, neq; oēs Troiani, quotquot per orbem hodie dispersi viuunt. Quamobrem deos immortales precabor, vt si ipsis hominum pietas, & iustitia curæ est, tibi præ omnibus cumulativè beneficiant. Beatum sæculum, quo in vitam edita es: beati parentes, qui talem filiam genuere. Dum in pelagus labentur flumina, & vmbræ montes circumibunt, & terræ vaporibus alentur sidera, in omne æuum, inquam, vigeat nominis tui gloria, quæ æternitas intuebitur. Nec me huius benignitatis capiet obliuio, vbicunq; terrarum spirauero. Hæc ubi dixit, Ilioneum dextra, Sergestum læua complectitur. Post alios, præcipuè autem Gyan, & Cloanthum. Commota est non leuiter primo viri aspectu Regina, tum casu & fortuna eiusdem. Compellauit autem virum blande in hanc sententiam.

Prò, quam iniquam se tibi, nate Dea, fortuna præbuit? quomodo ad hæc gentes Africanas, agrestes, & incultas moribus appulsus es? Ergone tu ille Æneas, quem Venus Anchisæ Troiano pascenti pecora, ad ripas Simoentis peperit in Phrygia? Quæras forsitan, vnde ego hæc nouerim. A Teucro Telamonis filio didici: qui à patre in exiliū pulsus, Tyrum venit, sedem ac domicilium quærens: qua in re meus pater Belus, qui tum Cyprum oppugnabat, & occupabat, eum adiuuit, & condendæ vrbi locum in ea insula attribuit. Ex eo Troiæ vestræ oppugnationem, euerfionem, multa item de te, de Græcis principibus Agamemnone, Vlyffe, Diomede, alijsq; sigillatim audiui. Ac Teucer quidem, tametsi hostis, Troianos nihilominus mirificè prædicabat, seq; materno genere Troianum dictitabat. Agite verò, me sequimini in regiam. Non dissimilem ego fortunā experta, priusquam hoc otio, & regno potirer,

Responsio Didonis.

Tū breuiter Didon.

Oratio Didonis ad Æneam.

Quis te nate Dea.

præclare scio miseris succurrere. Sic fata, Æneam in palatium regale ducit, perq; urbem ferias indicit, & ad omnia puluinaria supplicationes decernit. Nec verò cætorum, qui in littore exspectabant, obliuiscitur. Viginti boues, centum fues saginatos, centum agnos, totidem oues, ingentem vini numerum mittit. Interiora domus regiae, quanquam splendidissima, nouo tamen, & pretioso ornatu instruuntur, quod illic erat ineundum conuiuium. Teguntur parietes artificiosè laboratis, purpureisq; peristromatis, ingentia ex auro, & argento, rerumq; in Didonis familia iam inde à principio gestarum imaginibus cælata pocula proferuntur. Æneas, quoniam quiescere paternus animus, & vnici filij, etiam in tanto honore, immemor esse haud poterat, curriculum facere Achatem ad naues, & hæc Ascanio nūtiare, ipsumq; adducere in urbem iubet. Tota quippe cogitatione in Ascanio morabatur. Mandat præterea, ut sumptuosissima munera secum apportet. Ea erant, primùm palla signis aureis intertextis admodum rigens, & ponderosa. Deinde cyclas, longa & spatiosa vestis, quam limbus obibat, acanthum herbam imitans. Hunc ornatum Helena sibi à Leda matre donatum, cum Sparta fugiens, Paridem adulterum sequeretur, Ilium attulerat. Præter ista erat sceptrum, monile confertum lapillis Indicis, & aurea corona gemmis distincta, quibus Priami filiarum natu maxima Ilione olim vsa fuerat. Hæc igitur ut acta redderet, ad naues Achatem advolabat. Verum enimvero

Dolus, et preces Veneris.

At Cytherea.

comminiscitur hinc mirabilem dolum Venus. Nam cum sciret Poenos esse fœdifragos, & muliebri animo nihil inconstantius, videretq; Iunonem nunc ut cum maxime omnem rudentem moturam, ut Æneæ incommodaret, quandoquidem satis magnam occasionem adepta esset, visum est illi subornare Cupidinem, qui in faciem Ascanij versus, & in eius formam mutatus, simul cum donis illis inflāmaret Didonem, & ardentissimum quendam Æneæ amorem eidem immitteret. Quare sic puerum est affata. Fili mi dulcissime, quo vno omnis mea potentia, imperiumq; nititur (nam sine te nihil possum, qui vel ipsi Ioui imperas) vnum quoddam beneficiū te posco. Iā nosti, quò pacto frater tuus Æneas odio & inuidia Iunonis, per tot maria, tanto temporum interuallo iactetur, & iuxta mecū sæpe doluisti ob hanc rem. Hunc modò recepit domū suam Dido, sanè liberaliter. At mihi ob Iunonem istud hospitium valde suspectum est: tantā opportunitatē, credo, haud negligendā sibi statuet. Decernebam igitur huic malo anteuertendum quàm maturrimè, & reginam amoris flamma velut obsidendam, ne instinctu numinis alicuius consiliū vertat in deterius: sed iuxta mecum Æneam vehementer diligit. Vt hoc tute queas transigere, audi rationem meā. Accersitus est Ascanius deliciæ meæ, ad patrem se cōferet in oppidum, portans munera regalia, inde à Troia hucusq; advecta. Sopiam ego illum, & sublatum Cytheris, aut Idalia in sylua reponam: ne fortè si remaneat, dolum hunc nostrum aliquatenus impediāt. Assimula igitur faciem eius hac tantum nocte, & puerum puer imitare. Quando aut lætissima inter epulas Dido te suo fouebit in gremio, quando amplectetur, deosculabitur, ut mos est mulierū paruulos tenerè amantiū, tu igne ossibus eius implicabis, & latenter amorem inferes. Obsecundans voluntati matris suæ Cupido, alas deponit, & hilarulus, tanquā germanus Ascanius ingreditur, Achatem eū ducit Venus interim in placidissimū somnū coniectum Ascaniolum, in sinu præ se gestans, Idaliæ in luco, in vmbra amaraci collocat, dum somnū illum edormiat. Cum regiam intraret Cupido, afferens illa quæ dixi munera, Regina in lecto, aureo tapete constrato, in medio iā accumbebat. Æneæ, & Troianis lectuli purpura cooperti erant. Astabant famuli, quorū partim aquā manibus affundebant, partim mantilia tenebant. Alij paruis corbibus panes inferebāt. In culina quinquaginta famulæ, quæ cibos coquerēt, & focum curarent. Præter has omnes centum aliæ, & iterum centū alij eiusdem ætatis adolescentes, qui dapes apportarent, & vinum miscerent. Affuerunt etiam primores Carthaginiensium, qui per lectos pictis tapetibus instratos discumbebant. Mirabantur omnes donorū præstantiam: mirabantur illum Pseudoiulium summopere: tantū angustissima facies delectabat. In primis verò infelix illa mulier, & iam exitio destinata Dido satiari contemplando puero non poterat, & cū illo permultum, tū nonnihil donis quoq; mouebatur. Postquam Cupido se satis amplectendum patri (sic enim putabat Æneas) præbuisset, amoriq; eius satisfacisset, cum Regina se velle esse ostendit. Quem illa in gremio suo libentissimè iterum atq; iterum reponens, toto vultu, totaq; mente in aspectu eius se collocabat: sed ignorabat

Conuiuium.
Cū venit, aulæis.

miseræ,

misera, quantam pestem foueret. Recordatus ille maternorum præceptorum, primum Sichæi veteris mariti vultum, & amorem in eius pectore abolet, animumq; se-
gnem iam, & desuetum recalefacit. Vbi mensis sublati, maioribus poculis po-
fcere cœperunt, factus est per aulam strepitus ob canentium, & hilariter, iucundeq; *Cœlestis libri.*
fabulantium, ac ridentium confusas voces. Pendebant ex aureis lacunaribus lucer-
næ magnæ & argenteæ, & funalium copia noctem diei æquabat. Tum Regina ad-
modum latum, aureum, gemmisq; ornatum poculum afferri imperat, & more maio-
rum suorum, quem illi in conuiujs seruare soliti erat, libatura vino implet. Fit repen-
te silentium vndiq; . Illa: Iupiter hospitalis, oro quæsoq; , hunc & Carthaginensibus,
& Troianis lætum, faustum, ac fœlicem diem concede, & sine illius ad posteros quoq;
nostros peruenire memoriam. Tu quoque lætitiæ parens Bacche, & tu Iuno nostra
faue: Vos etiam Tyrij mei, amanter, hilareq; cum hospitibus versamini. Secun-
dum precationem hanc, paulum in mensam effudit: deinde ipsa prima gustauit pri-
moribus labris tantum: porrexit mox Bitiæ, hominis in accipiendo tarditatem re-
prehendens: non enim satis attenderat. Ille animosè haufit, & largissimè quidem,
adeo ut barbam, pectusq; vino prolueret. Biberunt post alij proceres. Iopas citha-
ræodus intonsa coma Apollinem, haud secus, quam in cithara imitans, res astrolo-
gicas, & phycas canebat: de obliquo lunæ cursu, de solis defectionibus, de humani
generis, & animantium ortu, vnde imbres, vnde ignes ætherei existerent: de Arctu-
ro præterea, de hyadibus, de vtraq; vrsa. Item cur tam longi dies æstare, tam breues
hyeme. Plaudabant Carthaginenses, nec Troiani illis cedebant, æquè læti. Dido no-
ctis partem vario sermone cum Ænea, varijsq; interrogationibus absumebat: & ut
alij vinum, sic ipsa amorem bibebat, quo prorsus facta est ebria. Nunc de Priamo,
nunc de Hectore multa, nunc de armis Memnonis, nunc de equis Diomedis, nunc
de Achillis facinoribus percunctabatur. Sed quia harum rerum narratio in longum
extendi non poterat, agè, inquit, ab initio vsq; , mi Ænea, nobis Græcorū fraudes,
tuorumq; Troianorum crudelè exitium: post hæc tuos errores (ut qui iam septimum
annum per terras, & maria errabundus circumvagaris) exponito.



Paraphrasis IN LIBRVM SECVNDVM ÆNEIDOS.



Osteaquam vniuersi, qui coram præsentibus aderant Tyrij, Troiani-
q; altissimo facto silentio ad audiendum promptos sese, paratosq; o-
stenderunt, Æneas, ut erat toro elatiore, honoratioreq; discumbens,
ab se quæsitorem narrationem à tali quodam principio exorsus est. *Attentio, & beneuolentia captatio.*
Auctoritate tua, Regina Dido, quæ multum apud me ponderis ha-
bet, ad huiusmodi res oratione peccurrentas impellor, quarum nunquam non
pertristis mihi, perq; acerba solet esse recordatio. Vis namq; de me cognoscere, qui-
bus fraudibus atq; fallacijs opulentissimam urbem Ilium, vnaq; totum Asiæ regnum
Græci euerterint, ac pessum dederint, & meorum ciuium crudelissimos casus, quos
hisce oculis hausi, et magnā partem ipse pertuli. Equidem nec ipsos arbitror hostes
nostros ad eorum auditionem imperaturos fore gemitibus, & lacrymis. Præterea
plurimum noctis abiit, & occasura iam sidera, somno dare nos operam hortatur. Ni-
hilominus, quando pestis, exitijq; nostri percipiendi tanta es cupiditate incensa, & *Narrationis initium ab e-*
voluntate tuam dolori meo anteferam: & quo me tempore accommodem, summam *quo ligno, &*
oia perstringā. Græcorū duces, cū vires suas obsidionis lōginitate, & prælijs pa- *discessu sum-*
rū secūdis (nobis videlicet suffragante fortuna) impensè attritas, ac labefactas cer- *lato.*
nerent,

**Ductores
Danaum.**

nerent, desperatione capti dolum cōminiscuntur, equum ligneum vastissimæ molis solerter architectantur: eius caua selectissimis è toto exercitu militibus, bene armatis, ac nonnullis etiam de ducum numero inferciunt: rumorem disseminant, Palladi, numini tutelari ad prosperandum è Græcia reditum (discessum enim simulabant) machinam istanc compegisse. Non ita longo interuallo iacet Tenedos insula, florente adhuc Troia diuitijs præpotens: modò vacuata indigenis, & nihil nisi infidum, periculosumq; nautis hospitium. Huc sese latitatum conferunt. Nostri nihil dū etiā suspicantes mali, re ipsa eos, & omnino discessisse rati, diutino se angore, metuq; exsoluunt, turmatim ciuitate egrediuntur, castrorum loca inuicem monstrantes cōtemplantur. Per multis prægrandis ille, & in perniciem nostram excogitatus equus, ac Mineræ, ut falsò ferebatur, dicatus, stuporem incutiebat. Thymoetes siue malevolentia (ut nimirum acceptam à Priamo persequeretur iniuriam) siue infælici quodam Troiæ fato, dare ibi cōsiliū, in urbem acciperetur, atq; in arce pro illustri monumento statueretur. At verò Capys, & cū eo prudentiores nonnulli, Palladiū hocce donū in magnam suspicionem vocare, proindeq; auctores esse, vel ignibus suppositis exurendum: vel in mare præcipitandū: vel certè bipēnibus, ac securibus aperiendū, perscrutandūq; penitus, si quid fortè insidiarum eo tegeretur. Populus fluctuare animis, & alij hoc, alij illud sentire.

*Laocoontis
monitio, &
audax faci-
nus.*

**Laocoon
ardens.**

*Sinonis offu-
cia, & Troia-
norum sim-
plicitas.*

**Ecce ma-
nus iuue-
nem.**

Laocoon cum pluribus ex arce cursu descendens, sublato clamore, prò deū atq; hominum fidem, inquit, quæ vos intemperie exagitat? Cur domum Græcos rediisse, & votum istuc fallacia vacuū creditis? Quid? Vlyssis ingenium ignoratis? Vnum horum trium quouis pignore verissimum esse cōrenderim. Aio, aut hostes intus delitescere: aut ad mœnia oppugnanda constructū hunc equum: aut quippiam demū fraudis, & imposturæ hîc absconditum. Quocirca si vobis cordi est vestra salus, videte cui fidatis. Etiam pietas istius nationis apud me suspitione laborat. Hæc dixit, & manu valida hastam in ventrem mōstri contorsit, adeo, ut resonaret. Quod si dij bonam mentē nobis non inuidissent, illa hora patuisset veritas, & tu Troia patria charissima vsq; in hanc diem stares incolumis.

Secundū hæc ecce tibi pastores Ilienses hominem ignotū, reuinctis ponè manibus ad Priamum regē cum vociferationibus pertrahunt: qui etiam vltro se comprehendendū obtulerat, eo consilio, ut fucum nobis facere, & Troiæ suis aperiundæ occasionem nancisci posset, sicut nactus est. Erat mortalis ille ad audendum proiectissimus, & quàm ad sutelas ac strophas aptissimus, tã ad mortem, si ex secius processissent, excipiendā paratissimus. Populus ad captiuū videndū certatim ruere, plurimi eū sannis ludere & vexare contumelijs. Nunc agè mihi attende animū diligentius, quāq; sit fraudulenta gens Græcorū, huius exemplo disce. Etenim simul atq; in medio populi constitit, lumina longè lateq; circumtulit, ingentemq; terrorē animi, ac pauorem præ se ferens, miserabiliter exclamauit, in hanc sententiam. Sibi iã nec terra, nec mari, nec apud ipsos Troianos locū esse, quibus cū salutem conciliaturus foret, ipsi eū vita exuere instituerent. Ad hæc voces omnis continuo sedatus est tumultus, & cōquieuit strepitus. Conuersis ad misericordiā mentibus, postulamus, genus, & cōditionem suā enuntiet: memineritq; in vna confessione veritatis captiuo locatā viuendi fiduciam. Ille metu posito, ut videbatur, sumptoq; animo, omnia se fideliter relaturū spondit: quod ut tãto magis crederemus, falsius est statim apertè, q̃ illi, si capiti suo cōsultū vellet, in primis tacendū fuerat, se Græcū esse: addēs grauius, fortunā potuisse quidē reddere miserū, mendacē neutiquā potuisse. Palamedem virū nobilitate, fama; insignē, quia pacis auctor semp fuisse, Græcos, ab Vlyssē per inuidiā cōfictō crimine, morte multasse, multatūq; ppter egregiam virtutē eū nūc desiderare, & ab inferis rediuiuū votis omnibus exoptare. Hunc se propinquitate arctissima contigisse, & eidem adolescentem à patre suo paupere adiunctum tolerandæ militiæ socium. A patre, inquam, modò cum re tenui, qui aliquando regnum possedisset. Nam ut è seruis reges, ita è regibus est quando serui fiunt. Palamede igitur interempto, sibi quoq; vitam haud vitalem fuisse: indignissimè amici, & consanguinei mortem iniustissimam tulisse, nec dubitasse, verbis palam Vlyssē talionem minitari, si fælix aliquando in patriam rediis daretur. Atq; hoc malorum suorum quoddam extitisse procemium, Vlyssēq; ex eo tempore frequenter ipsum apud exercitum in opinione sceleris alicuius ponere solitum. Nec destitisse, donec administro consiliorū suorū Calchante. Hic orationem abruptit nebulo versipellis,

vt nos

vt nos percontaremur amplius, & auscultaremur auidius. Quid ego, inquit, ista narrem, quæ nec vobis placebunt, & ad animam retinendam mihi nil proderūt? Si idem est vestrū de omnibus Græcis iudicium, æqualiq; odio persequimini vniuersos, & me Græcū esse iā cognouistis, cōfessum supplicijs quibus vultis cōsumite: delicias nece mea, & gaudiū magnū Vlyssi, Agamemnoni, & Menelao facietis. Nos causas, cur cū Græci perditū cupiāt, sciscitamur studiosius: nescij prorsus, illū græca fide nobiscum agere, & tam inexpiabile genus fraudis cōsciscere. Pertexit fabulā tremebūdus, pergitq; credulitatē nostrā suis onerare mendacijs. Græcos sæpenumero (pertæfos nimirū tam diuturni belli) obsidione soluta, domū cogitasse, eorū cogitationibus procellosas tempestates semper obstitisse: præsertim autem equo memorato iam absoluto, ac stante ventos sæuijsse. Ad Apollinem interrogandū Delphos missum Eurypilum: illum cum hoc responso reuenisse.

SANGVINE PLACASTIS VENTOS, ET VIRGINE CÆSA,

CVM PRIMVM ILIACAS DANAI VENISTIS AD ORAS:

SANGVINE QVÆRENDI REDITVS, ANIMAQVE LITANDVM ARGOLICA.

Nemo quisquā fuit, qui hac dictione vulgata nō cōtremisceret, quod tacito nomine, non alterius potius, quam suum peti sanguinem, vnusquisq; perspiciebat. Adducit Calchantem in medium Vlysses, importunius vrget, virum nominet, quem ad sacrificium Phœbus designet. Multi tū Vlyssis in me exulceratū noscentes animum quò res euasura esset, præcipiebāt, mihiq; scelus hominis prænūtiabāt. Calchas totos decem dies publico abstinens, & denuntiationis huius, ut apparebat, inuidiā declinans filet. Tandem velut coactu Vlyssis, (sic enim duo isti cōspirauerāt) me illū esse fatur, quē Apollo ad sacrificiū deposcat. Exhilarati oēs, faciliè tulerunt, me potissimū ad aram destinari, dū ipsis hac ratione res in vado esset: oēs quippe sibi prius malūt esse melius, q̃ alteri. Appetiuerat imolationis dies, mola salsa, vittæ, & quæ solēt, ad victimam parabantur. Ego ibi cōmentitium vatis falsiloqui responsum flocci pendens, nō à sacrificio, sed ab iniquissima iugulatione corpus meum liberare cupiēs, effugio: in arundineto tantisper me occulto, dū nauibus abirent, si alio quopiam mactato abire iam diliberauissent. Omnis tū spes decollauerat reuiscendæ patriæ, parētis, charissimorūq; liberūm, qui forsitan suis ipsi corporibus plectentur, quidquid hīc à me peccatum est. De cætero per ego te immortales deos, qui sensa hominum, mentiumq; latebras intuetur: per fidem, si quid vspiam terrarū restat fidei, te obsecro Priame Rex, ne despice ærumnam meā: tribue partem aliquam misericordiæ miserrimo, quem non sua culpa, sed aliena improbitas afflixit, ac perdidit. Hæc ille quia magno cum fletu differebat, animos nostros ita cōmouebat, vt saluum esse concorditer cuperemus. Rex vinculis absolutum bene sperare iussit, atq; in ciuibus numerauit, interrogauitq; cur adeo insanum equum, quoque artifice condidissent, cū multò minorem potuissent: quid eo sibi vellent, num religioni, aut bello seruitura tanta machina. Sinon (hoc enim plano illi vocabulum) haud oblitus sui, technarumq; suarum, supinas manus ad cælum tendit, cum hisce verbis. Vos ô sol, & luna, vos aræ, enses, quos euasi, vos vittæ, quæ mihi ut hostiæ gestandæ fuerunt, vos, inquam, restor, licere mihi in apertum euulgare, quæcunque Græci (quos iam, ut Troianus, pro hostibus ducere, & odisse debeo, cum nullo sacramento patriæ obstrictus sim) testata cupiunt. Oro autem te, ô Troia, vt promissa præstes, & si ego istuc beneficium tuum remuneraro, si te seruauero, tu vicissim seruatore tuum conseruandum existimes. Iam inde à principio Græci totam belli fæliciter administrandi spē in fauore, auxilioq; Palladis constituerunt. Verū postquam Diomedes, & Vlysses in arcem vestram ausi sunt penetrare, interfectisq; custodibus Palladium, fatale imperij vestri pignus sacrilegis manibus direptum ire, ex illo, offensa dea, res eorum quotidie in peius migrare, debilitari vires, infringi spes, cadere animi. Quin offensionis, & iræ suæ certissima dedit indicia Pallas, cum vix perlato in castra simulacro, ex oculis eiusdem flammæ emicuerunt, sudor prorupit, ipsum aliquoties subsiluit, hastamq; & parmam concussit. Calchas augur primo quoque tempore domum renaugandum, auspicia repetenda, numen, cuius effigiem secum auexerunt, placandū monet: aliter Troiam capi non posse. Nunc domi noua arma comparabunt: cum dijs amicitiam quodammodo renouabunt, & opinione citius aderunt. Hæc interim molem in speciem equi cōformatā hīc p̃ piaculo reliquerūt.

Ideo

Ideo autem Calchas tam ingentem fabricari voluit, ne per portas quiret in urbem introduci, atq; ita populum Troianum, ut Mineræ clientem, tueri incolumem. Si enim hoc sacrum violassetis, aiebat idem (quod eius capiti eueniat) vobis id præsentis exitio futurum. Sin opera vestra in ciuitatem induxissetis, bellum hinc in Græciam translatum iri: & quorum parentes hodie Troianos oppugnarent, eorum posteros Troianorum vim, & arma experturos. Atq; his tam insidiosis, ac perfidiis sermonibus, extortisq; lacrymis facta nobis fides, captiq; & victi sumus turpissimè, quos nec tatorum ducum virtus, quanti Achilles, Diomedes, Agamemno, Idoneus, & alij fuerunt: nec decennium totum; nec amplius mille nauium exercitus capere, ac vincere potuerunt. Nihil hoc vno sol vnquam vidit indignius.

Laocoon cum filiis a serpentibus necatur.

His aliud maius.

Accidit & aliud, quod noua religione animos irretiuit. Laocoon sorte creatus Neptuno sacerdos, solenni more ad lirtus taurum eidem deo faciebat, cum ecce sonantibus, spumantibusq; vndis bini à Tenedo (horror mihi membra recordanti percipit) serpentes, nunquam visæ magnitudinis adnata: dimidium pæne aquis sublimè extabat, reliquum verrebat mare immensis voluminibus. Oculi flammis, & sanguine stabant, vibrabantur linguæ cum sibilis terrificè. Percussi tantis monstris huc illuc dilabimur. Illi rectà ad Laocoontem proserpunt, ac primùm duos eiusdem paruos filios complexi moribus perimunt: mox in parentem ipsam conantem pueris succurrere, inuadunt: pectus & collum implicant, vterq; bis, & nihilominus capitibus supra eius caput venenis perfusum longè eminent. Nititur pestem auellere, sed frustra. Clamat voce altissima, veluti bos cum incerto ictu percussus, ab ara fugiens horrendum mugit. Serpentes arcu succedunt, ibi ad pedes maioris statuæ Palladis se in spiras contrahunt, capitaq; & colla intra clypeum, & corpus eius insinuant. Spectaculum hocce terriculo, ac pauori fuit omnibus: existimatusq; Laocoon debitas persoluisse pœnas audaciæ, & impietatis suæ. Vno ore equum intra urbem recipiendum, Palladem propitiandam clamitant.

Equus introducit in urbem.

Diuidimus mu-
ros.

Ad opus accinguntur omnes: partem muri diruimus: subiectis rotis, intentisq; collo funibus trahitur, & truditur: pueri puellæq; circumfusi sacra carmina ad tempus composita concinunt, pariterq; trahere connituntur. Ita pernicialis illa machina introducit honorificentissimè. Siccine? ô patria, ô religiosissimum, belliq; studijs clarissimum Ilium. Res ominosa, sæpius inter promouendum restitit monstrum, auditiq; intus armorum crepitus. Nihilo segnius cœptum vrgemus nos cæci mortales, & communem pestem, ac vastitatem in arce collocamus. Cassandra vates, id quod aliàs non semel, tum quoque venturam, & præ foribus astantem nobis cladem occinit: sed Apollo fecerat, ut eius prædictiones fidem non inuenirent. Quin etiam miseri nos, vtpote quibus dies ille postremus fælicitatis, libertatis, vitæ demum illuxerat, templa omnia frondibus inumbramus, ferias publicitas, ludos, iocos, conuiuia indicimus.

Troia capitur Hektor & Euea apparet.

Vertitur interea cælum.

Nox superuenit, Troiani corpora quieti mandant. Græci à Tenedo soluentes, ad lunæ lumen Troiam versus classem deducunt, è prætoria naui sublatis facibus: ad quod indicium Sinon clandestinè claustra equi referat: inclusi per funem descendunt, ut & hinc altitudinem feri conijcias. In ijs Tisandrus, Sthenelus, Vlysses, Athamas, Thoas, Neoptolemus, Machaon, Meucelaus, & ipse architectus Epeus. Subitò ad iugulandum vias, domosq; concursant, quod illis facillimum fuit: siquidem ciues passim vino, somnoq; grauati iacebant. Inprimis contrucidantur vigiles, portisq; patefactis, & acceptis commilitonibus, interficientium, interfectorumq; augetur numerus. Cœcubium erat, & deuinxerat artus sopor altissimus, cum mihi imago Hæctoris oblata est istiusmodi. Mœstissimo vultu effundebat lacrymas largiter, bigis hærens, & pedes loro traiectus, puluere cruento sordidus, barba squalidus, concretis sanguine capillis, & vulnerum, quæ pro patria propugnans acceperat, plenus: heu longè alius, multumq; diuersus ab eo Hæctore, qui occiso Patroclo, cum Achilleis spolijs, quiq; iniectis in classem ignibus ouans redibat ad suos. Non potui, quin prior, in fletum solutus, eum alloquerer. O lumen, & decus nostrum, inquam, ô robur, & solatium nostræ ciuitatis vnicum, vbi tantas duxisti moras obsecro, mi Hæctor? vnde redis? redis profectò expectatissimus. Oh, quam te gratulabundi post tot, tamq; varios casus, post tot strages aspicimus? Heu quis vultum tuum tam amabilem, ac serenum adeo fœdauit? quis tam immanibus te vulneribus concidit? Ad has interrogationes, ut inanes, & tempori minimè congruentes ille nullum verbū: altius

alius autem ingemiscens, quin fugis, inquit, teq; incumbenti furaris exitio? Hostes intra moenia grassantur cædibus, incendia spargunt, obuios nulla sexus, ætatisue ratione habita, occisione occidunt, omnia diripiunt, diruunt, euertunt: satis superq; tuendæ patriæ laboratum est. Fatis malignis vtimur. Nam si humanis opibus defendi potuisset hæc vrbs, utiq; hæc mea dextera potuisset. Nunc tibi eius nomine sacra illius, Penatesq; cōmendo. Hos aufer itineris tui comites: cum his condendæ nouæ vrbi locum quære, quam post vagam, & longam nauigationem condere licebit. Hæc prolocutus, Vestæ simulacrum mihi cum vittis, igneq; perpetuo suis manibus tradit. Interea eiulatus, & lamentatio omnes vrbs angulos peruadit, crebrescuntq; clamores hominum, armorumq; strepitus, & exaudiuntur clarius, tametsi patris mei domus in secessu erat, arboribus tanquam nemore circumsepta. Excitus somno te- & q̄ conscendo, aures arrigo. Nō alia mihi rerum facies visa, quam cū maturam segetem ignis, vento acrius flante, depascitur: aut cū monte præcipiti cursu deuolutus torrens rapitur, sara, & arbores prosterbens, spectantibus ex alto, attonitisq; pastoribus. Tum Græcorum machinationes, & insidiæ patuerunt. Cremabantur, & ruebant ædes Deiphobi: ardere cœperant quæ proximæ Vcalegontis, aliorumq; principum: & ita iam se diffuderat incendium, ut vicinum æquor reluceret. Conclamabant viri, consonabant tubæ. Ego arma corripere, nec satis reputare mecum quid agerem, quidue inceptarem. Furor bellandi me agitabat: quærebam socios, & in armis potius, quam in pluma emori, pulcherrimum ducebam. Progredienti domo, Panthus Apollinis in arce sacerdos sit obuius, deos præ se portans, & manu altera paruum nepotem trahens, atq; ad littus properans. Quo, inquam, loco est summa respub. Panthu? & cum tu ab arce fugias, in quam nos arcem præsidij causa confugiemus? Ille cum gemitu. Actum est, perijmus, omnis nostra gloria ad Græcos transmittitur. Alij strictis ensibus vias obsident: vigiles semisomnes incassum resistunt. His, & deorum numine percitus, per flammæ, ferrumq; ruo, quò me impetus, clamorq; raptant. Coniungunt se mecum Ripheus, & bello strenuus Iphitus, Hypanis, Dymas, Choroebus iuuenis, qui per id tēpus cum manu subsidiaria Troiam venerat, & à Priamo filiam Cassandram in matrimonium petebat: cuius vaticinio si obtemperasset, vsq; hodie viuus, & fælix esset. Hos igitur cum ad dimicandum viderem alacres, hisce propemodum verbis sum affatus. Hem fortissimi viri, cernitis qui sit rerum status. Dij, quorum tutela stabamus, adytis excesserunt: frustra iam captæ, perditæq; vrbi succurrimus. Quid ergo? si vobis est animus, me extrema expertum imitari, agite, in medios Græcorum globos nos inferamus, vitamq; generose, si ita necesse est, profundamus. Nunquam neq; fortius, neq; faustius pugnatur, quam cum spei nihil superest: ex ipsa desperatione crescit animus, sequiturq; nonnunquā victos victoria. Valuit apud eos hæc oratio: mox velut lupi per nebulam rabida concitati fame prædam vestigantes, per tela hostium, mediamq; per urbem interriti ad certum interitum progredimur. Quis, ô dij immortales, tam disertus reperietur, ut illius vltimæ noctis cladem, & funera consequatur? Quis tam misericordi pectore, ut deslere tantam miseriam pro dignitate possit? Vrbs vetusta & nobilis, tot annorum imperio inclyta procumbit, plateæ, deorumq; fana cadaueribus opplentur. Nec tamen Troia soli, Græci etiam victores à victis occidebantur. Vt paucis comprehendam, plena erant omnia pauore, luctu, lacrymis, vlulatu, gemitu, & natabant pauimenta sanguine. Primus in nos Androgeus, bene stipatus incurrit. Is cum nos per incertum lumen lunæ, & remotiores adhuc haud internoſceret, Græcosq; arbitraretur, leniter tarditatem nostram, inertiamq; incusat, qui nunc primū aduentaremus à nauibus, quando cæteri rem pæne omnem iam transactam reddidissent. Cum nihil responderemus (etenim ne ex dissimilitudine linguæ suum erroremprehendens fugam capeſſeret, de compacto tacebamus) illico se ut feram in medios canes incidisse perſenſit: nec aliter, quam qui in senticeto imprudens serpentem calcauit, & in se concitauit obſtupēfactus, pedem referre parabat: sed tamen non etiam retulit. Nam confestim circumfusi, in attonitos impetum damus, locorumq; ignaros, & re improuisa perterritos ad orcum mittimus, indulgēte fortuna principijs. Choroebus optatissimo successu exultās, multoq; iam animosior, hortatur iremus viam, quam nobis fortuna, & virtus monstrarent. Indueremus arma interfectorum, ut pro amicis habiti, facilius hostilem sanguinem eliceremus: nihil

Aeneas oratio.
Exclamatio.
Iuuenes fortissimi.
ma pect.

Imprudens consilium Choroebi.
Primus se Danaum.

C

enim

enim in bello interesse, dolo an virtute evadas superior. Ipse primus Androgei galeam capiti, clypeū sinistrę, ensē lateri accomodat. Similiter Ripheus, Dymas, & reliqui cęsoriū arma sibi capiunt. Sic instructi, nos Gręcis incogniti, sed dijs parum annuentibus imiscemus, nec paucos anima spoliāmus. Ibi tū Gręci, viri utiq; bellicosissimi, & mortis cōtemptores ferocissimi, alij ad naues citato cursu contendunt, salutem suam ijs cōmendantes: alij, (ō fœditatem) denuo in ligneū equum, ut in arcem munitissimam, se recipiunt. At enim dijs nolentibus, nihil rectē vīpiam procedit. Ecce tibi virgo regia Cassandra, ab ipsis Minerę adytis, cuius erat sacerdos, crinibus p̄ terram trahitur: & quia manus vinculis impeditas nequibat, oculos cęlo tollit. Quā immanitatem in sponsam Choroebus pati non potuit, iraq; atrociorē stimulatus, in ipsum se trahentium agmen, stricto mucrone audacissimē ingessit, nobis ē vestigio cōsequentibus. Atq; hīc ē templi fastigio missilibus nostrorū, Gręcos nos ex armis, habituq; iudicantiū impetitur. Hostes propter ereptam sibi virginem furenter exardescētes, impotentius nos adoriuntur. Pugnā cōscrimus infestissimis, & infensissimis animis, velut cū venti ē regione depręliantur, sylvasq; & pontum immodicis flabris quassatum eunt. Illi in super, quos in fugam cōpuleramus, iterum apparent, socijs se agglomerant, prioresq; fallaciam nostram, & ex sermonis discrepantia Troianos esse deprehendunt. Nec mora, opprimimur multitudine, primusq; ante ipsam aram Minerę à Peneleo Choroebus trucidatur. Post hūc oppetit Ripheus, oīm Troianorum iustissimus. Sed ita dijs placitum, quibus solis impunē licet quodlibet. Hypanis, & Dymas à suis ciuibus, habitu nimirū deceptis, miserabiliter configuntur. Nec verō Panthum vel sua ipsius pietas, vel Apollinis auctoritas, cui erat sacerdos institutus, à morte seruauit. Testor vōs sanctissimi meorū cineres, nullum me illa exitiali nocte discrimen subterfuisse, atq; in hostes ad eō nō timidē ignaueq; pugnasse, ut, si in fatis meis fuisset, occidi meruerim. Postquā ex eo loco recessimus, ego, Pelias, Iphitus (quorū hic erat magno natu: illū vulnus in crure ab Vlyssē aliquādo inflictū retardabat) clamor dissonus apud regiam ingeminat: eō mox aduolamus. Inibi tantū certaminis, tantūq; cędiū offendimus, ac si tota vrbe foret oīū, & occideretur nemo. Facta testudine subeūt, aditusq; tentāt. Alij p̄ gradus, & portas intro rūpere moliūtur. Alij scalis admotis p̄ parietes ascendunt, cōtraq; tela sup̄nē incidētia sinistris clypeos obtendētes, dexteris murorū coronas, podiā, fenestrarū arrectaria apprehēdunt. Vicissim nostri turriū fastigia, cędiū acroteria, regulas, trabes, aurata quoq; laquearia regū veterū monimenta (in vltimo videlicet discrimine constituti) sup̄ hostes deuoluunt. Et erant qui intra regiā nudatis ensibus in statione manebant. Ausi sumus piū, honestūq; facinus, ut regię ppugnatoribus qualibuscunq; suppetijs adaugeremus animos. Posticulū extrabat à tergo regię, paucis notū, hostibus certē necdū manifestum: per quod ex suis ædibus Andromache nurus, sępius sola itare ad soceros, & auo Priamo Astyanactem nepotulū, qui cum ille lusitans senectutem oblectaret suā, adducere cōsueuerat. Per id ad solariū contendo, vnde nostri tela confertim vanis ictibus proijciebant. Ibi turrim excelssissimam, ex qua vrbs vniuersa, & Gręcorum naues, atq; castra aspectu obiri poterant, quā supremorum tabulatorum cōmissurę ad dissoluendū faciliores, ferreis aggressi instrumentis cōuellim⁹, & super hostium capita deturbamus, eoq; casu multos obterimus. Dicto citius in eorum locum alij succedunt: nec à saxis, nec à sagittis vltro citroq; mittendis requiescitur. In vestibulo regię Pyrrhus armis coruscus, instar serpentis (dū uerno tempore latebra egressus, pellem veterē ponit, & ad solem se volutās, linguā venenatā morat) magnis inflatus spiritibus sese ostentat, ac triumphat. Cum eo Periphas, armigerq; (antea Achillis auriga) Automedon, & iuuentus Scyria. Instant turbulentissimē, ignesq; iniectant. Pyrrhus rapta securi portā cauat, & à cardinibus tundēdo laxat. Per foramen vastum interiora palatij, armatq; manus custodientium aditus conspiciūtur. Summa rerum omniū perturbatio, confusio, dęsperatio. Resonant tectā clamore flebili, fęminę se effundūt ciulatibus, discursantesq; ipsos postes, & limina, quasi valedicturę, nec visurę illa de cętero cōplectuntur, & oscula infigunt. Pyrrhus paternę virtutis æmulus, validissimē vrget, ut eius impressionē nec portę vectibus, & seris obfirmatissimę, nec excubitores quāuis fortiter contra pugnantes, sustinere vltra possent. Ergo cardinibus auulsa ostia procidūt, vi introrūpitur, custodię obruuntur, & loca omnia hostibus inundantur. Non secus, quā cum magnis auctibus intumescens vche-

*Ad regiam, et
in regia gesta.*
**Diucelli-
mur inde.**

vehementer fluuius, oppositos perrūpit aggeres, liberoq; & spatioſo curſu per arua decurrens, ſtabula cū armentorum gregibus ſecum auectat. Conſpexi his oculis bacchantem in cædibus Pyrrhum, Menelaum, Agamemnonem. Conſpexi Hecubam, mulieresq; regias cōplures miſerè oberrātes, & Priamum ſacros ignes ſuo cruore reſtinguentem. Quinquaginta filiorū, filiarumq; thalamos, vnde tanta nepotum ſeries ſperabatur, auro, & hoſtiū ſpolijs affixis ornatiffimos, collapſos vidi, & Græcos quā flāma deficiebat, occupantes omnia. Sed tu forſitan Regina, ſeorſum, & pluri-
bus audire concupiſcis Priami exitum, Sic igitur habeto. Vbi captam urbem didicit, *Priami occa- ſus.*
viditq; hoſtem exultantē in regia, poſtulauit arma iam pridem geſtari deſita: & Forſitan
quanquam ſenio tremulus, tamen ea induit, & aduerſum hoſtes ire perrexit. Ædi- & Priami.
ficata ſtabat ſub dio ingens ara, & ad eam annōſa laurus, cuius vmbra, quam dixi, a-
ram, deosq; tegebat. Circum hanc tanquam in turbine, ac tempeſtate columbæ ſe
aggregarant Hecuba, & filix, ſimulacra diuū, ut ſpem vltimam amplexantes. At
enim vbi maritum ſenem intuita eſt Hecuba, perinde ut iuuenem armis cinctum,
increpitans, haud conuenire dixit nec ætati, nec tempori quod moliretur, cum vel
ipſe Hector, ſi viueret, actum ageret: quare coepto, & ſententia deſiſteret. Deinde
ad ſe pertractum in exedra locat, ibi aut ſeruandum ſimul, aut interimendum cum
vxore, & filiabus ſcilicet. Quid poſtea? audies. Elapſus Pyrrho Polites Priami fi-
lius, per hoſtes, per atria, & porticus, quanquam grauiter vulneratus, fugiebat per-
niciter. Telo inſeſto Pyrrhus ei inſtabat, eius iugulandi cupidiffimus, & propemo-
dum calcem calce premebat. Tandem adoleſcens vt fugiendo ad parentes perue-
nit, deſectus viribus concidit, & noua ꝑ perſecutore contactus plaga, in eorum con-
ſpectu vltimum edit ſpiritum. Tum Priamus, eſſi ſtatim moriendum ſibi ſciret, ne-
quiuit tamē in ira (quippe) voci temperare. Quare exclamās precatur à dijs, ut inter-
fectori illi dignū tali ſcelere præmium reddant: vt pote, qui ab ſe repulſa omni hu-
manitate, non dubitaſſet ante oculos patris trucidare filium. Longe alium fuiſſe
Achillem, à quo ſe genitū mentiretur. Etenim ſibi ſupplici honorem habuiſſe: cor-
pus Hectoris ad ſepulturam reſtituiſſe: ſe liberum, & illæſum in urbem, ac regnum
ſuum redire permiſiſſe. Sic locutus telum miſit, nullis pæne viribus: in extrema e-
nim clypei ſuperficie pependit. Reſpondet arroganter Pyrrhus. Quoniam ipſum
diceret menti genus, iret nuntius Achilli ad inferos, illic ſcelera, & degenerē nar-
raret ei filium. Hæc effatus, crudeliter ſenem ad aram raptat, per corpus & ſangui-
nem filij, leuamq; ſuam eius capillis implicans, dextra enſem capulo tenus trans co-
ſtas adigit, caput ceruice deſecat, truncum canibus, & volucris lanianum extra
urbem proijci curat. Atq; hæc fuit Priami potentiſſimi regis luctuofa cataſtrophē:
qui antequam ipſe occumberet, patriam, regnumq; ſuum vidit occidere. Cohorruī
hoc exemplo, & admonitus ſum patris mei, coæui Priamo, item vxoris Creuſæ, filij,
& familiæ. Circumſpicio quantus mecum numerus ſit: nemo quiſquam erat: labo-
rando enim deſatigati, cum ſe fruſtra laborare viderent, aut ſaltu ſe deorſum; aut in
ipſum incendium deſperabundi præcipitauerant. Reſtabam vnus, & dum huc
illuc vagor per cænacula, cerno loco abdito ad aram, & ſacellum Veſtæ ſedentem
Helenam: quanquam enim nox erat, nihilominus ſat mihi luminis flammæ ipſæ
miniſtrabant. Metuebat Illa Troianos, metuebat Græcos, maritumq; Menelaum
maximè: illos, ob euerſam ſua cauſſa Triciam: hos, ob tantas ærumnas ad Troiam
propter ſe exantlatas: hunc, ob deſertum cubile, fractamq; fidem matrimonij. In-
uaſit me ſubitò peripſematis illius occidendi mira cupido, & amor vlciscendæ pa-
triæ. Sic autem mecum voluebam. Quid ergo? num æquum eſt hanc abire incolu-
mem, videre Græciam, & de nobis triumphum agere? Iſta incedet comitata famu-
lis Phrygijs, & pediſequis matronis Ilienſibus captiuis, ijsq; nobiliſſimis? Itāne, cum
Priamus interfectus iaceat, Troia conſederit in cineres, tot centena millia vtrinq;
perierint? Non ſinam hanc beſtiam huius lucis vſura frui diutius. Nam ut fæmi-
nam necare non ſit laudabile, certè tam noxiam fæminam è medio ſuſtuliffe, il-
laudabile, & geſſiſſe morem animo, parentaſſeq; meorum manibus, etiam iucun-
dum erit. Hæc mecum ira ſupra modum æſtuans verſabam, cum ſe mihi inopi-
natò offert mater Venus, clariffimo ſplendore circumfuſa, ut antea nunquam: qua-
lis eſt cum cælitibus miſcetur. Confeſſa etiā eſt vltro ſemer, & me parantem trans-
figere Helenam, apprehenſa dextera cohibuit, & verba huiuscemodi locuta eſt. Talia ia-
C 2 Quis ctabam.

Priami occa- ſus.

Forſitan & Priami.

Æneas cogi- tat Helenam interficere, & à Ven. probi- betur.

Iamq; a- deo ſup.

Venus filium à cade coer- cet, domum mittit.

Talia ia- Quis ctabam.

Quis hic tantus furor tuus ô fili? quò te transfuersum rapit isthæc mentis impotentia? adeone nostri omnē te abieciſſe memoriam? Non tibi pater longæuus, non vxor. Creuſa, non filius paruus Aſcanius occurrunt? Cur non potius es de illorum vita ſeruanda, quam de huius auferenda ſollicitus? Equidem ferro, & flamma domus tua, omnesq; tui periſſent, niſi cura, & diligentia mea hoſtes iam diu abſtinuiſſet. Non Helenæ forma, mihi crede, non Paris, ſed deorum alienatio, & nocendi voluntas tantas opes diſſipat, & Troiam ſolo æquat. Ego offuſam oculis tuis caliginem diſpellam, faciamq; ut clarè contueare, quemadmodum dii ad perniciem veſtram incumbant. Tu quod iuſſero deinde, ne omittas exequi. En aspice vt ibi propter ruinas, quā puluis fumo mixtus attollitur, Neptunus tridente ſuo mœnia quatit, & à fundamentis euertere ſtudet. Hic Scææ portæ Iuno præſidet, accinctaq; gladio, Græcos reliquos à nauibus ſigno manus accerſit. In culmine arcis, vide ut cum Gorgone ſua Pallas minitabunda ſedeat. Quin ipſemet Iupiter Græcos confirmat, & aduerſum vos inſtigat identidem. Tradas te fugæ ſuadeo, & nolis inaniter laborando debere ludibrium. Fidelis comes ego ad paternas ædes ſaluū te perducam. Dixit, & ablata eſt ab oculis. Apparebant triſtes, & horrificæ deorum formæ, Troianisq; inimiciſſimæ. Viſum etiam mihi totum Ilium, velut excelsa, & annoſa ornus in monte ab agricolis ſuccifa precipere. Descendo de regia, & numine materno me comitante, ſecurus per hoſtes incedo. Domum vt perueni, inſtitui patrem mecum in mōtem vrbi vicinum deportare. Ille præſractè reſuſcit: non poſſe ſe Troia deleta ſuperſeſſe, & exulem viuere. Fugeremus nos, quibus ætas viridior, & ſanguinis copia ſupeditaret. Si dii voluiſſent eum ſuperare, vtiq; ſeruatuſque ipſi ſedem, ac domicilium fuiſſe. Satis eſſe, quòd ſemel Troiæ ab Hercule exciſæ ſupervixerit: nunc vnā cum patria æquiſſimo animo moriturum. Abiremus quòd luberet, hoſtem miſericordia captum, daturum eum neci, ſpolijsq; contentum, cadauer inſepultum relicturum: ſepulturæ autem iacturam in minimis ponendam. Iam pridem ſe dijs odioſum, & exinde pondus inutile circumire, ex quo ſe Iupiter fulmine appetiſſet. Hæc ita loquebatur, ut neq; à propoſito, ſuſceptoq; ſemel conſilio, neq; ab ipſo loco ſe dimotum iri, planè ſignificaret. Contra ego, coniunx, famuli, famulæq; omnes cum lacrymis inſiſtebamus rogare, ne ſecum nos tam multos omnes perditum ire vellet, neue mortem, quam facile poſſet effugere, ſciens ac volens in caput ſuum accerſeret. Surdo fabula. Quocirca rursus in pugnam, & in diſcrimen certiſſimum abiturus: quid enim agerem? ſic eum denuo compello. Mi pater, mi pater, quī nam credas me poſſe te relicto diſcedere? aut cur tam malum facinus iubes? Si ita decretum eſt dijs immortalibus, ut deleatur funditus hæc vrbs præclara, & ſtatutum tibi eſt, te, ac tuos ſimul offerre exitio, non difficile id conſequere. Mox enim aduolabit, qui Priamum ad aram, & filium ante oculos parentis maſtauit Pyrrhus: is nos ambos crudeliter iugulabit. Hem mater mea, ideone ſeruatus, & abſ te domum perductus ſum, ut in medijs ædibus hoſtem, vtiq; filium, patrem, vxorem in mutuo ſanguine contrucidatos aſpicerem? Sinite me, ô ſinite reuerti in prælium: non inultus occumbam. Obarinor iterum, domus limen premo. At ipſo in limine flens vxor ad pedes meos corruit, me tenet, communemq; ſobolem obiectans obſecrat, ut ſi tanquam moriturus diſcederem, raperem eos ad mortem mecum: ſiñ quippiam me virtute proſecturum ſperarem, primum omnium domum defendendam ſuſciperem: cui enim puerum, cui coniugem, quaſi non iam coniugem relinquerem? Hoc queſtu complebat ædes. Exiſtit portentum mirabile. Inter manus enim dum habemus filium Aſcanium, innocua flamma capilli eius exardeſcunt. Nos in timorem dati, ignem excutere, & affuſa aqua reſtinguere tentamus. Hic læticia cumulatus ſenex cum voce manus ſuſtollit, &, Iupiter, ait, ſi quid apud te piorū preces valent, quaſo reſpice nos, & ſi quid de te merita eſt pietas noſtra, ſer opem, atq; hoc omen euentu ipſo comproba. Vix ſinierat, cum proſperum tonuit, & labi viſa de cælo ſuper domum ſtella, multoq; lumine ſulcū longum deſcribens; in Idæam ſyluam procucurrit, locis latè circumſumantibus, quā ferebatur. Tum ſe victum confeſſus Anchifeſ exſurgit, deosq; & præſagum ſidus venerans, inſit. Nihil vos moror, quòd vultis, me ducite. Diſ maiorum noſtrorum, ſeruatore obſecro hanc familiam, ſeruatore nepotem Aſcanium. Vos hoc miſiſtis prodigium, in veſtra beneuolentia, & fauore Troiam habemus. En cedo, & tecum demigro fili. Hæc locuto, maiores flamma-

*Quoniam cū
patre, vxore,
filio geſta.*

*Aſt vbi
iā patriæ.*

flammarum crepitus audiebamus, propiusq; domum nostram, quam in secessu positam supra dixi, incendia voluebantur. Quoniam igitur locum precibus nostris reliquisti pater, & afflat iā domū nostrā quoq; cōmune vrbis totius incendiū, succollabo, tu onus meum, & sarcina esto, ne utiquam grauis, & molesta: qdquid euenerit, qualecunq; erit, tecū libens perpetiar. Iulum manu ducam, Creusa vestigijs meis incedet. Vos famuli mandata accipite. Extra urbē nostis collē, & in eo vetus ac desertū sanū Cereris, cū cupresso inuiolata ferro inde vsq; à maioribus. Illuc alio atq; alio itinere cōueniemus. Hem tibi pater simulacra: ego enim cēdibus pollutus, donec me aqua è præterfluente expiem, attrectare sacra non audeo. Deinde humeros leonina pelle instratus, senem tollo: dextram puer comprehendit, & paruis passibus, ut potest, iuxta vadit, retro vxor graditur. Sic per tenebras ambulamus. Me porro, cui paulo ante nec vlla tela, nec Græcorum cunei formidabiles, nunc aura minima, leuissimūq; sonitus in terrorem conijciebat: nō enim mihi, sed oneri, quod gestabam, carissimo, comitibusq; dulcissimis timebam. Attigeram portā, existimabamq; nihil restare periculi, & ecce audire videor contrā venientiū tumultum. Ipsemet etiā parens, per tenebras prospiciens, ratusq; se cernere clypeos, & arma fulgentia, fuge, exclamat, fili, quantū potes, appropinquant. Confusus animi, turbatusq; magno pere, per auia curro, aduersoq; nescio quo numine, vxoris penitus obliuiscor: nec prius in eius memoriā redeo, amissamq; intelligo, quā ad locum suprā nominatū deueniens, congregatis omnibus meis solā deesse, falsis nobis, qui lento eā passu sequi credebamus, animaduerto. Vtrum alicubi substiterit, refederitūc præ lassitudine, à via aberrauerit, nec dum scio, nisi hoc vnum, fato mihi ereptam, amplius eam non vidi. Quid putas? dolore propemodū insaniens, meiq; haud satis cōpos, in deos, hominesq; inuehor: nec enim in tantis calamitatibus quidquam ducebam acerbius, & intolerabilius. Relinquo meos in valle, commendatos socijs, qui aliunde eōdem cōfluxerant, sumpto clypeo in urbem, quā veneram regredior. Certum erat, totam perambulare, & dum coniugem modò inuenirem, quoduis subire periculum. Intro per portulam, qua egressus eram: sequor vestigia mea, oculosq; curiosissimè circumfero. Horroris plena omnia, & quod inter hostes non debebat, ipsum me silentium terrefaciebat. Occurrebat, domum forsitan redijisse: accedo, à Græcis occupatam, & iam ardentem conspicio. Quid si in regiam abiit? paternos lares videlicet, erat namq; Priami filia: nec ibi eam inuenio. Videbam autem à Phœnice, & Vlyssē congestam prædam in porticibus spatiosis, ad Iunonium asylum custodiri, res pretiosissimas, circumstantibus pueris, ac fœminis captiuis magno numero, lacrymisq; & gemitibus miserationem mouentibus. Quinimmo (ecce audaciam) inclamans altius per compita, Creusam meam sæpius vocaui, incassum tamen. Dum sic anxius oberro, & quærito thesaurum meum, dat se in conspectum ipsius Creusæ idolum, siue simulacrum, aliquanto maius quam pro eius corpore. Obstupui vehementissimè, & lingua torpescente verbum edere nequibam. Tum hoc me sermone affari, consolariq; cœpit. Marite iucundissime, quid est, quod tanto te labore crucias? diuinitus hæc contingunt. Non vult te Iupiter hinc abducere Creusam tuam. Perferendum tibi prænuntio longum exilium, nauigationem annorum plurium. Tandem Italiam, terram beatam tenebis, illic res tuas afflictas excipient secundissimæ. Nam cum coniuge regia, regnum te exspectat. Proinde ne lacryma (fletus enim erumpebat) mea caussa. Effugi malum: non perducam captiua in Græciam: nec vt aliæ matronæ Troianæ famulabor ego Dardanis, & nurus Veneris. Scito me hîc à Cybele deūm matre detineri. Vale mi vir, communemq; amborum filium charum habeto. Profundebant se lacrymæ vberius, volebamq; multa respondere, & amplecti conabar iterū, ac tertium, quod videbam: sed non aliter, quā ventus, ac somnium recedebat. Nouissimè ad focios, nocte iam diei cedente, reuertor. Ibi non mediocrem sanè nouorum comitum turbam reperio, paratorum mecum nauigare, quocunq; mihi placuisset. Liquidā iam lux erat, & Græcis omnia tementibus, cum necessario desperandum viderem, cessi necessitati, sublatoq; iterum in humeros patre, in montem Idam me contuli.

Æneas patrem humeris exportat.

Ergo age, chare pater.

Vxoris amissio, et eius umbra alloquitur. Hîc mihi nescio quod.



Paraphrasis IN LIBRVM TERTIVM ÆNEIDOS.

*Locus com-
miserationis.
Postquā
res Asiæ.*



*Prima profe-
tio, in Thra-
ciam. & quid
acciderit ibi.
Terra pro-
cul vastis.*

Voniam igitur dijs cælipotentibus ita complacitum fuisset, & fata nostra sic poposcissent, ut infontes tanquam fontes, & ob vnius culpam vniuersi extrema calamitate, exitioq; multaremur: & Troiæ vrbs quodam tempore potentissima, & beatissima, nunc deuicta, prostrata, diruta (fragilitatis & inconstantia rerum humanarum illustre documentum) ante oculos iaceret, reductis in memoriam, quæ diuinitus obtigerant prodigijs, atque monitis, nauigationem in longinquas, variasq; terras, ceu in exilia complura, & diuersa meditatur: in Ida monte agri Troiani cæsa materia, classem ad Antandrum oppidum propinquum ædificamus: haud satis compertum habentes, quonam gentium, locorumue appulsuri, & nuncubi sedem stabilem adepturi essemus. Interea dum fabricantur naues, ad discessum congregamur, ciuiumq; nostrorum reliquias, peregrinationis, & errorum, terra, mariq; futurorum socios colligimus. Verna cæli temperies appetiuerat, cum ad imperium Anchisæ parentis mei, cuius apud nos grauissima semper fuit auctoritas, vela pandimus, salo nos committimus. Hic mihi cum penatibus, cum filio, patre, ac ciuibus meis conscendenti, patriumq; solum (quid enim dicam patriam, quæ nihil iam, nisi campus visebatur) deferenti, oboriri ex dolore lacrymæ. Non longo admodum cursu abest ab Antandro, vnde solueramus, Thracia, regio latissima, & arcium militarium studiosissima: cui quondam Lycurgum illum immiti virum ingenio imperitasse, traditum est. Cum eo ipso populo, ridente adhuc fortuna, & rebus prosperè fluentibus, hospitium Troianis fuit, coniunctum inde vsq; à maioribus, & vtrinq; cultum sanctissimè. Huc primùm omnium venti me deferunt. Egre dior classe, ac vicinum littori oppidum (sed fati, id quod postea sensimus, repugnantibus) excirare instituo, deq; meo nomine ductum nomen illi Ænum impono. Veneri matri, dijsq; cæteris ad cœpta fortunanda rem diuinam perpetuo, ipsi Ioui, ut cælestium principi, taurum immolo. Fortè collèm prope conspicio, corno, ac myrto densè consitum. Accedo, & ad aram frondosa stirpe iuxta morem tegendam, myrtos humo vellere connitor. Ecce autem ostentum formidabile. Arbuscula enim, quam ab ipsa radice conuelleram, guttas cruentas destillat. Tali viso penitus cohorresco, & artubus omnibus contremisco. Ad cõuulsionem alterius me conuerto, tantiq; miraculi causam pernoscere studeo. Ad eundem modum sanguis è stipite defluit. Discrucior animi, & ancipiti cura distrahor. Quoniã verò occurrebat, posse Hamadryadum sanguinem esse, quas cum arboribus nasci, & interire opinio est, cum illas, tū Martem loci tutelarem bonis precibus rogabam, ne quid ex eo, quod mente sincera ac piã feceram, incõmodi in capita nostra redūdaret. Porrò vbi vehemētiore conatu, & genibus terræ obnitens ad tertium hastile couellendum incubui (ô rem post homines natos inauditam) ab infimo colle flebilis quidã gemitus ad aures meas accidit, & secundùm gemitum clamor, in hæc propemodum verba. Ah Ænea, quid miserum me dilanias? parere sepultum quiescere: noli sacrilegio incestare manus tuas, tuæq; pietati tam foedã impietatis notã inurere. Et Troianus, & affinis ego tuus: nec, quæ vides cruorẽ, de stirpib⁹ istis, sed de corpore meo pmanat. Scito Polydorũ esse me, & hinc telis, terraq; obrutũ: quæ tela de mēbris meis reuirescētia, in hanc syluulã excreuerunt. Quã citissimè potes, hinc p̄fuge: auarissimorũ mortaliũ, & parricidarũ hæc tellus. Quo me tū horrore perfusum, quo stupore, quæ formidine oppressum arbitrare? nec vnũ verbũ quibam proloqui. De Polydoro isto paucis.

paucis. Fuit filiorū Priami natu minimus: quē ille Troiam Græcis obsidio coarctantibus, desperationi iā proximus, cū multa vi auri, ut in sumptus aliquādo necessarios suppeditaret pecunia, ad Polymnestorem Thraciæ regem amicū, atq; adeo hospitē, ad seruandam videlicet, educandamq; familiæ regiæ sobolem vltimam, clandestino miserat. Ast homo oīm, quos terra sustinet, hominum sacerrimus, ab aduersa Troianorum ad secundam Græcorum fortunam transuolans, fidem prodit: quibus quod fieret acceptior (immò profectō, ut sibi aurum, de quo dixi, securē haberet) nobilissimum puerum crudelissimē necat. O aurum aurum, ut nullum est officium neq; tam sanctum, neq; tam sollemne, quod amor tui non violet. Nullum scelus tam execrandum, ad quod tu multos non sæpe adegeris. Pergam ad reliqua. Postquam animus ex consternatione, ac pauore inusitato conquieuit, ad patrem, & primores negotium refero. Illi ita censuerunt, æquum, planeq; necessarium videri, vti primo quoque tempore, è tam scelestæ regione, & detestabili hospitio discederetur. Quod itaq; humanitatis, & affinitatis iura à nobis flagitabant, Polydoro iusta soluimus. Terram in tumuli speciem aggerimus, aram vittis atris præcinctam constituimus, cupressum quoq; ut in funere, adhibemus. Mulieres Iliacæ effusis crinibus, patrio instituto tumulum circumstunt, cui inferias lac recens, victimarumq; sanguinem infundimus, & eodem defuncti animam consuetis, magnisq; & supremis vocibus elicimus. His transactis, simulac ventis mitescens mare tranquillatum ad cursum nos inuitauit, deductis nauibus Thraciam relinquimus. In Ægæo pelago insula iacet, vocabulo Delos, Neptuno, ac Doridi Nereidum matri præcipuē dilecta. Hæc cum antea fluctuaret, ventroq; agitata vagaretur, Apollo ibidem à Latona editus, eam constabiliuit, interq; Gyarum, & Myconen quasi vinculis alligatam consistere iussit. In portum, quem habet tutissimum, descendimus, urbem insulæ cognominem salutamus. Anius & Rex, & Apollinis sacerdos, caput laurea vittata redimitus præstō est: Anchisen vetusta amicitia sibi cōiunctissimum agnoscit. Quid plura? copulamus dexteras, & in oppidum pro charis, & iucundis hospitibus introducimur. Templum antiquissimum, religiosissimumq; comitatus ingredior, Deo supplex fio: daret certam sedem errantibus: auxilio esset ad condendam urbem perpetuam, ad propagandum genus Iliacum, Græcorum insidijs redactum iam ad paucissimos. Doceret quis sequendus, quò tendendum, vbi firmandæ sedes tandem. Sub hanc precationem locus contremuit, mons circumcirca insonuit, & perceptum est è cortina murmur ac fremitus. Mox proni in terram venerabundi cadimus, & hanc ipsissimam vocem auribus haurimus:

DARDANIDÆ DVRI, QUÆ VOS A STIRPE PARENTVM
PRIMA TVLIT TELLVS, EADEM VOS VBERE LÆTO
ACCIPIET REDVCES. ANTIQVAM EXQVIRITE MATREM.
HIC DOMVS AENEÆ CUNCTIS DOMINABITVR ORIS,
ET NATI NATORVM, ET QVI NASCENTVR AB ILLIS.

Secunda profectio in Delum insulam, & ibi gesta.

Sacra mari colitur.

Oraculum, et falsa eius interpretatio.

Istuc responsum fuit Apollinis, quod quidem propter promissam imperij æternitatem meritò consecuta est læta nostrorum admurmuratio. Quænam autem foret illa prima tellus, & quæ tandem antiqua illa mater, quæ ciuitas, quò redire iuberet oraculum, in quæstionem apud eos vertebat. Tum Anchises memoria repetens vetustatem nostræ gentis, primorumq; auorum historias, habere nos bonum animum hortatur: Cretam Iouis patriam, esse insulam maximam, centum vrbibus frequentem, & agri vberè præstabilem. Inde Teucrum Troiani populi conditorem in Phrygiam, & loca Troiæ venisse: ibi ante Ilium cōditum quoddam oppidum construxisse, & in vna mœnia, qui tum per valles sparsim incolebant, coegisse. Ergo Cretam acciperemus antiquā matrem. Huic cōiecturæ fidem facere similia sacra, similia locorū nomina. Nam & illic esse Idæum montem, ac nemus, vti apud Troiam: illic quoq; Cybelen (cuius currū leones trahūt) ipsdē cærimonijs coli: ut hinc generis cōiunctionē facile possis suspicari. Quare cunctandū nō videri: eundū alacriter, quò dij vocarent: ventis ppitiandis cædendā victimā: Cretam versus danda vela, quæ adeo non procul absit à Delo, ut eam luce tertia contingere queant. Hæc effatus, Neptuno, & Apollini, vtriq; taurum suum mactat: huic, propter redditum oraculū: illi, propter nauigationem cōmodam. Adhæc ventis tempestuosos ouem nigrā, lenibus candidam. Vulgauerat fama, Idomencum Cretensium regem pulsum regno in exilium ab

Tertia professio in Cretâ, & ibi gesta.
 Linqui-
 mus Or-
 tyg. por-
 tus.

lium ab indignis: quod nostris rationibus opportunissimum cadebat, non regnare videlicet ibi, quem bello Troico hostem senseramus infestissimum: & hac etiam de causa crescebat in insulam perueniendi cupiditas. Itaque sublatis anchoris à Delo recedimus, Naxon vitiferam, & Donyfan à marmore viridi prædicatam, Cycladas, aliasq; complures insulas præteruehimur. Audisses crebra vectorum, atq; nautarum celeusmata, ad petendam primæuam patriam vicissim cohortantium. Sanè felici flamine litus Cretæum tenemus: quod quanquam breui spatio concessum nobis fuerat, nihilominus id ipsum nimio opere concupiscentibus visum est longius. Hic iterum nouæ, & iam pridem optatæ vrbis fundamenta pono, Troiam nuncupo, & socijs eo nomine lætitia exultantibus, ad sacris operandum, ad arcem in propugnaculum extruendam, auctor, & hortator fio: ipse leges, & iura sancio, suum cuique locum ad ædificationem designo. Sed his curis, & recentibus connubijs, quæ inibantur, cœptæ præterea agricoltationi, laboribusq; nostris corrupta cæli aspiratione pestifera lues non modo hominum corporibus, sed fructibus etiam, & frugibus interuenit. Licebat videre passim animalia aut morientia, aut tabifico veneno confecta, morientium quàm simillima. Nimijs item solis ardoribus exustæ segetes omnem victus expectationem frustrabantur. In eo rerum statu pater aliâ imbibere sententiam, iubere, ut mutata velificatione, ac retro cursum flectentes, veniam rei malè intellectæ precaremur, & oraculum denuo, quis tandem laborum finis, vnde sperandum auxilium, quò nauigandum de cæterò, distinctè scitaremur. Matura nox erat, quo tempore genus omne animantum sopor deuinctum retinet, cum formæ deorum penatium, quos medijs è flammis seruatos, classe mecum vehebam, dormitanti mihi magis, quàm dormienti, ob sollicitudinem scilicet, qua angebar, quæ se

Penates per quiete docet Æneam veritatem.

Nox erat, & terris. lunares radij patenti fenestræ ingerebant, proprio, & claro lumine vestiti astare, & hoc sermone me compellare, angoremq; detrahare visi sunt. Nihil opus est, Ænea, repetenda Delo, deoq; de integro consulendo defatigari. Nam quod Apollo ibi erat responsurus, per nos hoc in loco tibi respondet, & vltro nos ad te transmittit. Nos capta, & inflamnata Troia per diuersa maria te haud secus, ac ducem bonum milites secuti sumus: nos te cum aspera multa pertulimus. Iidem, vt solidum gaudeas, posteritatem tuam gloria, & imperio in immensum auctabimus. Proinde tu magnis nepotibus urbem magnam fac ædifices (quibus enim amplissimum, latissimumq; destinatum regnum, his quoq; urbem spatiosam conuenire nemo non videt) & quod restat quantumcunq; itineris ne detrecta. Abeundum hinc: minimè Cretam Phœbus, sed quam Græci Hesperiam nuncuparunt, prouinciam nobilem, bellicosam, fertilem, quondam habitatam ab Oenotrijs, & nunc Italiam ab Italo rege, qui illuc è Sicilia habitatum concessit, nominatam, hanc ipsam, non aliam intellexit. Hæc est antiqua mater vestra; cuius in oppido Coryto Dardanus antiquissimus vester fator, cum fratre Iasio natus est. Hæc nobis fatali quodam munere præparatæ sedes. Quamobrem surge, quæq; audisti verissima, cum Anchise parente communica, & dicito, Italiam requirendam: in Creta vos confidere, Iouem neutiquam velle. Huiusmodi specie, & affatu deorum perculsus (nō enim dormire, sed reuera apertis oculis, & vigilans videbar intueri ipsa numina, eorumq; vultus, & vitris redimitas frontes agnoscere, & sudore præterea frigido corpus totum manabat) lecto desilio, supinas ad sidera manus tendo, sacrisq; rite functus, patrem lætabundus adeo, quid mihi quiescenti acciderit, recenseo. Illè, se propter geminum nostræ gentis auctorem (Teucrum nempe, & Dardanum: quorum prior è Creta, hic ex Italia in Phrygiam venerat) magno errore delusum, & oraculum perperam interpretatum esse agnoscit. Addit etiam, se regredi nunc demum in memoriam, quo pacto Cassandra vates sibi olim apud Ilium casus omnes, quibus nunc affligeremur, prædixerit: & sæpe Italiam, quò venturi aliquando essemus, inculcauerit. Sed partim longinquitatem loci, partim Apollinem ipsum, cuius auctoritas prædictionibus virginis fidem abrogarat, fecisse, ut vera pro fictis duceret. obtemperandum itaq; diuinis hortatibus, & improvidè, ac malè inchoata, bene, ac sapienter mutanda in melius. Paremus cuncti mentibus æquissimis, & haud ita multis ad nouam urbem incolendam relictis, Creta demigramus.

Tempestas. & quarta professio in Sirophadus.

Cum iam alto mari veheremur, nihilq; præter fluctus, & cælū aspicceremus, ruere è nubibus imber effusissimus, tenebris, & frigore nigrescere, horrescere omnia. Ventorū rabie freta tumescunt, fluctus attolluntur, vti pilæ huc, illucq; projicimur.

proijcimur, Cælo discedente, micare crebra fulgura. Proposito cursu auertimur, & per vndarum illos campos nihil cernentes, incerti vagamur. Palinurus, alioqui nauticulariz callentissimus, aliorumq; gubernatorum magister, & caput, dici an noctis altum tempus voluatur, negat se satis posse discernere: & quam viam tenere statuerat, se nuce. amisisse conqueritur. Tempestas illa, ut coniecimus, triduo toto perduravit. Quarta primùm luce terra visa aperiri, fumus, & montes surgere. Demittimus vela, nautæ remigio totis viribus dant operam. Defunctos atrocissima procella insulæ quædam magis Ionij, quibus græcè Strophades nomen, excipiunt. Eas insulas habi- *Harpyia, et cū* tant Harpyiæ, ex quo Phinei regis Thracum ædibus, mensaq; à Zetho, & Calai Bo- *ijs pugna.* rez filijs abactæ sunt. Monstrum fœdus excogitari posse non arbitror: nec valere Quas di- deos, ut maximè velint, sæuiorem pestem ab inferis aduersum mortales euocare. Fa- ra Cæl- cies illis virginum, manus vnguibus immodicis, & recuruis, ad rapiendum compara- no. tæ. Alui profusio miseras semper exercet: inde ora perpetuò esurientium, continuo pallore suffunduntur. Portu digressi armentum nitidum, & caprarum gregem pas- cere sine custodibus aspiciamus. Rati igitur, necessitatem, quæ tum nos vrgebat, do- minari legibus, cum gladijs, & hastis in boues irruimus, Iouem vocantes auxilio, & de præda illi, pro more, partem suam voto pollicentes. Propter littus pro tempore toris excitatis, de asso bubulo epulamur hilariter. In medio epulationis Harpyia- rum repentino aduolatu infestamur: de propinquis enim montibus, magno cū ala- rum stridore aduenientes, in dapes impetu ferebantur, sonos terribilissimos emittebāt, & reliquias contactu immundissimo conspurcabant. Iteratò in secessu, sub quadam rupe, inter arbores mensam apponimus, focolum Ioui cum prædæ particula incen- dimus, quemadmodum ante feceramus. Ecce tibi rursus aliunde è latebris execran- dæ alites se ingerunt, & cum sonitu horrendo accumbentes circumuolitant, ore, animaq; fœtida cibos abominandos efficiunt. Tum ego meis præcipio, arma expe- dian, cum portentis illis configant. Iussu faceffunt, enses strictos, & scuta in grami- ne abscondunt, ut in eas de improviso incurrant. Mox ut prodeuntes è specula Mi- senus prospexit, tuba signum dat. Inuadunt nostri, & prælium inauditum, aduer- sum volucres videlicet, gerunt. Ob læuorem plumarum vulnera non admittebant, ac volatu celeri in altum se proripiebant, arrosas epulas, & vestigia spurca, propter consuetum ventris fluorem relinquentes. Princeps earum (tres autem sunt) Cælæ- no, ex alta rupe hæc nobis auditu terrifica vaticinatur. O perfidissimi mortales, Lao- medonteæ progenies, id est malorum coruorum oua pessima: parumne satis est in terra aliena boues alienos mactasse & deuorasse etiam? Nunc, quasi faciendo iniuriā, accepissetis, bello nos audetis laceffere, & de patria possessione (sumus enim Põti fi- lij) ferro nos pellere. Audite igitur, quòd Phœbo Iupiter, Phœbus mihi indicauit.

ITALIAM CURSV PETITIS, VENTISQVE VOCATIS

IBITIS ITALIAM, PORTVSQVE INTRARE LICEBIT.

SED NON ANTE DATAM CINGETIS MOENIBVS VRBEM

QVAM VOS DIRA FAMES, NOSTRÆQVE INIVRIA CÆDIS

AMBESAS SVBIGAT MALIS ABSVMERE MENSAS.

Hæc ubi dicta dedit, in syluam sese abdedit. Nostri metas incessere, trepidare animi: nec iam armis, sed precibus potius summissis agendum, pacemq; poseendam oēs sen- tire: siue genus aliquod deorum sint istæ Harpyiæ: siue tātum monstra quædam vo- latilia. Anchises, ut qui pietate antestaret omnibus, primus passis manibus deorū cæ- lestium opem implorat, & conuenientia eorū maiestati sacrificia indicit: rogat vti auerterent, & detestarentur à nobis, tristissimum hoc vaticinium, suosq; cultores sal- uos, ac tutos præstarēt. Deinde mandat naues celeriter armari. Solutis anchoris fæ- liciter currimus, quæ venti impellunt, & gubernator clauū dirigit. In transitu occur- runt insulæ Zacynthus, Dulichium, Same, Neritos: occurrit Ithaca asperimis affixa saxulis, egregium verò, & latissimè patens regnum Vlyssis, quem diris cum regno, & patria sua configamus. Cernitur postea Leucates Epiri mons præcellus. Ex eo *Professio* in pelagus procurrans petra alba, in qua delubrum Apollinis. Circum eundem locū *quinta, in E-* multi sub aqua scopuli, nauigantibus meritò formidati. Huc, quanquam periculose, *pirum.* propter defatigationem contendimus, religatisq; in littore nauibus, Actium oppi- Mox & dulum introimus. Sic inopinatò, & citius quam speraueramus, terra potiti, Ioui nos Leucata. expiamus cum sacrificio, & apud Actiacum promontorium consuetos ludos com-

D

mittimus,

mittimus, nudatisq; & oleo perunctis corporibus, palæstra cōcēramus. Mulcemur voluptate insolita, dum tot vrbes, & insulas hostium nos illæfos, & incolumes præterijisse reminiscimur. Interim completis mensibus annus finitur, & glacie flumina cōcrescunt. Ego inter spolia apud Troiam ablatum Abanti, ingenti viro ingentem clypeum, ad templi valuas in dedecus Græcorum apud ipsos Græcos affigo, cum istoc epigrammate :

ÆNEAS HÆC DE DANAIS VICTORIBVS ARMA.

*Sexta profectio
Ene. Buthrotum,
ad Hel. & Androm.
Linq. rû
port. iu-
beo.*

Cogo meos ad naues: remiges officio suo non desunt. Præteruehimur Coryram, & Epiri littora legentes, velis in portum Chaonium volamus. Inde cum versus Buthrotum urbem ascenderemus, incredibilis cuiusdam nouitatis nuntiam famam accipimus. Quid enim tam incredibile, ac portentosum, quàm Helenum Troianum, Priami filiū, Paridis germanū fratrem, Græcis cum omnibus suis exosum, & inuisum maximè, regnum inter Græcos adeptum, victūq; iura præscribere, & leges dare victoribus, successorem Pyrrhi, qui patrem eius interfecisset? nec successorem tantum in regno, sed etiam in cōubio: quippe ducta Andromache, quæ quondam cū Hectore nupta, Pyrrho sorte obuenerat. Hæc nobis admiratione obstupescens narrabatur. Exarsi miro desiderio videndi, & compellendi heroem, atq; ex eius ipsius ore tantam rerum conuersionem cognoscendi. Progredior, ut dicere cœperam, à portu, & in luco suburbano ad aquulam Simoënta (sic namq; fluuiolum ob memoriā Simoentis clarissimi fluminis Troiani appellauerant) offendo Andromachen, instaurantem inferias anniuersarias Hectori suo, cui tumulum cespititiū, cum duabus aris cōposuerat, ut sibi hisce monumentis vberiores cieret lacrymas. Simul me vidit accedentem, & arma, atq; ornatum Troianum in me, comitibusq; meis recognouit, perculsa re longè inopinatissima, & defecta viribus atq; animo, collabitur humi. Tandem ubi vigor in membra redijt, sic me alloquitur.

*Colloquium
Andromach.
& Eneæ.
Nate dea,
vivi's ne?*

Fallor, Ænea, an hæc est ipsissima facies tua? viuūmne, an mortuum te conspicio? si superas, dic mihi. Sin autem vixisti, & hæc vmbra est tua, ubi, ô vbi est Hektor meus, affinis, & amicus tuus? cur tecum coram præsens non adest? In hisce verbis dolor ei vocem icludit, in fletum se, & eiulatum effundit, locis circumcirca resonantibus. Colliquefactus ego sympathia, interruptis & fractis vocibus, & hians veriùs, quam loquens responsum paucis reddo. Viuo Andromache, noli dubitare: sed ita viuo, ut me huius lucis pertæsum sit: quippe quem omnes miseræ, & ærumnæ premunt, quemq; salus ipsa seruare si velit, vix potest. Heu Andromacha, quis tantus, tam aduersus casus te tali tantoq; marito spoliavit? tu aliquando coniux illius inclyti Hæctoris, nunc cum Pyrrho cubile socias? quæ isthæc vicissitudo? Tum illa præ verecundiâ demisso vultu sic excipit. O te Troianarum fæminarum fortunatissimam, Polyxena, quæ apud patriam ad Achillis cenotaphium pro inferijs mactata, sortem euasisti. Tu cum ingenuitate, & virginitate tua perijisti, nec victorem pro hero, & viro sufferre, ac perpeti coacta es: ego miserrima in sortem coniecta, ardente patria ab hostibus in peregrinam regionem abducta, factum intolerabilem iuuenis superbissimi, magis eiusdem serua, quàm vxor sustinui. Is deinde Hermionen Menelai filiam Leda neptem adamauit, eiusq; thalamum concupiuit, ac me seruam cum Heleno seruo nuptijs coniunxit. Orestes charissimam sibi sponsam, contracto iam cum altero matrimonio præripi vehementis indolens, & etiam tum furij, quibus ob matricidium solebat, agitated, nihil sibi tale metuentem Pyrrhum, Delphis ad aram, quam Achilles pater eius Apollini dedicarat, contrucidat. Eo mortuo, per beneficium, & gratiam Molossi priuigni, quem ego Pyrrho peperit, Heleno pars Epiri cessit, eam ille à Chaone fratre suo Chaoniam cognominauit: & præterea ex amore in amissam patriam, & ad qualecunq; solatium nostrum, his ipsis, quæ vides & videbis locis Troiana vocabula imposuit, oppidum Troiam nuncupans, fluuiolum hunc Simoentem alium Xanthum, portam quandam Sczam, murum Pergama. Arcem quoque ad imitationem Iliacæ arcis in hoc monticulo molitus est. Te porro, mi Ænea, mi Ænea, qui adeo secundi, & oprabiles venti, quæ fata tam fausta ac fælicia in hæc oras apportarunt? Equidem te saluum huc appulsum nimium quantum gratulor, & aspectu tuo immortaliter gaudeo. Quid verò Ascaniolus noster, num superstes? quomodo fert extinctæ matris desiderium? ecquid elucet in eo egregia quædam virtutis indoles, videturq; olim & tui patris, & auunculi Hæctoris fore similis?

Hæc

Hæc omnia cum lacrymis, quanquā inanibus, dulcibus tñ prosequēbatur. Pluribus cum essemus collocuturi, procedit ab vrbe Helenus, frequenti satellitio stipatus, facitq; quod homines non sepe solent: ex miseris enim beati, & humilibus excelsi, suos, vt infra se lōgè positos, ignorāt, & erubescunt. Agnoscit nos lætus, ac libens: secū in oppidum perducit, & inter eundum, dum manu sua manum meā tenet, meumq; sermonem amantissimè cōfert, partim ex oblata sibi lætitia, partim ex recordatione fūditus deletē patriē, quā illi præsētia nostra renouabat, lacrymas effundit tā benignē, ut earum copia sermonis modum propemodū vinceret, & verba identidē singultus intercideret. Promotis gressibus pusillam quandā Troiam, amplissimorumq; Pergamorum qualem qualem similitudinē, & riuum Xanthum appellatum, & Scææ portē aliquantam effigiem intuemur. Nemo in nauibus relinquitur, simul omnes in urbem accipiuntur humanissimè. Porticibus spatiosis mensæ luxu regifico apponūtur, ministratur vasis aureis, & argenteis, ducuntur pocula meraciora indulgentius, & pcul ex animis tristitia oīs fugatur. Biduum in cōmunibus hisce gaudijs egeramus, cum ego discedendum, & cōmoditatem ventorū, quæ inciderat, minimè negligendam ratus, hac oratione Helenum aggredior, eumq; uti vatem (nam simul rex, simul fatidicus erat) quid mihi faciundum censeret, percunctor. Tu, inquam, deorum immortalium internūtic, atq; interpres, qui Apollinis instinctus numine, prænosti oīa, quiq; omnis præsensionis es scientissimus, siue ea ad tripodē pertineat, siue ad aspectum siderum, siue ad volucrum vel garritum, vel volatum: ne mihi grauatē ostendas quæso, quid sequendū, quid omni studio cauendū existimes, vt tandem aliquando miseriarum portum aliquem, ac terminū queam inuenire. Tamen si enim dij oēs, & quæ oracula nobis fortunata cecinerunt, suaseruntq; in Italiam contendere (vnā Celeno Harpyiam excipio, quæ dirissimam famē denuntiauit) nihilominus etiā te audire aueo, & arbitriū meum ad tuum iudiciū aggregare cupio. Helenus velit nec ne, verbis haud indicat: sed re ipsa facturū se, quod petebā, ita demonstrat. Primū cæsis, ut mos, iuuenis aliquot, & cōceptis precibus, deos sibi reddit beneuolos, quorum afflatu vera prænuntiare possit. Etiam vittas soluit, ac deponit: ut hoc indicio, se animo soluto, ac libero, nullaq; noxa obstricto ad deos accedere, & vnumquemq; accedere oportere significet. Postremò me sollicitum, & ut in re magna, ac diuina attentum, & cogitabundum apprehensa dextera in ædem Apollinis deducit, in huiusmodi verba vocem soluens. Non est dubium, Ænea nobilissime, te summa sumorum deorum voluntate, fatisq; conspirantibus (quæ sic disponit, & moderatur diuū parens, & imperator Iupiter) hanc nauigationem ingressum. Habeo quidem multa, quæ panderem tibi: sed ex his quædam scire te fata non permittunt: quædam profari me Iuno vetat. Duo igitur hand tacebo, quemadmodum cum securitate porro nauiges: & qua via in Italiam peruenias. Principiò Italia, quam tu vicinam autumas, & breuem hinc transmissionem tibi polliceris, longis vijs, & inuijs, ac per terras multas interpositas tibi petatur necesse est. Totam pæne Siciliam circumnauigabis prius, & Tyrrhenum mare lustrabis. Adibis ante Lucrinum, & Auernum lacus, inter quos specus, per quam ad inferos iter patet. Accedes etiam ad insulam Cîrces, ubi homines cantionibus veneficæ illius in belluas transmutantur. Hæc omnia oportet antè facias, quàm tuto loco urbem constituas. Quo autem loco debeas constituere, hoc habeto signum, & diligenter manda memoriæ, nec tanquam vanum repudia. Cum fortè anxius, & anceps animi secus Tiberinum littus oberrabis, sub ilice iacentem scrofam animaduertes, ingentem, albam, cum triginta catulis ad papillas hærentibus. Hic demum locus vrbis, & laborum meta, & fælicitatis initium erit. Quod ad mensas ob magnitudinem famis deuorandas attinet, ne tibi istuc timori, ac terrori sit. Famen patiemini vos quidem, mensas absumetis: sed fatorum prouidentia, & Apollinis præsenti ope calamitas leuabitur, & omnia bene euenient. Iam verò oram istā, quæ ex aduersum Epirotici maris fluctibus tunditur, vitare labora omnimodis: cōplures ibi Græcorum stant vrbes, Troianis infensissimæ. Ibi è bello reuerfi manserunt Locri Narytij: Salentinum agrum occupauit Idomeneus Cretensis: ibidē paruum oppidum Petiliam Philocteres Melibœensis Thessalus condidit. Hoc item te monitū volo, cum mare traieceris, & in littus Calabrum exscenderis, ut illic ara ad tempus composita rem sacram conficias, purpureo velo ad opertus caput: ne forte conspectu hostis alicuius, Græci inquam, perturbatus, ea interrupta, cogaris te

ris te in pedes dare, & de integro operandi facultas postea nulla sit. Hanc cærimoniam, obnupto capite sacrificandi, & ipse solemnem custodies quoad viues, & veluti per manus ad posteros transmittes. Exinde ad Siciliam te venti portabunt, claustraq; Pelori magis, magis sese recludent. Tu in læuam contortis hinteis nauiga, quauis longo circuitu: dextrum latus memento fugere. Ea parte fuit cum Sicilia Italia indiuisa cohereret: verum æstu maris separata, hodie paruo quodam freto disiunguntur. Est autem ad dexteram Scylla, ad sinistram Charybdis, duo loca nautis deuitanda, ut nihil magis. Hæc vndas profundissima voragine alternis absorbet, & reuomit altissimè. In specu saxeo sub aqua Scylla est abdita, quæ attracta nauigia demergit. Pars superior corporis ad pubem, virginis speciem exhibet: cætera ab vtero, pristis, marina bellua, delphinum, luporumq; caudis permixta est. Tutius infinitis partibus ad Pachynum vsq; quàm Sicilia meridiem spectat, licet incassum, nauigare, cursu longissimo, quam compendio per dextrum littus, Italiae velle succedere, & monstrum hocce cum canibus latrantibus aspiciendo, vitæ aleam subire. Denique si qua mihi est prudentia ut homini: si qua tribuenda fides ut vati, diuini scilicet numinis compoti, vnum hoc præ omnibus fidelissimè suadeo, hoc te etiam atque etiam, vehementerq; moneo (est enim momenti maximi, & in eo sita sunt omnia) Iunonem reginam votis, precibus, donis placare: siquidem præpotentes aduersarij, & inimici opulenti obsequio potius emolliuntur, quam resistendo superantur. Sic tandem è Sicilia cupitam diu Italiam intrabis. Cum intraueris, Cumasq;, & ad sacros lacus Auernum, atq; Lucrinum te pedes tulerint, Sibyllam inuenies, fatilouam virginem, deo plenam, antrum quoddam habitantem. Consuevit ea notis quibusdam in palmarum folijs exarare, quæ hominibus euentura canit. Et responsa sua sic descripta, postmodum in ordinem digerit, & in antro relinquit. Manent illa immota, suoq; loco, & ordine: nisi cum ventus ianuam impulit, tum enim disiecta ac dissipata folia per specum volitant: quæ denuo colligere, & ad pristinum situm, ordinemq; redigere illa neuiquam curat. Ita fit, vt qui consultum aduenerant, inconsulti, dubij, responsoq; frustrati recedere cogantur. Qua de causa irascuntur, & sedem illam auersantur. Tu cum in illam viciniam veneris, nullum moræ dānum tanti facito, quin valere iussis sociorum querimonijs, & vento quantumcunq; secundo posthabito, ad Sibyllam adeas, oraculum exquiras, & ores, ut te voce ipsa, non per folia conscripta erudire ne recuset. Docebit te Italiae populos, & bella quæ habes cum illis gerere: quānam labores singulos vel declines, vel tolerando minuas, & quomodo vtiliter nauiges. Hæc erant, quæ te audire fas, & æquum fuit. Nunc vade cum dijs beneuolentibus, mi Aenea, & rebus præclare gestis, Troianum nomen æternitati commendato. Post hæc varijs muneribus me donat, eaq; nauibus importari iubet,

*Donationes
Heleni, et Andromaches, et
vtriusq; valentissimas.*

*Dona
dehinc
auero.*

aureis, eburneis, argenteis, & Dodonæis præterea lebetibus. Insuper inaurata lorica, cristata galea de Pyrrhi spolijs. Adjicit equos lectissimos, & nonnullos belli duces eximios. Et Anchisen quoq; ætati congruentibus donis afficit. Non se his finibus cohibet eius liberalitas, & munificentia regalis. Remigum numerum instaurat, vectoribus arma bellica suppeditat. Pater ventis placidum flantibus imperat naues expediri: ad quem vultu, & verbis amicissimis Helenus. Hem Anchise, cuius connubium non est dedignata Venus, quiq; singulari deorum erga te studio, atq; cura bis capta vrbe (ab Hercule nimirum, & à Græcis) seruatus, & ex hostium manibus elapsus es: ecce tibi Italiam, eò appelle. Hanc tamen ipsam relinquere, & radere tantum oportebit: illa enim pars eius, qua ex Apollinis prædicto vobis ingrediendum est, longioribus multo spatijs hinc distat. Dij iter vestrum bene fortunent. O te terq;, quaterq; beatum tali, tamq; pio filio. Sed cur ego sum verbosior? cur vos inuitantibus ad nauigandum ventis diutius detineo? At vero Andromache quoq; eorum digressu mœstior, quorū ex aduentu tantam animo suauitatem hauserat, condecencia puero Ascanio largitur munera: vestem nempe formis rerum variarum aureo filo intertextis, chlamydulam factam opere Phrygio, & textilia insuper pulcherrima, hæc subijciens. Accipe hæc, charissime Ascani, mea industria, & hisce manibus meis confecta munuscula, argumentum amoris erga te Andromaches, nuptæ quondam auunculo tuo Hectori. In te Astyanactem meum ceu rediuium contemplor. O quam illius oculi tuis oculis, illius manus tuis manibus, illius deniq; totum corpus, & omnia lineamenta tuo corpori, tuisq; lineamentis similia: qui tecum nunc, si superesset, vt coæuus, pubesceret, Abiens

Abiens ego valedicebam, nec poteram tenere lacrymas, & bene precabar ciuibus, amicis, hospitibus meis tam liberalibus. Dij, inquam, velint hanc vobis fœlicitatem esse perpetuam. Vos iam casibus vestris perfuncti estis. Vobis datum est tranquillum ætum copijs omnibus circumfluentes ducere: per nullum mare amplius currendû, nec quærenda Italia: quam quò nos diutius quærimus, eò videtur refugere longius: & aliud nos super aliud infortunium percellit. Intuemini & nunc Troiam vestram, & Xanthum vestrum, manuum vestrarum, rerumq; dulcissimæ olim patriæ monumenta iucundissima. Deos precor, ut secundioribus hæc auspicijs, & minus Græcorum armis, ferroq; exposita retineatis, quam Troiam, cuius imaginem gerunt, nos habuimus. Polliceor etiam, cum in Italia sedem fixero, curaturum me, & posteris testamento seriò mādaturum, vti vrbes Italicas cum Epiroticis propter cognationem (quippe qui genus ad eundem auctorem Dardanum referimus, & ut eiusdem ciuitatis ciues idem exitium communiter pertulimus) fœdere sanctissimo & firmissimo consocient: ut quoniam corporibus ob interuallum loci, etsi non adeo magnum, coniungi non possumus, animis saltem, & voluntatibus coalescamus.

A Buthroto ad Ceraunia (Epiri montes sunt) peruehimur, vnde cursus per breuis in Italiam. Sol ad occasum præcipitat: nos per vireta discumbimus, & firma-
Septima pro-
fectio a Bu-
throto ad Ca-
labria littora.
 tis cibo corporibus, sorte officia naualia distribuimus, somnumq; capessimus. No-
 Æte adulta Palinurus, cuius semper mira eluxit in munere suo obeundo alacritas, labria littora.
 sopore excusso surgit, flatus solerter obseruat, etiam auribus (quæ enim spiraturi Prouchi-
 sunt venti, inde aëre frigescente, aures frigus persentiunt) obseruat, ut dicebam, mur pe-
 ventos, qui nam, & vnde veniant, stellas item considerat, præsertim arcturum, hy-
 adas, vtramq; vrsam, & Orionem, quo astro nihil in cœlo fulgentius. Vbi animad-
 uertit esse omnia ut voluit, claro signo è puppi misso multitudinem omnem exper-
 gefacit, & ad conscendendum vocat. Velificantes procedimus. In crepusculo ma-
 rutino montes Italicos ceu colles, & Italiam ipsam, propter distantiam depressam
 intueri incipimus. Achates primus gaudio nouo cumulatus exclamat, Italia, Italia:
 sequuntur cæteri, confusisq; vociferationibus Italiam hilariter salutant. Tum An-
 chises pateram satis capacem vino implet, floribus coronat, & in extremo nauigij
 consistens, ac marinis, terrestribus, tempestatumq; dijs libans, ijs supplicat, ut eo-
 rum beneficio temperatis flatibus, reliqua nauigatio oprata contingat. Valuit pre-
 catio: portus paulatim, quippe appropinquantibus, patescit, & in edito loco templû
 Palladis conspicimus. Antennis demissis vela colligimus, littori nauium proras ad-
 uertimus.

Est portus in orientem spectans, arcus gerens similitudinem, ex quo
 cautes, seu scopuli præalti, & instar turrium erecti eminent. Hi velut brachia duo
 dextrâ, læuâq; mari obijciuntur: & his, irruentes ab alto fluctus refringuntur. Ipse
 ab iniuria pelagi, omniq; impetui liber, procul intuentibus non apparet. Templum
 Mineræ, quod ante supra litus positum credidisses, longius abesse iam cernitur.
 Primum omen, quod se obtulit, fuerunt equi quatuor candidissimi, pascentes per
 campum latissimum. Eorum aspectu perterritus Anchises, continuo in hanc vocem
 erumpit: Heu terra hospes, bellum nobis denuntias, equus enim animal bellicum.
 Veruntamen ominemur melius: est etiam vectarium animal equus, currui iungi-
 tur, & frænum accipit, eiusq; opera & in pace vtimur. Quare & pacem nobis quin
 portendant isti equi, nihil impedit. Mox Palladi, vt armorum præfidi, preces ad-
 hibemus, cuius templum primum se offert. Rogamus, in prospera commutet, si
 quæ aduersa impendeant, & quos ouantes acceperit, ouantes dimittat. Item Iuno-
 ni Græcorum patronæ, Heleni præceptis obsecrâ sacra facimus. Ijs perfectis,
 quando hac tantum de causâ litus Calabrû petiueramus, illico obuensis pelago pro-
 ris, suspectam regionem deserimus: quippe quæ à Græcis coleretur, inimicis nostris
 capitalibus: quorum proinde vim, & insidias nō iniuriâ pertimescebamus. Hinc sinû
 cōspicimus ab oppido Tarento cognominatum: quod quidem oppidû Phalantus,
 ab Hercule octauus, à Tara Neptuni filio olim conditû amplificasse, & ab eodem Ta-
 rentû indigitasse perhibetur. Incurrit etiâ in oculos nostros promontoriû Laciniû,
 vbi fanû Iunonis Laciniz. Et Caulon mōs, & Scylaczü oppidû (ppe quod ob saxa
 sub vndis latetia certû naues discrimē adeūt) & Ætna mōs Siciliæ notissimus. Iuxta
 Scyllâ, & Charybdim horrida pelagi murmura, vndarûq; à littorib⁹ repcussarû soni-

*Descriptio por-
tus, omen e-
quorû, sacrifi-
cium, et octa-
ua, ad Sicilia
littus profe-
ctio.*

Portus ab
Eoo.

aures nostras feriunt, æstus vado tenus furit. Hic Anchises, en hæc illa Charybdis, hi scopuli, hæc saxa, de quibus monuit diligenter Helenus. Agite, remigate summis opibus, cursum auertite, & nos præsentissimæ morti eripite. Parent iussis confestim Palinurus princeps in læuum latus proram contorquet, quem totis viribus omnes statim consequuntur. Fluctibus spumantibus modò in imensam altitudinem attolimur, ut pæne astra aspergi iudicares: modò æquore dehiscente, in profundū bathrum descendimus. Concauis saxis aquæ illis remugiunt. Sic nobis iactatis, & remigando, luctandoq; aduersus æstum maris insanientis magnopere delassatis, ventus fit quietior, & sol occumbit. Ignari penitus locorum, ad eam insulæ Siciliæ partem allabimur, quā Cyclopes habitant.

Ætnæ descriptio.

Portus ab accessu.

De Achæmenide, & Polyphemo.

Postera iāq; dies.

Portus est magnus profectò, & tranquillus, quippe ventis inaccessus: cui hoc vnum incōmodum, quod vicinior Ætnæ, vnde fragores horridi exaudiuntur. Nūc fumum piccum, scintillis commistum, in cælum vsq; eiectat, & flammarum globis afflat ipsa sidera. Nunc prægrandes lapides, tanquam auulsa sibi viscera eructat, & putrefactos, siue in calcis morem decoctos, ac resolutos cum sonitu ingenti in aërem vacuum eiacularur, atq; ab imo fundo mirabiliter feruet. Narrant hunc montem Encelado giganti à Ioue fulminato impositum, & hos ignes esse eius spiritum, quem ruptis cauernis expirat. Inde etiam cum se cōmouet, aut in latus alterum vertit, terræmotu totam Siciliam concuti, & cælum fumo inuolui. Illam noctem peruigilem in sylua traduentes, talia terculamenta perpetimur: & audimus quidem tumultum, ac sonitum: caussam, quoniā nubes atræ polum obtexerant, ut neq; stella, neq; luna appareret, nullā videre quimus. Die renascente, de improviso è sylua se promit magis simulacrū, & vmbra hominis, quam homo: vsque adeo emaciatus erat, & vix ossibus hærebat. Cultus eius horridus, ac sordidus, spinis, lappisq; densus, corpus omne luridum, capillus summissus, barba intonsa, & hispida. Erat autem Græcus, quod forma habitus, sonus vocis, & arma loquebantur, & ad Troiam cum alijs militauerat. Ergo factus propior, cum nos de ornatu, & armis Troianos coniectasset, aspectu rei prodigiosæ, & nunquam expectatæ externatus, atq; attonitus firmat gressum: deinde versum littus cito pede gradiens, cum ploratu nos obsecrare insistit per sidera, per vitalem hunc, quem ex aëre ducimus halitum, per deos immortales, tolleremus eū quocunq; terrarum vellemus: id se in beneficij loco numeraturum. Non negare, se Græcū esse, Troiam cū alijs oppugnasse. Si hoc tantum scelus statueremus, ut nos eius calamitas tanta mouere non deberet, & veniam, vitamq; condonandam minime duceremus, dilaniatum frustratim in mare proijceremus: optabilius sibi fore hominum manibus, quàm ferarum dentibus interire. Hæc dicens genua nostra prouolutus cōplectebatur, ritu supplicum. Iubemus efferat nomen, genus, & conditionem suam. Dextram fidei symbolum ei statim Anchises porrigit. Posito metu respondet, se Ithacensem esse, Vlyssis comitem, vocabulo Achæmenidem, habuisse parentem Adamastum, haud magna cum re: quæ caussa fuerit, ut militatum concederet: optare se vehementer, contentum vixisse fortuna pristina, quæ cum præsentis ærumna collata, felicitas dici possit. Dum præternauigarèt, captum cum aliquot socijs à Polyphemo Cyclope immanissimo, & in antrum quasi in carcerem ab eo compactum. Reliquos occasionem nactos, fuga, se misero derelicto, elapsos. Antrum illud occisorum sanguine, & cruentis carniū humanarum frustis tetrum, subobscurum, & amplum esse: ipsum proceritate monstrosa præditum, & tā truculētum, ut neq; eius vultum intueri posses, neque ipsum alloqui præ formidine. Solitum captiuorum corpōra discerpere, & partes adhuc cruore stillantes in aluum demergere. Se oculis suis vidisse, cum supinus, & extentus iacens, duos de captiuorum numero correptos saxo affligeret, sanguine pauimentum respergeret, & artus sanguine adhuc stillantes, palpitantesq; manderet. Verum non inultum tulisse hoc prandium, Vlyssē nimirum vindice, qui hic in tanto discrimine artium suarum non fuisset immemor. Postquam enim cibo, vinoq; confectus, humi somnū captans se toto corpore extendisset, crapulam eructans, duce facti Vlyssē, captiuos illos cū inuocatione numinū, distributis pulchrè operis circumfusus, quem in frōte vnicum, sub capillorū ingenti sylua latentem habebat oculū, præusto, & acuto stipite effodisse: oculum, inquam, magnitudine æquantem clypeum Argolicum, aut orbem solis, quantus quidē à nobis videtur. Ita sociorū deuoratorū vmbas vindicatas.

Cum

Cum huc vsq; sermonem produxisset, repente exclamat, fugeremus præcis retinaculis statim, sine cunctatione: qualis enim quātusq; esset Polyphemus, cui in studio tractare oues, hoc est, quā vastus, quamq; crudelis, licet iam oculo orbatus, tales Cyclopes quā plurimos ibi inueniri, Tertium mensem abijisse, ex quo vitam in syluis, inter feras animantes degat, & sæpe eos è sublimi videre, eorūq; voces, & incedentiū strepitus cū tremore audire cogatur. Viā tolerare baccis, & herbarū radicibus, bestiarū verius, quam hoīm alimento, & hanc primā classē nostrā conspexisse, putasseq; satius fore, si se illi, quæcunq; tandē esset, addiceret, quā ut in ærumna hac, & ppe quotidiana morte diutius versaretur. Si complacuisse, quocunq; genere lethi eum consumeremus, modo Cycloperum, hoc est, portentorū tam crudelium rictus effugeret. Res verbis mox fidem conciliat. Nam vix dum hæc ediderat, & Polyphemus in iugo mōtis apparet in medio suarū ouium, atq; ad littus descendit: monstrum monstruosissimū, quod insup̄ ademptus oculus insigniter deturpabat. Pinus trūcara ramis baculi vsum ei præstabat: circū gradiebantur oues, amisso lumine sola iam eius voluptas. Vt ad mare venit, oculū, seu orbem potius, & spatiū oculi sanie fluidū abluit, nō absq; gemitu, & stridore dentiū, propter aquæ salsedinem. Et cū non parum longē à littore in altum processisset, nondum tñ latera eius (tā horrenda corporis proceritas erat) aqua contingebat. Nos præpropere anchoralibus præcis, recepto supplice (quoniā dignus videbatur, quod candidē nobiscū egisset, non vti Sinon homo fraudulentissimus, & de præsentī nos discrimine amicē monuisset) remis, velisq; aufugimus. Ex iictibus, et stridoribus remorum sensit Polyphemus fugam nostrā, sequitur. Sed cum assequi fugientes non posset, tā horribiliter vociferatus est, ut totum mare concuteretur, Ætna propinqua immugiret, Italia exterrita miraretur. Cyclopes è montibus, & syluis se penetrant, ad littus accurrunt. Contuemur illos Ætneōs fratres horrendū concilium astantes, capitibus propemodū cælum tangentes, & quercuū, aut cyparissorū Ioui, Dianæq; sacrarum arborū longitudine similes. Atqui frustra astant, nocere enim nobis nec hilum valebant. Metus compellebat nos eò vela intendere, quò ventus secundus agebat, quocunq; tandem ageret: contra auctoritas Heleni subibat animū, monentis, ne inter Scyllam, & Charybdim cum certissimo vitæ periculo transiremus. Quamobrem decernebamus retrorsum vela facere.

*Non a profe-
ctio, Drepanū
Ecce aut
Boreas.*

In hisce cogitationibus à Peloro promontorio, vbi angustius fretū inter ipsum, & Leucopetram, Boreas, sine dubio à dijs missus, flare incipit. Præterimus Pantagizæ fluminis ostia naturali, & viuo è saxo, non manu artificum comparata, & sinū oppidi Megaræ, & Tapsum humilem insulam: quæ quidem nomina nobis indicabat Achæmenides, qui paucis ante mensibus cū Vlyssē vagatus, oēm eam oram præternauigauerat. Plēmyrium quoq; insulam, à priscis dictam Ortygiam, in qua ferunt Alpheum Elidis fluuium in Arcadia subter mare, Arethusam nympham in fōtem sui nominis conuersam, & occultis sub terra, mariq; meatibus hīc emergentem insecutum, cū eius aquis confundi, ac permisceri. Mandatu Anchisæ loci deos veneramur. Relinquo etiā Helorum ingens flumen, & Pachynum promontorium, cuius saxa in mare lōgius procurrunt. Procul oppidum video Camarinam, cū palude cognomine, quā fata exsiccari vetuerant. Quin & Geloos cāpos, & Gelam urbem, item Agrigentum, quæ vrbs ab equorum præstantia cōmendatur. Et Selinum oppidum, vbi agrestīū palmarū magna copia. Lego deniq; vada Lilybæa, vbi saxa sub vndis latentia.

Tandem Drepanū admoueor, locū infelicitissimum. Ibi enim post tot tempestates, ac pericula superata, parētem vnicum meum in omni calamitate mea solamen & laboribus leuamentum, amitto. Hīc tu me, pater optime, vita cedens deseris, quē ego vnā nobiscum in Italā vēturum, promissisq; bonis simul fruiturum speraueram. Tacuit hunc casum meum Helenus: nec inter alia mala Celano hoc mihi grauissimum prædixit, quò leuius aliquanto, ut præuisum, tulissem. Hīc igitur, Drepani putata, finis datus est, hæc navigationem longissimarum meta. Inde cum ad Italiam festinarem, & me nihil amplius aduersi passurum nauigando confiderem, diuino consilio in Africam ad vos reiectus sum. Sic Æneas summa cum attentione audientium & excidium Troiæ, quod illi fataliter euenit, & maritima itinera sua cum enarrasset, tandem modum narrationi imposuit, & quieuit.

*Epilogus libri
de morte An-
chisæ.*

*Hinc
Drep. me
port.*

Paraphra-



Paraphrasis
IN LIBRVM DECIMVM
ÆNEIDOS.

*Jupiter deorum
discordiam
castigat.
Panditur
interea.*



Ranfacta nocte, postquam cælum, die redeunte apertum fuit, Iupiter opt. max. deorum conuentum indicit, quâ stellarum inter se vicinarum frequentia, locum illustriorem, & clariorē facit, (orbē lacteū vocāt) ibi enim eius nobilissimū palatiū, vnde mūdū inferiorē, & Latium, & Troiana castra despectat. Adveniunt prompte, cōsidūt in ædib⁹ bipotentibus (hoc est, quarum porta dextrā læuāq; aperiebatur, ut in domibus nobilum) audituri quam ob causam eius accitu conuenissent. Tum ille. Qui cæleste hoc templum incolitis, dij maiorum gentium, quid est, quod à priore, atq; adeò à mea auersū sententia, inter vos tanto dissidio dissideris? Italiam ego vetueram Troianos armis infestare: cur aduersus imperata mea tumultuamini, intestinisq; implicati discordijs, auctores estis, ut hi illos, & illi hos oppugnent? Ne diem anteueratis: erit quando Carthaginenses princeps Africæ populus, cum numerofo exercitu per Alpium iuga Italiam ingressi, Romanis vastitatem, & exitium molientur. Tunc res vtrinq; rapere, partes fouere, & odia mutua exercere licebit. Modò mihi placitū est, ut delera omni discordiarum memoria, ad pacem, concordiamq; reuertamini. Hæc paucis Iupiter.

*Venus Iunonem
grauiter
accusat.*

*At non
Venus.*

At Venus non paucis, quippe quæ opportunitatem de Iunone conquerendi, & dolorem suū effundendi noctam se videbat. Sic igitur infit. O rerum pater, diuorumq; atq; hominum sempiternæ rector, te imploramus, tuū flagitamus auxilium: siquidem alium præter te patronum non habemus, cum deos propemodum omnes Iuno secum habeat. Non est te clam, cernis oculis tuis, quemadmodum Rutuli Teucris meis imineant, ijsq; assiduò ferrum, flammamq; minitentur. Cernis quemadmodū cum lectissimis equitibus per mediū Turnus volitet, tumefactus secundo rerū cursu: mei autē clientes ne muris quidem, ultimo perfugio defendantur, cum in ipsis munimētis, & intra portas pugnare cogātur, fossasq; sanguine suo repleant. Et hæc quidem, quod miserrimū est, ipso duce Æneæ absente fiunt, quo præsentē, res vtiq; melius irent. Heu, quousq; obsidebimur? Troia vetus Græcorum manibus interijt: aduersus renascentem Troiam alter sæuit exercitus, & Diomedes ille Ætolus, ab Arpis ex Apulia denuo nos euersum venit. Iterum forsitan, ut tum, ab illo vulneranda sum: hoc vnū deest scilicet: & ego Iouis omnipotentis filia, humana arma demoror. Si te nolente in Italiam venerunt, causse nihil dico, quin tua ope destituti penitus, huius audacissimi facti pœnas iustissimas pendant. Sin autem te lubente, & tot deorum superū, inferūmq; responsis obtemperantes hoc egerūt, cuius est hæc tā effrænata licentia, ut decreta tua perrumpat, & noua quædam fata, prioribus cōtraria pro sua libidine inducat? Omitto demissam Irim, & in littore Siculo cremata nauigia. Prætereo tempestatem sæuissimam, ventis ab Æolo rege impetratis, concitatam: manes etiam, tertiam mundi partem habitantes, in perniciem nostram incitantur, & Aleto Furia ad super auras euocata, per vrbes Italiæ baccatur, incolasq; ad nos funditus perdendos suscitatur. Haud ego iam de regno meis promisso, sed de eorum vita seruanda laboro. Sperauimus sceptrum quoad licuit: superent nunc, ac de nobis triumphent, quos tu superare sinis, & pro iustitia iniquitas dominetur. Si tam immane, & implacabile in nos odium est tuæ coniugis, ut Troianis non relinquat, vbi pedē ponant, & eorum superesse neminem velit, per Troiæ cineres te etiā, atq; etiam obsecro, saltem Ascaniū nepotem mihi gratificare. Æneæ minor me cura tangit: iactetur, si ita necesse est, per ignota maria, & fortunam suam patiatur: hunc hunc tuo beneficio retinere incolumē, belloq; subducere fas sit. Sacre mihi

mihi vrbes Cypri Amathus, Paphus, Idaliū, & Cythera insula, in harum aliqua inglorius quidem, at securus ætatē exigat. Iube Carthaginēses terra, mariq; Italiam infestā habeāt, non ijs quidquā obstabit semel ab armis seiunctus, Ascanius. Quid tandem emolumentum attulit, Troia à Græcis capta, & inflāmata, per medios igniū globos, perq; tot discrimina quā maris, quā regionū, dum Latii quæritur, in quo deleta Pergama reuiuiscāt, saluos euasisse? Profectò præstabat in solo patrio apud parietinas illas remansisse. Redde quæso Troianos patriæ, redde campū, ubi Troia fuit: hoc petimus, quāuis rursū perferenda sint, quæ hæcenus aduersa pertulimus. *Tū Junonis respo-*
tatio. Iuno furiosus (quippe in confessu deorū vehementer accusata) Quare tu, inquit, o impudentissima, silentio me tegere dolorē antiquū non pateris? cur me, quod diu, Tū regia & patienter dissimulaui, nunc palam cogis edicere? Quis mortalium, immortaliumue Iuno. Æneam bellū moliri, & cum Latino rege inimicitias gerere coegit? in Italiam venit monitu, & vaticinijs Cassandræ, si illa vaticinia, & non furia potius fuerunt. Esto. Quis autem ei castris, hoc est tutissimo loco, relictis, Pallanteum nauigare, & ita vitā ventis, & vndis, rei incertissimæ, & inconstantissimæ credere persuasit? Quis puero belli moderamen tradere, & castrorum tutandorum curā committere? puero, inquam, qui propter animi infirmitatem, consilijq; immaturitatem nec sibi, nec alijs prodesse, nec pericula virili constantia propulsare potest. Quo tandem auctore Etruscus ille quietos alioqui turbauit, & ad coeundam belli societatem perpulit? Quis hîc deus, quæ Iris cœlo demissa, quæ tam magna potentia nostra eum in fraudem coniecit? Indignissimum tibi videtur, Italos providere rebus suis, Troiam vestram, ut appellatis, resurgentem incendere. Itane indignissimum erit, Turnum æquē deæ matre, Venilia scilicet, & regibus, atq; adeo dijs quoq; maioribus, ut Pylum, procreatum vindicare sibi terram patriam: dignissimum autem, Troianos armis lacessere Latinos, & ijs iugum seruitutis imponere, liberrimeq; prædas agere? pro arbitrato vxores sibi deligere, quin alijs desponsas, ex eorum complexu auellere? pacem velatis oleæ ramo manibus petere, & interim tela, & enses puppibus præfixa ostentare? Tibi potestas fuit, filium obtenta nebula Græcorum manibus eripere, naues in totidem nymphas transmutare: & nos, si quomodocunq; etiam Rutulos iuueamus, statim intolerabili nos facinorē obstringimus? Æneæ absentiam commemoras, & huius quidem periculi planè ignarum abesse conquereris. Vtinam ille semper vagetur, semper absit, & horum nihil cognoscat. Ais tibi ciuitates in Cypro consecratas, Amathunta, Paphon, Idaliū, & Cythera insulam, loca sine dubio amœna, & voluptuaria. Quid igitur Laurentum, urbem studijs bellicis deditam, hominesq; nequaquam molles, ac delicatos cōturbas? Deniq; odium mihi magnum conciliare niteris, quasi quæ malorum omnium tuis machinatrix extiterim: vbi sanè quod scelus tibi est, id de me impudenter prædicas. Considera paulisper mecum, vtra nostrū Troianos Græcis obsidendos, ac delendos obiecerit. Per mēne, an per te magis Troia, commune Europæ, Asiæq; sepulchrum factū sit? Aut utra duce Paris contra fœdus expugnata Lacedæmone, Helenam legitimam coniugem à Menelao abstraxerit, vnde postea bellum crudele natum, cui tu facēs, ac tela suppeditasti, Tūc erat, ut tuis metueres, nunc serò nimis, & frustra metuis: frustra mecum expostulas. Tū fuisti hunc calceum, illi induerunt. Vbi Iuno finem fecit dicendi, cælites fremere, haud aliter, quam syluæ leni perstrictæ vento: quod murmur nautis tempestatem prænuntiat: pars Veneri, pars Iunoni assentiri. *Iupiter pro-*
neutra fere-
sententiam. Iupiter summus orditur loqui, ad cuius vocem ob maiestatis reuerentiam cælum omne filet, aer filet, tellus tremat, venti conquiescunt, mare fluctus ponit. Audite ait, & quæ ditam mentibus recondite. Quoniam Italos cum Teucris amicitia, ac fœderum vinculo colligare non datur, id quod inprimis cupiebam, nec vos modum vultis disceptandi facere, nolo pro alterutra parte quidquam ferre, suam cuiq; fortunam, suam spē relinquam: nec inter Rutulos, ac Troianos discrimen statuam, siue illi fato sinistro Troianorum castra obsident: siue hi mendacibus decepti oraculis, in Italiam se intulerunt: neutros absoluo. Quod sibi quisq; seuerit, hoc ei metere licebit. Ego nec huc vergo, nec illuc fatis rem permitto, illa negotio viam dabunt. Hæc me ita sentire, atq; ex animo locutum, testem adhibeo paludem stygiam, per quam peierare dijs nefas. Dixit, & annuit: quo nutu olympum concussit. Mox aureo surgentem è folio, dii medium honoris causā ad sedem, domiciliumue, ubi assiduò solet commorari, deducunt.

E

Rutuli

*Castrorū a-
crie oppugna-
tio.*

**Interea
Rutuli.**

*Reditus Æ-
neae, & auxi-
liorum cata-
logus.*

**Media
Æn. freta**

Rutuli interim ad singulas portas glomerati obsidium vrgent, ad cædes, & incendia miscenda nauiter incumbunt. Troiani atq̃tissimè obfessi, præsidio misero illo quidem, veruntamen in tanto peticulo valde oprato, ac necessario, fuga, inquam, carebant. Stabant in turribus, & muris, sed rari, quod varij casus numerum vehementer imminuerant. Aciem præcipuam conficiebant Iasius Imbrasi, Thymoetes Icetaoni filius, duo Assaraci, Tybris senex cum Castore, fratres duo Sarpedonis, Clarus, & Hemion Lycij. Acmon Lyrnesi ortus, nec Clytio patre, nec Menestheo germano inferior, saxum prægrande, omnes vires contendens, in hostem ferebat. Rutuli iaculis, sagittis, ignibus obsessos fatigant: illi se contra lapidibus iaciendis defendunt. Conspicius in medijs versatur adolescens Ascanius, Veneri charissimus, nudato capite: quippe Apollinis iussu non pugnaturus. Qualis est lucida gēma in annulo, aut monili aureo: quale buxo, aut terebintho inclusum ebur, talis apparebat: cuius per collum candidum fusi capilli, & circum torques aureus. Ismarus quoq; natus in Lydia, regione fertili (vbi Pactolus vnus de fluuijs auriferis) sagittas veneno illitas mittebat. Pugnabat acriter & Mnestheus, qui Turnum ab aggere deiecerat: & Capijs, vnde Capuæ vrbe nomen datum. Et hætenus quæ ad castra gererentur: nunc ad Æneam procedat narratio. Is per noctem, ab Etruscis rediens nauigabat. Postquam enim Euandri suasu in Etruriam venit, in castra se contulit: Tarchontem principem adiit, nomen ei suum, genus, gentem, quid ab eo impetrare cuperet, exposuit (auxilia nempe aduersus Turnum, & Latinos) cui vicissim opem suā est pollicitus. Mezentium expulsus, moliri reditum in regnum: Turni ingenium inquietum, turbulentum, ambitiosum: fælicitatem humanam infidam, inconstantem, atq; mutabilem esse: admonitioni etiam preces adiūxit. Quid Tarchon? nihil moratus, fœdus cum Ænea icit, copijs eum suis adiuvandum suscipit. Tum sublata remora, quæ illos adhuc remorabatur, Etrusci Æneæ peregrino ductori committuntur, & is cum sua naui antecedit, habens pro insigni leones, cum Ida mōte: cuius monumentum Troianis propter fabricatam ibidem classem erat gratissimum. Sedet Æneas, secum euentus belli (qui solent esse incerti) ut virum prudentem decebat, reuoluens: iuxta eum sinistra sedet Pallas, regis Euandri filius: & ut iuuentus est sciendi cupida, nunc de stellis (quas quidem nautæ ad iter per undas dirigendum obseruare solent) nunc de laboribus eius maritimis, ac terrestribus eum percunctatur, à quo tamen altioribus cogitationibus, & magis necessarijs defixò, responsum nō accipit. Agite nunc Musæ, Heliconem vestrum mihi pandite, & canendi facultatem subministrate, qui populi, & vnde cū Ænea ab Etruria in Latium, ad cōmunicandam cum eo fortunam nauigauerint. Primus ibat Massicus, in cuius naui prora depicta tigris. Ducebat mille militum, pharetris, & arcubus instructorum, Clusinos, & Cosanos videlicet. Secundū locum tenebat Abas, homo terrico vultu, cū nongentis, insignibus armis, & omnibus militiæ admodū peritis. Eorū sexcentos Populonia, trecentos Ilua insula (Tusciæ vicina, & chalybis ita ferax, ut quod effodiatur, nunquam desit) suppeditauerat. Naui eius p̃ insigni Apollinem inauratum habebat. Tertius erat Asylas, in omni genere diuinationis apprimè versatus. Huic sequebantur mille Pisani. Qui autem ab initio Pisas cōdiderunt, ex Arcadia, ubi Alpheus fluuius propter Pisam, & Elidem vrbes labitur, in Tusciam venerūt. Quartus Astur, eques generosus, armis depictis gaudens. Huic traditi erant trecenti à Cæretanis, & ijs, qui ad Minionem flumen accolunt: item ab his, qui Pyrgos, & graui sub cælo positas Grauiſcas habitabant. Nō est prætermittendus Ligurum rex Cygnus Cupauo, bello inclytus, Cygno prognatus, qui cum parua manu in hac classe fuit, gestās in galea pennas olorinas, ad formæ paternæ scilicet memoriam. Cygnus etenim, cū Phaetontem mirè amaret, & cum fulmine Iouis in Padum amnem deturbatū, submersumq; audiret, eò properauit, inter populos, in quas tres sorores eiusdem Phaetontis, dum fratrem lamentātur, ibidem conuersæ erant, sodalem lugubri cantu defleuit, & plumis albis, quasi canitie opertus, atq; in cygnum transformatus, à terris se in altum cū dulci modulamine sustulit. Ergo huius Cygni filius Cupauo naui vehabatur, cui Cérauro nomen, à pictura monstri illius, quod molarem vndis intentabat. Ducebat autem ætate, & armis æquales. Ad hæc, ex agro patrio suos etiā contraxerat Ocnus, filius Mantus fatidicæ mulieris, & Tiberis fluuij. Is Ocnus Mantuam condidit, & ab se nomen vrbi indidit. Fuit Mantua à maioribus inclytis præpotens, tres enim habuit cri-
bus, &

bus, & eas in ternas curias diuisas, singulisq; Lucumones singuli iura dabant: ij per Etruriam duodecim numerabatur, quibus vnus præerat. Hi porro totius Etrurię distinctas administrabant quasi præfecturas: omnium populorum principatum Mantua tenebat: totum aut eius robur à Lucumonibus. Veniebat Oenus cum quingētis, qui erant omnes odio Mezentij præcipue inflammati. In eius naui expressus cernebatur Mincius fluuius, Benaci lacus Veneriæ filius. Auletæ naus erat visenda magnitudine, videbaturq; non remorū, sed arborum plurimarum ordinibus impelli. Eius insigne Triton cum concha, quam inflabat, à capite ad extrema latera hominis ferens imaginem, cætera pristis. Duces memorati simul omnes classem 30. nauium adducebant. Nox intempesta voluebatur, & Æneas; cum illum anxie curæ à somno abstinere, ad clauum ipsemet sedebat, velorumq; sinus moderabatur. Ecce tibi nymphæ, nuper eius comites, in medio cursu apparent, voluntate Cybeles ex nauibus factæ maris numina: pariter innatantes, ut nulla aliam anteuertere Æneam regem suum procul agnoscunt, chorea circum eum ducta gratulationem suam declarant. Inter eas Cymodocea disertissima, ponē natans, dextra puppim apprehendit, & dorso aquis extans, læuo brachio tanquam remo vndas decutit. Sic autem, prorsus quid fieret suis nescientem affatur. Ecquid vigilas Ænea, dijs oriundē? Perge vigilare, & parere flatibus, feliciter enim nauigas. Scito nos esse pinos, in Ida monte Berecynthiæ sacro cælas, & in classem tuam aliquando conformatas: nūc in nymphas marinas euasimus. Nam cum nos Rutulus fœdifragus igni perditas cuperet, oras abruptimus, inuitæ: tibi enim seruire maluissimus: & à matre deūm in hanc faciem transmutatæ, modò te per pelagus quærimus, ut si qua in re possimus, in ea tibi omni studio subseruiamus. Ascanius tuus intra muros est, à Latinis cingitur: Arcades cum Etruscis equites per terram præmissi, quò ipsis mandasti, iam peruenerunt: Turno certum est se illis obijcere, ne se cum alijs tuis queant coniungere. Tu itaq; magno sis animo, & cum prima luce socij fac arma capiant, ipse clypeum! Vulcanium sume: dies enim crastinus, si verbis meis apud te est fides, stragem hostium maximā intuebitur. His dictis, discessura nauigiū impulit modo conuenienti, quē, quòd ipsa naus fuerat, probè norat. Fertur celeritate moderata, aliæ parī cursu sequuntur. Auditū, visuq; harum rerū Æneas obstupescit: veruntamen bene ominans erigit animum, & cælo intentus, breuiter orat Idæam matrē ciuitatum præsidem, à qua hæc bona proficisci videbantur, ut pugnaturum se, ne deserat, auguriumq; istuc cōfirmet. Interim nocte pulsa dies procedebat, Iubet igitur Æneas secundum monita nymphæ, suos signa sequi, & animos ad pugnam cōfirmare. Iam in conspectum castrorum venerat, stansq; in puppi, sinistra fulgentē clypeū efferebat. Troiani eo cōspecto è muris, clamores tollunt lætissimos, & concepta spe certa liberationis, amplius in hostes irritantur. Gruum agmina per cælū cum clamoribus volandia imitabantur. Tela vltro vibrabant, indicantes ita, se hostem floccipedere, quem antea formidassent. Mirari cū ducibus suis Turnus insolitam lætitiā, & audaciam. Sed ubi retro aspicientes, tantam nauium multitudinem ad littus allabi viderunt, desijt admiratio. Æneas in armis suis coruscabat, ut cometa quispiam lugubris p noctem, aut Sirius, cuius tristior est aspectus: quia pestiferum sidus, & ille ad pestem, clademq; Rutulorum veniebat. At enim Turnus, quanquā sibi calamitatē non leuem aduentare cerneret, nihilominus in confidentia sua pertendens, præoccupare littus, & egredientes repellere constituit. Suos itaq; ad obsistendum exhortans, aiebat: quod crebrius concupiuissem, id iam euenisse, in manibus esse hostem, datam dimicandi copiam. Pugnarent igitur quam strenuissimè, cogitantes quid vxoribus, liberis, penatibus futurum sit, si victoria Troianis cesserit. Maiorum suorum virtutem, & fortia facta sibi quisq; proponeret, & ad eorumq; imitationem omnibus neruis, & vnguiculis eniteretur. Descendentibus in littus ultro, inquit, occurramus, dū adhuc infirma ponunt vestigia: ne, vbi ea fixerint magis, lōgiusq; pgressi fuerint, remoueri amplius haud possint. Non meticolosis, sed magnanimis, nō ignauis & imbellibus: sed strenuis atq; pugnacib⁹ Fortuna se sociā præbere gaudet. Hæc postquā disseruit, secum disquirat, quos de suis hosti accedenti opponat, quos in obsidione relinquat: nam aut hīc, aut ibi totas habere copias, cū magno suo detrimento futurū peruidebat. Poterat enim ipse in medio hinc, atq; hinc concidi ab aduersario, & faciliè totū perdere exercitum. Æneas auxilia pōtib⁹ in terrā exponit. Multi maris tranquilli, & languidi recursus timentes, ne si-

Nympha ad Æneā de se, et statu rei Troiana: item Æneā precatio.

Idēq; dies cælo.

Æneas ab obsessis cū gan-diocōspicitur, Rutuli descēdenti se parāt opponere.

Principiō socijs.

simul retraheretur, & fluctibus medijs inuoluerentur, in vada defliebāt, nōnulli scaphis ad littus pperabanr. Tarchon loca circūspectans, quā vadum nullum putabat, nec saxa sub vndis latētia, quibus illis cū murmure franguntur, sed trāquillitas magna apparebat & altitudo, eō proras aduertit: classiarios rogat, remos toto corpore impellant, vi quanta possint maxima festinent, quamuis sulcū in littus naue rupta impressuri sint, dūmodo sic terra potiatur, qua adepta, nihil de cætero opus esse nauibus. Sedulo imperatis obsequuntur: adnixa oēs ad terram cōtendunt: iamq; naues cæteræ siccum tenebant: sed Tarchontis impacta vado, dum in arena ex fluctuū reciproca agitatione congesta, & densata hæret, & diutius nunc in hāc, nūc in illā partem nurat, repente dissoluitur, in medias aquas militem effundens: qui cum se expedire laboraret, transtris, remis, tabulis occurrentibus impediabatur, & vnda relabēs, eum secum rapiebat. Turnus nihil cunctandum ratus, vniuersum agmen, id est, quotquot huic rei delegerat (delectum enim habuerat) in Troianum conuertit, & in littore consistit, ut exeuntem excipiat. Consonāt tubæ. Æneas ad exemplum, & bonūseignis, no omine, primus in Latinos, ex agrestibus magnam partem collectos, inuadit, eorum non paucos, in his etiam Theronem vltro in se irruentem, experte virtutis virū, adactō per lorica, & tunicam in latus gladio interficit. Pōst Lycum, cæso matris vtero natum, & Phœbo ab infantibus consecratum: qui cum ferri nocumentum puer olim euasisset, postquā inter ephebos numerari desijt, fortissimi herois ferrum non euasit. Nec longē ab hoc Cisseum, & Gyam, qui claua pugnautes, multos iam confecerant. Haud illis quidquam opis arma Herculea (claua enim usus est Hercules) nec proprium robur: nec patris Melampi meritum, qui Herculi, dum labores illos, lippis etiam, & tonsoribus notissimos, exantlaret, & tot mōstra domaret, comes indiuiduus fuerat, attulerunt. Pharus, dum nescio quid superbum magna voce, ore latius diducto vociferatur, per id ipsum excipit iaculum. Cecidisset etiam Cydon *παλαιο*, dum Clytium prima barba infuscantem genas sequitur, nisi eo ipso articulo temporis septem fratres, Phorco geniti, Æneæ, dum Cydoni instat, se simul obiecissent. Contemptum itaq; reliquit hominē turpissimum, ut hosti septemplici posset resistere, & præsentissimum superare periculum: vnā enim oēs missilia torquebant, quæ à galea Æneæ, & clypeo irrita resliebant: partem Venus quoq;, filium protegens, aliō auertebat, ut tantum perstringerent corpus, grauius non læderent. Compellat Achatem socium probatissimum, porrigat sibi illa tela, quæ apud Troiam hæsisserent in Græcorū corporibus, nullum enim frustra se in Rutulos iacturum, ut quæ iam bibissent hostilem sanguinem, & certō ferire consueuissent. Tum hastam mittit ingentem, quæ per scutum, & thoracem Mæonis pectus haurit. Cadētem frater Alæanor sustinet: cui Æneas mox alia correpta hasta brachium trajicit, tanta vi, ut eodem tenore volaret, quo, antequā ad læcertū perueniret. Misero dextera neruis abscissis pendet ab humeris. Numitor de Mæonis germani corpore rapto telo Æneam petit: sed ictu aberrat, femur aut Achatæ radit, qui proximus fortē stabat Calēte pugna inter hos septē fratres, & Æneam, interueniens Clausus, Curibus in Sabinis natus, (qua patria, propter rigidā disciplinā Sabinorum sibi placebat) Dryopem eminū in gutture sub mento vulnerat, & vocem ei cū anima eripit. Concidit in faciem: & quia partim viuēs, partim moriēs, crassum cruorem euomebat. Sternit præterea varijs mortibus alios sex, tres Hyperboreos, totidē Thracas, patre Ida apud Ismarum urbē procreatos. Inferūt se Halesus cū Auruncis, Messapus Neptuni filius, insignis eques, conanturq; nunc Rutuli Tyrrhenos, nūc Tyrrheni Rutulos fugare. In limine Italiæ, hoc est, in ipsis littoribus, atrox præliū miscetur: veluti cū per amplissima cæli spatia venti æquē potentes, & animosi ē regione colluctātur, ipsisq; mutuo non ceditibus, nec nubes nubibus, nec fluctus fluctibus cedūt, pugnatur pugna ancipiti. Sic Troiani Latiniq; se habebāt, nec enim missilibus eminus, sed ensibus cominus res agebatur, ita ut vir virū, pes pedē, mucro mucronē premeret. In alia parte, etiā secundum littus, Arcades illiquadringēti, quos Euander rex cū filio Pallante, subsidiū Æneæ à se discedēti addiderat, oēs equites, q; pedestris & statariæ pugnæ insolentes erant, nec tam cōmodē, & expedite ex equis pugnare poterāt, more patrio videlicet, ppter ea q; torrenres eō loci saxa multa, & abruptas ripis arbores cōuoluerāt, fugam inceperāt: ut quia præliādo nō liceret, certē eo modo quo liceret, nec tali tēpore inhonestū esset, salutē & incolumitati suæ cōsulerēt. Quod vbi sensit Pallas, partim eos incre-

Pallas Arcades suos ē fugam renouat, et exemplo accendit.

At parte ex alia.

increpādo, partim rogātōdo reuocare studuit. Quò quò miseri fugitis, inquit, cū hostium, & hostilia sint oīa? Per capita vestra, p̄q; facinorā, quæ cū laude toties edidistis, per Euandri parentis mei nomē, quod ei tot triūphi cōciliarunt, p̄ eam, quam illius imitādi sp̄s sustineo, vos rogo, ne pedibus velitis, sed dextris potius cōfidere. Si viā in patriā affectatis, per hostiū cuneos illa vobis patefaciēda est. Sic vos eū duce vestro, magna, inquā, cū gloria reverti decet: & istuc ciues nostri vnicē à dijs immortalibus precātur, atq; etiā a vobis postulant. Quid pauitamus? numē nullum habem⁹ aduersarium, nullū inimicum: hoc in fælicitatis loco ducēdum est: mortales à mortalibus oppugnamur, & vrgemur: nō illis neq; plures manus quā nobis, neq; plures animę. Deniq; ipsa necessitudo fuga nos, phibet: etenim hinc mare est, quod vado, aut equis trāsire nō potestis: illinc terra ab hostibus tenetur, quorum regionē calcamus: castra subire nō datur, q̄ cum parte copiarum Turnus obsidet. Hæc Pallātis fuit oratio, qui mox, ut moueret etiā exēplo, quos erat cohortatus verbo, in cōfertissimos sese hostes conijcit. In eum primus incidit Lagus, malo uriq; fato. Nā dum pronus humo saxum graue reuellit, quod in Pallantē iaciat, confauciatur ab eo, quā spina costas discriminat: nec faciliē hastam tenacius inter ossa hærentē recipere quiuit. Cupiebat Hisbon aliquantum ad eā euellendam inclinatum opprimere: sed frustra fuit, siquidem eum Pallas anteuertit. Namq; dum ob ulciscēdam mortē sodalis incautius rueret, ac fureret, sic eum excepit, ut mucronē in pulmones ei adigeret. Tū in Helehum vadit, & in Anchemolum Marrhubiū (cui genti Rhoetus præfuerat) q̄ cum nouerca p̄brum fecerat. Ceciderūt item eius pcussu duo germani fratres, & gemelli, Laro nati, Daucia nimirum, & Tymber, quorum tāta erat oris, ac totius corporis similitudo, ut eos parentes ipsi, ac p̄pinqui discernere, & internoscere nō possent, sæpeq; vnum, p̄ altero, errore haud iniucundo nominarent. Verū Turnus eos ense suo pulchrē discreuit: Tymbro quippe caput à ceruicibus amputauit, Dauciz dexterā defecuit, quæ iam à membris separata, palpitabat adhuc, digitisq; micantibus ferrum captare videbatur. Arcades cum oratione ducis sui, tum præclarissimis factis incensī, & partim dolore, partim pudore cōmoti vehemētius, hosti iūnēt, Rhoeteus Teuthram, & Tyren fratres fugiens, Pallantem fortē præteribat, quē Pallas illico hasta in illum intēta transfigit: & tandiu quidē mors illum distulit, tēpore vtiq; breuissimo, nō enim euasit. Excidit curru Rhoeteus, & moriens pedibus humū pulsar. Quomodo æstiuus mensib⁹, pastor syluā cum incenderit, vento incēdiū (id quod ipse inprimis optat) spargente, quasi quædā Vulcani acies, p̄ lata camporum extenditur: ille voto potitus, cum lætitia flāmam crepitantē, vagantēq; contuetur: ad similē modum Pallantis adiuuandi causa socij oēs sese coniungunt, & quid possint, manu experiuntur. Halesus bellator egregius, suāq; virtute multum cōfusus, in aduersos tendebat, seseq; scuto contra incursum sollicitē cōmuniebat. Is Ladonē, Pheretem, Demodocum mactat, Strymonio dexterā, in iugulum suum sublatā prætruncat, Thoanti saxo caput adeo cōminuit, ut ossa, cerebrum, sanguis cōmiserentur. Halesum pater futuri præscius, & vates, cognoscēs quod fatum maneret filium, in syluas abdiderat: sene mortuo, Parcē suum sibi debitum, p̄traxerunt, ac telis Euandrijs occidēdum tradiderunt. Pallas enim ad Tiberim, p̄pter quem pugna cōmittebatur, cum precatione, & voto spoliū eius, quæ ad quercum vicinam eidem deo, Tibri inquam, suspenderet, eum interfecit. Exaudijt enim orantem deus, & Halesus dum Imaonem spoliāt, ipse pectore inermi telo Pallantis est cōfossus. At enimvero Lausus cæde huius viri, qui erat pars magna belli, cuius scilicet salute plurium incolumitas, & salus nitebatur, non fuit debilitari Rutulorum animos. Abantem, qui vnus victoriam velut obex, aut nodus aliquis implicatissimus multum remorabatur, ad Plutonem demittit. Oppetunt etiam Arcades, Etrusci, & Troiani, quos nimirū secum duxerat Aeneas ad Euandrum, & inde in Etruriam proficiscens, quosq; apud Troiam Græcorum gladius cōsumere nequiebat. Concurrent exercitus pari & militum virtute, & ducum fortitudine. Qui extremum claudebant agmen, ita se condensabant, ut nec manus liberē mouere quisquā, nec tela posset. Hac Pallas instabat, illac Lausus resistebat. Erāt hi duo iuuenes ætate p̄pmodū pares, ambo præstāti corpore: verū neutri in patriā redire viuo contigit: nec eos Iupiter solos cōgredi passus est: seruabatur enim maiori hosti vtriusq; cædes, Pallantis Turno, Lausi Æneæ videlicet. Cum totis iam viribus iretur in vulnera,

Virtus Lausi.
At nō cede viri.

*Pallas à Turno
non interimi-
tur.*

**Interea
soror.**

Iuturna soror Turni, fratrem eo tempore per medium agmen currum versantem monet, Lausum adiutet. Ut ad socios venit, & quis rerum status esset, praesens cognovit, Pallantemque vidit, tempus cogitatis perficiendis opportunum se inuenisse ratus, pugna suos desistere iubet: se cum solo Pallante congressurum, eum sibi soli deberi. Quasi aut negotium iam transgisset, Euandrum optat nunc adesse spectaculo, ut coram ex nece filij tanto diuorem dolorem acciperet. Mandantis auctoritatem, quae ex eo satis apparebat, quod Rutuli, ut iussi erant, repente ab armis quiescebant, ac recedentes in medio spatium relinquebant, miratur? Pallas, corp⁹ eius cum stupore truci vultu obit. Ut aut ostenderet, se arrogantibus, & minitantibus Turni verbis non esse perterritum, respondit, aut se iam spolia opima illi adempturum (eo nimirum ab se interfecto) aut letho memorabili occubiturum: vtrumvis patrem suum æquissimo animo laturum fore: ut qui non ignoret, & honoris plenum esse, vincere, & minimè indecorum decertando emori. Proinde facefferent eius minae. Sic locutus, in spatium processit. Arcades metu prope exanimabantur, quod viderent Pallantem suum Rutulo valde imparem. Turnus curru descendens, pedes ad pugnam accedit, leoni similis, qui conspiciens in campo taurum ferocientem, praedae inhians accurrit. Vbi eum abesse tam prope putauit, ut iam telo contingi posset, addidit gradum Pallas: & quod diuino adiutus auxilio praestaret, quod ei adhuc virtus humana nondum suos consecuta numeros negabat, precibus Herculem appellauit, rogans eum per hospitium paternum, quo aliquando esset usus, fortunaret inceptum, ut Turnus moriens, suas sibi exuias detrahi, victoremque suum, quem non putasset, oculis indignantibus aspiceret. Ita orantem audiuit, at non exaudiuit Hercules. Et quia fatis aduersantibus nihil opis afferre poterat, gemitum repressit ille quidem, lacrymas tamen emisit. Dolentem Iupiter leni sermone consolatur: fixum esse cuiuslibet suum terminum, & breue ad viuendum tempus praescriptum, nec reuolare, cum semel euolauerit: non referre autem, sicuti in fabula, quamdiu, sed quam bene acta sit cuique vita sua. Quoniam hoc ita sit, licere hominibus virtute memoriam sui quam longissimam, vel potius sempiternam efficere. Ad Troiam desideratos esse complures, etiam deorum filios, & in his Sarpedonem ex se genitum: Turnum quoque ipsum à meta curriculi sui parum abesse, breui occasurum. Proinde tristitiam poneret, nihil Pallanti separatim à clarissimis viris, à semideis quoque accidere. Dixit, & Rutulos respexit: nam cur eum respiceret, cuius salus erat in perditissimis, idque fataliter? Vibrat hastam Pallas validissimè, statimque gladium educit. Per oram clypei illa penetrans, Turni humerum stringit: qui vicissim telum diu libratum iacens, vide, inquit, num hoc sit penetrabilius. Sed ecce per tot ferri, & æris orbes, per tot taurina tergora, quibus constabat clypeus, per lorica denique ferream, in medium pectus miserandi iuuenis telum descendit: quod ille subito quasi salutem inde sperans, educit. Nihil promotum: simul enim sanguis, simul anima effluit, ipse pronus, & ore cruorem reiectans, in terram cum armorum sonitu cadit. Hic Turnus astans corpori, heus vos Arcades, exclamat, Euandro renuntiate, me filium ipsi remittere, quale meruit recipere. Honores sepulturae in eum conferat quantoscunque volet: quicumque ipse sibi in eiusdem humatione solatia facere potest, faciat, non inuideo: magno malo pensabit coniunctum nuper eum Aenea hospitium. Haec ubi dicta dedit, sinistro pede corpori iacenti obnitens, balteum, cui Pallas aduersus incubebat, aufert. Erat admodum ponderosus, aureis bullis ornatissimus, & in eo quinquaginta Danaidum, ab Eurytione insigni artificio caelatum scelus, quod prima nocte coniugij maritos novos foedè iugularunt. Atque hoc spolio Turnus nunc triumphat. Heu quam ad futura caligant humanae mentes, quamque in rebus florentibus, ac beatis sibi moderari nesciunt? Dies illucescet, quando Turnus multis talentis emeret, Pallantem nunquam vidisse, & quando horam istam cum spolijs execrabitur: propter unum enim huncce balteum morietur. Milites sui Pallantem super scuto gemebundi, ac lacrymabundi ex acie frequentes efferunt. O dolorem incōsolabilem, quem pater grandæuus ex filij dulcissimi, atque vnici funere capturus est. O decus immortale, quod sibi, patrique mortuus comparauit: qui, quod in primis luctuosum est, eodè die, quo bellum iniit, bello interiit, Sed ut te interiisse, Palla, acerbū: sic tantas Rutulorum strages, priusquam caderes, edidisse, gloriosum est.

*Aeneas Pallantem multis
cadibus
vindictat.*

Nec iam fama mali.

Tū verò nō fama, sed certus, ac verus nuntius Aeneam docet, copias eius à summo discrimine transuersum digitum vix abesse, Pallante sublato, ad fugam omnes spectare: proinde dicto citius succurrat. Ille festinat, quod vocatur: obuios quosque gladio ceu segetem

tem demetit, perq; agmen hostile viam ferro sibi latam aperit, Turnum vestigat: qui quoniam tantum mœroris cumulum inuexerat, ante omnes trucidandus videbatur. Pallas, Euander, mensa hospitalis, copulatæ dextræ, hæc oïa Æneæ ante oculos versantur, eiusq; animum ad petendam ultionem stimulis pungunt acerrimis. Pallas, inquam, nobilissimæ indolis adolescens, manuq; strenuissimus, sibi tantopere commendatus. Euander de se ita meritis, ut nemo æquè: & is iam senex, & vnico suo orbatus. Mensæ, quibus in Herculis sacrificio, cui interuenerat, tã liberaliter se acceptũ recordabatur. Hospitij, societatisq; tã facilis, fidelisq; coniunctio. Raptat secum Sulmonis quatuor, totidem Vfentis filios captivos, quos ad Pallantis manes placandos, honorandaq; interempti memoriam imollet. Exinde cū in Magũ spiculo collimaret, subsidens ille, iactũ, at nō etiã mortē euitauit. Accidēs ad genua Æneæ, suppliciter orat, & ait: Per manes patris tui Anchisæ, perq; spē filij tui Ascanij, dona hanc animam meã patri meo, & filio impuberi. Ne verò solæ preces ad obtinendũ haud satis valerent, addit pretium. Defossã in ædibus suis talenta cælati argenti, item auri facti, infectiq; magnam vim se pro lytro illi daturũ: non dependere ab vnus nece consumatam victoriam: nec fore, ut vnus animulæ exitium tollat, quæ cōtra metuenda sint. Respondet Æneas, illos auri, argentiq; thesauros, quos diceret, seruaret filio suo: ignoscendi vicissitudinem, facultatēq; priorem sustulisse Turnum: eum in occidendo Pallante inhumanitatis magistrũ, & exemplar fuisse: se naturã ad misericordiam, & veniam dandã propendere, ab ipsis nullis precibus flecti didicisse. Magis placitum se manibus Anchisæ, filioq; Ascanio, si orbitatem Euandri vliscatur. Tum eiusdem Magi galeam læua corripiciens, & caput eius reflectens, ense collũ trãsadigit. Non procul stabat Aemonides, Apollinis, & Dianæ sacrificulus, infulatus, veste, & armis splendidus. Hunc aliquandiu infecutus, lapsumq; pedibus premens, tot victimarũ immolatorẽ, tandem aliquando ipsum quoq; ceu victimam immolat, magnitudine corporis sui cadauer eius obumbrans. Arma Sereſtus detrahit, ad trophæum Marti statuendũ, visu enim digna erant. Cæculus Vulcani, & Vmbro Marſus, Æneam in cæde bacchantem contemplari, aciem inclinatam restituunt. Ardet Troianus heros, Anxuriq; sinistram, qua clypeum sustinebat, abscindit. Hic superbia turgidus, nescio quid iactantius garriuerat, quo se alios exanimaturum putabat, & ætatem Nestorẽ: sibi sponponderat. cum vnusquisq; nostrũ nec de superventuro die securus sit. Incidit in Æneam deinde Tarquitus, fidens animi homo, Fauno, & Dryope nympha satus. Huius clypeum, loricaq; retro reducta hasta ita penetrauit, ut tamen vtrobique hæreret, nec satis vulneraret. Tum caput obsecrantis, & plura parantis ad animum permouendum adijcere, continuò præcidit, ac truncũ pede propellens, talem sarcasum addit. Hic nunc iaceas licet, tu qui te alijs horrore, ac formidini esse opinabare. Haud te mater in paternum tumultum inferet: feris volucribus, aut si forte in vicinum mare projicere, piscibus pabulum eris. Dehinc Antheũ, Lycam, Numam, Camerem, Volſcentis filium, Itolorum opulentissimum, qui Amyclis (quam urbem silentium perdidit) imperauerat, morti dedit. Omnes hi in exercitu Turni, virtute præstabant supra cæteros: sed præstantior Æneas, cui cesserunt: qui mihi videtur instar Ægæonis, siue Briarei fuisse, cui à poëtis affinguntur centum brachia, quinquaginta capita, vnde ignem vomebat bello gigantæo, contra Iouis fulmina: & hinc totidem ensibus, quinquaginta, inquam, illinc totidem clypeis strepebat. Sic planè postquam semel multa cæde, & sanguine calido ferrum intepuit, per campum in hostes grassabatur Æneas animosissimè, ac felicissimè, atq; in tanto agmine sic vincebat, ut si per tot ora incēdia vomeret: si quinquaginta ensibus pugnaret, totidemq; scuta ad se defendendum obijceret. Quid plura? etiam brutæ animantes eum metuebant. Nam equi Niphei quatuor, cum aduersus dominum suum incedentem, furentemq; intuerentur, effuso eo, ad littus properarunt: effusum Æneas acturum obtruncavit. Aduolat cum bigis albis Lucagus, socio fratre Liger, qui habenas moderabatur: Lucagus ensẽ versabat, pugnaturus videlicet. Eorum spiritus non ferens Æneas, ante rhedam cōstitit. Hic Liger cum fastu insultas, non hi Diomedis equi, non hic currus Achillis, à quibus turpiter victus, non Phrygiæ campi, vbi victus es, sic, ut tamen vitam retinueris: nunc enim & bellandi, & viuendi finem facturus es. Huiuscemodi conuitia stolidus Liger effutiebatur: at Æneas non verba verbis, sed factis remetienda ducens, dum Lucagus prior equum stimulat,

stimulat, & sinistro pede prolato, certamini se aptat, per extremum clypeum hastam in eius inguen intorquet, quo vulnere curru delapsus, & humi se volutans moritur. Hem Lucage, ait cum risu Æneas, à Diomede, & Achille victum, & fugatum me narraſti: te vero equorum tarditas, uti olim me, haud prodidit: nec vana quapiam imagine horrorem concipientes, in diuerſa abierūt: volens ſcilicet è curru deſiliſti. Tum manum frænis iniiciens, equorum curſum inhiuit. Liger fratre amiſſo, & fugiendi occasione erepta, cum moriendum animaduerneret, eodem curru ſe deiiciens, manuſq; ſupplices tendens, obſecrare inſiſtebat, per ipſum, perq; parentes eius, tam beatos tali filio, ſineret viuere hanc animam, caperetur miſericordia ſupplicis. Cum preces multiplicaret, non tulit Æneas ſe longiore ſermone detineri. At tu, inquit, paulo ante non hanc cantilenam canebas, nec te ita aduerſum me gerebas, ut hoc beneficium ſis promeritus. Quamobrem te interfici neceſſe eſt, & morte coniungi cum fratre, qui cum iunctus in me incurriſti. Sic loquens, gladio pectus ei recludit. Et hoc quidem modo Æneas, tanquam turbo aliquis, aut torrens per campum ſternebat innumeros. Tandem qui caſtris incluſi tenebantur cum attuliſſet eis Æneæ virtus magnam rei bene gerendæ fiduciam, ulterius obſideri non ſuſtinentes, eruptione facta, aduentitijs ex Etruria copijs mox associantur.

Jupiter Iunonem irridet, quæ idolo Æneæ Turno obiecto, eū ab exercitu auertit.

Iunonē interea.

Hæc conſiderans Iupiter, ſic ad Iunonem. Soror, & coniux chariſſima, verè ita eſt, ut autumabas, Troiani ſtāt Veneris fauore, & auxilio: nequaquam eos ipſorū virtus tueretur. Modèſtè reſpondet Iuno, non eſſe, cur ſe ægram animi, & eius iuſſa reuerentem, in maiorem ægritudinem contruderet. Si modò illi tanto eſſet amori, quāto deceret, quantoq; olim fuiſſet, & ſi poſſet nunc apud eum, quod aliquando potuiſſet, neutiſquam impediturum, quin ipſa clientem ſuum Turnum pugnæ ſubtraheret, parentiq; Dauno incolumem reſtitueret: nec eſſe quidquam illi nefas, cum ſit, dicaturq; omnipotens. Quia igitur pro iuſto haberetur, ut periret innocens, periret ſanè, conſequerenturq; nocentes victoriam, & agitent triumphum. Interim, ne indigno videretur beneficium poſcere, monet, diuinam eſſe Turni originem, abauum eius fuiſſe Pilumnū, ipſum quoque iuuenem frequenter Iouem donis coluiſſe. Contrà Iupiter, ſi Turno breui interituro mortis interuallum rogaretur, permiſſurum ſe, ut id fieret, & fatiſ inuiolatiſ id poſſe fieri. Sin autem aliquid amplius, & maius iſta precatione teget, ut nempe Turnus non moreretur hoc tēpore, & hoc bello: ſed ipſum bellum poneretur, deſineret ſperare ſpem inaniffimam. Soluta in lacrymas Iuno, tamen, quid ſi mente annueres, quod voce non viſ (voluntas enim tua fatum eſt) & ita Turnus peſtem ingruentem euaderet: nunc iniqua cæde tollendus eſt, aut me multum deludit opinio: atq; vtinam deluderet, & hic timor meus in nihilum recideret, ac tu conſilium melius capeſſeres. Poſt hæc verba nimbo circumfuſa, ac cælo delabens ad caſtra, & exercitus, è nube ſpectrū quoddam in Æneæ faciem, ſimilitudinemq; conformat, paribus armis inſtruit, vocem, & ſermonem, greſſum quoq; adiungit: tale quid omnino, qualia ſunt mortuorum exanguia ſimulacra, oſa miriſ modis pallida: aut quæ dormientibus occurrunt vanæ ſpecies. Geſtit idolum, Turnumq; telis, & dictiſ prouocat: qui verum eſſe Æneam ratus, haſta appetit. Vertit Pſeudæneas tergum, & fugit. Cæterum idcirco hanc fraudem commenta eſt Iuno, ut Turnum abductum ab exercitu ſeruare poſſet: cui ſi manifeſtè fugam ſuaſiſſet, maximas nugas egiſſet: nam, ut vir fortis, mori citius, quam fugere voluiſſet. Videns ergo Turnus, in fugam verti præclarum illum ducem, ſpectaſſa tumidior, cum clamore inſequens, & enſem rotans, quid, inquit, fugiſ Ænea? cur non exſpectaſ, dum promiſſam ducas Lauiniam? noli tam honeſtam conditionem negligere. Terram, quam tot periculis tamdiu quæſiuiſti, hac tibi dextera mea dabo. Hæc ille ventis loquebatur, nec intelligebat, ſibi cum re inani inane negotiū eſſe. Per opportūnè accidit, ut ad crepidinem rupiſ ſtaret religata nauis, qua Maſſicus Oſinij filius Cluſio (vrbs eſt Tuſciæ) aduenerat, & in eam ponticulus à littore. In hanc cedendo proleſtauit Turnum imago illa, illuc ſe quaſi trepidans condidit. Inſtat ardenter Turnus, celeriterq; per pontem eodem contendit. Cum autem vix dum proram attigiſſet, Iuno rem factam habens, funem non ſoluit, ſed abrumpit, ne per moram dolus deprehenderetur, et in littus reſiliret Turnus. Nauis currit. Interea verus Æneas Turnum expetere, Turnum quæritare, vnum ad pugnam ſingularē depoſcere, & dum quæſitum inueniret, contrucidare omnes, qui ſibi forte facti eſſent

essent obuij. Tum phantasma relictis latebris in sublime fertur: & vnde coagmen-
 tarū erat, in atram nubem dissipatur. Turnus per altū, vento plenius flante portatur,
 retro aspicit, ignarus omnino machinatiōis huius Iunoniæ, nec pro ludificatione tā
 salutifera gratiam habens. Tendit manus ad sidera cum questu huiuscemodi. Ah *Turni queri-*
 Iupiter, siccine placuit, me tanquam reum nefandissimi sceleris, hanc adeo infamem *monia.*
 pœnam exsoluere? certè non munus, sed supplicium mihi est ista liberatio. Quò, & Omni po-
 vnde rapior? numquamne ad Laurentes campos, & castra mea rediturus sum? qua-
 tēns ge-
 aut fronte redibo, vnde tam turpiter aufugisse putabor? Qui eorum fermunculi, qui-
 nitor.
 auspiciū meum secuti, suas in hoc bellum non vires solum, verum etiam facultates:
 mea causa contulerūt, quos ista, ut apparet, fuga mea fœdissimè prodidi, & hosti ma-
 etandos obieci? Videor mihi palantes intueri: videor cadentes cernere: videor ge-
 mentes exaudire. Heu quid agam? quò me vertam? vtinam posset hīc mihi tellus de-
 hiscere. Agite venti, me miserantes, hanc nauim in rupes, & cautes, & scopulos ali-
 cūbi impactam collidite, ut ea collisa atq; fracta, vndis absorbear: aut in syrtes ad ex-
 trema mundi projicitote, quò me sequi nemo Rutulorum possit: & vnde de me fa-
 ma ad meos nulla permanet. Hæc lamentatus semet consulit, ob impatientiam tanti
 dedecoris in gladiumne incumbat, an fluctibus se credens, ad exercitum tranādo re-
 deat. Atqui hoc ipsum, armis onustus qui poterat: armis autem carentem hostibus se
 reddere, cuius fuisset temeritatis, atq; stultitiæ? tamen occurrebat, tentandam esse
 fortunam. Quoties ergo alterum horum perficere voluit, & sæpe voluit, toties Iuno,
 cōmiseratione ducta, conatum infælicem repressit. Quid namq; prodesset, cum ho-
 stili ferro exemisse, si ipsemet sese teterrima morte puniret? Itaq; secūdo cursu ad ve-
 tus oppidum Ardeam, ad patrem Daunum defertur, ubi eum & loci distantia, & af-
 fectus paternus à reditu facilè cohiberet. Iouis instinctu Mezentius præliari
 aggreditur, magnoq; cum ardore in Troianos irruit. Hunc ut conspexerunt Etrusci, *Mezentij fa-*
 quos iam inde à principio eius odium ad bellum acciuerat, se conglobant, omissisq; *cinora.*
 alijs, vnum poscunt, vnum vrgent, ac telis creberrimis irritant. Qui omnem imperiū
 immobilis, & inconcussus excipit. haud secus quam rupes in mare extensa, quātam-
 cūq; ventorum rabiem, fluctuum insanorum verberationes, omnes deniq; cæli, ma-
 risq; minas, & iniurias immota perfert. Prosternit Hebrum Dolicaonis, Latagum, &
 Palmum pedum velocitate nobilem. Ac Latagum quidem immani saxo à monte re-
 uulso, & in faciem coniecto: Palmum prius poplite succiso, cuius arma donauit Lau-
 so filio. Item Euantem Phrygem, Mimantem Paridis coæuū, & comitem. Qua enim
 nocte Hecuba illum Priamo (facem videlicet patriæ, quam per quietem viderat) e-
 nixa est, eadem nocte Theano hunc Amyco peperit. Sed Paridis sepulchrum apud
 Troiam visitur, Mimantem ignotum terra ignota Laurentis agri contegit. Quem
 admodum aper, canum latratibus, venatorūq; clamoribus de monte aliquo, ut Vesu-
 lo, actus, vbi multis annis intra pineta latuit: aut quem palus, & sylua Laurentina a-
 luit, postquam ad casses venit, subsistit, infremit, setas erigit, dētes fulmineos vibrat:
 propius belluam iratam adire nemo audet: iacula è longinquo, & voces mittuntur:
 illa impauida, huc illuc se versat, & tela tergo excutit: sic Tyrrhenorum, qui iusto o-
 dio Mezentium oderant, ut tyrannum crudelissimum, nemo tantum habebat auda-
 ciæ, ut cominus eum feriret, missilia procul spargebant. Acron homo natione Græ-
 cus, Corito Tusciæ ciuitate, cum alijs Tuscis Æneæ auxilio aderat, relicta puella,
 quam sibi vxorem desponderat: cristis purpureis, & ostrina veste, quam sponsa illi la-
 borauerat, conspicuus. In hunc Mezentius tanta auiditate incitatur, quanta, fame
 acerrima stimulatus leo stabula circumiens, in pecus aliquod, aut per syluas in cer-
 num, capreamū, infirma ad resistendum animantia consuevit irruere, & ore cruen-
 to prædam absumere. Neq; in hunc magis, quàm in alios furiosè inuolabat. Cadit i-
 gitur infelix Acron, qui nec vxorias voluptates adhuc expertus erat: & se sub Ænea
 duce multa strenuè perpetraturum sperauerat. Terram calcibus ferit, quod mortis
 dolor cogebat, & suo sanguine importunissimi hominis tela imbuit. Oroden fugien-
 tem vulnerare vulnere, quod ille non videret, & interficere noluit. Quæ enim esset
 hæc laus? Quare hominem præuenit, & à fronte (melior utiq; miles ex aperto quàm
 ex insidijs, & à tergo) manus cum eo conseruit, & vicit. Dein iacentem, & expiran-
 tem pede, & hastili premens, prostratam dixit iacere modò belli partem non modi-
 cam: nam Orodes & hostibus nocere, & suis prodesse multum solus poterat. Hinc

Latini, & Rutuli lætabundi clamores non inmerito extollebant. Cæterum ille iã editurus animam, ut morientes interdum solent, vaticinatur, & ad Mezentium, quamquam tibi, inquit, de fortitudine tua magnopere applaudis, & lætaris nunc affarim, tamen non erit diuturna hæc tua lætitia, nec diu inultus relinquitur: paulopost in hisce ijsdem campis iacebis. Sic vicissim Mezentius, in ira subridens, & prædictionem floccifaciens. At tu interim abi ad inferos: vtrum Mezentium lædere possit, quæ vos diuûm genitorem, atq; hominum regem vocitatis Iupiter, ipse viderit. Tum telum recepit e corpore: quo facto, multo prorumpente sanguine, mors oculos Orodi somno ferreo, nûquam de cætero aperiendos clausit. Cædicus Alcathoum, Sacrator Hydaspem, Parthenium Rapo, & Orsen valido, & agresti corpore virû obtruncat. Messapus Clonium, Arcadem Ericaten, illum quidem secum pedestri pugna cõgressum, hunc iacentem, cum sternacis equi dorso decidisset. Lycium Agin, qui cû Messapo parabat configere, Valerus auitæ virtutis æmulus neci dat, Atronium Salius, Saliû Nealces, qui & iaculo, & sagitta excellebat. Ingrauescente prælio, paria fiebãt vtrinq; funera, pares luctus: nunc hi cædebant: illi cadebant: rursus, qui victi erant, denuo vincebant, eratq; Mars verè ἀλλοπερὶ αὐτῶν: de fuga tamen propter ardentem victoriæ cupiditatem nullus cogitabat. Intuentes de cælo dij tam cruentas acies, & considerantes animos humanos in mutuam perniciem ita laborantes, ut etiam leuibus, de causis sæpenumero factorum legem, mortibus inuicem afferendis anteuertent, miserationis intimo sensu tangebantur. Præcipuè autem aduersariæ duæ, Venus, & Iuno, vtraq; contrariæ partis strages spectabant. Interim Tisiphone munus suum exercens, inter millia discurrebat, & iras exaggerabat. Mezentius grandem hastam, ut erat ipse quoq; prægrandibus membris, concutiens, terribili vultu incedit, tanquam Orion aliquis, dum altum mare transiens, extat humeris: aut dum è monte descendens, ac scipionis vice annosam, & proceram ornum gestans, vertice nubes attingit. Plane sic gradiebatur ingens cum ingentibus armis Mezentius. Æneas conspicatus eum in aduerso agmine, contra ire decernit, omni metu posito, & animo præsentissimo. Accedentem videns Mezentius, hæret eodem in vestigio intrepidus, virtute, & mole sua confusus scilicet: definitoq; oculis spatio, quantum hastæ peruenturæ sufficere crederet, sacrilegè inquit: nunc adsint mihi pro numine dextra mea, cum telo: alios enim deos non agnosco, nec aliorum numinum adiumento mihi opus est. Non ego Marti trophæum voueo, ut alijs ducibus mos est: tu Lause, armis, quæ Æneæ isti detraham, indutus, trophæum eris. Tum missile torquet, quod à clypeo Æneæ in Anthoris corpus proximè stantis delatum, inter ilia, latusq; mortiferum ei vulnus fecit. Domo Argiurus erat, & cum Hercule ad Euandrum venerat, ab eoq; in amicis numeratus, in Italia confederat. Dolendum, adeo egregium, ac militarem virum, non manu pugnantem, & suo, sed alieno vulnere (Æneæ nimirum destinato) periisse. Dum perit autem, ad cælum tendit lumina, quasi cum dijs expostularet super tam indigna morte: suspirat etiam recordatione dulcissimæ patriæ, in qua (quomodo item vnusquisq; nostrum) optabat potius, quam in peregrino solo vitam deferere, atq; humo operiri. Iaculatur Æneas, scutum è tribus ferri laminis, toridem pellibus taurinis, & præterea lino inductum (propter picturam scilicet) sic perforat, ut cuspis inguen hominis figat: nam quò minus plenis viribus lethalem plagam incuteret, clypei densitas in causa fuit, itaq; tantummodo corpus debilitauit. Fluentem è femine sanguinem cernens Æneas, hilaratus, gladium vagina eximit, cupiens vehementer, necem inchoatam absolvere. Hic Lausus adolescens è paterno casu dolorem maximum accepit, quem & gemitu, & lacrymis testatus est. Quod ad me attinet, optime Lause, ego factum tuum, mortemq; pro pietate tuâ eximia, & singulari obitam, mandabo versibus. decet enim posteros tam illustre, ac diuinum exemplum tuum nosse, & admirari: si tamen persuadere sibi posteritas poterit, ex tam scelesto, & execrando capite, Mezentio inquam, tam laudabilem, ac pium filiû generari potuisse. Ergo hoc vulnere, quod dixi, Mezentius cõtractus, pugna sensim excedebat, secumq; clypeo infixum spiculum trahebat. Lausus pro patre se obijcit, corpus eius suo corpore tegit, dextram Æneæ ad ictum eleuatam subit, parmam oppouit, moram iniicit, impetum eludit. Tam insignem ausum sequentes socij, clamoribus, ac missilibus eousq; Troianum distinent, ac terrefaciunt, donec è medio, protectus à filio pater se auferret. Æneas aduersus tantam multitudinem se munit.

pote-

*Mezentium
Ænea duellum: Lausi
pietas in patrem, et mors.
At verò
ingentē.*

ut potest. Videre est, quomodo cum grando cadit, aratores, & rustici ab agris repente aufugiant, & viator iuxta fluuios sub specum aliquem, aut sub fornicem saxum, si contigerit, succedat: donec fugatis nubibus sole reducto, per diem opus facere, reliquumq; itineris conficere liceat. Sic Æneas vndiq; telis, ceu grandine appetitus, tolerat, & perfert impetum, donec tandem deferueat, ac desinat: Lausum verò cum minis admonet, videat quid agat: maius esse viribus eius, quod incipiat: ex hoc male ominato congressu superiorum haud discessurum, quando aduersario longè impar sit. Velle ipsum demonstrare charitatem in parentem: sed interim incautum, ac temerarium esse. Surdus ad hæc Lausus, nihilominus pergit, & exultat. Æneas cor maiore ira turgescit, & Parca iuueni fila colligunt: morti continuo deditur. Nā Æneas per parmam eius, per tunicam, quam ei mater suis manibus auro intertextam confecerat, in ipsum pectus ensē summa vi capulo tenus abdit. Sinus cruore completur: anima corpore secluditur: os pulcherrimum pallescit miserabiliter. Quod aspectans Æneas, cum effectu quodam paterno fundit gemitum, & o lamente-
tande adolescens, inquit, pro tam insigni virtute & indole tua quid dabo tibi mortuo? dedissem viuo, ni tu seruatoris tui nomen mihi inuidisses, malens à me occidi, quam seruari. Vt autem de armis tuis aliquod trophæum collocem, non finit æquanimitas mea, Quamobrem tibi ea libens relinquo. Sino etiam te condi in maiorum tuorum monumentis, si hoc curant manes, si sentiunt, inquam, benefacta manes. Morte tua ad gloriā meam parum, ad tuam multum accedit, quod Æneam interfectorem sortitus es. Hoc enim solatio, hoc & honoti est, ea dextera concidere, qua antea plurimi, & fortissimi viri conciderunt. Sic ait, & cunctantes in tollendo caduere socios castigat, ipsemet humo subleuat totum liuidum, & concretum sanguine crines illos compræssissimos. Dum hæc fierent, Mezentius pater ad Tiberim vul-
nus lauabat, & corpus debilitatum ad arboris truncum acclinans sustentabat: cuius *Super occiso filio paternus*
è ramo galea suspensa pendebat, arma grauiora humi immota iacebant. Circumsta-
bant lecti milites, partim eius consolandi, partim, si qua vis afferretur, defendendi *Mezentij luctus.*
caussa: ipse, ut dictum est, in truncum, seu in infimam arborem se reclinans, corpus
fouebat, barba per pectus infusa, & diffusa. Perpendens autem, quid ipse ab Ænea
passus esset, & personam, ætatemq; filij secum reputans, crebrius percunctabatur, Interea
quid faceret, quoue in statu esset adolescens: mittebat etiam identidem, qui nomi-
ne suo ei mandarent, bello excederet, ad se protinus veniret. Hæc cum sollicitudo
de salute filij, magis quam ex vulnere cruciatus mœstum reddebat. Sed ecce socij
corpus Lausi super scuto non sine fletibus apportant. Ex gemitu eorum, antequam
funus oculis aspiceret, quid ageretur, quodq; illi animus præfagiuerat, cognouit.
Canum capit conspergit puluere: manus in cælum, quasi cum dijs conquerens su-
stollit (sacrilegum se, & deum contemptorem oblitus: sed magnæ est naturæ vis,
quæ tacita clamat, esse deum, & eum metuendum) mortuum complexus inhæret,
& sic interitum eius deplorat. Heu heu, quid ego senex delirus tam fui cupidus vi-
uendi, ut te pro me sinerem cum hoste pugnam capeßere? egone ut per tua vulne-
ra liberarer? siccine tua morte mea vita redempta est, mi nate? contrà potius mea
nece tuam vitam redimi oportuit. Nunc demum exilij mei pœnam sentio, post-
quam te leuamentum, solatiumq; meum perdidi. Nunc mihi plaga intolerabilis est
imposita. Ego idem laudibus tuis maculam aspergo, ut exulis dicare filius: quamuis
inuidia me, non culpa regno paterno eiecerit. Quod si quid supplicij iustis ciuium
meorum odijs debui, vtinam id capite meo luissē, & quocunq; lethi genere inte-
rijssem prius, quam tibi, & odijs huiuscemodi superstes essem. Tamen viuo, nec ad-
huc ex hac inuisa luce me educo. Sed educam. Hunc in modum lamentatus; *Mezentius*
quamuis ægro femore, & ex uulnere tardior, surtexit: atq; ab animo nondum plane *promocat Æ-*
desertus, Rhœbum equum suum adduci iubet, solamen suum, quicum ex omni-
bus prælijs semper victor redierat. Hunc ipsum quasi domini sui calamitatem sen-
tientem, & idcirco tristem, his verbis aggreditur. Hem Rhœbe, diu viximus, si-
quid diu dicendum est, quod finem habet, quales sunt res mortalium. Aut hodie hæc di-
mecum vinctes Æneam, spoliaq;, & caput eiusdem vnà referemus, Lausiq; nostri
cædem vlciscemur: aut, si fortuna successum negauerit, mecum occumbes: haud
enim, si te bene noui, tu fortissimus, & bellicosissimus, ignauissimis istis homuncio-
nibus Troianis seruire voles. Præbet se ascensui commodum Rhœbus, ascendit,
manum vtramq; & alia membra missilibus onerat, galeaq; caput munitus, ad hostem
festinat.

festinat. Varijs motibus, pudore, luctu, furore, fiducia mens agitur, Aeneam aliquo-
 ties clara voce prouocat: tamen si prouocare eum, à quo se victum meminisset, nō de-
 bebat: sed faciebat hoc, quod in vtrumq; paratus erat, vincere, & mori. Eius voce a-
 gnita, lætior fit Aeneas: cupiebat enim extremum velut, & perfectissimum actū ad-
 dere huic tragœdiæ. Ne verò timere putaretur, si taceret, vicissim vocem claram mi-
 sit, & inquit. Sic me Iupiter diuū pater, sic Apollo adiuuet: age age, manum conse-
 re. Mox hasta protenta, mactus animo in hostem graditur. Ibi Mezentius, oh sæuissi-
 me, incassum me, iam filio spoliatum terrere niteris: nunquam tu me superares, nisi
 antegnatum meum occidisses: illius cædes mei vincēdi spem tibi affirmat, & bene
 quidē: eo enim extincto, hæc mihi vita amara est. Odi lucem istam, in qua Lausum
 lucem meam non video. Mortem non perhorresco, quid perhorresco? amo, & cu-
 pio: dabit enim exitum doloribus meis, & cum filio apud manes me coniunget. Dijs,
 quos tu homo superstitiosissime aniliter veneraris, non parco, nec eos opem rogo,
 quod tu facis. Desiste mortem cōminari, mori in de-~~feri~~is est. Tamen à morituro,
 prius hoc tibi habero munusculum. Sic dicens, telum in Aeneam emittit: inde aliud,
 & aliud, ampliori gyro sæpius eundem à læua circumuectus, ut dexterā eius partem
 nudam, vulnerare posset. Tela omnia Aeneas obiecto scuto excipiebat, idq; propter
 eorum multitudinem sylvarū aspectum referebat. Post, cum morarum tæderet, totq;
 spicula clypeo vellere pigeret, se insuper iniquo certamine, peditem scilicet ab equi-
 te vrgeri cerneret, paulum deliberans, equum, an sessorem peteret prius (nam equo
 interempto, fiebat probabile, non difficulter interim equitem posse, ex vulnere tar-
 dū, atq; infirmū) vbi stetit sententia, ad factū venit, hastam in equi frontem iacit. Do-
 loris cruciatu ferus pedibus anterioribus se attollit, posterioribus aera ferit: Mezen-
 tium effudit, effusum implicat, & cernu' eidem incubit: clamor à Troianis, Latinisq;
 īmensus, ab illis præ gaudio, ab his præ dolore exoritur. Aeneas repētino accurrit, re-
 ita postulante, antequam nimirū se prostratus erigeret, aut focij succurrerent: gladiū
 stringit, insultandoq;, vbi nunc tua Mezenti virtus? vbi feritas? adhucne dextera ti-
 bi deus? Ille cælum respiciens, postquā respirauit, ac mentem recepit, quid tu mihi
 insultas hostis importunissime? Vltro mori, nō est viro forti pudēdum facinus. Si me
 iugulare statuisti, licet, iugula: neq; enim eo cōsilio me armis reddidi, ut vincerem:
 nec Lausus meus ea tecum conditione concurrat, ut mihi parceretur. Si tamē bene-
 ficium aliquod victis hostibus præstari potest, hoc vnum te oro, ut inimicorum meo-
 rum sæuitiā à corpore meo prohibeas: in frustra illud etiā exanimus differat: tanto
 in me ardent odio. Da me sepeliendum eodem sepulcro cum filio. Consortem me
 facis eidem, eodem hoc me perimens gladio, quo eum peremisti: in sepultura quoq;
 socium & consortem facito. Hæc locutus, iugulum præbet non inuitus, ensē exci-
 pit, & cruore largo arma rigans, cum eo simul animum profundit.



Paraphrasis
 IN LIBRVM VNDECIMVM
 ÆNEIDOS.

*Trophæum de
 Mezentio, &
 mādaturū de
 sepeliendis
 socijs.*

Oceanū
 interea.



LUX alma terras rei iere, & collustrare incipiebat, cum Aeneas, quā-
 quam suorum, ante omnes verò Pallantis fortissimi, sibiq; iure opti-
 mo charissimi ducis interitu mœstior, ac de corporibus exanimatis
 solemni more cremandis, cineribusq; condendis multum sollicitus,
 quod ea res dilationem paulò diuturniorem non patitur, tamen reli-
 gionis, quā humanitatis potiore ducendam esse rationem, & trophæum Marti,
 tanquam voti dāpnatus, ipso in tempore matutino constituendum decreuit. Ergo
 in loco eminentiore, siue in colliculo depactum stipitem quernum, Mezentij ab se
 occisi armis induit: mediū lorica, duodecim locis pforata (tot enim vulneribus ap-
 petitus fuerat) conuestit: in summo galeam cristatā, cruore adhuc pāne stillantē aptē
 ponit.

ponit: A dextris tela fracta, à sinistris clypeū eius, de collo ~~ensem~~ cū vagina eburnea suspendit: ut sic etiā tum armati hoīs facies, pro vītata in figendis trophæis consuetudine præberetur. Dehinc cēturiones, & manipularios cū milite frequenti circumstantes affatur, & præclara cohortatione audētiores facit. Belli dimidiū esse confectū, oppetijsse ducē Turni potissimū, perijsse fulmen, & columnen exercitus aduersarij: de cetero ab omni se timore abducerent, facilem enim fore de reliquo victoriam. Meis, inquit, manibus effeci, ut talis (& trophæū monstraui) esset Mezentius: de arrogantissimo rege, deorū, adeoq; Martis ipsius cōtempore & irrisore, hæc spolia mihi relata sunt: has ego futuri successus primitias me cōsecutū letor, & vos vnā mecū, ut par est, lætamini. Sequitur nunc, ad oppidū moueamus, ut qui equo cāpo hostibus superiores euasimus, eosdē quoq; arcta obsidione pressos subigamus, & ad imperata faciēda cōpellamus. Certē enim, q in cāpo nos amplius laceſſat, difficilē existet. Animos itaq; vestros ad arina redintegrate, & triumphū vobis, ppter exploratā victoriæ spem despondete. Cū signa in castris reuelli, & dijs bene iuuatibus cū fælici augurio facilē reuelli cōspexeritis, illico, sine cūctatione, actutū alacres sequimini. Istuc, cōmilitiones mei, ante dicendū existimaui, ne vos postea im, puiſa castrametatio, consilij mei nescios perturbaret: neue timor aliquis ad opus aggrediendū tardiores redderet. Interim dū hīc ab armis vacātes commoramur, cadauera sociorū, (quod manibus opratissimū, atq; honorificētissimū accidit, quodq; lumine cassis superstitēs maximē debent) humo operiamus. Agite dū, viros magnanimos, & omni laudū præconio cohonestādos (quippe qui sanguine suo salutē, gloriā, securitatē, libertatē, regnū nobis pepererūt) suprema exsequiarū pōpa condecorate, vltimūq; ijs honorē libentes meritō haberote. Æquissimū porro videtur, vti Euander parēs filiū, quē viuum, & victorem nō potuit, extinctū saltem recipiat: huic rei primū præuertendū censeo. In patriā igitur remittamus corpus nobilissimi iuuenis, q profectō non ut imbellis, & enervatus quispiā, sed ut bellicosissimū, animosissimūq; decebat, funere heu nimis, pperato, in ipso ætatis flore cōsumptus est. Hæc ut dixit, nec absq; lacrymis, in tētorium cōcessit, vbi exanimū corpus ab Acete longæuo (quem quondā armigerum suū, Euāder abeunti filio comitē, atq; custodē, sed auspicio parū secundo adiūxerat) seruabatur. Circūfuderāt iacentem Arcades famuli, & magno numēro Troiani, fortem dirissimā lamentantes: Trojanæ itē mulieres ancillæ aderant, quæ more patrio, sparsis crinibus, ploratus apud mortuū instar præficarum edebant. Postquam autem Æneam introeuntem viderunt, tū deuiq; pectora oēs percutere, altissimos dare gemitus, & collacrymari miserrimē. Est enim naturā eōparatū, ut in rebus tristib; & luctuosis, amicis, ac notis intervenientibus, dolorē animi, & lacrymas non renouemus modō, sed augeamus etiā: quasi hoc modo ad communionem luctus eos inuitantes. Æneas vbi vultū illū candidissimum, & nec in ipsa morte deformatum, præterea luculentū in pectore minimē adhuc piloso, sed leui, ac iuuenili vulnus aspexit, vulnus, inquā, à Turno illatū, de integro lacrymæ illi, & quidē largius per ora fluere cœperūt, cum verbis huiuscemodi. Eheu mi Palla, siccine mihi raperis? Quid contraria fortuna faceret, si secunda hoc fecit? Prō quantum læderet irata, si sic læsit propitia? Ergōne in fatis tuis erat, ne regna nobis destinata videres, ac triumphis nostris interesses, victorq; ad ciues tuos redires? Quid respondebo patri tuo, qui te in fidem meam tradens, meq; cōplectens, fideliter monebat, nihil in bello negligendū putarem, omnia circumspicerem, rem mihi futuram cum gente potenti, & valida, cū hominibus duris, & acribus, quales videlicet ipsemet expertus erat? Forsitan nunc etiam inani spe alitur, preces multas concipit, dijsq; pro tua sospitate sacrificat, cum nos te luce cassum, vanis, id est, nihil profuturis tibi non sentienti, obsequijs prosequāmur: sed quibustamen nosmet adhuc spiritum de cœlo ducentes, desiderium tui quoquo modo lenimus, & consolamur. Tu interim Euander, secus quam credidisses, crudeli plaga filium necatum aspicias. Et hic erit reditus noster gloriosus, si dijs placeat: hæc tibi de Pallante incolumi restituendo data fides. Atq; hoc quidem malum eō te grauius premet, quod aduersus opinionem tuam euenit: meditata enim, & prouisa tolerabilius pferuntur. Veruntamen vna res in isto grauissimo tuo casu quantocunq; te solatio mulcebit, quod non auerso, sed aduerso vulnere occisum accipies gnatum tuum: ut ei mortem tanquam degeneri, ac fugitiuo iratus optare non possis. Hem, quantam tu huius adolescentis interitu, Ascani, quantam iacturam Italiā facit? Tu socium & amicum fidelissimum, maximeq; his temporibus

*Luctus ingēs
super Pallan-
te exanimi.*

*Sic ait il-
lachry-
mans.*

*Pompa fune-
bris Pallantis
ducta.*

*Hæc vbi
defleuit.*

necessarium: illa tutorem, ac propugnatorem suum amisit. Euander vitam diutius propagare nequit: in Pallante quæ locata manebat fiducia, vniuersa simul in nihilum abiit. Huiusmodi verbis effusa querimonia, tolli corpus ad asportandum in patriam iubet, ac de toto exercitu millenarium, partim Troianos, partim Tuscos, partim Arcadas deligit, qui regiū funus honoris amplissimi, atq; adeo extremi causa ducant, quicq; patris Euandri dolorem alloquijs, & præsentia sua mitigent: cum etiā hinc p̄spicere queat, tanto virorū lectissimorū numero, rebus nōdum in tranquillo cōstitutis ad se misso, multū sibi, multū quoq; tributum filio. Mitigēt dolorem, dicebam, non, penitus tollant: tantum enim futurum apparebat, ut ad illius acerbiterem, & magnitudinem nihil posset accedere, atq; idcirco nullam cuiusq; medicamenti efficacitatem eo curando respōsuram. Attamen nihilominus ærumnoso seni hoc officij genus, exiguum quidem, sed meritis eius omnino debitum præstandum fuit. Hortante igitur beneuolentia, quæ erant in viuum, & insuper Æneæ iussis virgētib; capulum seu pheretrum de viminibus virgultisue in speciem cratis cōtextūt: desuper ex frondentibus ramis pro vmbraculo quasi quandam cameram addunt: herbas molles insternunt: cadauer superimponunt, viuo quam mortuo similis. Talis quippe color eius, qualis violæ, aut hyacinthi, quando puellæ digito ad sertum nectendum decerptus, languescere quidem incipit (nempe cui terra mater & alitrix sufficere vigorem desijt) veruntamen fulgorem adhuc, pulchritudinemq; pristinam retinet. Profert Æneas vestes binas, utraq; à Didone ipsamet summa voluntate cōfectas, & ab eadem in magni amoris argumentum sibi donatas, sanē sumptuosas, auro nimirum intertexto, & purpura constantes. Hoc tam insigne munus, & laborem reginæ, iure sibi charum cum Pallante diuidens, cum altera mœstus inuoluit: caput item flauicomum in rogo breui arsurum velo contegit. Mandat insuper, illa spolia, quæ de præda Laurenti idem Pallas acquisierat, in vnum colligi, & ordine anteferri, additis equis, & manubijs, quas hosti idem ademerat. Adijcit & captiuos aliquot, reuinctis ponē manibus, qui eidem inferiæ mactarentur, suoq; sanguine rogales flammæ respergerent. Adhæc negotium certis datur, qui trophæa ducum à Pallante cæforum, affixis ad singula nominibus præportent. Acetes senex, cuius supra mentionem faciebamus, sic erat mœrore debilitatus, ut per se incedere absq; ducibus nō valeret. Ducebatur itaq; seu trahebatur potius, pectus pugnis liuidum, faciem vnguibus laceram sibi reddens, & quandoq; pronus, utpote viribus defectus, humi cadens. In eadem pompa erat videre currus illorum, quos de Rutulis Pallas obruncauerat. Quid dicam? Æthon eius equas, ferox planē & bellicus, sine phaleris, sponte, & grandes guttas instar lacrymarum ex oculis emittens, perinde quasi esset humani sensus compos, dominiq; sui interitum pro eo ac deberet, acerbē ferret, sequebatur. Præferiebantur quoq; hasta & galea: nam arma reliqua cum balteo Turnus eius interfecto sibi sumpserat. Vltimi eunt Arcades, Teucris, & Etrusci, scutis inuersis, & mucrones hastarum terræ opposcentes, omnes longē mœstissimi. Postquam pompa tota ante conspectum Æneæ processit, qui & ipsemet aliquousq; in funus prodierat, rediturus in castra, ad reliquorum curandam funerationem scilicet, paulum substitit, & altum suspirans, nos, inquit, iam ad alias lacrymas, ad aliam sepulturam huius belli conditio vocat. Tu, Palla mi, in perpetuum aue & vale: nam te amplius oculis hiscē meis non videbo. Hæc dixit, & in castra se recepit. Inuenit ibi legatos Laurento missos, qui symbola pacis manu prætendentes, puta ramos oleaginos, suorum corpora passim obiacentia in beneficij loco ad tumulandum petebant. Ob hospitium nuperum, & promissum aliquando Lauiniæ coniugium parceret, ne quid in extinctos etiam crudelius designaret. Æneas animaduersa postulati huius æquitate, annuit haud grauātē, & miratur vehementer, cur tādē nulla in re offensi, aduersus innocuum arma compararint: cur inimicos, quā amicos habere Troianos præoptauerint. Et quoniā vitā defunctis pacē rogitarēt, satis esse indicij, eos adhuc animos seruare armatos, bellūq; cōtinuare decreuisse: se aut multo malle cum viuīs pacē cōponere: ut qui nō cupiditate aliqua sua stimulatus, sed fatis, ac dijs (in quorum arbitrio sint res omnes) cogentibus, in ea loca ad sedem collocandā deuenit: nec aliena p vim, & rapinā inuaserit: sed q̄ essent sibi diuino nutu destinata ac tradita, iustē, pieq; vsurpare voluerit. Nec vos existimatote, ait, ex ijs q̄ gessi, me vobis vniuersis succēdere, aut vobiscū bellū gerere. Nō ita est, non: cū Turno belligero. Totum aut hoc malum, & omnis ista calamitas, regis vestri peccato conflata est: qui hospi-

*Legatio La-
tinorū de cō-
donandis ad
humandum
mortuis. Æ-
nea respons.
humanis. ver-
ba Drancis.
Iamq; o-
ratores.*

hospitij fidem minimè sanctam, & inuiolatam habuit: promissum de filia rescidit: Turnum mihi anteposuit, per què se tutum fore, falsò credidit. Qui quidem si bellum istuc nò pactione pacis, sed cæde sedari, & nos finibus his exterminatos cupiebat, oportebat ipsum mecū per se congregi: ne duorum nostrum causa, tot animæ morti obiectaretur. Superfuisset cui vel sua virtus, vel deus victoriā, vitamq; condonasset. Hoc tam cordato sermone legatos obstupefactos, & mutuū intuentes, aliquamdiu silentiū obtinuit. Deinde Drances homo magno natu, qui Turnum iuuenem oderat, & nullā eius criminandi prætermittere occasionem consueuerat, sic respondit. Fama, Troiane heros, de te accepta, minor est virtute, quam hætenus militiæ demonstrasti: & cum fortitudinem tuam wiltarem, laboresq; incomparabiles admirer, haud queo tamen statuere, fortior, an iustior perhibendus sis: vtraq; virtute clarissimū esse, asseuerantissimè dico. Quòd vtinā suppeditaret mihi digna tuis laudibus oratio. Interea meritū tuum, & humanitatem istā grata semper memoria prosequemur. Tua autē verba, quæq; benignissimè nobis concessisti, ciuitati renuntiabimus: & si optimæ voluntati nostræ Fortuna viam aperuerit, curabimus sedulò, ut rex semet stultitiæ coarguens, factūq; suum omnimodis detestans, tecū in concordia redeat, filiā tibi matrimonij iure copulet, Turnum ab se segreget, & aliam sibi vxorem querere iubeat. Quin etiā operā nostram ad exædificandā secundum fata tua urbem pmittimus. Ipsimet humeris nostris cæmēta, calcem, materiā cōportabimus: nec in tuo obsequio is labor nobis onerosus est futurus. Finierat Drances, & reliqui oēs legati idē sentire se, idem velle vultu, & admurmuratione declararūt. Pactis ergo duodecim dierū inducijs, cōfusse, atq; impunè p syluas æquè Latini, ut Troiani discurrebāt, omne genus arborū struēdis pyris ad incendēda cadauera præcidentes. His ita, ut scripsimus, occuparis, iā fama nuntia Euāder, totaq; vrbs cognouerat, Pallātem interfectū, eius corpus frequenti comitatu aduentare: fama, in quā, nuntia, q̄ nudius tertius victorias eiusdē, & inclytā in armis gloriam ibidem vulgauerat. Pallanti ex tēplō sumptis facibus (more vetusto, quo p noctem mortui cū facibus efferebantur, & tū quoq; noctis tempus erat) portis se effundūt, funeri obuiā procedunt cū planctibus. Vidisses collucentes vias longo flāmarum ordine, & agros mille distingui luminibus. Qui corpus aduehebant, ipsi quoq; plangebant: sic vnum agmen ingens plāgentium ex duobus efficiebatur. Quod simul ac sceminæ oppidū inire cōspexerunt, vlulatibus sidera ferire institerunt. Cū porrò admodū tristarentur oēs, tum Euander parens tanto in luctu, & squalore versabatur, ut eū nec corpus senio fessum, & inualidum, nec personæ regiæ grauitas cohiberet, quin per mediam multitudinem rueret, depositoq; pheret, super ipsum cadauer cum gemitu, ac fletu magno se projiceret, frigentibus membris diutius inhæreret. Postquā dolor aliquantulū remisit, vocemq; reddidit, tum in hanc lamentationem linguam soluit, qua circumstantium animos plurimū cōcussit. Heu fili mi dulcissime Palla, qualē te misi? qualē te recipio? nō hoc mihi discedens promissisti, nō sic abijisti, ut sic redires. Fore te cautum, & circumspectum, omnisq; periculi prouidū affirmabās, & id in bello maximè opus est, vbi tot discrimina, vbi tam anceps, & lubrica fortuna. At enim penes me culpæ maior pars residet, qui cū non ignorare (experientia magistra doctus videlicet) quantum valerent apud iuueniles animos ad audaciā petēdi decoris amplioris, primi in pugna successus, quāq; essent delectabiles primæ victoriæ, nō debui te dimittere. O infaustum, ô dirum filij mei tyrociniū, ô irrita, & à ventis discerpta vota mea. Tu terq; quaterq; beata, ô coniux, q̄ prius hanc rem hanc reliquisti, quā tristissimā isthanc mecū calamitatem subires. Non aides cōmunis, & vnice sobolis nostræ nimis imaturum, ac miserabile interitum: non sentis ruinā, & occasum nostræ familiæ, atq; generis. Ego autē illi superstes relinquor, quē vita cedendo anteuertere conueniebat: natura liquidem ita fert, ut patres ante liberos decedant. Si in me scelus admisi, quia Teucros opibus meis adiunādos putavi, & amicitie fœdus cum isdē pepigi, persoluissem ipse pœnas Rutulis, ego reus occiderer, ac tu ppter me, non ego ppter te iacerem in lamentis, & fordibus: & honor iste exequialis mihi, nō tibi exhiberetur: patientius certè meum, quā tuum funus patria intueretur. Nec vos, Troiani, tanquā huius orbitatis meæ auctores insinulauerim: non ego me ob initam vobiscum societatem, qua mihi gratulor, Pallantem meū perdidisse iudico. Sed hoc fuit, debebatur tā funesta clades sceleruti meæ: capiti meo hoc saxum diu impedit, semel tandem cecidit, ac me infelicem obtrui. Hoc vnū solatiolū cadit, quod sic prepropera morte mihi ablat⁹ est filius, ut antè

Pallantis corpus lugubriter excipitur, & παῖς Εὐανδρι ἐξιμν.

Etiā fama volas.

*Cremantur
uirina, cor-
pora.*

*Aurora
interea.*

*Luctus Lan-
rentum, Tur-
ni execratio,
legationis
frustratio.
Iam verò
in tectis.*

ante tot Volscis interemptis, viam nobis in Latium muniuerit. Æneas aut in huius pompa funeris tam magnificus, & liberalis extitit, ut addi nihil queat, & ego parens præstare quidquā magnificentius haud possim. Hoc etiā nō nihil me delinit, mi Pallā, quod tā multa virtutis tuæ documenta, trophæa nimirum cæſorum abs te ducum portari conspicio. Talis omnino tu etiam esses, Turne, truncus videlicet indutus armis tuis, si mihi q̄ tibi nunc ætas, ac vires adessent. Verū imprudenter facio, qui vos à reditu meis questibus remoror: cum possitis denuo captis armis Turnū morti dare, & hoc modo dolorem meum in voluptatem conuertere, Reuertimini igitur, & regi vestro meis verbis nuntiate. Quòd Pallante perempto in viuīs maneo, non esse amorem huius lucis, quam odi etiam: sed Turnum eius dextera percussū audiendi cupidinem. Illum illa mihi, & filij mei manibus debet, Nihil esse, quod eius vel virtus, vel fēlicitas præstare optatius mihi queat, quam si Turno interfecto, & Pallantem vinciscatur, & me orbum senem conſoletur. Eius nex oēs mihi lacrymas absterget. Non me delectat vsura huius vitæ, nec fas: nisi dum Pallanti meo charum, & exspectatum nuntium ad inferos perferre liceat, sumptum esse de hoste illius supplicium. Viuant hanc vitam, qui, cur mori velint, causam non habent. Viuant, quorum mentes nulli cruciatus rebus charissimis ereptis exedunt: mihi ad plures abire libet magis, quam vitam in continuo luctu trahere. Sed illa, quam audistis, causa facit, ut superesse diutius non recusem. Die sequenti, primo diluculo, cum mortalium genus ad opera consueta regreditur, quæ misera est eius conditio, cui numquam cessare licitum, nisi quandiu nox tenebris oīa circumfundens, sopore claudit oculos: ergo poſtridie, Ænēa, & Tarchonte mandantibus, pyræ per campum excitantur, in quas quisq; sui vel amici, vel cognati corpus, more maiorum imponit. Concepro igne fumus ad auras volat, ac cælum obnubit. Rogos milites ter pedestri, ter equestri circuitu cum funestis clamoribus lustrant: lacrymis etiam perfusis arma, solumq; irrigant. Multa exstebat vociferatio, multus tubarum clangor: nam & tubæ usus quondam in funeribus faciendis viguit. Arma quoq; occisis detracta hostibus, & ipſorū similiter qui cremabantur arma infælicia (utpote quibus se satis defendere non potuissent) iniiciebātur. Præterea boues, sues, & ante inducias ex hostium agris abactæ pecudes inferiæ addebātur. Sollemnibus absolutis, stabat miles, & ardentes latè rogos tam diu contemplabatur, quoad flāma pabulo deficiente vaneſceret, & nox serpens abire compelleret. Haud ſegnius alia in parte infælices Latini (ut qui nihil cōmeriti, in causa aliena & perierant, & perituri erant) pyras creberrimas moliuntur: plurimos etenim de suis desiderabant, cladēq; multo maiorem acceperant, quam dederant. Corporum aut alia humo obruunt: alia in finitima loca mittunt, eorum scilicet, qui è longinquo venerant: alia suis quæq; vrbibus destinant: cætera & numero, & honore cōfusa incendebantur, agris vndecunq; collucentibus. Die tertio pars vtraq; mœsti de cineribus permixtas cōmilitonum reliquias eruunt, & calentes adhuc tumulis commendant. Sed intra oppidum ciues luctu furebant, & complorationibus perſonabant ipſi parietes, cum mātres filios, nuptæ maritos, germanæ fratres, pueri parentes deplorarent, atq; in Turni caput maledicta oīa congererent, qui eius, quam amaret potiundæ, tam vastum belli incendium excitasset. Ipſius eſſe negotium, ipſe pugnaret, ipſe discrimen adiret, qui splendidissimum nomen, & Italiæ regnum sibi concupisceret. Drances oleum camino, quod dicitur, & verbis maiorem Turno apud populum creabat inuidiam. Fidem etiam Legatorum testabatur, qui ex ipſo Ænea coram præſentes audiſſent, cupere se Turnum solum quicum decertaret: hoc enim iustum videri: iniustum autem, tot ciuium millia gratis occumbere. Conrā, inuidiam hanc leniebant quorundam erga Turnum studia, idq; reginæ dabatur, quæ iuuenem impensè diligebat. Præterea trophæa compluria, ante id tempus ab eo deducibus cæſis erecta, illum gratiosum faciebant. Verū ecce in hiſce tantis motibus, & malis aliud malum. Legati ad Diomedem, veterem Troianorum inimicum, ad auxilia petenda miſſi, ex Apulia, & vrbe Argiripa, tristes remeant: nec tantas impensas, nec munera, nec preces ad virum permouendum quidquam valuisse, regem docent: iuſſos aliò petītum ire: aut, si rationibus suis conſultum, ac proſpectum vel- lent, de compositione cum Troiano facienda cogitare. Latinus pendere animi, ac neſcire quò se verteret. Perſpiciebat enim manifestè, diuinitus Æneam tenuiſſe Italiam, diuinitus eum defendi, quando deorum offēſam tanta ſociorum cædes oppidò argueret, quorum ſepulcra eſſent ante oculos. Quamobrem tam asperis, & ex-

& extremis Reipub. temporibus, ut quisq; erat ætate, nobilitate, auctoritate, cōsilio præstantissimus, ita eum primū ad cōsiliū accersit. Omnes festinanter in regiam cōcurrunt. Ibi postquā in medio, ipse æuo, & sceptro maximus confedit, legatis præcipit, ut palam, cunctis audientibus Diomedis responsum renuntient: nam ipse singula seorsum ab ijs intellexerat. Facto igitur silentio, Venulus legationis princeps sic exorsus est. Omnes viæ, quamuis longæ, difficultates, ô ciues, toleranter, ut par fuit, superauimus: iter propositum cōfecimus: ipsum Diomedem, & quas habet sub signis legiones, urbem item, Argosippion ab eius patria cognominatam (quam in ea Apuliæ regione condit, quæ Iapigia nomen habet, monte Gargano inclyta) vidimus, Principem ipsum consalutauimus, nostrasq; dextras illius uictrici dexteræ, qua nimirum Troia expugnata est, copulauimus. Concessa deinde quæ vellemus dicendi potestate, primū dona ad animum conciliandum offerimus: qui simus, vnde veniamus, & quam ob causam, exponimus. Bellum à Troianis inferri nobis: ad id propulsandū eius nos opem efflagitare. Ille benignè, attenteq; nos audiens, placido vultu, & sermone in hanc propemodum sententiam respondit. Quoniam inde à maioribus, atq; adeo à Saturni sæculo, qui per nostras oras regnauisset, cōsilia pacis & togæ socia præ tumultuosis ac bellicis semper amplexi essemus, ex eoq; non mediocres vtilitates hausissemus, se mirari sumōpere, cur nunc transuersim acti, usq; adeo salutis, & vtilitati nostræ contrariam voluntatem, cum ignotis bellorum gerendorum susciperemus. Non est tutum, inquit, cum hac gente ad arma descendere, quam violare inexpressibile nefas. Multis & horribilibus detrimentis affecti, & afflicti sumus, quæ Troiam oppugnavimus, & deleuimus. Nam ut taceam, quæ per obsidionis tēpus in ipso agro Iliensi pertulimus: ut de Simoente fluuio celeberrimo, nostrorum cadaueribus oppleto nihil dicam, oēs propter scelus, & sacrilegium nostrum, dijs ultoribus tantis supplicijs, singuli per sua loca mactati sumus, ut vel hosti Priamo, si viueret, mouere misericordiam potuerimus. Minerua nos Græciam repetentes, atroci tempestate exagitauit: apud Caphareum montem Eubœæ naufragium passi sumus. Nec in illa nauigatione quisquam eò delatus est, quò cursum intendit: sed quò illum venti aduersi reiecerunt, aliusq; in hoc, alius in aliud littus exiuit. Menelaus quidem ad Ægypti fines, vbi quondam Proteus regnum tenuit, iactatus est: ibi etiamnum exulat. Ulysses in monstra horrenda cyclopas, apud Ætnam incidit. Pyrrhus ad aras Apollinis apud Delphos ab Oreste transfixus, vitam cum regno perdidit. Idomeneus quoq; à suis ciuibus Creta pulsus, & ditione sua exutus est. Locri in Libyam ad Pentapolim proiecti sunt. Rex regum, & summus Græci exercitus ad Troiam imperator Agamemno, Asiæq; domitor, primo die, quo reuersus domum suam iniuerat, adulteræ uxoris Clytæmnestræ, & adulteri eius Ægisthi artibus, atq; etiam manibus nefarie iugulatus est. Mihi quoq; ut viderem Calydonem, & ad vxorem optatissimam redirem, dii noluerunt annuere. Nequē, verò hīc desierunt mala mea. Nam socij mei portento horrifico, & infando pœnarum genere in aues transmutati, per aera, & littora volitantes, flebilibus cantibus dolorem ob hoc suum testatum omnibus relinquunt. Huiuscemodi præmium, ex quo apud Ilium per sumam temeritatem deos ferro inuasi, et Veneris manū vulneraui, exspectandum mihi fuit. Quare, si sapitis, me ad talis belli societatem ne sollicitetis: quippe cuius antea tam luctifica extitit, & velis remisq; fugienda victoria. Sacramento coniurationis Troia occupata solutus sum: Troianorum odium in me nullum restat: causa aduersum eos præliandi nulla superest. Tantum porro abst, ut pristinis eorum cladibus, per nos illatis, meisq; victorijs gaudeam, ut eas è memoria mea penitus penitusq; deleuerim: quarum tamē qui obliuisci velit, non facilè inuenias: dulce enim est meminisse victoriæ, etiam in paruis. Auxilia igitur quæ petitis, quò minus vobis adiungam, religione impediō. Quæ attulistis munera, non sperno: sed si me audiatis, ad Æneam hostem placandum ea conferetis: procliuius eum hac ratione, quam armorum vi superabitis. Cum illo eminus, & cominus pugnaui: qualis sit in armis, non auribus audiui, sed istis oculis aspexi. Miranda virtus erecto scuto in hostem pergentis: validum robur hastam contorquentis. Certum est, si alios præterea duos huic similes Iliaca tellus edidisset, nūquam Græci Troiam, Troiani magis Græciam bello attriuisent: & fatis contrarijs qui modo lætitiā agitant, tristitiā & luctum agitent. Quòd totum decennium in obsidione vnius urbis cōsumpsimus, & tam serò triumphauimus, Hectori, & Æneæ tribuen-

*Latini de
Troianis vel
res medis, vel
ad discessum
aduandis
sententia.
Ante e-
quidem
summa.*

buendum scitote: qui cum animis, & virtute militari essent gemini, Æneas religiosior semper fuit. Ab eo lædendo abstinete: quibuscunq; conditionibus pacem & fœdus firmatote. Si secus feceritis, non sine exitio vestro facietis. Intellexisti, Latine rex, & quid de auxilijs senserit Diomedes: & quod sit eius de hoc toto bello consiliũ. Vixdum absoluerat Venulus, cum perculsi proceres, perinde cœperunt fremere, ut cum rapido fluminis cursu saxorum obiectu fracto, ripe vndarum impulsu strepitant. Postquam facta est quies, Latinus solemnia verba numinis inuocandi præfatus, ut sublimi in folio confidebat, ita locutus fertur.

Quemadmodum futura mala cui-tari queant, rebus adhuc saluis, & integris providendum est sapientibus, non quando iam ceruicibus incumbunt. Nos quoq; vtinam quod esset è repub. prius decreuisse-mus, quam hostem prope in conspectu, & ad ipsa mœnia haberemus. Bellum formi-dolosum, & impium cum hominibus diuino semine oriundis, quiq; dijs imortalibus curæ sunt, quiq; nullis prælijs defatigari, nec victi etiam vinci possunt, cū talibus, in-quam, viris nobis bellum est. Quam de suppetijs Diomedæis spem conceperatis, eā eijcite: dextræ suæ quisq; confidat. Verumenimvero, quam angustæ sint res nostræ, quāoīa confusa, cōuulsa, & pstrata iaceant, ut nec ista fidentia erigere & cōfirmare quenquā possit, ipsi pfecto clarissimè cernitis. Neminem ego ignauix accusatũ volo: quilibet præstitit, quantũ in se fuit: omnibus totius regni viribus, & machinis pugna-tum confiteor. Nunc, quid mihi diligenter cogitanti occurrerit, quidq; factu opti-mum rear, paucis indicabo, vos audite attentius. Agrum habeo iuxta Tiberim, à sede regni distantem procul, parum fructuosum. Versus occidentem longius extenditur, ad ea loca, quæ olim Siculi habitauerunt. Rutuli & Aurunci mercede conductum ex-colunt, & steriliora pascunt. Hunc totum pro amicitia coniungenda Troianis attri-buere placet, si in his regionibus considerare tantopere cupiant. Hic sibi, si volunt, ci-uitatem condant. Fœdus itaq; cum ijs feriamus: non ut tributarij, sed ut socij eadem nobiscum libertate viuant. Quod si aliò ad aliam gentem malunt, & possunt commi-grare, classẽ illis viginti, aut quotquot indiguerint nauium ædificemus: quod qui-dem difficile non erit, cum tantum materiæ ad littus in promptu sit, ut ante arbores cædere, & comportare nihil videatur opus. Ipsi formam, magnitudinem, numerum nauium præscribant: nos ligna, trabesq;, instrumenta, & artifices fabricationi suppeditemus. Mittamus insuper legationem honorificam, delectis centum viris genere spectatissimis (quippe in tam graui negotio) qui oliuæ ramos, pacis insignia præferentes hæc nuntient: fœdus nostro nomine sanciant; auri, argenti talẽta, sel-lam curulem, & trabeam regalia munera deferant. Hæc habui, quæ hoc periculo-fissimo, ac difficillimo tempore expromenda censui: vos in commune consulite, & rebus propemodum desperatis ac perditis, si potest, succurrite.

*Drancis in
Turnum cri-
minosa oratio.
Tũ Dran-
ces idem.*

Hic Drances pe-rennis Turni aduersarius, & eius gloriæ (dissimulanter tamen) obrectator atq; inui-dus, opibus pollens, lingua quam manu promptior, factiosus, incerto patre, matre nobili generatus, consilio non planè ineptus: Drances itaq; surgit, & sermone istius-modi præsentis in Turnum exacerbat. Quod sentis, optime rex, & nobis ut sentia-mus persuasum vis, in aperto est: nec verbis eget pluribus: & qui tibi adsunt in hac consultatione, non nesciunt quid tempus postulet: sed eloqui cogitata non audent. Comprimat aliquando spiritus suos is, cuius infauis ominibus, & præfractis mori-bus (dicendum est enim liberè, quamuis vulnera, & mortem mihi miniteretur) tot e-gregij duces ceciderunt, & tota squallet Italia: dum Troianos vexat, ipse in fuga præsidium sibi collocans, & deos etiam cælo conatur detrudere. sinat nos respirare aliquando: sinat animi sensa edictare. Vnum istis, ô rex, quæ Troianis nuntiari, & offerri decernis, adiiciendum, & in eo nullius tibi metuendam violentiam arbitror; nempe ut Lauiniam tuam Æneæ digno & te socero, & illa coniuge nuptum tradas, atq; ita pacem fœdere sanctissimo, ac sempiterno stabilias. Sin autem adeo formida-bilis est Turnus, rogemus eum, obtestemurq;, de iure suo remittat pauxillum: det hoc regi, det patriæ. Quid tu nos miseros in fortunarum omnium, ac vitæ discrimen, ô ipse horum malorum omnium, quæ non vnã urbem, sed vniuersum Latium in-undarunt principium, causa, & caput, toties compellis? Si de cætero pugnandum erit, nihil est cur salutem speremus. Quia igitur perijmus, occidimus, nisi tu ab ar-mis recedis, te pacem poscimus, te oramus, sine iungi Lauiniam cui pacta est, & cui eam fata pridem locauerunt: hoc pignore pacis nullũ potest excogitari certius atq; firmius.

firmius. En ego ante alios, ego quem tu inimicum tibi fingis, nec (ut verum fatear) esse admodum recuso, primus tibi supplico, tuorum te misereat, parce reliquis, deferuescat iste feruor tuus, acquiesce hac fortuna tua, victum te agnosce, & cedendo etiam tute tibi consule. Sufficiat vidisse tot funera, & agros passim cultoribus spoliatos. Si cedere turpe ducis, & famam factis extendere desideras, si tam es animosus, & regale cōnubium adeò tibi hæret in medullis, quin cum solo solus depugnas? Mortē subire pro patria, pro parentibus, pro charissima vxore, & suauissimis liberis laudabile ponitur: at tã multos vnus alicuius alieni causā necari, quomodo probari potest? Scilicet, ut Turnus regiam puellam adipiscatur uxorem, nos tanquam triobolares animas, per campos sparsim, in defletos, & inhumatos iacere dignum est. Aude Troianum te prouocantem intueri, si vir es, & à maioribus minimè degeneras. Tam *Turnus maledicta oratione Drancis* Turnus ira stimulante ingemuit, atq; in hanc vocē eruditaregepit. Numquam es disertior Drance, quam cum res manus, non linguam postulat: & *rit, & bonam* quoties concilium cogitur, primus aduolas: idq; vnum studes, ut plurimum blaterando gloriola augere. Sed alienum omnino tempus est, repleri verbis curiam, Talibus *spem facit.* quæ tu securè sesquipedia funditas, quando mœnibus hostis instat, & iam fossæ occisorum redundant sanguine. Tona igitur, tona ut solitus es, & me meticulosum appella, cū tu tot phalanges tuo gladio fuderis, fugaueris, & tot per agros trophæa statueris. Hostis nō longē ab oppido moratur: eamus, experiamur uter sit fortior. Quid dubitas? quid cunctaris? quousq; tibi Mars in lingua, & pedibus? Me à fuga præsidium quæsisse dixisti. Ego fugi? qui Tiberim humano sanguine purpuraui: qui Pallante confosso totam Euandri posteritatem sustuli (nam eo omnis spes progeniei nitebatur) qui tot Arcadas vita, & armis spoliaui. Aliud loquantur, si viuant Pandarus, & Bitias, & illi, quos uno die mille ad Orcum misi: & quidem conclusus intra muros hostium, vnde me tamen victor liberaui. Nullam ais amplius salutem bello sperare oportere. O pessime vates, abi in malam crucem: tibi istuc, & Troiano vaticinare: neue cessa metu miscere omnia, nostras vires eleuare, populi bis victi arma extollere. Narra, nunc quomodo Græci duces Phrygas tremuerint: nunc quomodo separatim Diomedes, & Achilles. Adde mendacijs, si volupe est, etiam hoc, Aufidum retro ab æquore Adriatico cursum in caput reflexisse. Considerate autem, proceres, singularem perditū hominis nequitiam. Simulat me sibi esse pauori, cum eo nihil sit natura pauidius. Atqui id agit vnum, ut me apud vos in odium capitale rapiat. Facessat hic pavor, securus esto, non te interficiam: habitet in hoc sibi congruenti domicilio anima istæc ignauissima: fortibus viris tantūmodo perdendis exercitata est dextera mea, non occidit culices. Ad te, magne pater, & ad ea, quæ in consultatione posuisti redeo, Si nulla est spes reliqua in armis, & opibus nostris: si auxilijs adeò destituimur, & semel in fugam dati, funditus interijmus: si fortuna insuper tam hostiliter nobis aduersatur, ut de cætero nos respectura non sit, me quoque auctore, pacem, supplices manus tendentes petamus. Quamquam si in nobis esset virtus antiqua, mori mallems, quam ab hoste pacem petere: & laudo eum (Mezentium) qui prius quam tale quid videre cogeretur, in mortem se præcipitare non dubitauit. Sin autem nec opes nos deficiunt: nec robusta, & adhuc à laboribus integra iuuentus deest: si auxilia vrbium Italicarum maiora, quam necesse foret, suppeditant, præterea, si Troianis quoq; ipsis sua cum multo sanguine constitit gloria, quid est, quod ipso aditu demittimus animos, & ante tubam contremiscimus? Superioris temporis detrimenta futuris successibus emendare, ac refarcire licebit. Multa in melius dies ipsa mutauit, & fortuna plurimos ex alto in imum demersit: ac vicissim ab imo in excelsum, quasi per ludum sustulit. Fortunæ magna est dominatio in vtramq; partem, quæ res humanas fingit, ut lubet. Esto, non iuuabit nos Diomedes: at iuuabit Messapus fortissimus, & Tolumnius fælicissimus: à tot item populis submissi duces præclarissimi: nec modicum reportabit decus Latina pubes. Quid memorem Camillam ducentem è Volsceis turmas equitum instructissimas, & ornatissimas? At enim si Troiani omnino me solum deposcunt, & in eorum vos sententiam concedere vultis, quia me communi bono tanto esse obstaculo censetis, ut nisi solus dimicem, respub. occasura credatur, nō ita rudes, & inexercitæ sunt manus meæ in victorijs adipiscendis, ut tam eximie laudis tam certa spe propofita (nempe, ut so-

lus prædicer seruasse rempub.) quidquam velim refragari. Solum me Æneas postulat, & prouocat: hoc oro, hoc opto, ut solum: nolo enim parare mihi inuidiam, si forsitan Dauces, dijs homini peruerso iratis, pariter occumbat. Sin autem virtus me, & gloria comitabitur, nolo imbellissimum, atque inertissimum in alienæ felicitatis communionem venire, si, meis pugnaus auspicijs, victoria potitus fuerit.

*Aduentanti
propius urbē
Ænea, Latini
ad resisten-
dum se cōpa-
rant: matrona
Palladi sup-
plicatū erunt.
Illi hæc
inter se.*

Dum tempus à consilio sententijs, ac mutuis insectationibus eximitur, Æneas copias ordinatim dispositas ad oppidum adducit. Accurrit anhelus, qui regiam, & urbem vniuersam nuntijs implet horribilibus. A Tiberi Troianos cum Etruscis acie distributa progredi, & campum operire. Re insperata populus maiorem in modum conturbatus, nec minus ira efferatus, ad arma frequens conclamar, arma iuentus fremit. Primores (utpote ad quos publici periculi prouisio, depulsioq; pertinebat) lacrymas non tenebant: nec erat vnus, idemq; omnium sensus, cum his Turni, illis Drancis oratio plus arrideret: & audiebatur clamor dissonus, variumq; murmur, quale quid edunt in luco aues, aut in fluuio Padusa cygni. Hoc loco Turnus occasione inuenta: agite, inquit, ô ciues, nunc conuentus, & concilia celebrate, & otiosi, atq; inermes bona pacis dilaudate: dum interea hostes in nos ruant, & tanquam pecora contrucident. Hæc tantum effatus, è regia continuo se proripuit. Voluso mandat, Volscum peditatum, Rutulumq; in armis paratum habeat: Messapus, Catillus, & Coras duo fratres equitatum ducant: partem ad custodiendas portas, & ad vrbis præsidium in turribus relinquit. Latinus instantis exitij metu confectum, totamq; tanti negotij deliberationem deserit, & in aliud tempus reijcit: semet castigat, qui desponsam semel filiam Æneæ subtraxerit, cum istis nuptijs ingentia sibi, & vrbi comoda parere potuisset. Alij fossas ante mœnia faciunt, saxa, sudes ad hostem arcendum eò congeruunt. Buccina signum ad defendendam urbem datur. Ipsæ quoq; mulieres, & imbellis ætas cum telis muros complent: extremo discrimine ita cogente, omnes se pugna accingunt. Regina ad templum Palladis in arce situm, matronis stipata quam plurimis vehebatur, & eidem munera portabat. Hærebat illi Lauinia, cuius connubium hanc omnem procellam excitauerat. Oculos deijciebat, ut virginem per publicum incedentem oportebat. Templum ingressuræ, thuris odores incendunt, & à limine clamore flebili deam bellorum moderatricem orant, latronem Phrygium compescat, tela eius confringat, terræ ipsum affligat ante portas vrbis, ut à fæminis etiam, & pueris cum ludibrio de mœnibus spectetur. Turnus furiosus similis, ut mox præliaturus, arma capeffit. Iam lorica, ocreas auro distinctas induerat, gladium lateri accommodauerat, nondum caput galea tectus: cū ab arce decurrit, totus apparatus aureus. Sic porro gestiebat, quasi iam vicisset. Prorsus instar equi generosi, qui abruptis loris fugit à præsepi, et campo vacuo potitus, exilit gaudio: hinnitu complet aera, & per colla erecta volatibus iubis, aut armenta equarum in pastu, aut flumina sibi nota petit.

Turnus Camilla dat madata, ipse insidias Æneæ locat.

**Obuia
cui Vol-
scor.**

Cum Volscis equitibus Camilla, porta exeunti occurrit: honoris causa ex equo descendit: idem reginam, imitati comites faciunt. Sic verò illum allocuta est, ut diceret, si liceret fortibus de semet bene sperare, seu ex conscientia virtutis audere, se ausuram aliquid, venientiq; exercitui ultro occursuram, & primum impetum excepturam: ipse ad muros subisteret in præsidio. Turnus intuens amabiliter venerandam virginem, vocat eam ornamentum Italiæ: negat se eius tantæ virtuti pares aut agere, aut referre posse gratias. Quia igitur tam excelsus, & inuictus illius animus sit omni laude superior, se illum tacitè admiraturum, laborem autem cum ea diuisurum. Improbum illum Æneam, ut fama vulgarit, & exploratores retulerint, equites expeditos præmisisse: ipsum cum peditibus per montis iugum ad urbem accedere: hunc se in sylua proxima, binis faucibus obsessis excepturum: ipsa se cum Messapo Latinos ducente, & cum Tyburtis manu coniungeret, ducis munere vnà fungeretur, & cum Tyrrheno equitatu cōfigeret. Deinde & eundem Messapum, aliosq; duces cohortatus, quò dixerat, ire maturat. Vallis est flexuosa, insidijs peropportuna, vtrinq; densò clauditur nemore: semita per illam angusta, & obscura. In monte planities non multis nota, hosti quidem ignota, eò tutissimus receptus, seu dextrà, seu læuà hostem aggrediare. Inde etiam saxa licebat in prætereuntem deuoluere. Hanc vallem sibi exploratam insedit Turnus, Æneam expectans.

De Camilla educatione.

Interea Diana Opim, vnam de virginibus

virginibus suis tristior facta compellat. En, inquit, Camilla arcu, & sagittis, nostris videlicet armis prædita, bello se credit, vnde nunquam est reditura. Et hoc tantò impensius doleo, quantò mihi præ alijs iam pridem est charior. Id quo pacto, faciam ut noris. Metabus pater huius, ob crudelitatem, & superbiam Priuerno, ubi regnabat, manu armata exactus, cum fugeret in exilium, pro vnico solatio infantem secum extulit, & à nomine matris Casmillæ, leui mutatione Camillam nuncupauit. Cum aut, ne à persequentibus cōprehenderetur, loca sola adiret, fortè ad Amasenum fluuium deuenit, qui sumas iam, propter assiduos imbres videlicet, ripas exæquabat. Sola ei natatio relinquebatur, qua hostibus elaberetur: sed inde oneris cura, & amor illum dehortabatur: nec enim teneram prolem narando aut præse ferre, aut tergo sustinere poterat. Dū huc illuc animum distraheret, ac versaret, vix tandem in hoc consilio acquieuit. Vt bellator, hastam trabalem igni duratā, & nodosā altera manu gerebat: huic mediæ puellulā corticibus inuolutam, & bene clausā cōmodè alligat, cælumq; suspiciens, & mihi eam pro ministra dedicans, ac meum numen implorās, ut id faustè eueniret, adducto lacerto, vi valida illam trans flumen projicit: tanto motu aqua ipsa insonuit. Propius iam Priuernatibus insequentibus, eidem se fluuiō natābundus cōmittit, tranat fæliciter, & in ulteriore ripa iacentem, iam mihi consecratam cū hasta tollit. Nulla ciuitas Metabum publicè, nemo priuatim accepit. Quod si quis etiam secū habitare ipsum voluisset, qua erat naturæ immanitate, ac feritate, eius consuetudinem refugisset. Vitam igitur agrestem, & pastoritiam in montibus, & syluis agens, puellam equino lacte sustentauit, quod ipse ori eius ex vberibus equæ indomitæ emulctum, infundere solitus erat. Vbi primū pedibus insistere, & gressus moliri cœpit, in manus ei iaculum dedit: ex humeris arcum, pharetramq; suspendit: pro crinali aureo, & palla, tygridis eam pelle amiciuit. Iam tum torquendis telis lufitabat, & agitata circum caput funda gruem, cygnumū ex aere deijcere didicerat. Fama celebratam, multæ per Etruriam matres nurum sibi contingere auebant. Verū illa studio mei æternum pudorem complexa, & telorum, quam telarum amanti, suo cubili dignata est neminem. Nec mihi tam ægre est, quod militiam sectatur, quam quod aduersum Troianos militat: quibus & admiranda virtus adest ad bellandum, & incredibilis, ac perpetua fælicitas: quibus dijs beneuolentibus, & fatis ita propitijs Italiæ regnum mancipio dabitur. Proinde ventos verberabit, & nihil efficiet. Quod nisi hoc tam inutile consilium suscepisset, etiamnum, & in posterum maneret (quomodo semper fuit) accepta & chara mihi, vnaq; & præcipua de meis comitibus. Eidem periculum adeunti subuenire, aut eam à pugna auocare vellem equidem vehementer: sed obsisti fato, quo ad mortem vrgetur, non potest. Quamobrem age tu, cape arcum meum cum pharetra, & de cælo in Latium vadens, vbi bellum hoc infaustum, ac detestabile exercetur, inde sagittam ad eum configendum deprome, qui sacrum mihi corpus sternere ausus fuerit, siue is Troianus, siue Etruscus sit: nulli parcito. Ego postmodum nube cooperta, ne agnoscar, exanimum corpus cum armis suis, inde spoliatum videlicet, in patriam, illic tumultandum referam. Hæc mortuæ faciam, ne planè nihil in eam officij contulisse videar. Extemplò Opis deuolat, obscura quadā amicta caligine: siquidem ad rem parum lætam, seu tristissimam potius.

Interim (ut quò deflexit aliquantum, eodem nobis redeat narratio) equitatus Æneæ oppido sit vicinior, equitatus, inquam, per turmas dispositissimus, equis ipsis gestientibus, & victoriam quodammodo hinnitibus, & motibus lætis prænuntiantibus. Campi hastarum, armorumq; nitore latius refulgent. Contrà veniunt Messapus, Catillus, Coras, & cum ala sua Camilla, spicula intentant, tela iactant. Alteris in alteros tendentibus, tumultus, & equorum fremitus crebrescunt. Iam intra teli spatium ambo processerant exercitus, cum derepente in clamores erumpunt, equos concitant, cælum sagittarum crebritate obscurant. Tyrrhenus, & Aconteus aduersis hastilibus impetu validissimo concurrunt. Aconteus tanta vi, & celeritate, quanta fulmen venit, aut è murali tormento saxum excutitur, statimq; perdit animam. Confunduntur ordines. Latini reiectis in tergum clypeis, pro munimento aduersus tela sequentium, conuersis equis ad mœnia fugiunt, fugientibus Troianus, & inter eos primus Asylas, inhærent. Cum spatio non longo à portis abessent, retro versi, cum clamore vicissim

Velocem
interea.

Equestre certamen

At man⁹
interea.

cissim hostem insequendo premunt. Quasi cum marini fluctus certis temporibus reciprocantur, talis erat tum facies. Bis Etrusci Rutulos in fugam compulerunt: toties ab ijdem compulsi sunt. Postquam verò vir virum legit, tertium, ac summo prælio confluxerunt. Tum audiri plurimorum expirantium gemitus, videri mixtum arma, corpora, equi semineces volutari in sanguine: pugnabatur enim quàm accerrimè. Orsilocho hastam in equum Remuli nò audentem propius ipsum, ut se fortiozem, appetere, secundum aurem intorsit, quo vulnere bestia insaniens, in posteriores sese pedes erexit, & subsiluit: Remulus humi effunditur. Catillus Iolam, item Herminium, animo, corpore, & bellandi peritia egregium deturbat. Capite aperto, flauis crinibus conspicuus, humeris etiam nudis, seu non munitis, vulnere securus (id quod in magna temeritate numerandum est) incedebat, atq; ita in tela hostilia patebat. Hunc hasta per totos humeros traiecta, dolore ita contraxit, ut corpus quodammodo duplicaretur. Generatim dicam, passim sanguis per cædes funditur, & pulchra morte hinc inde occubitur: quippe in acie, non in fuga, ea enim mors verè turpissima est.

*Fortitudo, &
facinora Ca-
milla.*

*At medi-
as inter.*

Inter tantas cædes exultans, brachio expallato, velut Amazon, pugnabat strenuissimè Camilla. Nunc identidem hastilia iaciebat, nunc bipenni constantissimè ré agebat. Si quando pelleretur, conuerso arcu retrorsum iaculabatur. Circum illam, & pro illa etiam Larina, Tulla, Tarpeia lectissimæ, quas sibi de Italicis virginibus bello, & pace administras, sociasq; honorarias asciuerat, fortiter dimicabant. Imitabatur Amazonas, cū apud Thermodoontē Thraciæ fluuiū, armis decertant: aut cū Hippolyten, seu Penthesileam è bello victricem redeuntem, lætis acclamationibus comitatur. Camilla porrò tam expeditè, tantaq; cum celeritate in cædibus grassata est, ut quem primum, quem vltimum, & omnino quot occiderit (occidit autem innumeros) vix satis declarari queat. Interfecit ante alios Eumenium Clytij filium, nudo eius pectore traiecto: qui corruens in suo se sanguine versabat, quem ex ingenti plaga ubertim fundebat. Altera victima fuerunt Lyris, & Pagasus: quorum ille dum equo lapsuro frænos colligit, & adducit: hic dum inclinaturn, atq; ad terram propendentem sustentat, tam repente percussus est vterq; ut vnum ictum diceres. Adiungit his Amastrum Hippotadis filium, & alios. Nullum deniq; spiculum eius vacuū incidit, singulis singulos hostium interemit. Ornytus inter fugientes incōsuetis armis, nempe corio bubulo pro lorica, & lupino capite pro galea, sparo insuper, quod est telum rusticum, in formam pedi recuruum armatus, & longissimo præterea corpore conspiciebatur. Hunc illa sibi persequendum, & trucidandum deligens, telo confecit, cum his verbis. An tu, Tyrhene, te imbelles feras, quas ista armorum insolentia terrefaceres, in syluis, voluptatis causa censebas insectari? Venit tempus, quo per fæminas refutarentur dicta vestra inflata, & rerum penitus vacua. Tamen apud patrum tuorum manes hoc tibi erit honestissimum, cum te Camillæ manibus cæsum narra- bis: Postea Orsilocho, & Buten, vtrumq; immani statura, & vastitate visendum è medio sustulit. Hunc quidem hasta, quæ collum inter lorica, & galeam patet, quaq; clypeus à læua dependet: illum, fugam simulans, & gyro breuiore sequentem aliquandiu ludificans. Tandem verò insurgens, quamuis deprecanti, securim repetitis ictibus in caput tam violenter illidit, vt galea diffissa, etiam ossa penetraret, ac cerebrum per faciem deflueret. Tum Aunus Auno, qui in Apénino habitabat, genitus, in eam incidens, primo aspectu stupefactus constitit. Hic inter Ligures, populū fraude, & astu nobilem haud postremus habebatur, quamdiu quidem artem mentien- di, fallendiq; ei factitare licuit. Postquam se captum vidit, ita, ut nulla via posset, euadere, nec à tergo instantem Camillam auertere, solito more ad dolum, & versutiam suam confugit. Spiritus, inquit, tibi facit equus iste, cui insides, generosissimus, ac velocissimus, cum alioqui nihil sis, nisi fæmina timida. Descende in pedes, & mecum manum æqua conditione consere. Mox experiundo, vter iure laudandus, vterue propter ventosam iactantiam poena dignus sit, intelliges. Vulnerauit hoc verbum virginis animum: quare dolens grauiter, ut erat armata, in pedes desilit, equum vni sodalium suarum tradit, stricto cum ense, & scuto non picto (tunc enim primum bello succedebat) consistit. Aunus quasi iam victor, equo conuerso, subditisq; calcaribus, sine mora se aufert. Ibi Camilla, Ligur vanissime, frustra tibi paternis hisce artibus applaudis: frustra eas in me experiri voluisti. Nec tuæ te imposturæ ad pa-

ad parentem sinent peruenire incolumem. His dictis, cursu citatissimo equitem antevertit, frænis apprehensis retinet, eum mactat. Non secus quam cum accipiter auium perniciēs, ab alto montis saxo fugientem per nubes columbam insequens, comprehensam vnguibus dilaniat, cruore in terram cum plumis defluente. Non si-
Tarchontio ad suos obin-
gatio, & fa-
ctum memo-
rabile.
 bi negligendam hanc pugnam Iupiter existimans, Tarchontem Etruscorum ducem ad prælium accédendum irritat. Ille inter cæsos, cedentesq; obequitans, nominatim multos reuocat, & ardorem illis dimicandi inijcit. Prò diuū atq; hominum fidem, inquit, quid hoc monstri est? etiā fæminam metuitis? O stolidi, itâne vestra At non
 dedecora nunquam delebitis? semper ignaui. Fæmina vna velut inertes pecudes hæc nul-
 vos agit, tantam multitudinem. Quorsum arma, & ferrum gerimus? Atqui in nocturna illa prælia cum fæminis effæminatissimi homines nequaquam segnes reperi-
 mini. Neq; tunc tardi estis, cum vobis chori sono tibiz indicuntur: cum sacra in lucis cum epulationibus, & compotationibus celebrantur. Hæc fatus, equum in medios hostes admittit, paratus fortiter oppetere. Tendit autem terribili vultu in Venulum, dextroq; brachio eum complectens, ab equo deripit, & ante se in suo collocat. Exclamatur. Latini oculis sequuntur: ille per campum cum præda properat, cuspidem ab eiusdem Venuli hasta defringit, & qua parte ei vulnus lethale daret, circūspicit, illo contra nitente, & manum eius à iugulo suo repellente. Speciem referebat aquilæ, per sublime inter ungues serpentem alicubi raptum ferentis. Ille sinuosis flexibus obnititur, se arrigit, insurgit, sibilat: sed contra vrget aquila, rostro rundit, volās interim. Exemplo ducis, & tam fælici euentu, in quo bonum omen inesse videbatur, commoti Etrusci, animis ingentibus in hostem impressionem faciunt.

Tum Aruns deuotus iam exitio, curiosè Camillam circuit, & quam commodissimam eius petendæ occasionem aucupatur. Ipsa vestigia obseruat, quoq; illa vel it, vel redit, eò ipse cum equo subsequitur, omnem aditum, abitumq; illius callidè explorans. Chloræus olim Cybeles sacerdos, equo insigni, & armis erat conspicuus, tectus lorica conferta lamellis æreis, in formam plumarum, ita ut sunt in corporibus auium dispositæ, figuratis: habitus purpureus, chlamys crocea & carbasina, quam, quò esset expeditior, nodo aureo collegerat. Tunica opere Phrygio laborata: suræ velabantur tegminibus, similiter artificio barbarico confectis. Arcus aureus, caussis urea. Tam pretioso, & eleganti vestitu, tamq; decoris armis allecta Camilla, siue ut ea pro spolijs ad templa suspenderet, siue ut ipsa ijs vtens, venatrix in syluis pulchrior apparet, hunc vnum præ omnibus ad cædem captabat, & improuidè per aduersarium agmen discurrens, immodico (ut fœmina scilicet, qui sexus est impotentior, & affectibus imperare nescit) illius prædæ desiderio se incensam ostendebat. Tandem Aruns Apollinem precatur, per cultum, quem illi populares sui Hirpini (apud quos mons Soraete, Apollini sacer) adhibere soleant, cui de pinea materia ignes struant, & caussa pietatis, honorisq; illius per eos saliant, precatur, inquam, adiuuet se, ut tantam maculam, quantam ipse cum suis ex eo traheret, quod mulier tanto viris euaderet superior, tantaq; facinora sola ederet, sua manu delere posset. Haud se spolia occisæ ablaturum, nec trophæum ullum erecturum: ex alijs factis laudem aut inuenisse, aut inuenire posse. Nec curare, si domum reuertatur expers gloriæ, dummodo suo telo hæc mulier occumbat. Secundum precationem hastam conijcit. Apollo petita partim concessit, partim negauit. Vt Camillā funderet, hoc ei dedit: ut autem patriam videret iucolumis, hoc neutiquam dedit. Itaq; simul ac hasta per auras iacta insonuit, Volsci certatim in Camillam obuenterunt oculos, expectantes quid eueniret. Illa tota mente in alia re occupatā, nec aeris stridorem percepit, nec telum desuper aduolans animaduertit, donec sub mammam exertam adauctum, cruorem virgineum altè hausit. Accurrunt repente comites, collabētem heram suscipiunt. Facto suo exterritus Aruns, inprimis fugit, partimq; lætus, partim metuens, non iam hastam in quenquam contorquere, nec Virgini se obuiam ferre audet. Veluti lupo, qui pastorem, aut iuuenicum in sylua laniauit, priusquam agrestium ferro, iaculisq; confodiatur, sub ventrem cauda subiecta, quod timoris signum est, in montes, & nemora latendi caussa fugit. Perinde se è conspectu Aruns subducebat, medizq; multitudini, ut ne agnosceretur, immiscebat. Moribunda Camilla telum, ipsis etiam ossibus infixum, conatur educere. Sanguine instar riui profluente defecta, terram petit, ingruente letho natant lumina, purpureus

Camilla intro-
ritus.

Tū fatis
debitus
aruns.

reus ille oris color in pallorem cōmutatur. Sed antequam postremum effundat halitum, Accam de focijs fidelissimā, secretorumq; suorum oīm consciam ita affatur. Acca soror mea, hucusq; & viuere, & certare potui: nunc ex hac vita abeundū est, tenebræ me vndiq; obsident. Vade festinatō, & Turno vltima verba mea nuntia: remis & equis huc contendat, instauret exercitum, Troianos vrbe prohibeat. Vale. Cum his vocibus habenæ, & arma de manibus decidunt, corpus cadit, cuius se vinculis & nexibus magis magisq; anima exoluit, & capite in humeros collapsō, ad inferos excedit. Imēsus continuo clamor. Camillæ obitu pugna surgit asperior, Rutulis eā vlcisci cupientibus, Troianis aut tanta aduersaria sublata, certiozem vincendi spem

*Opis Aruntē,
Camillā vin-
dicans, inter-
ficit.*

*At Triuie
custos.*

ingredientibus: ideō se cum Etruscis, & Arcadibus densabant in cuneos. Opis Dianæ famula in mōte sedens, cōflictumq; securē contēplans, ut Camillam coniecit occisam, ingemuit, dixitq; Ah virgo, magno lūisti, quod Teucris te opponere, deorū genti, & viris inuictissimis voluisti. Quid tibi à paruis Dianam in solis locis coluisse, quid arma, & artem nostram exercuisse profuit, siquidē pestem fatali quadam necessitate capiti tuo iminentem vitare haud potuisti: Veruntamen de morte ista tua oēs gētes loquentur, per omniū ora tu quoq; volitabis, & domina tua, cui seruisti, etiā in funere tuo ornabit te, nec inultam sinet. Quicumq; enim vitam tibi ademisti, ipse mox suam amitteret. Stabat sub monte, terra in altum aggesta, antiqui Laurentū regis Dercenni monumentum, quod assitæ ilices obumbrabant. Huc se nympa confestim recipit, & inde Aruntem oculis vestigat. Quem ut armis illustrem, & animis tumentē vidit, illo non audiente (longius enim aberat) sed quasi audiente, ut affectui suo morem gereret, hæc ait. Quò abis perditæ? agedum, huc accede, huc veni, ut te digno præmio pro Camilla occisā afficiam, & mortem tibi pro morte reddam. Necari te oportet eius telis, quam in Camilla despectui habuisti: quamuis hoc ipso dignus non sis. Tum eximit sagittam, curuatoq; quam maximē licuit arcu, adeo, ut cuspis teli læuam, qua arcum tenebat, dextra cum neruo quem adducebat, pectus tangeret, in Aruntem emittit: qui simul stridorem audiit, simul vulnus sensit. Socij per obliuionem (quod diuinæ vltionis apparet argumentum) cadauer eius insepultum, alitibus,

*Rutulorū fu-
ga, & ad por-
tas urbis mi-
seria.*

*Prima
fugit,*

& belluis laniandum reliquerunt. Occasu imperatricis suæ conturbati equites Camillæ, primi in fugam conuertuntur. Fugiant etiam Rutuli, & fortissimus ille Atinas: dissipati duces, deserti à militibus signiferi, vitæ suæ consulentes, conuersis equis ad oppidum conuolant: nec est, qui Troianis instantibus resistat: soluti arcus pendunt ex humeris. Pedibus equorum, hominumq; altè sublatus puluis, verius moenia voluitur. Mulieres in muris, & speculis astantes, & id quod fiebat animaduertentes, luctifonis vocibus misericordiam mouent. Nonnulli qui primi per portas irrumperemoliebantur, cum præ multitudine simul non possent, & retro præmeret hostis, ibidem confixi animas edebant, in ipso patriæ limine, vbi se tutos fore crediderant. Nitebantur alij portas claudere, nec socios quantumcunq; obsecrantes volebant intromittere, ne scilicet vnā hostem illis affixum intromitterent. Sæuissima ibi inter arcentes, & irruentes exorta cædes. Exclusi, in conspectu parentum lamentantium pars præceps in fossas impellebatur, & ceruices frangebat: pars nec portas occlusas cernens, & aliorum ibidem exitium nesciens, equis concitatis eas arietabat. Fœminarum turbæ, imbecillitatis immemores, propter amorem patriæ in extremo illo discrimine, præsertim ubi Camillam interfectam audierunt, stipites, fudes, & saxa deijciebant, nihil recusantes interfici.

*Turnus ad
urbem seruā-
dam venoca-
tur.*

*Interea
Turnū.*

Ad Turnum in insidijs latentem in sylua, Acca missu Camillæ, ut dictum est, nuntium mœstissimum affert, Volscos deletos, Camillam peremptam, hostes ad urbem esse. Ille subito dolore correptus, & voluntate item numinis, colles & nemora deserit. Vix in campum apertum exierat, & ecce Æneas saltus iam insidiatoribus vacantes ingreditur, montemq; superat. Sic ambō magno itinere ad oppidum contendunt, Turnus eius tuendi, Æneas obsidendi causa: nec longo ab se interuallo distabant. Æneas ut puluerem, & Laurentes est conspicatus, vicissimq; Turnus Æneam, & copias eius vidit, quò esset vtrobiq; collecta manus, statim conflixissent, nisi nox superueniens moram rebus inieciisset. Ergo ante mœnia tendentes, ea vtriq; vallant.

Paraphra-



Paraphrasis
IN LIBRVM DVODECIMVM
ÆNEIDOS.

Quemadmodum in concilio celebri procerum Latinorum, cum esset relatum de summa repub. Drances Turnum voce laceffierit, eoq; adegerit, uti se solum cum solo Ænea manus conseriturum (si in eo salus communis verteretur, amborumq; exercituum voluntates eodē inclinarent) non absq; fastu tamen, & multa sui confidentia promitteret, cōmeminisse te arbitramur. Æneæ cum agmine propius propiusq; urbem Laurentum accedenti, obuiam itum, & atroci pugna concursum: fusi fugatiq; cum Latinis Rutuli. Ergo illi infortunia sua reputantes (quippe qui iam alterum prælium irato sibi numine fecissent) nec meliora ominantes in posterum, vltra dimicandi cupiditatem omnem desperabundi abijciunt, coniectisq; in vnum Turnum oculis, tacite eum promissa flagitant: indignantes, cupientesq; in vna potius anima, quam in tot millibus periclitari imperium: præsertim cum tantis molitionibus, ac detrimentis aliud ageretur nihil, quam ut Turno liceret Lauiniam regis filiam domum ducere: quam ob causam, haud profectò satis æquam, tot capita ad mortem ruere, tot egregios ciues corpora sua proijcere, minimè laudi dandum videbatur. *Furor, & audacia Turni.* Animaduertens itaq; Turnus, in has se redactum angustias, succensus ira implacabili, quod recusare iam honestè nequit, id se vltro facturum iactat: similiter leoni, qui à venatoribus lethali plaga conuulneratus, sæuit animosius, excussisq; iubis fremens, ut infra-
venabulum diffringit. Etenim exercitus defestio erat ei instar vulneris mortiferi: & quoniam nec discrimen præsens euadere, nec alienationem suorum lenire alia ratione potest, ut opinionem timiditatis amoliatur, bacchari, & furere incipit acerrimè, cumq; ferocia leonina ad regem adiens, eum truci vultu compellat, in hanc sententiam. Nihil esse in se moræ: non se commissurum amplius, ut de Turno quisquā conqueratur. Si imbelles Troiani constare sibi velint, nec detrectare quod se facturos sponderint, ut Æneam secum congregi patiantur, se vtiq; congressurum: ipse rex sacrum fœderi fanciendo patraret, conditiones victis ferendas conciperet. Aut se illo die Asiaticum exulem sedentibus, & tanquam tragœdiam spectantibus Latinis morti daturum, cōmuneq; timoris, ac fugæ dedecus gladio suo aboliturum: aut, si secus ceciderit, suos Troianis seruitutem seruientes, cum Lauinia relicturum. Euentum pugnæ omnem dirempturum controuersiam. *Dehortatur Latinus Turnum a duello.* Exceptit hanc iuuenis Latinus, vir ætate & sapientia venerabilis, & huiuscemodi verbis contra vsus est. Equidem laudo præstantem animi tui fortitudinem, mi Turne, qua ne nimium fidas, caue obsecro: nè ue omnia audendo posse confici arbitrare. Est enim, ubi timere, quam audere præstet. *Olli sedato respondit.* Historiam veterem atq; antiquam hæc mea senectus sustinet: plurimis exemplis docere habeo, nihil non deliberatò agendum, & cum consilio: nedum rem tantam, quantam tu aggredieris. Etiam qui cauent, ne quid inconsultò ac temerè facientes, in aliquod malum deuoluantur, vix satis cauent, & sæpe cautores illi captos, ac deceptos sese doluerunt: vsq; adeo nūquā homini satis præcogitata sunt futura incōmoda. Quare quò te feruore, atq; impetu iuuentutis inconsideratiorem, & cōfidentio rem ad hoc duellum rapi cōsidero, eo me cura maior sollicitat, ut tuis rationibus consulam, incertaq; casuum, utiliter salutis tuæ, quæ mihi cōmendatissima est, me tuens, mecum diligenter expendam. Si tu istoc certamine regnum quæris, manu tenes utique regnum, quod à patre Dauno, nullo inuidente, hæreditatò iure ad te transibit: nec id paruum sanè, multis oppidis tua tuorumq; dextera in potestatem ac ditionem adductis amplificatum scilicet. Quod si hoc contentus non sum es, de meis opibus ad-

H

dam ad

dam ad tuas. Ego enim (dijsgratia est) virtute maiorum, & mea diuites diuitias possideo. Idem omnimodis ad te iuuandum, ornandumq; me dabo. Sin autem uxorem ista dimicatione consequi laboras, nullane per Latium, perq; agrum Laurentem puella nobilis, nulla formosa præter meam Lauiniam? Immo verò multæ nobilissimæ, pulcherrimæ, & cum dote amplissima, quæ tuum genus haud dedecant: earum quamcunq; optaueris, tibi nuptijs despondebimus. Noli igitur, bone Turne, noli cum periculo capitis tui velle obtinere, quod ante pedes iacet: noli quærere, quod inuenisti. Quod deinceps dicturus sum, vulnerabit aures tuas, credo: sed da mihi hanc veniam, ut tecum apertè agam, & liberè, & animo dicta mea combibe. Non mihi solum, atque integrum fuit, sicuti cæteris patribus, dare filiam meam nuptui, cui vellem: hæc enim sibi facultatem dii assumpserunt, id quod non dubiè ex oraculorum, atq; vaturn responsis intelleximus. Non tibi modò, sed cuius Latinorum procorum eam denegare, externoq; in matrimonium tradere iussus sum. Ego tamen (vide quid fecerit amor, quem erga te gero, & affinitatis vinculum, & coniugis meæ fletus assiduus, quæ te intimè diligit) religionem, & fœdus deorum securus contempsi, generum abdicavi: in abdicatum arma perfidiosè, atque impiè sumpsi. Quid emolumenti inde perceperim, quid attinet memorare, cum sit ante oculos? Calamitates bellicæ, & ærumnæ graues sceleris mei præmia sunt, quorum non modica pars ad te quoque confluxit. Iterum, prò dolor, acie victi sumus, & ita labefactatæ foris, attritæq; res nostræ, ut cum difficultate nosmet, & nostra ipsis mœnium septis tueamur. Rubet, ac tepet etiamnum è stragibus nostris Tiberis, & campi adhuc ossium humanorum pleni visuntur. Verùm quid infanio? quid toties aliò mentem diuido? Mihi decretum est, Turno interèpto, Troianos in meum regnum accipere, & pro socijs habere. esto. Cur igitur istuc eo incolumi non facio? Cur tam dirum consilium non præcido, & te, mihiq;, tuisq; saluum, ac sospitem retineo? Quam autem malè dictitabunt mihi in circulis Rutuli, amici, & affines nostri? in quantam me vituperationem reliqua adducet Italia, si te petentem filiam meam, studentemq; meum fieri generum, & ranquam filium, ad mortem (quod dii auerruncant) quasi per prodicionem tradidero, quia cum te seruare potuissem noluerim? Conuerte pulis per animum, quamq; sit varia, & anceps fortuna belli perpende. Quamuis acriter dimicantem, non semper victoria sequitur: nec frustra alata pingitur, cum è manibus frequenter euolat: & vis Martis non rarò ab abiecto victorem perculerit. Ad extremum, tangat te miseratio patris grandæui, cui tu es vnicus. Hic nunc ex absentia tua mœstitudine non minima consiliatur. quantum ille luctum hauriet, ô dii immortales, si se per temeritatem tuâ ad orbitatem deuolutum, omniq; solatio funditus spoliatum senserit? Vitam illi acerbam efficies, & mors tua illius erit interitus. Hæc Latinus, quibus tantum abest, ut emollitus sit Turni furor, magis etiam obduruit: & ipsa medicina, morbi incrementum ei facta est. Ergo mox, ut per iracundiam mittere vocem potuit, seu cum primum rex conticuit, sic ait. Quod optimi parentis, & fidelissimi monitoris est officium, id præstas, cum ob salutem meam in sollicitudine versaris. Sed te etiâ, atq; etiam rogo, ne veta me subire, quod metuis: sine me, si ita casus tulerit, cum gloria potius referri mortuum, quam in vita manere cum turpitudine, quod necesse erit, si me huic pugna subduxero. Quanquam quid ego dico referri mortuum? Soline Troianorum gladij vulnerant? soli necant? Nos quoq;, ô pater, lethalia tela iactamus: & nostri enses similiter ingentia facere vulnera, sanguinemq; haurire didicerunt. Non hîc perinde, ut apud Troiam, ei subuentura est mater, dum nulli visa, pedem referentem nube circumfudit, & manibus aduersarij insequentis eripuit: quando scilicet nihil propius factum, quam ut à Diomede mactaretur. Nunc quid ad hæc regina, licet audiamus. Percussit illico animum, quod de certamine accepit. Incendium iuuenis suo fletu conatur restinguere, cuius apprehensa dextera, sic fatur. Ah, Turne charissime quid agis? quò te præcipitas? cur te is perditum? fuge hoc certamen inire: nescio quid mali mens præsagit mihi. Per hæc lacrymas, testes doloris intestini verissimas, ego tui semper, quod scis, amantissima, quæ, quantum in me est, præ omnibus tibi ex me natam colloco, teq; generum ascisco: ego, inquam, te per lacrymas istas, per si quem mihi honorem habes? si quid Amatam reginam matertem tuam reuereris, te obsecro, obtestorq; vehementissimè, parce cum Troiano concurrere.

*Responso Turni
pertinax.*

**Quam
pro me
curam.**

*Flebilis obre-
statio Regina,
& collacry-
matio Lani-
nia.*

**At regina
noua.**

currere. Tu senectutis mee spes, & solamen præcipuum: tu decus eximium nostri nominis, atq; generis: tu columen, & gloria imperij nostri, cuius humeris domus, familiaq; nostra sustentatur. Quidquid tibi sinistrū accidet, mihi acciderit. supereris? superero: carebis hoc lumine? simul carebo: nec enim Æneam intueri generū, captiua & misera mulier potero. Impulit aures Lauiniæ maternus clamor, accelerat gradū, visisq; eiusdem lacrymis, ipsa quoq; confestim pudore ingenuo candorem faciei suffundens, ac speciem candidissimi eboris purpureo colore infecti, aut rosæ inter lilia rubentis præbēs, plorare instituit. Ibi Turnus in virgine defixa tenens ora, amoris alimenta suggerit, & ne tali coniuge excidat, maiore pugnandi desiderio inflammatur. Quamobrē paucis Amatae respondeat.

Oratam te volo, mater, ut cū maxime, hoc eiulatu superfedeas, & me istoc tā infausto omine prosequendum ne putes. Haud in meo situm est arbitratu, vtrum velim eligere. Pugnam detrectare non est integrum: in qua si cadendū erit, cadam sanē: differre, & remorari fatū meum nequeo. Heus tu Idmon, abi ē vestigio, Troianoq; non bona dicta renūtia. Vbi dies crastina se extulerit, ne cōmittat exercitus, quiescant: alterutrius nostrū sanguine bellū finitū, & incāpo aperto quæsitū iri dicito vxorē Laviniam. Hæc effatus in ædes suas ætutū festinat, equos, ab Orithyia regis Atheniensis filia Pilmuno auro suo honoris causa donatos, stabulis p̄duci iubet. Erāt illi niueo cādore mirabiles, & celeripedes, ut nihil suprā. Horū fremitū, lætitiāq; in partem boni ominis rapit. Ministri circumstantes popylis edendis, & tergis, ventribusq; plaudendis, pectendisq; iubis feros excitabant amplius. Dehinc lorica æneam, auro interlucētem induit. Tum ense accingitur, quem Dauno patri eius Vulcanus fabricauerat: & ut quandam immortalitatē habere, frangi q; nulla vi, nulla vetustate consumi posset, ac celerius mortem daret, vndæ stygi lacus im̄erferat. Ad hæc cristatam capiti galeam accōmodat, clypeum sinistra corripit, dextra hastā, quæ more antiquo ad colūnam in medio domus, Actori nuper in spolijs ablata, stabat. Hanc ter quater concutiens, quasi animatam, ac sentiētem sic allocutus est, ut diceret, quæ nunquam preces eius siuisset irritas, nunc tempus venisse, quo ei præstare operam salutarem posset. Non habere illā inferiorem dominum. Gestatam ante ab Actore viro magno; in præsens à Turno; etiam ipso Actore superiore geri. Concederet hoc sibi, ut sternere eius missu liceret Phrygem effæminatum illum, loricaq; laceratam à membris reuellere, & capillum eiusdem crispatum, vnguentoq; delibutum fœdare pulueribus. Atq; hic quidē sic insaniebat, sic de cōstantia mentis deturbatus erat, ut etiā oculi sanguine, & igni suffecti, scintillare putarentur. Videre te crederes taurum mugitu magno vanos terrores facientem: quando nimirum pugne cum aduersario tauro futuræ præludens, arboris truncum, æremūe cornibus petisset, & pedibus arenas violentus proruit. Interim Æneas, lætus offerri, quod votis pridem optauerat (quoniam erat naturā placidior, ac mitior, & à cædibus factitandis, fundendoq; sanguine plurimū abhorrens) ad iram sese incitare, atq; ad imminēs, & iam denūtiatum certamen exstimulare nitēbatur, ut in armis suæ virtutis documentum singulare relinqueret: Turni lōgē dissimillimus, quippe cuius insaniam neq; Latinus auctoritate, & precibus, neq; Amata cum Lauinia obtestationibus, blanditijs, & lacrymis flectere, frangereq; potuerant. Mœstiores tamen suos, atq; in primis filium, quod ancipitem cerneret fore certaminis euentum, & illi ducis, hic parētis vitam, ac salutem haberet in charissimis, sermone leni consolatur, ac fata sibi annuere victoriam docet. Idmonem, quiq; cum eo venerant nuntium portātes, Latino regi dicere iubet, paratum se, ipse modō leges meditaretur, quibus pars victa se constringeret.

Turnus manens inexpugnabili, arma cepisset, et furit. Nequēso ne me.

Die postero secundū solis exortum, in campo sub urbem spatium congressui à Rutulis, Troianisq; definitur, & coequatur: in medio ara cespititia ad sacrum dijs cōmunibus Marti, Bellonæ, Victoriæ fœderis ergō faciendum componitur, aqua, ignis, & reliqua necessaria à feciale, & patrepatrato lineam vestem indutis, & verbena caput cinctis prouidentur. Egrediuntur, hinc ex vrbe Latini turmatim, iam securi, & otiosi, qui paulo ante trepida fuga elapsi, muris incolumitatem suam crediderant: inde è castris Troiani cum Tyrrhenis auxiliaribus, armis diuersi, & ita instructi, ut si continuo pes conferendus. Et erat hoc diligenter præcautū, ne forte (ut sunt variabiles humanæ cogitationes) mutato cōsilio, confestim ab hostibus peterentur, id quod est factum, ut audiemus. Vtrarumq; copiarum duces, auro, ac purpura conspicui obequitabant, suoq; muneri nequaquā deerant. Postquam signo missō in loca destinata recessum est, hastas terræ defigunt

Egressus vtriusq; in campum mediū. Postera vix summo.

*Iuno ad Iu-
turnā de fra-
tre liberando.*

**At Iuno
ex fumo.**

*Æneas percen-
situr, & leges
feruntur.*

**Interea
reges.**

militēs, & scuta deponunt. Quoniam autem campus suberat mœnibus, indiscrimi-
natim omnis ætas spactatum festinauit, cū alij tecta, alij turres, alij portarum fastigia,
quamplurimi muros ascenderent. Iuno è monte, cui hodie Albani nomen est,
(tum inglorius erat, ac sine nomine quoddam Alba ad eum nondum extaret condita, à
qua sic est appellatus) igitur ex hoc monte cāpestrem planitiem, ambos exercitus, &
ipsum oppidum contēplata Iuno, huiuscemodi ferme dictis Iuturnā germanā Turni
(cui Iupiter in stupri mercedem dederat, ut stagnis, ac fluminibus præsideret) aggres-
sa est: non sanè quod eam diligeret, aut fratrem eius cordi haberet: sed potius sibi ferēs,
suāq; causā cōsultum cupiēs, ne cadente Turno, conatus sui ad nihilū redigerentur.
O nymp̄ha, honos & ornamentū fluminū, mihi inter nymp̄has acceptissima. Tu no-
sti, quo pacto te reliquis puellis Latinis omnibus, quibuscū Ioui meo cōmerciū fuit,
antetulerim, deam fieri passā sim, atq; in cælesti tēplo nō inuita collocarim. Nunc ti-
bi rem auditu tristissimam prænuntio: ne tu transacto negotio, de silentio me, & sub-
tracta ope incusare queas. Quousq; fortunæ dominatus permisit, & fata indulserunt
rē Latinā procedere foeliciter, Turnum tuū, urbēq; Laurentum foui, ac tutata sum.
Hodie illum fato sinistro descensurum in certamen video, nepe cui mors in foribus
est. Pugnam istanc, foedusq; foedissimū, quod iam iā sancietur, aspicere præ mœrore
haud sustineo: concordia, ob quam fratri tuo percundū erit, neutiquā mihi proba-
tur. Tu si quid pro eo efficacius inuenire potes, licitum illicitum (decet siquidē foro-
rem pro fratre audere, & experiri omnia) ne omittas effectum dare: forsitan secus, quā
formidamus, eueniet, & miseria ista prosperitate cōmutabitur. Vix absoluerat Iuno,
cum Iuturna se dedit in lacrymas, pectus iterum iterumq; pulsans: utpote quæ causā
dolēdi intellexerat, qua aut via fratri opitulatum iret, nihil adhuc cognouerat.
Hic Iuno, non flendi, sed præsidiū afferendi, dum adhuc viueret Turnus, illud tēpus
esse: præcipitaret moras, & quacunq; demū arte posset, germanum à propinquo in-
teritu vindicaret. Rationem fore cōmodissimam, ut dissoluto foedere bellum cōmo-
ueret, quod miscrētur congregiēdo acies, & periculum à ceruicibus vnus in omnes
transferretur. Meo istuc auspicio ausura es, ego auctoritatē facti huius non defugiā.
Dixit, & inter spem, metumq; dubiam, ac tristitię plenā reliquit. Interea reges è
castris prodeūt, Latinus spectabili pompa, atq; ambitu, coronā gestans auream, duo-
decim insignem radijs, ad speciem Solis aui sui, è cuius filia Circe progenitum esse
fama ferebat. Turnus hastilia duo præpilata manu tenens, bigis vehebatur, de cuius
equis niue candidioribus suprā meminimus. Ex altera parte Æneas, Romanæ gentis
auctor, coruscus armis cælestibus, quippe à deo fabricatis. Latus eius tegebat Asca-
nius adolescens, tanquam alter ab illo parens futurus Romani imperij. Sacerdos
candida veste opertus, porcam, & agnum ad aram constituit. Tū ad orientem solem
conuersis corporibus, mola salsa victimas respergunt, de earum frontibus desectos
capillos, & vnā merum de pateris in ignem conijciunt. Secundum hæc Æneas stri-
ctum tenens gladium sic precatur. Testes mihi estote o sol, & tu o tellus Itala, cuius
secundū diuina pmissa possidendæ, tantos exantlare labores potui. Tu quoq; Iupi-
ter omnipotens, tuq; Iuno, quam mihi meisq; nunc tandē propitiā atq; clementē
esse oro: tu item o Mars, cuius arbitrio bella geruntur: & vos o fontium, ac fluui-
orum numina, & quidquid in cælo, & in mari deorum est, inuoco atq; testor. Si me
Turnus prostrauerit, filius meus, Troianiq; ex hisce locis Pallanteum ad Euandrum
migrabunt, nec aliquando bellum reuocabunt, aut has terras populabundi incur-
sabit. Sin (quod magis augurat mens mea, & ut augurium meū dij ratū faxint, quæ-
so) penes me victoria steterit, nolo Italis Troiani iura dent: nec ego regium nomen
auctoritatēq; assumam. Volo iisdem legibus ambæ gentes pareāt nullo discrimine:
in vnum corpus sempiterna amicitia coalescant. Sacrorum nouam religionem, ac
deorum illorū cultum institua, quos mecum è Phrygia extuli. Quam rem victis, & vi-
ctoribus salutarem fore, nō habeo ambigū. Latino socero armorum inferendorū,
depellendorumq; curā, atq; adeo imperium relinqua: domicilio suo exturbabo ne-
minem, ciuitatem mihi mei ædificabunt, Latinorum nullo aut sumptum conferēte,
aut operā suā impēdente. Ea ciuitas Lauiniæ vocabulo cōdecorabitur. Hactenus Æ-
neas: quem Latinus oculos, & dexterā in cælum tollens, talis dictione sacramenti cō-
secutus est. Per eosdē ego deos, Ænea, per oīa elementa, per Apollinem, Dianam,
deos inferos, per Plutonem ipsum iuro. Audiat ius fasq; audiat Iupiter, qui misso ful-
mine approbare foedera consuevit. En aras sacris flagrantēs ignibus contingo, deos
omnes.

omnes testes appello, nullo zuo iminutum, atq; ruptum iri pacē, quā hac luce iungimus. Vt cunq; res ibunt, aliter fieri nō poterit: nec mihi vlla violentia, vllusue terror hanc animi mei cōstantiam eripiet: nō si naturarum existat extrema confusio: non si fractus illabatur orbis. Sicuti sceptrū hoc, quod mihi in manu est, nunquā frondebit, nunquā vmbra porriget, ex quo semel à stirpe recisum, virgulta sua, siue ramusculos, & folia perdidit: postquem ferro detonsum ac delibratū, atq; ex stolone per artificē are exornatū, & in regale sceptrum conformatum est: ita ego nullo tempore fide mutata, à memet desciscam. Tali modo pacem conficiebant, societatemq; in sæcula duraturā paciscebantur, circumstante, & linguis fauente corona virorum illustrium. Turnus nō iurabat: quippe corā præsente rege, cuius summa potestas, cum ipse dux tātum esset. Mox iugulantur, eo ritu, quo diximus, sacratæ pecudes, & adhuc spirantibus, ac palpitantibus extra eximuntur, & plenis lancibus igni inferuntur.

Cæterum Rutulos, Latinosq; acceptæ cōditionis pœnitere: videbant siquidem re perpenſa diligentius, ob vires vtriusq; dispariles iniquitatem certaminis. Diuerſe tamen animi afficiebantur, cum alij pactis, & cōuentis standum, alij fœdus disturbandū opinarentur: quorum iudiciū Turnus valde confirmabat, tacitus lento quodam, ac pigro incessu ambulās, deiectisq; humi luminibus aram supplicis in morem venerās. Deformauerat præterea vultū eius succiplenū ac serenum repētina macies, & pallor corpus iuuenile, viuudum ac floridum obsederat: quibus argumētis apparebat, eū merū mortis incessi. Iuturna his de rebus sermonē datum exercitui sentiens & iā labāscere, ac nutare militum animos haud malè diuinās, seſe in formā Camertis mutat, viri antiqua generis nobilitate, & cum paterna, tum etiam sua strenuitate clarissimi. In acie media cōparet, suis verbis rumoribus varijs occasionē subministrat. Quid facitis, inquit, Rutuli? siccine pudorē oēm à vobis pſtigastis, vt vnā animam, p tot millibus morti opponere nō erubescatis? Quid ita verò: num quia vel numero, vel virib⁹ hosti cedimus: nihil minus. Troiani, Arcades, Etrusci, Turno ppter Mezentium infensissimi, oēs hīc sunt, in castris nemo remansit. Hos tamen nos pæne duobus tantis superamus. Nā si singulis cum singulis cōcurrendum sit, & alterni duntaxat de nobis pugnēt, multi aduersarium nō sunt ppter eorum paucitatē habituri. Intuemini etiā, quantum præter ignominia inſit in ista monomachia dāni. Turnus, qui se p suis ceu victimā deuouet, ipse quidem hominum beneuolentia in cælum sublatus, famam aſtris terminabit: at nos ppter hanc ignauia nostram libertate pristina exuti, insolentes, ac superbos cogemur dominos ppeti, q magis velut de hostibus supplicia, quā ut de seruis obsequia exacturi sunt. Rebus secundissimis ebrij, in summa potestate modū tenere nescient. Istiusmodi cohortatione magis magisq; pectora exarſerunt: peruaſit exercitum fremitus, & admurmuratio: inopinata deniq; rerum est subinducta cōuerſio. Qui enim pronuper à tot bellicis laboribus, adeoq; lōginquis defatigationibus quietem aliquādo, & omnino certā se nacturos salutē sperauerāt, nunc arma clamant, & fœdus factum p infecto duci gestiunt: ac Turnum velut imērentem exitio iniuſtiſſimè destinatum miseratione proſequūtur, Ad hancce fœderis religionē poluendā, incitamentum multo maius Iuturna, pdigium nēpe cæleſte adiungit. Aquila enim, ales Ioui ſacer, ab alto deuolans, paluſtres aues inſequēdo agitāt. Poſt in vndas ſeſe demittēs, cygnū bene magnum magnis correptum vnguibus p aëra poſtat. Attoniti ſpectare Itali. Ecce aut volucres antea fugatę redeūt: factō agmine prædatricē cū clamoribus tandiu inſtāt premere, donec volatu, & onere deſaſſata, prædā remiſſam in flumen pijceret, atq; in nubes, vnde venerat, reuolaret. Oēs cōſenſu anguriū ut fauſtū amplecti, & ſe velle prælio cū hoſte cōtendere, ſignificationē dare. Audacior cæteris Tolūnius, alti⁹ exclamat, hoc eſſe, quod votis deos ſæpe rogauerit: agnoſcere ſe fauorē numinis: p inde ſuo exēplo ferrū ſtringerēt. Nā exulē illū improbū (ſic Æneā p cōtumeliā nominabat) videri aquilā, q Rutulos armis ſuis veluti aues timidas terrorib⁹ agitare, regionēq; alienā depopulare. Nunc itaq; inſtar illarū, quas vidiffent, quiū, vnanimes in raptorē, eiusq; copias facerēt impetū: ducem ſuū Turnū, iā quaſi cygnū excellentē ſibi raptū repoſcerēt. Nō feret, inq̃t, vim veſtrā, impreſſioni cedet, prædā reſtituet, cōfeſtimq; velificans, ex hiſce locis quā lōgiſſimè ſe abducet.

Sub hæc verba telum in hoſtē torquet, pugnae initium: acclamatur vndiq; & ardore concurrendi præcordia concaleſcunt. Fortè ſtabant inter Aeneadas fratres germani nouem, iuuenes eximia corporū ſpecie, & armis radiantibus inſignes, Gippo Arcade, & Tyrrhena ſamina procreati. In hos directo miſſili, vnum per latus, aduerſos.

H 3

quā bal-

Rutuli impulſi Iuturna fœdus violant, bellū poſcunt.

At vero Rutulis.

Pugna nona turbato fœdere.

Dixit, & aduerſos.

quâ balteum fibula mordebat, transfigit. Fratrum, dolore, & ira ardentium partim gladios educunt, partim arcus expediunt, & ad vlciscendū morientem, se in hostē immittunt. Cōtra eos Laurentes nituntur. Vicissim in hos Troiani, Etrusci, & Arcades inuadunt. Sic dū paulatim hinc & hinc pugnantibus subuenitur, ad miscendū praelium pariter omnes incumbunt: tanto feruore, & tam cæco nisu, ut aram quoq; destruerent, ritiones, crateres, sacrificijq; apparatus disijcerent, ac dissiparent: nihil pensi habentes, gratū id dijs, an ingratum foret. Tantum vero vtrinq; telorum spargebatur, ut ferreum quendā imbrem cælo præcipitare crederes. Latinus publicum fugit, vitāq; suā latebris mandat; deos fracto fœdere sceleratē violatos grauissimē cōquere. Multi currus denuo instruebāt, ex iisdem pugnaturi. Alij equos iā infrānatos, inscendētes, strictis mucronibus se ad hostem cædēdum paratos ostendebāt. Messapus fœderis præter cēteros rūpendi percupidus, Aulesten Tyrrenorū regem, quem ex insigni regio, seu diademate internoscebat, equo in aduersum cōcitato proterret. Is, ne tergū hosti præberet instanti, retro actis vestigijs, ad aræ disiectæ fragmina, quæ non videbat, offendens, supinus corruit. Derepente Messapus superuenit, & antequā surgeret (ne occasio optata periret) trabalem ex equo hastā in illū, impensē deprecantem intorquet, & insuper moribundū hostiliter subleuat. Hoc habet, inquit: id est magnū, & lethale vulnus accepit. Hæc victima, ut reor, aliquāto gratior dijs super ara ista mactata est. Latini aduolant, animā agentī spolia tollunt. Chorinzeus fit illis obuius: qui mox nondū restinctum torrē ab ara capiens, contra ruenti Ebuso, plagamq; illaturo os perculit. Sic barbam hominis fusissimā, velutaridam syluā igne cōprehendente exurit: vstionem odor sequitur teterrimus. Adhuc sinistram in cæsariem eius implicat: corpus impacto genu humo affligit, gladio latus haurit. Podalirius Alsum pastorem in prima acie emicantem, ense nudato insequitur. Ille conuersus, agrestem securim tā validē capiti persecutoris illidit, ut cū mento diffusum penderet in humeros, ac cerebrum sanguine cōmistum in arma deflueret. Ibi Æneas vir religiosus, cassidem, quò agnosceretur melius, deponens, & inermem dexteram tendens, suos coercere, ac reuocare à pugna insistit. Hem quid agitis? vnde hæc tam repentina, & improuisa discordia, quæ in vestram redundabit perniciem? Ponite iras: sancitum est fœdus: dictæ pacis leges: soli mihi cum solo congregiendum. Periculum meum esto, omittite formidinem: ego conuenta mea dextera confirmabo, &

Æneas incerto auctore vulneratur: Turnus cadibus grassatur.

Has inter Voces.

Turnus morte sua sacrilegorū expiabit audaciam. Adhuc loquentem Æneam, allabens ab hostibus sagitta in crure sauciat: à quo, & fortuitōne, an deo aliquo dirigente venerit, comperiri non potuit: nemo, qui huius gloriosissimi facti laudem ad se transferret, inuentus est. Repetit igitur castra vulneratus. Quod simul vidit Turnus, & duces ob eam rem in mœstitia positos didicit, suspicatus inimicum suū mortifero contactum vulnere, ingenti cum spe successus audere, & occasionem vrgerē incipit. Poscit arma, poscit currū, raptim cōscendit, habenas per se regit, ac prouolans non paucos interficit: aliquam multos semineces relinquit: quosdam rotarum lapsu, & pedib⁹ equorū proterit: nōnullos fugientes hastis figit. Quomodo Mars, cui in delicijs sanguinis inter arma profusio, apud Hebrum Thraciæ fluentum clypeum concutit, bellum concitans, & rabie incitos equos per campum dimittens, qui ventos propemodum currēdi celeritate anteuertunt, tota regione vngularum pulsū resonante, currumq; stipantibus Iris, Insidijs, Pauoribus, ac Terroribus, præclaris utiq; comitibus: sic Turnus medio tumultu quadrupedes suos ex sudore fumantes, vngulisq; rorem sanguineū (ppter calcata cadauera) & arenas cruore perfusas spargētes, ad cursum impellebat, & dictis amarulētis hostes lacebēbat. Inter alios eminus Sthenelū, cominus Thamyrim, & Polum occidit. Eminus quoq; Glaucū, & Ladem Lykos, Imbrasi filios, ab ipso patre educatos, & similiter pede, ut equo, congregi eruditos. Aliunde se ferebat Eumedes Troianus, vir bellicosus, Dolonis filius, Eumedis nepos, cui etiam nomine, quemadmodum animo, & dextra parenti, erat similis. Is Dolon, cum olim explorator ad Græcorum castra, ab Hectore missus, & ab eodem pro mercede Achillis equos, currumq; pactus accederet, Diomedes illi aliam dedit mercedem, ut deinde ad equos Achilleos non aspirauerit. Eumede itaq; iuniore, procul conspecto (id quod per æquora camporum non erat difficile) telo prius vibrato cum eum contigisset, curru illico superastitit: ex equo defiliens, prostrati, ac semianimis collum pede suo premens, gladium ei proprium extorquet, quo infelicem iugulat, sarcasmo addito. Habere iam ipsum, quod concupisset, iacere in

iacere in agris Italię, quorū latitudinem corporis sui spatio metiri posset. Huiusmodi præmijs donari, tales ciuitates condere, qui Turnum ferro aggredierentur. Statim ei somites ad inferos aggregat Buten, Chlorea, Sibarim, Dareta, Therfilochum, quem sternax equus p̄ ceruicem effuderat. Nec verò secus Turno, quacunq; niteretur (niteretur aut vi maxima) aduersi cedebant cunei, retroq; pedem referebant, quam cedunt nubila Boreę, cum flatu vehementissimo sonans, pelagus conciet, & vastos ad littora fluctus prouoluit. Tamen Phegeus, vtcunq; etiam furenti, accerrimeq; instāti se obiectare, & apprehensis equorum frēnis, licet citatissimo cursu raperetur, currum aliò detorquere ausus est. A quibus dū pendens vnā trahitur, lancea, quā inter eorum capita ad ictum patebat, feritur desuper: obstanteq; lorica, corpus illi tantummodo perstringitur. Hic ille nihilominus obtento clypeo, rem gladio gerere: cū cum in Turnū respicientem, atq; tota mente intentum, axis, & rota impulsū, humi deiecerunt. Quo factō Turnus de curru defluens, quā galeę lorica iungitur, caput misero amputat, truncum relinquens. Hunc in modum Rutulo sœuiente, & ad *Æneas ma-* orcum mittente frequentissimos, Mnestheus, Achates, Ascanius Æneam de vulnere *terna promi-* cruentum, & gressum hastę nixu adiuuantem in castra reduxerant. Cui hoc vnum æ- *dentia cura-* grē est, quod in acie versari, boni imperatoris munus fungi nequit. Patienter autem *tur.* exspectare tantisper, dum vulnus obligaretur, dum curaretur, non poterat. Manu sua Atq; ea infractam arundinem laborat extrahere, non sine dolore grauissimo: sed iucunditas, dū campis. qua permulceri ē conspectu copiarum suarum, & suorum alacritate dimicandi consueuerat, faciebat, vt quamuis acerbitatem pro nihilo putaret. Cum autem res tentata non procederet, quod proximum erat, mandauit, sectione ampliari vulnus, quò sagitta posset eximi, & ita in aciem redeundi, quo nihil optatius, licentia præberetur. Iapis erat, Iasi filius, senex, Phœbo, si quis alius, dilectus: quippe quem artem medicā docuerat, augurem, citharœdum, sagittarium fecerat, quę sunt artes Apollinis. Cæterum ille medendi vsum reliquis anteposuit, & dum patris vitam medicamentis, & auxilijs daretur extendere, facultatem mutam, hoc est, quę sermonibus, & eloquētia non indiget, exercere maluit. Stabat innixus hastę Æneas, nō sedebat, neq; iacebat: quorū tamen alterutrum debilitas corporis postulabat: stabat, inquam, & fremebat, non quidē causā vulneris, quia dolore videlicet morderetur: sed belli potius, ut dicebamus, à quo abesse vel paululū viro fortissimo, bellicarūq; laudum audissimo intolerabilius omni pœna videbatur. Circumfusa turba militari, & cū Iulo collacrymante, ipse siccis manebat oculis, & ab animi firmitate nec minimū discedebat. Ergo lapis quē descripsimus, retorta veste, & succinctus more medico, manus curationi admouet; herbarum succis experitur; spiculum sollicitat, ac forcipe cōprehensum, educere incassum contendit: nec illum vel fortuna, vel ipse præses, inuentorq; medicinę quicquam adiuuat. Interea loci plus plusq; in campo discrimen inualescit, concurrentium peditum, equitūq; cateruis densior puluis surgit; de equestri copia multi Troianorum castris adequitant, & in ea missilia conijciunt: tum præliantium, tum oppetentium vociferationibus cælum incenditur. Tandem Venus filium miserata, dictamni herbę odoriferę caulem cum folijs, & flore rubenti ex Ida (mons in Creta est) decerpit. Eius natura, & vis, ut tela vltro faciat excidere, quod in syluestribus capris animaduersum est, quę à venatoribus sagittis fixę, ad eam carpendam pro remedio solent confugere, & sanitatem inde, eo, quo dictum est, modo, adipisci. Hanc herbam absconditē, & nulli visā, vtpote nube obscuriore circumdata, defert: in aquam pelui à medico infusam mittit, atq; ita salutiferam reddit. Cum fouisset ea aqua vulnus Iapis, res dictū vix credibilis, dolor omnis repentinò desinit, sanguis consistit, manum fouentis secuta sagitta, sine tractu excidit, vires confestim redintegrantur, immò augentur etiam. Exclamat perfusus nouo gaudio medicus, arma desubitò, sine cunctatione ad armandum Æneam portigi iubet: non humana industria, sed diuina ope ad augustiora adhuc opera seruatum, ac sanatum esse. Sic amissi propemodū redierunt animi, & aduersus hostē denuo accensa sunt Troianorū studia. *Æneas arma-* Iam ocreis auro fulgentibus, cæterisq; armis sese heros munierat, vi- *tu in acie-* debaturq; illi, nimis longū fieri, dū se exercitui redderet. Egressurus ergo ē tentorijs, *greditur, &* vidē quid facit. Ascaniū adolescentem filiū, sicut erāt armatus, cōplectitur, aperta- *ibi eius as-* galea osculum ei imprimens, hæc addit. Fili mi Ascani, nullam tibi meliorem hære- *cia,* ditatem, quam factorum meorum imitationem habeo relinquere. A me, quomodo *Ille auid-* melior, & ad labores gloriosos fortiter tolerandos promptior: ab alijs, quomodo *pugnæ.* fortuna-

fortunatior fias discito. Nunc tibi hac dextera mea longam securitatem comparabo, & ad magna te emolumenta, honoresq; perducam. Tu, simul ut constantem ætatē ingressus fueris, mei parentis, & Hæctoris auunculi tui memoriam cole: & tuis te maioribus dignum præstare stude. Hæc locutus, porta excessit, hastam præferens. Procedunt cum eo Anteus, Mnestheus, & quotquot in castra confluerant milites: confluerant autem plurimi, quorum incessu puluërea tollebat nubes, & terram sub pedibus tremere apparebat. Aduentantes de loco celsiore Turnus conspexit, mox item milites eius. Sed quibus putas animis? oh trepidantissimis, atque abiectissimis. Quin & Iuturna, quæ omnium prima audierat, videratq; castris exeuntes (singulari etenim in sollicitudine propter fratrem erat, circumspiciebatq;, & obseruabat omnia curiosissimè) prima cohorrui, & à conspectu statim futuræ calamitatis se proripuit. Citatis gressibus per campum fertur, Martium spirans Aeneas cum suis, non indecoro puluere sordidis. Irruit in hostes adeo densato in cuneos agminè, tantoq; turbine, quanto in graui tempestate à mari ad terras nimbi aguntur ventis impellentibus, & littora sonitu complentibus: vnde agrestibus arborum, segetumq; stragem hinc præsentientibus, horror incessit. Thymbræus Osirim obesum hominem, Archetium Mnestheus, Epulonem Achatès, Vfsentem Gyas luce spoliat. Ipe Tolumnius augur, qui reliquis in fœdere rumpendo, pugnaq; instauranda verbis, & misso iaculo hortatorem sese, atq; ducem exhibuerat, occiditur. Clamor ob huius præcipuè casum, quem augurium suum turpiter fefellisset, à Rutulis increbrescit, palabundi fugiunt. Aeneas nec obuios, nec æquo etiam pede congredi promptos: nec armis demum retentis nondum supplices vult interficere: nec in terga fugientium hæret: nihil enim contra fœdus moliendum sibi decernit: tanta fuit erga deos reuerentia: vnum Turnum per caliginem illam è pulueribus sublatis obortam quæritat, eum solum sibi dari postulat, quicum de vita & sanguine deceret. Hoc animaduertens Iuturna, Metiscum Turni aurigam, nihil huiusmodi veritum, curru deturbat: ipsamet eius formam induta aurigatur. Quia enim hætenus per fœderis dissolutionem liberare periculo fratrem nequiuerat, aliam tentat viam, eumq; hosti infesto studet subtrahere: quod cum citra dolum ac fallaciam haud processurum intelligeret, ad mentiendam eius faciem atque habitum se conuertit. Et quo pacto hirundinem cernimus opulenti alicuius atrium amplissimum, spatiosas porticus, fluminum, stagnorumq; ripas peruolitare, captantem pullis suis paruissima pabula (muscas puta, culices, & huiusmodi insecta per aerem volitantia) eodem pacto quodammodo per hostilem exercitum cum curru Iuturna volitabat, ac modo hîc, modo illic fratrem, gaudentem potius, quàm rebus suis diffidentem (ut quidem videri illum cupiebat) ostendebat: nec eum cum Aenea ad manus venire patiebatur: sed quam remotissimè poterat, abripiebat. Hoc magis quibusdam viæ compendijs, semitisq; eum excipere latè vagantem Aeneas dabat operam: quin etiam cunctis audientibus, nominatim eum appellare non reformidabat. Turne, vbi es? Turne, quid fugitas? Agedum, siste: si quid cordis habes, mecum congredere. Quoties autem fieret propior Aeneas, & eum cursim assequi contenderet, toties Iuturna vehiculum aliò deflectebat. Ancipiti cura distineri Aeneas. Messapus forte hastilia duo gerens, alterum in Aeneam conijcit. Is repente subsidens, seq; scuto regens, ictum, alioqui capite, aut pectore excipiendum euitat: conus tantum cum cristis ablati. Tum demum viri summa lenitas in stomachum, & indignationem abiit: perspiciebatq;, se tam cautè & laboriosè vitari à Turno, nec hominem velle sui copiam facere: Jesseq; periculum manifestum, nedum Rutulis parcat, atque à cædibus per se edendis temperat, ipse ab iisdem insidiosius interimeretur, testatur Iouem læsi testem fœderis, & ita tanquam religione iam defunctus, in confertos hostes irrui, secundoq; Marte, nulla cuiusquam ratione habita, quotquot potest obtruncat, irascendi nullum sibi modum statuens. Quis nunc Apollo, quæ Musa carmen idoneum mihi suppeditet, quo exequar tot funera, non gregariorum duntaxat militum, sed ducum etiam, quæ totis campis hîc Turnus, illic Aeneas fecisse dicitur? Mirabile profectò, placuisse dijs, duas gentes, Troianam & Italiam, alteram in alterius pestem tantis motibus incitari, quas inter olim æterna erat futura pax atq; concordia. Aeneas Sucronem Rutulum, quàm Teucris à Turno fuga iniecta constiterant, non longa intercedente mora, per latus

& co-

& costas (quæ pars corporis celesti letho opportunissima) traiecit ense prostravit. Turnus vicissim Amycum equo à se deiecit, item Diorem eius fratrem pedes cōcurrens ferit: illum quidem tragula, hunc gladio: & amborum capita sanguine adhuc stillantia ad currum ostentationis, & timoris incutiendi suspensa circumfert. Rursum Æneas vno congressu Talon, Tanaim, Cethegum iugulat: Onyten præterea Thebanum, tristioris naturæ hominem, Peridiæ filium. Contrà Turnus aliquot Lycios (Lycia autem Apollini dilecta) neci dat. Insuper Menoetem armorum tractandorum imperitum: nec mirum, quando natura eum à militari studio abhorrentem finxerat. Arcas erat origine, iuxta Argos, vbi Lerna palus, habitauerat, piscatu paupertatem suam sustentans: nec ille præter angustum larem suum aliud norat. Ignorabat ciuium potentiorum limina: nec didicerat per adulationes, & quævis obsequia eorum aucupari gratiam. Eius quoque pater in re tenui vixerat, & agellum mercede conductum sibi coluerat. Vterq; dux, haud secus quam ignis in arboretum aridum immissus: aut velut rapidus ex alto monte torrens, quæ veniebat, vastitatem cædendo efficiebat. Totis viribus, & immensis furoribus ibatur in vulnera. Æneas Murranum (quo nomine dicti fuerant maiores eius reges Latini, ut apud Persas Arsacidæ) saxo prægrandi de curru excussit: quem equi proprii, immemores domini sui conculcarunt. Turnus Hilo inconsideratius properanti, furentiq; audacius, occurrit, telum in caput eius contorquet. Nec Creteum sua virtus a duersus, Turnum, nec dij Cupentum sacerdotem aduersus Æneam defenderunt: nec ab eo clypeus lethalem plagam remoratus est, cui se opportunum præbuit. In his itom Aeolus, vir maximi corporis occubuit: Aeolus, inquam, his campis cecidit, quem apud Troiam nec agmina Græcorum, nec urbium ille expugnator Achilles deuincere potuerat. Hic eum sua fata manebant. Nascentem Lyrnessus, mortuum Italia excepit. Porro quod hîduo, Æneas puta & Turnus, id totæ acies, omnes Troiani, omnes Latini moliebantur: nemo vacabat à certamine. Mnestheus, Sereustus, Messapus, Asylas, Tusci, Arcades pro se quisque sine vlla requie, pugnabant fortissimè, & cum suum caput seruare, tum hostem anima exuere contendebant. Marte, vt dictum est, per campum feruente, securi & otiosi interea *Æneæ suam* manebant oppidani. Id Æneæ ex eo in mentem veniebat, quod Turnum quæri- *matris urbem* tans, urbem forte respexerat. Filio igitur mater Venus hoc consilium inspirat, vt *oppugnat.* primo quoque tempore admoto exercitu, nec opinantes opprimat. Extemplò *Hic mē-* maiora animo concipit, & in urbis Laurenti oppugnatione, ac demolitione totus *tē Æneæ.* est. Duces, quibuscum rem primum communicet, mox aduocat. Tumulum deinde, quò melius à concione audiretur, ascendit. Turmatim confluunt milites, rati; id quod erat, de communi verba facturum. Arma retinent: sic enim hoste nondum penitus deuicto, ac profligato oportebat. Orationis hæc fuit sententia. Cum omni festinatione, quod imperaturus esset, exequerentur, quamuis improuisum & inopinatum imperaret. A se enim, propter conseruatam fœderis religionem stare Iouem opt. max. cuius auxilio fidere conueniret. Decretum sibi esse, ea ipsa luce Laurentum Latini sedem, totius mali fontem atq; principium, nisi ciues deditiōnem facerent, imperiumq; acciperent, solo æquare. Cur enim pateretur eius impunitate impediri ac retardari victoriam? Et cur se tandiuludibrio haberi à Turno pridem victo sineret, qui in suo ipsius arbitrio situm vellet, num, & quando congregiendum foret. Urbem urbem aggrediendam protinus: ibi esse caput & causam totius belli. Irent bonis auib; ac flammæ fœderis, inflammatione ciuitatis renouarent. Simul dixit, incredibili animorum consensu ad muros densatis ordinibus gradiuntur. Repente scalæ appositæ: repente in tecta iniecti malleoli. Hi ad portas properare, & primos ad arcendum hostem sese obijcientes confodere: illi tela iacere, tam frequentia, ut cœli conspectum adimerent. Æneas ante ipsa signa, dextra elata, voce clarissima, ut per tumultum ac strepitum exaudiri posset, Latini fidem requirit: deos testatur, secundò iam fractum fœdus, secundò se ad arma compulsum. Quod argumento fuit, eum etiam tum bene cupere ciuib; & nolle illo temporis articulo quidquam in miseros hostile designare, si ipsi modò oblatam clementiam non repellant. Hic scindi in contraria studia urbani. Pars, quæ certissimum videbat exitum, aperire portas, Æneam inducere, & regem consalutare

I

iubet.

iubet. Pars arma capit, & ad muros defendendi causa appropinquat. Trepidabatur instar apum, quando à mellario, fumo excitato, in antro inuestigata, per cellulas suas discurrunt, & irata, saxa resonantibus bombos faciunt. Latinis tot tantisq; calibus exercitis, ac defatigatis, magnum insuper malum accidit, quo tota urbs luctu, & lacrymis redundauit. Amata quippe regina, posteaquam è fastigio regiae Troianum appropinquantem, cingi obsidione arctissima oppidum, iactari faces, ardere passim aedificia conspiciata est: nullam contra manum, quae se obijceret, & hæc fessis.

*Regina suspē-
dio se necat,
unde luctus
non materia.*

*Turnus urbe
obsessam, re-
ginam extin-
ctam cogno-
scit, animūq;
despondet.
Interea
extremo
bellator.*

Turnum iam peremptum, & cruciata plurimum facti sui conscientia, seque horum malorum auctorem, & machinatricem confitens, aliaq; multa per impotentiam mentis, ac doloris magnitudinem effundens, disrupta veste regia, laqueum à trabe celsa necit, in eum inserta gula, spiritum sibi miserabiliter intercludit. Ita mulierum nobilissima, turpissimo genere mortis decessit, & in causa sua accusatoris, iudicis, & carnificis functa est officium. Matronae, viris alibi occupatis, tragediam hanc prius cognouerunt, plangoribusq; foemineis aedes, & compita repleuerunt. Lauinia, ad quam, utpote filiam, pars maxima huius dirissimi infortunij deriuabatur, prima crines, & genas laniat. Fama per urbis omnes angulos dissipatur: consternati ciues, in desperationem salutis adducuntur. Latinus publicis, priuatisq; calamitatibus percussus, coniugis videlicet interitu, & praesentissimo regni totius, ac patriae periculo, scissa veste, caput cinere conspersus incedit, semet detestans, qui Aeneam generum, conuenienter promissis, asciscendo, hisce cladibus non anteuenterit.

Dum hæc aguntur, Turnus in margine campi pauculos de Aeneae copiis palatos insequatur, haud quaquam magnis, ut antea, spiritibus: ipsi etiam equi paulatim in cursu tardiores, ac velut cum domino pusillanimes reddebantur. Ecce autem ventus ad aures eius confusos ab urbe clamores, ac sonitus luctuosos affert. Miratur quid sibi velint: in magno eam discrimine versari probe coniectat. Subsistit. Soror, Metisci ferens imaginem, ut docuimus, monet, victoriam prosequatur, alijs defensionem urbis permittat. Aeneam urgere Italos, concidere multos: ipse vicissim ne à Teucris manus abstineret: nec pauciores utiq; morti daturum, nec minorem, quam Aeneam, gloria potiturum. Respondet Turnus, non sibi clam esse quid cogitaret, quid moliretur: se videre sororem, quamuis aurigae faciem induisset, & eam iam tum in foedere turbando agnouisse. Cur autem è caelo descendisset, cum nihil nisi miseriam fratris, & dirum denique lethum cum sua immodica tristitia visura foret? non enim quidquam sperandum melius. Habere etiam certa suae mortis omina. A Murrano nempe familiarissimo, cum ante oculos suos occumberet, vocatum. Videntem insuper à Troianis occisum, spoliatum, & rapto corpore sepeliri vetitum, forsitan adhuc victurum, nisi ideo mori maluisset, ne Turnum turpissime superatum intueri cogeretur. Ergone, inquit, ego tuo obtemperans consilio fugae me credam: urbem excindi patiar: nec Drancis maledicta, hac mea dextra refellam? Scilicet hoc vnum malis meis deerat, ut tantam ignominiae labem nomini meo aspergerem. Sed interficiar, sed moriar. Quid? adeone tibi istuc calamitosum videtur, mori? nonne mors omnium malorum, ærumnarumq; finis? quis verò est, cui aliquando moriendum non sit? omnes hoc vestigal pendimus: omnes, mea soror, dijs tam propitijs, quam iratis morimur. Sed hoc pulchrum est, si vitam, quam naturae debeas, aut patriae, aut propinquis, aut amicis potissimum reddas. Nunc vos quaeso Manes, quoniam superis exosum me sentio, qui me suo orbatum auxilio voluerunt, vos mihi saltem fauetote. Ad vos experts huius criminis, fugae scilicet (fugere enim viro forti non licet) dignus maioribus meis descendam. Vix hæc ediderat, cum per hostes medios equo concitato Sages aduolat, telo faciem saucius, Turnum inclamat, obsecrat, suorum misereatur. Troianum miscere omnia, iam iam excidio urbem daturum: ardere domos, concursare ciues, tanquam pupillos omnes in vnum Turnum respicere, ab eo salutem expectare. Latinum hære, utrum sibi generum adiungat, & quò potius inclinet. Reginam praeterea, eius semper cupidissimam, sibimet vitam abruptisse. Ad portas Messapum, & Atinam solos propugnare, premiq; cateruis hostium. Et tu interim, si dijs placet, curru hic otiosus vagaris? tu, cuius causa hoc bellum conflatum est, & qui pri-

qui primus pro moenibus stare debueras. Hoc tam multiplici nuntio confusus, ac perturbatus consistit, ac silet Turnus. Pudor, furor, luctus, amor, virtus agitabant eius animum, & ad succurrendum obsessis inuitabant vehementissimè. Postquam offusa menti caligo deterfa est, & se ipse collegit, toruo vultu urbem aspexit. Illic cernit turrin à se cunstructam, & rotis superpositam quaquaversus circumactilem, vnde hostis vrgeret, adiunctis ponticulis, quò facilior esset in eam accessus: cernit, inquam, flammis in altum emicantibus conflagrare. Tum sic ad sororem. Quid frustra resistimus? vincamur ab his, quæ vincere non possumus: volentes sequamur fata, quia etiam nolentes trahunt, quò volunt. Stat sententia, cum Ænea depugnare, & quidquid est acerbatis in morte, hoc perpeti. Tibi tamen ex infelicitate mea solatium istuc continget, quod non videbis fratrem tuum viuentem cum dedecore. Nunc mihi permitte, vnam antè insanire insaniam, quàm ad mortem furibundus, & insanus præcipitem. Illico è curru salit, perq; inimicas acies curriculò, & rànquam Furijs insectantibus penetrat: nihil enim metuendum sibi arbitrabatur, qui iam mori deliberauerat. Omnino sic concitatè, & tam horribili impetu ad moenia venire contendebat, vt cum de iugo montis immane saxum, aut crebris imbribus, aut multis sæculis exesa terra, cui adhærebat, vento impellente deorsum voluitur, arbores, pecudes, pastoresq; in terram dat: sic, inquam, ad oppidum festinat: vbi erat intueri profusum humi cæsorum sanguinem, & audire stridorem lancearum per aërem volitantium. Protensa manu signum dat: quiq; intus Latini, quiq; foris Rutuli inueniebantur, vtrosq; clamans iubet quiescere: suum esse vnus subire, quicquid subeundum foret mali. Se ex æquo, & bono concurrere ferro, & rupti fœderis pœnas sufferre debere. Statim omnes è medio discedunt, spatiumq; ingredienti faciunt. Audito Turnum adesse, Æneas urbis & arcis oppugnationem continuò intermittit, opera omnia suspendit, gaudioq; cumulat: & tanto sono arma concutit, quantus est, cum in monte quopiam, vento surgente, ilices constrepunt. Certatim omnes, quæ oppugnantes, quæ oppugnati oculos, & ora in ambos conuertunt, spectaturi: quosum res euasura sit, arma deponunt. Latinus quoq; admirabundus certamen expectat duorum heroum maximorum, vnus Europæi in Italia, alterius Asiatici in Phrygia nati. Ergo in planitie, præsentè vtroque exercitu, sese inuadunt: hastas vibrant: ensibus ictus geminant: galeas, & scuta pulsant: casus cum virtute confunditur. Talis erat species huius congressus, qualis cum aut in Sila (sylua est Lucaniæ) aut Taburno monte Apulix tauri duo præferoces in se cornibus aduersis incurrunt vi validissima. Recedunt non sine metu pastores armentarij: ipsum verò armentum attonitum silet, dubitantq; iuuençæ, vter eorum obtenta victoria maritus, ac princeps gregis in posterum futurus sit. Certè instant, ac premunt alter alterum: dilaniataq; cute, & plagis factis colla, armosq; rigant sanguine: & mugitibus eorum personant nemora. Sic Ænea, Turnoq; confligentibus, fragor clypeorum vsque in cælum ibat. Iupiter capra librazquo examine, seu trutina, in lances amborum facta imponit: ut scire possit ad vtrum victoria inclinet, & vter vitam amissurus sit. Emicat Turnus, totoq; corpore, & omnibus viribus ad Æneam impunè, ut putabat, ferendum, prosternendumq; incumbit. Eo feriente vtrinq; existit vociferatio, Latinis timentibus, ne malè: Troianis, ne bene eueniret audacia. Sed ecce gladius diffractus spem frustratur, actumq; inibi de Turno fuisset, nisi mox à fuga præsidium petiuisset. Quam ocyssimè fugit, videtq; ignoti, & alieni ensis in manu sua capulum. Fertur etenim, cum primum conscenderet currum, in prælium iturus, relicto patris sui Dauni gladio, æquè à Vulcano confecto, ut multo ante narrauimus, festinantem Merisci aurigæ sui ensen raptim tulisse: qui quidem tandiu valuit, donec ipse Troianos dantes se in pedes sequeretur. Ast vbi ad Æneam armis diuinis præditum est ventum, mortali manu fabricatus mucro, velut glaciei crusta confringi, ac dissilire in frustra necesse habuit. Turnus igitur impos sui, huc illuc fugiendo tendebat: & quò minus effugeret, hinc palus, inde muri urbis faciebant. Reliqua item loca, per quæ patebat effugium, Troiani obsederant. Æneas quanquam ex vulnere in crure accepto læstior, tamen fugacem insequitur. Sicut canis venaticus, cum aut in flumina, aut intra formidinem (funiculus est, cum pennis rubris dependentibus,

Turnus ad urbem ire properat, certamen sibi deposcit.

Vt primū discussæ umbræ.

Turni, et Æneæ monomachia. Atq; illi ut vacuo.

quem metuentes feræ, transilire non audent: & eo mos venatoribus saltus circumdare) ceruum nactus est, cursu eundem, & latratibus vrget. Ripa ille, & pennis abstergitus fugit, ac refugit. Appetit eum canis, iam iamq; videtur morfu comprehendere: sed inaniter inhians eluditur. Iterum clamores ripis, & lacubus circumcirca sonum repercutientibus. Turnus dum fugit, inculsat Rutulos, qui subuenire laboranti non curent: nominatim quorundam fidem requirit, & in quo potissimam locabat fiduciam, ensẽ illum paternum magna voce iterum, iterumq; deposcit. Contra, Æneas mortem, quicumque porrexerit, & urbem diruturum minitatur, pergitq; fugitorem persequi, licet crure altero, ut dicebamus, esset impeditior. Iam quinquies orbem reciprocauerant: nec mirum, quando non puerile, aut ioculare aliquod præmium petebatur: sed de anima Turni susceptum omne certamen fuerat. Stabat ibi truncus adhuc oleastri, Fauno dedicati, ad quem olim seruati è tempestate vectores dona, & salutis suæ indices vestimenta suspendere consueuerant: ipsam namq; arborem Troiani, ne concursuris, ac spectaturis esset obstaculo, nulla tacti religione præciderant. In hunc truncum delata Æneæ hasta hærebat fixius. Et laborabat quidem enixissimè, eam inde reuellere, ut quem cursu nequibat, telo assequeretur: verum Turnus maiorem in metum datus, satisq; intelligens, quid sibi pararetur, Faunum, & Tellurem supplex rogat, per honores, quos illis semper habuisset, quosq; Troiani temerassent, retinerent hastam: nèue cultorem suum lædi permitterent. Haud irritæ preces: nam Æneæ conatus in euellendo non processit, utcumq; etiam conaretur. Interim Iuturna denuo Metisci formam capeffens occurrit: fratri ensẽ Daunium in manum tradit. Aegrè passa Venus, nymphæ tantum concedi, ipsa quoq; accelerat, & trunco hastam eximit. Ambo itaq; & animis, & armis resecti, & alter gladio, alter spiculo confisus, pugnae pergunt insistere.

Iouis et Iunonis super Troianorum statum colloquiũ.

**Iunonẽ
interca.**

Contemplantem ex alto certamen hoc Iunonem, Iupiter ita est affatus, ut quæreret, quousq; tandem innoxie genti vellet irasci: quousq; sæuire, cum ei ad malefaciendum nihil restaret. Non eam nescire, immò se scire fateri solitam, Aeneam fatis postulantibus in cælum euehendum, atque indigetum numero adscribendum. Quid ergo machinaretur de cætero? aut quo consilio illic hæreret? Num, inquit, diuum futurum Æneam, à mortali manu iactu sagittæ vulnerari decuit? num ensẽ à Iuturna te auctore porrigi, & ita victis instaurari animos? Fac aliquando modum odijs: relinque locum meis precibus: noli te excruciare, & mihi querelis tuis creare curas, & molestias. Ventum est ad terminum. Licuit tibi terra mariq; vexare innocentes: licuit bellum commouere: domum Latini, & spõsaliorum gaudia miscere luctibus, & lacrymis. Sufficiat huc progressam: ulterius te progredi non feram, non patiar, non sinam. Deiecto in terram vultu responderet Iuno. Quia hæc voluntas eius se non lateret, tetram & Turnum reliquisset: alioqui non de nube digna, atque indigna patientem fuisse spectaturam: sed flammis armatam, staturam ante aciem, Troianosq; ad bella, & interitum compulsuram fuisse. Suasisset Iuturnæ, ut fratri auxiliũ ferret, & p̄ eius salute quiduis audendũ sibi arbitraretur: veruntamen, ut telum in Æneam iaci curaret, nulla ratione se suasisset: & hoc se confirmare per paludem Stygiam, vñtatum iusiurandum dijs immortalibus. Secedo igitur, & huic me bello subduco. Porro vnum quiddam, quod fatis minimè tenetur, pro Latio vniuerso, tuorumq; te existimatione, & auctoritate rogatum velim. Vbi transfactis nuptijs Troiani cum Latinis perpetua se communitate deuincient, & ijsdem sub legibus æuum agitant, ne hos, utpote indigenas, vetustissimum vocabulum suum deponere, Troianorum assumere, & gentem Troianos vocari, aut linguam eos, habitumq; in aduenarum sermonem, ac vestitum mutare cogas. Vocetur regio Latium, ut antea semper: vocentur Albani reges: & si omnino fatis placitum est, ut à Troianorum sanguine origo Romana descendat, Troiani Italarum nomen ferant: quò de Italis videantur, non de Troianis Romani oriundi. Sic deletur, & pereat nomen Troiæ, quemadmodum vrbs ipsa deleta est, ac perijt penitissimè. Renidens Iupiter, Etiam hoc ostendis, inquit, te germanam esse Iouis, & Saturni filiam, id est, nobilissimi generis propaginem. Est quippe insitum naturæ nobilibus, iram reservare in occasionem aliquam posterit temporis, et si eam in præsens concoxisse simulent: & pœnas ijs apud se moliri, quibus seignouisse videri volunt.

Volunt. Age, remoue ex præcordijs iracundiam istam: petita indulgeo, rem totam arbitrij tui facio: Latini linguam, nomen, instituta sua retinebunt: corporibus tantummodo permiscebuntur: seu populum vnum quendam multitudine efficient, vocabunturq; Latini communiter: ritus duntaxat quosdam Phrygios illis adijciam. Hoc autem tibi narro, visura es gentem sanguine Italo commistam procreari, quæ pietate homines vniuersos, tantum ne? deos etiam ipsos superabit. Nec per orbem terrarum inuenietur ulla natio, quæ cum illa (Romanis puta) religionibus in te colenda certauerit. Gratissimus hic nuntius reginæ deum: quare libens annuit, & mirificè exhilarata, benignior in Troianos ex illo euasit. Cælo excesserat Iuno, cum Iupiter eius auxilijs priuato iam Turno, etiam Iuturnam à fratre iuuando abstertere instituit. Sunt Diræ geminæ, quas cum Megæra, tres vno eodemq; partu Nox ex Erebo conceptas effudit: quæ serpentibus incinctæ, instar auium alas gerunt. Hæ Ioui apparent, & ad ministeria illius iussu obeunda præstò sunt, ad solium eius præsentès, aut in limine excubantes. Quod si quando hominum sceleribus offensus, morbos, pestilentiam, aut alia genera mortis, bellum deniq; mittere discernit, istæ ad terrendos eos, ac metu percellendos præmittuntur. Harum vni mandat, Iuturnæ occurrat, illiq; fraternæ mortis omen faciat. Delabitur in terras cum stridore celerius, adiuuante scilicet natura ipsius, & hortante Iouis imperio. Perinde ut sagitta Parthica, aut Cydonia veneno illita, quod Parthi, & Cydones soliti sunt: ac proinde vulnera fiunt insanabilia. Exercitibus conspectis, magnitudinem suam in nocturæ formam contrahit: nocturæ, quæ sepulchris, & ruinosis ædificijs, ac desertis locis insidens, per noctem dirum, & ominosum canit. Hanc ergo speciem præ se ferens, & ante Turni vultu obuolitans, clypeum eius alis suis diuerberat. Intelligit ille, hoc portento extremum sibi malum portendi, atq; idcirco insolito torpore obrigescit, comæ stant, hæret vox in ipsis faucibus. Iuturna, vbi stridorem audiit, alas vidit, Diram cognouit, crines solutos euellit, vnguibus genas lacerat, pectus pugnis tundit (quæ omnia doloris magni argumenta sunt) & sic incipit.

Eheu, frater mi amantissime, quid in hoc articulo ego soror tua prodesse tibi queam? Pro salute tua tentavi omnia: quid nunc excogitem? quid ordiar tua causa? quò me vertam? qua arte vitam tibi prorogem? A potentiore pessundamur: hoc monstrum Iouis voluntate se attulit, Iouis voluntas inuicta est. Perspicio nimis, quid lethifer iste sonus, quid harum volucrum alæ detestabiles mihi nuntient, nec me Iouis mandata prætereunt. Hoc cene autem ablata virginitatis meæ pretium? Vitam æternam dedit. ò præclarum munus: mortalem potius me reliquisset: sic enim finirentur dolores mei, quia mors omnia finit: & irem modò fratri meo comes ad inferos: nunc lugebo immortaliter. Quid enim mihi, animo meo charissimè frater, sine te iucundum esse vnquam poterit? omnia commoda mea, sine commoditate tua, erunt merissima incommoda, omne gaudium meum, sine te, mæstitudo. Ah, vtinam terra dehiscente sic ad manes hauriar potius, quam ut in superis locis sim, vbi tu esse desinis. Hac lamentatione perfuncta, ne fraternum funus aspiceret, & acerbiorē dolorem caperet, cum altissimo gemitu fluuio sese reddidit. Aeneas (ut ad priora orationem reuocemus) telum ponderosum manu concutiens, Turno instat, cum his vocibus. Quid moraris? quid consilio fluctuas? non est viri fortis, Martem in pedibus gerere: standum, & cominus certandum est. Nunc te in omnes rerum formas transmuta velut Proteus: collige in vnum facultatem tuam omnem, & tenta quidquid potes. Vel te nunc cælo, ut auis: vel cauis terræ, ut musculus crede, non prohibebis à te manus meas. Turnus agitans caput, excipit: non tu me istis grandibus dictis tuis quidquam terres: dij, & Iupiter, quos infensos habeo, quorumq; vim nemo non pertimescit, hi me terrent. Hæc dicens, circumfert oculos: saxum videt ingens, & vetustum, quod pro limite magno iacebat, quodq; vix duodecim (ut nunc sunt hominum corpora) quamuis lectissimi, & robustissimi viri portarent. Hoc ille solus sublatum, connixus toto corpore, captoq; impetu in Aeneam iacit. Veruntamen adeo apud se non est, ut neq; tollentem se, nec currentem, nec euntem sentiat, & planè quid agat ignoret. Sic erat præterea metu fractus, ac debilitatus, ut genua tremerent, frigeretq; & concreveret sanguis in corpore. Iactus lapis non totum spatium absoluit, neq; corpus hostis attigit. Quemad-

*Iupiter Diræ
Turno im-
mittit.
His actis
aliud.*

*Dulcis Iuturna
querimonia
super fratre
morituro.
Quid nunc
te tua.*

*Mors Turni.
Aeneas
instat cō-
tra.*

modum in quiete, multa videmur nobis velle, & incipere, quæ præstare non possumus, conari, quæ non conamur, currere, cum non curramus: deniq; in medijs cœptis deficere, nec linguam posse mouere, nec verbis progredi: ita poterit vnusquisq; nostrum de se statum Turni æstimare: talis enim fuit qualis dormientium, & somniantium esse solet, cui nihil, Furia aduersante, procedebat. Variè afficiebatur, urbem aspectabat, vbi manebat Lauinia, si quid inde veniret auxilij, quod illum rogare pudebat, & meritò. Eadem de causa Rutulos suos intuebatur. Cunctatur, & telum Æneæ perhorrescit. Prorsus quid inciperet, non dispiciebat. Occasio iam fugiendi dempta erat: audere autem aduersus hostem semimortuus timore quæ valebat? nusquam currus, nusquam quæ aurigæ impleret officium, soror. Talibus cogitationibus distracto, Æneas fatalem hastam intendit, & quem locum vulneri fortuna monstrabat, oculis designat. Omni conatu, tantoq; crepitu eam contorquet, vt neq; à murali tormento catapulta, vel balista saxum proiectum in muros: neq; fulmen ipsum cum tali sonitu veniat. Volat instar atri turbinis, lethum Rutulo portans. Nam per lorica, & scutum septem tergoribus compactum transiens, medium femur eius penetrat: quo vulnere curuato poplite humi corruit. Edunt gemitum tremefacti Rutuli, quo mons, & vicina nemora responsant. Tum oculos, dextramq; supplex victori tendens, humili prece, fateor, inquit, me victum: hostem tuum, si lubet, interfice: mortem haud deprecor. Sed si quid te longæui patris mei miseret, illi me dona, ne in orbitatem liberos produxerit, & luctu nimio maceratus, ante diem occidat. Habuisti tu quoq; grandæuū patrem Anchisen, cui fuisti dulcis, & charus: ex eius erga te affectu, & charitate, parentis mei in me affectū meritire. Sin autem me iugulatum mauoles, corpus meum, obsecro, sepeliendum meis condona. Vicisti, nemo negat: & me tibi supplicantem viderunt, quotquot adsunt. Tuam tibi habeto Lauiniam: ne vltius exerce odia, cum causa odiorum sublata sit. His verbis mitigabatur nonnihil Æneæ pectus, & cogitabat infelici ignoscere, eumq; viuū seruare. At ecce, dum huc illuc per corpus eius voluit oculos, cernit in humero balteum, Pallantis spoliū, quem à Turno occisum fuisse, superioribus libris expositum est. Hoc viso, vulnus antiquum recrudit: qui inueterauerat, viuere cœpit animi dolor: quocirca sic geniculantem inuasit. Tūc Pallantis mei manubijs ornatus, quibus te iactas, hinc viuus abeas? Propter Pallantem, quem cum insultatione, & superbia tanta obruncaſti, moriendum scias tibi hodie. Pallantem vindico, Pallas te mactat. Hoc dicto, gladium in pectus aduersum immergit. Illi vita è florenti, beneq; constituto corpore indignabunda, & gemitunda ad inferos elabatur.

F I N I S.





IN P. VIRGILII MA- RONIS OPERA PRAECIPUA RERVM, AC VERBORVM INDEX.

In hoc indice prior numerus librum, posterior versum: c, Eclogam: g, Geor-
gica: æ, Æneidem significat.

A.



- A**baris interficitur, 9, æ. 344.
Abas toruus, 10, æ. 170. Abantem interficit Lau-
sius, 10, æ. 427
Abella oppidum, 7, æ. 740
Abies, 2, g. 68
Abiurata rapina, 8, æ. 263
Abydos ostrifera, 1, g. 207
Acca, Camilla comes, 11, æ. 820
Acanthis, qua & carduelis à carduo dicitur, 3, g. 338
Acanthus, 3, æ. 45. 2, g. 119. 4, g. 123
Acerra ciuitas, 2, g. 225
Acestes rex, 5, æ. 36
Acheron, 2, g. 492. 5, æ. 99. 6, æ. 107, & 295. 7, æ. 91, & 312. & 369. 11, æ. 23.
Achates Æneae comes, 1, æ. 192
Achamensides, vnus sociorum Ulyssis, 3, æ. 614.
Acherontis cymba, 6, æ. 303
Achilles Priami regnorum euerfor, 12, æ. 545
Acrida tela, 7, æ. 730
Acetes Euandri armiger, 11, æ. 30
Agragas mons, & ciuitas, 3, æ. 703
Attiaci Iudi, 3, æ. 280
Addenseo, 11, æ. 432
Æea insula Circes, 3, æ. 386
Ægeon gigas centimanus, 10, æ. 565
Ægle Naias, 9, æ. 20
Ægyptus, 4, g. 291
Æmus mons Laconia, 2, g. 488
Æolia, 1, æ. 55
Æolus ventorum rex, 1, æ. 56
Æneadum urbs in Thracia, 3, æ. 18
Æneae fortitudo, 6, æ. 403. Item 10, æ. 311. & alibi. Constantia, 4, æ. 438
Iustitia, 1, æ. 548. & 5, æ. 347. Reli-
gionis, 7, æ. 135. Pietas in patrem, 2, æ. 707. Pietas erga suos, 1, æ. 184.
Urbs adificata, 3, æ. 17, & 132. Ar-
ma ei fabricata à Cyclopibus, 8, æ. 445. Clypeus, 8, æ. 447.
Ænea ad Euandrum profectio, & o-
ratio, 8, æ. 115. & 126. Ænea monomachia cum Achille, 5, æ. 807
cum Turno, 12, æ. 710. Abinimi-
co laudatur, 11, æ. 282
Æneas redire ad arma prohibitus ab
uxore, 2, æ. 674. in Helenam com-
motus, 2, æ. 667. Hectori compa-
ratur, 11, æ. 288. patri uisa narrat,
3, æ. 179. Creusam amissam re-
quirit, 2, æ. 738. classē reparat, 4, æ. 396. inconspicuis redditur, 1, æ. 410. iussu parentis exequitur, 5, æ. 749. Didoni profectiōem fate-
tur, 4, æ. 360. recedit à Didone,
4, æ. 554. redit in Siciliam, 5, æ. 32.
ab Heleno consilium petit, 3, æ. 359.
Ilium adificandum designat, 5, æ. 755. Cumas delatus, 6, æ. 3. Sibyl-
lam accedit, 6, æ. 10. infernum in-
greditur, 6, æ. 55. Italiam venit,
7, æ. 112. Pallantem mortuum al-
loquitur, 11, æ. 41. vulneratur, 12, æ. 318. curatur à Venere 12, æ. 411.
Latinorum urbem oppugnat, 12, æ. 574. Apollini collatus, 4, æ. 143. ad
Apollinem, 3, æ. 85. ad oratores
Latinorum, 11, æ. 108. ad Turnū,
12, æ. 889. eiusdem sanguinis cum
Euandro, 8, æ. 142. ad Androma-
chen & Helenum, 3, æ. 319. Indi-
ges à Ioue vocatus, 12, æ. 794
Æneas Syluius, 6, æ. 769
Æquicola, 7, æ. 746
Æsculapius Phœbigena, 7, æ. 773
Ætna cur Trinacria dicta, 3, æ. 582
Ætna descriptio, 3, æ. 571
Æthion equus, 11, æ. 89
Æfer armentarius, 3, g. 344
Afflictorum consolatio, 1, æ. 202.
& 5, æ. 709. & 6, æ. 95.
Aganippe, 10, æ. 12
Agathyrspicti, 4, æ. 146
Agenoris urbs, 1, æ. 342
Agragas mons, & ciuitas, 3, æ. 703
Agricultram negligi tempore belli,
2, g. 505.
Agricultrura laus, 2, g. 490
Agricola genio indulgent per hyemē,
2, g. 523.
Agrippa, 8, æ. 682
Agrorum pestes, 1, g. 181
Agyllina urbs, 8, æ. 479
Asiacis Oilei interitus, 1, æ. 35
Alesus Agamemnonis filius, 7, æ. 724
eiusdem virtus, & interitus, 10, æ. 411. Alias Halesus.
Alba, & eius origo, 3, æ. 392
Albanus mons, 12, æ. 134
Alcides, 6, æ. 801
Alcyones, 3, g. 338. Thetidi dilecta, 1, g. 399. serenitatis nuntia, ibidem.
Alecto furia, 7, æ. 325. Amata furo-
rem immittit, 346. in Calybem se
transformat, 7, æ. 419. ad Turnū
accedit, ibidem.
Alga proiecta, 7, æ. 42.
Allia, fluminis ubi Galli Romanos vi-
cerunt, 7, æ. 717
Alnus ubi nascatur, 2, g. 110
Aloida gigantes, 6, æ. 582
Alphea Pisa, 10, æ. 179
Alpheus amnis Elidis, 3, æ. 694
Aluearia quomodo facienda, & eorū
castratio, 4, g. 228
Amantium inconstantia, 10, æ. 44
Amasenus fluminis Capania, 7, æ. 683
Amastrius Hipposades, 11, æ. 673
Amata furis correpta, 7, æ. 346.
Turno pacem dissuadet, 12, æ. 54.
laqueo vitam finit, 12, æ. 603
Ambarualia sacra, 1, g. 245
Amellus flos, 4, g. 271
Amicitia summa, & perfecta exem-
plum Euryalus & Nisus, 9, æ. 427.
(a) Amiter.

INDEX PRIMVS

- Amiterne*, 7, ae. 710
An. monus templū in Lydia, 4, ae. 198
Amor ex visu, 8, ec. 41
amor amantem cruciat, 2, ec. 68, & 4, ae. 1
amor noxius est, 8, ec. 47
amor est immoderatus, 2, ec. 68
amor vincit omnia, 10, ec. 89
amoris ortus, 8, ec. 43 eius sedes, oculis, 1. a. 720, vix in Didone, 4, ae. 3, amoris impatientis exemplum, 2, ae. 403
amor negligens reddit, 4, ae. 85
amore percutitur ubi sint apud inferos, 6, ae. 440
Amphrysus pastor, 3 g. 2
Amphrysia vasis, 6, ae. 339
Amphion poeta, 2, ec. 24
Am. ianēti vallis, 7, ae. 565
Amycle, oppidum Laconia, 3 g. 89
Amyclaus canis, 3 g. 345
Anna Didoni sorori nuptias suadet, 4, ae. 30, ad
Aeneam mittitur, 4, ae. 424
Anagnia diuis, 7, ae. 684
Anchemoli incestus cum nouerca, 10, ae. 389
Anchisa mortis contemptus, 2, ae. 634
Achise statura, 8, ae. 162, obitus apud Drepanum, 3, ae. 709 superstitiosa peritio, 2, ae. 690 sacrorum curam, curae assignauerit praecipuā Virg. 3, ae. 525, & 2, ae. 717, stans in puppi votum, ibidem
Anchises propter concubitu Veneris fulmine caesus est, 2, ae. 648 ex incendio liberatur, 2, ae. 705. *Aenea in somnis apparet*, 5, ae. 722. apud inferos alloquitur *Aeneam* filium 6, ae. 687, oraculum Phœbi falso interpretatur, 3, ae. 103
Ancile, 7, ae. 188 & 8, ae. 664
Ancus Martius, quartus Romanorū rex Numa ex filio nepos, 6, ae. 815
Androgei cadus, 2, ae. 370
Andromache Hectoris vxor, 3, ae. 309. *Andromache Aeneam excipit*, 3, ae. 345. *Andromache munera*, 2, ae. 482. *Andromache tumultum Hectori excitat ē cespite*, 3, ae. 302,
Angitia nemus, 7, ae. 759
Anguis celeste signum, 1 g. 105
Anien fluvius, 4 g. 369, & 7, ae. 683
Ani regis & sacerdotis hospitalitas, & amicitia, 3, ae. 80
Anima diuina, 6, ae. 730
Anima corpore ut carcere premitur, 6, ae. 732. *animarum ad superos reditus in alia atq. alia corpora*, 6, ae. 713.
Animalium pestis, 3 g. 440
Animus plebis in tyrannum, 1, ae. 365
animi maligni signa, 2, ae. 671
Antandrus, 3, ae. 6
Antennae turrigera, 7, ae. 631
Antenor Patanina urbis conditor, 1, ae. 246.
Antenoride tres, 6, ae. 484
Anteus, 1, ae. 185, & 514
Anthoris cadus, 10, ae. 778
Antonij contra Augustum Caesarem pugna navalis apud Actium, 8, ae. 675.
Antonio denicto Augustus Caesar Aethiacos ludos ad Actium in Apollinis honorem instituit, 3, ae. 278
Antrum Cyclopi, 3, ae. 617. *Sibylla*, 6, ae. 42.
Anubis contra Neptunum, Ventrem atq. Minervam, 8, ae. 699
Annus, & eius partes, 2, g. 320
Apenninus mons, 12, ae. 703
Apes quomodo a frigore estug, muniende, 4 g. 33 quomodo domi detinenda ne auolent, 4, g. 106. *Collata Cyclopius*, 4, g. 170. ab *Aristeo recuperata*, 4, g. 281. *apibus amor habendi innatus*, 4 g. 177. *amica, aduersa*, 4 g. 45. *cibatur Iupiter infans*, 4, g. 149. *apum ortus*, 4, g. 200. *etia*, 4, g. 184. *disciplina*, 4, g. 184. *duo genera*, 4, g. 92 *reges*, 4 g. 210. *generatio ex putrido iuuenco*, 4 g. 308. *opera*, 4, g. 53. *pugna & discordia*, 4, g. 17. *industria*, 4 g. 51. *morbi & remedia*, 4, g. 251. *examen in lauro Laurentis*, 7, ae. 64. *ira*, 4 g. 336. *fortitudo*, 4 g. 167. *amor erga fetus*, 4, g. 56, *natura*, 4 g. 38
Apiarij locus, 4, g. 8
Aphidius interficitur, 9, ae. 702
Apollo Thymbreus, 4 g. 323. *agrestis carminis amator*, 6, ec. 70. *crimins*, 9, ae. 636. *in Buxen versus*, 9, ae. 647.
Apollini sagitta & arcus attribuitur, 9, ae. 660.
Aquarius, 3 g. 304
Aqua alior terra, 3, ae. 522
Aquasilia peste corripuntur, 3 g. 541
Aquila armiger Iouis, 5, ae. 255
Aquilo. Ceius impetus, 3 g. 196
Aranea Minerva inuisa, 4 g. 246
Araxus fluvius, 8, ae. 628
Arbores non ubiq. crescere, 2 g. 105
Arboris eiusdem varij fructus, 2 g. 85
arborum genera singularumq. varia species & varia procreatio, 2 g. 83, *translatio, infectio, inoculatio*, 2 g. 73
Arbutus, 2 g. 69
Arcades cantandi periti, 10, ec. 31
Arcadium rex Euander, 8, ae. 102
Archippus rex, 7, ae. 753
Arcturi sidera, 1, g. 204
Arctos, 1, g. 138
Ardea cinctus Rutulorum in Latio, 7, ae. 631.
Ardea urbs edificata a Danav, 7, ae. 410.
Arar fluvius Gallia, 1, ec. 63
Ara in mari saxa, 1, ae. 114
Arethusa nymphe, 4 g. 344, *item*, 4, g. 351.
Argileti nemus, 8, ae. 345
Argyripa urbs, 11, ae. 248
Ardor iuuenilis, 8, ae. 163
Argus virginis custos, 7, ae. 792
Aries quatuor deligendus, 3 g. 337
Arion inter delpinas, 8, ec. 56
Aristem Apollinis filius ad matrem Cyrenen, 4 g. 321. *in adu maternas excipitur*, 4 g. 362
Aristia Hippolyti mater, 7, ae. 773
Arpi urbs, 11, ae. 428
Aruns Camille occisor, 11, ae. 757
Aruns ab Opine catus, 11, ae. 896
Ascanius pater & Iulius, 1, ae. 271
Ascanij fatum, ibidem flamma caput eius circumdata, 2, ae. 682, *dignitas*, 3, ae. 484. *iaculandi peritia & virtus*, 3, ae. 497
Ascanius fluvius, 2 g. 270
Ascreus Hesiodus, 6, ec. 70
Asilus, 3 g. 147
Asius Imbrasides, 10, ae. 123
Astrologia rustico necessaria, 1, g. 204
astrologia vsus, 3, ae. 515
Astyanates Hectoris filius, 3, ae. 489
Ajylus dux Troianus, 12, ae. 127
auspex, 10, ae. 175
Asylum, 8, ae. 342
Athesis fluvius, 9, ae. 680
Athos mons in Epiro, 1 g. 352
Atina potens ciuitas, 7, ae. 630
Atlas califer, 4, ae. 247, & 481, & 6, ae. 796.
Asu, inde Atij genus, 5, ae. 568
Auaritia, 3, ae. 56
Audentes fortuna iuuat, 10, ae. 284
Auentinus Hercules filius, 7, ae. 657
Auernus lacus, 4 g. 493
Aue pesti obnoxia, 3 g. 546
Augurium, 6, ae. 201, & 12, ae. 394
Augustus Caesar, 6, ae. 792. *eius gesta & triumpho praecipui*, 8, ae. 678
Aniarius, 6 g. 430
Aniam post pluuiā concessus, 1 g. 422
Aulestes Tyrrhenus, 12, ae. 290
Aurea secula, 1 g. 125. 2 g. 538, & 8, ae. 319, & 324.
Aurem vellere, 6, ec. 3
Auricomis fatius, 6, ae. 141
Auriga properi circumstant, 12, ae. 85
Aurora descriptio, 3, ae. 588
Aurunci, 7, ae. 206. *Aurunca manus*, 10, ae. 353.
Ausonij, 2 g. 385
Auster ventus, 5, ec. 82
Automedon Achillis armiger, 2, ae. 477
B.
Baccare frontem cingite, 9, ec. 27
Baccatum monile, 1, ae. 659
Bacchara Taygeta, 2 g. 487
Bacchus amat collos, 2 g. 113
Bactra, 2 g. 138
Baia locus Campania antenissimus, 9, ae. 710.
Balsama, 2 g. 119
Baleus Pallantis Turno mortis causa, 12, ae. 945.
Barce Sichaei nutritrix, 4, ae. 632
Bauus

<i>Banius poeta malus,</i>	3, ec. 90	<i>Campania urbis nomen à Capr. 10, ae.</i>	<i>Cerynthe herba, vel carinthe,</i>	4, g.
<i>Batuli incola,</i>	7, ae. 739	145.	63.	
<i>Belides,</i>	2, ae. 82	<i>Campania urbes,</i>	<i>Cetra scutum Hispanicum,</i>	7, ae.
<i>Belli porta,</i>	7, ae. 607	<i>Canes Taygeti, 3, g. 44. alendi à ru-</i>	737.	
<i>belli indicendi mos.</i>	ibidem	<i>stico,</i>	<i>Chaonia unde, 3, ae. 334. Heleno ces-</i>	
<i>belli amor crenit maximè, 1, g. 505</i>		<i>Canis caeleste signum,</i>	<i>fit, ibidem.</i>	
<i>belli euentus varius, 10, ae. 159</i>		<i>astifer,</i>	<i>Chaonius portus,</i>	3, ae. 293
<i>bello nulla salus, 11, ae. 362</i>		<i>Canopus urbs Aegypti ab Alexan-</i>	<i>Chaos.</i>	6, ae. 265
<i>belli tempore agriculturam negli-</i>		<i>dro Pelleo condita,</i>	<i>Charontis inferni portitoris descriptio.</i>	
<i>gi,</i>	1, g. 505	<i>Canum cura,</i>	4, g. 702. & 6, ae. 298.	
<i>bello perennium apud inferos, lo-</i>		<i>Capeni luci,</i>	<i>Charybdis,</i>	3, ae. 420, & 558
<i>cus,</i>	6, ae. 478	<i>Caper sacer Baccho,</i>	<i>Chelydri anguis descriptio,</i>	3, g.
<i>Bellona,</i>	8, ae. 703	<i>Caphareus ultor Troianorum. 11, ae.</i>	425.	
<i>Belus,</i>	1, ae. 734	260.	<i>Chela,</i>	1, g. 33
<i>Benacus lacus,</i>	2, g. 160	<i>Capitolium,</i>	<i>Chimara, 6, ae. 288. & 7. ae. 785. na-</i>	
<i>Berecynthia ad Ionem pro ratibus Ae-</i>		<i>Caprae quomodo sint alendae, 3, g. 300</i>	<i>uis,</i>	5, ae. 223
<i>nea oratio,</i>	9, ae. 82	<i>Capua Campaniae metropolis, 2, g.</i>	<i>Chiron Philyra & Saturni filius, 3, g.</i>	
<i>Bianoris sepulcrum,</i>	9, ec. 60	224.	550.	
<i>Bithias, 9, ae. 672. sternitur, 9, ae.</i>		<i>Capys Albae rex,</i>	<i>Chloereus Cybeles sacerdos, 11, ae.</i>	
703.		<i>ab eo Campaniae urbis nomen, 10,</i>	768.	
<i>Bithia & Pandari historia, ibid.</i>		ae. 145.	<i>Choræbus Cassandra sponsus, 2, ae.</i>	
<i>Bisaltia, populus Macedonia, 3, g. 461</i>		<i>Carex populi,</i>	341. eius inconsultum consilium,	
<i>Blatta lucifuga,</i>	4, g. 243	<i>Carex herbapalustris,</i>	& interitus,	2, ae. 386
<i>Bones qui optimi,</i>	3, g. 51	<i>Carmenta vates,</i>	<i>Chorineus, 6, ae. 228. sternitur, 9, ae.</i>	
<i>Brontes, unus Cyclopus,</i>	8, ae. 425	<i>Carmentalis porta Romae, 8, ae.</i>	572.	
<i>Briareus centum geminus, 6, ae. 287</i>		338.	<i>Chromis, 6, ec. 13. & 11. ae. 675</i>	
